

A
1
66

0 1 5 3 4 2 6 1 8 9 10 11 15 13 14 12 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34

17 vto 3-1



R. 1063

ANNALES
 ECCLESIASTICI
 AUCTORE
 CÆSARE BARONIO
 SORANO
 E CONGREGATIONE ORATORII
 S. R. E. PRESBYTERO
 CARDINALI
 TIT. SS. NEREI ET ACHILLEI
 ET SEDIS APOSTOLICÆ BIBLIOTHECARIO
 UNA CUM CRITICA HISTORICO-CHRONOLOGICA
 P. ANTONII PAGII
 DOCTORIS THEOLOGI

Ordinis Minorum Convent. S. Francisci.

In qua rerum narratio defenditur, illustratur, suppletur, ordo temporum corrigitur, & Periodo Græco-Romana munitur.
 Additur præterea Dissertatio Hypatica ejusdem PAGII; & Epistola consularis Henrici CARD. NORISII.
 In hac vero editione Fasci Consulares ab A. U. C. 709. ad annum Christi 567. illustrantur, suppletur, & castigantur.
 Accedunt animadversiones in Pagium, & præcipue circa Chronologiam inferioris ævi ab eo digestam.

Tomus Primus.




LUCÆ

Typis LEONARDI VENTURINI MDCCXXXVIII.

De Superiorum Licentia.





ANNALES ECCLESIASTICI.

I.
(a) Genes. I.
Prælocutio.



UM rerum omnium conditor & moderator Deus cælum (a) creasset & terram; nec ulla utrisque gratia vel pulchritudo inesse posset sine luce; omniaque essent tenebris ob-

voluta, ipsaque terra inanis & vacua: opportune consuluit, ut primum omnium ipsis rerum principiis lucem crearet, cujus fulgore tam quæ facta essent, quam etiam quæ essent facienda, velut quodam claritatis & gloriæ indumento circumamicta, naturali suo splendore nitescerent. Hæc autem cum in Orbis institutione sint facta: rursum cum tempus advenit, in ejusdem restitutione sunt feliciter adimpleta. Cum enim universo humano generi, peccati culpa, sempiternæ noctis esset offusa caligo, cunctaque undique densis tenebris obscurata, & squalens horrensque esset omnium rerum facies: immensa suæ bonitatis largitate prospexit Deus, ut nova luce cuncta perfunderet, mitteretque ex se genitum, suæque substantiæ Filium, ipsum cæleste jubar, candorem (b) lucis æternæ, lumen de lumine, lucem (c) veram, justitiæ (d) Solem; novumque institueret diem, illum scilicet, de quo olim est propheticè dictum: Hæc (e) dies, quam fecit Dominus. Cujus cum jam

(b) Sap. cap. 7. & Symb. Nicen.
(c) Joan. I.
(d) Apoc. I.
(e) Psalm. 117.

crepusculum & auroram præfati finis; quod reliquum est, ipsum Solem orientem spectemus, eundemque apposite levi nube contextum, quo minus aciem oculorum perfringeret, & dispensationem implere posset, quam consummandam acceperat. Age nunc, Verbum ipsum carne velatum, Deum hominem factum, e Virgine sanctissima natum spectemus; atque de ipso, quæ in primis Evangelista nos docuit, enarremus.

Cum igitur (quod ante diximus) edicto cogente, e Nazareth Galilæe in Bethlehem Judæ Joseph atque beatissima Virgo Maria, ut profiterentur, ascendissent: Factum est, inquit (f) Lucas, cum essent ibi, impleti sunt dies ut pareret: & peperit filium suum primogenitum, & pannis eum involvit, & reclinavit eum in præsepio, quia non erat ei locus in diversorio. Hæc Evangelista. Quod in primis ad locum ipsum, ubi Christus est natus, pertinet: spelunca fuit in suburbiiis Bethlehemicis posita, de qua (g) Origenes contra Celsum scribens, hæc ait: [1] Quod autem in Bethlehem sit genitus Jesus, si velit aliquis post Michææ vaticinium & post Evangelii per Jesu discipulos conscriptam historiam fieri alius certior, intelliget ut subsequenter in Evangelio, cum ejus natiuitas enarratur, & in Bethlehem speluncam

II.
Natiuitas Domini.
(f) Luc. 2.
(g) Orig. lib. 1.
De spelunca Bethlehemitica.

A ostendit.

[1] Quod autem in Bethlehem sit genitus Jesus &c. Vide Henricam Spondanum in Epitome Annalium ad hunc locum. Vide etiam Petri Danielis Huetii Demonstrationem Evangelicam Propositione IX. Cap. IX. pag. 380. primæ editionis. Ad etiam, si lubet, Exercitationem II. Francisci Mariæ Florentini in Martyrologio Hieronymiano pag. 195. De Natiuitate Domini celebrata, ejusque origine ac pervigilio.

ostendi, ubi ille sit natus: quod utique & in illis locis percelebre est; vel apud eos quidem qui a fide sunt alieni, fama & nomine circumfertur, eadem & in spelunca Jesum quemdam, quem Christiani adorent & demirentur, genitum esse. Hæc Origenes. Porro eandem speluncam foris in agro suburbano positam fuisse, Eusebius (a) Pamphili monstrat his verbis: Hodie quoque, qui illum locum incolunt, tamquam a patribus eorum accepta memoria, his qui visendi gratia Bethlebem petere consueverunt, testimonium suum afferunt, veritatem fidei facientes, agrumque demonstrantes, ubi Virgo enixa infantem posuit. Hæc ille. Eiusdem speluncæ meminit Justinus martyr in dialogo cum Tryphone, & Epiphanius (b): sed cæteris omnibus S. Hieronymus, qui illic etatem transegit, locupletius scribit, dum sic litteris suis Marcellam (c) alloquitur: Quo, inquit, sermone, qui voce speluncam Salvatoris exponam? & illud præsepe, in quo infantulus vagiit, silentio magis, quam infimo sermone honorandum est. & paulo post: Bethlebem ecce in hoc parvo terræ foramine calorum conditor natus est, hic involutus pannis, hic visus a pastoribus, hic demonstratus a stella, hic adoratus a Magis. Sanctior locus est rupe Tarpeja, quæ de celo sepius fulminata, ostendit, quod Deo displiceat. Hæc ad Marcellam.

Erat Bethlebem supra collem in longum porrectum sita; in cuius extremitate, Orientem versus, sub rupe quadam existente tunc temporis juxta muros civitatis, erat (d) stabulum ac præsepe Domini excisum in rupe, ubi natus est Christus. At vero qui loca illa ignorarunt, nihil de spelunca dixerunt, quod putarint in aliqujus rusticæ domunculæ stabulo Christum natum. Hinc apud Cyprianum (e) hæc leguntur: Nullum arcta domus diversorium occultabat, nec secreti recessus erant illius casule; in crustaturam tectum & soli parietes per circuitum vestiebant. Hæc ibi. Porro de spelunca non dicti tantum auctores, sed & alii (f) testimonium ferunt.

Ad hæc (quod tacet Evangelista) non illic tantum fuisse præsepe, sed bovem & asinum ad illud alligatos (quod olim Propheta (g) cecinerat) cum Hieronymus, tum etiam complures antiquorum Patrum testantur. Ille ad Eustochium (h) de Paula scribens, hæc ait: Inde Bethlebem ingressa, in specum Salvatoris introiens, postquam vidit sacrum Virginis diversorium, & stabulum in quo agnovit bos, possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui: ut illud impleteret, quod in eodem Propheta scriptum est: *Beatus qui seminat super aquas, ubi bos & asinus calcant: me audiente, jurabat, cernere, se oculis fidei infantem pannis involutum, vagientem in præsepe Dominum, Magos adorantes, stellam fulgentem desuper,*

(a) Eusebius de demonstr. Evang. l. 7. cap. 15.

(b) Epiphanius lib. 2. in hæc.

(c) Hieronimus Epist. 18.

(d) Eusebius in descripsi. Terra sancta part. 1. c. 7. §. 59.

(e) Cyprianus de operib. Card. in nativ. Christi. Aboan. serm. de nativ. Christi apud Lip. tom. 8. Joann. Dam. in carm. de nat. Christi.

(f) Hieronimus Bos & asinus in præsepe Domini. (g) Habacuc. cap. 3. secundum 72. interpr. (h) Hieronimus e. 27.

matrem Virginem, nutritium sedulum, (i) Gregorius Nazianzenus, quod factum erat, &c. Eadem de bove & asino Gregorius (i) Nazianzenus, itemque Nyssenus (k) Paulinus (l), Cyrillus (m), Prudentius (n), & alii (o).

Nec tacendum, quod tunc etiam in eodem puerperio accidisse fertur miraculum; nimirum, quod in eadem spelunca, ad ea quæ usûs quotidianus exposcebat, e petra fluxit aqua, quæ nunquam potuit exhauriri, sed mansit diutius divinæ virtutis egregium monumentum: siquidem adhuc Bedæ temporibus vigeat cunctis perspicuum tantæ rei prodigium: quod ipse, a teste qui hæc viderat sanctissimo Episcopo acceptum, his verbis scriptis mandavit (p): *Hæc spelunca tota interius specioso marmore tecta, supra ipsum locum, ubi Dominus natus specialiter traditur, sancta Maria grandem gestat Ecclesiam. Petra juxta murum cavata, primum Domini corporis lavacrum de muro missum suscipiens, hactenus servat: quæ si qua forte occasione vel industria fuerit exhaurita, nihilominus continuo dum respicit, sicut ante fuerat, plena redundat.* Hæc ille.

Vix credi potest, in quanta veneratione & cultu Christiani semper habuerint locum illum: ut quantumlibet Hadrianus Imp. ad abolendam tantæ rei memoriam (quod scribit Paulinus (q) & alii) Veneris & Adonidis templum desuper erexit; nihilominus (ut nuper ex Origenis vidimus) percelebris etiam apud Gentiles esset tanti loci memoria. Sed redita pace Ecclesiæ spelunca illa mixisco est opere exornata, ipsumque præsepe honoris causa tectum argento: de quo hæc apud Chrysostomum (r): *O si mihi videre liceret illud præsepe, in quo Dominus iacuit! Nunc nos Christiani quasi pro honore tulimus lateritium, & posuimus argenteum: sed mihi pretiosius est illud quod ablatum est: argentum autem & aurum meretur Gentilitas: Christiana fides meretur illud luteum. Non tamen condemno eos, qui honoris causa fecerunt; neque illos condemno, qui in templo fecerunt vasu aurea: sed admiror Dominum, qui creator est mundi, non inter aurum & argentum, sed in luto nascitur.* Hæc ille, putans fortasse vas illud argento tectum, fuisse luteum, quod tamen constat fuisse ligneum: vel eumdem auctorem non de vase ipso esse locutum, sed de exigua lateritia illa structura, quæ ipsum præsepe, Christi cunabula continebat, existimandum. Porro Christi natalis nobilissimum monumentum ex ligno confectum, nullaque argenti vel auri cælatura contectum, post multa tempora inde translatum, Roma possidet, eoque multo felicius illustratur, quam tugurio Romuli, quod intextum ex stipula, eorum (s) majores ad multa sæcula de industria conservarunt.

Sed jam ad ipsum sacrosanctum Virginis

IV. Aqua fluxit e petra. (k) Gregorius Nyssenus de Christi natiuitate.

(l) Paulinus ad Sever. epist. 11.

(m) Cyrillus cat. 12.

(n) Prudentius in catb. die 8. kal. Jan.

(o) Joann. Damas. in carm. de nativ. Christi.

(p) Beda de locis sancti. cap. 8.

(q) Paulinus ad Sever. epist. 12.

(r) Chrysostomus in Luc. cap. 2.

(s) Dionysius Hal. histor. Rom. lib. 1.

VI. Marie virginis integritas.

nis puerperium redeamus. Cum naturæ Dominus gignitur, naturæ legibus non tenetur: quæ conceperat sine viro, parit sine dolore; & quæ virgo semper fuerat ante partum, æque permansit in partu, ac proinde eadem perseveravit post partum: unde ipsa in ecclesia Dei a perpetua virginitate consecuta est cognomen. Nam quantumvis Dei mater esset, quo excellentior nullus est titulus: tamen nunquam nominari a majoribus consuevit sine superaddito cognomine Virginis.

(a) Epiphanius hæref. 78.

In quam sententiam hæc Epiphanius (a): *Quis unquam, aut quo sæculo ausus est proferre nomen S. Mariae, & interrogatus, non statim intulit Virginis vocem? Ex ipsis enim nominibus epithetis, etiam virtutis signa elucet: dignitatis enim appellationem acceperunt iusti, unusquisque decenter, ut congruum fuit. Et Abraham quidem impostum est epitheton, Amicus Dei, & non dissolvetur: Jacob vero, ut Israel vocetur, & non alterabitur: Apostolis, Bonaergeres, hoc est, filii tonitruum, & non relinquetur: & S. Mariae vox, Virgo, & non mutabitur; impolluta enim permansit & sancta.* Hæc Epiphanius.

Expers partus molestiarum Maria. (b) Apud Cyprian. de oper. card. in nat. Chr.

Quæ ergo & in partu & post partum virgo divina virtute permansit, æque sine dolore parturit, nec aliquo indigit obstetricantis obsequio; sed ipsa genitrix (b) & obstetrici devotam dilectæ saboli exhibet clientelam, atrectat, amplectitur, jungit oscula, porrigit mammam, totum negotium plenum gaudio, nullus dolor, nulla naturæ contumelia in puerperio. Hæc apud Cyprianum. Nihil sane commune cum cæteris mulieribus in hoc habuit, ut, sicut illæ, peccati poena id exposcente, cum dolore pareret, vel quæ partum sequuntur, experiretur molestias lassitudinis. Unde & S. Zeno (c) Episcopus Veronenis de his agens, hæc ait: *Non mater ejus tantæ partus pondere exhausta, totis pallens jacuit resoluta visceribus: non filius matris aut suis est ullis sordibus delibutus: neque enim re vera aliquid circa se habere posset immundum, qui humani generis peccata, sordes & maculas venerat mundaturus. Denique purgationes, quæ sunt tarditate periculose, nullo puerum maternorum viscerum secuta sunt damno; nulla adhibita rudisæta sucto more fomenta: neque enim, fratres, his poterat indigere, quæ accipere in uterum meruerat animarum omnium Salvatorem.* Hæc ille.

(c) S. Zeno Ep. de nat.

VII. Apocrypha de obstetrice.

Quæ autem mox subdit de poena incredulæ obstetricis, & sospitate eidem restituta, haud dubium ex apocryphis est mutuatus; sic enim ait: *Maria incorrupta concepit, post conceptum virgo peperit, & post partum virgo permansit. Obstetricis incredulæ periclitantis, enixa in testimonium reperta ejusdem esse virginitatis, incenditur manus; qua tacto infante, statim edax illa flamma sopitur: sicque illa mexicana feliciter curiosa, dum admirata.*

mulierem virginem, admirata infantem Deum, ingenti gaudio exultat, quæ curatum venerat, curata recessit. Hactenus Zeno; sed non aliunde, ut diximus, quam ab apocryphis accepta. Refelluntur istæ de obstetricis obsequio, ex his, quæ Athanasius (d) scribit his verbis: *Quæ sine dolore aliquo mater fuit, eadem & obstetricis munere functa est, cum a nulla muliere didicisset: non enim permittit quemquam impuris manibus atrectare parum ab omni labe purum: illa per se eum, qui ab ipsa & pro ipsa genitus est, suscepit, pannis involvit, & in præsepio reclinauit.* Hæc ille.

(d) Athanasius ser. de nat. Chr. apud Lip. tom. 8.

VIII. Sacra fasciæ.

Porro quod ad ipsos pannos pertinet, quibus dicit Evangelista (e) Christum a matre fuisse involutum, admirabili quadam divina dispensatione factum est, ut sacratissimæ illæ fasciæ ad tantæ rei memoriam futuris temporibus fervarentur, in quarum honorem nobilissima erigeretur basilica, & anniversaria festa dies a Christiano populo ageretur, prout significant Patrum (f) encomia, ea die in Ecclesia dici solita. Sed jam reliqua prosequamur, quæ tunc temporis contigisse dicuntur.

(e) Luc. 2. (f) Germanus Euthy. in orat. de fasciis Dom. apud Lip. tom. 6. die 31. Aug.

IX. Orosius lib. 6. cap. 22.

Cum multa, quæ Augusti Imperatoris tempore generi humano commoda & utilia contigerunt, ex antiquioribus historicis scribat (g) Orosius, rerum omnium auctori illa tribuens, qui eo tempore quo venturus esset in mundum, multis bonis locupletaverat Orbem: de pace post tot civilia atque externa bella populo restituta, cujus causa templum Jani dicit ab eodem ter clausum, agit; atque æquissimi Principis modestiam commendat, quod ne Dominus diceretur, edicto vetuit: cumque alia multa prodigia referat (h), ut de fonte olei ex Transiberiana taberna meritoria fluente, de arcu cælesti Solem ambiente, & si quæ alia id genus recentis: complures sunt, qui inconsulte nimis ea ipsa omnia, eadem qua Dominus natus est die, contigisse scripserunt: certè hoc non dicit Orosius. Nam quod ad prodigia pertinet: quibus Augusti Imperatorii annis longe ante Christum natum acciderint, ex Dione ac cæteris antiquis historicis, superius, cum de signis quæ adventum Domini præcesserunt, pertractavimus, satis egimus. Quod vero spectat ad Jani fores ab eodem Imperatore (i) inter clausas: quam longe id ante Christi natalem diem acciderit, ex Dione, qui res Romanorum per singulos annos descripsit, facile intelligemus. Primo enim post Actiacum bellum, Augusto quintum & Sexto Apulejo Coss. idem Imperator Jani portas clausit; quæ iterum referatæ bello Cantabrico, rursum eo feliciter confecto sunt occlusæ (l), eodem Augusto nonum & M. Silano Coss. Sed iisdem Cantabris sæpius rebellantibus, ac Germaniæ populi tumultuantibus, a pertæ denuo, Alio Tuberone & Fabio

(g) Orosius lib. 6. cap. 22.

(h) Idem lib. 6. cap. 20.

(i) Suetonius in Aug. cap. 22.

(k) Dio histor. Rom. l. 52.

(l) Dio histor. Rom. lib. 53.

(a) Dio
hist. Rom.
lib. 54. in
fin.

(b) Dio
hist. Rom.
lib. 55.

X.
Salus, con-
cordia,
& pax.
(c) Dio
lib. 57.

(d) Dio
hist. Rom.
lib. 54.
(e) Cic.
de divi-
nat. lib. 2.

(f) Isai 9.

(g) Isai
11.

XI.
De pacis
templo.

(h) Le-
gitur apud
Lip. tom.
3. & Sur.
tom. 6.

Max. Cofs. ab eodem (a) iussu sunt claudi; verum ne id fieret, Daci Istrum transgressi, fuerunt impedimento. Hæc ex Dione; cuius auctoritate constat, primo ante annos vigintiseptem, ac iterum ante annos viginti tres, quam Dominus nasceretur, Jani fores occlusas esse; demum ante annos decem de iisdem claudendis fuisse decretum. Ad hæc quod Domini nomen oblatum Augustus recusaverit, id accidisse (sub Conf. Ælii Cati & Sentii Saturnini, ex eodem (b) Dione colligi potest; est is annus sextus a Christo nato.

Porro hæc omnia & alia, divina quædam dispensatione esse facta, omniaque cælestis Regis adventui intervisse, nemo sapiens umquam negare poterit. Quod si, ut Athenis fecit Apostolus (c), ea ipsa quæ Ethnicis alia occasione peragere consueverunt, in nostrarum rerum argumentum trahere velimus; certe nec illud prætermittendum est, quod his temporibus, eodemque ipso anno quo Jani portæ sunt iterum clausæ, accidit; cum idem Augustus collata sibi pecunia a Senatu populoque Romano ad imagines faciendas: nullam, inquit (d) Dio, sibi, sed tantum Saluti publicæ, Concordiæque & Paci posuit. Sane quidem non præterit, ipsorum (e) Gentilium auctoritate constare, ex carminibus Sibyllinis esse prædictum, affore Regem, a quo tantum speranda salus esset: hunc quidem fuisse Christum, ex ipso nomine Saluatoris, non est qui nesciat. Ipsum etiam prophætico

(f) sermone Principem pacis esse dictum, quis adeo rerum omnium ignarus aut ignorat, aut negat? De cuius concordia inestimabili quid dicam? quam nullis majoribus, evidentioribusque signis demonstrare, vel melius exprimere ipso divino vate, quisquam potest; ait enim (g) ille: *Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hædo accubabit: vitulus & leo & ovis simul morabuntur, & puer parvulus minabit eos.*

At sicut veris ininitur, & verisimilibus non contradicimus; ita quæ sunt a veritate prorsus aliena, procul (ut instimus) abjicimus atque refellimus; cuiusmodi sunt ea quæ de templo Pacis Romæ collapsæ ea nocte qua natus est Christus, a multis ut vera certaque scribuntur. Invenimus hæc primum narrata in homilia quadam incerti auctoris, titulo tamen Petri (h) Damiani prænotata: sed cum ille diem obierit annis circiter quinquaginta, antequam S. Bernardus, quem citat, ea conscriberet, facile tantus Pater falsi tituli calumnia liberatur. Sed quod magis displicet, complures rerum Ecclesiasticarum scriptores non ignobiles, falso decepti titulo, eadem tamquam vera affirmasse, scriptis mandasse, vel pro concione narrasse reperiuntur: taceo de industria illorum nomina, ne videar in homines potius invehi, quam adversus mendacia agere pro veritate. Sed antequam istæc refella-

mus, operæ pretium ducimus, ea quæ in dicta homilia incerto auctore narratur, hic velut ex scripto recitare: sunt huiusmodi; *Templum Romæ, quod vocabatur Æternum, corrui, omnibus impensis & Urbis & Orbis consummatum. Cum enim Romani in victoriosa antiquitatis memoriam templum singulari schemate facere decrevisset, ab omni illa deorum, immo demoniorum multitudine quaesierunt, usquequo durare posset tam excellentis operis operosa constructio. Responsum est: Donec virgo pareret. Illi ad impossibilitatem oraculum retorquentes, Templum Æternum, solemnem illam machinam vocarunt. Nocte autem ista, cum de virginali thalamo virgineus flos Mariæ egressus est, ita cecidit & confractum est illud murale & columnarum opus, ut vix apparerent vestigia ruinarum. Hæc ibi. Porro omnes qui eandem rem describunt, illud quod dicitur templum Æternum, idem fuisse cum templo Pacis, æque consentiunt.*

Sed quomodo hæc non facillime erroris redarguantur, cum ostenditur templum Pacis nondum Christi tempore Romæ esse erectum; quod testimonio omnium antiquorum historicorum constat, domitis Judæis per Titum, a Vespasiano Imp. fuisse constructum? Id quidem in primis Suetonius (i), Josephus (k) Judæus, Plinius (l), & alii complures, qui scripserunt Vitas Imperatorum, testantur: fuisse autem ante Vespasiani tempora Romæ tantæ molis aliquod templum Pacis, nullus unquam monstrare poterit. Nec est quod quis adhibendam fidem putet Clementi Alexandrino (m), dicenti a Numa erectum esse templum Fidei & Pacis; nam antiquorum nullus rerum Romanarum tractator de templo Pacis a Numa erecto quid affirmare invenitur, & Tertullianus expresse in Apologerico profiteretur nullum Romæ templum fuisse erectum sub Numa: quod & alii confirmant scriptores per scholasten Pamelium ibi citati: adversus quos nec audiendus incertus auctor, qui de templo Pacis Romæ a temporibus Romuli erecto testatur. Quod enim a recentiore auctore de rebus adeo antiquis sine alicujus vetustioris auctoritate profertur, contemnitur. Sed esto verum sit aliquod sanum a Numa erectum, putas ne tantæ molis fuisse opus, ut templum dici deberet? Habes in secundo Annalium tomo, testimonio Varronis, illa a Romanis solita dici templa, quæ sumptuosissime essent extructa; adeo ut perpaucas invenirentur in Urbe templa, cum tamen plurimæ essent diis dicatæ ædes. Quin nec quod Vestalium erat in Urbe sanum, templum dici meruisse, ejusdem auctoris fide monstratum est. Ubi ergo erat Romæ tempore Romuli, vel Numæ, templum Pacis, cuius nulla penitus quovis sæculo a Gentilibus scriptoribus facta mentio reperitur? At certe templum Pacis, de quo ea prænnunciata esse testantur,

XII.

Refellitur commentum de Templo pacis. (i) Suet. in Vespas. c. 9. (k) Joseph. de bell. Jud. lib. 7. c. 24. (l) Plin. lib. 36. cap. 25. (m) Clem. Alex. Strom. lib. 5.

XIII.

(a) Ekstat in edibus Vespasianis. descripsit Aldus.

PACI ÆTERNÆ
DOMUS
IMP. VESPASIANI
CÆSARIS AUG.
LIBERORUMQ. EJUS
SACRUM
TRIB. SUC. JUNIOR
DEDIC. XV. K. DEC.
L. ANNIO BASSO
C. CÆCINA PÆTO COS

Inscriptæ in eodem marmore leguntur singulari Tribus, quæ in ædificationem templi, ut iustum fuerat, pecuniam contulerunt. Porro (ut Herodianus (b) est auctor) sub Commodò Imp. idem templum incendio conflagravit: verum non penitus fuisse flammis absumptum credimus; nam (quod ait Ammianus (c) Marcellinus Constantinus Imp. Romam veniens, inter cætera admiranda Urbis ædificia, ipsum templum Pacis spectans, in admiratione habuit. [1] Sed de his satis. Eadem ratione habenda putamus alia nonnulla id genus, quæ nullo vel incerto auctore feruntur. Jam cætera quæ sunt historiæ Evangelicæ prosequamur.

XIV.
(d) Luc. 2.
Pastores ad præsepe.

Pastores, inquit (d) Evangelista, erant in regione eadem vigilantes, & custodientes vigilias noctis super gregem suum. Et ecce Angelus Domini stetit juxta illos, & claritas Dei circumfulsit illos, & timuerunt timore magno. Et dixit illis Angelus: Nolite timere: Ecce enim evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus est vobis hodie Salvator, qui est Christus Dominus in civitate David. Et hoc vobis signum: invenietis infantem pannis involutum, & positum in præsepio. Et subito facta est cum Angelo multitudo militiæ cælestis laudantium Deum, & dicentium: Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Et factum est, ut discesserunt ab eis Angeli in caelum, pastores loquebantur ad invicem: Transeamus usque ad Bethlehæm, & videamus hoc verbum, quod factum est, quod fecit Dominus, & ostendit nobis. Et venerunt festinantem, & invenerunt Mariam, & Joseph, & infantem positum in præse-

pio. Videntes autem cognoverunt de verbo, quod dictum erat illis de puero hoc. Et omnes, qui audierunt, mirati sunt, & de his quæ dicta erant a pastoribus ad ipsos. Maria autem conservabat omnia verba hæc conferens in corde suo. Et reversi sunt pastores glorificantes & laudantes Deum in omnibus, quæ audierant, & viderant sicut dictum est ad illos. Hæc Hieronymus S. Lucas. Erat locus ipse, inquit (e) Hieronymus, turris Ader, id est, gregis, juxta quam Jacob pavit greges suos, & pastores nocte vigilantes audire meruerunt: Gloria in excelsis Deo, & super terram pax hominibus bonæ voluntatis; dumque servant oves, invenerunt Agnum Dei puro & mundissimo vellere, quod in ariditate totius terræ cælesti rore complutum est, & cujus sanguis tulit peccata mundi, & exterminatorem Ægypti litus in postibus fugavit. Hæc Hieronymus. Est hæc turris gregis, de qua olim Michæas (f), dum loqueretur de admirabili adventu Dei, hæc ait: *Et tu turris gregis nebuloza filia Sion usque ad te veniet, & veniet potestas prima, regnum filie Hierusalem.* De eadem egressus illustrata monumentis hæc Beda (g): *Porro ad Orientem in turre Ader, id est, gregis, mille passus a civitate Bethlehæm segregata sanctæ ecclesiæ, trium pastorum divinae naturæ est ecclesiæ, trium pastorum divinae naturæ.*

(e) Hieron. epist. 27. De Pastoribus.

(f) Michæas de locis sanctis, cap. 8.

XV.
Christi natalis si-
byllinis notus.

Præterea sicut Christi Domini nostri natali lætati sunt Angeli, & sacrum huiusmodi, cum hæc essent annuntiata pastoribus, cecinerunt: ita & mali demones perterriti atque turbati de nato puero Hebreo, qui suas ipsorum vires enervaret atque contereret, licet inviti, responsa dedere: quæ cum innovissent Augusto, qui & ex Sibyllinis versibus de eodem complura perceperat, ea quæ præfati sumus, dum egimus de Adventu Domini, debite religionis persolvit obsequia. Sane quidem admiratione digna est in tanto homine contraria de eadem re sententia, ac repentina mutatio: quippe qui antea Judæorum cultui adeo erat infensus, ut (quod testatur (h) Suetonius) Cajum nepotem laudaverit, quod Judæam prætervehens, apud Hierosolimam non supplicasset. Contigit autem Cæsi in eam regionem adventus (ut ex Dione (i) auctore colligimus) sub Consulatu C. An-
tistii Veteris & Lælii Balbi, anno ab Urbe condita septingentesimo quadragesimo octavo; est is annus ante natum Dominum tertius.

(h) Suet. in Oct. c. 93.

(i) Dio hist. Rom. lib. 55.

Porro quantum posthac Judæorum religionem

XVI.

[1] SUB Commodò Imperatore &c. De incendio templi Pacis sub Commodò C. A. D. 191. præter Herodianum lib. I. pag. 482. Vide Galenum, qui in proximis templo ædibus habitabat, de vinis in antidotis ponendis Cap. XIII. Dionem lib. LXXII. pag. 829. & Eusebii Chronicon pag. 226. Ad etiam, si lubet, inter recentiores Josephum Castalionem in Diatriba de templo Pacis, Alexandrum Donatum de Urbe Roma lib. III. cap. IV. & Famiani Nardini Romam veterem lib. III. cap. XII.

gionem in pretio habuerit, Judæisque tum Romæ, tum etiam ubique terrarum com-morantibus faverit; Philonem (a) hæc ipsa apud Cajum Augustum referentem audire, pergratum erit: Ipsum, inquit, Augustum numquam inflatum talibus obsequiis, hinc certo colligitur, quod numquam sustinuit se appellari Deum vel Dominum, averfatus hanc adulationem, nec dissimulans probari sibi Judæos, qui abominarentur talia. Alioquin non passus fuisset Transiberim bonam Urbis partem teneri a Judæis, quorum plerique erant libertini; quippe qui belli jure in potestatem redacti, ab heris suis, manumissi, fuerant permissi jure majorum vivere. Hos sciebat habere suas profecubas, id est, synagogas, in quibus cætus facerent, præsertim sabbatis juxta religionem patriam. Sciebat eos collectas primitiarum mittere Hierosolymam, & certos homines, qui pro ipsis offerrent victimas. Eos tamen nec Urbe jussit excedere, nec multavit jure civium: quandoquidem ne in Palæstina quidem extinctam volebat eorum religionem & Rempublicam; nec circa profecubas quidquam novavit; nec cætus in quibus leges discerentur, fieri vetuit: nec solemnem modum primitiarum offerendarum ullo edicto sustulit; sed tam sancte nostra sacra habuit, ut pene omnium ejus domesticorum dona, extent in templo nostro, in quo mandavit quotidianas mactari victimas suis sumptibus Deo votas altissimo: quæ sacra in hodiernum peraguntur, durabuntque perpetuo, monumentum virtutum Imperatoris. Domi quoque quoties menstruas pecunias

(a) Philo de leg. ad Cajum.

Augustus favet Judæis.

JESU CHRISTI ANNUS I.

XVIII. Redemptor humani generis Christus Dominus postquam in Bethlehem natus est, quoniam, ut ait Apostolus (d), missus est a Patre in similitudinem carnis peccati octavo die, ipsis Kal. Januarii, Augusto decimumtertium & Plautio Silvano Consulatum gerentibus, eodem in quo natus est loco circumciditur; nomenque JESUS, quod ab Angelo fuerat præmonstratum eidem est inditum. Cujus gestæ rei historiam Evangelista paucis enarrat, cum ait (e): Postquam consummati sunt dies octo ut circumcideretur puer: vocatum est nomen ejus JESUS, quod vocatum est ab Angelo, priusquam in utero conciperetur. Hæc Lucas. In spelunca circumcisum esse Dominum, (f) Epiphanius testatur: neque enim aliqua adstringebatur lege Judæi, ut circumcidendum infantem deferret in templum. Cum itaque in circumcissione nomen accepisset, censu Cæsaris (quod superius fufus dictum est, dum egimus de descriptione ac censu Quirini) (g) describitur. Quique in hoc mundum (quod ait Joannes (h)) ad hoc venit, ut dissolvat opera diaboli,

(d) Rom. 8. Circumciso Domini.

(e) Luc. 2.

(f) Epiph. in Pan. lib. 1. tit. 1. circa finem.

(g) Orf. rini lib. 7. c. 3. ad hoc venit, ut dissolvat opera diaboli,

frumentive distributiones populus acciperet, Judæorum rationem haberi voluit: quæ liberalitas si in sabbatum incideret, quanto nostris nec dare licet; nec accipere, nec operis quidquam facere, præsertim quæstus gratia; jubebamur diribitores Judæis in posterum reponere publicum beneficium: qua propter omnes ubique gentes suoapte ingenio Judæis parum propitiæ, verebantur tamen violare jura Judæica. Hæc Philo, qui habet postmodum permulta alia, quæ cumulate reperiuntur in supplici illo Agrippæ ad Cajum misso libello, quem ipse Philo recenset in sua quam scripsit legatione ad Cajum, quem nos quoque, cum tempus postularit, inferius his nostris scriptis inferemus: quæ quidem omnia eo magis sunt admiratione digna; quod idem Augustus (ut Suetonius (b) tradit) non tantum, quod diximus, abominaretur olim religionem Judæorum, sed & superstitiones peregrinas, quamvis Gentilium, contemneret, ut Atticam, & Ægyptiam, quam etiam in Urbem se inferentem (ut auctor est (c) Dio) edicto repressit, vetuitque ne quis Ægyptia sacra nec in urbano intra quingentos passus ageret. Hæc itaque satis de natali Domini. Restat ut de ejus infantia quælibet exacte prosequamur; primumque ipsius annum (cum nonnisi hujus, quo natus est, superfuit sex dies) ab ipsis Kalendis Januariis numerare, more majorum; feliciter auspiciemur, quibus Consulatum Augustus decimumtertium & Plautius Silvanus inierunt.

(b) Suet. in Oct. cap. 93.

(c) Dio hist. Rom. lib. 54.

Annus primus Christi.

AUGUSTI IMP. ANNUS 42.

ipsas Kal. Januarias præ cæteris anni diebus Gentilium superstitionibus pollutas, fuso sanguine consecravit; sibi que ipsas primitias temporis, diaboli tyrannide occupatas, primitiis sui sanguinis vendicavit: quod mysterium symbolicis quibusdam verbis olim involverat Isaias, cum diceret (i): Delectabitur infans ab ubere super foramine aspidis. Quibus autem ritibus Ecclesiasticis dictam diem Christi sanguine adeo illustratam Christiani consueverint solemniter celebrare, alibi (k) pluribus diximus. Cætera vero quæ spectant ad sanctissimum ac divinitus inditum nomen JESU super omne nomen admirabile, cui omne genu (l) cælestium, terrestrium, ac inferorum, divino cogente imperio, flecti debeat; relinquimus interpretibus, qui hæc copiosius pertractarunt: nos interim, quod est nostri instituti, Evangelicæ historię seriem percurramus.

(i) Isaias 11. (k) in Notat. in Martyrol. Rom. die 1. Jan.

(l) Ad Philip. c. 2.

Matthæus Evangelista (m) describens Magorum adventum ad Christum infantulum adorandum, hæc ait: Cum natus esset Jesus in Bethlehem Judæ in diebus Herodis

XIX. Magorum adventus. (a) Macrod. 2.

rodus Regis, ecce Magi ab Oriente venerunt Hierosolymam, dicentes: Ubi est qui natus est Rex Judæorum? vidimus stellam ejus in Oriente, & venimus adorare eum. Audiens autem Herodes Rex, turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo. Et congregans omnes Principes sacerdotum & Scribas populi, sciscitabatur ab eis, ubi Christus nasceretur. At illi dixerunt ei: in Bethlehem Juda: sic enim scriptum est per Prophetam: Et tu Bethlehem terra Juda, nequaquam minima es in principibus Juda: ex te enim exiit dux, qui regat populum meum Israel. Tunc Herodes clam vocatis Magis, diligenter didicit ab eis tempus stellæ, quæ apparuit eis: & mittere illos in Bethlehem, dixit: Itæ, & interrogate diligenter de puero; & cum inveneritis, renuntiate mihi, ut & ego veniens adorem eum. Qui cum audissent Regem, abierunt: & ecce stella, quam viderant in Oriente, antecedebat eos, usque dum veniens staret supra, ubi erat puer. Videntes autem stellam gavisi sunt gaudio magno valde: & intrantes domum, invenerunt puerum cum Maria matre ejus, & procidentibus adoraverunt eum: & apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera, aurum, thur, & myrrham. Et responso accepto in somnis ne redirent ad Herodem, per aliam viam reversi sunt in regionem suam. Hactenus de Magorum adventu Matthæus.

XX. Quoniam vero non ipsam tantum rerum historiam narrandam suscepimus; sed quæ in ea sunt difficultates & nodi, dissolvere & enodare pro nostris viribus polliciti sumus: complures quæ in Matthæi de Magis historia oboriuntur quæstiones, explicandas nobis proposuimus: quas aggressurus Joannes Chrysostomus (a) in hunc modum præfatus est: Multa, inquit, nobis opus est vigilantia, multis precibus, ut præsentis loci difficultatem possimus absolvere, & discere, quinam sint Magi, & unde venerint, & quoniam modo, quove suadente: quoniam etiam, illa stellæ fuerit, quæ Magos usque ad Christum perduxerit. Hæc ille. Quod in primis ad gestæ rei narrationem spectat: cum Matthæus, qui primus omnium Evangelium scripsit, eam adeo diligenter ac copiose fuerit prosecutus; inde accidit, ut cæteri, qui post eum Evangelicam historiam scriptis mandarunt, Evangelicæ referre eandem prætermiserint: quam etsi Josephus Judæus silentio præterierit, sicut & alia quamplurima; certe si ab externis testimonium quis quærat, habet Macrobius (b), hominem alioqui rebus Christianorum insensissimum, sed dum loquitur de Herodis infanticidio, ejusdem veritatis æquum adspulatore. Hæc dixerimus contra recentiores Anabaptistas, qui eo infantiæ pervenerunt, ut eidem

(a) Chrys. hom. 6. in Matth. 2.

Constant. sides historię Magorum.

(b) Macrobi. l. 2. Saturn.

historiæ adversantes, impietate superarint Manichæos omnium hæreticorum sceleratissimos; cum illi adversus Matthæi (c) Evangelium mira contradicendi libidine infantes, nullam tamen de Magorum historia controversiam movere sunt ausi; sicut neque cæteri impietatis alumni, qui (quod dicitur) omnem volvere lapidem, si quo modo notam potuissent inurere Evangelicæ veritati, ut Celsi, Porphyrii, & Juliani. Sed missis his, de ipsis Magis, quinam fuerint, primum omnium instituamus orationem.

XXI. Cum de ea re diversæ reperiantur scriptæ sententiæ, ab antiquioribus sumemus exordium. Justinus (d) Philosophus & Martyr de Magis his scribit, quod malis artibus, magicisque excantationibus atque præstigiis sibi demones conciliaverant: quibus cum additi penitus essent, cognita per Christi adventum, indicante stellâ veritate, ab illis, ad rerum Dominum venientes, defecerint. Dixerat eadem ante ipsum Ignatius ad Ephesios scribens in hæc verba, dum agit de Magis: Hinc evanuit mundi sapientia, præstigiæ factæ sunt nugæ, magia visus, omnes ritus magicæ aboliti, ignorantia caligo fugata, & tyrannicus principatus destructus, cum Deus ut homo apparuit, & homo ut Deus operabatur. Hæc ille. His haud discrepantia Origenes (e) contra Celsum a-

(c) August. contra Faust. lib. 17. 18. 19. & 23.

(d) Just. Martyr. in dial. cum Tryph. Magi quibus fuerint.

(e) Origen. contra Cels. lib. 1.

Magi itaque, qui Jesum postea adoratum venerunt, cum vellent, quæ soliti fuerant, magicis quibusdam carminibus confutitare, apparentis stellæ causam querentes, & non mediocrem esse hanc rigenis.

XXII. De Magis sententia Origenis.

contemplati; cum in calo signum specta-
rent, quod divina, non humana praeferret;
cepit cupido animum, quid illud portende-
ret, pervidere. Et ut nobis apparet, cum
haberent & hi ex Balaam prophetias, quas
Moyſes ipſe, ut erat ingenio acer, con-
ſcripſerat, & in his de ſtella quod tra-
ditur comperiſſent: intellexerunt homi-
nem demigrare ad vitam, & natum eſſe
quem Propheta cum ſtelle indicio jam-
pridem venturum denuntiaviſſent. Et cum
hunc, ut potiore, demonibus praeuliſ-
ſent, qui ſoliti eſſent vanis rerum ima-
ginibus ludificari, in Judaam eundem a-
doraturi ſe contulerunt; certiores jam
redditi, eſſe Regem aliquem natum,
ignari tamen quale hic eſſet Imperium ha-
biturus, & ubinam gentium naſceretur,
&c. Haec Origenes in Celfum; & alibi

(a) Orig. Si, inquit, a Moyſe prophetiae Balaam
sacris insertae sunt voluminibus, quanto
magis descriptae sunt ab his qui habita-
bant tunc Mesopotamiam, apud quam ma-
gificus habebatur Balaam, quosque ar-
tis eius constat fuisse discipulos? Ex il-
lo denique fertur Magorum genus & in-
stitutio in partibus Orientis vigere: qui
descripta habentes apud se omnia quae pro-
phetaverat Balaam, etiam hoc habuerunt
scriptum, quod oriatur stella ex Jacob,
& exurgat homo ex Israel. Haec scripta
habebant Magi apud semetipsos; & ideo
quando natus est Jesus, agnoverunt stel-
lam, & intellexerunt adimpleri prophe-
tiam magis ipsi, quam populus Israel,
qui sanctorum Prophetarum audire verba
contempſit. Illi ergo ex his tantum quae
Balaam scripta reliquerat, agnoscetes
adefſe tempus, venerunt, & requirentes
eum, statim adoraverunt. Haestenus ille.

XXXIII. Magi
Chaldaei.
(b) Basil.
orat. de
hum.
Christi ge-
nerat.
(c) Hier.
ron. in
Isa. 19.
& 47.

XXXIV. Magi Per-
sae.

gos fuisse sapientes Persarum, quorum
sententia ejus gentis Principes cuncta fa-
cere conſueviſſent, ut veteres tradunt hi-
storici, ac etiam testatur S. Hieronymus
(d). Haec ſenſerunt Clemens (e) Ale-
xandrinus, Joannes Chryſoſtomus (f), Cy-
rillus Alexandrinus (g), Theodoretus (h),
S. Leo (i) Papa, & alii; quorum ali-
quos, qui dixerunt eodem Magos fuisse
se Reges Persarum, errasse certum est;
quandoquidem longe ante Christi adven-
tum Magi regnarunt in Perside: nam post
mortem Cambysis, duos Magos fratres
tantum mensibus septem regnaſſe in Per-
siae, Herodotus (k) & alii tradiderunt.
Errat tamen Ammianus (l) qui Magos
septem post Cambysen regnaſſe testatur.
Erant enim Magi in Media populi, ut
idem Herodotus tradit. Verum Persas
a popularibus suis appellatos esse Magos
& Magusos testatur Suidas in verbo μαγισ-
& in verbo μάγιστρος: unde iidem Persae
Magi aequae dici potuerunt. Porro Magos
ab Hiestaspe famosissimo Rege sapientiam
didicisse, Ammianus testatur; hiſque
adeo studuisse Persas constat, ut tradat
Cicero de divinatione, Regem Persarum
esse non potuisse, qui non ante Magorum
disciplinam atque scientiam percepisset.

Ceterum non e terra Chaldaeorum, nec
e Perside, sed ex Arabia Magos venisse,
alii complures affirmant, ut Justinus Mar-
tyr (m), Tertullianus (n), Cyprianus (o)
vel qui alius ille fuerit auctor, qui scrip-
sit de Operibus cardinalibus, Epipha-
nius (p) & alii, secundum id quod in
Psalmo scriptum est (q): Reges Arabum
& Saba dona adducent. Quae de Messia
esse intelligenda, tam nostri interpretes,
quam etiam Rabini complures aequae as-
ſentiuntur; sicut & illa quae scribuntur
ab Isaia (r). Surge illuminare Hierusalem:
& inferius: Inundatio camelorum operiet
te, dromedarii Madian & Ephra: omnes
de Saba venient, aurum & thus deferen-
tes, & laudem Domino annuntiantes. Ma-
dian, inquit Hieronymus (s), & Ephra,
regiones sunt trans Arabiam, omniſque
provincia appellatur Saba. Huic senten-
tiae, quod Magi venerint ex Arabia, cum
nos, ut veriori libentius adhaereamus: per-
apte, quo & ipsa certior firmiorque red-
datur, harum gentium sunt repetenda
principia, & unde ita sint denominatae,
causa & ratio perquirenda. Atque hoc
quidem factu haud multum difficile: con-
stat enim ex divina Scriptura (t), A-
braham ex Caetura multos genuisse filios,
& inter alios Jexan & Madian: ex Jexan
vero ortus est Saba, & ex Madian Ephra,
& alii; quos omnes Arabiam incoluisse con-
stat, atque ex ipsorum nominibus loca ipsa
esse sortita nomina, ac populos denomi-
natos Sabaeos & Madianitas, quorum (ut
diximus) meminit Isaia. Rursus etiam

(d) Hier.
in Dan.
c. 2.
(e) Clem.
Alex. lib.
1. Strom.
(f) Jo.
Chryſ. ii.
Matth.
homil. 6.
(g) Cyrill.
in Isa.
49. orat.
4. lib. 4.
(h) Theo-
dor. lib. 5.
hiſt. c. 35.
(i) S.
Leo ſerm.
1. in E-
piſt.
(k) He-
rod. lib. 2.
Euseb. i.
chron.
(l) Am-
mian. li.
24.
XXXV.
Magi A-
rabes.
(m) Justii
dialog. ca.
Tryphone
(n) Ter-
tul. lib.
adverſ.
Judaeos.
& lib.
contr.
Marcion.
(o) Cyp-
riani de
cava. de
Stella
(p) Hier.
in Ezech.
c. 5.
(q) Pſa-
lmi. 71.
(r) Isa.
60.
(s) Hier.
ron. in 1.
Isa. c. 60.
(t) Geo-
nes. 25.

De Stella
vatici-
nium.

Ba-

(a) Num.
24.
(b) Num.
23.

(c) Hier.
de locis
Hebraic.
& in Isa.
15.

XXXVI.
Ex filiis
Abraham
& Caetura
Magi.

(d) Geo-
nes. 25.
(e) E-
piſt. in
comp. do-
ctri.

(f) Geo-
nes. 14.

(g) I-
ſaia 8.

Balaam, qui de stella praedixerat vatici-
nium hoc (a): Orietur stella ex Jacob:
licet ipse Mesopotamenus esset, Haran-
incolens, ut ipse profiteretur dicens (b):
De Haran adduxit me Balac Rex Moabi-
tarum. Tamen in Arabia constat ea de-
oritura stella esse vaticinatum. Nam Moab,
cujus Rex erat Balac, qui eum mercede
conduxit, erat (ut tradit Hieronymus (c))
Civitas atque provincia ejus nominis in
Arabia. Sicque sive scripturam, sive tra-
ditionem de stella & Rege futuro penes
Arabes, quibus praenunciata fuerat, per-
petua memoria viguisse, par est credere:
quibus admoniti, & nova stellae visu ex-
citati simulque directi, quaesitum Regem
Judaeorum in Judaeam venerunt.

[I] Quod insuper observatione dignum
est: Abraham cum ex Caetura & Agar filios
genuisset, nequaquam illos cum Isaac he-
redes instituit; sed separans eos ab illo,
plagam Orientalem illis tribuens, ac sic
dimittens, largitus est illis munera; haec
ex Scripturae (d) sacrae auctoritate didi-
cimus. Quenam autem fuerint munera
quae Caeturae filii acceperint, Epiphanius
(e) ex Hebraicis traditionum fontibus
hiſce declarat: Filii Caeturae dona erant,
pecunia praesentes, aurum, argentum, ac
vestitus: & in mysterio conclusit Abraham
in peris thus, & myrrham, & aurum
Regum Sodomorum & Gomorrhae, quando
(f) Coadorabomor & Bersa ac reliqui a
Sodomis & Gomorrhis ac reliquis acceperunt,
& equos depradati sunt, & hominum
multitudinem captivam adduxerunt,
& ab unoquoque opulentiam pecuniarum &
aliarum rerum multitudinem diripuerunt:
quam reduxit Abraham tunc a caede Re-
gum: & neque avertere ea quae jam Deo
destinata erant, ausus fuit; sed dedit
ipsa cum aliis donis filiis suis ex Caetu-
ra, veluti in traditionibus Hebraeorum
reperimus. At vero in Christi adventu,
cum iidem filii Abraham & discessissent
& habitassent in partibus Arabicis Mago-
diae regionis; Magi, qui ex successione
seminum illorum descenderunt, eadem do-
na in participatione ejusdem spei Christo
in Bethlehem obtulerunt, quando stellam
conspicati venerunt. Quorum donorum ma-
nifestam certitudinem (g) Propheta de-
clarat, dicens: Antequam sciat puer vo-
care patrem suum & matrem suam, capiet
vini Damasci, & spolia Samariae contra
Regem Assyriorum. Haec enim a Damasco
in temporibus Abraham (velut antea di-
xi) a Regibus qui venerant, accepta sunt.
Quando ergo accepit ipsa? priusquam nos-
set vocare patrem aut matrem, quando
venerunt Magi, & aperuerunt peras suas,
Ann. Eccl. Tom. I.

sive thesauros, veluti aliqua exemplaria (b) Jus-
tini Martyr. in
dialog.
aurum. Haestenus Epiphanius, In eundem
cum Try-
ferme sensum interpretatus est Justinus
(b) Martyr dictum Isaia textum, dum a-
gens cum Tryphone Judaeo de veritate fi-
dei Christianae, Magos ex Arabia venisse,
eosdemque Arabes fuisse dicit, item-
que Damascum olim in Arabia civitatem
positam. Haec ipsa etiam Tertullianus (i)
ingenue fatetur: ipsa quippe Syria Da-
masci, Arabia nominata (k) reperitur.
Idem Tertullianus per Regem Assyriorum
usitato scripturae loquendi modo, Hero-
dem esse intelligendum, prout & idem
Justinus & Petrus Alexandrinus, affirmat.

Ex omnibus his tam ex divina Scripturae
auctoritate ac antiquorum interpreta-
tione, quam etiam ex Hebraeorum tradi-
tionibus enarratis, satis elucidatum vide-
tur quod dicti auctores dixerunt, Magos
ex illa regione Arabiae venisse, quae
igitur ad Orientem (inde enim eos venisse,
Evangelista (l) testatur) praesertim ex di-
cto illo divinae Scripturae loco (m) quo
dicitur, Caeturae filios in Oriente ab A-
braham esse locatos. Qui insuper Judae-
situm describere, eam ex Orientali parte
spectare dixerunt Arabiam: inter quos
Tacitus (n) de his agens, haec ait: Ter-
ra sineque qua ad Orientem vergunt, A-
rabia terminatur: a Meridie Aegyptus
obiacet, ab Occasu Phoenices & mare, Sep-
tentrionem a latere Syriae longe prospicit.
Haec ille: quod eo verius est, si
hiemalis solstitii ratio habeatur: secundum
quod creditur locutus Evangelista, cum
Christus sic natus media hieme. Ceterum
quod spectat ad Persidem, unde complures,
venisse Magos affirmant: Joannes
(o) Chrysoſtomus eam Septentrionem ver-
sus positam affirmare videtur: quod & te-
stat S. Hieronymus (p) haec scribens in
eamdem sententiam: Operatus est salu-
tem in medio terra: a partibus Orientis
cingitur plaga quae appellatur Asia, a
partibus Occidentis ea quae appellatur Eu-
ropa, a Meridie & Austro Libya & Africa,
a Septentrione Scythia, Armenia, &
Perside, & cunctis Ponti nationibus. Haec
Hieronymus. At vero (q) Cyrillus Ale-
xandrinus, qui eosdem Magos a Perside
venisse contendit, eam provinciam ex O-
riente Judaeam spectare testatur: quod &
qui Ptolemaei tabulas perlegerit, exploratum
& evidens esse cognoscet. Verum si
consideretur Magorum adventus tempo-
ris spatium, nempe dierum tredecim (ut
pluribus paulo inferius demonstrabimus)
eos certe non e Perside, vel e Chaldaea, sed
ex Arabia Orientali venisse perfacile quis-
que percipere poterit. B Sed

(i) Tert.
li. 3. con-
tra Marc.
c. 13. Ju-
stin. ubi
sup. &
Petrus A-
lex. c. 13.
(k) Bur-
char. in
descript.
Terra
Santae
par. 1.
c. 1.
XXXVII.
Arabia o-
rientalis

(l) Mat-
th. 22.
(m) Geo-
nes. 25.
(n) Ta-
cit. histor.
lib. 5.

(o) Chryſ-
ost. hom.
6. in Mat.
(p) Hier.
in Ezech.
c. 5.

(q) Cy-
ril. in I-
ſa. c. 49.
lib. 4.
orat. 4.

[1] Quod insuper observatione dignum est &c. Vide Spondani notam in Epitome ad oram hu-
jus loci.

XXVIII. Sed & consideratione dignum est, quod Regina Saba, ex iisdem & ipsa Cæturæ filiis originem ducens, illam incolens regionem quæ a parte Austri est confinis Arabiæ, venit Regem Israel explorare; cui & eadem, quæ Magi, munera attulit, nempe aurum & aromata, licet & gemmas superaddiderit, prout his verbis docet divina Scriptura (a): *Regina Saba, audita fama Salomonis in nomine Domini, venit tentare eum in enigmatibus. Et ingressa Hierusalem multo cum comitatu & divitiis, camelis portantibus aromata, & aurum infinitum nimis & gemmas pretiosas venit ad Regem Salomonem.* Quæ, obsecro, tanta cupido tum illius, tum Magorum, qui ex iisdem (ut dictum est) progenitoribus descendebant, incessit animum de Rege, qui in Israel regnaret, pervestigando; nisi quod in illis regionibus de re tanta Balaam (b) oraculo erant admoniti? At quod illa credidit esse impletum in Salomone, qui & ipse Christi venturi typum gerebat; isti, duce stella, adhuc perquirendum putarunt Regem Israel, quem & feliciter invenerunt.

XXIX. Cur vero iidem Magi sint nominati, superest investigare; simulque an iidem ipsi Reges fuerint, perquirere. Penes antiquos triplicis generis Magos fuisse, tradit (c) Eusebius: quorum primi erant doctissimi atque abstinentissimi, ut excepta farina & olere, nihil aliud in cibum haberent: alii erant sacerdotes, ut videmus perseverasse in Perside, quorum sacerdotes constat Magos esse appellatos: tertii vero generis illi fuere, qui invocationibus malorum dæmonum intendentes, vel ad commovendos animum affectus in contraria studia, vel ad futura prænoscentia, & occulta divinanda, maleficia exercerent: cuius magiæ genus maxime proprio vocabulo malas artes dici, testatur Philo (d), qui tamen veram magiam, ut scientiam libero homine dignam, summopere laudat. Porro tertii generis Magi Romanorum legibus, inquit Tertullianus (e), cum damnati sint atque proscripti: cumque magia puniatur, cuius species est, ait, astrologia, iudicialia scilicet, utique & species in genere damnatur. Hæc ille, qui ejus generis hos fuisse Magos est opinatus, sic dicens: *Magi & Astrologi ab Oriente venerunt: scimus magiæ & astrologiæ inter se societatem. Primi igitur stellarum interpretes natum Christum annuntiaverunt, primi munerarunt.* Hæc Tertul-

(a) 3. Reg. 10.

(b) Num. 24.

XXIX. Magi an reges fuerint.

(c) Apud Hier. tom. 9. de reg. monach.

(d) Philo lib. de special. legibus.

(e) Tertul. li. de Idololatr.

lianus (f), qui & eisdem Reges fuisse affentiri videtur, dum sic ait (g): *Reges Arabum & Saba dona afferent illi; nam vers. Ju. & Magos Reges fere habuit Oriens.* Hæc ille, alludens nimirum ad Plinium (h), qui ait magiam in Oriente Regum Regibus imperasse: vel ad id quod ante Philo dixerat hoc modo: *Non solum eam plebei sectantur, sed etiam Reges Regum maximi, præsertim Persici, tam curiosi harum artium, ut regnare non liceat, nisi cum Magis versato familiariter.* Hæc tenus (i) ille.

[1] At quod Magi fuerint Reges, etiam Theophylactus (k) asserit, idemque Fidelium pia traditio tenet: eisdemque tres numero fuisse, secundum tria munerum genera, æque confirmat; quod & S. Leo (l) in suis sermonibus sæpe testatur. Hos igitur fuisse Reges dixerimus, usitato more divinæ Scripturæ, quæ cujusque opipidi dominum Regem appellare consuevit; ut patet de quinque Regibus, quos Abraham (m) armatis suis vernaculis debellavit. Nec quidem propinquioris Judææ Arabiæ eos fuisse Reges putamus; nam illi præerat Sylleus, cujus Josephus frequenter meminit: sed potius interioris partis provinciæ illius, quæ longe lateque ad Orientem & Meridiem sese diffundit. Quod vero eisdem Matthæus Magos appellet; in eam sententiam sumus procliviores, ut existimemus, illius magiæ studiosos, quæ ex rerum naturalium cognitione percipitur, extitisse; cui quidem nostræ sententiæ adscriptus videtur Chalcidius Platonius, dum suis in Timæum Platonis commentariis hæc ait: *Est quoque alia sanctior & venerabilior historia (alludit enim ad Matthæi Evangelium) quæ perhibet ortu stellæ cujusdam non morbos mortisque denunciatas, sed descensum Dei venerabilis ad humanæ conversationis rerumque mortalium gratiam. Chaldæorum profecto sapientes viri, & consideratione rerum celestium satis exercitati, quævisse dicuntur recentem ortum Dei; repertaque illa majestate puerili, venerati esse & vota Deo tanto convenientia nuncupasse.* Hucusque ille, ratus tamen hos fuisse Chaldæos. Cum autem Epiphanius (n) dicat, dictos Cæturæ filios, Magorum progenitores, habitasse in partibus Arabicis Magodiæ regionis: haud inepte quis dixerit, Magos, non a magica facultate, sed ab eadem Magodiæ regione esse denominatos.

[2] De tempore autem quo Magi Bethlehem

(f) Ter. Arabum & Saba dona afferent illi; nam vers. Ju. & Magos Reges fere habuit Oriens. Hæc ille, alludens nimirum ad Plinium (h), qui ait magiam in Oriente Regum Regibus imperasse: vel ad id quod ante Philo dixerat hoc modo: Non solum eam plebei sectantur, sed etiam Reges Regum maximi, præsertim Persici, tam curiosi harum artium, ut regnare non liceat, nisi cum Magis versato familiariter. Hæc tenus (i) ille.

(k) Theophylact. in Matth. 2. (l) Serm. de Epi. phan. 1. nam illi præerat Sylleus, cujus Josephus frequenter meminit: sed potius interioris partis provinciæ illius, quæ longe lateque ad Orientem & Meridiem sese diffundit. Quod vero eisdem Matthæus Magos appellet; in eam sententiam sumus procliviores, ut existimemus, illius magiæ studiosos, quæ ex rerum naturalium cognitione percipitur, extitisse; cui quidem nostræ sententiæ adscriptus videtur Chalcidius Platonius, dum suis in Timæum Platonis commentariis hæc ait: Est quoque alia sanctior & venerabilior historia (alludit enim ad Matthæi Evangelium) quæ perhibet ortu stellæ cujusdam non morbos mortisque denunciatas, sed descensum Dei venerabilis ad humanæ conversationis rerumque mortalium gratiam. Chaldæorum profecto sapientes viri, & consideratione rerum celestium satis exercitati, quævisse dicuntur recentem ortum Dei; repertaque illa majestate puerili, venerati esse & vota Deo tanto convenientia nuncupasse. Hucusque ille, ratus tamen hos fuisse Chaldæos. Cum autem Epiphanius (n) dicat, dictos Cæturæ filios, Magorum progenitores, habitasse in partibus Arabicis Magodiæ regionis: haud inepte quis dixerit, Magos, non a magica facultate, sed ab eadem Magodiæ regione esse denominatos.

(n) Epiph. in comp. doct.

[1] AT quod Magi fuerint Reges &c. Vide ea de re Dissertationem Augustini Calmet in Magos qui Jesum adoraturi venerunt, tom. II. Prolegom. pag. 62. Latinæ editionis Lucensis.

[2] DE tempore autem quo Magi &c. Vide Dionysii Petavii Animadversiones in S. Epiphanium, tom. II. pag. 89. & eundem de Doctrina temporum lib. XII. cap. VIII. & Franciscum Mariam Florentinum Exercitat. III. De Magorum ad Christum venientium Historia, itinerisque tempore, in Martyrologio Hieronymiano ab eo illustrato pag. 229.

XXXI. Magi quando venerunt. (a) Eusebius in Chron. (b) Epiph. in Panar. lib. 1. tom. 1. propo. fin. & tom. 2. bar. ref. 30. con. Ebion. (c) Matt. 2. (d) Aug. ser. 7. de Epiph. de comp. 35. & in ad. ad. ser. de Epiph. edit. Lo. wou. pag. 431.

hem venerint, inter se dissentiant antiqui scriptores: quorum aliqui, ut Eusebius Pamphili (a), Epiphanius (b), ac ceteri hos secuti in ea fuerunt sententia, ut post biennium a Christo nato Magos in Bethlehem ad Christum venisse dicerent; ea nimirum ratione adducti quod Herodes (ut testatur Evangelista c) omnes pueros occidi iussit a bimatu & infra secundum tempus quod exquisierat a Magis. Sicque anno Augusti Imperatoris quadagesimo-quarto Magos Bethlehem pervenisse asseruerunt. Alii vero dixerunt, decimotertio a nativitate Domini die Magos Bethlehem advenisse, verum biennio ante Christum natum illis stellam apparuisse: cujus sententiæ Augustinus (d) fuisse reperitur, & alii, nec alia ex causa, quam quod a bimatu & infra Herodes pueros omnes necandos curavit. Sed ut ab his omnibus dissentiamus, multa persuadent. Dicant, rogo, qui post biennium a Christo nato eos advenisse tradunt, an id acciderit, quia non statim ut viderunt stellam, se itineri commiserunt? At non ea est causa: quandoquidem eos confestim ut stellam inspexerunt, esse profectos, Evangelista non obscure insinuare videtur: alioquin ea mora ipsos reddidisset suspectos posteris nomine ignaviæ, si tam insolito signo admoniti, adhuc annum & multos menses oscitanter nimis iter capeßere detrectassent. Si vero statim ut in cælo visa est stella, iter arripuerunt; quidnam fuit causæ ut biennii tempus insumpserint in itinere? cum, non dico si e Perside vel Babylone, sed etiam ab extremis Indiis Orientalibus profecti fuissent, illud licet longissimum itineris spatium sex mensibus eos conficere potuissent, quilibet æquus rerum æstimator dijudicare possit. Insuper si, ut dicunt, post biennium Magi advenerunt: quo modo (quod refert sanctus (e) Matthæus) eum in Bethlehem invenerunt, quem (ut testatur sanctus Lucas (f) Evangelista) post quadraginta dies, secundum Moyse legis mandatum, tulerunt Hierusalem, ut sisterent eum Domino, hisque impletis officiis Joseph & Maria Virgo sanctissima una cum infantulo sunt reversi in Galilæam, atque Nazareth habitarunt? Aliqui vero ex his qui hanc sententiam firmare conati sunt, non valentes his respondere, commentum excogitarunt, dicentes; iterum parentes cum puero, occasione cujusdam festi, esse reversos Bethlehem. Sed quod festum fuerit illud, dicant obtestor. Nam si aliquod fuit ex legalibus; Hierosolymam, & non Bethlehem eundem fuisset. Si vero aliquod spectaculum Bethlehem spectatum, abijt ut ejus causa vel pedem extra domus limen integerrima Virgo produxisset credatur. Atque hæc factis sunt ad hanc sententiam refellendam.

Ann. Eccl. Tom. I.

Quod autem ad illos pertinet, qui stellam ante biennium apparuisse putarunt: etiam fati esse possent quæ paulo ante de sumpto dicta sunt: tamen quia & iidem una cum illis ea nituntur ratione, quod dicat Evangelista, Herodem occidi iussisse infantes omnes a bimatu & infra secundum tempus quod exquisierat a Magis: ad hæc primum inferimus id quod Johannes (g) Chryostomus iisdem respondens ait: *Quod Herodes a biennio & infra pueros interficere iussit, non mireris: siquidem conveniunt in eum tyrannum pavore & furor: pro abundantia cautionis majus tempus inclusit, ne quis vel proxima ætatis effugeret.* Hæc ille, & prudenter sane. Quis enim insanientis tyranni, & metu perdendi regni, in proprios filios immaniter debacchantis, furorem intra terminum rationis vel temporis metam putaverit continendum? Tyrannorum est cuncta pavere, nec quantavis adhibita cautela atque custodia posse reddi securum. Didicit ille a Magis tempus stellæ; & licet ex ortu stellæ potuisset simul intelligere tempus nascentis infantis; tamen veritus ne fortassis antea natus esset quam illi stellam vidissent, ea sibi arte consulendum putavit, ne ulterius quod in ea re suspicaretur, reliquum esset: sicut cum nulla subesset ratio, ut qui extra Bethlehem nati essent, occiderentur; eo quod ex divina Scriptura per Principes sacerdotum & scribas certior factus esset, quod Christus in Bethlehem nasceretur; tamen omnes, qui in omnibus finibus ejus essent, necari præcepit.

XXXII. Sed cum illud biennii spatium Evangelista referat ad ea quæ a Magis dicta essent Herodi, cum ait: *A bimatu & infra secundum tempus quod exquisierat a Magis;* dici posse videtur, quod etiam Herodes omnes pueros a bimatu & infra occidi mandavit; tamen quod dicitur: *Et infra secundum tempus quod exquisierat a Magis;* illud, secundum tempus, non esse referendum ad id quod dixerat, *A bimatu;* sed ad illud potius, quod subdit, *Et infra:* sicque Evangelistam significare voluisse, eo cædis edicto non includendos eos qui geniti essent post Christum natum, & stellam visam a Magis, quorum nulla posset esse suspicio; atque ita voluisse cædendorum pueroꝝ terminum esse secundum tempus quod exquisierat a Magis. Sicque ex his, ni fallor, sublata illa videtur de biennio & tempore a Magis perquisito difficultas. Eundem locum sic declaratum vidi postea a Cornelio Jansenio Episcopo Gandavensi, viro quidem Theologicis facultatibus nobiliter exulto; quo non mediocriter delectatus sum, ne ego novi sensus Evangelicæ interpretationis, quantumlibet veri

B 2 atque

XXXII. Arguitur error de mora biennii.

(g) Chryst. homil. 7. in Matth.

Cur a bimatu des jussa.

XXXIII.

atque germani, diceret primus auctor.

XXXIV. Adventus Magorum.

Itaque ea magis nobis probatur sententia, quæ Catholicæ Ecclesiæ consuetudine magis recepta videtur: nempe, Magos tunc, cum natus est Christus, statim vidisse stellam; eosdemque mox Judæam versus iter suscepisse, ad Judæorum metropolim Hierosolimam accessisse, atque interrogasse de nato puero; totumque itineris spatium termino dierum tredecim confecisse, atque Bethlehem pervenisse eodem die quo S. Dei ecclesia tantam solemnitatem anniversaria memoria celebrare consuevit. Quod quidem haud mirum videri debet, si ex Arabia Judææ adjacente (quod superius demonstravimus) eosdem advenisse dixerimus, & (ut prædixerat, (a) Propheta) ad celeritatem itineris dromedariis usos fuisse, quos velociores esse ad cursum equis Nyssæis (b), Aristoteles tradit. Constans insuper est de his sanctorum Patrum sententia, Magos Bethlehem advenientes, in præsepe, ubi natus est, Christum Dominum reperisse, id Chrysofomo (c), Augustino (d), Hieronymo (e) sæpius, & aliis fere omnibus attestantibus. Unde summo jure redarguuntur qui aliter senserunt, ea levi ratione permoti, quod Matthæus nullam de præsepe fecerit mentionem, sed dixerit (f) eos intrasse domum, & invenisse puerum cum Maria matre ejus: quasi vero non sit divinæ Scripturæ factis frequens phrasis, locum quemlibet, ad habitandum tamen accommodatum, quantumlibet exiguum, domum, appellare: cum & nidum avium, domum quoque nominet, ut videre est in Psalmo: Herodii domus: unde Euthymius (g) sic optime: Hic, inquit, tugurium domum appellat.

(a) Isai. 6.

(b) Arist. hist. anim. lib. 9. & ult. (c) Chrysof. in Matth. 2. hom. 6. & 7.

(d) Aug. ser. 2. de Epiph.

(e) Hier. ep. 14. 17. 18. & 27. Fulgentius, & alii recentiores.

(f) Mat. 2.

(g) Euthym. in Matth. 2.

XXXV. De Stella.

Quod ad stellam pertinet, quæ iisdem Magis apparuit: cujus generis astrorum fuerit, jam penes omnes antiquos Patres in confesso est, nequaquam ex illis fuisse, quibus cælos videmus ornatos, nec etiam ex illis, quæ ex vaporibus coagmentatis accensæ in aere, cometæ sunt dictæ, quod Origenes (h), Basilius, (i), Chrysofomus (k) & alii optime intellexerunt. Cum autem divino miraculo cælitus apparuerit, naturæ superans facultatem, cuius substantiæ fuerit, non est facile definire: unde in eo consentiunt omnes, divinam quamdam fuisse virtutem, quæ non aspicientium tantum oculos sui fulgoris radiis illustraret, sed quæ & mentes illorum divina luce perfunderet, atque ad Christum natum perquirendum excitaret; idque præ cæteris affirmat S. (l) Leo his verbis: *Agente sine dubio in eorum cor-*

(h) Orig. lib. 1. contra Cels.

(i) Basil. de hum. Christi. generat.

(k) Chrysof. in Mat. 2. hom. 6.

(l) S. Leo ser. 4. in Epiph.

dibus divina inspiratione, ut eos tantæ visionis mysterium non lateret; & quorum oculis ostendebatur insolitum, animis non esset obscurum. Id ipsum Chrysofomus (m), Fulgentius (n), & alii. (m) Chrysof. ubi supra. (n) Fulgent. serm. de Epiph. (o) Nyss. dialog. de anima. Gregorius (o) Nyssenus existimavit esse Angelum, qui ea figura stellæ apparuerit. Quicquid sit, illud exploratissimum est, ipsum Deum omnipotentem, qui visibilibus illis signis, columna ignis per noctem, & nubis columna in die populum tot annis per desertam regionem deduxit, eundem ipsum stellæ signo Magos ad præsepe perduxisse. Certe non ejus fulgoris, quo cæteras nitere videremus stellas, fuisse, sed longe fulgentioris, S. Ignatius (p) proximus illis temporibus declarat his verbis, ad Ephesios scribens: *Stella fulsit splendore exuperans omnes quotquot ante fuerant: lux enim illius inenarrabilis erat, & stuporem incussit omnibus aspicientibus eam rei novitas. Omnia autem reliqua æbra una cum Sole & Luna chorus fuere stellæ illius, ipsa vero claritate exsuperabat omnes.* Hæc ille. Hinc Prudentius cecinit de ipsa dicens:

*Stella quæ Solis rotam
Vincit decore ac lumine, &c.*

Ex quibusdam autem apocryphis Seth nomine scriptis libris, multa de Magis feruntur, deque stella quæ illis apparuit, quod formam pueri crucem gestantis exprimeret: sed quia hæc commenta ab hæreticis (q) Sethianis excogitata videntur, ut inania prætermittimus.

Cætera autem quæ hujus historiæ sunt mysteria, ipsaque a Magis oblata mystica munera, qui hæc cupit, interpretes consulat; nos vero nostri instituti limites non excedimus. [1] Illud tantummodo non prætereundum putamus, ejusmodi Magorum ad Christum adventum, quod ex eo vocatio Gentium ad Christum expressa fuerit, celebri anniversario cultu Ecclesiam consuevisse celebrare, ac magnificentissime colere, ut sanctorum Patrum fere innumeræ de ea re descriptæ homiliæ declarant: adeo ut extorris prorsus a Christiana religione videretur, qui tantæ ejus diei celebritati non interfuisset. Unde de Juliano Apostata Ammianus (r) scribit, quod licet clam dæmonibus immolaret, tamen ne detegeretur quod erat idolorum cultor, voluit suam præsentiam exhibere his feriis, quas, inquit, Christiani celebrantes mense Januario, epiphaniæ nomine nuncupant. Eadem de Valente Imperatore testatur Gregorius (s) Nazianzenus. At jam de his satis.

Postquam autem Magi, ut decebat, Christum

(m) Chrysof. ubi supra. (n) Fulgent. serm. de Epiph. (o) Nyss. dialog. de anima.

(p) Ignat. ad Ephes. epist. 14.

(q) Epiph. hær. 26. & 39.

XXXVI.

Festum Epiphaniæ.

(r) Ammian. Marcel. lib. 21.

(s) Greg. Nazian. orat. in funere Basilii.

XXXVII.

Magorum reditus.

(a) Extat Cyrilli hist. de vita Theodosii apud Mezzaph. die 21. Jan.

Christo infanti debitum exhibere religionis obsequium, in somnis admoniti, per aliam viam reversi sunt in regionem suam: qui tantum abest, ut Jerosolimam ad Herodem redierint, ut nec in his quæ esse solent in via, publicis hospitarentur hospitibus, sed in montibus & in speluncis agent, cum post labores itineris, quiescendi tempus advenisset. Atque hæc quidem ex his quæ Cyrillus (a) fidelis historicus scribit in rebus gestis S. Theodosii cœnobiarchæ, facile possunt intelligi; qui dum agit de monte & spelunca, quam sibi ad habitandum sanctissimus vir ille delegit, hæc ait: *Quadam enim fama ab alio a parentibus tradita ad nos usque pervenit, quæ dicit, fideles illos Magos, qui Bethlehem venerunt ab Oriente, cum Deo, qui ex superna specula in Occidentem hujus mundi venerat, aurum, zbus, & myrrham pie admodum obtulissent; deinde ab Angelo responsum accepissent, ne eandem viam rursus inirent, sed per aliam prorsus redirent in suam regionem: hos, inquam, dicit Magos in hac spelunca in reditu fuisse diversatos; cumque hic noctu dormissent, mane ingressos esse viam quæ ducebat in patriam. Tale quidem esse id quod dicitur, nulla labefactat improbabilitas. Nam primum quidem cum statuisset non ingredi iter per Hierosolimam, non est admodum facile, ut in alia via ex Bethlehem domum reverterentur: sicut etiam nunc videmus, eos qui a Bethlehem, vel ab ea quæ est circumcirca regione transeunt, per hanc proficisci. Hæc ille. Pergit vero Evangelista.*

XXXV. III. (b) Luc. 2. Jesus offertur in templo.

Postquam (b) impleti sunt dies purgationis Mariæ, secundum legem Moysi, rulerunt illum in Jerusalem, ut sisterent eum Domino, sicut scriptum est in lege Domini: *Quia omne masculinum aperiens vulvam, sanctum Domino vocabitur, & ut darent hostiam, secundum quod dictum est in lege Domini par turturum, aut duos pullos columbarum. Et ecce homo erat in Hierusalem, cui nomen Simeon, & homo iste justus & timoratus, expectans consolationem Israel, & Spiritus sanctus erat in eo. Et responsum acceperat a Spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi prius videret Christum Domini. Et venit in spiritu in templum: & cum inducerent puerum Jesum parentes ejus, ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo: & ipse accepit eum in ulnas suas, & benedixit Deum, & dixit: Nunc dimittis servum tuum Domine, &c. Et erat pater & mater ejus mirantes super his quæ dicebantur de illo: & benedixit illis Simeon, & dixit ad Mariam matrem ejus: Ecce postus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel, & in signum, cui contradicetur:*

& tuam ipsius animam pertransibit gladius, ut reveleantur ex multis cordibus cogitationes. Hæc Lucas. Porro hæc omnia, ut legi obsequerentur, legalia exhibuerunt officia; quod & Lucas, dum ipse lareus astringeretur Virgo sanctissima: quippe quæ sicut cum concepit filium, nulla est ex parte foedata, sed mirifice illustrata; ita cum peperit, nullam virginalem claustrum jacturam sentiens, remansit in omnibus illibata, atque prorsus impoluta, magis magisque donis cælestibus aucta.

Non est igitur quod quis requirat in natura modum, dum qui supra naturam habet imperium, hæc miracula operatur, & superexcellenti quadam divinæ operatione naturæ: qui enim e mortuis exurgendo signaculum sepulturæ non solvit, quomodo nascendo virginalis claustrum violavit? nisi quis impie dixerit, qui percipit lapidi, non pepercisse matri. Si quid autem contra hæc loqui visi sint (c) Tertullianus (c), Origenes (d), & Ambrosius (e), ita accipiendæ sunt eorum sententiæ, ut sic Christus per sacra virginæ uteri claustra transierit, ut eadem claustra remanserint, secundum illud quod de porta Orientali (f) propheticè dictum est. *Porta hæc clausa erit: non aperietur, & vir non transibit per eam: quoniam Dominus Deus Israel ingressus est per eam: eritque clausa Principi.* Quod ad specialem Salvatoris nativitatem esse referendum, ait (g) Hieronymus, ut sic dicatur Christus aperuisse claustra ipsius virginæ pudoris, ut tamen eadem jugiter clausa permanerent. Augustinus (h) novum miraculo in re minima edito, vetus in re omnium maxima factum demonstrat, cum agit de annulo ad zonam ligato, atque sine ipsius annuli vel zonæ fractura foras in terram elapso. Sicut ergo ea ratione lege soluta erat sanctissima Virgo: ita etiam (quod non sicut cæteræ feminae, viri femine conceperit, nec ut aliæ, cum dolore pepererit) omnium quæ ex peccati culpa proveniunt, infirmitatis atque languoris expers omnino fuit: hinc sibi tempus purgationis expectandum non erat; & nihilominus hæc omnia libens volensque, ut sacre legi obsequeretur, sibi implenda proposuit.

Sed ad ipsum Simeonem veniamus, de quo hæc scriptis mandasse reperitur Timotheus (i) presbyter Hierosolymitanus: Cum, inquit, Simeon esset in templo, vidit quidem multas matres cum suis filiis templum ingredientiæ ad peragendum sacrificium purificationis; in quarum medio erat quæ portabat venerandum fetum, & nullis sordibus contaminatum. Justus autem Simeon hac & illuc oculos circumferens postquam vidit multas matres in pri-

XXXIX. Virginitas illibata.

(c) Tertul. lib. de carne Christi. in fine.

(d) Orig. in Luc. hom. 14.

(e) Ambros. in Luc. com. lib. 2.

(f) Ezech. 44. tra Pelag. lib. 2.

(g) Hieron. in Jer. lib. 2.

(h) Aug. in Civ. Dei lib. 22. c. 8.

XL. (i) Timotheus presb. serm. de Simeone.

Jesus a Simeone suscipitur.

[1] **E**jusmodi Magorum ad Christi adventum &c. Vide Spondani Epitomen in notis ad hunc locum, Ludovicum Thomassinum de Festis lib. II. cap. VII. & Edmundum Martenium de antiquæ Ecclesiæ disciplina in Divinis celebrandis officiis, cap. XIV. ut alios recentiores præteream.

privato habitu humanitatis, solam autem Virginem infinito, & divino lumine circumdatam, separavit reliquas matres, clamans, & dicens coram omnibus: Date mihi locum, ut teneam eum, qui desideratur: vidi eum, qui me praevidit; unde & meus germinavit spiritus. Cur quae estis ancilla, cum libera & domina concertatis? cur infantes vestros ara offeritis? huc convertimini, & eos offerte huic puero, qui est antiquior Abraham, &c. Hæc ille; sed, ut putamus, pia potius meditatione, quam historica assertionem. Idem Simeon, de quo agimus, inter Prophetas annumeratur: de cuius vita & obitu (a) Epiphanius agens, hæc habet in fine: Vita sanctus est Simeon iste quidem pluribus annis obstitus, bene confectus: nec tamen a sacerdotibus postremum honorem consecutus, humatus est. Hæc ille. Cur autem id acciderit, nullam affert causam; sed ea putatur, quod palam Christi adventum annuncians, in se Sacerdotum cæterorum invidiam & odium concitavit. Porro commentum illud de Simeone, quod cæcus fuerit, sed cum Jesum accepit in ulnas, visum receperit, nec dignum quidem putavimus, quod Annalibus intexteretur: nam divinæ Scripturæ adversari constat. Leviticus enim capite vigesimo primo sententia Domini declaratum scimus, ne cæcus in templo Domini fungeretur munere sacerdotis: functionem autem illam sacerdotalem fuisse, cum Lucas insinuat, tam Patres ferme omnes agnoscunt, & Ecclesiam in sacris imaginibus profiteri, certum est. Auctor autem ejus historiæ est qui præfationem habet versionis dialogi Jasonis cum Papisco, quæ extat in calce operum Cypriani editionis Pamelii, ex quo alii accepisse videntur. Sed cum nullus antiquorum Patrum Simeonis cæcitate reperitur assertor: equidem eam historiam ut apocrypham esse rejectam, argumento est.

(a) Epiph. de Prophet. vit. & interit. c. 24.

XLI. De Simeone.

(b) Luc. 2.

Anna vidua.

(c) Cyril. cat. c. 10.

Verum enim vero non tantum cum accepisset puerum in ulnas suas Simeon, illud de adventu Christi palam canticum occinuit, & prophetice, quæ de illo essent ventura, prædixit: sed, Et erat, inquit Lucas (b) Anna prophetissa, filia Phanuel, de tribu Aser: hæc processerat in diebus multis, & vixerat cum viro suo annis septem a virginitate sua. Et hæc vidua erat usque ad annos octogintaquatuor: quæ non discidebat de templo jejuniis & obsecrationibus serviens nocte, ac die. Et hæc, ipsa hora superveniens, constabat Domino, & loquebatur de illo omnibus, qui expectabant redemptionem Israel. Hæc de ipsa Lucas Evangelista. Quomodo autem Anna nunquam e templo discessisse dicatur, ut merito eandem S. Cyrillus (c) Hierosolymitanus religiosissimam monialem appellet,

consule quæ superius dicta sunt de præsentatione Dei genitricis in templo. At quomodo Præsentationis Christi solemnitas quam & Purificationem, sive Occursum majores nuncupavere, ad abolenda Lupercalia, Romæ cepta sit anniversaria festa die celebrari, suo loco didicuri fumus inferius.

XLII.

Cum vero hæc Hierosolymis non in angulo, sed in templo agerentur, & tam ex Simeonis cantico & prophetia, quam etiam (ut dictum est) ex Annæ attestatione, jam spargerentur in vulgus, & in Herodis aures illaberentur: qui nuper de nato Rege Judæorum ex relatione Magorum magnum timorem conceperat; his denuo de adventu Christi nunciis exacerbatus, in furorem adus, ut se eo metu liberaret, necem meditatur infantis. Sed tanto facinori, per Angelum Joseph monens occurrit Deus: tunc enim accidit, quod post Magorum discessum contigisse Matthæus (d) Evangelista scribit his verbis: Cum recessissent, ecce Angelus Domini apparuit in somnis Joseph, dicens: Surge accipe puerum, & matrem ejus, & fuge in Ægyptum, & esto ibi usque dum dicam tibi. Futurum est enim ut Herodes querat puerum ad perdendum eum. Qui consurgens, accepit puerum, & matrem ejus nocte, & recessit in Ægyptum, & erat ibi usque ad obitum Herodis: ut adimpleretur quod dictum est a Domino per Prophetam dicentem: Ex Ægypto vocavi filium meum. Hæc Matthæus. Quæ autem Domino nostro Jesu Christo Ægyptum adeunti contigerint, ex Sozomeno (e) hæc scribente describimus.

(d) Matth. 2. Jesus dicitur in Ægyptum.

(e) Sozom. hist. li. 5. c. 21. & Niceph. ex p. 14. 10. c. 31.

Memorant, inquit, arborem esse, quæ Persis dicitur, Hermopoli, quod est oppidum Thebaidis; cujus fructus aut folium aut particula aliqua corticis egrotis admoda, morbos a compluribus depulerit. Nam traditum est, Joseph cum propter Herodem, assumptis secum Christo & Maria sancta Deipara, fugisset, atque venisset Hermopolim, simul ut portæ appropinquavit, statim arborem, licet plane maximam, adventu Christi curvatam esse, atque ad solum usque se inflexisse, & Christum adorasse. Atque hæc quidem de hac arbore, sicut a multis auditi, a me commemorata sunt. Quæ quidem, si quid ego judico, vel significabant jam Christum in urbe adesse; vel, ut est verisimile, non modo arborem, quam incolæ propter magnitudinem & pulchritudinem lege gentilitia venerabantur, demone jam qui ibi colebatur ob Christum alium rerum everforem, qui in eo loco comparebat, perhorrescente, sua sponte commotam esse: verum etiam omnes Ægyptiorum statuas, adventante tum Christo, juxta prophetiam Isaïæ, concussas. Itaque demone inde abacto, arbor, quo rei gestæ testimonio esset,

XLIII.

Jesu in Ægyptum perducto miracula.

set, remansit ibi, fidelesque morbis liberavit. Atque ut Ægyptii & Palæstini istarum rerum, sic aliis singulis aliarum, quæ apud ipsos gesta sunt, testes locupletes existunt. Hactenus Sozomenus. At vero Isidi consecratam fuisse Perseam arborem, Plutarchus (a) ait; ea de causa, quod ejus fructus cordis, folium linguæ speciem referat.

(a) Plutarch. in Iside.

Quod pertinet ad Ægypti simulacra: de illis olim hæc prædixerat Isaïas (b): Ecce Dominus ascendet super nubem levem, & ingredietur Ægyptum, & commovebuntur simulacra Ægypti a facie ejus, & cor Ægypti tabescet in medio ejus. Eusebius (c) Pamphili de his agens, hæc ait: Hi qui prius incolebant Ægyptum pravi vitiosisque demones per multa sæcula in simulacris latitantes, animasque Ægyptiorum omnis superstitionis errore addicentes ac subsidentes, cum sensissent novam quamdam divinamque virtutem ad se accessisse, illico commoti sunt, & fluctuationem ac perturbationem in semet ipsis pertulerunt; corque eorum & vis intelligendi intrinsecus ab ipsis convulsa sunt; cæseruntque & fugati sunt ab eadem virtute, quæ vi effugere eos compellebat, & ignis instar ineffabili quadam ratione adducebat: & tunc quidem invisibiliter demones talia passi sunt, cum Salvator noster in Ægyptum cum visibili corpore pervenit. Hæc Eusebius. Sed & S. Athanasius (d) Alexandrinus Episcopus, non tantum commota esse, sed corruisse simulacra Ægypti testatur his verbis: Quis justorum aut Regum in Ægyptum descendit, & ejus descensu idola in Ægypto ceciderunt? Abraham descendit, nihilominus tamen idololatria ubique viguit: natus est ubi Moyses, æque illic hæsit religionis error; & inferius: Ægyptiorum superstitio non quiescisset, nisi Dominus omnium in corpore, quasi in nube vectus, eo descendisset, & idolorum errores conspiciisset. Hæc ille.

XLIV. (b) Isaï. 19.

(c) Euseb. de demonstr. li. 6. c. 20.

Simulacra collapsa.

(d) Athanas. li. de incar. Verbi.

XLV. (e) Orig. homil. 3. divers.

Origenes (e) & ipse Ægyptius in hunc modum: Fuge in Ægyptum, propterea ut destruantur manufacta eorum, & confringantur & pereant idola ipsorum; propterea ut demones turbentur, & Regum fabricæ in idolis destruantur, ut fiat in adventu Domini fugitivorum servorum & malorum interitus. Hæc ille, & alia multa id genus: eadem alii complures sanctorum Patrum: quæ quidem omnia sic accipienda esse putamus, non ut cuncta quæ tunc erant in Ægypto corruerint simulacra, sed de his aliqua; non tam in signum quod ille advenisset, quam quod idololatriam esset penitus eversum. Demum in Vitis Patrum, quod opus Evagrii esse putatur, hæc scripta leguntur: Vidimus & alium sanctum virum, nomine Apollonium, apud Thebaidem in

finibus Hermopolis; ad quam civitatem Salvatorem cum Maria & Joseph de Judææ finibus venisse tradunt, secundum prophetiam Isaïæ: vidimus ergo ibi & templum ipsum, in quod ingresso Salvatore, corruisse omnia idola in terram, & comminuta esse, memorabantur. Hæc ibi. Sane quidem illinc fluxisse in Græcos fontem idololatriæ, qui Herodotum legerit in Euterpe, plane intelliget.

XLVI.

Quod autem (ut hoc non prætereat) citantes nos librum inscriptum Vitas Patrum, hic & alibi Evagrium ejus nominamus auctorem, & alii putent Rufino potius tribuendum: Molanum non inviti (umus secuti, locum Hieronymi amphibologicum in epistola ad Cresiphontem ita interpretantem, ducti ea potissimum conjectura, quod si adeo immane scelus Rufinus perpetrasset, ut hæreticos pro catholicis atque sanctis universæ Ecclesiæ legendos tribuisset; quoties istud in tribus libris illis in Rufinum conscriptis ipse pro more suo exaggerans sanctus Hieronymus exprobrasset, cum e contra nec leviter ejus meminisse reperitur? His accedit quod Gennadius exacte relegens omnia Rufini scripta, nequaquam ejus operis verbum facit, licet nec Evagrius tribuat, sed Petronio. Sed coeptam jam prosequamur historiam.

XLVII.

Porro non modo Ægyptum Domini præsentia illustratam, sed & ipsam solitudinem, per quam transivit, esse nobilitatam tradunt: quæ tunc quodammodo semen benedictionis suscipiens, postea suo tempore (quod idem ait (f) Propheta: Exultabit solitudo, & florebit quasi lilium: germinans germinabit) tot sanctorum monachorum, illic quaquaversum incolentium, produxit sacra germina. At non prætermittendum putamus nobile monumentum habitationis Christi in Ægypto; quod traditione piorum cognovimus, posteris, ab his qui religionis ergo ad illa peregrinati sunt loca, & inter alios ab eo qui cæteris habetur (g) fidelior, sic describitur: Inter Heliopolim & Babyloniam, medio ferme loco, est balsami hortus: & post multa: Rigatur, inquit, hortus; ille ex parvulo fonte, sed ubere, in quo fama est beatam Virginem Jesum parvulum pluries lavisse, panniculosque ejusdem mundasse, cum esset in Ægypto propter metum Herodis: est & ibidem lapis, super quem dicitur eosdem excidisse: hæc omnia venerantur a Christianis & Sarracenis. Verum quia fons Jesu parvulus est, non sufficiens irrigationi rotius horti, Sarraceni alium profundum foderunt puteum juxta illum, ex quo quatuor boves per rotam aquam extrahunt, sperantes ex vicinitate fontis Jesu aquam alterius fontis fore virtuosam. At se deceptos animadvertentes, construxerunt

(f) Isaï. 35.

(g) Burchar. in descript. Terra S. par. 2. c. 4. Memoria Christi in Ægypto.

cana-

canalem, per quem transmittunt aquam illam in fontem Jesu, ut sic ex eis mixtis fecundaretur hortus. Nec eos fefellit opinio: nunc enim sufficienter & virtuose fecundatur ex aquis sic mixtis. Hæc & alia admiranda, quæ auctor oculis contemplatus est, refert; cui, ut diximus, cæteri qui ejusdem argumenti libros scripserunt, adstipulantur: qui & addunt (a) locum illum in quo habitasse ferebatur sancta Deipara, ab ipsis etiam Sarracenis magna veneratione haberi, adeo ut ibi lampadem perpetuo ardentem in memoriam Jesu illic olim habitantis conferrent: locumque illum ab incolis Ægyptiis Matuream nominari tradunt. Sunt & alia multa de his quæ tum in itinere, tum etiam cum manerent in Ægypto, contigisse dicuntur: quæ quoniam firma carent auctoritate, libentius silentio præterimus: accepta enim putamus ab apocrypho illo de Infantia Salvatoris inscripto libello, qui legibus (b) Ecclesiasticis est interdictus. Sed his omiſſis, Evangelicam jam prosequamur historiam.

Cum vero Christus ex Judæa recessisset: Tunc, inquit Matthæus Evangelista (c) videns Herodes quoniam illusus esset a Magis, iratus est valde, & mittens occidit omnes pueros, qui erant in Bethlehem, & in omnibus finibus ejus, a bimatu & infra secundum tempus quod exquirit a Magis. Tunc adimpletum est quod dictum est per Hieremiam Prophetam, dicentem. Vox in Rama audita est ploratus, & ululatus multus: Rachel plorans filios suos, & noluit consolari, quia non sunt. Hactenus de his Matthæus. Non sensit ante dictum tempus dierum quadraginta Herodes se illusum a Magis: siquidem cum illi magno silentio recessissent, spe sua frustratos atque delusos esse putavit, vitasseque in itinere Jerusalem, ne populi totius derisioni paterent. Hæc ratus ille, quæ Magi dixerant de Christo nato, humanum existimavit esse signum. Cum primum autem de eodem ex his quæ accidissent in templo (ut diximus) certior factus esset; tunc se a Magis, qui se redituros Jerusalem ad ipsum spondissent, illusum fuisse cognovit: magnoque furore percitus, quolibet mox infantes, qui Bethlehem essent, ac in finibus ejus, necandos esse mandavit; eos videlicet qui essent bimuli ac inferioris ætatis, usque ad illud tempus quo stella Magis apparuisset, & de Christo nato certam fidem fecisset. Cur autem a bimatu & infra Herodes pueros occidi jufferit, satis pro-

(a) Vide Cornel. Jans. concord. E-warg. cap. 21.

(b) Gelas. in can. de lib. apocryph. XLVIII. (c) Math. 2. Herodes in infantibus lævit.

rius dictum est, cum de tempore apparentis stellæ sermonem habuimus.

Hic tantum refellendum est illorum commentum, qui dixerunt idcirco bimulos ab Herode esse jussos occidi, quod tunc temporis ipse Romam abierit accusatus a filiis, neque usque ad biennium in Palæstinam redierit. Hæc licet conficta omnino videantur, tamen esse falsa, Josephi testimonio convincuntur. Constat quippe ejusdem (d) auctoritate, Herodem tempore regni sui Romam bis concessisse: primo quidem non accusatus a filiis, sed potius ipse accusaturus filios, illuc se contulit; indeque in Palæstinam est reversus ante annum vigesimumoctavum regni ipsius; quo anno, Olympiade centesima nonagesimafecunda, Cæsaream in honorem Cæsaris dedicavit. Quod certe tempus neque secundum annos regni Herodis ab eodem Josepho supputatos, neque secundum intam superius a nobis rationem ejusdem regni, temporis natalis Domini aptari potest, & multo minus posterior ejusdem Romam adventus, cujus idem (e) meminit, ut recte intuenti veritas se ante oculos offert. Itaque illatum Eusebii (f), tum etiam aliorum asserentium infanticidium perpetratum post biennium a Christo nato, sententia prorsus irrita redditur.

XLIX. Arguitur error de mora Herodis.

(d) Joseph. lib. 16. c. 7. 8. 9.

(e) Idem eod. lib. c. 13.

(f) Eusebius in Chron.

L.

[1] Necantur miserando modo interea infantes; luxit tunc Bethlehem infantulos suos: & quod prædixerat Hieremias (g) Propheta, vox in Rama audita fuit: mirum, sive (quod habet Hebraica lectio) immentum de tam miserabili infantium strage lamentum auditum est in excelso, sive in Rama civitate in forte Benjamin contra Hierusalem, cujus est frequens mentio in divinis (h) Scripturis; sive in Rama, quæ erat in Arabia (ut Justinus (i) Martyr, differens cum Tryphone, putat intelligendum) longe lateque fama percurrebat: eademque non tantum Ramam, sed Romam perlata est, & pervenit ad aures Imperatoris; quod Ethnicus auctor testatur. Macrobius (k) enim ejusdem infanticidii his verbis meminit, dum agit de Augusto: Cum, inquit, audisset, inter eos quos in Syria Herodes Rex Judæorum inter bimatum jussit interfici, filium quoque ejus occisum, ait: Melius est Herodis porcum esse, quam filium. Quod scilicet, qui filios occideret, abstinere a nece porcorum, utpote Judæus. Judæi enim a nominatione etiam ipsa porcorum abstinere solebant, qui eos, uti testatur (l) Josephus, nefanda animalia appellare consueverunt. Eo infantiæ, atque furoris pro-

(g) Hierem. 31.

(h) Josue 18. Judic. 19. 3. Reg. 15.

(i) Just. mar. dial. de verit. Christi. re. lig.

(k) Macrobius. lib. Satur. 2. c. 4.

(l) Josephus. de bello Judæic. lib. 5. cap. 1.

processit cæca dominandi cupido, ut cum omnes homines sic regnare cupiant, ut possint regnum ipsum in filios propagare: ipsamet modo armet parentes in filios, veluti adversus immanissimos hostes, ne regnent: ita factum vidimus ab Herode, non unius sed plurium filiorum sævissimo interfessore. Non enim unum tantum quem Macrobius tradit, occidit Herodes filium, sed plures. Verum quis iste fuerit apud Josephum non invenies, nec nomen quidem ipsius sciri potest: facile enim accidit ut nulla ratio habeatur infantis, qui e vestigio de utero transferatur ad tumultum, & pene sit mortuus, antequam viveret; ne tu putes ex Josepho Macrobius erroris esse redarguendum, cum & ipse multa quidem memoria digna præterisse noscatur. Nolim tu ergo existimes, quæ apud alium aliquem dignum probatumque auctorem reperiri contingat, fide minui ex eo, quod Josephus ea silentio obvoluta reliquerit, cum nec ipsa quidem sacra Evangeliorum historia non ab uno dumtaxat, sed a quatuor scripta Evangelistis id sibi vendicet, ut cuncta quæ a Redemptore nostro Domino Jesu Christo facta, a quatuor illis fuerint scriptis prodita, testante id quidem atque ingenue veritatem profitente uno ex illis, qui ultimo loco scripsit, S. Joanne Evangelista, dum verbis istis suæ descriptioni finem imposuit, dicens: (a) Sunt autem & alia multa, quæ fecit Jesus, quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt, libros. Hæc sint dicta in defensionem Macrobius, cujus fidem scimus in suspicionem adduci, eo quod novum quemdam Herodis filium infantem inducat a Josepho penitus prætermisissimum, eundemque causa Christi peremptum. In quo quidem patrato scelere eo apparuit Herodes iniquior, quod sciret certum habiturum Regni filium successorem. At quid rationem quæris in homine truculento omnium rationis & humanitatis experte? Invidet Tyrannus Numini, minuique ab eo putat facultate regnandi, si non ipse, sed Deus de successore decernat. Sic quidem innatum est superbo, contra propria commoda bellum gerere adversus Deum. Interfecit Herodes & tres alios filios, sed aliis temporibus, aliisque de causis: videlicet Antipatrum, qui venenum patri paraverat: sed id factum est (ut narrat Josephus b) quinto die ante, eju-

(a) Joann. ult.

(b) Josephus. Antiq. lib. 17. c. 9.

dem Herodis obitum. Jussi sunt item ab eo occidi alii duo, sed longe ante hæc tempora: fuerunt hi Aristobulus & Alexander; qui non cito furore Herodis de medio sublati sunt, verum ipso Augusto permittente, & concilio centum quinquaginta virorum Beryti ad hoc coram Syriæ præsidibus convocato, decernente.

LI. Infantes martyres

Quod pertinet ad necatos infantes: quod pro Christo occisi sint, immo & in singulis Christus videatur occisus, merito magno honore eos semper Ecclesia affecit, & ut martyres coluit, atque anniversaria memoria celebrare continevit; unde Origenes (c): Bene, inquit, & secundum voluntatem Dei eorum memoriam sancti Patres mandaverunt sempiternam in ecclesiis celebrari, veluti pro Domino morientium, veluti pro Judæis & Gentibus credituris, vel etiam ipsi parentibus; quorum parentes, ut diximus, primum dolore percutiebantur, ut eis intercessio filiorum ad Deum plurimum profuisset. Hæc Origenes: & S. Augustinus ex Latinis de cultu sanctorum Innocentium ab Ecclesia recepto testatur agens contra Pelagianos, & in feronibus de iidem habitis. Addunt nonnulli (quod modo diximus) iidem temporibus Herodem complures Pharisæorum occidi mandasse, eo quod non sicut alii Judæi, Cæsari & ipsi jurassent. Timore enim nuper nati Regis tyrannus exagitatus, ne regni dispendium pateretur; quo sibi illud magis magisque firmaret, populum ad juramentum adegit: sed hæc fusius antequam sequenti, quo sunt facta, dicentur. Narrat Eusebius (d) Herodem post necem infantium perpetratam in multas calamitates incidisse, morboque protinus vexatum esse, sicque ad extremum usque spiritum perseverasse. Verum quod ad morbum pertinet, illæ ærumnæ alio tempore acciderunt: deceptus est enim ipse, quod infanticidium (ut vidimus) post biennium a Christo nato esse perpetratum putarit.

(c) Orig. hom. 3. divers.

(d) Euseb. hist. lib. 1. c. 8.

Ad hæc etiam spectare videtur quod scribit S. Petrus (e) Episcopus Alexandrinus & martyr in suis regulis Ecclesiasticis, quas recepit atque probavit sexta Synodus (f); occasione hujus infanticidii, Zachariam sacerdotem Joannis patrem, quod ad necem quæsitum filium, subtraxisset, ab eodem Herode inter templum & altare occidi jussim: scribit hæc istis verbis: Cum quibus Herodes & alium prius natum infantem cum interfecturus quæsisisset, & non invenisset; patrem ejus Zachariam interfecit inter templum & altare, cum effugisset filius cum matre Elizabeth. Hæc Petrus: non quod edicto Herodis includeretur Joannes, qui nec in Bethlehem, nec in finibus ejus, sed in domo paterna in montanis Judææ

LII. Zacharia finis.

(e) Petrus Alex. can. 3.

(f) Synodus. c. 10. apud Theod. Balsam.

[1] Necantur miserando modo interea infantes &c. De hac infantium cæde Vide Petri Danielis Huetii Demonstrationem Evangelicam Propositione IX, cap. XV.

(ut superius dictum est) alebatur; sed quod Herodes ea suspicione nati Regis Judæorum vehementer exagitatus esset: cum enim ad aures ejus pervenissent admiranda illa, quæ in conceptione & natiuitate Joannis contigissent, eum Christum esse ratus (sicut & Judæi postea eodem errore lapsi sunt) ipsum speciali mandato necari iussit, ut se ea suspicione liberaret. Magna certe fuerant signa illa, atque in ore omnium perulgata, nam, quod ait Evangelista (a): *Factus est timor super omnes vicinos eorum; & super omnia montana Judææ divulgabantur omnia verba hæc: & posuerunt omnes qui audierant in corde suo, dicentes: Quis, putas, puer iste erit?* Equidem sicut cum tantus sacerdos, pater ejus Zacharias, offerens incensum in templo mutus est redditus; quod visionem vidisset, cognovit populus: sic etiam reddita illi loquela, ac ministrante ipso in templo, tantæ rei causa neminem latuit. At quod sciebant omnes, Herodem unum præterisse ac ignorasse, stultitia est dicere; sicut & obtusæ mentis, existimare Herodem hæc tanta dissimulasse, & patientia tolerasse.

LIII. De Zachariæ necis testes.

(b) Cyrillus ad ver. Anropomorphitas.

(c) Orig. in Matib. tra. 20.

(d) Gregor. Nyssen. de Christi nat.

(e) Basil. lius homil. Zachariam patrem Joannis intelligi videntur: ex quibusdam apocryphorum somniis na Christi gen.

(f) Hier. in Matt. c. 23. lib. 4.

Hæc dixerimus, quo magis nobis probetur Zachariæ necis causa a Petro allata, licet ex apocryphis accepta noscatur; quam his quoque verbis recenset Cyrillus (b) Alexandrinus: *Hic Zacharias prophético spiritu ad occultorum cognitionem deductus, cum mysterium Virginis de eximio partu probe intellexeret, non arcuit incontaminatam purissimamque matrem ab eo templi loco, qui virginibus ex lege designatus erat: docens nimirum Judæos, quod creator totius universi & omnis creaturæ Rex humanam naturam, ut reliqua etiam omnia, subiectam habet, pro suo arbitratu eam ad quodcumque velit ducens, non autem ipse creaturæ addictus: adeo ut in ipsius potestate sit futurum, novam creaturam creare, quæ matrem effectam virginitate non prioret, idcirco non arcuit eam a loco templi virginibus dicato: erat enim locus hic inter altare & templum intermedius. Quando igitur audierunt Regem totius creationis ad humanam natiuitatem divino consilio procedere, veriti ne in ejus Regis potestatem & imperium venirent, eum qui hæc de partu testificatus erat, interficiunt, sacerdotem sacrificantes. Hæc S. Cyrillus: Narrant eadem Origenes (c), Gregorius Nyssenus (d), Basilus (e), & alii post eos. Haud tamen dubium est de his intellexisse Hieronymum, dum ait (f): *Alii Zachariam patrem Joannis intelligi videntur: ex quibusdam apocryphorum somniis na Christi gen. approbantes, quod propterea occisus sit, quia Salvatoris predicaverit adventum: hoc quia de scripturis non habet auctoritatem, eadem facilitate contemnitur,**

qua probatur. Hæc ille, in eam sententiam magis inclinans, ut Zacharias ille, quem Dominus, exprobrans Judæis, interfectum dicit (g) inter templum & altare, non fuerit pater Joannis de quo agimus; sed ille potius qui a Joas Rege inter templum & altare in Regum historia (h) occisus dicitur: quem tamen Joiadæ fuisse filium, eadem divina Scriptura testatur: quamvis, quod citat, in Evangelio Nazarenorum pro filio Barachiae filium Joiadæ scriptum esse dicat; ex quo etiam Epiphanius (i) eundem Joannis patrem Joiada genitum esse tradit, qui & Zachariam Prophetam Barachia natum scribit (k). Certe si fides præstanda est Hippolyto martyri, auctori gravissimo, (l) ejus testimonio exploratum habetur, Zachariam Joannis parentem filium fuisse Barachiae sacerdotis.

De patre Joannis Christum Dominum esse locutum, illa etiam ratio persuadet, quod dicens (m): *Ut veniat super eos omnis sanguis justus, qui effusus est super terram, a sanguine Abel justus usque ad sanguinem Zachariæ filii Barachiae, voluerit primum & novissimum justum occisum significare, omnesque simul his duobus extremis includere. Nam si de Zacharia filio Joiadæ, qui a Joas Rege occisus est, intelligere voluisset; quæ subest ratio diversitatis, ut sanguis justus, qui post illum usque ad Christi tempora effusus est, non esset (quod minatur) super illos venturus? Nec satisfacit his illa responsio, qua dicitur, quod Scriptura tantum explicat petitionem vindictæ in Abel & Zacharia. In Abel, cum dicitur: *Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra;* & in Zacharia, cum narrat eum morientem dixisse: *Videat dominus, & requirat.* Quasi etsi reliqui justi ultionem non expetierint, non sint confertæ divinæ Scripturæ testimoniis & exemplis, quod Dominus vindictam sanguinem fervorem suorum, & vindictam tribuit in hostes eorum. Certe sicut sanguis Abel, ita & omnium justorum sanguinem a Deo vindictam exposcere, ostenditur in Apocalypsi (n). An non & Machabæi fratres, cum ab Antiocho cruciarentur, futuram in illum Dei ultionem sunt comminati? cum dixerint (o): *Dominus Deus aspiciet veritatem,* &c. Cæterum quod ad veritatem historie pertinet: non dicti tantum auctores Petrus, Origenes, Basilus, Gregorius, & Cyrillus Zachariam Joannis patrem occisum tradunt inter templum & altare, licet de causa necis non æque conveniant: sed id ipsum testatur Epiphanius (p) sic dicens: *Hunc Herodes ille tyrannus juxta aram domumque Dei occidit, effususque est sanguis ejus in vestibulo templi.**

Sed quod ad effusum sanguinem spectat:

(g) Matt. 23.

(h) Paralip. 2. c. 24.

(i) Epiph. de vit. & inter. Prop. c. 23.

(k) Idem eod. lib. c. 21.

(l) apud Niceph. hist. lib. 2. c. 3.

LIV. Firmatur sententia de necis Zachariæ.

(m) Matt. 23.

(n) Apoc. 6.

(o) Mat. 2. c. 7.

(p) Epiph. de vit. & inter. Prop. c. 23.

LIV. De sanguine Zachariæ.

(a) Hieron. in Matth. 23.

(b) Terzull. in Scor. c. 8.

(c) Exerat apud Theod. hist. lib. 4. c. 7.

LVI. Joannes a necis subductus.

(d) Epiph. in Pan. hæres. 26.

(e) Niceph. hist. lib. 1. c. 14.

Stat: Hieronymus simplicitati credentium potius tribuens, quam historie veritati, æque rejicit quod dicebatur de saxis templi indelebili nota confersis sanguine Zachariæ, hæc habens (a): *Simpliciores fratres inter ruinas templi & altaris, sive in portarum exitibus qui Siloam ducunt, rubra saxa monstrantes, Zachariæ sanguine putam esse polluta. Non condemnamus errorem, qui de odio Judæorum, & fidei pietate descendit. Hæc ille. Sed certe non erat de ea re vulgi recens rumor: quandoquidem Tertullianus (b) qui tot sæculis præcessit Hieronymum, in Scorpiaco hæc testata reliquit his verbis: *Zacharias intra altare & adem trucidatur, perennes cruoris sui maculas siccibus adsignans.* Hæc Tertullianus. Memini me aliquando incidisse in antiquum codicem scriptum Bibliothecæ Vaticanæ, de Peregrinatione ad loca sancta, in quo eadem de Zachariæ sanguine lapidibus templi indelebili nota inhaerente certa fide consignata erant. Sed missis his, de Zachariæ Joannis parentis necis illata Christi tempore, ac de ultione in interfectores secuta, Valentinianus (c) Imp. etiam in epistola quam scripsit ad episcopos Asiæ, his verbis breviter meminisse videtur: *Ne in ea, quæ testamenti Christi sunt, damna incurritis, id quod in Zacharia sanguine eveniebat: nam funesti illi, perinde ac pestifer daemon, qui cædis illius socius erat, mortis supplicio traditi, adventente cælestis Rege nostro Jesu Christo, disrupti perierunt.* Hæc ibi: quæ quidem ad priorem Zachariam, de quo diximus, nullo modo aptari posse videntur.*

Quin insuper Gnostici etiam hæretici temporibus Apostolorum propiores, de Zacharia Joannis patre, quod occisus fuerit in templo, pro constanti affirmarunt; verum causam necis ejus ridiculam prætexerunt, quam recitat ac refellit S. Epiphanius (d) dum contra illos scribit in Panario. Quod vero superius auctore Petro Alexandrino diximus causam necis Zachariæ fuisse, quod filium suum Joannem, qui quærebatur ut occideretur, prodere nolisset, illumque una cum matre Elizabeth fuga lapsam celasset. Quod ad Joannem pertinet, Nicephorus (e) cum agit de Herodis infanticidio, tradit his verbis: *Salvator quidem, ita ut dictum est, in Ægypto exulabat: filius autem Zachariæ Joannes, in cuius natiuitate patris vox soluta est, cum primum ab illo Joannis nomen in tabula fuisset exaratum, alterum cum dimidio annum agebat, & una cum matre Elizabeth*

in spelunca quadam ad regionem montanam salvus conservabatur, fortasse Herodis sanguinariam effugiens manum: atque inde in solitariis locis libenter versari solitus, Angeloque duce usus, in remotiores silvarum recessus secessit, &c. Hactenus de his ille: eadem Cedrenus (f), qui addit, Elizabeth post dies quadraginta in eadem spelunca diem obiisse, Joannis vero curam ab Angelo esse susceptam. Sed licet hæc tam antiqua ab eo sine certo auctore ferantur; tamen quod ait de suscepta cura ab Angelo, haud adeo impossibile videri debet, si quis mente recolat, Ismaeli a matre projecto Angelum (g) adituisse. Hæc satis de Zachariæ necis, & Joannis latebris. Sed non prætermittamus, adhuc de alio Zacharia Josephum (h) agere, qui ipsum & in medio templo a factione Zelotum temporibus Vespasiani Augusti interemptum affirmat, hominem cum primis illustrem, probum, ac divitem, quem Baruch filium fuisse testatur. Jam reliqua profequamur.

Hoc ipso anno, quo Christus est natus atque descriptus censu Quirini, ejusdem descriptionis occasione Judas Galilæus, indignum ratus & contra leges patrias, Judæos alienigenis tributum pendere, populum ad defectionem sollicitavit. [1] Causam autem erroris in Josepho (i), qui hæc post annum nonum, nimirum post Archelaum e regno exactum recenset, jam superius diximus, dum de annis Herodis Regis exactam peruestigationem institimus; ut non sit opus eadem secundo repetere. Meminit ejus defectionis Gamaliel in eo Judæorum conventu, in quo causam dicere iussi sunt Apostoli; atque post alia: (k) *Ante hos dies exiit Theodas, dicens se esse aliquem; cui consensus numerus virorum circiter quadringentorum, qui occisus est; & omnes, qui credebant ei, dissipati sunt; & redacti ad nihilum. Post hunc exiit Judas Galilæus in diebus professionis, & avertit populum post se: & ipse perit; & omnes quotquot consenserunt ei, dispersi sunt.* Hæc Gamaliel apud Lucam: quæ hoc ipso anno contigisse, ea quæ superius diximus, dum de annis regni Herodis fusius differimus, facile monstrant. Verum si in his quæ ad tempus spectant, Josephum (l) consulas; (m) Joannem tantum (quod diximus) Quirini censum, & Judæ defectionem novem post annos a Christo nato contigisse affirmare invenies; sed quod magis mireris, contra Gamalielis assertionem, primum exituisse Judam, inde post longum tempus Theodam seduxisse populum, testari. Sed

(f) Cedrenus in compend. hist.

(g) Gen. nesc. 21.

(h) Joseph. de bel. Jud. lib. 5. c. 12.

LVII.

(i) Joseph. de bello Jud. lib. 2. c. 7.

(k) Act. 5. Galilæorum secta.

(l) Joseph. de bel. Jud. lib. 2. c. 29. in fin.

[1] Populum ad defectionem sollicitavit. Vide Spondani Epitomen ad hunc locum & Norisii Cœnotaphia Pisana Dissert. II. cap. XVI. §. X. pag. 309, 310. editionis primæ.

quod omnia excedit ac pro monstro habendum est, longe post dictum concilium Judæorum, ubi Gamaliel ea dixit, Theodam vixisse, eaque molitum esse tradit, nimirum sub Cuspido Fado Judææ Procuratore, qui a Claudio Imper. una cum Longino Syriae Præsidi eidem provincia legatus est; cum alioqui præfatum Concilium sub Tiberio Imp. fuisse coactum, certum sit, prout suo loco facile inferius demonstrabimus. Quonam igitur pacto potuit Gamaliel in Senatu retulisse, quæ non facta essent?

LVIII.
De Theoda.
(a) Jo. seph. ibid.

Sed antequam de Juda Galilæo agamus, quæ de Theoda, qui Judam præcessit, idem Josephus (a) scribat, in medium afferamus: Fado, inquit, Procuratore apud Judæam, præstigiator quidam nomine Theodas persuasit magna vulgi multitudini, ut assumptis suis facultatibus sequerentur se ad Jordanem fluvium: Propbetam enim se jactabat, promittens se verbo scissurum fluvium, & facilem præbiturum transitum; talique promissione permultos seduxit. At Fado effecit, ut nihil lucri facerent ex sua insipientia, immixtis in eos turmis equitum; qui ex improvise irruentes, ex his multos interemerunt, multos vivos ceperunt, & in his ipsum Theodam, cuius caput abscissum reportarunt Hierosolymam. Hactenus Josephus. Post Theodam vero, Judam Galilæum, de quo est sermo, populum ad defectionem permovisse, Gamalielis attestatione cognovimus.

LIX.

De hoc acturi, in primis videamus, quomodo hic sibi ex divina lege comparit auctoritatem, Judæos non debere pendere tributum alienigenis; an ea nimirum ex causa, quod scriptum esset in Deuteronomio (b): Non erit vectigal pendens ex filiis Israel; quæ in Vulgata editione desiderantur, sed apud Septuaginta interpretès eadem verba leguntur: ex quibus Tertullianus (c) citat dictum locum, necnon ex eodem auctore Hieronymus (d) scribens ad Damasum. Vel motus ille, quod scriptum esset (e): dominum Deum tuum timebis, & illi soli servies; ea ratione Deum tantum, Dominum, & non Herodem, vel Cæsarem, esse dicendum, Judas Galilæus in populo prædicaret; avertere eum studens, ne censu Cæsaris describeretur, quo se illi esse subditos declararent. Cuius denique rei tunc gesta seriem describit Josephus (f) his verbis: Exiit quidam Judas Gaulanites, ortus ex oppido Gamala, qui adjuncto sibi Pharisæo Sadoch, sollicitavit ad defectionem populos: censum nihil aliud esse quam manifestam servitutis professionem dictitans, & universionem gentem ad tuendam libertatem adhortans. Fore enim, ut re bene gesta, fortunis suis fruantur feliciter,

(b) Deut. 23.
(c) Tertul. lib. de pudicitia.
(d) Hieron. epist. 146. & consule schol. Mariani Victorii in eandem epist.
(e) Deut. c. 6. v. 10.
(f) Luc. 4.
(g) Jo. seph. an. lib. 18. c. 1.

& confirmati in earum possessione, laudem quoque sibi parent fortitudinis; nec sperandum auxilium celestis numinis, nisi quoque ipsi suis rebus consulant. Accipiuntur hæc pronis vulgi auribus, ita ut accenderentur ad audendum aliquid: atque ita dici vix potest, quantum hi viri totam gentem conturbaverint, dum omnia miscerent cadibus & larociniis, promiscuisque nullo vel amicorum vel inimicorum respectu prædationibus, & insignium virorum cadibus, prætextu quidem propugnande libertatis publicæ, re vera proavorum, lucrorum studio. Itaque conficientibus se mutuo civibus, & furiosissima contentione certantibus, ne externis quidem hostis cessabat interim: ac ne extrema quidem fames forte superveniens potuit eos compellere, quo minus sevirerent expugnandis oppidis: donec eo malum progressum est, ut hostilis flamma Dei templum invaderet. Sed hæc postea. Idem inferius (g): Hi cætera cum Pharisæis consentiunt, nisi quod constantissimo libertatis amore flagrant, credentes solum Deum Dominum habendum ac Principem, facilius vel exquisitissima pœnarum generalaturi una cum cognatis suis ac carissimis, quam mortalem aliquem appellaturi Dominum: quod quia multis sepe spectatum scio, plura de hoc non libet dicere. Hactenus Josephus de origine Galilæorum ex Juda Galilæo: quem esse diversum a (b) Jo. seph. de bello Jud. lib. 2. c. 7. in fine.

Cæterum et si Gamaliel (ut vidimus) testetur & hæresis auctorem periisse, & omnes quotquot consenserunt ei; tamen eadem hæresis dimanavit ad posteros: siquidem Judæ filii (i), Jacobus & Simeon, sub Claudio crucis supplicium subiere, eadem, ut putatur, ex causa. Invaluisse eandem sectam in Ægypto apud Judæos qui eam regionem incolebant, idem (k) auctor testatur: qui & de his quæ post cladem Hierosolymitanam illis acciderint, instituens narrationem, hæc inter alia de Galilæis: Omni enim genere tormentorum & vexatione corporum in eos excogitata, ob hoc solummodo, ut Cæsarem Dominum faterentur, nemo cessit, neque dicere velle visus est: sed omnes illa necessitate validiorem sententiam conservare: tamquam brutis corporibus, non animis etiam cruciatus ignemque suscipere. Maxime vero puerorum ætas miraculo spectantium fuit; nec enim vel eorum quisquam commotus est, ut Dominum Cæsarem nominaret: usque adeo corporum infirmitatem vis audacia superabat. Hactenus de his ille.

Hac igitur ratione credimus permotum Herodem, ut compulerit Judæos sibi ac suis posteris regnum jurare. Sed quia hæc facta sunt trigesimoprimum anno regni

(g) Jo. seph. eod. lib. c. 2.

(b) Jo. seph. de bello Jud. lib. 2. c. 7. in fine.

(i) Jo. seph. antiq. lib. 30. c. 3.

(k) Jo. seph. de bello Jud. lib. 7. c. 29.

LXI.

regni ejus, fusius dicenda loco suo, in præsentia relinquimus. Hujus vero sectæ homines fuisse illos quorum Lucas (a) meminit, quod Pilatus miscuit eorum sanguinem cum sacrificiis eorum, tradunt Græci auctores Oecumenius (b), & Anastasius Nicænus (c); qui addit etiam hos statuisse, non esse pro Romano Imperatore vel aliis Ethnicis offerendum. Deo sacrificium. Hujus vero hæresis occasione, quod vigeret temporibus Christi Domini nostri, ac etiam Apostolorum; accidit, ut quoniam tam ipse Christus, quam Apostoli Galilæi essent, in suspitionem adducti sint, ne eadem sentirent cum Galilæis: eo enim nomine sectatores ejus hæresis dicebantur. Quamobrem (ut observat Hieronymus d) Pharisæi volentes experiri (quod ait Matthæus e) acceperunt ad Jesum, tentantes eum, ro-

(a) Luc. 13.

(b) Oecum. in Hist. Apost. c. 6.
(c) Anast. Nicæn. lib. quæst. 9. 67.

(d) Hier. in epistol. ad Tit. c. 3.
(e) Matth. 22.

JESU CHRISTI
ANNUS
2.

I. Secundum agente annum Redemptore nostro Domino Jesu Christo, Coss. Cornelio Lentulo & L. Calpurnio Pisone Coss. cum Herodes (l) in regno ageret annum trigessimoprimum, Judæos juramento adegit, sibi ac posteris subditos ac fideles fore: quando (ut habetur apud Philonem m): Hebraei tandem jessi, ultro ipsi ac ejus posteris regnum obtulerunt, jurantes in fide ipsius ac posterorum sese permansuros. Hæc auctor; qui mox subdit: Regnavit hic primus Herodes tyrannico principatu annis trigintauno usque ad præsens tempus, legitimo vero sex. Qua autem ratione Judæi distinguerent principatum Herodis legitimum ab illegitimo (detraxerunt enim qui res Judæicas minus callent) dictum est superius, cum de infanticidio actum est. His autem apud Philonem conscriptis Josephus (n) adtipulatur, dum agens de Herode, quomodo in Pharisæos jurare renuentes ultus sit, hæc ait: Hi Pharisæi vocantur, genus hominum astutum & arrogans, & interdum Regibus quoque infestum, ut eos jam aperte impugnare non vereantur. Nam cum tota gens Judæorum fidem suam jurejurando obligasset Herodi Regi, & Cæsari; hi soli non jura-

(l) Dio lib. 55. hist. Rom.

(m) Philo lib. 2. de tem. Judæi jurant Herodi.

(n) Joseph. ant. lib. 17. 63.

JESU CHRISTI
ANNUS
3. 4.

ANNO Christi tertio C. Cæsar & L. Æmilius Paulus consulatum gesserunt. Ita Fasti Consulares Onuphrii, quos nos sequentes, sero licet, errasse cum ipso sensimus ex Dione; qui hoc anno non Caium consulem, sed Augustum decimum

gantisque num liceret censum dari Cæsari, necne? Quibus Dominus prudenter cauteque respondens, ait: Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari: & quæ sunt Dei Deo. Sicut diversa licet ratione (f) alias, ne scandalum inferret, jubet Petrum piscari, & ex statere in piscis ore invento, mandat eidem pro utroque pendere tributum. Eadem denique consideratione & Paulus (ut idem testatur Hieronymus g) sæpe adversus Galilæorum dogma jaculatur sententias: ut cum dicit (h): Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Et scribens (i) ad Titum: Admone, inquit, illos Principibus & potestatibus subditos esse; vel cum item Romanos instituit, dicens (k): Reddite omnibus debita: cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal; & his similia.

AUGUSTI IMP.
ANNUS
43.

verunt, excedentes sex millium numerum: quibus hoc nomine a Rege multatis; Pheroræ Herodis Regis fratris uxor pro eis multam persolvit: cui reponentes gratiam, quoniam credebantur futura præscire ex Dei colloquio, prædicabant decretum esse Deo, regnum ablatum ab Herode & ejus progenie, transferre in ipsam & maritum Pheroram, ac communes liberos. Sed hoc quoque Regi per Salomen innotuit, & quod aulicorum quosdam sollicitarent atque corrumperent: quæ in culpa Pharisæorum aliquot deprebensos interfecit, &c. Hæc de nece Pharisæorum jurare denegantium scribit Josephus.

Quod vero pertinet ad Salomen Herodis sororem, cujus non hic tantum meminit Josephus, sed & eam superstitem post fratris obitum dicit: aperte his contradicit Eusebius (o), & dictus auctor, qui Philo (p) de Temporibus inscribitur, qui eam anno trigesimo sui regni una cum viro de tribu Juda neci traditam esse testatur. Verum Josephus sibi ipsi inconstans esse reperitur, dum quam sororem Herodis dicit, eandem, cum agit de ejus obitu (nisi scribenti vel typographo vitio & errori tribuatur) uxorem, (q) ejus appellat.

AUGUSTI IMP.
ANNUS
44. 45.

quartum ponit una cum eodem Paulo Æmilio collega; idemque Dio testatur, petiitum quidem fuisse a Caio consulatum, sed ab Augusto negatum, quod ei non liceret per ætatem, nec mores suffragarentur. Hæc itaque cum adeo content

(f) Matt. 17.

(g) Hier. in epistol. ad Tit. 3.
(h) Rom. 13.

(i) Tit. 3.

(k) Rom. 13.

II.
De Salome Herodis sorore.
(o) Eusebius in Chronico.
(p) Philo lib. 2. de tem.


(q) Joseph. lib. 18. ant. c. 13.

CHRISTI 2.3.4.5.6.

AUGUSTI IMP. 43.44.45.46.47.

accuratissimo historico Dione, evanescent objectio illa ex dicto consulari Caii male asserto adversus ea quae dicta a nobis sunt in Apparatu, Cyrinum sive Quirinum Syriae praefectura successisse Caio, quasi errantes dixerimus, Caio defuncto Quirinum ante natum Christum in praefectura Syriae successisse, quem constaret adhuc Christi anno tertio fuisse superstitem, & consularum cum P. Emilio collega gessisse. Caeterum qui haec objecit haud de Quirini praefectura tempore meum affectus est institutum. Quod illud fuit, ut multiplici ratione, atque auctoritate ex Josepho Judaeo petita, eundem ipsum adeo delirantem de tempore eisdem praefectura Quirini, quam non ante annum a Christo nato decimum sextum ponit, exacto jam a regno Archelao, sub Tiberio imperatore, contra ipsam Evangelicam veritatem, erroris multipliciter redarguerem, demonstrans testificatione Taciti, Quirini praefecturam in Syria tempore Herodis senioris non semel tantum, sed iterum contigisse: ex quo, ut dixi, idem Josephus manifesti redargueretur erroris, dum videlicet ostendit priorem ejus in Syria praefecturam post eisdem Quirini consularum, posteriorem vero tunc contigisse, cum Caio in Syriam proficiscenti datus est ab Augusto

rector, cui & successit post mortem; adeo ut tum Caio vivente & post ejus obitum eandem provinciam Syriae Quirinus administrasse reperiat. Sicque contra Josephi deliria certo apparet, sub Augusto imperatore, vivente Herode seniore reperiri duplicem, immo triplicem Quirini in Syria praefecturam, primam post consularum ipsum, quae exemplo aliorum potuerit esse prolixior, secundam cum Caio, ipsi inhaerente Rectore, & tertiam post ejus mortem, cum eam solus administravit. Haec autem, cum ex eodem auctore ad Josephum arguendum monstravimus, nequaquam diximus descriptionem illam, famosam sub Quirino factam, contigisse post obitum Caii, ut sic potuissent jure coargui ex falso asserto dicto ejus consularum hoc tertio Christi anno, quo nec Caius, (ut dictum est) ponendus est Consul, sed Augustus decimum quartum. Sequenti anno Vinucius Nepos & Alfinius Varus Consularum gesserunt: quibus, sicut & caeteris inferius positis, licet nihil dignum reperiat quod Ecclesiasticis inseratur Annalibus: tamen ut in serie temporis cujusque anni ratio habeatur; necessario prout in Fastis adscripti habentur, suis locis per singulos annos describendos eos esse putavimus.



P. ANTONII PAGI CRITICA

HISTORICO-CHRONOLOGICA IN UNIVERSOS ANNALES EMINENTISSIMI ET REVERENDISSIMI CAESARIS CARDINALIS BARONII.

ANNO PERIODI GRECO-ROMANAE 5494. © 10. B. D. 2. INDICT. 4. JESU CHRISTI I. secundum Baronium 3. PERIODI ALEXANDRINAE 5504. INCARNATIONIS secundum Alexandrinos 4. PERIODI ANTIOCHENAE 5494. INCARNATIONIS secundum Antiochenos 2. PERIODI CONSTANTINOPOLITANAE 5510. INCARNATIONIS secundum Constantinopolitanos 2. PERIODI JULIANAE 4714. JULIANO 46. URBIS CONDITE 754. AUGUSTI IMP. 43. OLYMPIADIS 195. ANNO I.

SÆC. I. An. Ch. I. Consules.

[1] A. D. num. I. Coss. Caius Caesar, & L. Aemilius Paulus. An Caius Caesar Augusti filius, vel ipse Augustus XIV. Consul hoc anno processerit, ad nostra usque tempora in controversiam vocatum. Baronius in Additionibus in calce tom. X. & in posterioribus editionibus ad annum Christi III. reprehendit Onuphrium, qui praefatos Consules proposuit: Ita, inquit, Fasti Consulares Onuphrii, quem nos sequentes, sero licet, er-

vaste cum ipso sensimus ex Dione, qui hoc anno non Caium Consulem, sed Augustum XIV. ponit cum Paulo Emilio Collega. Subjungit Baronius, petiit quidem fuisse a Caio Consularum, sed ab Augusto negatum. At ab Onuphrio hac in re non peccatum; cum Caium Caesarem hoc anno Consulem processisse, & decimum-quartum Augusti Consularum commentitium esse, tam certum, quam quod in Fastis certissimum. Quare Baronius

SÆC. I. An. Ch. I.

[1] Consules, Caius Caesar & L. Aemilius Paulus. Caium Caesarem, ab Augusto in filium adoptatum, collegam in consularum habuisse L. Aemilium Paulum, nos docet inter cetera tabulae marmoreae fragmentum, quae quondam Romae visebatur in aedibus Alfonsi de Aragonia.

nus quod recte scripserat, perperam retraxerat, a quo ideo Spondanus hac in re merito discessit. Emin. enim Cardinalis Norisius in Dissert. II. de Cenotaphiis Pisanis cap. 13. Augustum tredecim tantum Consularum gessisse, invidis argumentis demonstrat. Difficultas itaque solum esse potest de Dionis mente, quem alii Caium Casarem, alii Augustum Consulem profiteri volunt. Norisius laudatus ait: In Indice Consulari Dionis, qui lib. 55. praefigitur, legitur: Γ. Καίσαρ Αὐγούστος Τὰ ἰδ. C. Caesar Augustus XIV. Muretus in Notis ad lib. 1. Taciti ait, in Codice Dionis scriptum fuisse, Γ. Αὐγούστος δὲ, Caius Augusti filius. Et Xylandrum Dionis Interpretem, corrupto textu Auctoris pro Caio Augustum Consulem XIV. perperam posuisse. A falso id nullo Interprete datur; nam in vetustissimo Codice Mediceo ad D. Laurentii in Pluteo LXX. legitur; Γ. Καίσαρ Αὐγούστος Τὰ ἰδ. quam Mureti conjecturam in Dissertatione Hypatica etiam amplexus sum. Cum Dionem in eum errorem lapsam esse mihi persuadere non possem, petii a Cangio V. C. quo nullus plura MSS. Graeca tractavit, an aliqua hujus Scriptoris MSS. extarent; qui cum me docuisset, haberi unum integrum in Bibliotheca Regia praeter duo eisdem Auctoris fragmenta etiam MSS. ad eandem fatum me confero, inveniogue, Librum 55. in cujus indice hic Consularum memoratur in duobus illis fragmentis desiderari; in illo vero qui ad librum sexagesimum inclusive perducitur, corrupte a Librario exaratum fuisse, ita tamen ut ex loco, licet corrupto, mens Dionis certo erui posset. Aquas Sextias Parisiis redux hujus difficultatis solvenda rursus cupido incessi, eamque ob rem Nicolaum Toinardum virum in Lingua Graeca exercitissimum, mihi hique amicissimum, rogavi, ut ea verba transcribere, & omnes Dionis Codices impressos, quos reperire posset, percurrere vellet, ut mihi constare posset, an Dionis Editores manuscripta a Regio diversa secuti essent, in iisque diversas lectiones invenissent. Respondit is, Parisiis alia hujus Auctoris non inveniri, nisi quae praefatum locum mox a me recitandum, & quae ex editionibus tam Roberti Stephani, quam Henrici Stephani filii descripsi, subdens se alias Dionis editiones videre non potuisse. Hoc subsidio adjutus mihi manifeste innotuit, Dionem quidem hujus anni Consules exacte proposuisse, sed amanuensem MS. Regii locum ejus depravasse, ac dein illius Interpretis, dum ejus errorem corrigere tentarunt, auxisse. In MS. Regio legitur: γ. Καίσαρ Αὐγούστος τὸν υἱόν. Quae verba descripsit Robertus Stephanus in editione Graecae

ca Dionis, quam juxta Regii hujus MS. exemplar anno millesimo quingentesimo quadragesimo octavo Divione in lucem emisit, nisi quod post vocabulum τὸν, punctum apposuit, quod in MS. non habetur, quodque omnino tollendum, & loco, Αὐγούστος, legendum, Αὐγούστος: ita ut sensus sit, Caius Caesar Augusti filius, uti recte scripserat Dio. Observandum enim, in MS. vocabulum τὸν nullo accentu notari, quod cum praecedenti conjungi debere manifeste indicat. In Notis Robertus Stephanus ait: Paulo ante legitur: Αὐγούστος τὸν υἱόν. & τὸν υἱόν. ὄνομας hic igitur legendum puto, τὸ ἰδ. loco hactenus literarum, τὸ ἴδ. Hinc apparet, quanta fide Robertus Stephanus MS. Regium secutus fuerit; sed ex altera parte quam infeliciter locum illum correxerit; quem cum hactenus alii Dionis Editores imitati fuerint, nulla Dionis editio Graeco-Latina prodiit, in qua eadem textus ejus corruptio non habeatur. Nam Guilelmus Xylander, cum hujus Scriptoris versionem suscepisset, in textum Latium pravam correctionem Roberti Stephani inseruit. Mihi eam quidem videre non licuit, sed id colligere est ex editione Graeco-Latina, quae anno millesimo quingentesimo nonagesimo secundo ab Henrico Stephano eura, in qua nullae Notae habentur, sed pag. 627. legitur, Γ. Καίσαρ Αὐγούστος τὸν υἱόν. id est, C. Caesar Augustus XIV. ubi ex τὸν υἱόν fecit τὸ ἰδ. cum corrigendum veniret Αὐγούστος τὸν υἱόν, legendumque, Αὐγούστος, suae emendationis seu verius corruptionis Lectore non monito; qua in re Roberti patris optimam & spectatissimam fidem haud imitatus est.

II. A Dione recte editi.

Guilelmo Xylandro anno millesimo quingentesimo septuagesimo sexto demortuo, ut testatur Thuanus Libro LXII. Joannes Leunclavius anno millesimo quingentesimo nonagesimo secundo editionem Xylandri revisit, & corruptum Dionis textum in eandem etiam inseruit; tandemque anno millesimo sexcentesimo sexto Hannoverae in lucem data amplior editio Dionis cum Notis omnium Scriptorum ad ejus Opera, & pag. 964. inter Xylandri Notas haec recitatur: Γ. Καίσαρ Αὐγούστος τὸν υἱόν. Legendum utique [Roberto etiam annuente] τὸ ἰδ. id est, XIV. Nec mox fugit, Suetonium Augusti tredecim tantum Consularum numerare, totidemque etiam Tacitum, qui Augustum numero suorum Consularum Praetorium Corvinum, & C. Marium simul aquasse, Libro primam scripsit. Verumtamen quia tredecim Augusti Consularum diserte sunt ab Auctore nostro jam ante recitati, quatuordecim utique legendum est; idque etiam apud Cassiodorum. Cur cum Tacitus & Suetonius omiserunt, facilius puto intellexerimus, se Dionis

quam edidit Stephanus Vinandus Pighius in Annalibus Romanorum ad annum Urbis 750. ubi legitur. CAESARE ET L. PAULO COS. Item apud eundem Pighium ad A. V. 753. & apud Gruterum pag. MLXXV. 2. in marmoreae tabulae titulo Neapoli habetur. C. CAESARE. AUG. FIL. ET L. PAULO. COS. Fragmentum Gruterianae inscriptionis pag. CCXXXVIII. 5. de Caio Casare habet: QUEM COS. POPULUS CREAVIT. ANN. NAT. XIV. Tabulae Ancyranae, ibidem pag. CCXXXI. HONORIS MEI CAUSA SENATUS. POPULUSQUE ROMANUS. ANNUM. QUINTUM ET DECIMUM AGENTIS CONSULIS DESIGNAVIT. UT EUM. MAGISTRATUM INIRENT POST QUINQUENNIIUM ET EX. EO DIE QUO DEDUCTI. IN FORO. Nempae, ut recte monet Norisius in Cenotaphiis Pisanis Dissert. II. cap. II. pag. 103. editio prima, Caius annos natus quatuordecim, ac decimumquintum agens anno Urbis 748. consul designatus est, ut post quinquennium consularum iniret: scilicet quinquennii initium erat a Kalendis Januariis A. V. 749. & finis Prid. Kal. Jan. A. V. 753. ac postea die novi anni, nimirum Urbis 754. consularum suscepit. Ita vero in Ancyranis tabulis legedum esse, secus ac Jacobus Gronovius putaverat, aperte docet Ezechiel Spanhemius de Praestantia & usu Numismatum antiquorum Dissert. XII. Cap. II. n. 2. pag. 361. Nummos ex Museo Theupolo, in quibus pars averfa capita Caii & Lucii Caesarum consularum, designatorum exhibet, allato loco profert Norisius. Caeterum de consularum Caii Caesaris extat alius lapis Arimini in Fastis ad A. V. 754. ab Onufrio Panvinio allatus, deinde a Grutero pag. CXLIX. 2. postmodum ab ipsomet Norisio in Cenotaphiis Dissert. II. cap. XIII. ubi legitur. C. CAESAR AUGUST. F. COS. VIAS. OMNES. ARMINI. STERN... Numisma Caii Caesaris a Norisio profertur, ubi in postica Caii Caput inscriptis in orbem haece litteris CAIUS CAESAR PONT. COS. L. Aemilius Paulus, Caii collega, Juliam Caii sororem, uxorem habuit. Pater illi L. Aemilius Paulus consul A. V. 704. Frater M. Aemilius Lepidus, postea triumvir.

Dionis ea de re verba habere: nunc id con-
cere tamen possumus, non gestum fortassis eum ab
Augusto, sed omnino eum aut repudiatum, aut sta-
tim alii traditum, sicut & alias fecerat. Illud
magis mirum cur alii hunc totum annum omise-
rint, eum cum Cassiodorus habeat, eundemque quem
Dio Collegam Augusto XIV. Consuli assignet L.
Paulum. Nobis is annus prætereundus nullo modo
visus est. Idque tanto minus quod infra, Lib. se-
xagesimo, quem annum Dio octingentesimum Urbis
condita habet, is apud alios DCCCIX. dicitur.
Unde patet, uno anno nostram alias præcedere ra-
tionem, ut ibi quoque dicemus. Sed præter id
quod scribit Xylander, præsentem scilicet an-
num, qui Urbis condita est DCCLIV. præter-
mittendum non fuisse, ceteræ ejus conjecturæ
vanæ futileque. Ex illis enim quæ in medium
adduximus, liquet Dionem Caium Casarem, non
verò Casarem Augustum Consulem edidisse: ex-
scriptorem manuscripti Regii, quo usi sunt om-
nes Dionis Editores (Florentinum quippe hac
in parte etiam corruptum ab illis non visum)
male Consulatam illum descripsisse: Robertum
Stephanum in Notis manuscripti Regii deprava-
tionem auxisse: tandemque ceteros Operum Dionis
curatores pravam ejus emendationem contra
Criticæ regulas pro Dionis textu obtulisse. Au-
dior Chronici Alexandrini pag. 463. Consulatam
quatuordecim Augusto assignat, & postea pag. 483.
Publium Casarem, & Paulum hujus anni Con-
sules exhibet. Muretus in Notis ad Tacitum lib. 1.
cap. 9. ait, Xylandrum, cum in textu legisset,
Γ. Αὐστου διός, id est, Caius Augusti filius, nisi
quod Librarius leviter erraverat, & pro Αὐστου
scripserat, Αὐστουτος Casarem Augustum vertisse,
& de suo addidisse XIV. Sed tam hæc conjectu-
ra, quam Chronici Alexandrini error ex dictis
corruunt. Quæ omnia Toinardi V. C. diligen-
tiæ magis quam meæ attribuas velim. Certe
non minor adhibenda fuit, ne nobilissima Era,
qualis est Christiana, a Consulatam depravato ex-
ordium fumeret. His scriptis Romam ad ami-
cum scripsi, ut videret an in Bibliotheca Vati-
cana extaret aliquod MS. Historiæ Dionis, &
quibus verbis hujus anni Consulatam exprimeretur;
qui rescriptit in Codice MS. Dionis n. 993.
illum ita descriptum esse: Καίσαρ αὐστουτος τῆς υἱ-
᾽ Αὐστου διός, qui locus ut in aliis Dionis MSS.
depravatus. Sed vox υἱ. seu διός id est
filius, librarii errorem manifeste indicat, offen-
ditque legendum esse αὐστουτος τῆς, id est filius Au-
gusti, non vero αὐστουτος τῆς; cum voces hæc mi-
nime inter se cohæreant. Prætermisit etiam libra-
rius litteram γ. id est Caius.

III. Era Chri-
stiana ab
hoc Con-
sultu in-
choanda.

Porro Eram Christianam a præsentem Consula-
tu aufpicandam esse, jam in Apparatu diximus,
& certissimis argumentis sparsum in hoc Opere
exhibendis monstrabitur. Id vel solus usus Cy-
clorum Solis, Lunæ, & Indictionis extra du-
bium ponit. Si enim v. g. annus Christi mille-
simus sexcentessimus octogessimus sextus, in quo
versamur, indictione nona notetur, quod nullus
inficias ibit, primum illorum annorum Indictio-
ne quarta insignitum fuisse necesse est; cum si
primus Christi annus Indictione quarta non si-
gnaretur, nona hoc anno in cursu esse non pos-
set. Præterea idem Christi annus 1686. Cyclo
Lunæ xv. Solis item xv. præditus est, ut in-
ter omnes convenit. Quare primus illorum an-
norum Cyclo Lunæ II. Solis X. munitus fuisse,
si Cyclorum doctrina tunc innotuisset. Scaliger,
qui primus Cyclorum usum Chronologos docuit,
primus etiam fuit, qui animadvertit, Baronium
Eram Christianam biennio avertisse, eoque
passo eandem usque ad Diocletiani tempora de-
pravatam repræsentasse. Non desuere, qui Car-
dinalem doctissimum, de universa Ecclesia opti-
me meritum, scriptis defenderent, eumque An-
nualium Ecclesiasticorum initium recte signifi-
casse ostendere conati fuerint. Sed eos oleum &

operam perdidisse, Eramque Christianam a Con-
sulatu Caji Casaris, & L. Emilii Pauli inchoan-
dam esse, unus omnium eruditorum Chronolo-
gorum sine ulla varietate nunc sensus est, quo-
rum sententiæ ipsemet Baronius subscriberet,
si adhuc in vivis esset; cum ea certissimis de-
monstrationibus innitatur, & puerilia sint qua-
cumque adversus illam objecta. Excusatione ta-
men dignus Baronius, cujus ætate Cyclorum
usus ignotus erat, qui que frequentatus non fuit,
nisi postquam potiorem nobilissimi sui Operis
partem absolvit.

Dionysius Exiguus, qui sexto Ecclesiæ sæculo
IV.
Expedi-
tio
Caji Cas-
aris adver-
sus Par-
thos.
Eram Christianam, quæ in Oriente jam ab ali-
quot sæculis usurpabatur, publicavit, Christum
sub hujus anni Consulibus & conceptum & na-
tum tradidit, Eramque Incarnationis, non vero
a Nativitate adhibuit. Post aliquot sæcula Era
Christiana a Christi Natali incepta, quod
tunc placuit in præcedentem Consulatam rejice-
re. Ex quo factum, ut ea varia sortita sit ini-
tia, ut suo loco diximus. Christi autem Nati-
vitatem in hunc annum incidisse, quod voluit
Dionysius, profus incredibile. Nam præterquam
quod Herodes jam mortuus erat, Christus in-
mundum venit, dum altissima pax in eo vigeret;
& tamen per hæc tempora bellum in variis Im-
perii Romani partibus gestum. Velleius lib. 2.
scribit, Tiberium V. Kal. Julias Elio Cajo & Sen-
tio Saturnino Consulibus, anno nempe Christi IV.
ab Augusto adoptatum, quem, inquit, protinus
in Germaniam misit; ubi ante triennium sub Mar-
co Vinicio, avo tuo, clarissimo viro, immen-
sum exarsit bellum. Hoc itaque anno immensum
in Germania bellum erupit, quod cum per trien-
nium protraheretur, Tiberius ad illud pro-
figandum anno Christi quarto legatus fuit.
Quod si quis velit, triennium illud ab anno
tantum Christi sequenti putandum esse, non inde
tamen sequetur, Imperium hoc anno tranqui-
lum fuisse; certum enim est Caium Casarem
Consulatam in Syria iniisse, eamque dignitatem
inter arma gessisse, ut nos docet ejus Cenota-
phium, quod Pisus extat, quodque Card. Norisius
insigni opere explicat, in quo legitur: POST.
CONSULATUM. QUEM. ULTRA. FINIS. EXTRE-
MAS. POPULI. ROMANI. BELLUM. GERENS. FEL-
LICITER. PEREGERAT. Hoc itaque anno Caius bel-
lum in hostili gessit, & adversus Parthos pugna-
vit. Eum Roma hoc anno abfuisse docet fragmen-
tum Epistolæ Augusti ad Caium, quod Gellius lib.
13. cap. 7. recitat: Ave, mi Cai, meus ocellus ju-
cundissimus, quem semper mediis fidiis desidero,
cum a me abes, sed præcipue diebus talibus, qualis
est hodiernus, oculi mei requirunt meum Caium,
quem, ubicumque hoc die fuisti, spero latum &
valentem celebrasse quartum ac sexagesimum nata-
lem meum. Nam, ut vides, Κληματα commu-
nem seniorum omnium tertium & sexagesimum
evafimus. Natus est Augustus IX. Kal. Octo-
bris, Antonio & Cicerone Coss. anno Urbis 691.
ex Suetonio cap. 5. Quare anno Urbis 754.
currenti, nempe die XXIII. Septembris, exacto
anno 63. climacterico, sexagesimum quartum
auspicatus eas ad Caium filium litteras dedit,
cum hic procul in Oriente bello Parthico disti-
neretur.

Expeditionem Parthicam Arabica præcessit,
ut observavit eruditissimus Card. Norisius in Ce-
notaphiis Pisani Dissert. 11. cap. 12. Plinius plu-
ribus in locis expeditionis Caji Casaris in Ara-
biam mentionem facit, quam tamen omisit Ba-
ronius, alique, qui de Caji in Orientem na-
vigazione sermonem instituerunt. Plinius itaque
lib. 6. cap. 27. ait, Dionysium Geographum ab
Augusto in Orientem præmissum, quem, inquit,
ad commentanda omnia in Orientem præmisit Di-
vus Augustus, ituro in Armeniam ad Parthicas
Arabicasque res majore filio, nempe Cajo Casare-
Hunc, vel certe eos, qui erant in ejus comita-
tu,

IV. Expedi-
tio
Caji Cas-
aris adver-
sus Par-
thos.

V. Expedi-
tio
Caji Cas-
aris adver-
sus Ara-
bes.

JESU CHRISTI
ANNUS

5.

AUGUSTI IMP.
ANNUS

46.

Quinto autem Christi anno creati sunt

tu, profectos ad Arabicum sinum Plinius indicat
lib. 2. cap. 67. ubi de eodem sinu loquens, inquit:
In quo, res gerente C. Casare Augusti filio, si-
gna navium ex Hispaniæ insulis naufragiis feruntur
agnita. Eo usque per totius Africa gymum dif-
jectarum navium fragmenta Oceani furor ejece-
rat. Ex Arabia in Ægyptum Caium rediisse,
auctor est Orofius lib. 7. cap. 3. Caium nepotem
suum Casar Augustus ad ordinandas Ægypti Sy-
riaque Provincias misit, qui præteriens ab Ægy-
pto fines Palæstina apud Hierosolimam in templo
Dei tunc sancto & celebri adorare contempsit, sicut
Suetonius Tranquillus refert. Caium vero per
Palæstinam in Syriam iter fecisse testatur Sue-
tonius in Augusto cap. 93. Caium nepotem, quod
Judæam præterebers, apud Hierosolimam non
supplicasset, collaudavit. Augustus enim peregrini-
as caremonias contentum habuit. Orofius dicit,
Augustum, quod Caium Hierosolymitani templi
cultum omittentem laudasset, anno Imperii qua-
dragesimo octavo a Deo punitum, Roma tam di-
ra fame vexata, ut Augustus lanistarum fami-
lias, omnesque peregrinos, servorumque maxi-
mas copias Urbe pelli iusserit. Hæc tamen fa-
mes, quam describit Dio lib. 55. contigit anno
Urbis DCCLX. post sexennium ab adventu Caji
Casaris in Judæam, ipso, ejusque fratre Lu-
cio extinctis. Plura Card. Norisius de utraque
Caji expeditione loco laudato, ubi & plurimum.
Scriptorum anachronismos de expeditione Caji in
Orientem refellit.

Olymp. ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5495.

195. an. 1. Anno U. © 11. A. 3. Indiæ. 5.

C. 755. JESU CHRISTI 2. secundum Baronium 4.

SÆ C. I. An. Ch. 1. AUGUSTI IMP. 46.

I. Consules.
[1] AD num. I. Coss. P. Vinicius, & P. Alfenus,
Baronius Vinicium nepotem, & Alfenium
Varum Consules proponit, minus observans Onu-
phrii characterem seu methodum in Fastis de-
scribendis, & vocem nepos, quæ originem Con-
sulum ab avis indicat, pro eorumdem Consulium
cognominibus accipiens, ut notat Card. Norisius
Ann. Eccl. Tom. I.

Consules Ælius Lamia & M. Servilius
Geminus.

in epistola Consulari, ubi varia nepotum cognomi-
na addita in Fastis, Consulibus ipsis fictitia ef-
se demonstrat, & tantum ostendere cujus avi,
puta Caji, Gnei, Quinti, iidem nepotes fuerint.

[2] Lucius Casar Caji Casaris frater Hispanias
petens Massilia decessit, ait Velleius lib. 2. cap. 102.
Quæ mors hoc anno contigit: Suetonius enim,
in Augusto cap. 65. inquit: Caium & Lucium in
duodeviginti mensium spatio amisit ambos. Qua-
re cum Caius die vigesima prima Februarii anni
Eræ Christianæ quarti e vivis excesserit, ut in-
fra videbimus, Lucius currenti anno ante men-
sem Octobrem obiit; præsertim cum in ejus Ce-
notaphio a Card. Norisio doctissimis Dissertatio-
nibus illustrato dicatur, die decima nona Septem-
bris, cum Augustus diceretur TRIBUNICIÆ
POTESTATIS XXV. currenti anno cæptæ, an-
nas inferias Lucio Casari decretas fuisse. Ti-
berius Lucium privignum anno ætatis vicesimo
sublatum Lyrico carmine dessevit, teste Suetonio
in Tiberio cap. 20. sed fictis lacrymis, cum
æmulo Imperii, cui inhabat, extincto, altero
tantum gradu a supremo rei Romanæ fastigio
distaret. Ante Lucii & Caji Casarem mortem
Tiberius hoc anno Rhodo Romam redierat, ut
tradit Velleius cap. 103. Ante utriusque horum
obitum, patre tuo Publio Vinicio Consule, Tibe-
rius Nero reversus Rhodo incredibili lætitia pæ-
triam repleverat. Vinicius autem currenti anno
Consulatam suscepit. Idem habet Tacitus, qui
in fine lib. 6. de Tiberio scribit: Dein Rhodo e-
gressus, vacuos Principis penates duodecim annis:
mox rei Romana arbitrium tribus ferme ac vigin-
ti obtinuit. Tiberius die XIX. Augusti anni Chri-
sti XIV. imperare cœpit; a quo anno si per an-
nos duodecim retrocedamus, quibus Romæ Rhô-
do reversus vixit, pervenimus ad currentem.
Christi annum. Postquam Romam advenit, da-
ta virili toga filio Druso, e Pompeiana domo in
hortos Mæcenatianos transmigravit, ac omnium
negotiorum publicorum expert, totum se ad quietem
contulit, inquit Suetonius in Tiberio cap.
15. qui jam cap. 13. scripserat: Permittente er-
go Cajo revocatus est; verum sub conditione ne-
quam partem curamve Respublica attingeret. Re-
dijt octavo post secessum anno, Velleius cap. 99.
ait: eum septem annos Rhodi moratum, quia ejus
secessum anno uno tardius, quam Dio & Suetonio-
nius, consignavit, ut suo loco dixi.

II. Lucii Ca-
saris ob-
itus, &
Tiberii Ro-
mam redi-
tus.

[1] Coss. P. Vinicius & P. Alfenus. Immerito Pagius Baronium hoc loco emendat. Hujus enim
Anni Consules fuere P. Vinicius, & P. Alfenus Varus, uti habentur in tabula Anagnina
apud Pighium, ubi post C. Casarem, & L. Paulum Consules, sequitur P. VINICIO ET P. VA-
RO COS. Typographi errore, Vinicium pro Vinicio in prima Pagii editione Antuerpiensi, seu malis Ge-
nevensi, extaratum est. De hoc P. Vinicio, patre M. Vinicii, Velleius lib. II. Cap. CIII. quippe
inquit, ante utriusque horum (Lucii & Caji Casarum.) obitum, patre tuo P. Vinicio cos. Tiberius Ne-
ro & C. Fasti Idatiani: Vinicio (pro Vinicio) & Varo. In Fastis quoque Vindebonensibus: Vinicio &
Varo, postremis utriusque nominibus.

[2] AD num. II. Norisii conjectura in Cenotaphiis Pisani Dissert. 11. cap. XV. pag. 265. primæ
editionis, Lucii Casaris obitum in mensem Augustum A. V. 755. Varroniani conferentis,
miræ confirmatur ex Calendario Antiatino, de quo nos supra ad A. V. 706. ubi ad XIII. KAL.
SEPT. habetur INFER. L. CÆSARIS. Norisius acute quidem litteras Pisani Cenotaphii suppleve-
rat, dum legi ibi cenſebat: A. D. XII. K. SEPT. Unius numeri tantum defectu erravit; nam Lu-
cius non XII. sed XIII. Kal. Septembris obiit.

JESU CHRISTI
ANNUS

6.

SEquenti postmodum anno, Sex. Ælio Cato & C. Sentio Saturnino Consulibus, Christus sextum ætatis suæ

Olymp.
195. an. 3.
Anno
U. C. 756.
S. Æ. C. I.
An. Ch. 3.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5496.

⊙ 12. G. D. 4. Indiç. 6.

JESU CHRISTI 3. secundum Baronium 3.

AUGUSTI IMP. 47.

I.
Consules.

[1] AD num. I. Coff. L. Ælius Lamia, & M. Servilius.

Ita recte Baronius ex Dionis Indice. In priori hujus Tomi editione, innixus Numismate, mihi a Clarissimo Toinardo communicato, scripseram Cneium Sentium Saturninum hoc tempore Syriæ præfuisse, sed postea Numisma illud confutum esse, idem Vir Doctissimus mihi asseruit.

Olymp.
195. an. 4.
Anno
U. C. 757.
S. Æ. C. I.
An. Ch. 4.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5497.

⊙ 13. FE. D. 5. Indiç. 7.

JESU CHRISTI 4. secundum Baronium 6.

AUGUSTI IMP. 48.

I.
Consules.

[2] AD num. I. Coff. Sex. Ælius Catus, & C. Sentius Saturninus.

De utroque accurate agit Card. Norisius in Cenotaphiis Pisanis Dissert. III. cap. 9. ubi ostendit, Henschenium in Diatriba præliminari ad mensum Aprilem perperam edidisse Caium Sentium Saturninum cum nota numerali, & Baronium memoriæ lapsu scripsisse, Quinctilium Varum amplissima Consulatus dignitate secundo auctum, primum cum Collega Vespillo, secundo cum Ælio Cato, ubi Quinctilii Vari nomen calamo decidit, cum Sentium Saturninum scribere vellet. Nam Sentius Saturninus Consul fuit anno Urbis DCCXXXV. Collega Vespillone, ut ex Fastis liquet. Sed is Saturninus diversus ab eo qui præfenti anno nomen dedit: prior enim Cneius Sentius Saturninus vocatus; qui vero hoc an-

AUGUSTI IMP.
ANNUS

47.

agebat annum: quo (ut auctor est Velleius) Tiberius Nero ab Augusto adoptatur, cui in Imperio successit.

no Consul fuit, Caius Sentius Saturninus appellatus est.

Caius Cæsar Augusti filius Armeniam cum exercitu ingressus, dum Artageram obsidet, a Præfecto per insidias vulneratur, & in Italiam revertens in Lycia moritur, cum ante annum ferme Lucius Cæsar frater ejus Massilia decessisset, inquit Velleius cap. 103. Contigit ille obitus A. D. VIII. K. Mart. ut legitur in Caji Cenotaphio, quod Pisis extat, a Norisio Card. eruditius Dissertationibus explicato, SEX. ÆLIO. C. A. BARON. in Apparatu n. LXXXVI. Mortuus itaque Caius Cæsar sub currentis anni Consulibus, dieque nona Kalendas Caji obit, quod Baronium aliosque Viros eruditissimos, qui Cenotaphium illud non viderant, fuisse ante exitum. Ex Caji Cæsaris obitu recte consignato liquet quantum deceptus fuerit Baronius, dum mortem Herodis cum anno Christi octavo, ut ipse numerat, conjunxit, Certum enim Herodem aliquot annos ante Caium Cæsarem perisse.

Caio Cæsare mortuo, Augustus V. Kalendas Julias ut scribit Velleius cap. 103. Tiberium adoptavit, eique Tribunitiam Potestatem ad annos decem dedit. Quod & Dio lib. 53, quoad Tribunitiam Potestatem testatur, Suetonius tamen in Tiberio cap. 16. ait, Tiberio datam rursus Potestatem Tribunitiam in quinquennium. Quare Dio & Velleius quod diversis annis contigit, uno tenore recitant. Adoptatus eodem die etiam Marcus Agrippa, inquit Velleius cap. 104. coactis prius ipse (nempe Tiberius) Germanicum fratris sui filium adoptare, inquit Suetonius in Tiberio cap. 15. Ubi observabis Tribunitiam Potestatem Augustum Tiberio concessisse, eodem, quo ipse obtinuerat, die, V. nempe Kalendas Julias. Proinus in Germaniam misit Tiberium Augustus, ubi ante triennium immensum exarserat bellum, ut ait Velleius cap. 104. Numeravit itaque hoc anno Tiberius sextum Tribunitiam Potestatis annum, percussisque hic Nummus aureus a Mediobarbo in Numismatis Imp. relatus: TI. CÆSAR AUGUSTI F. COS. II. TR. P. VI. in postica, AUGUR. PONT. IMP. III. Antea enim per annos quinque eandem Tribunitiam Potestatem gesserat, & Imperator iterum vocatus fuerat, ut Numismata demonstrant.

Septi-

[1] Coff. L. Ælius Lamia, & M. Servilius. In nullo adhuc veteri lapide horum Consulium nomina detecta fuerunt. In Fastis Vindebonensibus habetur: Lamia & Servilio N. mano; mendose. Integra fere habentur apud Valerium Maximum lib. I. Cap. VIII. nempe M. Servilius & L. Lamia ab eo nominantur. Philippus Labbeus in Concordia Chronologica ad A. D. 3. Servilio cognomen Gemini addit. De M. Servilio consulari, cujus filiam sanasse dicitur Servilius Democertes, Plinius lib. XXIV. Cap. VII.

[2] Coff. Sex. Ælius Catus, & C. Sentius Saturninus. Lapis Pisanus apud Henricum Cardinalem Norisium in Cenotaphiis Pisanis, loco a Pagio citato, habet: AD III. NONAS APRILES. QUÆ. ÆLIO. CATO. C. SENTIO. SATURNINO. COSS. FUERUNT FACTA. Fabrettus pag. 38. in tellera: KAL. APRIL. C. SENTIO. Velleius lib. 2. Cap. CIII. his Consulibus, Ælio Cato, & Sentio, V. Kalendas Julias, Tiberium ab Augusto adoptatum scribit. C. Sentius est filius Sentii Saturnini, qui legatus Syriam administravit sub Augusto. In Fastis Vindebonensibus legitur: Catus (pro Cato) & Saturnino. Fasti Idatiani Consules hoc anno omittunt.

JESU CHRISTI
ANNUS

7.

In Hero.
dem ultio
divina.

SEptimo vero anno Lucius Valerius Messala & Cornelius Cinna Consules creati sunt. Sedenim quoniam qui brevi summa enumerati sunt anni usque ad Herodis obitum, nulla re memorabili, quæ ad rerum Ecclesiasticarum statum pertineat (ut dictum est) sunt insignes: incipiemus hoc anno, quo contigit, de Herodis insanabili morbo agere; ac sequenti de ejusdem interitu miserando. In eas enim calamitates virum alioqui felicissimum divina ultione ob persecutionem in Christum excitatam, & immanem ejus sævitiam, quam in infantes Bethlehemiticis exercuit, incidisse, omnium Ecclesiasticorum est sententia, id in primis Eusebio (e) testante, qui sic ait: Verum deinceps post necatos infantes, qua merces crudelis Herodis facinus contra Christum & pueros ejus æquales admissum subsecuta sit; & quo pacto statim post, nulla ne minima quidem dilatione interposita, divina ultio illum, dum adhuc in vita manebat, exagitaverit, & quasi præmia re-

(a) Euseb.
hist. Eccl.
lib. I. c. 8.

II.
Obitus Caji
Cæsaris.

III.
Adoptio
Tiberii.

JESU CHRISTI
ANNUS

8.

I.
Herodis
ætas.

(b) Joseph.
ant. lib.
14. c. 15.
in fine &
c. 16. &
17.

ANNO igitur Domini octavo, M. Æmilio Lepido & L. Arruntio Nepote Consulibus, Herodes moritur regni sui trigesimo septimo inchoato, prope tempus Paschale, cum annum ætatis ægeret sexagesimum septimum, ut ex Josepho (b) colligitur, dum ait, ipsum jam egisse annum ætatis quintumdecimum, cum patre ejus Antipater a C. Julio Cæsare Judææ Procurator est institutus, Fusio Cæsar. Ann. Eccl. Tom. I.

Anno Urbis
758.
Olymp.
596. an. 1.
S. Æ. C. I.
An. Ch. 5.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5498.

⊙ 14. D. D. 6. Indiç. 8.

JESU CHRISTI 5. secundum Baronium 7.

AUGUSTI IMP. 49.

I.
Consules.

[1] AD num. I. Coff. L. Valerius Messalla Volusius, & Cn. Cornelius Cinna Magnus, Tiberius, qui anno præcedenti ad bellum.

[1] Coff. L. Valerius Messalla Volusius, & Cn. Cornelius Cinna Magnus. Lapis apud Fabrettum pag. 703. num. 240. L. VALERIO VOLESIO. CN. CINNA MAGNO COS. KAL. MART. APSOLUTUM EST. Gruterus pag. MLXXXIII. 8. habet: VOLSEO. mendose. In Fastis Vindebonensibus corrupte Voluso, pro Voleso legitur. Dio lib. LV. pag. 557. narrat, Cn. Cornelium Cinna Magni filiam Pompeii Magni natum, in Galliis una cum multis aliis adversum Augustum conjurasse A. V. 757. inde pag. 563. habet: Augustum, Liviam suam, reos verbis castigatos, indemnes dimisisse, Cornelio etiam Consule designato. Mox apud Dionem legitur. Cn. Cornelio Cinna Magno, ac Valerio Messalla coff. Fasti Idatiani: Magno Pompeio, & Valerio; corrupte adjectum: Pompeio.

AUGUSTI IMP.
ANNUS

48.

rum ei post discessum e vita obventuram evidenter ostenderit, operæ pretium est intelligere. Qua autem ratione prosperum & florentem regni sui statum, quo se tum frui putabat, domesticis calamitatibus, quarum alia ex aliis ortæ sunt, ipse obscuravit, dum (*) uxorem, (*) alioq. & liberos, dumque reliquos quibuscumque propter propinquitatem generis & amoris conjunctionem maxima ei intercessit necessitudo, nefaria cæde afficeret: in præsentia commode explicare non possumus; præsertim cum istarum rerum argumentum omnem illam crudelitatem, quæ a poetis in tragædiis describi solet, longe superet. Quod quidem si quis scire desiderat legat Josephi historiam, qui idem uberrime plenissimeque persequitur. Hæc Eusebius; qui ejusdem Herodis interitum ex eodem Josepho mutuatus, compendio describit. Sed nos gratius fore existimamus, si ex verbis ejusdem auctoris eadem describamus, sed anno sequenti, quo facta sunt.

AUGUSTI IMP.
ANNUS

49.

Ieno & Vatinius Consulibus. Unde ne sibi ipsi auctor contrarius penitus esse videatur; quod indefinite dicit ipsum ad annum septuagesimum suæ ætatis appropinquasse, ad ea quæ de ætate ejus superius dixerat, est accommodandum. At quoniam alii, idemque diversi, in alia atque diversa tempora Herodis obitum referunt: ne nos temere contra aliorum sententias hoc ipso anno Herodem ab hu-

Germanicum conficiendum missus fuerat, & ob victorias Imp. III. dictus fuerat, ætatis usque in Decembrem perduxit; ait enim Velleius cap. 105. Germanica Ann. ejus ætatis usque in Decembrem mensem perdulla immanis emolumentum fecere victoria; additque, eum in Urbem rediisse. Hoc vero anno Veris initio rediit in Germaniam, inquit, Velleius. Perlustrata armis tota Germania est. Victa gentes pene nominibus incognita; tum Tiberius eadem, qua priore anno, festinatione Urbem petiit, inquit Velleius cap. 107.

II.

Victoria
Germanica
Tiberii.

manis defuisse affirmare videamur, consule quæ de annis ejus regni exactissima diligentia pervestigata sunt superius, cum de tempore nati Christi Domini egimus, quibus & demonstratum est, anno ejusdem Regis vigesimo nono Jesum Redemptorem natum, ac postinde Herodem octo annis supervixisse, atque usque ad Consulatum præsentis anni fuisse superstitem.

II. Sed age modo quæ de portentoso illius morbo, qui obitum præcessit, Josephus suis scriptis memoriæ mandavit, ejusdem verbis hic enarremus; simulque de his in quibus vacillet fides auctoris, admoneamus: Interea, inquit, (a) Legati instructi mandatis ac litteris Romam properant, nimirum ut innolescat Augusto Antipatri filii detecta proditio in patrem, quem veneno comparato necare paraverat, cujus causa ille convictus assereretur in carcere. Interea morbo Rex correptus, testamentum condidit, successionem regni relinquens natorum minimo, exasperatus in Archelaum & Philippum calumniis Antipatri: Cæsarique legavit mille talenta, & uxori Julia libertisque ejus, amicis, atque libertis talenta quingenta. Suis quoque filiis distribuit pecunias, & agros, ac redditus, similiter etiam nepotibus. Salomes etiam ratio est habita, quam propter perpetuam & inconcussam benevolentiam diavit egregie: Desperata deinde salute, quod jam ad septuagesimum ætatis annum accederet, mirum in modum efferatus est, iræ impatiens, & amarulentus in rebus omnibus: in causa erat opinio contemptus, quodque existimaret gentem lætari suis infortuniis: quam opinionem confirmavit quorundam apud populum gratiosorum seditio mota ex causa tali.

XII. Judas Sariphei filius, & Matthias Margalothi, doctissimi erant Judæorum, & interpretes patriæ legis præstantissimi, ob idque cari populo, quod juvenitatem disciplinis instituerent: totis enim diebus eis dabant operam quotquot cupiebant in virtute proficere. Hi postquam cognoverunt morbum Regis esse incurabilem, concitaverunt juvenitatem, ut sublatis operibus quæ Rex præter patriam consuetudinem fecerat; propugnatores pietatis se ostenderent, debitum inde expectantes præmium. Nam hanc esse Regi causam cum calamitatum domesticarum, tum postremo præsentis morbi; videlicet quod contemptis legibus, multa novare ausus sit: nam hac parte multis in rebus pietatem Regis hi doctores desiderabant. Inter cætera supra majorem portam templi dedicaverat domum pretiosam, aquilam auream magni ponderis: cum lex nosbros homines veteret imagines statuere, aut consecrare animantium effigies. Quamobrem hi doctores auctores erant discipulis, ut aquila

Aquila aurea excisa.

lam illam detraberent. Etsi enim res videatur non carere periculo, tamen etiam jucundæ vitæ præponendum esse honestum obitum, si contemnatur propter tuendus leges patrias: quandoquidem sempiterna fama nullo sæculo passura sit gloriam eorum intermori: & alioquin ignavos juxta ac fortes eundem manere interitum: proinde recte facturos virtutis cultiores, si ex communi necessitate honorem sibi deciperent, & cum hoc solatio de præsentis vita recederent: magnum enim levamen esse honestis conatibus immori, & periculi non contemnendum præmium laudem transmissam ad nepotes ac posteros, cujus in partem tota cognatio tam viri quam femine veniant: quo quid esse possit optabilius?

IV. Hac exhortatione accensis juvenibus, rumor supervenit extinctum Regem nuntians, & propensos jam ad facinus perpulit. Itaque claro meridie ascendentes, detractam aquilam conciderunt securibus, inspectante congregata in templum multitudine. Quod ut renuntiatum cognovit dux regius, majorem aliquam conspirationem metuens, occurrit eo cum valida suorum manu, cohibiturus demolitores aquila: & irruens in vulgus rude & imparatum ac conglobatum temere, facile reliquis disjectis & cedentibus, circiter quadraginta juvenes resistere ausos comprehendit, cumque his auctores facinoris Judam & Matthiam, turpe putantes cedere; omnesque ad Regem perduxit. Quo rogante, quo freti ausi sint sacratam imaginem demere; ajunt, & deliberasse id multo antea, & deliberatum executos, ut fortes viros decuit. Nam & honori divino, inquit, succurrimus, & legem, cujus discipuli sumus, vindicavimus. Nec est quod mireris, si tuis decretis leges præponimus, quas nobis Moyses auctore & doctore Deo per tulit: nec recusamus mortem ac supplicium quodcumque nobis intuleris, conscii nos non maleficii, sed pietatis causa hæc perpeti. Hæc illi, non minore animo quam verbis præferentes fortitudinem, æque tum ad constanter patiendum alacres, atque antea ad fortiter agendum fuerant.

V. Eos Rex victos misit Hiericunthem: moxquæ accitis Judæorum primoribus, in concionem eorum lectica ob imbecillitatem delatus, cepit commemorare labores suos exhaustos pro Republica, tum instauratum templum impendiis ingentibus, quale opus per ducentos viginti quinque annos nemo Assamonæorum Regum ad honorem Dei vuluisset perficere: nec extructum id tantum a se, verum etiam ornatum votivis muneribus ac donariis templo dignissimis: & ob hæc facta sperasse se vel post obitum sempiternam & memoriam & gloriam. Nunc, proh nefas, vivo etiam

Capti juvenes fortiter agunt.

Quid Herodes ad Judæos.

ac superstiti, pro beneficiis reponi injuriam, & medio die, inspectante multitudine, sua dona sacrata violari ac detrahi: quæ injuria licet in ipsam intentata, re tamen vera ad Deum magis pertineat, cujus sacra compilata sunt. Tum honoratiores quique, veriti crudelitatem ejus, ne forte efferatus in se quoque gravius animadverteret, negaverunt hæc facta ex ipsorum sententia; viderique sibi admissam rem dignam supplicio. Ille in cæteros mitior, Matthiæ Pontifici admittit sacerdotium, quasi non alieno ab hoc consilio; eique successorem dedit fratrem uxoris suæ Joazarum. Hujus Matthiæ Pontificatu accidit etiam alium Pontificem ad unam diem substitui, quæ Judæi populariter jejunium celebrant: nam Matthiæ ea nocte quæ præcedebat diem jejunii, visus est sibi per somnum cum uxore congressi; & cum ob eam causam rem divinam facere non esset idoneus, Josephus Ellemi filius adjutor vicarius propter cognationem ei datus est. Cæterum Herodes post multatum Matthiam sacerdotio, alterum Matthiam seditiois auctorem, ejusque socios vivos excussit, in quam noctem etiam defectus Luna incidit.

VI. Hæc de horum supplicio Josephus, cujus causa est opinatus Herodem crudeli morbo esse vexatum, omnia illius adscribens crudelitati, quod hos viros ob insigne factum tam crudeli morte multasset. Sed dicat auctor, quoniam pacto morbus Herodis huic culpe tribui possit, qui jam ante, quam hæc accidissent, ut ipse ait, eum vexare inceperat? Verius illud, quod & ceteri existimant, Herodis plagas divinitus inflatas, non in alterius criminis quam infanticidii culpam rejiciendas. Rursum, quantum, adhuc conjectura assequi licet, facile adducimur, ut opinemur hos populi doctores, quod scientia omnes facile antecellerent, ex illorum numero fuisse, quorum Herodes rogavit sententiam (ut habet (a) Evangelista) ubi Christus nasceretur: & quantumvis verba certa ex scripturis sanctis deprompta responderent; ipsi nihilominus, licet ex his aliisque permultis de adventu Messæ certiores redditi essent, illum requirere, & ut par erat, venerari prætermiserunt; non sine suspitione adhuc juxta illud Evangelicum dictum (b) Qui non est mecum, contra me est; & qui non colligit mecum, dispergit) in obcurando adventu Christi eundem cum Herode funem traxisse, atque eam ob causam meritas pœnas dedisse. Certe Angeli loquentis ad Joseph testimonio constat, non unum tantum Herodem, sed & alios (forte hos ipsos) Christi interitum procurasse, cum ait: defuncti sunt enim qui quærebant animam pueri. Sed jam de morbo Herodis: ex Josepho cætera profequamur.

Causa cædis justior.

(a) Matt. 21.

(b) Luc. 11.

VII. Regi vero, inquit (c), morbus factus est gravior, pœnam impietatis exigente Numine. Lento enim calore torrebatur, qui non tam externo tactu apprehenderetur, quam intus popularetur viscera: aderat & vehemens voracitas, cui necesse esset continuo cibos suggere: simulque vexabatur intestinorum exulceratione & colicis passionibus: pedes tumebant phlegmate humido & pellicido, similiterque inguina: ipsa quoque verenda putrefacta scatebant vermiculis, accedente fæda nec minus molesta tentigine, non sine fœtore gravissimo: super hæc omnia nervorum contractione laborabat, & difficultate anhelitus. Quamobrem constans erat inter viros divinos & fatidicos opinio, Regem tot modis læsa pietatis Deo pœnas expendere. Qui tamen gravius affligeretur, quam ut videretur posse morbo perferendo sufficere, tamen evasurum se sperabat, accersendis medicis intentus, & medicamentis conquirendis undique. Profectus etiam ultra Jordanem fluvium, calidis aquis se fovebat apud Callirrhœon, quæ præter vim medicam potu quoque jucunda sunt. Hæc aqua in lacum bituminis feracem effluit: ibi de medicorum consilio immixtus fovendus in refertum oleo solium, visus est illis jam agere animam. Quare exorta exploratione familiarium excitatus, & ad se reversus, nullamque amplius salutis spem superesse intelligens, donativum militibus quinquagenas drachmas jussit distribui: magnâ denique liberalitate usus in duces atque amicos, rursus Hiericunthem reversus est: ubi atra bile prægravante, eo immanitatis prolapsus est, ut facinus animo conciperet longe atrocissimum.

VII. Cruciatu Herodis. (c) Joseph. ant. lib. 17. cap. 8.

VIII. Nam cum e tota ditone nobiliores Judæorum ad eum convenissent, evocati minaci edicto, pœnam capitis intentante non parentibus, infensus ex æquo sive fontibus accitâ deinde Salome sorore, maritoque ejus Alexa, ait instare sibi terminum vitæ succumbenti tantis doloribus: quod quidem ferendum esse, quando juxta communem mortalium sortem accidat. Illud permolestum esse, si carendum sit extremo honore luctus, qui debeatur Regibus: non enim ignotam sibi Judæorum mentem esse, quod optatam suam mortem lætis accepturi sint animis, quandoquidem vel a viventi non abstinuissent contumelia: sed illorum esse officii, levamen aliquod præsentis hujus doloris decernere: nam si assensum consilio suo præberant, fore funus longe quam aliorum Regum honoratius, & manibus suis gratius, omnibus per totam ditonem non fiste lugentibus. Ergo quamprimum viderint se exhalasse animam, debere eos clausam cir-

VIII. Atrox mandatum Herodis.

co nobilium multitudinem cingere militibus, ignorantibus etiam tum suum obitum, non prius vulgandum, quam mandatum executi sint; jubere deinde, ut circumactos una omnes jaculis configerent. Quibus hoc modo caesis, duplicem se eis habiturum gratiam, vel quod mandatum fuerint memores, vel quod obitum suum publico luctu honoraverint. Hac ille cum lacrymis lamentandus cognatos per mutua fidem & benevolentiam perque omnia sacra obtestabatur, ne se extremo hoc honore fraudatum vellent: eis contra pollicentibus daturos se operam, ut cuncta juxta ejus mandatum fierent; & paulo post:

IX. Dum haec mandata cognatis dat, supervenerunt a Roma litterae a Legatis missis ad Caesarem, quarum summa erat: Acmen ab irato Caesare occisam esse (paraverat haec venenum propinandum Herodi) propter locatam Antipatro operam: ipsumque Antipatrum relinquere arbitrio & Regis & patris, sive in exilium vellet eum pel- lere, sive capite plectere. His auditis, Herodes paululum recreatus est, voluptate nuntii penae Acmen, & permissa sibi potestatis libere statuendi de filio. Mox repetitus gravi dolore, cibi tamen avidus, malum simul & cultellum poposcit: solebat enim & antea per se paulatim incidendo comedere: tunc vero circumspiciebat, ferire se ipsum cupiens: perperas- setque facinus, ni Achiabus nepos istum preveniens, clamore sublato, cohibuisset ejus dexteram: moxque denuo luctus cum trepidatione ac tumultu occupavit pala- tium, quasi Rege jam agente animam. Quem strepitum ubi persensit Antipater, ratus patrem vere vitam finisse, spem concepit fore, ut solutus vinculis sine diffi- cultate regnum acciperet: cepitque cum custode carceris de missione agere, multa & in praesens & in futurum post acquisi- tam potestatem pollicens. Ille vero adeo non paruit, ut mox conatus ejus Regi re- muntiaret, utque sollicitatus ab eo sit ostentato praemio.

X. Tum Herodes, qui jam ante male af- fectus erat erga filium, postquam audi- vit custodem carceris, exclamans pra in- dignatione, & caput sibimet verberans, quamvis morti proximus, erexit se in cu- bitum, jussitque unum e satellitio sine mora eum occidere, & corpus obscuro fu- nere condi in castello Hyrcunio. Dein- de (a) mutata voluntate, mutavit etiam antiqui. lib. restamentum: Antipam enim, quem prio- ribus tabulis regni successorem destina- verat, Galilaeae simul ac Peraeae Tetrarchiam constituit: regnum vero Archelao largi- tus; Trachoniticam, Gaulaniticam, Ba- raneam, & Paucadae regiones tetrarchiae nomine assignavit Philippo filio, germa- no fratri Archelaei: Janniam autem, Azo-

Herodes inferendi sibi necem cupidus.

Obitus Herodis.

(a) Joseph. antiq. lib. 17. cap. 10.

tum, & Phasaelida Salomae sorori suae tri- buit, & argenti signati quingenta millia. Habita est caeterorum cognatorum ratio, abundeque prospectum singulis leganda pecunia, & redditibus annuis. Caesari quoque legavit argenti signati centies centena millia, praeterque sua vasa tam aurea quam argentea, magnumque vestis pretiosae numerum: Julia autem Caesaris uxori & quibusdam amicis quinquagies centena millia. His ita ordinatis, quinta die postquam Antipatrum filium occidit, vita functus est. Hactenus Josephus de Herodis obitu: prosequitur caetera de mis- sione nobilium in circo cluorum, de- que funere ejus sumptuosissime per Ar- chelaum regni heredem curato: quae qui scire cupit, eundem auctorem consulat. Contigit vero Herodis obitus hoc anno prope tempus paschale, ut ex his quae de Archelao idem qui proxime auctor in- ferius tradit, facile percipi potest.

Verum quod ad caeteros Herodis mores spectat: praeter incomparabilem hominis immanis saevitiam, constat, haec testanti- bus ac perorantibus Judaeis in Senatu Ro- mano (b) eundem fuisse moribus turpissi- mum, ut qui ex libidine effrenata virgines constupraret, & thoros alieni conju- gii saepius vi adhibita violaret ac faeda- ret. Nullum denique tam magnum scelus & immane facinus reperiri potuit, ad quod ille vel illecebris voluptatis vel im- petu furoris ac crudelitatis non impelle- retur. Cujus rei cum pleni sint omnes li- bri, plena antiquorum monumenta, ple- na denique omnia; alio nos, ut res ipsa postulat, transeamus.

Archelaus autem, curato funere patris, etfi ex ejus testamento regni heres fuisset institutus, tamen a Regis nomine absti- nuit (c); quod non tam a patris, quam ab Augusti Imperatoris arbitrio id pende- ret: caeterum cuncta quae patris erant, in ipsius potestate fuerunt, illique pare- bat exercitus; a quo quantumvis saepe Rex acclamaretur, Regem se dici non tu- lit, donec constaret de Imperatoris ani- mo. Interim (d) compluribus seditiofo- rum expostionibus de nece doctorum ac juvenum occasione dejectae atque concisae aquilae interemptorum in quosdam Hero- dis amicos vindictam Archelao detrectan- te, & blandis verbis eos placare studen- te; illi majori ira perciti, templum ad- euntes, ibi caeteram multitudinem ad re- bellionem sollicitarunt (erat prope infi- nitus numerus, cunctis ad sacrum cele- brandum Pascha Hierosolymam undique confluentibus.) Saxis insuper ferientes, complures occiderunt cohortalium mili- tum, qui ad eos compescendos missi erant ab Archelao; a quo immisso in eos equi- tatu, ad tria millia virorum caesa sunt ip- sis diebus Paschalibus. Post haec Archela-

XI. Mores Herodis.

(b) Joseph. antiq. lib. 17. cap. 12.

XII. Archelaei Regnum.

(c) Joseph. cod. cap. 10.

(d) Joseph. antiq. lib. 17. cap. 11.

is pro stabilimento regni & firmandis patris tabulis testamenti, Romam ad Au- gustum adnavigavit. Profectus & Hero- des Antipae Tetrarcha Galilaeae, ut con- tra Archelaum ageret, & sibi ex prio- ribus tabulis debitum regnum, quod post- eriores esse invalidas diceret, ab Augus- to impetraret. Verum re in Senatu per- tractata, placuit Augusto ex ultimis tabu- lis, quas firmas ratasque esse voluit, Archelaum Regem institutum regnare. Sicque hoc anno exordium regni auspi- catus, tenuit annis novem. Haec omnia pluribus Josephus describit, quae nos sum- matim contraximus.

XIII. Inter haec: Defuncto Herode, inquit Evangelista, (a) ecce Angelus Domini apparuit in somnis Joseph in Aegypto, di- cens: Surge & vade in terram Israel: defuncti sunt enim qui querebant animam pueri. Qui consurgens, accepit puerum, & ma- trem ejus, & venit in terram Israel. Audiens autem quod Archelaus regnaret in Judaea pro Herode patre suo, timuit illo ire: & admonitus in somnis, secessit in partes Galilaeae. Et veniens habitavit in civitate, quae vocatur Nazareth: ut adimpleretur quod dictum est per Prophe- tas: Quoniam Nazareus vocabitur. Hac- tenus Evangelista. Scimus de reditu Do- mini ex Aegypto diversas esse sententias: ut enim variarunt scriptores in supputatio- ne annorum regni Herodis, ita etiam de tempore Christi rediens diversa inter se sentire coacti sunt: quandoquidem statim post Herodis obitum ab Angelo de rever- sione Joseph fuisse admonitum, Evange- lii auctoritate omnes aequae consentiunt. Quid de accessu & recessu ab Aegypto fenerit Epiphanius (b) ipse his verbis declarat: Descendit, inquit, in Aegyptum trigesimo quinto anno Herodis: rediit au- tem ab Aegypto post mortem Herodis: quapropter trigesimo septimo anno princi- patus ipsius Herodis, puer erat quatuor annorum, quando Herodes impletis annis triginta septem, vitam finivit. Archelaus vero novem annos regnat; in cuius regni principio egressus Josephus de Aegypto una cum Maria & puero, cum audisset Archelaeum regnare, secessit in partes Galilaeae, & habitavit tunc in Nazareth. Haec Epi- phanius, qui iterum Christum in Aegypto biennio tantum mansisse testatur (c), Ni- cephorus (d) vero triennio, quinquen- nio alii (e) vel sexennio, nonnulli vix (f) anno uno: quos omnes decipi cer- tum est: nam usque ad octavum Christi annum Herodem supervixisse, cujus re- gni anno vicefimonono inchoato natus est, jam satis superius demonstravimus. Eusebius sexto Christi aetatis anno Hero- dis obitum recenset, septimo autem Ar- chelaei institutionem. Porro uno eodemque

(b) Epiph. lib. 1. Pa- nor. cap. 22.

(c) Idem haeres. 58.

(d) Nice- ph. hist. lib. 1. cap. 14.

(e) Cor- nel. Jans- conc. cap. 11. & alii.

(f) Pan- gin. in Basilis.

anno & Herodem defunctum, & Arche- laum ab Augusto in regno confirmatum esse, jam superius vidimus. Caeterum etfi hoc anno Herodes obiit, & Archelaus regnum accepit, & Angelus de reditu Jo- seph admonuit: tamen quoniam tum Mar- tyrologium (g) Romanum, tum (h) cae- tera testantur contigisse Christi reditum ex Aegypto septima Januarii: reliquum est dicamus, id nequaquam factum hoc an- no, sed sequentis initio: quandoquidem prope Paschatis celebritatem hoc anno Herodem effluisse animam, ac subinde Ar- chelaum auctoritate Augusti coepisse re- gnare, cognovimus.

Dum ergo adhuc Romae ageret Arche- laus, a Varo Syriae Praefide, inquit Jo- sephus (i), venerunt litterae, defectio- nem Judaeorum significantes. Hi enim post discessum Archelaei cum tumultuarentur, ad eos compescendos cum Hierosolymam ad- venisset Varus, supplicio affecti auctores: reversusque Antiochiam, ubi Praefides a- gere consueverant, Hierosolymis legionem unam reliquit, ut Judaeis novandarum rerum facultatem praeriperet: praerat illi Sabinus Judaeae Procurator, qui militum infolentia in Judaeos abutens, maximae om- nium dissensionis in populo praebuit occa- sionem. Cum enim advenisset sacra dies Pentecostes apud eos celeberrima & more patrio undecumque Judaei religionis ergo Hierosolymam conveniret: excitati illi omnes acerbissimo odio in Sabinum, par- titi trifariam, inclusos undique Roma- nos oppugnare etiam parabant. Insuper dum haec Hierosolymis aguntur, quod provin- cia sine Rege esset, quam plurimo- rum studia regnum affectantium increbue- re, ut Judae Ezechiae filii ductoris latro- num, Simonis servi Herodis, & Atron- gis pastoris obscurissimi, qui sibi regni diadema & regium nomen usurparunt; quorum omnium conatus, & damna, quae tum ipsis Judaeis, tum externis intulerunt, idem Josephus (k) pluribus tractat. In- terim Sabinus Procurator Judaeae, his per- territus, exemplo Vari Praefidis, quo pe- riclitantem legionem ab interitu eripe- ret, postulavit auxilium, pugnantibus in- terea adversus Judaeos Romanis militibus, qui & sacrae pecuniae conditorio potiti sunt, Judaeorum compluribus desideratis. Inde vero accessione militum Archelaei, & adventu Vari cum duabus aliis legio- nibus, & finitimorum Regum ac Tetrar- charum copiis, omnibus quae in itinere sunt inventa ab illis igni ferroque absum- ptis, & inter alia oppida Emmaus igne cremato, fugae se commiserunt Judaei, qui obsidebant legionem. Varus vero, perve- stigatis seditionis auctoribus, egit in cru- cem ea de causa circiter duo millia Ju- daeorum: insuper decem millia illorum qui in unum confluerant, invadens, non

(g) Mara- tyr. Rom. 7. Januarii. (h) Bed. Usuard. A. do. & a- lii eadem die.

XIV. (i) Joseph. antiq. lib. 17. cap. 12. Judaei tu- multuan- tes com- primun- tur.

(k) Joseph. cod. lib. 17. cap. 12.

aufis illis manus conferere, sed dedicationem facientibus, dimissis cæteris, in aliquos necessarios Herodis Regis animadvertit; sicque rebus Judæorum compositis, Antiochiam rediit, quando ejusdem Vari permisso quinquaginta Legati a Judæis missi ad Augustum Imperatorem Romam venire, quibus etiam præsto fuere qui Romæ agebant Judæi, ut numerat Josephus (a), plusquam octo millia. Erat omnium illa petitio, ut eis liceret suis legibus vivere, nec amplius esse sub Regibus; sed tantum Romanis subditi aggregarentur provinciæ Syriæ. Auditi sunt ab Augusto in æde Apollinis, quam magnificentissime in Palatino monte construxerat; aderat Archelaus necnon & Philippus Terrarcha Herodis filius. Orantes primo loco in Senatu Judæorum Legati, quæ fuerant sub sævissimo ac impurissimo Rege Herode passi, pro concione dixere, multaque in Archelaum jactaverè; sed Nicolaus Damascenus orator adversus eos pro Herode & Archelao respondens, quæ ab illis essent dicta, confutavit.

(a) Joseph. ibid.

XV.

(b) paucos post dies Archelaum non Regem declarat, sed dimidia parte ditioris, qua Herodis fuerat, ei concessa, Palæstinæ Tetrarcham constituit, regnum quoque in Tetrarchias divisio.

Dimisso his auditis Senatu, Augustus (b) paucos post dies Archelaum non Regem declarat, sed dimidia parte ditioris, qua Herodis fuerat, ei concessa, Palæstinæ Tetrarcham constituit, regnum quoque in Tetrarchias divisio.

Anno Urbis 759. Olymp. 106. an. 2. S. Æ. C. I. An. Ch. 6.

ANNO PERIODI GRÆCO - ROMANÆ 5499.

© 15. C. D 7. Indict. 9.

JESU CHRISTI 6. secundum Baronium 8.

AUGUSTI IMP. 50.

I. Consules

[I] Num. I. ad XII. Coss. M. *Emilius Lepidus*, & L. *Arruntius*, ex Dionis Indice. Baronius L. *Arruntium Nepotem* vocat. Sed ut

[I] Off. M. *Emilius Lepidus*, & L. *Arruntius*. In tessera apud Gruterum pag. CCCXXXIV. 7. & Fabrettum pag. 38. KAL. APR. M. LEP. L. ARR. COS.

Lapis recens effusus Romæ ad portam Exquilinam, adhuc ineditus, nunc item Romæ in ædibus Marchionis Alexandri Gregorii Capponii.

paratas a regni terminis, Syriæ contribuit. Sexcentia autem talenta quotannis redibant ad Archelaum. Hæc Josephus de partitione Judæorum regni ab Augusto facta tunc temporis, cum Romæ Herodis heredum causa acta est in Senatu.

XVI.

Rebus itaque in hunc modum firmatis ac stabilitis, Archelaus, Philippus, & Antipas, cæterique Judæorum Legati in Judæam reversi sunt. Horum meminit brevi compendio Tacitus (c) sic dicens: *Post mortem Herodis, nihil expectato Cesare, Simon quidam regium nomen invaserat: is a Quintilio Varo obtinente Syriam punitus; & gentem coercitam liberi Herodis tripartito rexere.* Hæc ille. Post hæc autem quidam vultu simillimus Alexandro Herodis filio, qui una cum Aristobulo fratre ex sententiâ Præsidi & Herodis patris fuerat morte multatus, se a nece clam subtrahum simulans, paternum regnum ab Augusto petere non dubitavit; sed impostura detecta, pseudo-Alexander ille sententiâ ejusdem Imperatoris in ordinem remigum est redactus. Hæc omnia cum describat Josephus (d) admirari libet, quot ludibria, quæ damna coactus sit subire populus Judæorum, postquam verum legitimumque a Deo promissum ac datum Regem, Christum ipsum recipere ac venerari contempsit: quo semel spreto, & in fugam adacto, non unum tantum Herodem, sed complures compulsus est pati tyrannos; nec fuit ipsi amplius a vexatione quies aliqua, donec a Romanis funditus deletus est. Reverfus autem in Judæam Archelaus, Joazarum summum sacerdotem, quem Herodes abrogato Matthiæ successerat, in ordinem redegit, ejusque fratrem Eleazarum nomine in eam dignitatem provexit: qui nec ea diu potius est; sed & ipso sublato, Jesum Siæ filium in ejus locum substituit. Hæc omnia de successione Pontificum Judæorum Josephus cum scribat: quantum tamen temporis ea quisque administratione sit functus, non explicat.

(c) Hist. l. 5.

Sumptum de impostore supplicium.

(d) Joseph. antiq. li. 17. cap. 14.

An-

anno Christi II. cum Card. Norisio observavimus, vox illa *Nepos*, quæ in Fastis Onuphrii originem Consulum ab avis indicat, per supernam hallucinationem in fictitium cognomen *Nepotis* transit. Quare ubi Baronius eam vocem pro Consulum cognomine accipit, prætermittere oportet.

II. Herodis obitus.

Herodis Judæorum Regis interitus longe ante præsentem annum contigit, ut videre est in Apparatu Chronologico, ubi de eo pluribus egimus.

I. Jesus Nazareth dicitur.

(a) Matt.

(b) Martyr. Rom. 7. Januarii.

(c) Beda. Ufuard. Ado. eud. die.

(d) Hieron. de locis Hebraicis.

(e) Beda de locis sancti. cap. 16.

Anno Christi nono, A. Licinio Nerva Siliano & Q. Cæcilio Metello Siliano Coss. idem Jesus Christus Redemptor noster, cum superiori anno (ut diximus) monitus ab Angelo Joseph ex Ægypto recessisset, (optima Januarii in Paganiam) reductus, ac in Galilæam perductus, Nazareth habitavit. Memorabilis fuit antiquitus in Ecclesia ea dies, quæ cum in Martyrologio (b) Romano, quæ cum in Martyrologio (b) Romano, memoratone recollitur. *Est Nazareth, ubi Christus egit, inquit Hieronymus (d), viculus in Galilæa juxta montem Thabor; unde & Dominus noster Jesus Christus Nazarenus vocatus est: habetque ecclesiam in loco quo Angelus ad beatam Mariam evangelizaturus intravit; sed & aliam ubi Dominus est nutritus.* De iisdem duabus domibus & Beda (e) meminit, cum agit de locis sanctis. Porro domus illa, in qua de Verbi incarnatione sanctissima Virgo cæleste accepit nuntium, adhuc magno miraculo non tantum integra perseverat, sed Angelorum ministerio ab infidelium manibus vindicata, in Dalmatiam primum, inde in Italiam, translata est in agrum Lauretanum Piceni provinciæ: quod perinsigne ac nobilissimum. *Ann. Eccl. Tom. I.*

III. Archelai Principatus.

IV. Bellum Germanicum.

Ad num. XII. & seqq. Archelai Herodis Magni filii Principatus longe etiam ante præsentem annum inchoatus, ut in eodem Apparatu ostendimus. Sed Baronius a Josephi Historia recedens in plures anachronismos non potuit non labi. Velleius, narratis iis, quæ anno antecedenti Tiberius in Germania gessit, ait: *Prima estate belli Messallini opus mandandum est memoria, cui suffragatur Dio lib. 55. qui sub currentis anni Consulibus recitat prælia Valerii Messallini cum Batone Pannoniorum Duce. Ait autem Dio lib. 7. licet nihil magnopere memorandum in Germania actum sit, tamen de Germanis Imperatoris nomen non Augustum modo, sed Tiberium etiam invenisse, quod tam Augusti, quam Tiberii Numismata demonstrant. Augustus enim, qui huc*

num vetustatis monumentum totus Christianus Catholicus Orbis veneratur ac colit. Nec est quod quis de re gesta dubitet, qui memoria repetat illic dictum esse ab Angelo, non esse impossibile apud Deum omne verbum. Fidei Christianæ esse, prædixit Christus, ut & montes Christianorum imperio e loco in locum transferrentur: præstiterunt hoc complures sancti, & inter alios Gregorius ille Magnus (f), cognomento Thaumaturgus, complura enim id generis certa auctorum fide reperiuntur miracula edita: sed in his modo non immorandum. Qui Nazareth inviserunt, ejusdem domus situm eadem omnino mensura signatum inspexerunt; accolis, quod factum est, fideliter attestantibus. Sed hæc obiter: neque enim est in animo rei gestæ historiam egregie testatam hic enarrare; agemus de ea suo tempore, quo facta scribitur. Interim his fructu Lector, quæ venerandus Pater Petrus Canisius (g), cujus laus est in Evangelio per omnes Ecclesias, non minus pie, quam ornate atque erudite, suo more, conscripsit. Sed relinqua repetamus.

(f) Greg. Nyss. in Vita ipsius.

(g) Canis. de sancta Maria. Deipara lib. 5. c. 25.

Ex eo autem quod Dominus noster fuit incola Nazareth, juxta sermonem propheticum, Nazarenus est appellatus; quæ etiam

II. Jesus Nazarenus.

usque in Nummis dicebatur tantum IMP. XIV. hoc anno quo Tribunitiam potestatem XXIX. iniiit, in Nummis dicitur Imp. XV. Tiberius vero qui erat tantum Imp. III. dicitur in Nummo apud Medtobarbum TI. CESAR AUGUSTI F. IMPERATOR IV. PONTIFEX TRIBUNICIA POTESTATE VIII. S. C. Tribunitiam enim Potestatem VIII. Tiberium hoc anno inchoasse, ex dictis patet. Vincentibus Ducibus Augustos Imperatoris nomen multiplicasse, idque Octaviani Augusti exemplo sæpe indicabimus. Cum Christus, defuncto Herode, a Josepho in Palæstinam reductus fuerit, reditus ille longe ante currentem annum accidit. Incertum tamen quanto tempore Christus in Ægypto manserit.

CLANGE
HILARIONIS. V. A. XX.
PERIT. IN. MONTE ALBANO
XIII. K. IVL.

L. ARRUNTIO. M. LEPIDO. COS.

Præponitur hic *Arruntius*. Dio lib. LV. pag. 565. M. *Emilio Lepido*. L. *Arruntio*, Coss. Ex Kal. Julii Consules successores fuisse C. *Ateium Capitonem* & C. *Vibium Postumum* scribunt Onuphrius, & Marilianus, quod in fragmento lapidis Romæ in æde Sanctæ Cæciliæ trans Tiberim legatur. C. ATEIO. CAPITONE. C. VIBIO. C. F. POSTUMO. COS. Habes & hanc epigraphem apud Gruterum pag. MLXXXII. 2. In Donianis Inscriptionibus super ab Antonio Francisco Gorio Florentiæ vulgatis pag. 556. num. 17. habentur tantummodo hæc ex allato lapide apud S. Cæciliam C. ATEIO. CAPITONE. C. VIBIO POSTUMO COS. Insuper in titulo ejusdem lapidis exaratam fuisse Tribunitiam potestatem Augusti XXXVIII. quam in hunc annum incidisse putabant, iidem tradunt. At Pighius ad A. V. 758. ejusmodi titulum, ibi se non reperisse, aperte fatetur: quare non est omnino certum, an hoc anno ex K. Julii C. *Ateio Capito* & C. *Vibio Postumo* successores fuerint. In Fastis Vindebonensibus: *Lepido & Arruntio*. In Fastis Idatianis: *Lepido & Arruntio*.

Herodis Judæorum Regis &c. Vide quæ nos supra de Herodum imperio. Vide item Spondani notam ad oram in hunc locum, Petavium de Doctrina temporum lib. XI. cap. I. II. III. IV. & V. Norisii Cenotaphia Pisana Dissert. II. cap. VI. pag. 146. & 147.

CHRISTI
9.

etiam vox ignominiae causa inscripta est titulo Crucis. Porro & Angelus apud Marcum (a), & Apostoli honoris causa Jesum Nazarenum dicere consueverunt (b). Quinetiam ipso principio nascentis Ecclesiae, a Jesu Nazareno omnes item Christiani, Nazaraei dicebantur; & ipsa Christiana religio, secta Nazarenorum. Nam qui accusabant Paulum Judaei, ut habent Acta Apostolorum (c): *Invenimus, dicebant, hunc hominem pestiferum, & concitantem seditiones omnibus Judaeis in universo Orbe, & auctorem seditionis sectae Nazarenorum, &c.* Perseveravit vero ejusmodi nomenclatura, ut Christiani dicerentur Nazaraei, quousque omnes aequae coeperunt dici Christiani: tunc etenim Nazarenorum nomen remansit haereticis: quorum duplex erat differentia: alii namque fuerunt ante Christum, nec Christum noverunt: alii vero, qui sic in Christum credebant, ut tamen in observatione legalium Judaei esse non desinerent, de quibus pluribus Epiphanius (d).

III.

JESU CHRISTI
ANNUS
10.

Qui sequitur annus habuit Consules (k) Furium Camillum & Sextum Nonium Quintilianum, quando Dominus

Anno Urbis 760. ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5500.
Olymp. ☉ 16. B. ☽ 8. Indiſt. 10.
196. an. 3. JESU CHRISTI 7. secundum Baronium 9.
SÆC. I. AUGUSTI IMP. 51.
An. Ch. 7.

I. [1] AD NUM. I. COFF. A. LICINIUS NERVA SILIANUS, & Q. CACILIUS METELLUS CRETICUS SILANUS.

Anno Urbis 761. ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5501.
Olymp. ☉ 17. AG. ☽ 9. Indiſt. 11.
196. an. 4. JESU CHRISTI 8. secundum Baronium 10.
SÆC. I. AUGUSTI IMP. 52.
An. Ch. 8.

I. [2] AD NUM. I. COFF. FURIUS CAMILLUS, & SEX. NONIUS QUINTILIANUS.

[1] COFF. A. LICINIUS NERVA SILIANUS & Q. CACILIUS METELLUS CRETICUS SILANUS. Hi Consules in literatis lapidibus editis, nondum conspecti sunt. At de his meminit Dio lib. LV. pag. 569. Q. CACILIO METELLO CRETICO, A. LICINIO NERVA SILIANO. Facti Vindebonenses & Idatiani: Cretico, & Nerwa. Norisius in Epochis Syro-Maced. Dissert. III. Cap. VII. pag. 216. primæ editionis, recte, Nerwa Collegam, Q. CACILIUM METELLUM CRETICUM SILANUM, appellari monet. In veteri inscriptione ab Onufrio edita, deinde a Pighio ad A. V. C. 759. & a Grutero pag. CLXXXVII. 12. ubi habetur Augusti Tribunitia Potestas XXX. Consules leguntur: P. LENTULUS CN. F. SCIPIO. & T. QUINCTIUS CRISPINUS. VALERIANUS; quos hoc anno ex Kal. Julii suffectos fuisse censuit idem Onuphrius, addens præterea vetustum lapidem, qui existat in Monumentis Brixienſibus Octavii Rubei pag. 250. & 324. & apud Gruterum pag. CCCXCVI. S. P. CORNELIO. LEN. SCIPIONI. COS. PR. AERARI. LEGATO. TI. CAESARIS. AUG. LEG. LEG. VIII. HISPAN. PONTIFICI. FETIALI. D. D.

De.

AUGUSTI IMP.
50.

provincia Galilæa habitasset, ab impiis nominatus est Galilæus, & ab eo Christiani etiam Galilæi sunt appellati: eo quippe nomine insignes impietate viri Porphyrius & Julianus Apostata, & alii his similes nuncupare Christianos consueverunt. Sunt autem (e) duæ Galilææ in Palæstina; quarum altera confinis est Judææ, altera vero contermina Phœnicibus (sic eas describit Cyrillus (f)), quas Josephus (g) superiorem & inferiorem nominat. Prior posita in tribu Nephtalim, Galilæa Gentium dicta est, posterior autem in tribu Zabulon circa Tiberiadem, & stagnum Genezareth (ut tradit Hieronymus (h)) sita est: in harum posteriori est Nazareth, ubi Christus Dominus habitavit. Sed & de Galilæorum natura hæc breviter Josephus (i): *Sunt, inquit, pugnaces ab infantia Galilæi, & omni tempore plurimi; neque aut formido unquam viros, aut penuria regiones illas occupavit, quoniam tota optima & fertiles sunt, &c.* Atque hæc satis.

AUGUSTI IMP.
ANNUS
51.

Jesus Christus agebat suæ ætatis annum decimum.

Un-

Hoc anno Archelaus Herodis Magni filius exilio mulctatus, ejusque bona fisco adjudicata, ut anno Christi XIV. Baronii ordinem sequentes explicamus. Hinc sequitur Quirinum hoc tantum anno in Syriam missum esse, ut ibidem dicemus.

Cum Augustus suspicaretur Tiberium bellum consulto in Pannonia trahere, Germanicum eo missit, Quæsturam tunc gerentem, qui Dalmatas aliquot damnis affecti, inquit Dio lib. 55. sub hujus anni Consulibus.

Præsentis anno Dalmatia partim bello, partim pacificatione ad Romanos rediit, ut narrat Dio sub hujus anni Consulibus, qui addit Pannonios etiam in deditonem venisse, cui suffragatur Velleius cap. 114.

JESU CHRISTI
ANNUS
II.AUGUSTI IMP.
ANNUS
52.

I. UNDECIMUS autem consignatus est Consulibus (a) Q. Sulpitio Camerino & C. Poppæo Sabino: quo anno (ut ommittamus cætera quæ ab instituti nostri ratione abhorrent) illud consideratione dignum decemus, quod cum Augustus Imperator recensito equitum Romanorum numero, invenisset superiorem esse numerum illorum qui cælibes essent, quam eorum qui haberent uxorem; gravissima oratione conjugium cum primis laudans, cælibatum deinde vehementer exagitavit: quod scilicet Urbe ob bella civilia civibus Romanis exhausta, eandem, sobolis fecunditate suscepta, ut olim florentissimam, numero civium cupiebat: itaque sicut conjugium præmiis ac privilegiis honorari, ita & cælibatum poenis voluit notari. Porro cum talia tantaque statuisset; non a poenis tantum cælibum immunes esse voluit quæ perpetuam virginitatem servassent; sed inquit Dio (o), eisdem eadem quæ matribus præmia largitus est. Oderat enim ille in primis fœdum cælibatum: unde pro concione in illos investus qui simulate illum colerent, exemplo Vestalium virginum, aequè illos esse puniendos, iisdemque supplicis subjiciendos, si pudicitiam non servassent, est comminatus. Ut ex his videas aequè apud omnes virginalis vitæ maxime omnium esse habitam rationem: quandoquidem (quod pluribus docet Hieronymus (c)) scribens contra Jovinianum) apud Græcos & barbaros pariter, apud omnes tam poeticis

Angusti

leges con-

tra cæli-

batum.

(b) Dio
hist. Rom.
lib. 56.Virginitas
lauda-
ta.(c) Hieron.
contr. Jo-
vin. lib. 1.Anno Urbis
762.
Olymp.
197. an. 1.
SÆC. I.
An. Ch. 9.
I.
Consules .
II.
Clades Va-
riana.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5502.
☉ 18. F. ☽ 10. Indiſt. 11.
JESU CHRISTI 9. secundum Baronium 11.
AUGUSTI IMP. 53.

[2] AD NUM. I. COFF. Q. SULPITIUS CAMERINUS, & C. POPPÆUS SABINUS.
Clades Variana, quam Baronius in annum.

De Cornelio Scipione legato Tiberii Cæsaris in Africa sub an. Domini 21. meminit Tacitus Annal. lib. III. Cap. LXXIV. Igitur P. P. Cornelius Lentulus Scipio inter consules suffectos referendus est. Triumvirum monetalem sub Augusto fuisse, nummoque percussisse, ut pater ejus Cn. Cornelius Lentulus, docet Johannes Vaillantius in nummis antiquis Familiarum Romanarum tom. I. pag. 328. Plebiscitum, sive lex de poenis eorum, qui fistulas, rivos, castella violaverint, apud Frontinum de Aquæ ductibus, & ex eo Thomas Reineſius Inſcript. pag. 473. T. QUINTIUS CRISPINUS COS. POPULUM. JURE ROGAVIT. &c.

[2] COFF. FURIUS CAMILLUS, & SEX. NONIUS QUINTILIANUS. In fragmentis Fastorum Capitolinis apud Gruterum pag. CCXCV. ubi Augusti Potestas Tribunitia XXX. & Tiberii Cæsaris IX. legitur, hi præteruntur consules: M. FURIUS. P. F. P. N. CAMILLUS & SEX. NONIUS L. F. L. N. QUINTILIANUS. Deinde subjicitur. EX. K. IUL. L. APRONIUS C. F. C. N. & A. VIBIUS C. F. C. N. HABITUS. Apud Dionem lib. IV. pag. 570. Marco Furio Camillo & Sexto Nonio Quintiliano Coff. Facti Vindebonenses Camillo & Quintiliano. Idatiani eadem habent. Suffecti consules hoc anno ex Kal. Julii perhibentur L. Apronius, & A. Vibius Habitus. De L. Apronio Consulari viro meminit Plinius lib. XII. cap. XXXVII. his verbis: *Quin & L. Apronii consularis viri filio detractos aripes, levatumque corpus immobili onere. De L. Apronio item meminere Tacitus, & Velleius.*

quam historicis litterarum monumentis semper ante omnia reperitur virginitas commendata: jam vero Christi Dei & hominis admirabili conceptione ac partu nobilitata, atque insigniter exaltata, ad quantum fastigium celsitudinis sit provecta, non est humanæ facultatis explicare.

Eodem anno (quod auctore Dione (d) etiam superius dictum est) Quintilius Varus Syria Præses, cujus paulo ante facta est mentio, e Syria advocatus, eodem præfecturæ munere ornatus ad administrandam Germaniam provinciam amandatur: qui dum asperere nimis ac dure barbaram gentem illam tractaret, ad defectionem impulit; atque adeo cum adversus eisdem bello decerneret, profligatis ac caesis Romanorum copiis, ipse desperatione actus, sibi ipsi mortem conscivit. Hæc Dio, sed de morte inferius. Cæterum quod ad rationem temporis spectat, hallucinatum reperies Josephum, qui Varum perseverasse in provincia Syria usque ad successorem Quirinum, quem vult illi successisse post expulsum e regno Archelaum, affirmat. Habita enim ratione annorum regni Herodis, quos numerat trigintaseptem a Consulatu Domitii & Pollionis, necnon successoris ejus Archelai; ex ejus sententia quadriennio ante præsentem annum Varum e Syria recessisse, & Quirinum subrogatum esse, dicere opus esset. Sed de his, aliisque Syria Præsidibus ea consulas, quæ superius a nobis dicta sunt, cum egimus de Quirino.

E 2

Cum

sequentem differt, ad præsentem spectat, ut tunc explicabimus.
Tiberius & Germanicus bellum Pannonicum adversus Batonem hoc anno profligarunt: Victoria nuntium attulit Germanicus ejusque ergo Augusto & Tiberio nomen Imperatorium auctum ac triumphus decretus; Germanico insignia triumphalia. His recens decretis adversus ex Germania allatus nuntius triumphos eorum impedit, inquit Dio lib. 56. sub hujus anni Coff. qui postea cladem Varianam refert. Ex quibus sequi-

II.
(d) Dio
hist. Rom.
lib. 56.Varus re-
vocatur e
Palæstina.III.
Bellum
Pannoni-
cum fini-
tur.

I. **C**um Jesus Christus Dominus noster ageret suae aetatis annum duodecimum, Cofs. P. Cornelio Dolabella & C. Junio Silano; & a parentibus duceretur ex more Hierosolymam ad diem festum Paschatis; nescientibus illis, remansit Hierosolymis; ac triduo quaesitus ab eis est inventus in templo. Rem gestam his verbis S. Lucas (a) describit: *Puer autem crescebat, & confortabatur plenus sapientia: & gratia Dei erat in illo. Et ibant parentes ejus per omnes annos in Hierusalem in die solemnium Paschae. Et cum factus esset annorum duodecim, ascendentibus illis Hierosolymam secundum consuetudinem diei festi, consummatisque diebus, cum redirent, remansit puer Jesus in Hierusalem, & non cognoverunt parentes ejus. Existimantes autem illum esse in comitatu, venerunt iter diei, & requirebant eum inter cognatos & notos. Et non inveniunt, regressi sunt in Hierusalem, requirentes eum. Et factum est, post triduum invenerunt illum in templo sedentem in medio doctorum, audientem illos, & interrogantem eos. Stupebant autem omnes, qui eum audiebant, super prudentiam & responsis ejus. Et videntes admirati sunt. Et dixit mater ejus ad illum: Fili, quid fecisti nobis sic? ecce pater tuus & ego dolentes quaerebamus te. Et ait ad illos: Quid est quod me quaerebatis? nesciebatis quia in his, quae patris mei sunt oportet me esse? Et ipsi non intellexerunt verbum quod locutus est ad eos.*

II. Haec ut intelligamus; sciendum, Judaeorum morem fuisse, ut non in synagogis tantum legem explicarent, & de lege differerent, sed etiam in templo. Unde Paulus (b) Apostolus, cum suam coram Felice Praeside dixit defensionem, haec ait: *Neque in templo invenerunt me cum aliquo disputantem, aut concursum facientem turbam, neque in synagogis, &c.* In

tur, Augustum, qui usque ad Tribunitiam potestatem xxxii. quam hoc anno suscepit, diutius fuerat Imp. xv. vocatum fuisse Imp. xvi. eadem Tribunitia Potestate xxxii. corrente, ut ostendit Inscriptio apud Onuphrium, licet Mediobarbus anno Christi x. hunc titulum datum Augusto perperam scribat. Tiberium vero

ejusmodi autem publico conventu is ab illis ordo servari consuevit, qui apud Ambrosium (c) descriptus habetur: nimirum, ut sedentes disputarent, seniores dignitate sederent in cathedris, quae ordine erant dispositae (erant haec illae cathedrae, de quibus Dominus in Pharisaeos (d) ait: *Amant primas cathedras in synagogis*) ceteri minoris ordinis in subsellis; novissimi omnium in pavimento super mattas, quibus & dabatur dicendi locus, cum eis quid revelatum esset; quae omnia majores dijudicabant. Hunc quidem morem, ut rem valde laudabilem Paulus conatus est inferre in Christi Ecclesiam, ut ea epistola quam scripsit ad Corinthios (e) ipse affirmat. Sed de his inferius suo loco pluribus. In ejusmodi vero congressum volens incidit Dominus Jesus, apud quem etiam inventus est a parentibus.

III. Sed quaenam fuit causa, ut sanctissimorum parentum oculis, qui in alendo puero vigilantissimum semper studium adhibuerint, tam inopinate sese Jesus subduxerit? Reducendum in primis est in mentem, quod de templo Hierosolymorum & Judaeorum consuetudine Josephus (f) tradit. Ipse quidem dum templum ab Herode restitutum describit; haec inter alia: *Necessario, inquit, proprius locus qui religionis causa mulieribus destinatus muro discernebatur, altera quoque porta opus habere videbatur. Contra primam vero secreta erat ex aliis regionibus una porta meridiana, & una septentrionalis, quibus ad mulieres introibatur: per alias enim transire ad mulieres non licebat. Sed nec suam portam interjecto muro transgredi licebat: patebat enim ille locus pariter indigenis & hospitibus feminis religionis causa venientibus; & inferius: Aliarum quidem portarum magnitudo par fuit; quae vero super Corinthiam posita, quo mulieres*

con-
turi, Augustum, qui usque ad Tribunitiam potestatem xxxii. quam hoc anno suscepit, diutius fuerat Imp. xv. vocatum fuisse Imp. xvi. eadem Tribunitia Potestate xxxii. corrente, ut ostendit Inscriptio apud Onuphrium, licet Mediobarbus anno Christi x. hunc titulum datum Augusto perperam scribat. Tiberium vero

[2] Off. Q. Sulpicius Camerinus & C. Poppaeus Sabinus. In fragmentis Capitolinis apud Gruterum pag. CXCXV. Augusti Tribunitiam Potestatem XXXI. Tiberii Caesaris X. exhibentur Consules: C. POPPAEUS Q. F. Q. N. SABINUS & Q. SULPICIVS Q. F. Q. N. CAMERINUS. & EX R. IUL. M. PAPIUS M. F. M. N. MUTILUS. & Q. POPPAEUS Q. F. Q. N. SECUNDUS. Dio initio lib. LVI. pag. 572. Caterum Tiberius Romam venit secundum eam hyemem, qua Q. Sulpicius Camerinus & C. Poppaeus Sabinus Consules fuerunt. Suetonius in Vespasiano cap. II. natum Vespasianum tradit xv. Kal. Decembris caesperi, Q. Sulpicio Camerino, C. Poppaeo Sabino Coss. quinquennio antequam Augustus excederet. Fasti Vinjobonenses & Idatiani: Camerino & Sabino, Plinius lib. VII. cap. XLVIII. C. Poppaeo, Q. Sulpicio Coss. ludis pro salute Divi Augusti votivis.

conveniebant, ab Oriente aperiebatur, porta templi sine dubio major erat: quinquaginta enim cubitis surgens, quadraginta cubitorum fores habebat, ornatumque magnificentiore, quoniam crassiori argento atque auro vestiebatur, quod quidem novem portis infuderat Tiberii pater Alexander. Gradus autem quindecim a muro, qui mulieres segregabat, ad majorem portam ducebant: namque illis qui in alias portas iter dirigerent, quinque gradibus erant breviores. Haec de his auctor: ex quibus quidem probe intelligi potest, tam in ingressu templi, quam etiam intra templum, & portis diversis & parietibus interpositis, mulieres a viris fuisse distinctas. Porro puerulos innocentes de quibus nulla potest esse peccati suspicio, matres sequi, si vellent, non erat vetitum; quibus etiam liberum esset, si voluissent, magis patribus inhaerere. Caeterum non portis tantum ac muris separati erant a mulieribus viri, sed & diversis porticibus, prout idem auctor (a) Josephus (a) contra Apionem scribens tradit his verbis: *Templum quatuor porticus habuit in circuitu & harum singulae secundum legem habuere custodiam. In exteriori itaque ingredi licentia fuit omnibus, etiam alienigenis; mulieres tantummodo mensurata transire prohibebantur. In secundam vero porticum cuiusque Judaei ingrediebantur, eorumque coniuges, cum essent ab omni pollutione munda. In tertiam masculi Judaeorum mundi existentes ac purificati. In quartam autem sacerdotum, &c.* Hucusque Josephus.

IV. Ex his igitur de loco distinctis in hunc modum viris a mulieribus, quod apud alterutrum quisque parentum existimaret esse puerum Jesum, ea occasione perditum esse fuit opinio; sed quae minus probetur, ut dicitur inferius. Beda (b) a liam ab hac paulo diversam affert causam; dicens fuisse apud Judaeos consuetudinem, ut ad festa venientes, vel redeuntes in patriam, seorsum viri a mulieribus choros ducentes, incederent; exemplo petito (ut opinor) quod olim mari rubro transmissio, Judaeorum viri ac mulieres seorsum ab invicem procedentes, laudes Deo cecinerint. Verum id tantum ab iis templum adeuntibus, non autem redeuntibus domum, fieri solitum arbitramur. Sed & repugnat Bedae quod ait Lucas (c), parentes existimasse puerum esse in comitatu inter cognatos & notos, non autem apud alterutrum ipsorum; quod aequius fuisset opinari, si seorsum ab invicem processissent. Refellitur insuper quod dictum est superius, id in templo contingere potuisse, non autem foris: nam licet vera sint quae recitata sunt ex Josepho; tamen cum Lucas pariter dicat, consumptis diebus,

(c) Luc. 2. 2.

in ipso actu redeundi remansisse Hierosolymis puerum Jesum; plane significat, expletis octo illis Paschae diebus, cum discederent Hierosolymis, contigisse.

V. Alia igitur in parentibus non sentientibus Jesu subductionem est causa quaerenda: quam inter multas quae accidere potuissent, illam veriore esse putamus, nimirum quod illi Hierosolymis recessuri una cum cognatis & notis ac reliquo comitatu, ceteris praecedentibus, improvisa aliqua, sed Dei providentia oborta (ut accidere solet) occasione detenti, mox velociter consecuturi praemiserint cum cognatis & notis puerum Jesum; qui paululum cum illis progressus, non autem civitate egressus, veluti parentum cupidus (ut pueri esse solent) vel loco steterit, illos expectaturus; vel ad illos rediturus, hospitium versus tendens, iter alio flexerit; eoque modo, parentibus & cognatis ac notis inficiis, divino consilio se subduxerit; nec id illis sentientibus, nisi emenso ejus diei itinere. Sed nec tunc eo invento, sequenti die iidem ejus parentes Hierosolymam sunt reversi: & cum ad tertium usque diem quaesissent, tandem post triduum (inquit Lucas) invenerunt eum sedentem in medio doctorum. Reliqua autem quae post haec acciderunt, idem exacte prosequitur.

VI. Inventus a parentibus Jesus (inquit Evangelista d) descendit cum eis, & venit Nazareth, & erat subditus illis. His tantum verbis totam Christi adolescentiam ac inventum perstrinxit; ut nihil praeterea de eo scripserit vel ipse, vel ex quatuor aliquis alius; sed hoc solum, quod erat subditus illis. Cetera enim quae ex libro de infantia Salvatoris, vel ex aliquo alio apocrypho sunt accepta, non probat, quinimmo repudiat ac rejicit Dei Ecclesia. Valentiniani enim haeretici quaedam ridicula commenti sunt de infantia Salvatoris; de quibus Irenaeus (e): *Assumunt, inquit, in hoc & illam falsam traditionem, quasi Dominus cum puer esset ad eos, & diceret litteras, cum dixisset magister ejus, quemadmodum in consuetudine est, Dic A, respondit A. Rursum cum magister jussisset dicere eum B, respondisse Dominum: Tu prior dic mihi quid est A, tunc ego dicam tibi quid est B. Sed faecessant deliria haec.*

VII. Quod ad miracula spectat, haec egregie Joannes (f) Chrysoctomus: *Si antea Jesus factus fuisset, miracula fecisset; non indignuisset Israel, qui ipsum manifestaret, (f) Chrysoctomus, miraculorum multitudinem non Judaeis modo, sed & Syris, & longinquiora colentibus cognitus est tribus annis dumtaxit. Qui igitur tam brevi miraculis claruit, longe magis a prima*

(c) Ambr. in epist. ad Cor. c. 14.

(d) Matt. 23. Marc. 12. Luc. 11. 20.

(e) 1. Cor. 14.

III.

(f) Joseph. de bell. Jud. lib. 6. c. 6.

Discreti viri a mulieribus in templo.

con-

V. De subductione Jesu.

VI. Jesu exercitia.

VII. Jesus factus fuisset.

CHRISTI
12.AUGUSTI IMP.
53.

infantia, si ea fecisset, claruisset: fuisset enim majori admirationi, utpote puer quam vir; neque tamdiu in obscuro la-ruisset. Sed nihil a pueris operatus est. Hæc & alia plura Chrysoctomus in eadem sententiam. Sed quid interim Jesus? Invenisse ipsum aduatum nutritio Joseph, testimonio Judæorum testatur habetur apud Marcum (a) Evangelistam; quorum assertione non tantum filius fabri, sed & ipse faber dicebatur, aientibus illis, non externis solum, sed ejusdem patriæ viris: Nonne hic est faber, filius Mariae, frater Jacobi, & Joseph, & Judæ, & Simonis? nonne & sorores ejus hic nobiscum sunt? His optime consentiunt quæ Justinus (b) martyr in dialogo cum Tryphone Judæo his verbis ait: Cum fabri signarii filius haberetur, informis videlicet, quemadmodum Scriptura annuntiaverant, apparens, faber atque adeo & ipse putaretur esse; fabrilis namque, cum in hominibus esset, faciebat opera, aratra & juga conficiens. Hæc Justinus. Inde fortasse (quod tractant fabrilis fabri) sub jugi & aratri symbolicis verbis Evangelium proposuit, cum dixit (c): Tollite jugum meum super vos. Item de aratro: Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno Dei.

(a) Marc.

(b) Just. lib. de relig. Christi.

(c) Matth. II. Luc. 9.

VIII.
De Joseph & ætate ejus.
(d) Epiph. hæres. 78.

(e) Epiph. hæres. 78.

Anno Urbis 763.
Olymp. 197. an. 2.
SÆC. I.
An. C. 10.
I.
Consules.ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5503.
© 19. E. D 11. Indict. 13.
JESU CHRISTI 10. secund. Baronium 12.
AUGUSTI IMP. 54.

[1] AD num. I. Coss. P. Cornelius Dolabella, & C. Junius Silanus.

nit pater ipse; sed: Ecce, inquit, mater tua & fratres tui foris stant, quærentes te. Neque enim nuptiis in Cana Galilææ celebratis, quibus tum sanctissimam Virginem, tum Jesum præsto fuisse constat, interfuisse legitur, neque Christo morienti adfuisse reperitur: nam si tunc Joseph superstes fuisset, haud dubium non Joanni a filio commendata fuisset, cui superesset fidissimus ac probatissimus custos virginitatis.

Hæc de ætate ac tempore obitus quamvis ab Epiphano & aliis ipsum secutus affirmantur, scimus tamen non esse omnium eandem sententiam: sunt enim qui velint eum fuisse juniorem ad subeundos peregrinationis labores: quasi non potuerit esse fenex robustarum virium & infracti roboris, nec valuerit promereri a Deo benedictionem illam, quæ Afer est impartita, cum dixit illi (f) Moses: Sicut dies juventutis tuæ, ita & senectus tua. Hæc quidem non ea ratione dixerimus, ut affirmemus Joseph fuisse octogenarium, cum desponsata est illi beatissima Virgo; quod nec ipse Epiphanius certe affirmat, cum dubie id asserat, dum ejus fortasse ætatis fuisse dicit: sed quod libentius illorum inhæreamus sententiæ, qui traditione quadam, quæ per singulas ætates ad posterios dimanavit, illum maturioris fuisse ætatis, cum sanctissimam Virginem etsi in conjugem, tamen in custodiam fidissimam suscepit, dicunt. Sicut & illis magis assentimur, qui una cum Epiphano, eum dicto tempore diem obiisse dixerunt, quam cæteris qui post resurrectionem Domini adhuc fuisse superstitem tradiderunt: cujus opinionis assertor reperitur auctor, cujus apud Cyprianum (g) habetur editus commentarius de Operibus cardinalibus: sed & Augustinus (h) ejusdem sectator fuisse videtur.

Iisdem Consulibus, contigit memorabilis illa Variana clades in Germania, cum Romanus exercitus sub Varo est penitus profligatus; qua accepta, idem Varus sibi ipsi intulit manus, dans meritas poenas de expilata a se Syria; de eo enim Velleius tradit, quod Syriam divitem pauper ingressus, dives egrediens pauperem reliquit. Prosequuti sunt hæc pluribus idem Velleius (i), Suetonius (k), ac Dio (l). Ex his videas, quam insigniter Orosius (m) errore labatur, dum cladem Varianam ante Christum natum accidisse commemorat.

IX.

(f) Deut. 33.

Josephi obitus.

(g) Apud Cypri. de operibus card. de pas. Domini.

(h) Aug. de temp. ser. 81. X.

(i) Vell. Patercul. hist. Rom. (k) Suet. in Oct. c. 33.

(l) Dio lib. 56.

(m) Oros. lib. 6. c. 21.

An-

Ad num. X. Anno præcedenti, cum bellum Pannonicum jam finitum esset, ac triumphus Tiberio decretus, adversæ fortunæ nuntius affertur ex Germania, Quincillium nempe Varum sibi manus intulisse in Germania, postquam ejus exercitus inclusus silvis, ad interfectionem traditus fuisset. Calvisius, in Opere Chronolo-

II.
Clades Variana.JESU CHRISTI
ANNUS
13.AUGUSTI IMP.
ANNUS
54.

ANNO Christi decimustertius Con-

sulibus M. Emilio (i) Lepido & T. Statilio Tauro in Fastis signatur. (i) Dio hist. Rom. lib. 56.

gico ait vestigia ejus cladis esse in Westphalia ad oppidum Hornam, ubi campus *Binfeld* ad saltum *Teutberg*, per quem a Visurgi fluvio ad Rhenum itur. Sed mirum, cum hanc cladem præfenti anno cum Baronio consignare. Dio enim, qui eam pluribus narrat, ea recitata, ait: *Anno sequenti Tiberius adem Concordia sacrauit, quod currenti anno factum; ideoque clades illa Sulpicio Camerino & Poppæo Sabino Consulibus acta. Præterea Suetonius, Vari interitu narrato, inquit: Proximo anno repetita Germania, cum animadverteret, Varianam cladem temeritate & negligentia Ducis accidisse, &c.* Ita Suetonius in Tiberio cap. 18. Tiberius autem currenti anno in Germaniam missus. Denique Velleius cap. 15. de rebus anno Christi præcedenti gestis loquens, indicat eam cladem Populo Romano illatam eo anno, quo Lepidus in Panno-

niam ad Tiberium venit. Lepidus autem sub Tiberio bellum gessit sub præcedentis anni Consulibus, ut apud Dionem laudatum videre est. Quare clades Variana, quæ Populo Romano luctuosa fuit, ad annum præcedentem certo pertinet. Observat autem Card. Norisius in Cenotaphiis Pisanis Dissert. 11. cap. 10. Paulum Orosium lib. 1. cap. 1. & Casaubonum ipsum secutum in Notis ad cap. 22. Suetonii graviter errasse, quando scripsit, Christo nato Jani portas tertio ab Augusto clausas fuisse usque ad cladem Varianam, & per duodecim fere annos remansisse obferatas, quo falsius nihil dici potuit, ut ex iis, quæ jam diximus, manifeste liquet. Bella quidem nascente Christo toto orbe cessarunt, ideoque Christus ante annum Urbis DCCLII. in mundum venit; nam post illum annum varia bella Romanos gessisse, ex dictis intelligitur.

cus Æmilius Lepidus, ut perperam existimavit Onuphrius.

Anno præcedenti Tiberius Concordiæ ædem dedicavit, ut testatur Dio lib. 56. ubi narratis iis, quæ Sulpicio Camerino & Poppæo Sabino Coss. gesta sunt, ait: *Anno sequenti Tiberius ædem Concordiæ sacrauit, inscripto suo & fratris Drusi vita pridem functi nominibus.* Facta est ea dedicatio die XVII. Kalend. Februarias, teste Ovidio lib. 1. Fastorum. Tum missus Tiberius in Germaniam, ut discimus ex Suetonio in Tiberio cap. 18. Proximo anno repetita Germania &c. post nempe cladem Varianam. Ubi dum adversus hostes pugnat, Romæ ab Augusto V. Kalend. Septemb. Imperii Collega renuntiat, ut scri-

II.
Tiberius Imperii Collega dicitur.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5504.

© 20. D. D 12. Indict. 14.

JESU CHRISTI 11. secundum Baronium 13.

SÆC. I.
An. C. 11.I.
Consules.
[2] AD num. I. Coss. M. Æmilius Lepidus & T. Statilius Taurus ex Dione lib. 56. Prior Mannius Æmilius Lepidus vocabatur, ut ostendit Card. Norisius in Cenotaphiis Pisanis, pag. 257. ex Inscriptione Gruteriana, non vero Mar-

[1] Coss. P. Cornelius Dolabella & C. Junius Silanus. In fragmentis Fastorum apud Gruterum pag. CCXCV. ad Augusti Tribunitiam potestatem XXVII. Tiberii XI. Consules describuntur: P. CORNELIUS P. F. P. N. DOLABELLA & C. JUNIUS C. F. M. N. SILANUS FLAMEN MART. & suffectus Consul EX. K. IUL. SER. CORNELIUS CN. F. CN. N. LENTULUS MALUGIN. FLAM. DIAL. Tesseræ hospitalitatis apud Octavianum Rubeum in monumentis Brixianis pag. 177. novæ editionis, & apud Jacobum Philippum Tomafinum de Tesseris hospitalitatis Cap. II. L. SILANO FLAM. MART. C. VELLEIO TUTORE COSS. FRID. NON. DECEMBRIS. Lapis apud Reinecium pag. 887. XIII. K. SEPT. P. DOL. COS.

Inscriptio Epidauri in Illyrico inter Donianas, Cl. V. num. 174. P. CORNELIO DOLABELLAE COS. &c. Lapis ex schedis Ligorianis in veteri Latio tom. V. pag. 231. KAL. AUG. D. D. P. CORNELIO DOLABELLA. C. IULIO VERO SULLANO COSS. Inepte a Ligorio exscriptum esse videtur; & Kalendis Augusti Dolabella collega non erat C. Junius Silanus, sed Cornelius Lentulus Maluginensis, ut habent fragmenta Capitolina. Tacitus lib. III. Cap. LVIII. & lib. IV. Cap. XVI. meminit Severi Maluginensis Flamini Dialis, qui in parte anni Consul suffectus fuit. De P. Cornelio P. F. Dolabella & C. Junio C. F. Silano Flamini Martiali Coss. lapis in arcu aquæductus Cælii montis, apud Gruterum pag. CLXXVI. 2. Fasti Vindebonenses: Dolabella & Silano. Fasti Idatiani pro Silano, habent corrupte Sabino in quibusdam exemplaribus.

[2] Coss. M. Æmilius Lepidus & T. Statilius Taurus: Narbonense fragmentum apud Gruterum pag. CCXXIX. ad Augusti Tribunitiam potestatem XXXIII. nonnullis interjectis; PRIDIE. K. JUNIAS. QUOD. EA. DIE. T. STATILIO TAURO NV. ÆMILIO LEPIDO. COS. Lapis jamdudum reperus ad Castrum Gandulphi, diocesis Albanensis, & editus a Marco Antonio Boldetto in Observationibus ad Cæmeteria Sacra lib. I. cap. XXXIX. pag. 210. nunc in ædibus Capitolinis. NV. ÆMILIO LEPIDO T. STATILIO TAURO. COS. In fragmentis Capitolinis apud Gruterum pag. CCXCV. nomen Æmilius Lepidi detritis litteris agnoscitur, deinde sequitur EX. K. IUL. L. CASSIUS. I. F. . . . N. LONGINUS Consul suffectus. Abdicasse Lepidum Pridie K. Julias, & in ejus locum suffectum fuisse L. Cassium Longinum, ex eodem fragmento Narbonensi liquet. Tesseræ eburnæ apud Gruterum pag. CCCXXIV. 9. SP. N. FEBR. MU. (pro NV. LEP. T. STAT. COS.

Manni prænomen Lepido fuisse ostendit Norisius in Cenotaphiis Pisanis Dissert. II. cap. XIV. in fine, ac ita in marmore Capitolino mox allato Dio lib. LVI. pag. 586. M. Emilio Lepido, Statilio Tauro Coss. Fasti Vindebonenses, & Idatiani: Lepido, & Tauro. Itaque horum consulum prænomina erunt: Mannius Æmilius Lepidus, & Titus Statilius Taurus.

scribit Tacitus lib. 2. Annal. qui Caji Caesaris morte recitata, de Tiberio inquit: Illuc cuncta vergeret, filius, Collega Imperii, conjors Tribunitia Potestatis adsumitur. Collegae Imperii dicitur, qui Tribunitia potestate & Imperio Proconsulari praediti erant, quique extra Urbem idem jus in exercitus ac Imperatores & Augusti habebant. Tiberium Imperii Collegam fuisse, & ab ea dignitate annos ejus numeratos pro certo pofuerunt antiqui Ecclesiae Patres, ut de Baptismo Christi loquentes ostendemus. Ubi tamen hoc seculo Joannes Georgius Hervartus in sua Chronologia cap. 248. hanc opinionem renovavit, passim rejectus fuit; eaque mihimetipsi prima fronte ambigua incertaque visa. Quare in mentem venit examinare, an aliqui ex Augusti successoribus, qui hunc sibi tanquam exemplar proponere soliti erant, aliquem in Imperii consortium vocassent, antequam illud a pluribus Augustis eodem tempore regnantibus regeretur: quod primum sub Marco Aurelio contigisse nullus negaverit. Comperi autem Titum a Vespasiano, Trajanum a Nerva, Antoninum ab Adriano, & Marcum Aurelium ab eodem Antonino in societatem Imperii adscitos fuisse, & Imperatoris praenomen non minus quam ipsos Augustos tulisse. Quare conclusi id Augusti exemplo factum fuisse, minimeque dubitandum quin Tiberius vere Collega Imperii fuerit, annique ejus ab ea epocha aliquando deducti; eo magis, quo Suetonius in Tiberio cap. 21. & Velleius lib. 1. cap. 21. quorum verba infra referemus Tacito suffragentur.

III. Tiberium Imperii Collegam fuisse multis probatur.

Profecto Auctor incertus Panegyrici Maximiano & Constantino dicit Augustum, saltem ex parte, ante mortem Imperium deposuisse, in ejusque consortium Tiberium vocasse, tanquam rem suo tempore omnibus notam supponit. Nam sub urbis Romae nomine Imperii depositionem Maximiano Herculo dissuadens, cap. 11. ait: Quo usque hoc, Maximiane, patiar me quati, te, quiescere, mihi libertatem adimi, te usurpare tibi illicitam missionem? An quod Divo Augusto post septuaginta atatis, quinquaginta imperii, non licuit annos, tam cito licuit tibi? Affert hunc locum Hervartus, ex quo Tiberium participem Imperii factum certo colligi ex iis, quae dicemus anno Christi XCVII. quo Trajanus a Nerva eodem honore decoratus manifeste constabit. His adde, Tiberium Censorem renuntiatum, Urbis curam L. Pisoni commississe, quod biduo, duabusque noctibus perpotationem continuasset apud ipsum jam Principem, ut in postremo libri 14. capitulo prodit Plinius, & Suetonius in Tiberio cap. 42. his verbis confirmat: Postea Princeps in ipsa publicorum morum correctione cum Pomponio Flacco & Lucio Pisonem noctem continuumque viduum epulando potandoque consumpsit: quorum alteri Syriam Provinciam, alteri Praefecturam Urbis concessum detulit. Porro auctor est Tacitus Annal. lib. VI. cap. II. Pisonem in urbis praefectura, viginti per annos pariter probatum Embarbo & Vitellio Coss. id est, anno Erae Christianae XXXII. mortuum esse. Si ab eo anno viginti numerando retrocedas, pervenies ad annum Christi XII. quo Piso Urbi praefectus est, quo Censura a Tiberio acta, quoque Augustus adhuc in vivis erat. Neque hanc narrationem unus ab altero accepit; cum Plinius duabus noctibus, Suetonius nocte una perpotationem illam continuatam fuisse scribant. Hic Taciti locus adeo Lipsium in Notis torfit, ut cum non haberet quo se verteret, x. pro xx. legendum esse scripserit: Sit ergo, inquit, hic error ex notis geminatis. Sed frustra, cum nullus Codex vel impressus vel manuscriptus ejus conjecturae foveat. Praeterea Plinius & Suetonius eodem Principis nomine Tiberium indigitant. Collegae enim Imperii Principes vocabantur: quod colligo ex Spartiano, qui vitam Aelii Veri his verbis incipit: In animo mihi est, Dio-

clatiane Augusto, tot Principum maxime, non solum eos qui principem locum in hac statione, quam temperas, retentant; sed illas etiam, qui vel Caesarum nomine appellati sunt, nec Principes aut Augusti fuerunt, vel quolibet alio genere, aut in famam aut in spem principatus venerunt, cognitioni numinis tui sternere. Quae verba lucem accipiunt ex iis, quibus in eisdem Vitae calce Auctor ille utitur: Mihi propositum fuit, omnes qui post Caesarem Dictatorem, vel Casares, vel Augusti, vel Principes appellati sunt, quique in adoptionem venerunt, vel Imperatorum filii aut parentes Caesarum nomine consecrati sunt, singulis libris exponere. Ubi Spartianus tria personarum genera distinguit, Caesarum nempe, Principum, & Augustorum.

IV. Piso per annos XX. Urbis praefectus.

Hoc argumentum conatur evterere Card. Norisius V. C. in Dissert. 11. de Cenotaphis Pisanis Caji & Lucii Caesarum, cap. 16. paragrafo 12. & 13. ubi ait, Tiberium ante Augusti mortem intra Urbem habuisse solum jus intercedendi ob Tribunitiam Potestatem, ex quo concludit cum Lipsio, apud Tacitum pro viginti annis legendum esse decem. At licet verum sit, Collegarum Imperium extra Urbem praecipue fuisse; in Urbe tamen Tribunitiae Potestatis vi, aliqua auctoritate pollebant. Unde Eusebii in Chronico seu Hieronymus, ut significet, Tiberium Druso filio Tribunitiam Potestatem concessisse, sic scribit: Tiberius Drusum consortem regni facit; quod anno Christi XXXII. contigit. Virtute itaque Tribunitiae Potestatis varia poterant Caesares ac Collegae Imperii, non quidem Praefecturam Urbis committere, sed saltem viros idoneos Augustis proponere, quod hic a Tiberio factum insinuat Plinius lib. XIV. cap. ult. ubi de ebrietate loquens, indicat Praefecturam Urbis initio Principatus a Tiberio collatam Pisoni, non vero anno Imperii ejus Augusti octavo aut nono, ut Lipsius & Card. Norisius volunt: Gloriam hac virtute (nempe ebrietate) inquit Plinius Parthi querunt, famam apud Aegyptios Alcibiades meruit, apud nos cognomen etiam novellus Torquatus Mediolanensis ad Proconsulatum usque & Praetura honoribus gestis, tribusque congiis epotis uno impetu, spectante, miraculi gratia Tiberio principe, in senecta jam seniore atque etiam saevo alias, sed ipsa juvenata ad merum prioris fuerat, eaque commendatione credidit L. Pisonem urbis Roma cura ab eo delatam, quod biduo, duabusque noctibus perpotationem continuasset apud ipsum jam Principem. Ubi vides Pisonem a Tiberio quidem delectum, sed non creatum Urbis praefectum, idque initio Imperii Tiberiani. Plinius enim Tiberii senectam & juventam inter se confert, & quid in utraque egerit narrat. Observandum interim, nec Plinium, nec Senecam Epist. LXXXIII. ubi etiam de hac Pisonis ebrietate loquitur, ob eamque Urbis curam illi commissam asserit, aliquam de Pomponio Flacco mentionem facere, quod is Syriacae Praefecturae ob ebrietatem sibi delatae possessionem non inierit, ut mox dicam.

V. Pomponius Flaccus Syriae & Tiberis in dissimulatus.

Dicit praeterea Card. Norisius, Pomponium Flaccum anno Christi XVII. Consulatum ordinarium gessisse, & ex Tacito lib. 2. Annal. Julio Silano & Norbano Flacco Coss. anno nempe Christi XX. Moesiam venisse, tandemque anno Urbis DCCLXXXVI. Christi scilicet XXXIII. Syriae Proprietorem defunctum esse, teste Tacito lib. 6. Annal. Respondeo verum quidem esse, Pomponium Flaccum Praefectum Urbis mortuum fuisse, sed inde tantum colligi, eum, quando Syriae regenda a Tiberio Imperii Collega destinatus fuit, propter rationes nobis ignotas, hujus dignitatis possessionem non iniisse; quod non raro contigit. Tacitus lib. 6. Annal. anno Urbis DCCLXXXVI. Christi scilicet XXXIII. ait eo anno Aelium Lamiam obiisse, qui admi-

ni.

missanda Syria imagine tandem exolutus Urbi praefectus, quique anno antecedenti Lucio Pisoni in Urbis Praefecturam successerat. Quibus verbis Tacitus significat, Aelium Lamiam Proprietorem quidem Syriae designatum fuisse, sed hujus muneris possessionem non adidisse. Quod Dio lib. 58. anno Urbis DCCLXXXV. manifeste insinuat, dum scribit: Lucium ei quatuordecim suffecit (id est, Tiberium Lucio Pisoni Urbis Praefecto demortuo substituit Lamiam. Nam, ut, recte Lipsius in notis ad Taciti, lib. 6. Annal. in Græco loco Aulio, id est, Lucium, legendum, Aulio id est, Lamiam) quem dudum exercitui destinatum Roma detinuerat, idemque cum multis aliis egerat, nihil quidem iis opus habens, tantum ut honores eis tribuere videretur. Si itaque Lamia Proprietor Syriae a Tiberio nominatus eam Provinciam non obtinuit, cur negabimus, Pomponio Flacco idem quod Lamia, multaque aliis contigisse; cum de Pomponii ad eam Provinciam destinatione, Augusto imperante, non vero de ejus in eam professione constet? An Tiberius Imperii Collega alius a Tiberio Augusto? Insuper Tacitus lib. 13. Annal. de iis, quae Nerone & L. Antistio Coss. anno nempe Christi LV. gesta sunt a Nerone Imploquens ait, Syria P. Antio destinata, & variis mox artibus elusus, ad postremum in Urbe retentus est: quod etiam de Pomponio Flacco existimandum; cum certum sit, eum anno Christi XII. quo Tiberius Censuram egit, quoque L. Piso Urbis Praefectus creatus est, in Syriam profectum non esse, ut infra magis patebit. Memoratus itaque Taciti locus, in quo dicitur Pisonem per annos viginti Praefecturam Urbis administrasse, purus est; cum a currenti Christi anno ad XXXII. quo L. Piso obiit, nullius alterius Urbis Praefecti mentio in Scripturibus Historiae Augustae extet. Vide quae infra dicimus de tempore Censurae Tiberio collatae.

VI. Tiberius a Dionysio Alex. Imperii Collega agnitus.

Denique Imperii Proconsularis Tiberii egregium exemplum habemus in Libro Carminum Geographico, cui titulus, descriptio Orbis. Nam Dionysius Alexandrinus ejus auctor indicat se vixisse, dum plures Imperatores simul dominarentur. Quare recte Eustathius ejus Scholiastes ait, eum vixisse & in urbe consulum, sed sub Imperatoribus. In cujus rei argumentum adducit hunc locum.

Εκ Διός Αἰσωνίους διὰ μέγα κοίραντες. Id est, e Jove Aefonii semper strenue dominantes; & inprimis versus istos.

Ρώμην τιμήσαντα, εἰμὼν μέγαν οἶκον ἀνάκτων, Μνήρα πασάντων πολιῶν, ἀφρονὸν ἐδίδου. Loquitur de Tiberio, aitque: qui amabilem fecit in duas partes Romam, Romam honorabilem, meorum magnam domum Principum, vel Dominorum. Sed qui sint plures illi Principes, qui Romae imperabant, quando Dionysius Opus suum elucubravit, huc usque ignotum. Solum Eustathius recte monuit, cum Dionysius dicit, εἰμὼν ἀνάκτων, id est, meorum Principum, satis ostendere non sub Consulibus se ista scribere, sed sub Imperatoribus. At sub quo Imperatore? hic opus, hic labor est. Antoninorum temporibus Dionysius vixisse, atque eos per ἀνακτας intelligendos censet Barthius lib. 58. Adversariorum cap. 5. Scilicet in notis Eusebianis num. 2215. Severum ac Caracallam & Getam filios ibidem significare arbitratur; idque adeo confidenter, ut Eustathium Interpretem somniasse putet, cum indicat, Dionysium Augusto imperante scripississe. Vossius lib. 2. de Historicis Graecis cap. 5. ait: Quod prohibet, ut Divos fratres M. Aurelium & L. Verum intelligamus? Addit tamen ex Plinii verbis proxime recitandis videri Dionysium sub Augusto floruisse. Card. Norisius cap. 9. Dissert. 11. de Cenotaphis Pisanis Caji & Lucii Caesarum, arbitratur Dionysium loco laudato Caium Ann. Eccl. Tom. 1.

& Lucium Caesares designare. Nam, inquit, filii Regis ἀνακτας, a Graecis dicuntur, & ab Anniano lib. 16. cap. 12. Regales appellantur, dum ait: Hos sequobantur potestate proximi Reges numero quinque, Regalesque decem, & Optimatum series magna. In Codice veterum Grammaticorum pag. 2205. incertus Auctor de Differentiis vocum ait: Inter Regem & Regalem hoc interest, quod Regis puer, Regalis est, Rex, qui regit regnum. Ita Card. Norisius. Sed Reges illi ac Domini, de quibus Dionysius loquitur, alii non sunt, quam Augustus Imperator, & Tiberius Imperii Collega. Certum enim, ut optime Card. Norisius observavit, Dionysium, imperante Augusto vixisse, qui eum in Orientem praemisit, ut Caio Caesari in Syriam adveniendi omnium regionum urbium, ac montium situs descriptos exhiberet; quod docet Plinius lib. 6. cap. 17. Hoc in loco genitum esse Dionysium (in Arabia nempe) terrarum Orbis recentissimum Auctorem constat, quem ad commentanda omnia in Orientem praemisit Divus Augustus, ituro in Armeniam, ad Parthicas Arabicasque res, majore filio, Caio Ise, Caesare.

VII. Augustus & Tiberius Aufonii appellati.

Itaque Dionysius Aufoniorum semper strenue dominantium nomine, Augustum & Tiberium indicat. Card. Norisius loco laudato ait, Dionysium de Parthis sub num. 2040. loquentem, Augustum intelligere, dum ait: Αἰσωνίῳ βασιλεὺς ἐπαρτηθεὶς ἀνακτὶ Αὐσονίῳ βασιλεὺς ἐπαρτηθεὶς ἀνακτὶ id est, juxta Henrici Stephani versionem: Venuntamen praelio indomiti (insuperabilis) quamvis essent, Aufonii Regis mansuefecit cuspis (hasta.) Dionysius Augustum intelligit, inquit Norisius, qui cum Asiam perlustrans, Tiberium cum legionibus anno Urbis DCCLXXXIV. in Armeniam misisset, tot armorum strepitu, tantum Phraati Parthorum Regi terrorem incussit, ut feritate ac odio in Romanos posito, raptas Craffo Aquilas ac signa ad Augustum remisisset, ac diuturniorem cum eodem pacem servaverit. Quae etiam sententia est Vossii laudati, ubi ad explicandos hos versus Dionysii, locum Suetonii in Augusto cap. 21. adducit, qui ostendit, eos optime Augusto convenire. At Aufonii Regis nomine Tiberium etiam alibi significari docet Ovidius lib. 2. Tristium, qui ad Augustum scribens ait: Sic assuevit tuis semper victoria castris, Nunc quoque se praestet: notaque signa petat. Aufoniumque duccem solitis circumvolitet alis: Ponat & in nitida aurea ferta coma: Per quem bella geris, cuius nunc corpore pugnas: Auspicium cui das grande: Deoque tuos. Loquitur Ovidius de bellis a Tiberio post annum Christi quartum usque ad Augusti mortem gestis, & Tiberium Aufonium duccem appellat, teste ipsomet Card. Norisio, loco laudato, cap. 6. Quare per Aufonios semper strenue dominantes Dionysius Alexandrinus alios intelligere non potest, quam Augustum & Tiberium; cum constet, utrumque Aufonios vocatos; nec Caius & Lucius Caesares eo nomine unquam appellati, quos etiam Dionysius ἀνακτας non vocasset. Certe in priori Imperii Romani forma, quae ab Augusto ad Marcum Aurelium & Lucium Verum duravit, Caesares ac Imperatorum filios ab Antiquis Reges dictos me legisse non memini. Auctori tates a Card. Norisio allatae, pluresque hujusmodi, quae leguntur in Glossario mediae & infimae Latinitatis, verbo, Regales intelligendae de usu, qui invaluerat in Regnis Romano Imperio minime subditis, ac de Regnis, quae Reges ab Imperatoribus accipiebant; non vero de usu, qui in ipso Imperio ab Augusto ad Marcum Aurelium viguit. Ex Dionysio itaque, qui Tiberii tempore vixit, habemus, hunc cum Augusto correptasse.

VIII. Tiberius per Aem.

Cum Imperio Proconsulari Censuram Tiberius accepit; quod elicio ex Suetonio in Tiberio cap. 21. ubi ait: Ac non multo post, lege Censori per Aem.

per Consules lata, ut Provincias cum Augusto communiter administraret, simulque censum ageret, conato lustro in Illyricum profectus est. Docet Suetonius in Octavio Augusto cap. 27. recepisse Augustum & morum legumque regimen, aqua perpetuum, quam Censuram in Tiberium contulisse, quando eum Imperii Collegam dixit, ex verbis ejusdem Suetonii supra laudatis intelligitur. Reprehendit Card. Norisius in Dissert. II. de Cenotaphiis Pisanis Caji & Lucii Caesarum cap. 16. Ufferium, qui in Annalibus veteris Testamenti, ex eo quod Suetonius cap. 42. de Tiberio scribat, in ipsa publicorum morum correctione, Praefecturam Urbis Pisoni detulisse, quod noctem continuumque biduum epulatus esset, colligat Ufferius id contigisse, cum Tiberius Censor est factus. Nam Censor fuit, inquit Card. Norisius, cum Augusto anno Christi XIV. Quare anno superiori Censor designatus fuerat, non vero anno Christi XII. Sed Suetonius, si Censorem Tiberium significaret, annum Christi XIV. designasset, quo ipsa publicorum morum correctio a Censoribus peracta fuit. Itaque designat tempus, quo Tiberius publicis edictis urbano luxui modum ponebat anno Christi XXII. Ita Card. Norisius, qui illud probare conatur ex Tacito & Suetonio paragrapho 23. ejusdem capituli. Sed non dubito, quin Card. doctissimus hallucinetur, & quin Censura Tiberio cum imperio Proconsulari concessa fuerit; non quidem, ut eam tunc exerceret, cum ea a praesentibus Romae Censoribus semper acta fuerit: sed, ut eidem suo tempore incomberet. Cui Tiberium anno Christi XII. quo Romam rediit, operam dedisse, suo loco videbimus. Eodem itaque anno Tiberius & Collega Imperii, & Censor, appellatus.

IX. Quo die & anno Tiberius Imperii Collega dictus.

[1] Major difficultas est de anno, quo ii tituli Tiberio concessi. Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromatum scribit, Tiberium regnasse annis viginti sex, mensibus sex, diebus novemdecim. Quibus ex verbis sequeretur Tiberium V. Kalend. Septembris praecedentis anni, die nempe vicefimo octavo mensis Augusti, Collegam Imperii dictum esse. Obiit enim Tiberius, ut suo loco videbimus, XVII. Kalendas Aprilis anni Christi XXXVII. ideoque a die quinto Kalendas Septembris anni Christi X. ad quintum Kalendas Septembris anni Christi XXXVI. anni sunt viginti sex absoluti: ab eo die ad quintum Kalend. Martias anni Christi XXXVII., tres illi menses interjiciuntur tandemque a quinto Kalendas Martias ejusdem Christi anni XXXVII. ad XVII. Kalendas Aprilis, quo die Ti-

berius obiit, ultimo termino excluso, dies sunt XIX. Sic enim menses & dies a Clemente memorati, more scilicet Romano, non vero nostro, numerandi, ut in Dissertatione Hypatica, parte prima cap. 3. num. II. demonstravi. Hac numerandi ratione ab Antiquis, dum menses ac dies numerant, saepe usurpata, a Recentibus Scriptoribus non observata, loca clarissima non raro ab his intellecta non fuere. Dies quintus Kalendas Septembris ab Augusto factus, quia, ut ibidem num. VII. ostendi, dies quintus Kalendas in quamdam religionem venerat ab antio Urbis DCCXXV. quo Augustus, victis superiori anno Antonio & Cleopatra, aram Victoriae dedicavit, ut ostenderet Imperium se ex victoria esse adeptum, ut inquit Dio lib. 51. Ad quam dedicationem electus quinto Kalendas Septembris, ut discimus ex antiquo Calendario marmoreo apud Gruterum pag. 133. in quo ad eandem diem habetur annotatum: ARA VICTORIAE IN CURIA DEDICATA EST. Sic Augustus anno Urbis DCCXXXI. non alio die quam quinto Kalendas Julias Imperium Proconsulare accepit, eodemque postea Tiberium Caesarem nuncupavit. Quare Clemens Alexandrinus rei gesta diem nobis conservavit, sed numeri annorum corrupti, quod in eo Auctore non infrequens.

Velleius lib. 2. cap. 120. de rebus a Tiberio anno superiori gestis agens ait: Mittitur ad Germaniam, Gallias confirmat, disponit exercitus, praesidia munit, &c. maximaque cum gloria, innumeri de columi omnium, quos transduxerat, numero, in anno, quo hiberna revertitur. Haec praecedenti anno acta. Tum cap. 121. ait Velleius: Eadem & viri & Imperii fortuna subsequenti tempore ingressa animam Imperatoris Tiberii fuit, qua initio fuerat & qui cunctis hostium viribus, classis peritumque expeditionibus, cum res Galliarum maxima molis, accessuque plebis Viennensium dispersione, coercionem magis quam parva, molisset; & Senatus Populusque Romanus, postulante patre ejus, ut aquum ei jus in omnibus Provinciis exercitiisque esset, quam erat ipsi, decreto complexus esset: (etenim absurdum erat non esse sub illo, quae ab illo vindicabantur; & qui ad opem ferendam primus erat, ad vindicandum honorem non judicari parem) in Urbem reversus, jam pridem debitum, sed continuatione bellorum dilatum, ex Pannoniis Dalmatisque egit triumphum. Per haec verba, subsequenti tempore, intelligit Velleius annum Christi XI. & XII. atque primo, Tiberium res Viennenses composuisse, & Imperium Proconsulare accepisse; anno vero infrequenti eum Romam venisse, ibique triumphasse. Quae opinio superiori

X. Velleius Suetonio Collega dixerunt.

ti praeferenda, ut ait Card. Norisius in literis ad me nuper scriptis, quod Velleius rerum a Tiberio gestarum testis fuerit, & haec verba, in hiberna revertitur, gesta a Tiberio praecedenti anno claudere videantur. Refragatur tamen Velleio Suetonius in Tiberio cap. 26. & 21. ubi legem illam in Tiberii gratiam anno tantum Christi duodecimo latam scribit, atque: A Germania in Urbem post biennium regressus, triumphum, quem distulerat, egit. Dedicavit & Concordia adem item Pollucis & Castoris, suo fratrisque nomine de manubiis. Ac non multo post lege per Consules lata, ut Provincias cum Augusto communiter administraret, simulque censum ageret, conato lustro in Illyricum profectus est. Ubi vides, Suetonium prius memorare triumphum anno Christi XII. certissime actum, quam legem illam, qua Imperium Proconsulare Tiberio concessum. Nec hic solum Suetonius Velleio contrarius est in rebus gestis Tiberii describendis; sed etiam alibi, quando loquitur de anno, quo Tiberius Rhodum fecisset, ut supra ostendimus. In eisdem literis ait Card. Norisius, jam anno Urbis DCCLX. Christi nempe sexto, adem Pollucis & Castoris Tiberium dedicasse, teste Dione lib. 55. adem vero Concordiae anno Urbis DCCLXIII. antecedente nempe Christi anno ex eodem Dione ibidem, ideoque Suetonium intelligere manubiis, hoc est, spolia in triumpho lata, postea in utroque templo Tiberium dedicasse. Vox enim illa manubiis id temporis triumphum, cuius illae pompam auxerant, jam peractum indicant, ita ut manubiis hostiles in pompa triumphi spectanda delatae fuerint, & ex his utrumque templum sacratum. Sed quidquid sit, certum est, Suetonium velle triumphum praefisse legem illam in Tiberii favorem emissam, adeoque a Velleio in anno rei gesta dissidere. Uter erravit, incertum; eoque magis, quod Clemens Alexandrinus ab utroque discrepat, ut mox vidimus. Quia tamen Tiberius anno Christi XXI. rursusque anno Christi XXXI. Consul proceffit, existimandum, utrumque Consulatum ob Decennalia & Vicennalia Imperii Proconsularis a Tiberio gestum; ideoque & illum anno Christi XI. Imperio Proconsulari donatum: quamquam uterque Consulatus anno Christi XII. quo rem actam narrat Suetonius, responderi etiam possit, etiam si Quinquennalia legitimo tempore celebrata fuerint.

XI. Petavius lib. 11. de Doctrina Temporum cap. 7. Proconsularem Tiberii dignitatem pluribus examinavit, eamque citra Principatum eidem datam conclusit. Primum ejus argumentum deductum a Livio post Augusti mortem sollicitudine, quae Tiberio absente acerbis custodiis domum & vias sepsit, donec Tiberius advenisset; ac tum simul excessisse Augustum, & rerum potiri Nervonem fama tulit, ut inquit Tacitus. Mox: Primum facinus novi Principatus fuit, posthumi Agrippae caedes. Nondum igitur Imperator, Princepsve creatus erat Tiberius, alioqui neque metuendi causam haberet Livia; neque novum Principatus exordium caperetur; neque novus denique Principatus appellaretur. Quod & ostendit Tiberii cunctatio, & imperii per speciem in Senatu detestatio, de qua idem Tacitus & Suetonius in Tiberio cap. 24. Ita Petavius. Sed Tacitus & Suetonius ex eorum verbis explicandi; ille Tiberii tergiversationis causa & finis ab eo intenti rationem reddit, quia nempe Germanicus legiones, immensa sociorum auxilia, & favorem populi in manu habebat; adeo ut fuerint qui promptos se ostentarent, si Germanicus vellet imperium, inquit Tacitus Annal. lib. 1. quod & Velleius lib. 2. & Suetonius in Tiberio cap. 25. confirmant; immo Suetonius ait: Simulavit & valerulium, (nempe Tiberius) quo equiore animo Germanicus ceteram successionem vel certe societatem Principatus operiretur. Qui

Ann. Eccl. Tom. I.

locus notatu dignissimus; si enim nullus antea in societatem Imperii assumtus, vana haec ridiculaque Tiberii simulatio fuisset. Denique, novus Principatus, Monarchicus nempe novumque Principatus exordium minime officunt prioris Tiberii Principatus; cum saepe contigerit, ut filii a patribus Augusti dicti fuerint, & post eorum mortem a novo Principatu nova epocha inchoata fuerit, ut omnibus notum. Affert praeterea Petavius locum Spartiani in Hadriano, ubi de M. Aurelio & L. Vero loquens: Hi sunt, inquit, qui postea duo pariter Augusti primi Republicanam gubernaverunt; quod & in Aelio Vero & in Antonino Philosopho rursus repetit. Unde infert Petavius, Augusto demum mortuo Principatum & absolutum Imperium obtinuisse Tiberium, & quod par Augusto in Provincias & exercitus nactus fuerit Imperium, non ex eo Principem & Imperatorem, Augustumve consulatum esse. Sed vana haec obiectio; nullus enim unquam dixit, Tiberium vivente Augusto, Augustam dignitatem adeptum esse, cum Romano Imperio ante M. Aurelium duos Augustos non viderit. Tiberius itaque Collega quidem Imperii fuit, sed non Augustus; Princeps etiam & Imperator appellatus est, sed inde non sequitur, eum Augustum fuisse, quia nullam in Urbe potestatem aut imperium habebat, sed tantum Tribunitiam Potestatem & Proconsularem Imperium, ratione cujus idem quod Augustus in Provinciis & exercitibus poterat. At, inquit Petavius plerique quidem summi Imperii & Potestatis, hoc est, Graeci dicunt, τῆς βασιλείας ornamenta jam pridem in Tiberium collata fuerant, sed hujusmodi ferre, quae citra amplissimum fastigium aliis concessa sunt, quos nemo ideo Romanos Imperatores appellat. Sunt haec Tribunitia Potestas & Proconsulare in Provinciis atque exercitibus Imperium. De Tribunitia Potestate dubium non est, quin permulti compotes ejus fuerint, qui Imperatores nullo modo censentur: ut Agrippa, qui ante Tiberium eo honore exornatus fuerat. Multi etiam Proconsularem dignitatem citra Imperium adepti sunt. Germanicus Drusi filius adoptatus a Tiberio nunquam Imperator fuit, neque Romanos inter Imperatores refertur. Et huic ipsi tamen Proconsulare Imperium, Tiberio postulante, Senatus detulit. Tacitus lib. 1. qui & lib. II. refert anno ab Urbe condita DCCLXX. Christi nempe XVII. eidem Provincias a Senatu permissas, quae mari dividuntur, majusque Imperium quoquo adisset, quam bis, qui forte aut missu Principis obtinerent. Sed & aliis nonnullis, ut ad spem Imperii successioneque certissimam, priusquam Imperatores & Augusti forent, idem honor est habitus. Ita Petavius, qui non animadvertit, eos Imperii Collegas dictos fuisse, non qui Tribunitia tantum Potestate, aut qui Imperio tantum Proconsulari, sed qui utroque titulo absoluti Imperii partibus atque ab Imperatoribus cum Imperio pariter assumtis, decorati essent. Quare exempla, quae in medium adducit, ad rem non faciunt. Proconsulare enim Imperium, quod inter titulos Principatus, nullis extra Urbem limitibus comparabatur, & tamen quod concessum est Germanico, ad Provincias tantum, quae mari dividuntur, extendebatur. Unde & fallitur Lipsius, dum in Notis ad lib. 1. Annal. Taciti scribit, petiit fuisse Germanico Proconsulare Imperium perpetuum, quae pars supremae Potestatis est. Qua de re legenda, quae scriptis in prima parte Dissert. Hypat. cap. 3. num. IV. Denique non audiendus Petavius, quando negat eos Imperatores dictos fuisse, qui Tribunitia Potestate & Imperio Proconsulari praediti erant. Nam tot exemplis contrarium inferius constabit, ut mirum sit, Virum doctissimum in ea sententia fuisse; cum etiam a Ge-

XII. Alia argumenta Petavii adversus eandem.

tae Caesaris Quinquennialibus Caesares omnes; licet neque Tribunitia Potestate, neque Imperio Proconsulari exornati essent, Imperatores nuncupati fuerint, ut infra ostendam. Velleius lib. 2. cap. 21. postquam locutus est de rebus a Tiberio anno Christi X. gestis, ait: *Eadem & virtus & fortuna subsequenti tempore ingressa animam Imperatoris Tiberii fuit, qua initio fuerat, &c.* supra recitata. Loquitur de rebus anno Christi XI. quo Tiberius Proconsulare Imperium accepit, gestis: & Tiberium, quem antea Caesarem tantum appellarat, Imperatorem vocat. Verum est, Tiberium Imperatoris praenomen etiam post mortem Augusti recusasse, ut ait Suetonius in Tiberio cap. 26. Praenomen quoque Imperatoris, cognomenque Patris patriae, & civitatem in vestibulo coronam recusavit: ac ne Augusti quidem nomen, quamquam hereditarium ultis, nisi ad Reges ac Dynastas epistolis addidit. Sed ex illis verbis male infert Petavius, Tiberium ante Augusti mortem Imperatorem dictum non esse, cum Velleius eum eo nomine appellat; certumque sit, alios Imperii Collegas Imperatores nuncupatos fuisse, idque ratione Imperii Proconsularis: ut suo loco demonstrabo.

XIII. Tiberius & Germanicus in Germania bellum gerunt.

Dio lib. 56. loquens de rebus hoc anno gestis ait: *Tiberius & Germanicus, cui Proconsulare erat Imperium, impressionem in Germaniam fecerunt, &c. prope Rhenum usque ad autumnum morantur, ludis in honorem natalium Augusti actis, in Italiam reversi sunt.* Zonaras in Vita Augusti de Tiberio loquens ait: *Post hac ipse & Germanicus in Celticam impressione facta, quasdam ejus partes incursum, &c.* Quae supra ex Dione retulimus. Ubi vides Zonaram vocem Proconsulis omittit, quam in priori parte Dissert. Hypat. cap. 3. num. IV. & V. ad Tiberium, non vero ad Germanicum referendam censui, quod tunc existimarem, Tiberium anno praecedenti Proconsulari Imperio donatum, hancque Inscriptionem ab Hervvarto cap. 248. suae Chronologiae recitatam, quam Viennae in Gallia legi dicit, ad Tiberium referri.

I. O. M.
TI. CLAUD.
CENSOR.
P. PROCON.
V. S. L. M.

Id est, Jovi Optimo Maximo, Tiberius Claudius Censor, P. Proconsul, votum solvit lubens merito. Tiberium vero hoc anno Viennam venisse dicitur docet Velleius loco anno praecedenti citato; & insinuat Dio laudatus, quando ait, *εἰς τὴν Κελτικὴν εἰσέβαλε* id est, in Celticam impressionem fecerunt. Celticae enim nomine non tantum Germania, sed & Gallia intelligitur, ut testis est Cluverius lib. 1. de veteri Germania. Unde & Dionis locus male ab Interprete versus. Sed praeterquam quod Inscriptio illa nunc Viennae non extat, ut Vir Clarissimus Juvenis in Historia Delphinatus universaeque Galliae veratissimus ad me scripsit, monuit me per literas Card. Norisius, Gruterum pag. 14. has duas Inscriptiones in medium adducere.

4.
I. O. M.
TI. CLAUD.
CENSOR.
P. PROCON.
V. S. L. M.

5.
I. O. M.
TI. CLAUD.
CENSOR.
P. PROCON.
V. S. L. M.

XIV. Tiberius Africa Proconsul di-versus a Tiberio Augusti filio.

Ex quibus discimus, inquit Card. Norisius, Tiberium Claudium cognomine Censor, hoc est, Censorium, (defunct enim syllabae finales) ibidem designari non PROCON sulem, sed Consul pro Provincia, vel Privatarum, seu privatae rei Pro Curatorem: additque Josephum Scaligerum compilatorem Indicis Gruterianis cap. 23. CENSOREM pro cognomine legere, qua de re, inquit Card. Norisius, se non litigare; sed ha-

beri in priori lapide Claudii. PRO Quae-rem, in alio PRO Curatorem. virum alium sane a Tiberio postea Augusto. Ita Card. doctissimus. Praefata itaque Inscriptio ab Herwvarto recitata ad Tiberium Imperii Collegam non spectat, sed ad Tiberium Cenforinum in Gruterianis Inscriptioibus memoratum, cujus etiam Tertullianus in Apologetico cap. 9. ut opinor, meminit, quando ait: *Infantes penes Africam Saturno immolabantur palam usque ad Proconsulatum Tiberii.* Scaliger in Epistola ad Casaubonum, quae post ejus Opuscula legitur pag. 485. dicit, haec verba non posse intelligi nisi de Imperatore: *Alii enim omnes, inquit, cum nomine ipso citantur, Tiberius Julianus, Tiberius Cornelius, & quidem compendio TI. solus Imperator suo praenomine tantum designatur.* Sed Tiberium Africae Proconsulem, Porphyrii & Lactantii auctoritate, Hadriano imperante floruisse ostendit Valeus in Notis ad Orationem Eusebii habitam in Tricennialibus Constantini. Prior lib. 2. de Abstinencia ait: *Pallas vero, qui de sacris Mithriacis optine omnium scripsit, humanas victimas fere ubique aboli-tas esse prodit, Principatu Hadriani;* quod confirmat Lactantius in lib. 1. Divinarum Institutionum cap. 21. *Apud Cyrios humanam hostiam Jovi Teucer immolavit; idque sacrificium posteris tradidit: quod est nuper Hadriano imperante sublatum.* Quare ad idem tempus respexit Tertullianus, quando scripsit infantes in Africa Saturno palam immolatos fuisse usque ad Proconsulatum Tiberii, qui Sacerdotes Saturni ob eam causam cruci suffixit. Cujus rei testem Tertullianus addit, esse militiam patriae suae, vel ut quidam Codices scriptum habent, patriae sui, quae idipsum munus Tiberio Proconsuli functa est. Ex quo apparet, adhuc recentem fuisse hujus rei memoriam. Cur enim testes citaret milites seu apparitores Proconsularis officii, nisi adhuc quidam superfuissent, aut superesse potuissent ex iis qui Tiberio Proconsuli apparuerant, tunc cum Sacerdotes illos in crucem egit? Quare Proconsulatus ille Tiberii commodere refertur in tempora Imperatoris Hadriani, inquit Valeus, cui subscribo. Ex his manifestum sit eundem Tiberium cognomine Censorem, fuisse diversis temporibus Proquaestorem, rerum privatarum Procuratorem, & Africae Proconsulem.

Sed, ut redeam ad Tiberium, qui postea imperavit, videtur ille Proconsul fuisse in expeditione Celtica, hoc anno suscepta, ideoque in hoc Dionis loco, Tiberius & Germanicus cui Proconsulare erat Imperium, vox Germanicus transposita, vel ultima verba ad Tiberium referenda, cujus durioris loquendi modi non defunt exempla. Et ratio est, quia Germanicus missus est ab Augusto in Germaniam anno Christi septimo, ibique usque ad annum Christi nonum bellum gessit, sed Tiberii Legati nomine, non vero tamquam Proconsul: quod ex eo constat, quod anno Christi IX. Augusto & Tiberio triumphus decretus, Germanico insignia triumphalia, ut suo loco ex Dione ostendimus. Quod si Proconsul bellum gessisset, ovatione honestatus fuisset. Ovidius lib. 2. de Ponto eleg. 1. ad Germanicum, describens triumphum a Tiberio sequenti Christi anno gestum, ait:

*Pertulit hoc idem nobis, Germanice, rumor,
Oppida sub titulo nominis esse tui.*

Nempe in triumphali pompa argenteas figuras Oppidorum, quae Germanicus coeperat, sub nomine Germanici, id est a Germanico capta, in titulis indicata. Nihil de ovatione Germanici, quia ei decreta non fuerat, sed ornamenta tantum triumphalia, quae aliis etiam Legatis data Dio testatur anno Urbis DCCLXII. Cum itaque ante cladem Variam Germanicus Tiberii Legatus tantum fuerit, non videtur post eam cladem, quando rursus in Germaniam cum Ti-

XV. An tam Tiberius quam Germanicus fuerint Proconsules.

JESU CHRISTI
ANNUS
14. & 15.

AUGUSTI IMP.
ANNUS
55. & 56.

(*) Idem abid.

DECIMUSQUARTUS, ANNUS T. JULIO (a) GERMANICO & FONTEIO CAPITONE COSS. adscribitur: quo, ut in praecedente, nihil gestum reperitur quod ad no-

berio missus est, alio titulo exornatum fuisse; praesertim cum post institutum Imperium vix videamus duos Proconsules in eodem exercitu fuisse. Norisius tamen Card. in literis ad me scriptis, ubi praefatos Ovidii versus describit, arbitrat, cum ob cladem Variam majoribus copiis bellum gerendum esset, Augustum, non Tiberium solum, sed etiam Germanicum Proconsulari Imperio fultum, anno Christi antecedenti in Germaniam mississe; uti olim bello periculo per duos Consules idem bellum stante Republica, administrabatur, quod minus mihi probatur. Recte tamen in iisdem literis Card. Norisius monet, perperam me adduxisse sequentem locum Suetonii Caligulae vitae initio ad ostendendum in praefato Dionis loco, vocem Proconsul non ad Tiberium, sed ad Germanicum, & epitheta non semper ad proximiora substantiva referri: *Germanicus Caji Caesaris pater, a Tiberio patruo adoptatus, Quasturam quinquennio antequam per leges liceret, & post eum Consulatam statim gessit,* inquit Suetonius, cujus verba in Dissert. Hypat. parte prima cap. 3. numer. VI. sic explicanda dixi cum Casaubono,

strum institutum spectare videatur: sicut nec in sequenti, quo interunt Consulatum C. Silius Nepos & L. Munatius Plancus.

ut virgula ante adverbium statim apponenda esset, & significaret Suetonium, Germanicum, statim ut adoptatum, Quasturam gessisse; sicque adverbium statim proxime referretur ad Quasturam, non vero ad Consulatum, qui immediate ante illud legitur. At haec Casauboni explicatio, quam ibi secutus sum, rejicienda; cum vox statim non sit exclusiva medii temporis, sed Magistratus intermedii, nempe Praeturae, quae semper medius erat Magistratus inter Quasturam & Consulatum. Scribit enim Dio anno Urbis DCCLXV. Christi XII.: *Postea Consulatum Germanicus, nondum gesta Praetura accepit.* Quod indicat, inquit Card. Norisius, vox illa statim apud Suetonium; cum Dio anno Urbis DCCLX. Christi VII. Germanicum Quasturam gessisse scribat. Illud superest observandum Zonaram hujus anni initio citatum, cum haereret, an vox Proconsulis apud Dionem transposita fuisset, illam praetermississe, solumque scripsisse: *Post hac ipse (nempe Tiberius) & Germanicus in Celticam impressione facta, quasdam ejus partes incursum.* &c.

in Germaniam successor officii patris mei, caelestissimorum ejus operum, per annos continuos novem Praefectus, aut Legatus, spectator, & pro capite mediocritatis meae adiutor fui. Quod si anno praecedenti Tiberius & Germanicus Romam venissent, non annos novem, sed octo tantum Velleius Tiberii Legatus fuisset, Quare, quando Suetonius in Tiberio cap. 20. de Tiberio ait: *A Germania in Urbem post biennium regressus;* biennium illud usque ad praesentem annum prorogat. Quando vero Dio & Zonaras praecedentis anni initio citati scribunt, Tiberium & Germanicum autumnum, praecedentis nempe Christi anni, Romam reversos esse, adversus Velleium testem oculatum audiendi non sunt. De triumpho Tiberii hoc anno gesto, eique jam ab anno Christi IX. decreto, legendi Dio, Velleius & Suetonius.

Natus hoc anno Caius Caligula, qui postea impe-

III.

Anno Urbis 765.
Olymp. 197. an. 4.
S. A. C. I. An. C. 12.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5505.

⊙ 21. C. B. ⊙ 13. Indi. 15.

JESU CHRISTI 12. secundum Baronium 14.

AUGUSTI IMP. 56.

I. Consules.
II. Tiberius & Germanicus Romam reversi.

[1] AD num. I. COSS. Germanicus Caesar, & C. Fonteius Capito. Tiberius & Germanicus currenti tantum anno & Germania in Urbem redierunt, ut elicio ex Velleio lib. 2. cap. 104. ubi postquam Tiberium, pro-tinuit ab adoptione, quae v. Kalendas Julius anni Christi IV. contigit, in Germaniam missum scripsit, addit: *Missus cum eo Praefectus equitum*

[1] COSS. Germanicus Caesar, & Caius Fonteius Capito. In fragmentis Capitolinis apud Gruterum pag. 609. GERMANICUS CAESARIS ET C. FONTEIUS C. F. C. N. CAPITONE. Item pag. DCXXXIII. 3. PRID. IDUS APRIL. GERMANICO. CAESARE ET C. FONTEIO CAPITONE COS. Apud Panvini in Fastis, & Gruter. pag. LXXIX. 5. GERMANICO. CAESARE C. FONTEIO CAPITONE COS. KAL. JAN. Inscriptio item apud Gruterum pag. CCXXXVI. 3. Germanici Caesaris TI. F. DIVI. AUG. NEP. DIVI. JUL. PRON. COS. nomen praefert. Suffectus Capitoni fuit C. Visellius Varro. Lapis apud Fa-brettum pag. 477. num. 144. GERMANICO CAESARE C. VISELLIO COS. XIII. K. OCTOB. LIS. Lapis Li-gorinus veteris Latii, tom. V. pag. 215. ubi habetur ARA. DED. PRID. KAL. DECEMB. GERM. ET CAPITONE. COS. Fuerat autem dudum Germanicus designatus consul, ut praefert vetus lapis apud Sponium in Miscellaneis pag. 266. GERMANICO CAESARI. TI. F. AUG. NEP. Q. AUGURI COS. DESIGNAT. Dio lib. XVI. pag. 587. Post hac consulatum Germanicus, nondum pratura functus, accepit & ac toto anno gessit, non dignitatis causa, sed quia idem etiamnum ab aliis quibusdam fiebat: nulla re memorabili peccata, nisi quod potiores tulit partes: quum ipse collega Caius Capito obiter tantum numeraretur. Suetonius in Caligula Cap. I. Germanicus Caji Caesaris pater, Drusi minoris Antonia filius, a Tiberio patruo adoptatus, quasturam quinquennio antequam per leges liceret, & post eam consulatum statim gessit. Fasti Vindebonenses: *Caesare & Capitone.* Fasti Idatiani: *Germanico Caesare, & Capitone.* Suetonius in Caligula Cap. VIII. Caius Caesar natus est pridie Kal. septembris, patre suo (Germanico) & C. Fonteio Capitone Coss. Dies natalis Caji etiam in veteri Calendario apud Gruterum pag. CXXXIV. ponitur pridie Kal. Septemb. hoc pacto PR. XXI. NAT. C. CAESARIS. GERMANICI. Lampridius in Commodio cap. X. Suetonii librum feris objectum a quodam ait, quae Commodus eundem diem natalem habuerat, quem Caligula.

Caligula imperavit, de cuius nativitate loco haecenus controverna mota. Suetonius in eius Vita cap. 8. ait: Caius Caesar natus est pridie Kalendas Septembris, patre suo & C. Fonteio Capitone Coss. Jbi natus sit, incertum diverstas tradentium facit. Cnaus Lentulus Gatulicus Tiburi genitum scribit: Plinius Secundus in Treveris, vico Ambiatino supra Confluentes; addit etiam pro argumento, aras ibi ostendi inscriptas, OB AGRIPPINAE PUERPERIUM Versiculi, imperante mox eo, divulgati, apud hibernas legiones procreatum indiciant.

In castris natus, patriis nutritus in armis, Jam designati Principis omen erat. Ego in Actis Antii invenio editum. Respondetque postea ad Plinii rationes. Lipsius vero in Notis ad lib. I. Annal. Taciti, ubi is de Caio Caligula scribit; Jam infans in castris genitus, in contubernio legionum eductus; pluribus refellit Suetonium, Pliniumque tuetur, dicens nihil obflare, Agrippinam restitam a Germanico maritimo in Germania, ibi hoc anno peperisse, eodemque in Urbem rediisse. Sed tam Plinius, quam Suetonius & Lipsius, alioque alterutrum secuti, meo iudicio hallucinantur. Caius enim alio in loco genitus, alio in loco natus. Incidit ejus natale indiem ultimum mensis Augusti currentis Christi anni, ideoque mense circiter Octobris anni antecedentis, quo Germanicus adhuc in Germania erat, procreatus est; sicque accurate Tacitus ait, hunc in castris genitum, & in contubernio legionum eductum, seu educatum. Ex quibus tamen verbis perperam infert Lipsius, existimasse Tacitum in Germania Caium natum esse. Versiculi vero laudati neque ei, neque Plinio favent; in castris enim natus, idem est quod, in castris genitus, quomodo eos divulgatos existimo, quibus verbis eos ipsemet Lipsius exhibet. Denique recte dicit Suetonius, cum Agrippina bis in Germania filias entax fuerit, Inscriptionem a Plinio allatam ad rem non facere. Caius itaque in Germania genitus, Antioque in Italia natus.

IV. Censur inchoatur.

Eusebius in Chronico anno Abrahami 2028. secundum editionem Pontaci ait: Augustus cum Tiberio filio suo censum Roma agitans, invenit hominum nonagies trecentena & septuaginta milia. Incipit hic annus Abrahami Kalendis Octobris praecedentis Christi anni. Quare centus, qui annos aliquot, antequam lustrum condereur, fieri solitus erat, hoc anno inchoatus. Ille enim nonnisi Censuribus Romae praesentibus editus. Ad alium itaque annum lustrum, ad alium census pertinet. Praeterea Censura cum Imperio Proconsulari Tiberio communicata, ilique Censur declaratus, sed ea Potestas ante ejus in Urbem reditum ad actum non reducta. Quae duo haecenus non satis observata. Toto anno sequenti census continuatus, cum lustrum ad annum Christi XIV. pertineat.

[I] Coss. C. Silius & L. Munacius Plancus. In fragmentis Capitolinis, apud Gruter. pag. CCXC. ad Augusti Tribunitiam Potestatem XXXV. Tiberii XIII. recenentur C. SILIUS P. F. P. N. & L. MUNATIUS L. F. L. N. PLANCUS. Tessera eburnea Florentiae in Museo Mediceo, edita a Bernardo Montefauonio, Diar. Italici cap. XXIV. pag. 357. deinde inter Inscriptiones antiquas urbium Etruriae pag. 74. P. I. num. CCIX. C. SIL. L. MUN. COS. ATHAMANS MAECENATIS SP. K. JAN. Dio lib. LVI. pag. 588. L. Munatio, C. Silio Consulibus. Suetonius in Augusto cap. CL. Testamentum (Augusti) L. Planco, C. Silio Coss. III. Nonas Aprilis, ante annum & quatuor menses quam decederet, factum etc.

De Munatio Planco, consulatu functo, Tacit. Annal. lib. I. cap. XXXIX. Fasti Idatiani; Flacco & Siliano. Vindebonenses; Planco & Siliano.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5506. Anno Urbis 766. Olymp. 198. an. I. SÆC. I. An. C. 13. JESU CHRISTI 13. secundum Baronium 15. AUGUSTI IMP. 57.

[I] AD num. I. Coss. C. Silius, & L. Munacius Plancus, ex Dione. Baronius priorem vocat C. Silium Nepotem: sed cognomen illud Nepos fictitium, ut jam alibi cum Card. Norisio dixi.

Augustus quintum in decennium gubernationem Republica, invitatus scilicet accepit: Tiberio Tribunitiam Potestatem prorogavit: Druso Tiberii filio potestatem Consulatus tertio anno, etiam non gesta Pratura, petendi, inquit Dio sub hujus anni Coss. Mediobarbus hunc Nummum Tiberii producit, TI. CÆSAR AUGUSTI F. TR. POT. XV. Representantur Quadrigæ triumphales. In postica, CÆSAR AUGUSTUS DIVI F. PATER PATRIÆ. Vistur caput Augusti. Producit & Nummum Augusti, CÆSAR AUGUSTUS DIVI F. PATER PATRIÆ. Caput Augusti. In postica, TI. CÆSAR AUGUSTI. F. TR. POT. XV. Quadrigæ triumphales: Tiberius currenti anno V. Kalend. Julias Tribunitiam Potestatem xv. suscepit. Quare praefati Nummi simileve a Mediobarbo in Numismatibus Imperatorum Romanorum descripti, hoc anno cufi sunt. Ait Mediobarbus V. C. ad triumphum Tiberii de Pannonibus, Dalmatis, & Germanis, quem anno superiori duxit, hos Nummos spectare. At referendi illi ad victorias ultimo decennio reportatas, non vero ad Tiberii triumphum. Hinc factum, ut annis Decennalibus Imperatorum dicatis Quadrigæ triumphales ob victorias praecedenti decennio relatas decretae fuerint, ut infra saepius visuri sumus. Imperatorum enim Decennalia a prorogatione Imperii Augusto concessi in decennium nata: ideoque in illis de more acta, quae singulis decenniis in honorem Octavianii Augusti facta fuerant. Ob eandem rationem Augustus, qui haecenus Imperator tantum XX. in Nummis dicebatur, appellatus est Imp. XXI., ut liquet ex hoc Nummo a Mediobarbo recitato, IMP. CÆSAR DIVI F. AUGUSTUS IMP. XXI. in postica, PONTIF. MAXIM. TRIBUN. POTEST. XXXVII. S. C. quod exemplum successores in Decennialibus quandoque imitati sunt.

Anno

JESU CHRISTI ANNUUS 16.

I. Anno Christi decimosexto, duobus Sextis, iidemque Nepotibus, Pompeio & Appuleio Coss. Archelaus Ethnarcha Romæ a Legatis Samaritanorum ac Judæorum iudicio postulatus, nono principatus sui anno (ut Josephus testatur) damnatus Viennam Galliae civitatem in exilium mittitur, pecunia ejus fisco adjudicata, & ditione sua contributa Syriae. Hæc pluribus Josephus: qui tamen sibi parum constans, alibi dicit (b) id accidisse anno regni ejus decimo. Porro quod spectat ad tempus damnationis Archelai: Dio (c) Josephum secutus (cum enim post multos annos, nempe Severi Imperatoris temporibus, scripserit; res Judæorum a Judæo historico mutuatus creditur) damnatum dicit Herodem Palæstinum (sic enim Archelaum nominat) & trans Alpes relegatum, ac partem ejus ditionis in publicum esse redactam sub Consulatu M. Emilii Lepidi & L. Arruntii, anno ab Urbe condita septingentesimo quinquagesimonono, quo ipso anno a Josepho exactus ponitur, prout ex numero annorum regni Herodis patris ejus ab eodem auctore descripto per facile quis intelliget. Sed quam manifeste erret, satis superius demonstravimus, cum de tempore nati Christi egimus. Assentitur & nostræ huic chronologiae Eusebius (d) dum anno Augusti Imperatoris ultimo contigisse ait exilium Archelai in Galliam.

(d) Eusebius in Chronico.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5507. Anno Urbis 767. Olymp. 198. an. I. SÆC. I. An. C. 14. JESU CHRISTI 14. secundum Baronium 16. TIBERII IMP. I.

[I] AD Num. I. ad V. Coss. Sex. Pompeius, & Sex. Appuleius ex Dione. Baronius utriusque Nepotis cognomen assignit errore jam supra confutato. Archelaus Herodis Acalonitæ filius anno Christi VII. Viennam Galliae in exilium ab Augusto missus, patrimonio ejus & thesauris fisco adjudicatis. Et ratio est, quia anno Juliano quadragesimo tertio patri successit, decimumque Regni annum attigit, quo anno Josepho Sacerdoti-natus est filius Matthias, βασιλεύωντος

[I] Coss. Sex. Pompeius & Sex. Appuleius. De his Velleius lib. II. cap. CXXIII. Pompeio Appuleioque Coss. septuagesimo sexto anno, animam (Augustus) caesarem calo reddidit. Suetonius in Augusto Cap. C. ubi de ejus morte, quæ contigit: duobus Sextis, Pompeio & Appuleio Coss. XIV. Kal. Septembris. Tacit. Annal. lib. I. cap. VII. Sexti. Pompeius, & Sex. Appuleius Consules, primi in verba Tiberii Caesaris juravere. Gruterus pag. XLVIII. II. DED. V. ID. AVG. SEX. POMPEIO ET SEX. APPULEIO. CCS. Dio lib. LVI. pag. 599. Etenim Pompeius Consul, quum Augusti corpus apportantibus obviam, ex Urbe contendere: offensa crure, cum eo in Urbem gestatus fuit. Fasti Vindebonenses hos consules per praenomina referunt, ita: Duobus, Sextis. Fasti Idatiani; Duobus Sextis Pompeio Magno & Appuleio.

AUGUSTI IMP. ANNUUS 57.

Adversus autem ista hæc nobis obiectio facta est ex Josepho Judæo. Si post tot Christi annos vixisse ponatur Herodes: non potuit (ut a Josepho asseritur) ejici ab Augusto in exilium Archelaus. Cui primo responderim, si Josephum, quis sibi sequendum proponat, deserat necesse est Evangelicam veritatem, utpote qui Judæus auctor (ut ostendimus) ante Christum natum ponat Herodis senioris obitum. Sed redarguimus ejusdem auctoris levitatem & inconstantiam ex ipsiusmet scriptis superius recitatis. Porro si quis eidem ipsa secum pugnantia, & Evangelicæ veritati penitus repugnanti fidem adhibendam putaverit: hac ex parte Celsum, Porphyrium & Julianum impietate se superare cognoscat, cum iidem licet Christianæ religionis hostes insensissimi, & contradictores acerbissimi, numquam tamen ausi reperiantur proponere Josephum Evangelistis. At cum non solum (quod satis erat) evangelica veritate redarguerimus Judæum historicum, sed ex suis ipsius scriptis sapenimvero, aperta luce eum mendacissimum ostenderimus, & in hoc ipso de annis Herodis adeo diversa & plane contraria loquutum viderimus, quomodo non magis sequendus nobis fuit Eusebius, quem scimus ea quæ hujus sunt temporis esse mutatum a Phlegonte Chronographo omnium antiquissimo ac famosissimo. Qui quidem Eusebius ponit ultimo Augusti anno

Ἀρχελαῦ τοῦ δέκατου, id est, decimo regni Archelai anno, ut ex publicis Tabulis in libri de vita sua initio retulit Matthiæ hujus filius Flavii Josephus Historicus. Is ob hanc rationem, quod in libris Belli Judaici de novem Archelai annis prius scripserat, in libris Antiquitatum omnino mutandum esse censuit: decem & annos in Regno & arietas in somno Archelai substituent. Qui quidem anni decem utrinque incompleti fuere. Dio quidem lib. 55. anno Urbis DCCCIX. Christi scilicet VI. scribit: Herodes Palæstinus a fratribus accusatus, trans Alpes est relegatus, ac pars ejus ditionis in publicum redacta. Sed non mirum, eum exilium ejus anno uno anteveritisse; cum posterius Herodis patris regnum anno uno tardius configurit & sicque mortem ejus anno etiam uno differre coactus fuerit. In eo autem quod Archelaum Herodem Dio appellat, non hallucinatur, ut communiter recentes Historici scribunt; sed Archelaus

anno exilium Archelai, ubi novem regnasset annos, ultimo autem tantummodo inchoato. Eusebium securus est Beda de sex ætatibus, & alii nobiliores Chronographi. At vero qui ea objecit severus exactor, ut excludat tempus Augusti ab exilio Archelai, novem ipsius regni annos ex Josephi sententia vult numerari plenissimos, non inchoatos tantum, ut diximus, ita magis favens uni Judæo, quam pluribus Christianis, & Josepho sibi ipsi contradicenti, quam Eusebio ex Phlegonte vera prodenti, & inhæreat Judaicæ historiæ magis quam Evangelicæ veritati; sed ostendat ipse primum Josephum multipliciter mendacii redargutum non adeo enormiter & frequenter errasse: ut sui prærogativa sit cæteris præponendus. Sed ad eisdem Archelai profcriptionem redeamus.

III. Quenam autem objecta sint illi criminosa, ut sic damnatus fuerit, Josephus (a) his verbis rem gestam enarrat: Primates tam Judæorum quam Samaritarum, non ferentes ejus tyrannidem, detulerunt eum ad Cæsarem; maxime cum scirent, eum contra ipsius mandatum fecisse: a quo jussus fuerat ex æquo ac bono præesse subditis. Hoc audito Cæsar commotus accersit procuratorem ejus Romæ agentem, & ipsum Archelaum nomine: nec dignatus quicquam scribere, Vade, inquit & quamprimum illum ad nos adducito. Qui accelerata na-

laum duplex nomen tulisse nos edocat; sicut & Archelaus junior, qui Herodes Archelaus dictus est, ut inferius visuri sumus. Josephus in fine lib. 17. de Antiquit. scribit; Archelao Romæ damnato, atque Viennam Galliæ in exilium deportato, mittitur a Cæsare Quirinius vir Consularis, qui censum agat in Syria, qui census nunquam antea in Judæa actus fuerat, ut in Apparatu Chronologico dixi. Idem Josephus lib. 18. cap. 3. annum census primitus peracti ita designat, tricesimo ac septimo anno post cladem Antonio apud Actium a Cæsare illatam. Annus Actiacus xxxvii. coepit die xxx. mensis Augusti anni Christi sexti. Quare anno insequenti facultates Archelai in publicum fiscum relatæ, & census in Judæa actus.

III. Historia Judæorum accurate a Josepho scripta.

Baronius existimat cum Eusebio in Chronico, Archelaum Viennam præsentis anno relegatum fuisse, ac Dionii Josephum imposuisse, a quo rex Judæorum creditur mutatus. Quod certe admitti non potest, cum Josephus accurate Herodis Historiam ex Romanis Augustæ ætatis Scriptoribus, qui injuria temporum intercidere, exciperit; Historia vero, Herodis ac filiorum ejus ab Eusebio elucubrata intolerabilibus erroribus scateat. Petavius lib. 11. de Doct. Temp. cap. 1. eosdem errores Eusebio tanquam primario auctori tribuit, ait enim: Horum omnium παραρρημάτων & παρανομιῶν, atque illius Historiæ calamitatis, si quis fundum esse dicat Eusebium, is a veritate, me quidem iudice, non abhorreat. Etenim tam ille in Herodis temporibus digerendis hallucinatus est, ut reliquis, qui eum universi forme secuti sunt, largissime peccandi segetem occasionemque præbuerit. At longe diu ante Eusebium hujusmodi perturbationes in Herodis Historiam inducæ; Julius enim Afri-

gatione in Judæam delatus, reperit eum cum amicis in convivio; indicatque voluntate Cæsaris, ad profectionem hortatus est. Mox ubi venit, Cæsar auditis ejus accusationibus & ipsius defensione, misit eum Viennam in exilium, quæ est urbs Galiliæ, multatum prius omni pecunia. Hæc ille.

IV. Cur Joseph monitu Angeli reversus ab Ægypto idcirco noluit in Judæam venire, quod audisset illic regnare Archelaum Herodis filium loco patris sui: nam & in Galiliæa, quo secessit, itidem filius Herodis regnabat: unde patet illum non extimuisse successores Herodis sed Archelai tyrannidem jam omnibus notam. His peractis, ac finibus Archelai principatus in provinciam reductis, inquit Josephus, (b) Procurator Coponius quidam eques Romanus in Judæam missus est, ea sibi a Cæsare potestate mandata. Hoc disceptante, Galilæus quidam, Simon nomine, defectio- nis arguebatur: quia indigenas increparet, si tributum Romanis pendere præterentur, dominosque post Deum ferre mortales. Hæc Josephus: quem, dum (c) alibi id factum ait per Quirinum Consularem tunc a Cæsare in Syriam missum, & cum eo Coponium, jam superius cum de annis Regis Herodis egimus, consutavimus, ipsumque errore temporis lapsum ostendimus.

IV. Cur Joseph timuit Archelaum.

(b) Joseph. de bel. Jud. lib. 2. c. 7.

(c) Joseph. antiq. lib. 17. c. ult. & lib. 18. c. 1.

canus, Clemens Alexandrinus, aliique multi, qui Eusebium præcessere, & Natale Christi in annum Julianum XLIII. contulere, Herodem adhuc in vivis fuisse, ac ad insequentes annos vitam produxisse sine dubio supponere; cum tamen certum videatur, eundem ultra illum annum Julianum Imperium & vitam non propagasse. Quare errores illi vetusti, ab Eusebio, qui in eorum patrocinium Josephum trahere nititur, magis quidem aucti, non tamen primum disseminati.

IV. Quoad Quirinum, de quo plura adversus Baronium in Apparatu Chronologico diximus, Syriam administrandam suscepit anno Christi septimo, ut mox diximus ex Josepho, eamque rexit usque ad annum Christi duodecimum, quo Q. Cæcilius Silanus Græticus eam provinciam obtinuit. Scripsit ad me Card. Norisius V. C. extare in Museo Illustrissimi Marchionis Riccardi & in Mediceo, Nummos duos aereos, in quorum antica visitur caput Jovis, & in postica legitur: ΕΠΙ ΣΙΑΝΟΤ ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. Repræsentatur Aries retro sydus aspicens, & in medio ΓΜ. Est annus Antiochenus XLIII. ab anno Urbis DCCXXXIII. seu victoria Actiaca deductus; extare & duos alios etiam aereos in Gaza Medicea ejusdem Silani omnino similes cum his verbis, ΕΠΙ ΣΙΑΝΟΤ ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ & in medio ΔΜ. Est annus Antiochenus XLIV. Prior Antiochenus annus inchoatur anno Christi XII. posterior currenti Christi anno. Quare jam anno præcedenti Silanus Syriam administrabat. Quod ex eo certum redditur, quod Card. Norisius in iisdem litteris moneat, asservari in Gaza Medicea Nummum Silani, in cuius antica visitur caput Tiberii cum inscriptione: ΣΕΒΑΣΤΟΤ ΚΑΙΣΑΡ quia Tiberius cognomen Augusti initio non

IV. Silanus Quirino succedit in Præfectura Syriæ.

V. Videas eundem auctorem, confusus semel temporibus & res gestas simul confundere; ut cum scribit (a) tempore cædacta. Sadocho Pharisæo novam hæresim de non pendendo tributo Romanis pervulgasse, & illa de Juda temporibus nascentis Christi sub Præside Syriæ Quirino, ista vero de Simone post exactum Archelaum, cum Judæa est juncta Syriæ; illa occasione census, ista vero contigisse ea ex causa, quod Judæa sit in provinciam reducta, facta haud dubium deterioris conditionis. Quantumvis enim Archelaus tyrannus esset, circumcisus tamen profelytus ex patre itidem circumciso profelyto natus erat, ac proinde eorum gentilis videretur: sed reducta semel Judæa in provinciam, regnum Judæorum jam penitus videretur abscissum: qua novitate, compressa semel secta Galilæorum, in Simone revixit. Sæpius enim, post excisas etiam Hierosolymas, Galilæos eadem solitos prædicare, turbasque ciere ac movere, ob idque libenti animo mortem oppetere; jam superius, cum de Galilæorum origine egimus, satis manifestavimus. Nec est quod quis dicere possit, eundem fuisse Judam atque Simonem, eandemque personam nominatam duobus nominibus: nam etfi Aun. Eccl. Tom. I.

V. De Judæa in Provin. cædacta. (a) Joseph. antiq. lib. 18. c. 1. (b) Joseph. de bell. Jud. lib. 2. c. 7.

in Scriptura divina id frequens est, ab eodem tamen Josepho haud facile usurpatum invenitur. Eodem anno, decimoquarto Kal. Septembris, qua die quondam primum Consulatum inierat, Octavianus Augustus e vita excessit, cum annos septuagintaquaque, menses decem, & dies viginti sex vixisset: siquidem natus est nono Kal. Octobris. Solus summum imperium gessit a victoria Actiaca annos quadragintaquatuor, demptis diebus tredecim. Hæc Dio (c) post Tacitum. Qui autem numerant annos ejus Imperii a Triumviratu inchoato, regnasse colligunt annos quinquaginta sex, & menses sex; ut Epiphanius (d) & alii, quos superius recensuimus. Qui vero supputant annos a nece Cæsaris, quo anno eidem armato in Antonium (ut diximus) collata est a Senatu summa Imperii potestas, quinquaginta septem annos, menses sex, ac dies duos annumerant, ut Josephus (e) & alii: ea ratione auctor libri de Oratoribus, longe alius haud dubie quam Tacitus (f) eum regnasse ait annos quinquaginta & octo, quod scilicet ejus ultimi anni dimidium & amplius regnasset. At de annis Augusti fufus superius actum est.

Sed antequam ad Tiberium Octaviani Augusti successorem convertamus stylum; ea quæ de eodem Augusto scribit Suetonius, attendamus; dum ait, ipsum haud diu ante obitum togas distribuiffe ac pallia, vestimenta nimirum Romanorum atque Græcorum, lege proposta (si tamen res serio facta est) ut Romani Græco, Lex de Græco Sermones. VI. Augusti obitus. (c) Dio hist. Rom. lib. 55. (d) Epiph. in Ancorato. (e) Joseph. antiq. lib. 18. c. 3. & de bella Jud. lib. 2. c. 8. (f) Tacit. lib. de Orat. VII.



Nota Superior A primum Tiberii annum; notæ inferiores EM annum XLV. ab imperio Augusti in Syria notant. Incipit is Augusti annus anno Urbis conditæ DCCCLXVII. Christi nempe XIV. quo die decima nona Augusti Octaviano Tiberius successit. Præterea Toimardus Vir doctissimus scripsit ad me, vidisse se Silani Nummos anno Antiocheno 2M. notatos cum nota F supra Silani nomen, quæ non tantum tertium Imperii Tiberiani annum designant; sed etiam notam A Nummo Mediceo adscriptam primum Tiberii annum significare certo demonstrant. Quadragessimus autem septimus annus Antiochenus incipit anno Urbis DCCCLXIX. anno, scilicet Christi XVI. quo Tiberius tertium Imperii annum inivit. Ex ultimis Silani Nummis Eram Antiochenam in Numismatis Præsidum Syriæ expressam, ab anno Urbis DCCXXXIII. quo pugna

Actiaca habita, deductam fuisse manifeste liquet, ac Card. Norisium in Cenotaphiis Pisani Difert. II. cap. 16. paragrapho 13. non bene eam ab anno insequenti, Urbis nempe DCCXXIV. deduxisse, ut ipsemet ad me scripsit. Sic enim fieri non posset, ut annus Antiochenus XLV. cum primo Tiberii, & annus XLVII. cum tertio eisdem Imperatoris concurreret, ut examiant patet. Videnda quæ diximus, cum de Era Actiaca locuti sumus. Silanus itaque Syriæ Legatus fuit usque ad annum Christi decimum septimum, ut eo anno videbimus.

V. Ad num. v. & seqq. Augustus die decima nona mensis Augusti e vivis excessit, ut recte in Epitome, cui Tiberius jam Imperii Collega successit. Ante mortem lustrum condidit in campo Martio, inquit Suetonius in Augusto cap. 97. & notatur ibidem Suetonius. Ex quibus elicio, lustrum IV. Idus Maii fuisse conditum: ad eum enim diem in veteri Calendario, quod apud Goltzium extat, legitur, Lud. Mart. id circ. & a die IV. Idus Maii ad diem XIV. Kalend. Septembris dies centum interjiciuntur. Addit ibidem Suetonius de Augusto loquens: Vota qua in proximum lustrum suscipi mos est, Collegam suum nuncupare jussit; nam se, quamquam conscriptis paratisque jam tabulis, negavit suscipiturum, qua non esset solutus. Mortem enim suam prælagio- bat. In lustris itaque Vota solvi, & nova in quinquennium suscipi mos fuit, indeque origo Votorum, quæ in Quinquennialibus & id genus

Græci Romano habitu & sermone uterentur. Hæc cum Suetonius (a) de illo scribat, tamen antea irrepperat in Italiam usus pallii; de quo sic Tertullianus (b): *Pallium est Græcum magis, sed lingua jam penes Latium est: cum voce vestis intravit.* Porro pallii usus haudquaquam visus est a Romanis fuisse receptus: nam Plinius (c) meminit, quod qui aqua & igne interdicebantur, togis exuebantur, & palliis amiciebantur, quasi peregrino induendi modo. Reus item constituebatur (d) peregrinitatis, si quis advena toga indutus videri vellet esse Romanus: non tamen Romanis uti pallio vetitum esse videtur; ut de Scipione, cum esset in gymnasio, & de Catone minore, cum jus diceret, quos pallio usos esse traditur, videre licet: constat etiam, quod de Tiberio scribit Suetonius (e) ipsum abiecta toga ferme biennio permansisse in pallio.

Græco etiam uti sermone, haudquaquam usu in Urbe receptum fuisse intelligitur: unde de eodem Tiberio, qui succellit Augusto, hæc idem (f) auctor scribit: *Sermone Græco, quamquam alias promptus & facilis, non tamen usquequaque usus est: abstinuitque maxime in Senatu; adeo quidem ut monopolium nominaturus, veniam postularit, quod sibi verbo peregrino utendum esset; atque in quodam decreto Patrum, cum $\mu\sigma\delta\eta\mu\alpha$ recitaretur, commutandam censuerit vocem, & pro peregrina nostratem requirendam, aut si non*

festis postea suscepta, reperenda. Augustus tria lustra fecit ex Marmore Ancyrano, & Suetonio cap. 27. Primum anno Urbis DCCXCVI. in sexto suo Consulatu, Collega M. Agrippa, ex Dione cap. 53. Secundum anno Urbis DCCXLVI. in eodem enim Marmore Ancyrano Augustus ait: *Nuper lustrum solus feci, legi, Censorio & Aferio Coss. &c.* Tertium denique lustrum ab Augusto actum ad hunc annum pertinet. De his Augusti lustris legenda, quæ scribit Card. Norisius in Cenotaphis Pisani Dissert. II. cap. 1. Tiberius condito lustrum in Illyricum profectus est: & statim ex itinere revocatus spirantem adhuc Augustum reperit. Profectus itaque in Illyricum non est, nisi post diem duodecimum Maji, quo lustrum peractum demonstravimus, quoque illud de more factum existimamus. Livius lib. 1. loquens de Servio Tullio Romanorum Rege, qui lustrum instituit, ait: *In campo Martio instructum exercitum omnem, sue, ovis, taurilibus lustravit, idque conditum lustrum appellatum, quia in censendo suis factus est.* Idem postea a Censoribus in aliis lustris factitatum. Card. Norisius in Dissert. de Votis Decennialibus cap. 1. arbitrat hujusmodi sacrificia in Quinquennialibus & id genus festis etiam facta. Sed quæ ad id probandum Card. eruditissimus in medium adducit, ostendunt quidem illa sacrificia ob alias etiam

reperiretur, vel pluribus & per ambitum verborum rem enuntandam. Militem quoque Græce testimonium interrogatum, nisi Latine respondere vetuit. Hæc Suetonius: eadem fere de ipso testatur Dio (g). Atque de Claudio (h) traditur quod splendidum virum, Græciæque provinciæ principem, verum Latini sermonis ignarum, non modo albo Judicum erasit, sed etiam in peregrinitatem redegit. Ad hæc spectant, quæ narrat Cicero (i) de Lucullo, quod dicere solebat, se libenter Græcis barbara admiscuisse, ut se Romanum probaret. Commendat Valerius (k) de eadem re Romanorum magistratum pristinum usum, cum ait: *Magistratus vero prisce quantopere suam populi Græciæque Romani majestatem retinentes se gesserint, hinc cognosci potest, quod inter cetera obtinenda gravitatis indicia, illud quoque magna cum perfectiora custodiebant, ne Græcis unquam ipsa lingua volubilitate, qua plurimum valent, excussa, per interpretationem loqui cogebant, non in Urbe tantum nostra, sed etiam in Græcia & Asia; quo scilicet Latina vocis honos per omnes gentes venerabilior diffunderetur; nec illis deerant studia doctrinæ, sed ulla non in re pallium toge subijci debere arbitrabantur; indignum esse existimantes, illecebris & suavitate litterarum, Imperii pondus & auctoritatem domari.* Hæc ille.

Unde

quam ob lustrum causâ a Romanis, sed non in Quinquennialibus, peracta. Cum tamen Votiva Quinquennialium & Decennialium ab his quæ in lustrum condendo nuncupabantur, originem etiam duxisse videantur, ejus conjectura verisimilitudine non caret.

[1] Eusebius in Chronico Augusti mortem anno præcedenti perperam signat. Eam enim cum anno Abrahami 2029. connectit; qui Abrahami annus Kalendis Octobris anni Christi duodecimi inchoatur. Quare cum Augustus die decima nona mensis Augusti vita functus fuerit, mors ea secundum Eusebii sententiam ad annum præcedentem pertinet: quæ cum sit falsissima, trium sequentium Imperatorum Chronologia in Chronico Eusebiano depravata. Ex ea tamen opinione deduco primum, Eusebium annos Augusti Imperii aliter in universum quam in particulari numerare. Quando enim de toto, quo Augustus regnavit tempore, in Chronico loquitur, ejus Imperii initium a morte Julii Cæsaris, seu ab Idibus Martiis anni Abrahami millesimi nongentesimi septuagesimi tertii, qui anno Periodi Græco-Romanæ 5449. mensis Septembri exorditur, desumit, quod ex eo probatur, quod Augusti mortem collocet anno Abrahami bis millesimo vicefimo nono, qui majori sui parte cum anno Christi decimo tertio concurrat. Quo

VI.
Augusti
mors
ma-
le ab
Euse-
bio
con-
signata.

IX.
Latine Unde inferri potest, in titulo Crucis
lingue Domini, quem scripsit Pilatus Hebraice, Græce, & Latine, non eo ordine quo recentur ab Evangelistis (a), inscriptiones esse positas; nam diversi cum inter se reperiantur, non ordinem ipsos secutos esse, sed tantum quod factum esset, insinuasse: sed Latinam inscriptionem primo loco positam esse. Nam & Nicolaus (b) Papa in Michaelem impium Imperatorem furore quodam percitum in Latinam linguam insultantem ait: *Hæc cum Hebræa & Græca in titulo Domini a reliquis discreta, insignem principatum tenens, omnibus nationibus prædicat Jesum Nazarenum Regem Judæorum.* Sed de tituli Crucis inscriptione plura inferius. Porro eadem Latina lingua Christi fidei Sacramentis in Romana Ecclesia magis magisque nobilitata, sicut illa totius Catholicæ fidei semper tenuit principatum, eodem modo & ipsa est præ ceteris exaltata. Unde Marcianus Imperator in Chalcedonensi sacrosancto Concilio coram amplissimo Patrum conventu concionaturus, licet homo Græcus, & inter Græcos, & in ditione ac regione Græcorum, eandem orationem Latine prius, postmodum Græce dixit, ut ex ipsius Synodi (c) Actis

(c) Synod.
Chalced.
act. 6.

Ann. Eccl. Tom. I.

constat. Legati etiam Apostolicæ sedis Ecclesiæ Romanæ, litteras Romanorum Pontificum ad Synodos Græcorum Episcoporum conscriptas non nisi Latine legi, ac coram omnibus ex scripto recitari jubere consueverunt; & nisi efflagitantibus omnibus ejus confessus Episcopis Græce reddere. Fidem facit horum omnium unus ex Legatis ejusdem sedis Philippus presbyter in SS. Concilio Oecumenico Ephesino; ubi recitatis Cælestini Papæ litteris Latine scriptis, universi Episcopi petierunt, ut eadem epistola Græce translata, denuo recitaretur. Tunc his verbis sic interlocutus Philippus Legatus: *Vetus, inquit, consuetudo habet, ut Apostolicæ sedis diplomata Latine proponantur, & hoc sat esse solet. Nunc vero quoniam beatitudo vestra efflagitat, ut litteræ allatæ Græce eidem relegantur, necesse fuit vestra beatitudinis desiderio satisfacere, &c.* Hæc habent ipsa Acta SS. Synodi (d) Ephesinæ. In sacris etiam Missarum solemnibus penes Græcos ea semper viguit consuetudo, ut tam lectiones Evangelicæ, licet Apostolicæ, primum Latine, inde Græce eadem in ecclesia publice recitarentur, ut idem qui supra Nicolaus (e) Papa ad eundem Imperatorem scribens

(d) Act.
Synod. Ephes.
edit. Pelt. rom.
2. c. 23.

(e) Nicol.
ep. ad Mich. Imp.

testa-

facto recte scribit Eusebius regnasse Augustum annos quinquaginta sex, menses sex. At quando Augusti annos in particulari numerat, primum conjungit cum anno Abrahami millesimo nongentesimo septuagesimo quarto ab Octobri mense inchoato, licet mense Martio anni Abrahami antecedentis Julii Cæsaris occisus fuerit. Et ratio est, quia certum haberi debet, Eusebium existimasse, Christum natum esse anno Abrahami bis millesimo decimo quinto, quod verum esse non potest, nisi primum Augusti annum ab anno Abrahami millesimo nongentesimo septuagesimo quarto inchoarit. Quod eo magis dicendum, quod sequentium Imperatorum annus primus a mense Octobri morti decessoris proximiori incipere solet. Deduco secundo, Eusebium annum Abrahami bis millesimum decimum quintum, quo Christum natum asserit, & quadragesimum secundum Augusti annum anno Juliano XLIII. illigare. Ex quo & sequitur, errasse Scaligerum in editione Chronici Eusebiani, in quo primum Christi annum cum anno Augusti quadragesimo tertio componit. Nam, ut advertit Valefius in notis ad Eusebium lib. 1. cap. 5. in vetustissimis Codicibus Eusebiani Chronici primus Christi annus concurrat cum anno

XLII. Imperii Augusti. Quod in Eusebii sententia necessario dicendum; cum annos ab Incarnatione Christi numeraverit; idque secundum Eram Incarnationis Alexandrinorum, quæ anno quadragesimo tertio inchoatur. Ex eo Scaligeri errore alius consequitur, quod nempe annum Incarnationis XIV. cum anno Abrahami 2029. copulavit; quamvis in Eusebii opinione Augustus mortuus sit anno Incarnationis secundum Alexandrinorum XV. qui cum eodem anno Abrahami 2029. mense Octobri seu Era Christianæ XII. inchoatur. Denique Valefius citatus hallucinatur, quando ait, annum primum Augusti secundum Eusebii supputationem, eum esse quo Hirtius & Pansa Consules fuerunt. Nam, si ab eo anno primum Augusti annum inchoasset, non dixisset, Augustum regnasse annos LVI. menses VI. In eadem errore incidit Petavius, quod non observasset, Eusebium Augusti mortem cum anno Era nostræ XIII. conjungere. Ex quo & in alium delapsus est, Christum nempe secundum Eusebium natum esse anno Juliano XLIV. quem perperam existimat concurrere cum anno XLII. Augusti ab Eusebio memorato, ut videre est in Animadversionibus Epiphaniæ ad hæresim 51. pag. 130. [1]

[1] Accedat his, quæ a Baronio & Pagio de die mortis Augusti proferuntur, Kalendarii Antiani auctoritas, in quo, ad XIV. Kal. Septemb. adnotatur AUG. EXCESSIT.

[1] Tiberius ad diem VI. Idus Martias Pontifex maximus creatus est: QUEM DIEM QUO FREQUENTIOR QUOD ANNIS SIT. SERVABIMUS VI. IDUS MARTIAS QUAE DIE TI. CÆSAR PONTIF. MAXIMUS. FELICISSIME EST CREATUS. Ita loquitur Colonia Florentina in tabula marmorea apud Gruterum pag. CCXXVIII. VIII. Dies summi Pontificatus Imperatoribus delati ubique gentium in Orbe Romano eximio cultu celebrabatur, quod Norisius Dissert. III. cap. VII. pag. 221. de Epochis Syro-Maced. colligit ex allata Gruteriana inscriptione, ex nummo ab Antiochenis A. V. 741. in honorem Augusti cuso, quo anno Augustus Pontifex Maximus creatus est, & ex alio ab eisdem in honorem Tiberii sculpto, anno primo imperii, in quo Tiberius Pontifex Maximus appellatur. Ceterum Gruteriana inscriptio, quæ de Pontificatu Tiberii, quotannis celebrando loquitur, non ad Cenetensem, ut scribit Norisius, sed ad Florentinam coloniam pertinet, ut patet ex antiquis Inscriptionibus Etruriæ P. 1. pag. 316. nuper vulgatis.

testatur. Sed quando occasione edicti Augusti Imp. pene non sentientes longius digressi fumus, nunc ad propositum revertamur.

X. Tiberius. Post obitum Augusti Imperatoris, ipsa die (a) Ex Tac. xiv. Kal. Septembris, (a) Tiberius Nero, Julii Augusti filius, cepit Imperium, tenuitque annis vigintiduo, mensibus sex, diebus vigintifex: erat ipse tunc annum agens quinquagesimum quintum. Mititur vero tunc ab eo mox ad procurandam Judæam Valerius Gratus, mansitque in eo magistratu annis undecim, ut (b) Joseph. testatur Josephus. (b) Tunc Herodes Tetrarcha, qui & Antipas, receptus in amicitiam Tiberii, de ipsius nomine urbem a

Herodis se conditam vocavit Tiberiada, electo ad hoc optimo agro ad ora lacus Genezareth, unde non longe ab Emmaus sunt aquæ calidæ: hæc partim a convenis, partim a Galilæis habitata est, quorum nonnulli eo commigrare coacti sunt, quidam etiam nobilitate sedes illic sibi optaverunt: at quo major esset frequentia, recepti sunt ad incolendum etiam tenuissimi quique undecumque confluentes. Hæc & alia de Tiberiade narrat idem Josephus (c) Joseph. ant. lib. 18. cap. 3. Porro & lacus ipse ab eadem civitate cognominatus est Tiberiadis: hujus est frequens mentio apud sanctos Evangelistas; in ea enim regione frequenter versabatur Dominus noster.

XI. Hic non omittendum, ipsum Herodem olim, Augusti tempore, Sephorii civitatem cinxisse moenibus, & totius Galilææ caput constituisse, & in honorem Julii Augusti Juliada nomen imposuisse: quo etiam tempore Philippus (d) Tetrarcha pari æmulatione in gratiam ejusdem Cæsar. Panæada sitam ad Jordanis fontes, auctam ædificiis, Cæsaream dici voluit;

VII. Dio lib. 57. de Tiberio ait: Decem annis Imperii ejus exactis, ad resumendum id, nihil decreto apud habuit: neque enim in decennia intervallum, quod Augustus fecerat, id gerere statuerat. Tiberius itaque primus ex Imperatoribus fuit, qui Quinquennalia, Decennalia, & id genus festa in morem induxit. Introducta & ab eodem secunda Consulatum Cæsareorum Regula, ut nempe Imperatores annis hujusmodi festivitatis additis Consulatum fumerent; prima enim Augusto attribuenda, qui anno post Julii Cæsaris mortem Consulatum suscepit inivit.

& vicum situm in ripa lacus Genezareth, Bethsaida dictum, in speciem urbis nobilitatum, nomine Cæsaris filii, Juliam nuncupavit. Fuit vero Bethsaida patria Petri Andreæ, atque Philippi Apostolorum (e) Hæc præstiterunt hi paterno exemplo ducti, qui ex turri Stratonis Cæsaream maritimam amplissimam civitatem in honorem Augusti contruxerat (f). Horum non piguit meminisse, quod in Evangelio & Actibus Apostolorum sæpe eorumdem locorum mentio habeatur. Verum enimvero in eo Herodem parentem Antipas & Philippus imitari minime potuerunt, ut sicut ille, qui in honorem Augusti templa erexerat, unum Cæsareæ, cujus meminit Philo (g) alterum in Panio, de quo Josephus (h), ita & isti eadem in Tiberii gratiam præstarent. Nam is primis annis sui Imperii, adeo optimi Principis & ab omni fastu alienissimi specimen dedit; ut non tantum (quod ait Suetonius i) se Dominum dici veterit; sed (quod scripsit Dio k) neque ullum templum sibi proprium extrui, neque se in ullo alio coli passus fuerit; edicto etiam palam, ne quis privatus, neque urbs ullam statuum ipsi poneret injussu suo addideritque se nunquam id concessurum, Hæc & alia id genus digna optimo Principe de Tiberio memoria commendavit Dio Cassius; additque Tacitus (l), ingestum a populo sæpius nomen Patris patriæ ipsum repudiasse, vetuisseque in acta sua jurare, etiam si Senatus id censuisset: ac dicere solitum, cuncta mortalium incerta; quantoque plus aliquis adeptus foret, tanto magis esse expositum ludibrio; eadem & Suetonius (m) pluribus.

(a) Joseph. ant. lib. 18. c. 3. (b) Joseph. ant. lib. 18. c. 3. (c) Joseph. ant. lib. 18. c. 3. (d) Phil. lib. de Monarchia. (e) Joan. 1. (f) Joseph. ant. lib. 16. c. 9. (g) Philo de leg. ad Caium. (h) Joseph. ant. lib. 15. c. 13. (i) Suet. in vita ipsius c. 27. (k) Dio hist. Rom. lib. 57. Tiberius laudatus. (l) Tacit. lib. 1. Annal. (m) Suet. in vita Tib. c. 26. & 27.

Quia vero Chronologia Fastique summam ab hujusmodi festis tam a Gentilibus, quam a Christianis Imperatoribus, magna pompa celebratis, lucem accipiunt, ea modo ex conjecturis, modo certis argumentis, annis suis consignabo. Post familiam Juliam in Nerone extinctam, Cæsares omnes Vota Quinquennalia nuncupasse certum: antea, cum nomen illud potius familiæ quam Imperii esset, Cæsares Quinquennalia non exhibere, nisi vel Tribunitia Potestate, aut Imperio Præconfulari, aut utroque exornati essent.

I. Præsidium summum jus. SEquenti anno, Druso Cæsare & C. Norbano Flacco Coss. Valerius Gratus Judæa Præses adempto summo sacerdotio Annano Pontifici, in locum ejus Ismaelem Fabi filium subrogavit: quo etiam paulo post in ordinem redacto in Eleazarum Annani Pontificis filium honorem transtulit. Hæc Josephus (a). Redacta semel, quod diximus, post Archelaum exactum Judæa in provinciam, qui illuc Præfides mittebantur ab Imperatore, veluti rerum domini sibi etiam in sacra summum sacerdotium tribuebant itidem & auferebant. Stulam siquidem pontificiam, quasi regni hereditariam, in suam potestatem redegerant: quomodo autem acciderit, id totum Josephus (b) his verbis describit: Hyrcanus Pontifex ejus nominis primus, extructa prope templum turri, degebat in ea majorem temporis partem: & quoniam hanc stolam habebat in sua custodia, qua nemo præter illum utebatur, recepturus privatum habitum, eo loci illam deponebat: idem mos fuit etiam successoribus posteris. Herodes autem regnum adeptus, turrim hanc opporuno loco sitam, magno sumptu exædificatam, denominavit ab amico Antonio; & stolam ita ut ibi reperta est, detinuit, ratus eo magis obnoxium se habiturum populum. Idem fecit Archelaus filius ejus & successor: cujus regno in provinciam mutato, Romani simul & pontificie stola possessionem nacti sunt, in cella ad hoc ipsum structa reposita & obsegnata sigillo Pontificum atque custodum sacrarum, Præfecto castelli accedente ibi lucernam quotidie. Hanc septimo ante festum die Præfectus exhibebat Pontifici: qua purificata indutus sacrorum tempore, sequenti die rursus eam reponerat in

cellam, ubi antea condita fuerat. Id fiebat singulis annis ter, jejuniis tempore. Hæc ille.

II. Porro adjuncta erant stolæ duo alia indumenta, quorum alterum superhumeralia, vestes sacerdotales, alterum vero pectorale dicebatur, amboque pretiosis lapidibus erant insignia. De his hæc alibi idem auctor (c) memoria digna testatur: Ex lapillis, inquit, quos sardonyches erant, quorum naturam nulli non notam narrare supervacuum puto) micabat alter, quoties litatum esset, is qui dextrum humerum occupabat: tantumque fulgorem emittebat, ut procul etiam intuitibus conspiceretur, idque præter naturam suam & consuetudinem: quod certe admirationem meretur apud omnes, nisi si qui ex contemptu religionis sapientiae opinionem aucupantur. Sed mirabilius est quod nunc dicturus sum. Per duodecim gemmas, quas in pectore Pontifex insutas rationali gestat, in bello victoriam Deus prænuntiare solebat: nam priusquam exercitus se moveret, tantus fulgor ex eis emicabat, ut toti populo perspicue innotesceret adesse Deum, opemque & auxilium suum invocantibus esse allaturum. Quapropter Græci, quotquot a nostra religione non abhorrent, cum hoc miraculum pro compertissimo habeant, ita ut negari non possit, rationale vocant, hoc est, oraculum. Desit tam rationale quam sardonyx fulgorem emittere annis ducentis antequam hæc commentaremur, irato Deo propter legum suarum prævaricationem. Hactenus de his Josephus. Porro Philo (d) gemmas illas, quas Josephus appellat sardonycas dicit (sardonyx, agensque tam de his quam de rationali, eleganter eorum mysterium declarat. Anno

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5508.
© 24. F. 2) 16. Indict. 3.
JESU CHRISTI 15. secundum Baronium 17.
SÆC. I.
AN. C. 15. TIBERII IMP. 2.

I. AD Num. I. Coss. Drusus Cæsar, & C. Norbanus Flaccus. Erat Drusus Tiberii Augusti filius, qui anno Christi XI. Quæsturam gesserat, ut docet Dio lib. 56. cuique Augustus anno Urbis DCCLXVI. Christi scilicet XIII. Po-

estatem Consulatus tertio anno, etiam non gestæ Prætura, petendi concessit, inquit Dio ibidem.

II. Cum Drusus filius Tiberii Cæsaris esset, Cæsar ratione familiæ vocatu seest. Zonaras quidem Cæsar, non in Tiberio scribit, Germanicum tres filios remansisse, quos, inquit, Augustus in testamento suo lia, non Cæsares appellavit. Quod si verum esset, sequeretur, Drusum non minus ob dignitate, tis, antequam ob familiam, Cæsaris nomen tulisse. Sed Neronis Zonaram ea in re errare, existimat Card. No-interitum, risus, ut me per litteras monuit, ideoque ante Neronis interitum, Cæsaris nomen familiam, non vero dignitatem designabat, in quantum conjicere possumus; hac enim in re mihi aquam hærrere fateor.

[1] Coss. Drusus Cæsar & C. Norbanus Flaccus. Dio lib. LVII. pag. 611. Druso Tiberii F. C. Norbano consulibus. Tacitus lib. I. Cap. LV. Druso Cæsare, C. Norbano Coss. decernitur Germanico triumphus. Suetonius in Vitellio Cap. III. Natus est (Vitellius) VIII. Kalend. Octobris, vel, ut quidam VII. Idus Septembris Druso Cæsare, Norbano Flacco Coss. Fatti Vindebonenses: Druso Cæsare & Flacco, Fatti Idatiani: Bruto (pro Druso) & Flacco. In nummis legitur; DRUSUS CÆSAR TIB. AUG. F.

JESU CHRISTI ANNUS 18.

Anno Christi Domini nostri decimo octavo Statilius (a) Taurus & L. Libo consules creati sunt: quo tempore Valerius Gratus Praeses in Judaea, quem nuper tribuerat Pontificatum Elezaro Annani Pontificis filio, abrogavit; eamque dignitatem Simoni Camithi filio contulit, qui in Pontificatum annum tantummodo exegit. Hæc Josephus (b) in Judæa tradit evenisse. Romæ autem, ut auctor est Dio (c), Tiberius Imperator inter alia laudatissima edicta quæ promulgavit, ut de veste ferica non utenda, neque vasis aureis, nisi in sacris, aliud addidit adversus magos, & quoslibet divinationes exercentes, quos omnes severissimo edicto exagitavit. Causam autem ejus ferendæ legis idem auctor narrat his verbis: Porro Tiberius, etsi Thrasillo assidue utebatur, ac singulis diebus vaticinia accipiebat, tamen re accurate considerata, cum aliquando per somnum jussum esset cuidam argentum dare, hominem in æremit, quod intelligebat per magicam artem dæmonem immisum fuisse: reliquos omnes astrologos magos, aut quicumque aliquopiam modo divinationes exercerent, exterius necavit; cives, qui (etiamnum neglecto priore edicto, quo prohibitum fuerat usu harum artium omnibus qui in Urbe essent) tractare ejusmodi res de-

JESU CHRISTI ANNUS 19.

Post hæc, anno qui sequitur, Redemptoris nostri decimonono, C. Cælio Rufo & L. Pomponio Flacco Coff. Simon (b) Camithi filius summus sacerdos, anno tantum eo honore perfundus, a Valerio Grato Judææ Præsede in

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5509. 25. ED. 17. Indiæ. 4.

JESU CHRISTI 16. secundum Baronium 18. TIBERII IMP. 3.

AD n. I. Coff. T. Statilius Sisenna Taurus & L. Scribonius Libo, ex Dione.

Coff. T. Statilius Sisenna Taurus & L. Scribonius Libo. Dio lib. LVII. pag. 612. Sisenna Statilio Tauro L. Libone Consulibus. Fragmentum veteris lapidis apud Fabretum pag. 707. n. 224. GELOS. DIVI. AUGUSTI. L. EX. DEC. POST. MORTEM. FILII. SUI. NO. III. NONAS. MAIAS. T. STATILIO TAURO. P. POMPO. Hoc anno Julium Pomponium Gracinum Consullem susceptum fuisse tradunt; de quo Ovidius de Ponto Eleg. IX. Facti Vindebonenses & Idatiani: Tauro & Libone. Tacitus initio libri II. Annal. Sisenna Statilio Tauro, L. Libone Coff.

TIBERII IMP. ANNUS 2.

ferentur, extorres egit: qui vero destitissent, impunitatem consequerantur. Hæc Dio. Addit ad hæc Tacitus (d) sub idem tempus, iisdem Cofs. Libonem Drusum Urbanum prætorem, quod invocationibus dæmonum inservisset, multis accusationibus judicio postularum, testibusque convictum, domi mortem voluntariam optetisse, se ipsum necando: item ejusdem criminis reum L. Pitunium e saxo Tarpeio dejectum; & in P. Marcium extra portam Exquilinam, præcinente classico, more prisco, Consules advertisse. Sicque magiæ crimen, quod per multos annos, ut ait (e) Romanam Urbem exedit, hoc anno primum repressum est, atque severe punitum. Meminit ejusdem adversus magos Tiberii sanctionis etiam (f) Plinius: ut plane consideratione sit dignum adveniente Christo in mundum, Magos ex Oriente venientes, ipsum Dominum cognovisse & adorasse; dæmones in Ægypto perterrefactos; Roma vero, itemque ab Italia magos expulsos, & in eosdem severissime lege actum esse. Venerat quippe in Orbem ille qui adversus dæmones bellum indiceret, eorumque vires infringeret, & sub eodem Imperatore crucem perferendo, sibi cuncta subjiceret.

TIBERII IMP. ANNUS 3.

ordinem redactus est, susceptusque ab eodem in locum ipsius Josephus qui cognominabatur Caiphas: hujus sacerdotium diuturnius fuit, de quo plura suo loco inferius dicturi sumus. Iisdem Coff. cum oracula vana quædam,

Incidunt in hunc annum Quinquennialia Imperii Proconsularis Tiberii ab anno Christi XI. deducta. Ad ea revocanda, quæ Tacitus lib. 2. Annal. sub hujus anni Consulibus scribit: Fine anni arcus propter adem Saturni ob recepta signa cum Vero amissa, ductu Germanici, auspiciis Tiberii: & ades Fortis Fortuna Tiberium juxta: sacrum genti Julia, effigieque Divo Augusto apud Bovillas, dicantur. Annis enim hujusmodi festis additis arcus erigi & templa dicari mos erat.

CHRISTI 19.

dam, tamquam Sibyllina, de Urbis interitu anno nongentesimo ab ejus origine obventuro ferentur; Tiberius tamquam falsa redarguit, eaque occasione adjecit animum, ut omnes fatidicos libros inspiceret, eorumque alios probaret quos legitimos sciret, spurios vero rejiceret. Hæc ex Dione (a) referimus, quo manifestius reddatur, Christianis, qui (ut superius dictum est) in prædicando Gentilibus adventum Christi veri Dei, & idolorum falsitatem, ex Sybillinis carminibus interdum, quod illi divinæ Scripturæ non crederent, peterent testimonia, non nisi ab expurgatis toties per ipsos libros id facere licuisse, ut nulla de impostura jure objici posset calumnia; ab Augusto id etiam facilitatum, jam præfati sumus.

(a) Dio hist. Rom. lib. 57. sub his Coff.

(d) Tacit. Annal. lib. 2. sub iisdem Coff.

(e) Tacit. lib. 1. hist.

(f) Plin. nat. hist. lib. 30. c. 2.

JESU CHRISTI ANNUS 20.

Christi annus vigesimus habuit Consulibus Tiberium Aug. tertio, & Germanicum secundo, ut Annales Taciti (d) demonstrant.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5510. 26. C. 18. Indiæ. 5. JESU CHRISTI 17. secundum Baronium 19. TIBERII IMP. 4.

AD num. I. Coff. C. Calpurnius Rufus, & L. Pomponius Flaccus, ex Tacito lib. 2. Annal. Ad num. II. quæ narratur in Annalibus de

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5511. 27. E. 19. Indiæ. 6. JESU CHRISTI 18. secundum Baronium 20. TIBERII IMP. 5.

AD num. I. Coff. Tiberius Aug. III. & Germanicus II. Sumtus is a Tiberio Consulatus juxta II. regulam Consulatum Cæsareorum, propter nempe Cæsaris ejus Imperii Quindecennialia, ab

Coff. C. Cælius Rufus & L. Pomponius Flaccus. Dio lib. LVII. pag. 613. Sequenti anno (nempe post consulatum Tauri & Libonis) C. Cælius Rufus, I. Pomponius Flaccus consulum nomen gesserunt. Tacitus Annalium lib. 11. cap. XLI. C. Calio, L. Pomponio Coff. Germanicus Cæsar A. D. VII. Kal. Junias triumphavit de Cheruscis &c. De Pomponio Gracino consule designato, in itineroque honorem Kal. Januar., Ovid. lib. IV. de Ponto, Eleg. IX. ubi duo Pomponii fratres laudantur, scilicet Pomponius Gracinus, & Pomponius Flaccus; hic Pomponio Gracino fratri, semestri consuli suscepto, successor datus est, inquit Norisius Dissert. III. de Epochis Syro-Maced. cap. IV. pag. 142. & Syria Præsides factus est A. V. 775. Christi 22. Obiit in Syria adhuc Præsides ante exitum autumni A. D. 33. Facti Idatiani: Crasso (pro Flacco) & Rufo. Facti Vindebonenses: Flacco & Rufo.

Coff. Tiber. Aug. III. & Germanicus II. Lapis Florentiæ in ædibus Rodulphiorum, editus a Bernardo Monte-fauconio in Diario Italico, pag. 382. deinde ab Antonio Francisco Gorio in antiquis Inscriptionibus Etruriæ P. I. pag. 316. TI. CAESARE. TERT. GERMANICO CAESARE ITER. COS. Idem

TIBERII IMP. 3.

Sub idem tempus, Judæi (b) fessi oneribus tributorum, pro relevatione apud Tiberium Imperatorem suppliciter egerunt, simulque Syria de eadem re conquesta: cum his aliisque casibus Oriente exagitato, ab eodem Tiberio Germanicus, quem ex Druso Germanico fratre suo, Liviæ filio genitum, in filium adoptaverat, ad res provinciarum componendas in Syriam mittitur. Tiberius enim æque atque Augustus Judæis favit; eisdemque Romæ degentibus, in cives distributiones fieri solitas, sicut & ille desiderat, impertiri voluit, ut Philo (c) testatur: quæ autem iisdem Romæ agentes passim sint dolo Seiani, suo loco narabimus.

(b) Tacit. lib. 2.

(c) Philo lib. de legat. ad Caium.

TIBERII IMP. ANNUS 4.

manicum secundo, ut Annales Taciti (d) demonstrant.

Sybillinis oraculis, pertinent ad annum Christi XIX. cum ea Dio lib. 57. recitet sub Consulatu Silani & Norbani, qui illo anno Factis nomen dedere. Ad num. III. Hoc anno, decreto Senatus permissa Germanico Provincia, qua mari dividuntur, ut motum Orientem componeret, ut ait Tacitus lib. 2. Annal. Et quia Syriæ Præsides Creticus Silanus per affinitatem Germanico erat connexus, Cn. Pisonem successorem illi constituit Tiberius, ad spes Germanici coercendas. Ita Tacitus loc. citato.

(d) Tacit. Annal. lib. 2. sub iisdem Coff.

III. Pifo sit Syria Præsides.

anno Christi XIII. quo ei Tribunitia Potestas rogata, deducta. Ad ea solennia pertinent, quæ Tacitus lib. 2. Annal. sub hujus anni Consulibus scribit: Cappadoces in formam Provinciam redacti, Quæ venerant Legatum accipere, & quadam ex regibus tribuitis diminuta, quo mitius Romanum Imperium speraretur. Comagenis quoque Servanus præponitur, tum primum ad jus Prætoris translatis. Hæc horum solennium indicia: annis enim his festis, Regna in Provinciam redacta, populi tribuitis levati, & novitates inductæ. Quare licet Cappadocia anno præcedenti Archelaum Regem amississet, ut testatur Tacitus laudatus, ante tamen præsentem annum in jus Provinciarum non redacta.



JESU CHRISTI
ANNUS
21.

I. SEquenti anno Junio Silano & Norbano Flacco Coss. jubente Tiberio, gravissimis Senatus decretis feminarum libido, quæ etiam in Senatorias grassabatur, est coercita; cautumque ne quæstum corpore faceret, cui avus, aut pater, aut maritus eques Romanus fuisset. Hæc pluribus Tacitus (a) qui Vestiliæ, quæ causam dedit edicto, narrat impu-

(a) Tacit. Annal. lib. 2. sub iisdem Coss.

Idem titulus legitur apud Gruterum pag. CLXXXVII. 14. Fabrettus pag. 395. num. 275. GERMANICO CAESARI. TI. AUGUSTI F. DIVI AUGUSTI. N. AUGURI. FLAMINI. AUGUSTALI. COS. ITERUM. IMP. ITERUM. Monumenta Brixienfia Oclavii Rubei pag. 123. editionis secundæ: GERMANICO CAESARI. TI. F. AUG. N. PONTI. Q. COS. II. D. D. Lapis apud Sponium in Miscellan. pag. 181. & 166. cum Tiberii TRIB. POT. XX. COS. III. DESIG. III. Tiberius abdicavit, & in ejus locum suffectus est L. Seius Tiberio, ut apparet ex marmorea tabula apud Pighium ad annum Urbis 770. & apud Gruterum pag. XXVI. 9. quam eidem Pighio communicavit Marcellus Cervinus paulo antequam in Summum Pontificem eligeretur. Legitur autem in ea. GERMANICO CAESARE. II. L. SEIO. TUBERONE COSS. DIES SACRIFICI. XIII. K. MAI. De Secundo item Germanici consulatu, ibidem apud Pighium lapis adfertur, qui Brixia extabat, & alius Romæ repertus in via lata cum aliis Claudie familiae imaginum titulis, litterarumque figuris quibusdam a Claudio inventis. Lapis apud Gruterum pag. CCXXXV. 7. cum TR. POT. XIII. IMP. II. COS. III. Suetonius in Caio cap. i. Consul deinde (Germanicus) iterum creatus, ac prius quam honorem iniret ad componendum Orientis statum expulsus. Tacitus lib. II. Annal. Cap. LIII. Sequens annus Tiberium tertio, Germanicum iterum Consulibus habuit. Fasti Vindebonenses: Tib. Casare III. Germanico II. Idatiani. Tiberio Casare II. (omissa una numerali nota) & Druso Germanico II.

Alter ex suffectis hoc anno est C. Rubellius Blandus C. F. qui Tacito teste Annal. lib. VI. Cap. XXVII. Juliam Drusi filiam, quondam Neronis uxorem accepit, cujus Rubellii avum Tiburtem, equitem Romanum plerique meminerant. Quum biennio ante primus Julia maritus Nero in insula Pontia fame periisset, ut habet Suetonius in vita Tiberii Cap. LIV. Julia Rubellio nupsit. Nuptiæ celebratae sunt A. D. 33. Hinc ab eodem Tacito lib. VI. cap. XLV. Tiberii Rubellii Blandus, progezer dicitur, delectusque est C. A. D. 36. ad templum Augusti, & Pompeji theatrum dedicandum. In historia Tiburtina Francisci Martii lib. VI. pag. 186. extat vetus lapis Tibure repertus in ecclesia S. Georgii, ubi de Rubellii Blandi consulatu mentio est; en lapis:

DIVAE DRUSILLAE
SACRUM
RUBELLIUS C. F.
BLANDUS DIVI
AUG.
TR. PL. PR. COS.
PONTIF.

Alius item lapis Tibure erutus paucis ab hinc annis ex Ecclesia S. Silvestri, & editus A. D. 1734. ab Antonio Maria Lupo Societatis Jesu presbytero in Dissertatione ad S. Severæ martyris Epitaphium, eadem ferme habet. Est autem nunc in ædibus Capitolinis, in quo ita legitur.

DIVAE DRUSILLAE
..... SACRUM
..... RUBELLIUS C. F. BLANDUS
LEG. DIVI. AUG. TR. PL. PR. COS.
..... PROCOS. PONTIF.

Munia omnia, quæ diversis temporibus C. Rubellius Blandus gesserat, in his inscriptionibus recensentur: Jam Rubellius Blandus ex Tacito lib. III. cap. LI. A. D. 21. e viris Consularibus erat, Caji prænomen habetur in lapide Gruteriano pag. XXIV. II. qui Tibure profabat: JUNONI ARGEIAE. C. BLANDUS PROCOS.

Drusilla Caji soror L. Cassio Longino, deinde M. Lepido nupta obiit A. D. 38. Divinos honores ei detulit Caius, de quibus Dio lib. LIX. pag. 648. Rubellius Blandus A. D. 20. sententiam in Senatu dixit adversus Lepidam, ut aqua & igni interdiceretur, in quam ab omnibus itum est. Rubellius Blandus ejus filius, de quo Tacitus Annal. lib. XIII. cap. XIX. per maternam originem pavi ac Nero gradu a Divo Augusto erat. Paterna origo e Tiburtibus. Ibid. Annal. lib. XIV. cap. XXII. Demum jussu Neronis interfectus est. In excusis Taciti libris Rubellius Plautus & Plancus dicitur, quum ex vetustis lapidibus, Blandus, saltem ejus pater dicatur. Hinc, miror cur Justus Lipsius in Taciti exemplaribus, Plautum, non Blandum, legendum esse contendat. In nonnullis quoque excusis Juvenalis libris, Satyra VIII. vers. 37. ubi ait.

..... tecum est mihi sermo Rubelli
Plaute [pro Blande] tumes alto Drusorum stemmate, tamquam
Feceras ipse aliquid, propter quod nobilis esses;
Ut te conciperet, qua sanguine fulget Juli.

In pervertito Juvenalis codice, quem vidi, Blande, legitur, & quidem recte;

dicitiam: quibus autem poenis convictæ Romanæ feminae essent addicendæ, Suetonius (b) tradit; & mox subdit: (c) in Tib. cap. i. Externas carimonias, Aegyptios Judæosque ritus compestit: coactis qui ea (c) Suet. superstitione tenebantur, religiofas vestes cum instrumento omni comburere. Judæorum juventutem per speciem sacramentorum in provincias gravioris cæli distribuit,

TIBERII IMP.
ANNUS
5.CHRISTI
21.TIBERII IMP.
5.

buit: reliquos gentis ejusdem, vel similia sectantes, Urbe submovit, sub poena perpetuæ servitutis: nisi obtemperassent. Hæc Suetonius. Id enim dicitis Coss. Silano atque Norbano actum, testatur Tacitus (a) qui ait, quatuor millia Judæorum libertini generis in insulam Sardiniam amandatos sub specie coercendorum latrociniorum, re ipsa tamen ut ob aeris gravitatem interirent.

(a) Tacit. Ann. lib. 2. sub iisdem Coss.

II. Quenam autem hujus decreti adversus Judæos causa præcesserit, Josephus (b) in hunc modum describit: Erat quidam Judæus, qui ne legibus poenas daret, metu solum verterat, vir modis omnibus pessimus. Is Romæ agens gerebat se pro Mosaisca legis interprete, adscitis in societatem tribus aliis per omnia sui similibus. His cum se in disciplinam dedisset Fulvia mulier nobilis amplexa legem Mosaiscam, persuaserunt ei, ut purpuram & aurum in Hierosolymitanum templum mitteret: quæ accepta in proprios usus verterent, quod ante destinaverant. Id postquam Tiberius ex amico suo Saturnino, ipsius Fulviae marito, de injuria conjugii facta quæsto cognovit; jussit universos Judæos ex Urbe pelli: ex quibus Consules delectu habito, quatuor millia militum miserunt in Sardiniam: plurimos etiam, qui ob patriam religionem detestabantur militiam, affecerunt poenis gravissimis. Ita propter quatuor scelerosos, omnes Judæi coacti sunt Urbe cedere. Hæc de his Josephus (c): qui & de immani scelere perpetrato ab Aegyptiis sacerdotibus adversus Paulinam clarissimam feminam, quo ex facinore iidem Aegyptii sacerdotes sunt in crucem acti, deque diruto Ididis templo, ejusdemque statua in Tiberim merita te-

(c) Joseph. antiq. lib. 18. c. 4.

xit historiam: at cum vera narret; tamen cum post Christi Domini nostri crucis supplicium contigisse hæc asserat, more suo plurimum a veritate temporis discrepat: id enim annis ante tredecim esse factum, Taciti testimonio, qui per annos singulos res tunc Romæ gestas digessit comprobatur.

Manferunt ita exules extra Urbem, pulsi Judæi usque ad necem Seiani, cuius calumniis (ut scribit Philo d) tam dire a Tiberio exagitati sunt: qui deum (ut ait) comperta Judæorum innocentia, res illorum in feliciorum statum restituit, atque multa in eisdem contulit, beneficia; hoc enim idem Philo his verbis testatur: Itidem jura Judæorum sub Tiberio conservata sunt, licet Seiano res novas moliente in Italia. Cognovit enim ille mox post necem infidiatoris, meras calumnias fuisse, delata de Judæis Urbem incolentibus crimina conficta a Seiano, ut gentem e medio tolleret, quam norat vel solam vel præcipue repugnaturam conatibus impiis, & conspirationi caput Imperatoris petenti. Proinde mandavit omnibus provinciarum Præsibus, ut oppidatim huic genti parcere, exceptis confectis paucis admodum; ceterum de ritibus eorum nihil novarent, sed commendatos haberent tum viros ipsos, ut pacis amantissimos; tum mores eorum, legesque ut conferentes ad tranquillitatem publicam. Hæc Philo. Quæ vero pro Judæis, conquerente de illis Pilato Judææ Præfide, Imperator rescripserit, suo loco opportunius ex eodem auctore narrabimus. Si enim temporis ratio habeatur, haud dubium hæc pro Judæis Tiberius rescripsisse anno Domini nostri trigesimotertio invenietur.

III. (d) Philo de legat. ad Cajum. Judæi restituti.

H Eodem

Idacii Fastis: ita Card. eruditissimus in literis ad me scriptis.

II. Quinquennalia Imperii Augustei Tiberii in hunc annum incidunt, ut ex ejus Decennalibus liquet. In Gaza regia aservatur Nummus inscriptus, TI. CAESAR. DIVI AUG. F. AUG. P. M. TR. P. XXI. S. C. in averfa parte, CRIVATIBUS ASIÆ RESTITUTIS. Visitur effigies Asiae muliebri specie sedens. Anno Christi XVII. duodecim celebres Asiae Urbes terræ motu collapsæ ut scribit Tacitus lib. 2. Annal. quæ cum Tiberius restituisset, ei colossus erectus juxta ædem Veneris, in Romano foro; & in unaquaque restauratarum urbium statua illi posita, ut ex Apollonio Grammatico refert Phlegon Trallianus

Anno Urbis 772. ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5512.
Olymp. 28. A. 1. Indi. 7.
199. an. 3.
JESU CHRISTI 19. secundum Baronium 21.
SÆC. I. AN. C. 19. TIBERII IMP. 6.

I. [1] Ad num. I. Coss. M. Julius Silanus, & C. Norbanus Balbus. Sic enim appellandus, non vero Flaccus, ut observat Card. Norisius ex Pighii Inscriptione ad annum Urbis 771. Gruteriana altera pag. 104r. Plinio lib. 2. cap. 57. &

[1] Coss. M. Julius Silanus, & C. Norbanus Balbus. Typographi mendum est Julius, pro Junius. Ceterum lapis Romæ effossus, dum ibi Pighius morabatur, & ab eo editus ad annum Urbis 771. habet. M. JUNIO. M. F. NORBANO BALBO. COSS. Alius apud Gruterum pag. LXXXIII. 4. D. D. XIII. KAL. FEBR. M. JUNIO. SILANO. ET. L. NORBANO. COS. Item pag. MXLI. 14. VI. NONAS MAI. M. JUNIO SULLANO. ET. L. NORBANO. BALBO. COS. Donianæ inscriptiones cl. ix. n. 35. DEDIC. K. MART. M. SIL. L. NORB. COS. Tessera gladiatoria apud Fabrettum pag. 39. SP. K. FEB. M. SIL. L. NORB. COS. Eadem a Montefauconio recusa tom. III. Antiquit. P. II. pag. 334. Dio lib. LVII. pag. 615. Marco Junio Silano, Lucio Norbano Consulibus. Tacitus Annal. lib. II. Cap. LIX. M. Silano, L. Norbano Coss. Ex his fit, Norbano prænomen Lucii, non Caji, fuisse. Fasti Vindebonenses, & Idatiani; Silano & Balbo. Plinius lib. II. cap. LXXXVII. M. Junio Silano, L. Balbo Coss. ad VIII. Idus Julias

IV. Eodem anno, Germanico Cæsare Orientis Præfecto, arte Pisonis tunc in Syria Præsidis, morte sublato: Tiberius (inquit (a) Dio) cum antehac plurima e-

JESU CHRISTI
ANNUS
22. & 23.

I. Anno sequenti, Valerius (e) Messala & Aurelius Cotta Consules creati sunt. Hos secuti (f) sunt Tiberius quartum & Drusus secundum inuentus Consulum. Tunc temporis idem Tiberius, Christiano quidem nedum philopho principe dignum, de histrionibus urbe pellendis promulgavit edictum, iisdemque ea arte interdixit, ut Dio (g) testatur: Tacitus autem id post biennium factum sub consulatu Asinii, & Antistii, tradit. Præterea hoc anno, scribit Dio (b) iisdem Coff. ex senatus consulto statum in vit.

III. Ad num. IV. Germanico Cæsare arte Pisonis Syria Præsidis extincto, Cneius Sertius Saturninus Syria nuntius Prolegatus Syriam obtinuit, ut testatur proficitur.

Table with columns: Anno Urbis, ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ, JESU CHRISTI, TIBERII IMP.

I. Ad num. I. Coff. M. Aurelius Messala, & M. Aurelius Cotta. ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5514. JESU CHRISTI 21. secundum Baronium 23. TIBERII IMP. 8.

[1] Dies obitus Germanici assignari potest circiter III. Idus Octobres, ad quam diem in Calendario Antiatino, licet numerorum, & Iduum litteris detritis, legitur. INFER. GERMANIC. Viri docti hæcenus ex conjectura ante mensem Decembrem obiisse putarunt, quod Suetonius scribat in Caio Cæsare cap. VI. postquam palm factum est, Germanicum fato functum fuisse, inhiberi non potuisse edictis luctum publicum per festos Decembris mensis dies.

impulsorem habuit & administrum Ælium Seianum, Seji Strabonis filium. Porro Suetonius (b), Tacitus (c), Dio (d), & alii portentosa Tiberii facinora prolixè describunt, ad quos ea nosse optantes remittimus.

TIBERII IMP.
ANNUS
6. & 7.

tuisse Tiberium, ne sententia mortis damnatus intra decimum diem duceretur; quod quidem edictum latioribus spatiis Theodosius (i) Augustus Christianus Imp, ampliavit, nimirum, ut triginta etiam diebus executio capitalis sententiæ differretur. Ex his corrigendus est Sidenius (k) Apollinaris, qui ejusmodi dilationem triginta dierum tribuit Senatus consulto Tiberiano: nam decem tantum dies ab illo sunt dati, cæteri autem viginti a Theodosio imperatore sunt additi.

Tacitus lib. 2. Annal. anno Urbis DCCLXXII. Hunc Saturninum diversum esse ab eo, qui jam ante Quirinum Syriam administraverat, non dubito. Videtur filius fuisse C. Sentii Saturnini, qui ante Quintilium Varum Syriam rexit. Josephus enim lib. 16. Antiquit. cap. 17. ait, illum C. Sentium Saturninum tres filios habuisse, eosque ejus Legatos fuisse.

Tiberii Consulatus juxta II. Consulatum Cæsareorum regulam, Drusi juxta III. non solum quia Cæsar erat, sed etiam propter ejus Consulatum geminatum. Factos enim Consulares diligenter evolvens deprehendi, iterato Consulatu cohonestatos, aut Imperatorum Collegas in Consulatu fuisse, vel insignioribus annis Consules processisse, præsertimque annis Decennalium & id genus festorum. In hunc autem annum Imperii Proconsularis Tiberii Decennalia incidunt. Ad ea referenda Inscriptio, quæ extat in territorio S. Canati, oppidulum est Gallo-Provinciæ, quam nuper clarissimus Dominus Ludovicus Thomassinus de Mazaugues Parliamenti Aquis Senator detexit ac mecum communicavit.

TI. CÆSAR.
DIVI. AUGUSTI. I. F.
AUGUSTUS
PONTIFEX
MAXIMUS

[2] Coff. M. Aurelius Messala & M. Aurelius Cotta. Tacitus lib. III. cap. III. Consules M. Valerius, & M. Aurelius. Ibid. cap. XVII. Rogatus Aurelius Cotta consul &c. Mox cap. XVIII. Aquæ idem cum Valerius Messalinus &c. Consules igitur erunt M. Valerius Messalla, & M. Aurelius Cotta. Facti Vindebonenses: Messala & Cotta. Idatiani: Messala & Gratio (pro Cotta), Messallam, gemino l. scribendum esse, docet Christophorus Cellarius in Orthographia latina, & ante cum Claudius Dausginius in Orthographicis.

II. Quirini obitus. Sub hoc tempus P. Sulpitius Quirinus, qui olim præfuerat Syriæ, ac centum egerat, sub quo descriptus est Dominus noster Jesus Christus, ex hac vita migravit; cujus funus jussu Tiberii publicis exequiis frequentatum est a Senatu: de rebus ab eo gestis hæc summam Tacitus (a): Nihil ad veterem & patriam Sulpitiorum familiam Quirinus pertinuit, oritur apud municipium Lanuvium: sed impiger militiæ, & acerbis ministris Consulatum sub Divo Augusto, mox expugnatis per Ciliciam Homonadensium castris, insignia triumphi adeptus, datusque rector Caio Cæsari Armeniam obtinenti, Tiberium quoque Rhodi agentem coluerat: quod tunc patefecit in Senatu, laudatis in se officiis, & incusato M. Lollio, quem auctorem Caio Cæsaris pravitatis & discordiarum arguebat: Sed cæteris haud læta memoria erat Quirini, ob intentata (ut memoravi) Lepidæ uxori repudiata pericula, sordidamque & præpotentem senectam. Hæc de Quirino Tacitus.

III. Sub hoc ipso Consulatu quarto Tiberii Imperatoris, consignata erant falsa illa adversus Redemptorem nostrum conficta Acta P. a Maximino Imp. & aliis Acta (b) Pilati falsa: quæ falsitatis certa ratione arguit

TRIBUNICIA
POTESTATE XXII.
REFECIT. ET
RESTITUIT.

Tiberius Tribuniciam Potestatem XXII. usque

JESU CHRISTI
ANNUS
24. & 25.

(c) Tacit. lib. 3. Post prædictos C. Sulpitius (e) & D. Haterius gesserunt Consulatum. Hos Ann. Eccl. Tom. I.

Table with columns: Anno Urbis, ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ, JESU CHRISTI, TIBERII IMP.

[1] Coff. Tiberius Aug. IV. & Drusus Cæsar. II. Nummi apud Mediobarbum cum Tiberii TR. POT. XXII. XXIII. COS. IV. Item nummi Drusi II. AUG. F. COS. N. TR. POT. Fabrettus pag. 395. num. 276. DRUSO. CAESARI. TI. AUG. F. DIVI AUG. N. DIVI JULII. PRONEPOTI. PONTIFICI. AUGURI. SODALI. AUGUSTAL. COS. ITERUM. TRIBUNIC. POTEST. ITER. Hanc eandem exhibet Sponius in Miscellan. pag. 266. Item aliam ibidem, quæ talis est: DRUSO. CAESAR. TIB. AUG. F. DIVI. AUG. NEPOTI. DIVI. JULII. PRONEPOTI. TRIB. POT. II. COS. II. GRUTERO. pag. MXLII. 17. D. D. KAL. SEPT. TI. CLAUDIO. NERONE. CAES. COS. IV. TI. CLAUDIO. DRUSO. COS. II. COS. DIO LIB. LVII. pag. 616. Quum Tiberius in quarto suo consulatu Drusum II. consulem collegam haberet, statim ex hoc ipso homines Druso perniciem ratiocinati sunt. Drusus anno superiori jam consul designatus erat. Tacit. Annal. lib. III. Cap. XXII. Ibidem cap. LI. Sequitur Tiberii quartus, Drusi secundus Consulatus, patris atque filii collegio insignis; nam biennio ante, Germanicus cum Tiberio idem honor, neque patris latus, neque natura tam connexus fuerat. Ejus anni principio Tiberius, quasi firmam valetudinem, in Campaniam secessit: longam & continuam absentiam paulatim meditans, sive, ut amoto patre, Drusus munia consulatus solus impleret. Tribus tantum mensibus, ut ait Suetonius in vita cap. XXVI. Consulatum Tiberius hoc anno gessit, deinde in Campaniam secessit. Facti Vindebonenses: Tib. Cæsare IV. & Druso Cæs. II. Idatiani Tiberio Cæsare III. & Druso Germanico II.

Eusebius; quod tanti mendacii assertores, rerum nostrarum ignari, sub hoc Consulatu & sub Pilato contigisse scripserint, quando necdum Pilatus in Judæam missus fuerat Præses; quod anno duodecimo ejusdem Imp. factum esse, Josephus (c) testatur. Hæc repetens Eusebius (d) sic ait: Idem scriptor in decimo octavo antiquitatis libro, anno regni Tiberii duodecimo, Pontium Pilatum Judææ regimen obtinuisse, atque eundem decem annos continuos ad Tiberii fere occasum ibidem commoratum enarrat. Quocirca commentum eorum, qui heri prope & nondiffertius commentarios contra Salvatorem nostrum ediderunt, perspicue refutatur: in quibus primo omnium temporis ipsius ratione falso ab illis observata, mendacium eorum qui talia commenti sunt, evidenter & aperte coarguit. Nam ad quartum Consulatum Tiberii Cæsaris, quæ fuit anno regni eius septimo, facinorosa a Judæis in salutari Salvatoris nostri passione admixta fuisse, commentarii isti complectuntur: quo quidem tempore satis liquet Pilatum nondum ad Judæam præfecturam gerendam adventasse. Hæc ille. Porro de Actis Pilati suo loco paulo post plenius atque exactius agemus.

TIBERII IMP.
ANNUS
8. & 9.

secuti sunt anno sequenti C. Asinius (f) & C. Antistius. H 2 Inde

annum conferenda; quorum varia extant indicia. Nam Tiberius Druso Cæsari filio Tribuniciam Potestatem concessit, quod liquet ex eo Cæsari Tiberii quod anno sequenti; Seiani insidiis sublatus fuerit, cum Tribuniciam Potestatem II. gesseret, ut ex Nummis apparet. Legendus Tacitus lib. 3. Annal. Annis autem Decennalibus & id genus festis additis Imperatores, filios aut Cæsares nuncupasse, aut Tribuniciam Potestatem exornasse, sæpius infra visuri sumus. Præterea Mediobar-

[2] Coff. Tiberius Aug. IV. & Drusus Cæsar. II. Nummi apud Mediobarbum cum Tiberii TR. POT. XXII. XXIII. COS. IV. Item nummi Drusi II. AUG. F. COS. N. TR. POT. Fabrettus pag. 395. num. 276. DRUSO. CAESARI. TI. AUG. F. DIVI AUG. N. DIVI JULII. PRONEPOTI. PONTIFICI. AUGURI. SODALI. AUGUSTAL. COS. ITERUM. TRIBUNIC. POTEST. ITER. Hanc eandem exhibet Sponius in Miscellan. pag. 266. Item aliam ibidem, quæ talis est: DRUSO. CAESAR. TIB. AUG. F. DIVI. AUG. NEPOTI. DIVI. JULII. PRONEPOTI. TRIB. POT. II. COS. II. GRUTERO. pag. MXLII. 17. D. D. KAL. SEPT. TI. CLAUDIO. NERONE. CAES. COS. IV. TI. CLAUDIO. DRUSO. COS. II. COS. DIO LIB. LVII. pag. 616. Quum Tiberius in quarto suo consulatu Drusum II. consulem collegam haberet, statim ex hoc ipso homines Druso perniciem ratiocinati sunt. Drusus anno superiori jam consul designatus erat. Tacit. Annal. lib. III. Cap. XXII. Ibidem cap. LI. Sequitur Tiberii quartus, Drusi secundus Consulatus, patris atque filii collegio insignis; nam biennio ante, Germanicus cum Tiberio idem honor, neque patris latus, neque natura tam connexus fuerat. Ejus anni principio Tiberius, quasi firmam valetudinem, in Campaniam secessit: longam & continuam absentiam paulatim meditans, sive, ut amoto patre, Drusus munia consulatus solus impleret. Tribus tantum mensibus, ut ait Suetonius in vita cap. XXVI. Consulatum Tiberius hoc anno gessit, deinde in Campaniam secessit. Facti Vindebonenses: Tib. Cæsare IV. & Druso Cæs. II. Idatiani Tiberio Cæsare III. & Druso Germanico II.

JESU CHRISTI ANNUS 26. & 27.

TIBERII IMP. ANNUS 10. & 11.

Inde vero anno Domini nostri vigesimo sexto Consulatum inierunt Cornelius (a) Cethegus & Vifellius Varro: post quos Cossus Cornelius & Asinius Agrip-

bus in Numismatis Imperatorum, unum Tiberii producit inscriptum: TI. CAESAR DIVI AUG. F. AUGUST. P. M. TR. POT. XXIV. S. C. in poetica: CIVITATIBUS ASIÆ RESTITUTIS. Cernitur figura sedens, dextra pateram, sinistra hastam tenens. Tiberius v. Kalend. Julius currentis Christi anni Tribunitiam potestatem XXIV. iniiit; Asiae autem urbes, quae terrae motu corruerant, jamdiu ab eo restituta. Sed ferebat usus, ut annis Decennialibus destinatis praecedentium annorum victoriae, magnifice in populum largitiones, aliaque id genus rursus Nummis infculperentur; eorumque memoria renovaretur. Quod viros eruditos non raro in fraudem induxisse video. Autamarunt enim victorias v. g. eo anno, quo in Nummis memorantur, relatas fuisse; cum tamen occasione Decennialiorum post aliquot annos ii percussi fuerint.

Hoc circiter anno Cn. Sentius Saturninus a Syria, remotus, & in ejus locum L. Pomponius Flaccus substitutus. Josephus lib. 18. Antiquit. Syriae cap. 8. de Agrippa Rege loquens ait: Ad Flaccum virum Consularem & cum Syria Praesidem se contulit. Quare nonnisi post annum Christi XVII. quo is Consulatum gessit, Syriae praefuit.

ANNO PERIODI GRÆCO- ROMANÆ 5516. Anno Urbis 776. Olymp. 200. an. 3. SÆC. I. An. C. 23. JESU CHRISTI 23. secundum Baronium 25. TIBERII IMP. 10.

I. Consules.

[1] AD num. I. Coss. G. Asinius Pollio, & C. Asinius Vetus.

[1] Coss. C. Sulpicius Galba & D. Haterius Agrippa. Lapis Gruterianus pag. CI. I. D. HATERIO AGRIPPA. C. SULPICIO GALBA. COS. apud Panvinium, in Fastis A. V. 775. habetur post Sulpicium. SER. F. quod in Gruteriano deest. His successit frater M. Cocceius Nerva, & C. Vibius Rufinus. Lapis ab Cnephrio vulgatus, deinde a Grutero pag. CLXXXVII. 13. C. VIBIO RUFINO M. COCCIO NERVA. COS. Alius item lapis pag. DCII. 4. DECESSIT. NONIS. AUGUSTIS. M. COCCIO NERVA. C. VIBIO RUFINO. COS. Eadem verba leguntur Romae in fronte aedis S. Petri in carcere, & edita sunt apud Gruterum pag. CLXXXVII. 5. Hi consules in parte anni successit, in hunc annum ab Onufrio conferuntur, quod Tribunitia Potestas Tiberii XXIV. in lapide Gruteriano, ibidem n. 13. habeatur. Coniicit Pighius, hunc Caium Galbam, fratrem Imperatoris Galbae fuisse, qui ob denegatam ei a Tiberio provinciam, semet interfecit anno Urbis 788. Tacitus Annal. lib. III. cap. LIH. C. Sulpicius, D. Haterius consules sequuntur. Fasti Vindebonenses: Agrippa & Gallo; mendose, pro Galba. Idatiani: Agrippa & Galba.

[1] Coss. C. Asinius Pollio, & C. Antistius Vetus. In Gruteriano thesauro pag. MXLI. 15. V. I. DUS DECEMBRIS. C. ASINIO POLLIONE. ET. C. ANTISTIO. VETRE. COS. Fabretus pag. 627. n. 234. KAL. MAI. ASINIO POLLIO. ET. C. ANTISTIO. VET. COS. Plinius lib. XXXIII. Cap. II. Tiberii demum Principatus nono anno in unitatem venit Equester ordo: anulorumque auctoritati forma constituta est, C. Asinio Pollione, C. Antistio veteri coss. anno Urbis condite DCCLXXV. In antiquis Frontini editionibus perperam L. Marcus, C. Antistii Collega statuitur; in vetustis enim codicibus lacuna est ante nomina C. Antistii: quare ex ingenio & perperam, primi editores Frontini, L. Marcium posuerunt. Tacitus Annal. lib. IV. cap. 1. C. Asinio, C. Antistio Coss. nonus Tiberio annus erat. Fasti Vindebonenses & Idatiani: Pollione & Vetere.

[2] Coss. Cornelius Cethegus & L. Vifellius Varro. Frontinus de aquaeductibus: Servio Cornelio Cethego, L. Vifellio Varro Coss. Tacit. Annal. lib. IV. cap. XVII. Cornelio Cethego, Vifellio Varro Coss. Romae vetus cippus. E. VISELLIUS. C. F. VARRO. Fasti Vindebonenses & Idatiani: Cethego & Varro. De his Consulibus, ne verbum quidem apud Dionem; qui de ludis decennialibus lib. LVII. pag. 619. scribit Tiberium decem imperii annis exactis, ludos decennales fecisse, sed quibus Consulibus, silet.

pa (b) eo functi sunt magistratu: quibus omnibus annis nihil memoria dignum, quod ad res nostras pertineat, gestum est.

AN-

ANNO PERIODI GRÆCO- ROMANÆ 5517. Anno Urbis 777. Olymp. 200. an. 4. SÆC. I. An. C. 24. JESU CHRISTI 24. secundum Baronium 26. TIBERII IMP. 11.

[2] AD num. I. Coss. Cornelius Cethegus, & L. Vifellius Varro, sub quibus, ut inquit Dio lib. 57. Ludis decennales facti, ob Imperium nempe Augusteum Tiberii.

Tacitus lib. 4. Annal. ait Cornelio Cethego, & Vifellio Varro Coss. Pontifices eorumque exemplo ceteri Sacerdotes, cum pro incolumitate Principis vota susciperent, Neronem quoque & Drusum iissem Diis commendavere, filios nempe Germanici. Quae verba Lipsius in Notis ad lib. 16. Annal. Taciti recte refert ad Vota, quae ipso anni initio nuncupari solitum erat. Sed huc revocanda quae habet Eusebius in Chronico juxta editionem Pontaci anno Abrahami 2041. qui kalend. Octobris currentis Christi anni inchoatur: Philippus Tetrarcha Paesadem, in qua plurimas ades construxerat, Caesaream. Philippum vocavit, & Juliadem aliam civitatem. Annis enim qui Decennialibus dicantur, novae urbes constructae, aut antiquae novis nominibus do-

I. Consules. II. Imperii Augustei Tiberii Decennalia.

I. Pontius Pilatus praefes.

JESU CHRISTI ANNUS 28.

TIBERII IMP. ANNUS 12.

Anno Christi vigesimo octavo Cn. Lentulo Getulico & C. Calvisio Sabino Coss. cum Valerius Gratus Judaeae Praefes annum in magistratu egisset undecimum, successorem habuit Pontium Pilatum, qui in eadem functione annis decem permansit. Haec Josephus (a) & alii (b). Quid autem idem Praefes, cum primum in Judaeam venit, adversus Judaeos egerit, idem auctor recenset his verbis (c): Pifine, & d. latus cum curandam accepisset regionem, nocte intempesta operas Hierosolymam intulit imagines Caesaris: quae res post triduum ingentem inter Judaeos suscitavit tumultum. Nam qui aderant, stupore de bello permoti sunt, quasi jam profanatas leges suas viderent: nullum enim fas esse collocari in urbe simulacrum. Ad querelem autem eorum qui in civitate erant, subito etiam ex agris multitudo confluit. Euntes autem illico Caesaream ad Pilatum, intentissime deprecabantur, ut ab Hierosolymis auferrentur imagines, & eis jura patria servarentur. Pilato autem supplicantibus abnuente, circa domum ejus proni corruerunt, & immobiles quinque diebus noctibusque continuis mansere. Post autem Pilatus tribunal ascendens, studio magno convocat multitudinem Judaeorum, quasi qui velit eis dare responsum. Cum subito milites accepto signo (sic enim jam fuerat preparatum) armati circumsteterunt Judaeos; circumdataque triplici acie, Judaei quidem stuporis erant pleni, videntes insperatam rerum faciem. Tunc Pilatus denuntians trucidaturum se omnes, nisi imagines Caesaris susciperent, annuit militibus ut educerent gladios. Judaei autem quasi uno consilio omnes su-

(a) Joseph. antiq. lib. 18. c. 3. & 4. in bello Jud. lib. 2. c. 8. (b) Euseb. hist. lib. 6. c. 9. (c) Joseph. de bello Jud. lib. 2. c. 8.

Judaei a Pilato vexati.

natae. Verum est, Josephum lib. 18. Antiq. cap. 3. haec ad tempora Augusti referre. Sed eo capite Josephus ordinem temporis non servat, contentus narrare, quomodo Herodes & Philippus res suae quisque Tetrarchiae post Archelai relegationem ordinarent.

ANNO PERIODI GRÆCO- ROMANÆ 5518. Anno Urbis 778. Olymp. 201. an. 1. SÆC. I. An. C. 25. JESU CHRISTI 25. secundum Baronium 27. TIBERII IMP. 12.

[1] AD num. I. Coss. M. Asinius Agrippa, & Cossus Cornelius Lentulus.

[1] Coss. M. Asinius Agrippa & Cossus Cornelius Lentulus. Caere in Tuscia suburbicaria, in Ecclesia maiori, lapis exscriptus a Carolo Bartholomaeo Piazza, & editus in Hierarchia Cardinalitia pag. 86. MASINIO AGRIPPA COSSO CORNELIO LENTULO. COS. Tacitus Annal. lib. IV. Cap. XXXIV. Cornelio Cossu, Asinio Agrippa Coss. Fasti Vindebonenses: Agrippa & Lentulo. Idatiani: Agrippa II. & Lentulo Galus.

bito corruerunt, & cervices nudatas excipiendo ictibus pararunt: vociferantes, universos se interfici magis velle, quam legem profanari. Tunc Pilatus circa religionem studium populi demiratus, confestim de Hierosolymis statuas jussit auferri. Haec Josephus de Bello Judaico, eadem & in libris de Antiquitatibus (d) narrans.

Porro Philo Judaeus, qui his ipsis vivebat temporibus, rem a Pilato adversus Judaeos gestam longe aliter contigit se scribit (e), sic dicens: Quid alter avus tuus (alloquitur Caium Augustum) Tiberius Caesar? nonne manifeste voluntatem eandem habuit? Certe per vigintitres annos, quibus imperavit, antiquissimam religionem templi conservavit incolumem, immotamque modis omnibus: & possum quiddam in laudem ejus proferre, quamvis mille sub ipso factatus casibus. Sed amica est & tibi quoque grata veritas. Pilatus erat Procurator Judaeae: hic non tam in gratiam Tiberii, quam in odium populi auratos clypeos dedicavit intra sanctam urbem in Herodis regia, nulla insignes imagine, nec habentes quicquam votivum: tantum titulus continebat nomen dedicantis, & ejus cui dedicabatur. Id ubi divulgatum est in populum, advocatis usi quatuor regis filii fortuna dignitateque regia praeditis, reliquisque huius familiae, atque optimatibus ceteris, orabant, ut tolleretur illa clypeorum novitas, nec violarentur ritus patrii conservati a superioribus Regibus & Imperatoribus. Cumque ille adversaretur rigide, ut erat pertinaci duroque ingenio; conclamatum est: Desine sedi-

(d) Joseph. antiq. lib. 18. cap. 3. II.

(e) Philo de legat. ad Caium. Quae Pilatus ex Philone,

Imperii Proconsularis Tiberii Quindecennalia, quorum multa indicia apud Tacitum lib. 4. Annal. ubi narrat missos ab Hispania ulteriori Legatos, ut Senatus Tiberio matrique ejus delubrum extrueret, alioque a Lacedaemoniis & Messenis de jure templi Dianae Limenetidis, & a Segestenis de aede Veneris restauranda. Quae legationes pro religione annis Decennialibus destinatae fieri solitae.

Incipit hoc anno V. Kal. Septembris annus decimus quintus Imperii Proconsularis Tiberii, de quo si intelligatur Divus Lucas cap. 3. quando ait, anno XV. Tiberii factum esse verbum Domini ad Joannem, Christus anno sequenti die VI. Januarii baptizatus fuerit, vel saltem initio anni Erae Christianae XXVII. ut infra explicabimus.

III. Baptisma Christi.

CHRISTE
28.

iones bellaque cire; desine pacem profigare: non honoratur Imperator per legum contumeliam: noli hunc injuria praetextum querere: Tiberius nihil vult temerari de ritibus nostris: aut ostende illius edictum, vel epistolam, aliudve simile: vel da, ut te omisso, per Legatos oremus Dominum. Id vero magis eum exasperavit, veritum ne, si mitteretur legatio, cetera quoque detegerent ejus crimina, venditatas sententias, rapinas, injurias, clades, tormenta, crebras caedes indemnatorum, crudelitatem saevissimam. Iratus igitur homo iracundus, anceps erat animi, quod neque demere semel dedicatas res auderet, nec subditis gratificari vellet, non ignorans Tiberii talibus in rebus constantiam. Quod ubi viderunt optimates, & animadverterunt eum penitere cepti, quantumvis dissimularerit; scripserunt Tiberio litteras humiliter deprecatione plenissimas. Qui cognito quid dixerit Pilatus, quid minatus sit, non est opus ut dicam, quantum excanduerit; quamvis non commoveretur temere: ipsa res iram ejus indicat. Confestim, nihil procrastinans, scribit litteras, valde oburgando ejus audaciam, jubendo ut sine mora clypeos illos tolleret: & translati sunt Caesarem maritimam, ab Augusto proavo tuo denominatam, quo in ejus sacro templo dedicarentur; sicut factum est. Ita consultum fuit & Imperatoris honori & civitatis antiquis moribus; haec sunt decreta Tiberii. Haec Philo; cui potius, quam Josepho, fides adhibendam, nemo non dixerit: ut ex his plane intelligas, quantum in auctore vacillet fides historica, qui non tantum a nostris scriptoribus, sed a suis gentilibus mendacii arguatur.

III. Addit post haec idem Pilatus adversus Judaeos ejusmodi scelus: Est, inquit Josephus (a), apud Judaeos sacer thesaurus, quem Corban dicunt: hunc Pilatus ad inductionem aquarum jussit expendere: 18. c. 4.

Anno Urbis 779. ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5519.
Olymp. 201. an. 2. © 7. F. D) 8. Indict. 14.
SÆC. I. JESU CHRISTI 26. secundum Baronium 28.
An. C. 26. TIBERII IMP. 13.

I. Consules. [1] AD num. I. Coff. Lentulus Getulicus, & C. Calvisius, ex Tacito lib. 4. Annal. ubi refert certamen undecim Afræ urbium de honore

[1] Coff. Lentulus Getulicus, & C. Calvisius. A Pighio ita afferuntur: C. Calvisius Sabinus, & Cn. Cornelius Lentulus Getulicus. Lapis municipii Veientis apud Fabretum pag. 170. n. 324. nunc in ædibus Capitolinis: GAETULICO. ET. CALVISIO SABINO. COS. Gruterus pag. MVLII. 16. NON. FEB. CN. LENTULO. GETULICO. ET. C. CALVISIO. SABINO COS. Suffecti his fuere in parte anni Q. MARCIUS BAREA, & T. RUSTIUS NUMMIUS GALLUS. Ita apud Gruterum pag. CVII. 8. Item ibidem pag. CCXXXV. 10. ubi in titulo legitur Tiberii Augusti Tribunitia Potestas XXIX. COS. IV. Tacitus Annal. lib. IV. cap. XLVI. Lentulo Getulico C. Calvisio Coff. In Fastis Vindebonensibus & Idatianis postremis, ut moris est nominibus designantur: Getulico & Sabino. Itaque vera horum consulum prænomena, ac nomina erunt: Cn. Lentulus Getulicus, & C. Calvisius Sabinus.

TIBERII IMP.
12.

erat autem inducenda aqua ab Stadium trecentis: ob hoc itaque vulgi oriebatur querela; ita ut etiam Pilati, qui Hierosolymam venerat, cum clamore circumdarent tribunal. Ille autem praeviderat tumultum eorum: siquidem populo permiscuit armatos milites, qui tunc essent privatorum vestibus induti; praecipueque ut gladiis quidem non uterentur, fustibus autem acclamantes ferirent. Sicque compositis rebus, dat ex tribunali signum, confestimque cadebantur Judaei: quorum multi quidem plagis, multi vero se invicem conculcantes in fuga, miseram prostrationem perierunt. Tunc ad calamitatem interfectorum stupens multitudo conticuit: atque ob hoc accusator Herodis Tetrarchæ Agrippæ, qui fuit filius Aristobuli, quem pater Herodes interfecerat, ad Tiberium venit. Illo vero non suscipiente accusationem, residens Romæ, reliquorum quidem potentium notitiam ambiebat, maximis autem colebat officiis Germanici filium Caium, cum adhuc esset privatus. Haec Josephus. Quænam vero post haec eidem Agrippæ Romæ obvenirent, quove modo sit, jubente Tiberio, detrusus in carcerem, & inde exaltatus in regnum, suo loco dicemus. Haec itaque ipso Pilati ingressus initio recitata sunt, non quod eodem primo sui magistratus anno facta esse contendamus: sed cum incertum plane sit tempus, quo eadem sunt perpetrata, hic malimus recensere; ut quale fuerit ingenium hominis, & quibus moribus comparatum, ex his facilius innotescat. Duxit unam secum Pilatus in provinciam uxorem suam, ut ex Evangelista exploratum habetur nuper enim sub quarto (b) Consulatu Tiberii, Severo Cæcina gravissima oratione censente ne uxores maritos in provinciam proficiscentes comitarentur, intercedente Valerio Messala, ac per omnia commodius esse, si illæ maritos affectarentur, ostendente, legis rogatio elusa est.

An-

statuendi Tiberio Templum decertantium, additque hunc in Campaniam digressum esse specie dicendi templi apud Capuam Jovii, apud Nolam Augusto.

II. Quinta Quinquennialia Imperii Cæsarei Tiberii, ad quæ etiam referendum quod scribit Eusebius in Chronico tam secundum editionem Pontaci, quam Scaligeri, anno Abrahami 2043. qui Kalendis Octobris presentis Christi anni inchoatur: Herodes, inquit Eusebius, Tiberiadem condidit & Liviam, in honorem nempe Tiberii & Liviae Augustæ.

II. Quinta Quinquennialia Imperii Cæsarei Tiberii.

(b) Tacit. Annal. li. 3.

Quæ rursum Pilatus in Judæos.

JESU CHRISTI
ANNUS
29.

ANNO Christi vigesimus nonus habuit Consules M. Licinium & L. Calpurnium, fuitque Romanis ingentibus cladibus memorabilis: nam collapio apud

JESU CHRISTI
ANNUS
30.

Sequenti anno inierunt Consulatum Junius Silanus & Silius Nerva. Nihil tamen his, quod pro Annalibus nostris Ecclesiasticis faciat, aut ius dignum sit, reperimus; licet a nonnullis, hoc ipso anno suæ ætatis trigesimo Christum esse ba-

Anno Urbis 780. ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5520.
Olymp. 201. an. 3. © 8. E. D) 9. Indict. 15.
SÆC. I. JESU CHRISTI 27. secundum Baronium 29.
An. C. 27. TIBERII IMP. 14.

I. Consules. [1] AD num. I. Coff. M. Licinius Crassus, & L. Calpurnius Piso, ex Tacito lib. 4. Annal. & Tabula ænea apud Sponium in Miscellaneis eruditæ Antiquit. pag. 278.

Anno Urbis 781. ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5521.
Olymp. 201. an. 4. © 9. D C. D) 10. Indict. 1.
SÆC. I. JESU CHRISTI 28. secundum Baronium 30.
An. C. 28. TIBERII IMP. 15.

I. Consules. [2] AD num. I. Coff. Ap. Junius Silanus, & P. Silius Nerva, ex Dione.

[1] Coff. M. Licinius Crassus & L. Calpurnius Piso. Tabula ænea, quæ est tessera hospitalitatis familiae Deconcorum & Tridavorum ex opido Zoelarum apud Jacobum Sponium in Miscellaneis eruditæ antiquitatis pag. 278. & apud Jo. Mabillonium Musci Italici tom. 1. P. 1. pag. 155. M. LICINIO CRASSO. L. CALPURNIO PISONE. IV. K. MAIAS. In duabus item tabulis æneis, seu tesseris hospitalitatis apud Octavianum Rubeum in Monumentis Brixianis pag. 176. editionis secundæ, & apud Jacobum Philippum Tomasium de tesseris hospitalitatis cap. II. ac apud Reinerium Cl. VII. num. XVII. XVIII. M. CRASSO FRUGI. E. CALPURNIO PISON. COS. III. NON. FEB. & M. CRASSO. FRUGI. L. PISONE. COS. Tacitus Annalium lib. IV. Cap. VII. L. Calpurnius Piso, Cnæi patris prænomen ante habuerat, sed patre ob Germanici mortem in capitis discrimen adducto, ac etiam judicio M. Cottæ damnato, sibi que manus inferente, ut ait Dio lib. LVII. pag. 615., prænomen mutare coactus est; Tacit. Annal. lib. III. Cap. LXII. M. Licinio Crasso & Calpurnia Pisone Coff. Fasti Vindebonenses: Grasso & Pisone. Idatiani: Crasso & Pisone.

[2] Coff. Ap. Junius Silanus & P. Silius Nerva. Tacitus Annal. lib. IV. cap. LXVIII. Junio Silano & Silio Nerua Coff. Plinius lib. VIII. cap. XX. Appio Junio, & P. Sillio Coff. Fasti Vindebonenses, & Idatiani, Silano & Nerua. In Dione nihil de his consulibus extat nisi in indiculis consulum, libro LVIII. præmissis, qui ab aliis concinnati fuere.

TIBERII IMP.
ANNUS
13.

Fidenas amphiteatro, quinquaginta milia hominum obtrita sunt, Romæque totus mons Cælius conflagravit: sed hæc omnia pluribus Tacitus (b)

(d) Idem. li. 4.

TIBERII IMP.
ANNUS
14.

pitizatum, affirmetur: sed id accidisse anno sequenti, aperte demonstrant quæ a nobis dicta sunt superius, dum de anno quo natus est Christus, in Apparatu fusius disputavimus.

II. Ab hoc anno, non vero a sequenti, ut perperam quibusdam visum, Victorius Aquitanus Periodum suam quingentorum & triginta duorum annorum inchoavit: ait enim in Prologo: Diebus Kalendarum Januariarum, a duobus Geminis Rufo scilicet & Rubellio, usque ad Consulatum Constantini & Rufi, colligi quadringentos & triginta annos. Consulatus Constantini & Rufi in annum Christi CCCCLVII. convenit. Quare a currenti Christi anno Periodum suam orsus est Victorius, qui unitatem superfluum addidit. Legendus Bucherius cap. 12. de Doct. Temp. qui eam Periodum pluribus illustrat. Ea annos Christi exhibebit, dummodo annos viginti septem addas. Ostendit & Chronologiam Baronii ante Diocletiani Imperium depravatam esse: Baronius enim duorum Geminorum Consulatum cum anno Christi XXXI. componit, ideoque annos illos triginta & quadringentos, usque ad Rufi & Constantini Consulatum, colligere non potest. Denique ea Periodus in Gallia, licet non in omni, communitus atque diutius admittitur, ut liquet ex primo Canone Synodi IV. Aurelianensis.

JESU CHRISTI ANNUS 31.

TIBERII IMP. ANNUS 15.

I. Proximus sequitur annus decimus quintus Imperii Tiberii Caesaris, Evangelica (a) attestazione celeberrimus, quo gesserunt Consulatum Rubellius atque Fufius, ambo Gemini (b). Annus quippe idem qui ab Isaia (c) placabilis per antonomasiam dictus est, & acceptabilis (d): quo nimirum orbi terrarum profundis tenebris obvoluto, Redemptor humani generis Christus Deus noster; lux vera, lumine praedicationis coepit affulgere.

II. Hujus quidem rei praclarissime gesta historia, non a quibuscumque, sed a Deo tantum praordinatis testibus, ab ipsis inquam sanctissimis quatuor Evangelistis, monumentis meruit divinitus consignari: quorum admirabilem excellentiam atque praestantiam Ezechiel (e) Propheta sub quatuor animalium symbolicis speciebus in divina illa caelitus ostensa visione gloriae Domini praecognovit. Si enim, quod ait Apostolus (f), ministratio mortis (ipsa inquam legis scriptio) litteris defor-

(a) Luc. 3. (b) Tacit. li. 5. (c) Isai. 61. (d) Luc. 4. secundum. 72. in. verpr. (e) Ezech. 1. (f) 2. Cor. 3.

Anno Urbis 782. Olymp. 202. AN. I. SÆC. I. An. C. 29. ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5522. © IO. B. D. II. Indict. 2. JESU CHRISTI 29. secundum Baronium 31. TIBERII IMP. 16.

I. Consules. AD num. I. Coss. C. Fufius Geminus, & L. Rubellius Geminus, ut ostendit Card.

[1] Coss. C. Fufius Geminus, & L. Rubellius Geminus. Lacera inscriptio Mediolani in Collectaneis Comitibus Octavii Archinti apud Norisium Epistola Consulari pag. 9. NATUS. EST. A. HIR- TIO. . . . VIBIO PANGA. COS. Diem Obiit C. FUFIO GEMINO L. RUBELLIO GEMINO. COS. Sed horum consulum nomina ac praenomina elegantibus characteribus praefert vetustus lapis erutus Romae A. D. 1722. prope Ecclesiam S. Sixti ad Appiam viam, deinde in Museum Philippi Cardinalis Gualtherii in vestus, mox in Museum Alexandri Cardinalis Albani, postremo in Capitolinas aedes A. D. 1734. ex dono ejusdem Alexandri Cardinalis, & Clementis XII. Pont. Max. munificentia illatus. Eum edidit V. C. Franciscus Blanchinus in notis ad Anastasium Bibliothecarium tom. II pag. 2. Ibi legitur: C. FUFIO. GEMINO. L. RUBELLIO. GEMINO. COS. III. IDUS MAI. OSSA. IN LATA LURIAE APRILIS. Ex hoc lapide mirum in modum confirmantur conjecturae Norisii de horum consulum praenominebus ac nominibus. Aliae inscriptiones brevitate gratia postremum atque homonymum utriusque Consulis nomen exhibent, ut apud Gruterum pag. CXXXV. 2. Q. Catronius Passer, miles veteranus, honesta missione DUOBUS GEMINIS COS. missus dicitur. Apud Fabretum quoque de Columna Traiani pag. 196. & Inscriptionum antiq. pag. 136. num. 117. Q. Masurius Leutor missus est DUOBUS GEM. Hic autem Lapis prodiit nuper in lucem, indicato loco, ubi erectus fuit, inter Donianas inscriptiones Classe VI. num. 121. Tacitus in principio libri V. Annalium: Rubellio & Fufio Coss. quorum utriusque Geminus cognomentum erat. Caeteri vero fere omnes hos Consules postremis tantum nominibus efferunt. Fasti Vindebonenses: Geminus & Geminus; deinde ibi sequitur litteris quadratis HOC CONSULE (pro his consulibus) CHRISTUS PASSUS EST. Fasti Idatiani: Rufo & Rufellione, mendose. Tironis Prosperi Aquitani Chronicon ex editione Philippi Labbei, ubi consules referre incipit a manifestatione Domini, idest, inquit, a RUFINO GEMINO (pro FUFIO) & RUBELLIO GEMINO Consulibus. Passum itaque Christum ait: RUFINO (mendose ut innuimus) GEMINO ET RUBELLIO GEMINO COS. Suffectis his dicuntur a Pighio ex K. Julii Q. Pomponius secundus, M. Sanguinius Maximus. At Norisius in epistola Consulari pag. 10. 11. Consules suffectos hoc anno fuisse docet, L. Nonium Asprenatium & A. Plantium, quod in Nolano lapide apud Gruterum pag. MLXXXVII. 1. hoc anno suffecti dicantur A. PLAUTIUS L. NONIUS; & in tessera gladiatoria apud Fabretum pag. 38. ad Idus Junii sit L. ASPR. A. PLAUT. quas siglas Norisius interpretatur; L. Nonio Asprenato, & A. Plantio Coss.

mata in lapidibus, fuit in gloria, ita ut non possent intendere filii Israel in faciem Moysi propter gloriam vultus ejus, qua evacuatur: quomodo non magis ministratio spiritus erit in gloria? Fuerunt hi ministri novi testamenti, non littera tantum, sed spiritu: ut non solum ipsorum scriptis res gestae narrentur, sed quod superat humanum caput, vim quamdam spiritus ipsi Deus indiderit, ac perinde divinam illam Ezechielii ostentam praeserant imaginem, ut appareat aspectus eorum velut carbonum ignis ardentium; & quasi aspectus lampadarum, splendor ignis, sed & de igne fulgur egrediens ad destructionem (g) munitio- num, consilia destruens, & omnem altitudinem extollemem se adversus scientiam Dei, in captivitatem redigens omnem intellectum in obsequium Christi. Porro etiam diversis in locis, variisque temporibus & occasionibus in eodem argumenti genere singuli versati sunt; tamen admirabili quodam

Norisius in Epistola Consulari, ubi refellit Baronium, aliosque, qui priorem Consulium Fufium vocant, non advertentes Fufiam familiam a Fufia diversam fuisse. Afferit ibidem Card. Norisius Inscriptionem, ex qua liquet, Rubellium, Lucium vocatum esse. Quindecennialia Imperii Augustei Tiberii in hunc annum incidunt.

II. Quindecennialia Imperii Augustei Tiberii.

CHRISTI 31.

TIBERII IMP. 15.

dam modo, ac non nisi divino consilio factum est, ut consensione quadam harmonica, quod simul omnes, hoc singuli quique in scribendo praestitisse videantur: ut merito, juxta propheticum illud aenigma, sic propria a caeteris distincta esset facies singulorum, ut tamen eadem quatuor facies singulis conjunctae essent.

III. Concordia Evangelica. Fuit antiquorum scriptorum studium, ut quatuor sancta Evangelia in unum conjungentes, ex iisdem quatuor unum intexerent. Id conatum esse scimus primum omnium Theophilum Antiochenae Ecclesiae Episcopum, ut Hieronymus (a) ad Algasiam scribens testatur his verbis: Theophilus Ecclesiae Antiochena septimus post Petrum Apostolum Episcopus, qui quatuor Evangelistarum in unum opus divina compingens, ingenii sui nobis monumenta reliquit. Id ipsum praestitit Tatianus: id item tertio loco Ammonius, quem (inquit idem Hieronymus (b)) fecutus est Eusebius Episcopus Caesariensis. Hi quidem de convenientia ipsorum Evangelistarum canones quosdam scripserunt, quos idem Hieronymus Latinitate donavit. Meminit horum Victor Episcopus Capuanus in praefatione (c) quam Tatiani Evangeliorum quatuor Harmoniae praefixit: haec de antiquioribus. Caeterum complurium recentiorum in eadem re enituit studium, quorum praecipuum sibi locum vindicare videtur eruditus aequae ac pius Cornelius Janfenius Episcopus Gandavenis; cujus sic nobis proponimus sequenda vestigia, ut tamen liberi interdum esse velimus, per aliam viam, quae rectior videatur, incedere.

IV. Age, ipsam Evangelicam historiam, prosequamur, quam Lucas Evangelista egregia certitudine temporum, more majorum, testatam sic exorditur: Anno quindecimo Imperii Tiberii Caesaris, procurante Pontio Pilato Judaeum, Tetrarcha autem Galilaeae Herode, Philippo autem fratre ejus Tetrarcha Iturae & Trachonitidis regionis, & Lyfania Abilina Tetrarcha, sub Principibus sacerdotum Anna & Caipha: factum est verbum Domini super Joannem Zachariae filium in deserto. Et venit in omnem regionem Jordanis, praedicans baptismum penitentiae, &c.

V. Etsi aliam interpretis, aliam vero historici sciamus in scribendo esse rationem: tamen nos debere difficultates ac nodos ad historiam elucidandam dissolvere, neminem negaturum esse putamus. Quamobrem in iis quae tum hic tum alibi occurrant, enodandis de rebus gestis difficultatibus (quod praefando polliciti sumus) studium nostrum non deerit. Quod vero in primis pertinet ad Tetrarchias, quarum meminit Evangelista: jam superius dictum est, tam ex testamento Herodis (d),

(a) Hier. epist. 152. quast. 6. (b) Hieron. praevang. ad Damascom. epist. 123. (c) Haber eam tom. 2. bibl. S. Mar. (d) Joseph. antiq. li. 17. c. 10. (e) Joseph. antiq. li. 17. c. 13.

quam ex divisione ab Augusto (e) facta, Josephum scripsisse consentientia Evangelistae; nimirum Herodi Antipae Galilaeam cum Transammana regione esse tributam, Philippo autem Trachonitidem regionem, una cum Auranitide, & parte quadam, quae fuerat Zenodori, olim Herodi tradita (f), quas S. Lucas & post eum Dio (g) Ituraem appellat. Fuisse & his temporibus tetrarchiam Lyfaniae, idem auctor consentire videtur, dum eandem primum a Caio (h) Tiberii successore, inde a Claudio Agrippae (i) donatam affirmat.

Quisnam fuerit iste Lyfaniae: sicut errare certum est illos qui dixerunt (k) Herodis fuisse filium, ac Herodis Antipae & Philippi fratrem; ita etiam errone labi eos (l) constat, qui hos corrigentes, & ipsi correctione sunt digni, dum Lyfaniae hunc, de cujus tetrarchia hic mentio habetur, illum putant esse filium Ptolemaei Mennaei, cujus Josephus (m) meminit: nam ejusdem auctoris testimonio (n) expressum habetur, eundem Lyfaniae Cleopatrae arte fuisse necatum, ut ejus potiretur ditione, quae erat apud Libanum posita: idque, Dione (o) auctore, contigisse constat sub Consulatu Publicolae & Nervae, anno ab Urbe condita septingentesimo decimo octavo.

Cleopatra vero simul cum Antonio sublata de medio, rebus in integrum restitutis, Actisque Antonii irritis, Lyfaniae alteri, ejusdem cum priore nominis, eadem tetrarchia fuisse videtur ab Augusto restituta: nam cum idem Josephus (p) longe post obitum dicti Lyfaniae senioris meminit Zenodori, quod conduxisset ditionem Lyfaniae, certe non de priore Lyfania Tetrarcha, sed de posteriori necesse est intellexisse. Erat Abila, ex qua dicta est tetrarchia Abilina, civitas una (ut ait Plinius (q) Plin. q) in provincia Decapoleos; cujus Lyfaniae (ut Lucas tradit) Tetrarcha erat. Quod insuper ad vocem ipsam Tetrarchiae pertinet; in ea potius usus loquendi, quam vocabuli proprietate attendi debet; cum auctore Plinio (r) certum sit, non quartam regni vel provinciae partem esse eo nomine intelligendam, sed potius Principis cujusque dominium, etiam si unius tantummodo fuerit civitatis: quippe qui dicat, provinciam in Palaestina Decapoleos dictam, cujus est mentio in Evangelio (s), cum decem habuerit civitates, earundem fuisse tetrarchias singulas, regnorum instar, & in regna fore contribui.

Quod praeterea S. Lucas Evangelista, non Tetrarchiarum dictorum tantummodo, sed Principum sacerdotum Annae & Caiphae temporibus praedicationem Joannis inchoatam tradat: res haud mediocri dif- ficul. VIII. Fundio Sacerdotalis.

facultate obvoluta videtur: tum cum unum tantummodo, non duos simul, & ante & post hæc tempora summum sacerdotem penes Judæos fuisse, certum exploratumque habeatur: tum etiam, si Josepho credimus, quod non Anna (ut vidimus) sed Caiphas hoc tempore summi sacerdotii munere fungeretur. Scimus & vicariam ejusdem sacerdotii præfecturam, nemini solere concedi, nisi aliqua necessitate urgente, & ad modicum temporis spatium: cum & idem Josephus testetur (a), Matthiæ summo sacerdoti, quod inter dormiendum pollutus esset, rem divinam facere lege vetito, ad unius tantum diei spatium vicarium adiutorem esse datum Josephum Ellemi filium. Nec insuper constare posse videtur quod dicunt, summos sacerdotes fuisse Annam & Caipham, ita tamen ut alternis annis sacerdotalem functionem obtinerent. Nam non nisi alterius horum tempore potuit Joannes prædicationem exordiri: cum, quo tempore alter esset summus sacerdos, alterum cessasse, dicere necesse sit. Nec demum esse verum quod scribit Eusebius (b), delectos a Præsidibus Romanis summos sacerdotes; & unumquemque illorum uno tantum anno eo ministerio perfunctum esse, nemo non videt: nam et si (quod scribit Josephus c) primis annis Valerii Grati Præsidis, qui a Tiberio illuc primo sui Imperii anno missus est, per annos illos tres primos totidem mutati sunt summi sacerdotes; tamen, qui ultimo loco creatus est Caiphas anno tertio Tiberii Imperatoris, absque alio successore non ad præsentem tantum annum, sed (quod constat ex Evangelistis) usque ad Redemptoris nostrum crucem, immo & post resurrectionem (ut testantur Acta Apostolorum d) eundem

(a) Joseph. antiqu. lib. 17. c. 8.

(b) Euseb. hist. lib. 1. c. 10.

(c) Joseph. antiqu. lib. 18. c. 3.

(d) Act. 4.

III. Quo anno Christus baptizatus.

[1] A num. VIII. ad XX. Commovetur Baro-
nius in eos, qui baptismum Christi in annum
ejus tricesimum secundum inchoatum distulere,
qui sine dubio magis iis successisset, qui Chris-
tum anno ætatis tricesimo quarto baptizatum
volunt. Licet enim ex Luca loco cap. 3. nihil
certi erui possit de ætate Christi cum baptizatus
est, an nempe anno tricesimo ineunte vel exeun-
te id factum sit, aut vicesimo nono finiente, &
tricesimo primo incipiente; verba tamen ejusdem
Evangelistæ tantam latitudinem non videntur pa-
ti: saltem nullus ex Antiquis Christum anno
ætatis tricesimo secundo aut tricesimo tertio ad

[1] Anno æræ vulgaris XXXI. Christi baptismum Baronius assignavit; qua in re propugnatorum. habet Petavium lib. XII. cap. XVIII. de Doctrina temporum, qui contigisse baptismum Christi anno quintodecimo Tiberii Cæsaris, C. Fusso Gemino, C. Rubellio Gemino cos. docet. Hi autem consules in annum Christi 31. a Baronio inferuntur. Petrus Possinus in epistola præposita Propylæo ad Acta Sanctorum mensis Maji pag. 16. Christum ætatis anno tricesimo, ac item anno tricesimo æræ vulgaris, baptizatum putat, proinde Natalem Alexandrum, Christum baptizatum anno ætatis XXXIV. docentem, impugnat; cui tamen Possini epistolæ respondens Daniel Papebrochius, multa objicit, quæ, si lubet, consule, ibidem pag. 25. ut & Exercitationem VII. Florentini de initio prædicationis Domini-
nicæ, ejusque præcipuo tempore ac celebri die.

Caipham in eadem functione perseverasse, ac sic per annos saltem decem & septem ipsum eodem munere functum fuisse apparet: cui veritati & Josephus (e) ad stipulatur, dum creationem Caiphæ sub tertio anno Valerii Grati constitutus, nullum alium ei datum successorem usque ad Vitellii Præsidis, qui Pilato successit, tempora, testatur: tunc vero ipsum redactum in ordinem, & Jonathan Anani filium subrogatum tradit.

Quod ergo ab Evangelista eodem tempore Anna, perinde ac Caiphas, Princeps sacerdotum dicatur, alia est per vestiganda ratio. Ac primum illud dicimus, quod etsi unus idemque summus Pontifex apud Judæos esset; tamen complures alios sacerdotales ordinis dictos esse Principes sacerdotum, quorum frequens est mentio in divinis Scripturis, certum est: hos fuisse vigintiquatuor numero, sicut & totidem erant vices sacerdotales, ex his quæ leguntur in libris Paralipomenon (f), facile intelligitur: qui enim cujusque vicis princeps & caput erat, ille ipse Princeps sacerdotum dicebatur. At non dicimus Annam hac tantum ratione esse dictum Principem sacerdotum, sed & alia prorsusque diversa, quam sub inferimus.

(e) Joseph. antiqu. lib. 18. c. 6.

IX.

(f) Paralip. 1. c. 24.

Erat quidem apud Judæos ex senioribus atque magistris constatum collegium, quod ab illis Synedrion (*) dicebatur, constabatque ex septuagintaduobus viris. Hujus originem a Deo per Moysen institutam habes in libro Numeri (g), quando Deus Moysi præcepit ut septuaginta viros deligeret, quos senes & magistros populi esse nosset. Hoc seniorum collegium, junctis duobus aliis qui Helad & Medad personas agerent (qui licet remanissent in castris, eodem tamen

X. Concilium LXXII. (*) al. Synedrion.

(g) Num. 11.

baptismum accessisse tradidit. Verum est, conatos fuisse quosdam, Tertulliani exemplo, huic licentiæ auctoritatem afferre, quod is cum Christum per tres annos Evangelium prædicasse cerneret, in lib. 1. contra Marcionem scripserit, Christum anno Tiberii duodecimo clarificatum, seu baptizatum fuisse, quod idem est; ideoque inquit, anno ætatis vicesimo octavo aut circiter juxta Tertullianum, qui docet, eum annos tantum triginta vixisse. Sed illi, meo judicio, hallucinantur: Tertullianus enim videns eam, quam libro adversus Judæos scripserat, opinionem, Christum scilicet passum esse, nam

afflati Spiritu prophetarunt) numero septuagintaduorum semper perseveravit in posteris. Erat horum summa auctoritas, ut qui de lege cognoscerent, & de Propheta, ac simul de Regibus judicarent. Horum namque judicio Herodes Rex postulatus est; in quos postea crudeliter sævit ut testatur Josephus (a). At de horum munere pluribus acturi sumus inferius: modo autem (quod ad rem propositam pertinet) qui septuagintaduorum seniorum primus habebatur, idem Princeps sacerdotum dicebatur; cum alioqui summus sacerdos primum omnium locum teneret, cunctisque præesset Principibus sacerdotum: seque habebat amborum perfunctio instar præfecturæ Moysis & Aaron, quorum quamdam similitudinem exprimebant. Sicque Anna cum esset ejusmodi collegii princeps, merito, sicut & Caiphas, Princeps sacerdotum dicebatur, licet utriusque functio esset omnino distincta. In eo libro qui Philonis nomine de Temporibus inscriptus habetur, non prorsus contemnendo si purgatis mendis integer redderetur, hæc, quæ id ipsum monstrant, habentur: Herodes anno trigesimo principatus sui tyrannici, Synedrion ex domo David delevit; & Annanelum quemdam (quod nomen idem est quod Anna) atque Synedrion ex profelytis suffecit, qui nimirum in lege videbantur eruditi, Hæc ibi. Videas insuper in Evangelio (b), cum Christi causa ageretur, ac subinde de vero Propheta quaestio esset, An ille ipse Christus esset: eundem primo ad Annam, tamquam ad Principem sacerdotum illius collegii, esse perductum, cujus muneris

(a) Joseph. antiqu. lib. 24. c. 17.

(b) Joan. 18.

IV. Sententia Antiquorum de Baptismo Christi.

tum annos circiter triginta, maximas pati difficultates, tres vitæ ejus anno in lib. 1. contra Marcionem addidit. Unde non Baptismum in annum vitæ ejus XXVIII. sed Natalem in annum Julianum quadragesimum primum retraxit.

Observandum, Antiquos de ætate Christi loquentes, menses novem, quibus in utero Virginis fuit, in summam contulisse, primumque ejus annum numerasse eum, in quo incarnatus est; quod pluribus eorum auctoritatibus demonstrari possit. Hoc recentes Auctores, qui de baptismo Christi loquuntur, non animadvertentes, loca afferunt, quæ de annis Christi ab ejus Incarnatione deductis explicanda sunt, quæque ideo ad rem non faciunt Patres itaque qui Christum anno ætatis trigesimo aut circiter mortuum fuisse sensere, idque duobus Geminis Consulibus, currenti nempe anno, arbitrati sunt, eum anno Incarnationis tricesimo expleto baptizatum fuisse, anno scilicet integro, aut circiter ante Passionem. Deduco id ex Clemente Alexandrino lib. 1. Stromatum, ubi ait: Erat autem Jesus cum ad baptismum venit, quasi annorum triginta. Quod autem uno dimittat anno prædicaturus esset, hoc & propheta dicit & Evangelium. Quinto decimo itaque anno Tiberii, & quinto decimo Augusti hoc modo triginta complentur anni

erat de Propheta judicare: ac demum ad Caipham, sine cujus assensu sententia ferenda non erat. Videas etiam apud Acta Apostolorum, cum de lege esset judicium, nimirum de fide Christi, quam prædicabant Apostoli in eo confessu primo loco nominatum Annam, inde Caipham, postea vero juxta confessus ordinem, Joannem; Alexandrum, ac ceteros. Hæc sunt quæ de Annæ & Caiphæ principatu sacerdotum inter se distincto habuimus dicere: jam cetera prosequamur.

Eodem itaque anno, dictorumque Principum sacerdotum tempore, Joannes Zachariæ filius, qui ea occasione quam superius recensimus, secesserat adhuc infantulus in desertum, afflatus divino Spiritu venit in omnem regionem Jordanis, prædicans baptismum poenitentiae. Describitur tanti Prophetæ locus, habitus, atque victus: ut qui nimirum habitasset in (c) deserto loco, indutus vestimento ex pilis (d) camelorum confectis, ac zona cingeretur pellicea: esca (e) vero locustæ essent, & mel silvestre. At primum, quod ad habitationis locum spectare videtur; quomodo idem ipse post multa tempora Fidelibus innoverit, sincera attestacione Sophronii (f) qui ejusmodi scribit historiam, enarremus: Erat, inquit, senex quidam habitans in monasterio Abbatis Eustorgii, Joannes nomine: quem S. Elias Episcopus Hierosolymorum voluit ducem monasterii constitutare. Ille vero non acquiescebat, dicens: In montem Sinai orationis causa pergere volo. Archiepiscopus autem coegit eum, ut prius abbas fieret, & postea

XI. Johannis prædicatione.

(c) Luc. 3. (d) Matth. 3.

(e) Marc. 1.

(f) Sophron. Prat. Spir. c. 1.

donec passus est. Idem habet Origenes lib. 4. de Principiis cap. 1. ubi scribit, Christum uno anno & aliquot mensibus docuisse. Nec alio modo intelligendi alii. Supponunt enim, eum conceptum anno Periodi Græco-Romanæ 5491. anno nempe Juliano XLXIII. licet quoad Nativitatem inter se differant; eamque alii in ejusdem anni finem, alii in anni sequentis initium conferant. Ab anno autem Periodi Græco-Romanæ 5491. ad annum ejusdem Periodi 5521. qui cum anno Eræ nostræ XXVIII. concurrat, anni sunt completi triginta. Eo igitur anno Christum baptizatum, & peractis duobus Paschatis anno ejusdem Eræ XXIX. mortuum volunt. Nisi enim hoc modo eos explices, ut multi ex iis se se diserte explicant, dicendum erit, eos credidisse Christum anno Eræ Christianæ XXIX. duorum Geminorum Consulatum notato, & baptizatum & crucifixum fuisse: quod tam ab Evangelio, quam ab eorum mente alienum. Petaviius lib. 12. de Doct. temp. cap. 17. inquit: Sæpe mirari soleo, Christiano ulli, qui quidem in Evangelistarum lectione paululum operæ posuerit, tam abhorrentem, & iis ipsis Evangelistis contrariam opinionem probari potuisse, ut secundum baptismum, uno anno atque Paschate prædicationem Christi circumscriptam bendam putaret; atque neque paucorum neque

CHRISTI
31.

ea porgeret quo vellet. Cum vero senex non acquiesceret, dimisit eum, spondentem, se postquam reversus esset, suscipiturum regiminis curam. Et ita salutato Archiepiscopo, iter arripuit, ut ad Sinam montem proficisceretur, assumpto secum & discipulo suo: transvadatoque Jordane fluvio; cum vix uno lapide processissent, cepit senior rigore detineri, ac post paululum invasit eum febris. Cum vero in tantum excresceret ardor febris, ut ambulare non posset, invenerunt speluncam parvulam, in quam ingressi sunt, ut requiescerent. Cum vero febris ita invadisset, ut se vix movere posset, in ipsa spelunca tres dies commorati sunt. Tunc senex in somnis aspexit quemdam, adstantem sibi, & dicentem: Dic senex, Quo ire vis? Respondit: In montem Sinam. Dicit ei: Ne, queso, recedas hinc. Cum vero seni id persuadere non posset, abscessit: febris vero seni acrius infesta erat. Rursus nocte sequenti idem seni adstitit eodem habitu, & ait: Quid, senior, affligi vis? audi me, & nusquam hinc proficiscaris. Ait illi senex: Tu quisnam es? Respondit is qui apparuerat: Ego sum Joannes Baptista, & ideo tibi jubeo ut nusquam recedas: nam spelunca ista brevis, major est monte Sinam, quippe in hanc sepius Dominus noster Jesus, cum me visitaret, ingressus est. Pollicere mihi, quod hic habitabis; & ego mox tibi sanitatem restituo. Quod senex audiens, libenter spondit, se in eadem spelunca permansurum: & continuo sanus effectus, perseveravit ibidem toto vitæ suæ tempore: speluncam vero illam fecit ecclesiam, congregavitque fratres. Appellatur locus ille Sapsas. Fuit in eodem loco Sapsas commorans in spe-

que plebeiorum Scriptorum fuit hæc sententia, sed doctrina & auctoritate præstantium, & sane vetustissimorum: e quibus occurrunt modo Tertullianus lib. contra Judæos cap. 3. Clemens Alex. lib. 1. & 6. Strom. Africanus apud Hieronymum in Daniele cap. 9. Lactantius lib. 4. cap. 10. Gaudentius Brixianus Sermon. 3. de Paschate, cujus hæc verba sunt: Annulus est, quia post illud baptismum, quod pro nobis in Jordane suscepit, usque ad Passionem unius anni tempus impletur. Ita Petavus, qui verius scripsisset, Antiquos duo Paschata tantum Christo attribuisse. Arbitrabantur itaque alio anno verbum Domini ad Joannem factum, alio Christum a Johanne baptizatum, quæ Lucas cap. 3. uno tenore recitat. Neque ullo modo ex Lucæ verbis inferri potest, annum illum decimum quintum Tiberii ab eodem Evangelista expressum, referri necessario ad baptismum. Certe ministerium Joannis Baptiste ante Christi prædicationem non parvum spatium durasse, Pauli verba Act. 13. v. 25. indicare videntur: Cum impleveret Johannes cursum suum, dicebat: Quem me arbitramini esse, non is ego sum, sed ecce venit post me, &c. Quin & ipsamet narratio Evangelistæ inter vocationem Joannis & baptismum

TIBERII IMP.
15.

leo senex alius tantæ virtutis, ut leones secum in eadem spelunca susciperet, atque cibum in sanu suo ipsis præberet. Hactenus Sophronius. Eiusdem monasterii meminisse videtur Beda (a), cum agit de locis sanctis: Porro quod locus hic tam proximus fuerit Jordanis ripæ, existimamus speluncam istam fuisse potius Joannis habitationem, cum e deserto veniens baptizaret in Jordane, quam ubi antehac in deserto commorans ageret. XII. Quod autem ad eusdem integerrimi nostri Præcuratoris vestimentum pertinet: qualenam esse solet illud ex pilis camelorum intextum indumentum, per facile est demonstrare. Sed prætermittimus innumeras pene de Joannis vestis asperitate sanctorum Patrum scriptas sententias: satis namque sit ex verbis Evangelistæ, materiam ipsam ex qua esset confecta, describentis, qualis esset, certo experimento cognoscere. Ex pilis camelorum non nisi rude atque asperum intexi solet indumentum, quod cilicium appellatur, certum est: id enim S. Paulinus (b) Nolanus Episcopus, dum de Melania Romana clarissima femina agit, asserit in hunc modum: De palliis, quæ ex camelorum pilis texta, asperitate fetarum compungebant homines, & in mentem revocabant Joannem, quem pili camelorum hirtio tegmine vestiebant. Alius item Paulinus Consularis de eodem amictu in carmine de Joanne Baptista sic ait (c):

Vestis erat curvi fetis conferta cameli;
Contra luxuriam molles duraret ut artus;
Arceretque graves, compuncto corpore,
somnos.

Jam

Christi multa intercessisse insinuat, immo nec Christum prius ad eum accessisse, quam omnis populus esset baptizatus, Lucas cap. 3. v. 21. satis aperte declarat. Hæc igitur Veterum Patrum sententia fuit. Existimantur illi anno Christi XXVI. ministerium Joannis inchoatum esse, currente nempe anno decimo quinto Imperii Proconsularis Tiberii, annoque Eræ Christianæ vicesimo octavo Christum baptizatum esse: ita ut ministerium Joannis uno vel altero anno durarit. Ex his manifestissimum redditur, Antiquos non solum Imperium Proconsulare Tiberii agnovisse, sed etiam ab eo Tiberii annos numerasse: alioquin quomodo scribere potuissent, Christum anno decimo quinto Tiberii duobus Geminis consulibus crucifixum fuisse, & anno uno cum aliquot mensibus ante Passionem prædicasse, cum eo Tiberii anno Lucas Christum baptizatum dicat?

Quod si quis quærat, an verosimile sit Lucam Evangelistam Tiberii annos ab ejus Imperio Proconsulari deduxisse, respondebo, improbabile non esse, Lucam sacrum Scriptorem secutum esse morem Scripturæ. Nabopolassar Babyloniarum Rex Nabuchanefarem filium, Nabuchodonosorem seniore vulgo vocatum, anno Periodi Gra-

(a) Beda de loc. sanct. c. 13.

XII. Joannis vestitus.

(b) Paulinus ad Sever. epist. 10.

(c) Excerpta in collect. poet. Christian.

CHRISTI
31.

XIII.

Jam autem quod ad zonam attinet: cum in Palæstina Judæi zonis uterentur laneis, Joannes ex zona etiam comparans sibi corporis afflictionem, pellicea ingebatur: unde Hieronymus: *Stripebat*, inquit (a), ad conversationem Elie & Joannis Baptiste, quorum uterque zona pellicea adstrinxit ac mortificavit lumbos suos. Hæc Hieronymus. Nunc denique quod ad cibum spectat: exacte, qualis fuerit, recenset Evangelista: nimirum locustis & melle silvestri Joannem consuevisse famem pellere: pane enim & vino caruisse, Salvatore id testante (b), didicimus. Porro nec baccis, seminibus, vel oleribus usum esse, Clemens (c) Alexandrinus certo credidit, dum ait: *Mattheus Apostolus seminibus, baccis, oleribusque absque carnibus utebatur: Joannes continentiam ulterius extendens, locustas & mel silvestre comedeat*. Quod enim non adeo communibus uteretur cibis, ea de causa de ipso Salvator noster testatus est dicens (d): *Venit Joannes neque manducans, neque bibens*. Quæ cum ita sint, ut profecto sunt: proculdubio Joannes, qui longe ab hominum consuetudine agebat, non communibus cæteris usus est cibis, sed eo qui præ manibus haberetur, nec ullo labore longe quaesitus, vel arte paratus esset. Locustas in Palæstina, genus fuisse animalium ad cibi usum, divina Scriptura (e) plane demonstrat, dum locustam inter comestibilia, quæ munda essent, recenset. Sane quidem auctor est Strabo (f), genus quoddam Æthiopicum locustas in cibum habere, quibus tale permixto in massas confectis vescantur: de Parthis eadem tradit Plinius (g): de Orientalibus & Libycis eadem scribit Hieronymus (h): iidem usum in cibum fuisse Joannem, tradit Augustinus (i) & Beda (k), qui & a sancto Episcopo Ar-

(a) Hieron. ad Demet. epist. 8. Joannis victus.

(b) Luc. 7.

(c) Clem. Alex. Paedagog. lib. 2. c. 11.

(d) Matt. 11.

(e) Levit. 11.

(f) Strabo lib. 16.

(g) Plin. nat. hist. lib. 11. c. 29.

(h) Hieron. advers. Joann. lib. 2. & in Joann. c. 4.

(i) August. Confess. lib. 10. c. 31.

(k) Beda de locis sanct. c. 14.

14.

co-Romanæ 488r. in societatem regni assumpt. Berofus in 3. Chaldaicæ suæ Historiæ libro, Josephus lib. 10. Antiq. cap. 11. & Ptolomæus in Regum Babyloniorum Canonem quadraginta tantum quatuor annos Nebuchadnefari tribuunt, licet is imperarit annos XLIV. menses VII. & dies circiter X. ut ostendit Usserius in Chronologia Sacra cap. 6. Ratio hujus est, quia Auctores laudati Principis annos a patris mortu dinumerant; at in Jeremia ac in sacra Regum Historia ad expeditionem ejus in Syriam & Judæam vivente patre suscepta, ejus Principatus epocha ducitur, ut apud Usserium videre est. Quare incertum, an Lucas hujusmodi exemplum secutus fuerit, & an annum XV. Tiberii ab ejus Monarchia, vel ab ejus Imperio Proconsulari desumeret.

VI.

Restat, ut moneam locum istum S. Ignatii in Epistola ad Trallianos, in quo dicitur: *Et exgnatio at. pletis tribus annorum decadibus baptizatus est a Joanne*, institutum esse, nec reperiri in germana Baronius num. XVIII. qui Ignatii ad Trallianos Epistola. Sed Baronius, qui non nisi ejusdem Sancti Epistolæ interpolatas legerat, vim facit in illis verbis, ut osten-

TIBERII IMP.
15.

culpho, qui ad ea loca peregrinatus erat, hæc quæ didicit, suis scriptis testata reliquit: nimirum notissimas esse locustas in Palæstina, quæ corpusculis in modum digiti manus exiguis & brevibus in herbis facile captæ, coctæque oleo, pauperem victum parent: easdem solitas exsiccare fumo, & sic comedi, habereque malum odorem, & gravem gustum, Euthymius scribit. De silvestri melle, quidnam fuerit, cum multi multa eaque diversa scribant, hæc Beda a dicto Episcopo fide dignissimo accepta conscripsit: *In eodem deserto sunt arbores folia lata habentes & rotunda, lactei coloris, & melliti saporis, quæ natura fragilia manibus confriantur & eduntur, hocque esse mel silvestre dicitur*. Hæc ille.

Verum his omnibus adversatur Isidorus Pelusiota, qui & ipse monasticam vitam cum diutius excoluerit, ea quæ scribit, potuit a Palæstinae monachis didicisse: sic enim ait ad Timotheum lectorem scribens (l): *Locustæ, quibus Joannes alebatur, non animantia sunt (ut quidam imperite putant) scarabæis similia (absit) verum herbarum ac plantarum summitates. Eodemque modo rursum non herba quedam est mel silvestre, verum mel montanum, quod ab agrestibus apibus conficitur, summeque amarum est, & gustatui omni infestum atque inimicum. Quibus ex rebus singularem quamdam ac pene incredibilem corporis afflictionem Joannes præseferabat: ut qui non inedia dumtaxat, verum etiam victus asperitate omnem corporis appetitionem amarum redderet. Hucusque Isidorus ad Timotheum. Ad Nilum item scribens (m), eadem quoque habet, additque: *Quocirca sic cibos & vestitum monastica vitæ juxta Deum perfectæ omnibusque numeris absoluta in Joanne Baptista didicimus*. Hæc cum scribat Isidorus,*

XIV.

(l) Epist. 132. lib. 1. Locustæ & mel silvestre.

(m) Lib. 1. epist. 5.

dat Christum anno tricesimo ætatis completo, baptizatum fuisse.

Juvabit etiam observare, Orientales Ecclesias quædam singulis annis, Epiphaniæ die baptismum Christi renovare, aquamque, in quam statua Christi pueri trina immersione immittitur incorruptam conservari. Docet hoc Leo Allatius dicens fuisse Romæ, qui eam de industria servatam, post annos triginta incorruptam reperit. Josephus Giorgerinus Archiepiscopus Samos in insula Archipelagi, cum anno 1676. eadem Epiphaniæ die in hac Aquensi civitate versaretur, in nostra Ecclesia aquam consecravit, & in ea Ecclesiæ Græcæ ritu, pueri Jesu statuam ter immerisit, baptismi Christi ceremoniam solemniter renovando, cujus aquæ phiala plena conservata per multos annos incorrupta permanit, ac forte diutius conservata fuisset, si phialam illam frangi non contigisset. Scaliger lib. 7. de Emendat. Temp. Æthiopicum computum explicans testatur, Christianos Copros quotannis die Epiphaniæ sacra omnes in Piscinam se se immergere, memoriam baptismi Christi eo facto se instaurare dicentes.

VII.

Baptismus Christi ab Orientalibus renovari.

rus, & non nisi majorum auctoritate; quid de his sentiendum sit, definiendum nobis non est, sed totum relinquimus lectoris arbitrio. Nam constat, Græcam dictionem ἀσπίδες, & locustam infecti genus infirmas habens alas ad volandum, & summitates herbarum significare.

XV. Porro ejusmodi vitæ genere Joannem jecisse vitæ monasticæ fundamenta, non tantum qui supra Isidorus, sed & Catholici omnes fatentur: eaque de causa Chryso- stomus eundem Joannem monachorum principem nominat, cum ait (a): Sicut sacerdotum principes sunt Apostoli, ita & monachorum princeps Joannes Baptista.

Et iterum (b): Considerate, monachi, dignitatem vestram: Joannes princeps vestri est dogmatis; ipse monachus, statim ut natus, in eremo vivit, in eremo nutritur. Et ad Eustochium Hieronymus (c) in hunc modum: Hujus vitæ auctor Paulus, illustrator Antonius, & ut ad superiora conscendam, princeps Joannes Baptista. Hæc ille. His cum invadeant Novatores, eo devenerunt stultitiæ, vel potius iniquitatis, ut malint corrumpere verbum Dei, & Joannem vitæ otiosæ & deliciose infamare, quam monasticam ab eo dimanasse vitam, in Ecclesia altissimis defixam radicibus, Evangelica nempe attestazione, ut subripi aut evelli nequeat, ad stipulari, vel profiteri. Sed in his non immeramur diutius: quandoquidem, omnium sententia, sibiis potius & risu, quam ampliore consutatione digni sunt: licet ad illos imperitiæ, dementiæ, ac (ut uno verbo dicam) perfidiæ summo jure redarguendos, non defuerit vigilans studium eruditissimi ac maxime pii viri Petri Canisii, ad quem, qui talia cupit, amandamus; nos interim textum ipsum hixiæ Evangelicæ prosequemur.

XVI. Cum plurimos ad se venientes Joannes (d) exciperet, ad pietatem institueret, eosdemque baptizaret, ac etiam de Christo, quod venisset, illis annuntiaret: venit & Jesus, & ab ipso est baptizatus. Rem gestam Matthæus (e) his verbis enarrat: Tunc venit Jesus a Galilæa in Jordanem ad Joannem, ut baptizaretur ab eo. Joannes autem prohibebat eum, dicens: Ego a te debeo baptizari, & tu venis ad me? Respondens autem Jesus dixit ei: Sine modo: sic enim decet nos implere omnem justitiam. Tunc (f) dimisit eum; & baptizatus est a Joanne in Jordane. Baptizatus (g) autem Jesus, confessus ascendit de aqua. Et ecce aperti sunt ei cæli: & vidit Spiritum Dei descendentem sicut columbam, & venientem super se. Et ecce vox de caelis dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Et (h) ipse Jesus erat incipiens quasi annorum triginta, ut putabatur filius Joseph.

Joannes auctor vitæ monasticæ. (a) Chryso- stomus in sob. in Marc. 6. mil. 1. (b) Idem homil. de Joan. Bapt. (c) Hieron. epist. 22.

(d) Matth. 3. Mar. 1. Luc. 3. Joann. 1. (e) Matth. 3. (f) Mar. 1. (g) Matth. 3. (h) Luc. 3.

De tempore baptismatis Christi diver- sæ admodum sunt antiquorum sententiæ. Sunt enim qui baptismatum esse dicunt, cum inciperet annum trigésimum agere, ipso mense Januarii: id quidem Origenes (i), id Hieronymus (k), & alii. Discrepat ab his Epiphanius (l), qui hæc ait: In trigésimo Consulatū a nati- vitate sua circa decimum mensem venit ad Joannem, & baptizatus est in Jordane fluvio, trigésimo anno natiuitatis in carne, hoc est, secundum Ægyptios, Athyr mensis duodecima, ante sextum Iduum Novembrium. Et infra: Trigésimo anno baptizatus implevit annos vigintinovem, & menses decem (velut dixi) duodecima mensis Athyr, ante sextum Idus Novembris. Hæc ille, intelligens nimirum Evangelistam illis verbis significare voluisse, Jesum prope esse cœpisse, hoc est, prope implevisse trigésimum annum, ut sic diceretur esse triginta annorum: sicut & Irenæus (m) intellexisse videtur, dum ait: Ad baptismum venit, qui nondum triginta annos suppleverat, sed qui inciperet esse tamquam triginta annorum.

Discrepat vero Ignatius ab his omnibus: qui secundum germanam ex Græco factam translationem, ad Trallianos scribens, hæc dicit: Expletis tribus annorum decadibus, vere baptizatus est a Joanne, & triennium prædicavit Evangelium. Quam sententiam sequi Chryso- stomus, & alios complures nobiles Græcorum & Latinorum auctores, immo & S. R. Ecclesiam istud ipsum profiteri, superius, cum de anno quo natus est Christus, plenissime disseruimus, exacte demonstravimus in Apparatu; eamque veriore, ac merito ceteris præferendam fufus diximus: ea consulat lector, qui hæc avidius cupit, quamvis enim hic opportunior videretur locus quo istæc explicanda fuisset; tamen, quoniam ad per- vestigandum, quo Christus natus est, annum, in hujus loci Evangelistæ inter- pretatione tota vis erat, illic potissimum de tempore & anno, quo baptizatus est Dominus, fuit agendum. Quod vero ad mensem & diem, quibus baptizatus est Christus, spectat; id factum esse sexta Januarii, ex communi & antiqua tradi- tione Eusebius (n) Pamphili ad Mari- num scribens testatur: confirmat hoc ipsum Hieronymus (o), ac denique omnes scriptores Ecclesiastici, uno dumtaxat excepto Epiphanio, ut vidimus: qui sicut audiendus non est, dum ait Christum natum sexta Januarii, ita nec cum dicit baptismatum esse sexto Idus Novembris, cum & eidem contradicant Ægyptii; licet de die natali Domini æque ipsi consentiant.

Locus ipse fluminis, quo Dominus voluit baptizari, remansit posteris perpetua

XVII. De Christi atate tempore baptismi. (i) Orig. in Ezech. (k) Hieron. in vitate sua circa decimum mensem venit ad Joannem, & baptizatus est in Jordane fluvio, trigésimo anno natiuitatis in carne, hoc est, secundum Ægyptios, Athyr mensis duodecima, ante sextum Iduum Novembrium. Et infra: Trigésimo anno baptizatus implevit annos vigintinovem, & menses decem (velut dixi) duodecima mensis Athyr, ante sextum Idus Novembris. Hæc ille, intelligens nimirum Evangelistam illis verbis significare voluisse, Jesum prope esse cœpisse, hoc est, prope implevisse trigésimum annum, ut sic diceretur esse triginta annorum: sicut & Irenæus (m) intellexisse videtur, dum ait: Ad baptismum venit, qui nondum triginta annos suppleverat, sed qui inciperet esse tamquam triginta annorum.

(m) Iren. lib. 2. c. 39.

XVIII.

De die baptismi Christi. (n) Euseb. hinc ad Marinum. Habentur illius fragmenta in editione Chryso- stomi post hislor. E- vangelii. (o) Hieron. in Ezech. c. 1.

XIX. Baptismi locus.

memoria celebris, & virtute miraculo- rum conspicuus: de eo enim hæc scribit Gregorius Turonensis (a): In Jordane habetur locus in quo Dominus baptiza- tus est. In uno etenim reflexu aqua ipsa revolvitur, in qua nunc leprosi mundan- tur. Cum enim advenerint, sepius lavan- tur in flumine, donec ab infirmitate purgen- tur: de publico tamen, dum ibi commorati fuerint, victum accipiunt, sanati autem ad propria discedunt. Ipse quoque Jordans ab eo loco in quinto milliario mari commix- tus mortuo, nomen amittit. Hæc Gregorius qui & alia multa de locis sanctis dicit a suo diacono, qui (ut ipse ait b) illuc peregrinatus est. De eodem hæc etiam Beda (c): In loco, inquit, in quo Do- minus baptizatus est, Crux lignea stat usque ad collum alta, quæ aliquoties a qua transcendente absconditur: a quo lo- co ripa ulterior, id est, Orientalis in- jactu fundæ est. Superior vero ripa in- supercilio monticuli grande monasterium- gestat, beati Joannis Baptistæ Ecclesia- clarum, de quo per pontem arcubus sus- fultum solent ascendere ad illam Crucem, & orare. In extrema fluminis parte qua- drata ecclesia quatuor lapideis cancri- superposita est, coctili creta desuper- tecta; ubi vestimenta Domini, cum bap- tizaretur, servata esse dicuntur. Hanc non homines intrare, sed undique cin- gere ac penetrare solent. Hæc Beda. His scilicet perpetuæ memoriæ monu- mentis locus ille nobilitatus est, quem Christus baptismate consecravit, quo no- bis iter ad cælum aperuit.

Postquam autem Christus Dominus nos- ter baptizatus est a Joanne: Tunc, in- quit, Matthæus (d): Jesus ductus est in desertum a spiritu, ut tentaretur a diabolo, &c. textit enim totius rei ge- stæ feriem. Quod vero ad veritatem hi- toricam pertinet, rejicitur sententia au- ctoris illius, quisquis fuerit, qui scripsit de Operibus cardinalibus (quod quidem opus Cypriani (e) nomine est insigni- tum) dum ait: Est re vera Christus est ductus a spiritu in desertum, atque tentatus: tamen quod dicit Evangelista assumpsisse eum diabolum in sanctam ci- vitatem, atque statuisse super pinnacu- lum templi, id non esse factum locali mo- tu, sicut contigit Habacuc, qui de Ju- dæa in Babylonem delatus est; vel Phi- lippo, cum occurrit Eunuchus: sed quo- modo, inquit, Ezechiel, cum super flu- vium Cobar sederet, Hierosolymam rap- tus in spiritu civitatem edificat & me- titur, & muros & templum instaurat, hoc modo super culmen templi Christum- in spiritu esse delatum. Hæc cum dicat ille; nos libentius ceteris tam antiquis quam recentioribus assentimur auctori- bus, qui loco Christum mortui affirmant.

(a) Greg. de gloria martyrum c. 17.

(b) Greg. de glor. Mart. cap. 1. (c) Beda de locis sanctis. c. 13.

XX.

(d) Matth. 4.

(e) Apud Cypri. lib. de Operib. card. c. de sejunio.

Jam vero cum tot tantaque de Joanne in Jordane baptizante audirentur; Judæi qui erant Hierosolymis, sacerdo- tes & (f) Levitas ad eum miserunt, ut interrogarent an ipse esset Christus: qui ingenue confessus est, se non esse Christum, neque Eliam, neque Prophe- tam, illum scilicet a Deo per Moysen olim promissum. Existimamus hanc ip- sam fuisse publicam legationem missam a Concilio seniorum, quod Synedrin ap- pellabant, de quo ante mentionem feci- mus: nam illorum muneris erat in pri- mis de Propheta cognoscere. Post hæc vero, idem subdit Evangelista: Altera die vidit Joannes Jesum venientem ad se, & ait: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Hic est de quo dixi: Post me venit vir, qui ante me factus est, quia prior me erat: & ego nesciebam eum, sed ut manifestetur in Israel, propter- ea veni ego in aqua baptizans. Et testimonium perhibuit Joannes, dicens: Quia vidi Spiritum descendentem quasi columbam de celo, & mansit super eum. Et ego nesciebam eum: sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem videris Spiritum descendentem, & manentem super eum, hic est qui bap- tizat in Spiritu sancto. Et ego vidi, & testimonium perhibui quia hic est filius Dei. Hæc Joannes.

Ecce quam gloriosa coram legatis Jo- annis de Christo confessio; quam illi Hierosolymam redeuntes, iis a quibus missi fuerant, retulerunt: sed ab illis spretam esse, ea quæ postea contige- runt, facile demonstrant. Sed quid post hæc? Non satis habuit Joannes dicta at- testatione facta de Christo omnes admo- nuisse Judæos; sed data sibi iterum oc- casione, eundem esse Messiam, discipu- lis suis aperuit: qui eo audito, Jesum sequi cœperunt. Rem peractam sic de- scribit Evangelista (g): Altera die ite- rum stabat Joannes, & ex discipulis ejus duo. Et respiciens Jesum ambulantes, dicit, Ecce Agnus Dei. Et audierunt eum duo discipuli loquentem, & secuti sunt Jesum. Conversus autem Jesus, & videns eos sequentes se, dicit eis: Quid queritis? Qui dixerunt ei: Rabbi (quod dicitur interpretatum Magister) ubi ha- bitas? Dicit eis: Venite, & videte. Venerunt, & viderunt ubi maneret, & apud eum manserunt die illo: hora autem erat quasi decima. Erat autem Andreas frater Simonis Petri unus ex duobus, qui audierant a Joanne, & secuti fue- rant eum. Invenit hic primum fratrem suum Simonem, & dicit ei: Invenimus Messiam, quod est interpretatum Chris- tus. Et adduxit eum ad Jesum. Intui- tus autem eum Jesum, dixit: Tu es Si- mon filius Joana: tu vocaberis Cephas; quod

XXI. Legatio Judæorum.

XXII.

(g) Joann. 1.

Andreas & Petrus ad Jesum.

quod interpretatur Petrus. Hæc Joannes Evangelista de primordiis Christi Ecclesiæ jam coalescere incipientis.

De his agens Epiphanius (a), hæc ait: **XXIII.** Neque vero de hoc quisquam ambigens curiosus perscrutetur, cum videat, quod Andreas primus obviam venit Jesu, deinde Petrus, & per ipsum vocatus est: neque hoc ægre ferre incipiat. Occursus enim Andree primus contigit, cum minor rursus, quando perfecta renuntiatio facta est, ipse fratrem suum præcessit. Insuper autem & in hoc Deus est qui novit vocationes cordium, & scit quis dignus sit primo loco locari; & elegit Petrum, ut dux esset suorum discipulorum, velut omnino clare indicatum est. Hæc Epiphanius: qui de ætate Andree magis audiendus, quam alii, qui postea dixerunt Petrum majorem natu Andree. Prælarus vero Andree Simon Petrus a Christo merito confessionis: etenim non in renuntiatione tantum, sed & in summæ fidei professione Simonem tum Andree, tum etiam cæteris Apostolis præstitisse constat; ut merito ille eligeretur, qui cæteris præesse deberet: tuncque implendum, quod nunc tantummodo pollicetur, nempe ut Cephæ, hoc est, Petrus, appellaretur: quod magis veritati consentaneum videtur, quam (quod nonnulli sunt arbitrati) ex hoc tempore, habito respectu ad ea quæ de Petro Christus futura præviderat, Petrum esse nominatum. De iisdem Andree & Simone hæc Sophronius (b) Hierosolymitanus: Andreas calibem vitam ducens, Præcursoris Domini factus est discipulus. Petrus negotiis intendebat; qui uxori, & familia, & patris senio providebat.

Ex his apparet, quam turpiter errent qui primatum putant Petro collatum, quod senior cæteris esset. Nam quod ad hoc spectat, etsi non alii, certe Andreas major ætate, prior in vocatione, & in perfectioris vitæ electione Petro præstabat, sed si divini consilii rationem humanæ menti concessum est aliquando perscrutari; illa in Petro quam diximus, causa præcessisse videtur, ut princeps omnium constitueretur Apostolorum, quod in professione fidei ceteris antecelluit. Sed quod insuper consideratione dignum existimamus: hoc ipso initio Ecclesiæ erigendæ (quæ ædificatio (c) Dei est) Christus Dominus tantis molis excitandæ sapientissimus architectus, de primario lapide in fundamento locando statim cogitans, Simoni mox dixit. Tu vocaberis Cephæ. Vox Syriaca (d) Latine interpretata, idem quod Petra, significat: ex Græca autem lingua dicitur Petrus: nam apud illos idem est quod Petra: sicque apud nos idem sit Petrus quod

Petri nomen.

(b) Sophr. homil. de cert. SS. Petri & Pauli.

XXIV. Petrus prælarus cæteris.

(c) Paul. 1. ad Cor. vint. 3. & ad Ephes. 2.

(d) Hier. in Epist. ad Galat. c. 2. & alii.

Petra: nec a Petra Petrus, sed ipse Petra, quo nomine a Christo appellatus cognoscitur; quod nunc pollicetur, cum ait: Tu vocaberis Cephæ: ac si diceret: Tu vocaberis Petra. Ex his quidem solida firmaque veritate constantibus redarguuntur qui minus caute sciteque dixerunt, non dictum esse Petro, Tu es Petra: sed, Tu es Petrus: quod scilicet petra esset Christus, quem confessus Simon, dictus sit Petrus. Quod quamvis Augustinus (e), aliquando dixisset; tamen in retractationibus, an Petrus ipse sit petra, vel a petra Petrus sit dictus, nihil definiens (f): Quæ, inquit, duarum harum sententiarum sit probabilior, eligat lector. Sed idcirco, quod Syriacam vocem haud fuerit ipse Africanus affectus, quæ proprie petram ipsam significat; quam Latinus interpret Græco, quod est petra, Petrum transiit.

Sed idem S. Augustinus in sermone de Cathedra Petri, ipsum Petrum Petram dictum esse; manifeste profiteretur his verbis: Denique pro soliditate devotionis Ecclesiarum, Petra dicitur, sicut ait Dominus: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Petra enim dicitur, eo quod primus in nationibus fidei fundamenta posuerit, & tamquam saxum immobile totius operis Christiani compagem molemque contineat. Petra ergo pro devotione Petrus dicitur, & petra pro virtute Dominus nuncupatur, sicut ait Apostolus: Bibebant de spiritali, consequente eos petra: petra autem erat Christus. Recte consortium meretur nominis, qui consortium meretur & operis. Petrus fundamentum ponit, Petrus plantat: Dominus incrementum dat, Dominus irriguum subministrat. Hæc Augustinus (g). Ac iterum de Petro in eadem verba: Tu es Petrus, & mon. de super hanc petram, &c. dignus certe, inquit, qui ædificandis in domo Dei populis Petrus esset ad fundamentum, columna ad sustentaculum, clavis ad regnum (h). Sed ut ad proposita redeamus: nemo equidem sibi constans affirmaverit, Christum locutum esse Latine, ut dixerit; Petrus; sed, quod habet Evangelista Syriace, Cephæ, quod est Petra: at, Petrus, dixit interpret, mutans nomen femininum in masculinum, quod viro magis conveniens esset. Certe adhuc, si Petrus derivative diceretur a petra, non Petrus, sed Petreus potius fuisset Latine dicendus. Sed in re adeo perspicua non amplius immorandum.

Cæterum Cephæ cum Syriace petram significet; non tamen quamlibet petram, sed quæ sit omnium durissima (i), nempe caute. Sed cur potius Dominus eum appellavit petram, quam aliam quampiam materiam solidissimam, nempe æs, fer-

(e) Aug. trakt. 7. in Joann. & ult. Item de verbis Domini sermone 13. (f) Aug. retract. lib. 1. c. 21. (g) Aug. serm. 16. (h) Aug. serm. 29.

XXV. Petrus Petra.

(g) Aug. serm. 16. sancti. 16.

(h) Aug. serm. 29. sancti. 29.

XXVI. Simon cum Petrus dicitur. (i) Cælius in loc. noviss. fer.

ferrum, vel quid simile? id quidem non ob aliam causam factum esse apparet, nisi quia & ipse Christus petra (a) dictus est; ut quem sui gregis relinqueret vicarium successorem, eundem suo nomine insigniret. Unde Tertullianus in hanc sententiam (b): Sed cur, inquit, de Simone Petrum? Si ob vigorem fidei, multa materiæ solida nomen de suo accommodarent. An quia & petra & lapis Christus? siquidem & legimus eum positum in lapidem offendiculi, & petram scandalis: omitto cætera. Itaque affectavit carissimum discipulorum de figuris suis peculiariter nomen communicare; puto, proprius quam de non suis. Hæc Tertullianus: eadem fere Baasilus (c), atque Hieronymus (d) & S. Leo (e) ex persona Christi: Cum ego sim inviolabilis petra, ego lapis angularis, qui facio utraque unum, ego fundamentum, præter quod nemo potest aliud ponere: tamen tu quoque petra es, quia mea virtute solidaris, ut quæ mihi potestate sunt propria, tua sint mecum participatione communia, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam: super hanc, inquit, fortitudinem æternam extruam templum, &c. Hæc Leo. Cum itaque Petrus petra, ut & Christus petra, dicatur; hac ratione dici potest nomen Petri derivatum a Christo, non tamen derivatum nominis Christi. Sicque accipie illud Hieronymi (f): Nomen, inquit, novum accipiet, quod ei Dominus imposuerit, dicens ad Apostolum Petrum: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & porta inferi non prævalebunt adversus eam; quod vocabulum a nomine Domini derivavit, ut dicatur Dominicum.

Noverunt & hoc ipsum antiquiores Theologi, quorum nobilissimus Hippolytus martyr hæc ait: Princeps Petrus fidei petra, quem beatum judicavit Christus Deus noster: ille doctor Ecclesiæ, ille primus discipulorum, ille qui regni claves habet, docuit nos dicens, &c. His nominibus exornat Petrum Hippolytus (g). Porro sunt ex nostris scriptoribus complures, & primus omnium Optatus (h) Milevitanus, qui nomen Cephæ, non a Syra lingua, sed a Græca *κεφαλή* *κεφαλῆς*, caput interpretantur; nec quidem reprehendendi: ejusmodi enim interpretandi modum ab aliis nonnullis, quorum in Ecclesia Dei est memoria celebris, usurpatum scimus, dum Hebraicam vocem in Græcam significationem transire fecerunt. Gregorius enim Nazianzenus (i) Hebraicum nomen Phæse cum sciret in Pascha mutatum, aliam ex eo mysterio congruam reddidit interpretationem: ut quod in Hebræo significat transitum, apud Græcos *παροδῆσιν* interpretetur. Id ipsum cum

(a) 1. Cor. 10.

(b) Tertull. contr. Marc. lib. 4. c. 13.

(c) Basil. lib. 20. de pav.

(d) Hier. in Isa. c. 62.

(e) S. Leo serm. 3. in Annivers. assumpt. sua.

(f) Hieron. in Isa. c. 62.

XXVII. Petrus Cephæ.

(g) Hippol. de consum. mundi.

(h) Optat. lib. 2. contr. Parmen. & alii.

(i) Gregor. Naz. orat. de Pascha. 2.

plures alii præstiterint, hoc etiam & de nomine Christi Justinum (k) martyrem fecisse constat; quod & ante hos omnes sæpius factitatum a Septuaginta interpretibus, Origenes dum agit de primo & schino arboribus, scribens ad Africanum, testatur. Alia sunt de his exempla in divina Scriptura; ut cum nomina fiderum non secundum voces Hebraicas, sed secundum Græcam (l) nomenclaturam sunt posita, idque ob notioem significationem: observat hoc ipsum ex Photio in quæstionibus ad Amphiloichium Episcopum Cyzici Turrianus (m). Unde apostolus, quod apud Syros petram solidam sonat nomen Cephæ, apud Græcos caput significat: ac sic divina quadam dispensatione factum videtur, ut una eademque voce, duobus linguis, Petri principatus exprimeretur. Hæc jam de nomine Cephæ satis, nec quidem præter institutum: quandoquidem de obscuris vocibus interdum agere, in præfatione polliciti sumus.

Post hæc de vocatione Petri ab Evangelista (n) narratur, de Philippo a Christo vocato subinfertur historia: ad hunc vero Dominum hæc ipsa verba dixisse: Sequere me, & dimitte mortuos sepelire, mortuos suos, tamquam rem minime dubiam, testatur Clemens Alexandrinus (o). Idem vero Philippus Nathanaelem de Christo, quod venisset, admonuit, & ad Christum perduxit, qui & in ipsum creddidit: negotium peractum pluribus Joannes (p) describit. Putarunt vero aliqui (q) Nathanaelem eundem esse cum Bartholomæo, levibus quibusdam conjecturis permoti: quibus minime assentimur, sed Augustino (r) tutius inhæremus, dum ait, idcirco Nathanaelem non fuisse a Domino electum inter Apostolos, quod esset legis doctor. Post de Nathanaele recensitam historiam, quid subinde die tertia actum sit, idem Evangelista (s) ejusmodi instituit narrationem:

Et die tertia nuptiæ factæ sunt in Cana Galiliæ; & erat mater Jesu ibi. Vocatus est autem & Jesus, & discipuli ejus ad nuptias. Et deficiente vino, dicit mater Jesu ad eum: Vinum non habent. Et dicit ei Jesus: Quid mihi, & tibi est mulier? nondum venit hora mea. Dicit mater ejus ministris: Quodcumque dixerit vobis, facite. Erant autem ibi lapideæ hydrice sex posite secundum purificationem Judæorum, capientes singula metretas binas, vel ternas. Dicit eis Jesus: Implete hydras aqua. Et impleverunt eas usque ad summum. Et dicit eis Jesus: Haurite nunc, & ferte architriclino. Et tulerunt. Ut autem gustavit architriclinus aquam vinum factam, & non sciebat unde esset, ministri autem sciebant, qui haurerant aquam: vocat sponsum architriclinus, & dicit ei: Omnis homo primum bonum

(k) Just. orat. ad Gentis.

(l) Job 9. Amos 5.

(m) Turr. advers. Magdeb. c. 3.

XXVIII. (n) Joann. 1.

(o) Clem. Alexan. dicit. Strom. lib. 3.

(p) Joann. 1.

(q) Rupert. Abb. & Jansen.

(r) Aug. in tract. super Joann. tr. 17. c. 11.

(s) Joann. 2.

XXIX. Jesus cum matre ad nuptias.

num vinum ponit; & cum inebriati fuerint, tunc id quod deterius est; tu autem servasti bonum vinum usque adhuc. Hactenus de nuptiis: de quibus aliqua quæ ad historiam veritatem pertinent, elucidanda proponimus. Ac primum illud occurrit: Cum ejusmodi nuptiæ, eo quod inter edendum defecerit vinum, pauperis alicujus hominis fuisse credantur: quidnam est, quod non secus ac si distissimi cuspium essent, ministris abundaverint, nec quicquam defuerit quod desideraretur in lautis conviviis, ut copia ministrorum, & qui tricliniis præfesset architriclinus? Verum ad hæc intelligenda, quænam esset consuetudo Hebræorum in parandis nuptiis, dicere opus est. S. Gaudentius (a) Brixianus Episcopus, æqualis Ambrosio, de his agens, hæc ait: Nuptiæ apud Judæos cum fierent, unus (quantum ex traditione comperimus) dabatur de sacerdotali ordine, qui morem discipline legitime gubernaret, curamque pudoris ageret conjugalis, simul & conviviorum apparatus, ministros, atque ordinem dispensaret, & hoc pro officio architriclinus, hoc est, triclinii præpositus diceretur. Hæc Gaudentius, ut non mireris, si rebus adeo bene dispositis, cum censor morum adesset, non Jesus tantum, qui etiam cum publicanis & peccatoribus aliquando discumberet, sed & ipsa sanctissima Virgo Dei genitrix interesset. Porro verosimili conjectura creditum est, ejusmodi nuptias fuisse alicujus qui Christo esset aliqua cognatione conjunctus.

XXX.

Proditum est a nonnullis, has fuisse nuptias Joannis Evangelistæ, qui cum duxisset uxorem, & nuptias celebrasset, tamen viso miraculo de aqua in vinum per Christum mutata, conjugem dimiserit, ac Christum secutus fuerit. Sunt hæc omnia commentitia, ac nuper excogitata, cum penes antiquos Patres nulla prorsus mentio de his habeatur. Si hæc scissent veteres, quantum (b) putas negotii fecisset Hieronymo Jovinianus hæresiarcha, qui tam pertinaci animo Joannem Apostolum & Evangelistam virginem fuisse negabat? Si hic, inquam, quoquo modo, vel per conjecturam saltem dicere potuisset, nuptias factas in Cana Galilææ fuisse Joannis: qui thalami secreta scrutatus, Joannem adhuc post nuptias virginem permanisse, confirmare valuisset? Quomodo (c) & Manichæi, qui & apocrypha quæcumque adversus nuptias congerere soliti sunt, tam optata non sunt usi occasione, ut ex dirempto Joannis conjugio, Christum odisse nuptias affirmarent; non veriti & Paulum in exemplum adducere, quod sua prædicatione Theclam, sponso oppigneratam, e nuptiis terrenis divulserit? Certe tantum abest ut hæc de Joannis nuptiis illi vel

(a) Gaudentius tr. 9.

(b) Hieron. lib. 10. cont. Jovin.

(c) August. cont. Faust. lib. 30. c. 4.

saltem meditentur, vel a Patribus quilibet alia occasione eadem dicerentur; ut potius ex iisdem nuptiis, quibus Salvator sui augustissimam præsentiam exhibuit, contrarium prorsus adstruerent atque firmarent: nimirum Christum probasse nuptiarum sacramentum, ac suamet præsentia consecrasset.

Ceterum de celibatu Joannis, quod numquam contraxerit nuptias, non Hieronymus (d) tantum adversus Jovinianum agens, sed & Ignatius (e), non mediocris auctoritatis vir, gravissimus assertor est. Id ipsum vero non de Joanne tantum, sed & de Jacobo quoque Epiphanius (f) testatur: quibus Augustinum (g) consentire, nemo sanæ mentis non viderit, dum ait, ea de causa Joannem a Christo plus ceteris amatum, quod neque uxorem duxerit, & ab ineunte pueritia castissimus vixerit. Quod si apocryphis interdum uti licet: apud Abdiam habetur, eundem Joannem Christi persuasionem numquam conjugium appetivisse. Verum enim vero ne leviter res graves attingere videamur, dicamus unde commentum illud de Joannis nuptiis sit deductum, ut & intelligatur quam parum judicio valeant, qui talia fingunt. Augustinus in præfatione in Joannem Evangelistam hæc habet: *Iste siquidem est Joannes, quem Dominus de fluctivaga nuptiarum tempestate vocavit, & cui matrem virginem virginem commendavit.* Hæc igitur Augustini verba in eum sensum accipiunt isti & adducunt, quasi Joannes obligatus nuptiis, a Christo vocatus fuerit: non animadvertentes, sic Augustinum dixisse vocatum a nuptiis, non quod cum uxorem duxisset, eam reliquerit, sed quod eam prorsus non acceperit, prout idem ipse Augustinus in fine ejusdem operis aperte testatur, cum his utitur verbis: *Plus amatum, quod neque uxorem duxerit, & ab ineunte pueritia castissimus vixerit.* Nam (quod omnes sciunt) non est uxorem ducere, eam a domo parentum ad propria traducere, sed se conjugio obligare, juxta illud (h) Comici: *Pampbilus uxorem duxit.* Nec aliud ab his de Joanne Augustinum sensisse, exploratissimum est: nam dictum Evangelium de nuptiis explicans (quod in primis dicendum fuisset) nullam prorsus mentionem de Joanne habuit. Sed hæc fati ad refellendam ridiculam de nuptiis Joannis sententiam. Qua in re potius Nicephoro (i) assentiendum esset, affirmanti fuisse ejusmodi nuptias Simonis Cananæi, qui unus ex duodenario Apostolorum numero, Zelotes est dictus. Cæterum & Nathanael erat e Cana Galilææ, oppido (ut tradit Hieronymus) (k) posito in Galilæa Gentium.

In his nuptiis primum omnium ac per-

XXXIX.

(d) Hieron. contra Jovin. lib. 1. Joannes caelebs. (e) Ignat. ep. ad Philadel. (f) Epiph. hæres. 58. (g) Aug. in Joann. tract. ult. prope finem. (h) Comici. (i) Niceph. lib. 8. cap. 30. (k) Hieron. in lib. de locis Hebraicis.

(b) Toren. in Andr.

Cujus fuerint nuptiæ.

(i) Niceph. lib. 8. cap. 30.

(k) Hieron. in lib. de locis Hebraicis.

Primum Christi miraculum.

(a) Isaiæ 9. secundum 72. interpret. & Hieron. ibid. (b) Epiph. hæres. 51.

Aqua in vinum mutatur pluribus in locis.

XXXIII.

(c) Plin. nat. hist. lib. 2. c. 103. & lib. 4. c. 22.

(d) Lucianus in lib. quomodo hist. scrib. sit.

insigne miraculum Christus Dominus operatus est, cum aquam mutavit in vinum: quod ob sui excellentiam, longe antequam fieret, Isaiæ Propheta fuit divinitus demonstratum, Unde ille Christi prædicationem, & aquam in vinum mutantem propheticum spiritum noscens, in hæc verba erupit (a) : *Hoc primum bibe, velociter fac regio Zabulon, terra Neptalim, & reliqui qui juxta mare estis trans Jordanem, &c.* Epiphanius (b) id factum scribit undecima mensis Tybi, quæ est apud nos sexta dies Januarii, qua die etiam Catholica Ecclesia recolat anniversaria solemnitate tantæ rei celebritatem: quam annuis miraculis in pluribus Orbis locis illustrari consueviffe, idem auctor testatur, dum ait: *Post annos triginta factum est primum miraculum in Cana Galilææ, quando aqua facta est vinum. Quapropter etiam in multis locis usque, in hunc diem hoc fit quod tunc factum est divinum signum, in testimonium incredulis: velut testantur in multis locis fontes ac fluvii in vinum conversi. Cibyres quidem urbis Caria fons, qua hora hauserunt ministri, & ipse dixit: Date architriclino. Testatur & in Gerasa Arabia fons similiter. Nos bibimus de Cibyres fonte, fratres vero nostri de eo qui est in Gerasa in martyrum templo. Sed & multi in Ægypto de Nilo hoc testantur. Quare in undecima Tybi apud Ægyptios, omnes hauriunt aquam & reponunt, tum in ipsa Ægypto, tum in multis regionibus &c.* Hæc Epiphanius.

Enim vero & Plinius (c) similis rei alibi quoque fieri solitæ egregius videtur assertor, licet unius tantum diei spatio discrepet, dum sic ait: *In Andro insula, templo Liberi patris, fontem Nonis Januarii vini sapore fluere, Mutianus ter Consul tradit: Diotecnosia vocatur.* Hæc ille. Sed accollæ, causam quam diximus, ignorantibus, Baccho hoc tribuerunt, ædificato ei templo. Apud Naxum quoque insulam fontem fuisse, ex quo nonnumquam vinum, & illud quidem suavissimum fluere consueviffet, auctor est Ctesias in suis Indicis. Unde accidisse credimus insulam illam Dionysioda esse nominatam, sive, ut vult Plinius, a fertilitate vinearum. Sed hæc longe ante Christi tempora contigerunt, nempe quæ dicta sunt de Naxo ex Ctesia auctore; si tamen eum fide dignum putaverimus: nam Lucianus (d) & alii complures auctores veteres commentarium ejus de rebus Indicis, ubi ea de Naxi fonte memoriæ tradidit, fabulosum existimant; multaque scripsisse aiunt, quæ nec ipse audierat, neque ab alio, qui vera narraret, acceperat. Quæ autem a Plinio ex Mutiano Consulari accepta, scripta sunt, satis firmiter testata videntur:

Ann. Eccl. Tom. I.

claruit enim Mutianus temporibus Vespasiani, cui ad Imperium capeffendum, cum esset Præses in Syria, maxime studuit: citat eum Plutarchus, sed frequenter ipse Plinius illi æqualis, Meminit insuper Tertullianus (e) de Lyncestis quoque in Macedonia vena vinosa, sed diversa ab aliis nuper dictis, quippe quæ aceti potius quam vini saporem redderet: de qua Plinius (f) : *Lyncestis aqua, quæ vocatur acidula, & vini modo temulentos facit.* De eadem item Seneca (g) : *Cæterum de dictis fontibus, diversis locis positis, vinum scaturientibus, nullum antiquorum, qui ante Christum vixerit, auctorem mentionem fecisse, meminisse legisse: ut plane intelligas, ea omnia virtute hujuscemodi Christi miraculi facta esse. Videas ex his admirabilem quamdam capitis cum cæteris corporis membris consensionem, nempe Christi cum Ecclesia: cum diem, quam in tantæ rei gestæ memoriam solemniter ipsa celebrat, ille his miraculis voluerit annis singulis illustrare. His similia erant illa olim fieri quolibet anno consueta miracula, dum plerisque in locis orbis Occidentalis (ut suo loco dicemus inferius) Paschali tempore, quo solemnè baptisma in Ecclesia peragi consuevit, e sicco aridoque fonte lapideo copiosæ ad baptismi usum aquæ exundare consueverunt: non quidem ad ipsam insinuandam diem qua baptizatus est Christus; sed quod tunc temporis solemnè baptisma in Ecclesia peragi consuevit.*

At minime assentimur illis, qui dictum miraculum sequenti anno, ea ipsa die qua baptizatus est Dominus, factum esse dixerunt: quod etiam quasi auctoritate Ecclesiæ, quæ una cum Magorum adventu, & Christi baptismo, idem quoque miraculum de aqua in vinum mutata recolat, firmare nituntur. Sane cum eadem hæc tria ad ostensionem Christi virtutis facta dicantur, non una eademque die singulis quibusque annis sunt peracta; sed ipsorum tantum memoriam eadem die ab Ecclesia recenserit solitam, testantur antiqui Patres, ac in primis S. Augustinus (h) his verbis: *Licet de solemnitate hujus diei veterum sit diversa traditio, sermo tamen una ramentum sanctæ devotionis est fides. Nam quamvis nonnulli Dominum nostrum stella duce a Magis existiment adoratum; alii asserant aquam in vinum mutasse; quidam vero baptizatum esse a Joanne, confirmant: in omnibus tamen Dei filius creditur, in omnibus festivitas est vera.* Hæc Augustinus & S. Maximus (i), in hunc modum: *In hac, dilectissimi, celebritate, sicut relatu paternæ traditionis instrumur, multiplici est festivitate laudandum: ferunt enim, Christum bodie, vel stella duce a Gentibus adoratum, vel invitatum ad nuptias aquam vertisse in-*

(e) Tertull. lib. de animâ c. 50. (f) Plin. nat. hist. lib. 2. c. 103. (g) Seneca natur. qua lib. 3. c. 20.

XXXIV. De tempore miraculi.

(b) S. August. serm. 27. de temp.

(i) S. Maxim. serm. de Epiph.

CHRISTI
31.

vinum, vel suscepto a Joanne baptisate, Jordanis fluentia consecrasset: sed quid potissimum presenti hoc factum sit die, noverit ipse qui fecit. Hactenus Maximus. Sed & hæc ipsa prius S. Paulinus (a) cecinit his verbis, agens de eadem solemnitate diei Epiphaniæ:

Quo puerum stella duce mystica dona ferentes

Suppliciter videre Magi: seu qua magis illum

Jordanis trepidans lavit, tingente Joanne,

Sacramentem cunctas recreandis gentibus undas.

Sive dies eadem magis illo sit sacra signo,

Quo primum Deus egit opus, cum flumine verso

Permutavit aquas prædulcis nectare vini.

Auctor item ille, qui falso nomine Eusebii Emiseni circumfertur, re vera autem Eucherius Lugdunensis, hæc in eandem sententiam habet: Hodie per documenta certissima Deus in homine declaratus, aquas ad salutem humani generis suo baptisate consecravit: sive hæc eadem illius mirandi dies sit, qua primum in Cana Galilææ in nuptiali convivio aquas in

vinum convertit, &c. Isidorus (b) etiam de Officiis ecclesiasticis sic ait: Tribus ergo ex causis hæc dies vocabulum

sumpsit; sive quia baptisate Christus populis ostensus fuerit; sive quod eo die sideris ortu Magis est proditus; sive quod primo signo per aquam in vinum versam, multis est manifestatus. Hæc ille. Sicque videas prædictos omnes antiquos auctores, quænam potissimum ex tribus his recensitis rebus insignibus acciderit, fuisse ambiguos. Quod si certam habuissent de iisdem Ecclesiæ auctoritatem, equidem rei veritatem certa assertionem firmassent. Quod vero Dei Ecclesiæ in ea celebritate canit: Hodie vinum ex aqua factum est ad nuptias: Idem est, ac si diceret usitato more quodam: Hodie eius rei memoria agitur; reperies enim Ecclesiæ phrasim eam esse, atque usitatam dicendi consuetudinem.

XXXV. Intæper irrefragabili plane id monstramus ratione firmatum ex his quæ S. Augustinus scribit in sermone tertio feriæ sextæ Paschatis, qui est centesimus quinquagesimus quartus de Tempore: ubi hæc signa sic facta esse uno die testatur, non ut anniversaria recurrente die miraculum de aqua facta vinum acciderit; sed quod uno eodemque die, nempe Dominico, a Domino editum fuerit: sic enim ait, dum admiranda Dei opera die Dominico perpetrata describit: Venerabilis est hic dies, qui Dominicus dies, & dies primus atque perfectus est, & dies cla-

TIBERII IMP.
15.

rus; in quo visa est prima lux; in quo transgressi sunt filii Israel mare rubrum siccis pedibus; & in quo pluit manna filiis in deserto; & quo Dominus baptisatus est in Jordane; quo vinum de aqua factum est in Cana Galilææ; quo benedixit Dominus quinque panes, & satiavit quinque millia hominum; in quo resurrexit Dominus a morte; quo intravit Dominus in domos clausas, ubi erant discipuli congregati propter metum Judæorum; in quo Spiritus sanctus descendit in Apostolos; & in quo speramus Dominum Jesum Christum ad iudicium venturum, &c. Hæc Augustinus.

Si igitur tam Christi baptisatus, quam ex aqua vinum factum miraculum, die Dominico contigit; manifeste probatur, ac in apertam deducitur consequentiam, nequaquam illud eadem die post annum interlapsum accidisse, sed prorsus diversa: nam si præteriti anno in diem Dominicum incidat festum Epiphaniæ, sequenti anno in alteram incurrat diem necesse est. Non igitur diverso anno, sed uno eodemque Christi baptisatus, & dictum miraculum est celebratum: quod & alia multa demonstrant. Cum enim constet Dominum hoc anno post baptisatum allegere cœpisse discipulos, Evangelique prædicationem auspiciatum esse; nulla patitur ratio, ut per anni spatium nullum miraculum ediderit: nam primum illud constat coram discipulis factum esse signum, cum aquam mutavit in vinum. Rursus ex contextu Joannis apparet, ea cuncta facta esse primo anno ab aliis Evangelistis prætermisso, quæ ipse magna adhibita diligentia, & quid diebus singulis usque ad nuptias celebratas sit actum, ordinate digessit. Absurdum infuper sequeretur, ut novum esset addendum Pascha: sicque Evangelii prædicationem, contra omnium antiquorum sententiam, ultra quadriennium perdurasse, dicere oporteret. Certe Ignatii testimonio, qui eo vixit sæculo, constat Dominum in prædicatione Evangelii triennium tantum explese. Sunt & multa quæ in hanc sententiam dicenda essent; sed quia hæc satis esse putamus, prætermittimus. Quod autem ad rei gestæ historiam spectat: non tacendum existimamus, locum illum Canæ Galilææ, qui tam celebri est illustratus miraculo, S. Helenam Constantini Imp. matrem nobili Ecclesiæ ibi erecta nobilitasse, ut Nicephorus (c) auctor est: sed ea jam collapsa, exrecente aggere, locum illum sic subitus remanisse, ut opus esset per scalam deorsum ad locum ferri, recentiores (d), qui de locis sanctis scripsere, memoriæ prodiderunt.

Post nuptias celebratas, descendit Jesus (inquit Joannes e) Capernaum ipse

XXXVI. Eodem anno baptisatus & miraculum.

(c) Niceph. hist. lib. 3. cap. 30.

(d) Burchar. par. 1. c. 6. §. 1.

XXXVII. (e) Joan. 2.

CHRISTI
31.

se, & mater ejus, & fratres ejus, & discipuli ejus: & ibi manserunt non multis diebus. Post hæc autem sanctissimam Deiparam rediisse Nazareth ad propria, & illic habitasse, certum est. Nam Nazareorum apud Matthæum (a) hic est sermo: Nonne hic est fabri filius? Nonne mater ejus dicitur Maria: & fratres ejus, Jacobus, & Joseph, & Simon, & Judas: & sorores ejus, nonne omnes apud nos sunt?

Interim vero, appropinquante Pascha, ascendit Jesus Hierosolymam, & facto quasi flagello de funiculis, ejecit ementes & vendentes in templo. Cumque multa operaretur miracula, multi eavidentes crediderunt. Hæc sunt ex Joanne summam collecta, qui rei gestæ feriem fufus est profecutus. At cum hæc vidissent, atque dixissent Judæi: Quod signum ostendis nobis quia hæc facis? respondit Jesus: Solvite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Tunc illi: Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud? Pari confessione omnes interpretes in eam abierunt sententiam, ut de templo quod sub Zerobabel est ædificatum, Judæi intellexerint: quod licet aliquo interposito spatio, tamen tot annorum numero & paulo majori constat ædificatum (b). Sed his mirum in modum contradicere videntur quæ Josephus (c) testatur, Herodem vetus illud templum sub Zerobabel erectum, fuisse demolitum a fundamentis, & novum desuper ab eo ædificatum, idemque octo annis esse absolutum: sunt hæc ejus verba: Sublatis deinde veteribus fundamentis & novis repositis, desuper templum extruebat, &c. Ostendit pluribus tam exteriores, quam interiores templi porticus, & tam quod foris in atrio, quam quod erat intrinsecus, ipsa penetralia, ac tandem (ut uno dicam verbo) integrum ipsum templum a fundamentis per Herodem esse excitatum. Quæ ergo causa ut Judæi ab ædificatione sub Zerobabel facta deducere argumentum voluerint, cum illud amplius non extaret? Vel quonam modo de templo, quod tunc extabat, dicere potuerunt: Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc? quod scilicet præ oculis erat: cum illud ipsum (ut idem Josephus (d) testatur) annis octo & nonnihil supra extruxisset Herodes?

(b) Euseb. in Chron.

Joseph. antiq. lib. 11. cap. 4.

(c) Joseph. antiq. 1. 15. cap. 14.

(d) Joseph. antiq. 1. 15. cap. 14.

(e) Joseph. antiq. 1. 15. cap. 14.

(f) Joseph. antiq. 1. 20. cap. 3.

(g) Joann. 10. 22. 23.

(h) Joann. 1. 9.

(i) Joann. 1. 9.

(k) Joseph. antiq. 1. 15. cap. 14.

(l) Joseph. antiq. 1. 20. cap. 3.

(m) Joann. 3.

(n) Joann. 3.

(o) Apud Niceph. hist. lib. 2. c. 3.

TIBERII IMP.
15.

cia, adeo ut non a Christo tantum, vel a discipulis ejus, sed a quovis e vulgo homine redargui erroris potuissent. In Josepho ergo vacillat fides historica; atque eo magis, quod sua ipsius sententia redarguitur: quippe qui (e) prius dixerit, cum de templo ab Herode exstructo ageret, vetus templum integrum esse demolitum, & aliud noviter constructum (f): alibi autem, cum agit de rebus Judæorum sub Nerone gestis, porticum Orientalem, Salomonis maximum opus, adhuc integrum parmansisse testatur: & certo quidem: haberetur enim ejusdem mentio in Evangelio (g), & in Actis (h) Apostolorum. Sed non patitur ratio ut illi de templo Salomonis voluerint intelligere, quod longe minori annorum numero est ædificatum, scilicet annis septem, ut testatur Divina Scriptura (i). Nos autem verius existimamus, Judæos de templo ab Herode restituto esse locutos; fuisseque veram eorum sententiam hoc sensu acceptam, ut cum dixerunt: Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc; tempus respecterint a quo ab Herode cœptum est ædificari, ac inde usque ad præsentem annum numeraverint annos quadraginta sex.

Nam quantumlibet Josephus (k) affirmet ipsum templum octo annis fuisse ab Herode absolutum: tamen ejusdem (l) assertionem certissimum est, perseverasse ipsam templi structuram usque ad tempus Neronis, operantibus in eo circiter octodecim millibus opificum. Sicque illos dicere voluisse, concludendum est: Hoc opus, quod oculis cernitur, quadraginta & sex annis absolutum est, & tu in tribus diebus excitabis illud? Sed etiam hæc dicere voluerimus, nihilominus Josephus in eo corrigendus est, quod ait, Herodem anno decimo octavo sui regni auspiciatum esse ædificationem templi: nam secundum dictum numerum quadraginta sex annorum, dicere opus esset, templum cœptum esse ædificari anno decimo quinto ejusdem Regis, numerando scilicet ab Actiaca pugna, ex quo tempore annos ejusdem Herodis esse numerandos, superius diximus. Sed hæc hactenus.

Cum hæc Hierosolymis acta essent, Nicodemus (m) Judæorum nobilissimus & inter illos facile princeps (nam eum Joannes principem Judæorum appellat) nocte venit ad Jesum, & habito cum eo sermone, ab eodem docetur mysteria fidei. Post hæc (inquit Joannes n) venit Jesus, & discipuli ejus in terram Judæam: & illic demorabatur cum eis, & baptizabat. Quinam autem fuerint a Christo baptizati, ex his quæ scribit Evodius (o) Episcopus Antiochenus, facillime dignoscitur; ait enim: Christus manibus suis Petrum tantummodo baptizavit; Petrus

etiam Joannem, & alios quosdam baptizavit. (k) Joseph. antiq. 1. 15. cap. 14. (l) Joseph. antiq. 1. 20. cap. 3.

(m) Joann. 3. (n) Joann. 3. (o) Apud Niceph. hist. lib. 2. c. 3.

(p) Joann. 3. (q) Joann. 3. (r) Joann. 3.

(s) Joann. 3. (t) Joann. 3. (u) Joann. 3.

(v) Joann. 3. (w) Joann. 3. (x) Joann. 3.

(y) Joann. 3. (z) Joann. 3.

(aa) Joann. 3. (ab) Joann. 3.

(ac) Joann. 3. (ad) Joann. 3.

(ae) Joann. 3. (af) Joann. 3.

(ag) Joann. 3. (ah) Joann. 3.

(ai) Joann. 3. (aj) Joann. 3.

Baptizati a Christo. *trus porro Andream & filios Zebedaei; ita denique reliquos Apostolos: septuaginta autem illos Petrus, & Joannes Theologus dictus, baptizarunt. Hæc ille. Eadem de Petro a Christo baptizato testatur Clemens (a) Stromateus, qui in quinto Hypotyposeon, Apostolicum illud exponens dicitur: Gratias ago, quia neminem vestrum baptizavi; Christus, inquit, dicitur Petrum solum baptizasse; Petrus Andream, Jacobum, & Joannem: illi autem reliquos. Hæc Clemens. De baptizate Apostolorum pluribus agit Tertullianus (b), necnon Augustinus (c) adversus eos qui negabant illos fuisse baptizatos, sed ipsos baptizasse alios tunc temporis, cum Christus baptizasse dicitur. Nam baptizandi opus a se inchoatum per suos eum perfecisse, omnes æque affirmant, ex Joannis (d) sententia, qui ait, quod Jesus non baptizaret, sed discipuli ejus.*

XLII. *Pergit post hæc Evangelista (e): Erat autem & Joannes baptizans in Ænnon juxta Salim: quia aquæ multæ erant illic, & veniebant, & baptizabantur. Additurque expositio discipulorum Joannis de eo quod omnes properarent ad baptismum Christi: qua occasione idem Joannes egregiam iterum de Jesu, quod ipse vere esset Christus, confessionem instituit, deque illius exaltatione, sui vero humiliatione prædixit, multaque alia in ejus commendationem est locutus. Hæc autem cum in Ænnon juxta Salim facta esse dicat Evangelista; de ipso loco discutere ex instituto, operæpretium ducimus. Sanctus Hieronymus (f) ad Evangelium scribens, ac de his agens, idem esse ait Salim, quod Salem, eo quod Hebræi vocalibus in medio perraro utantur; putatque Ænnon esse prope Salem juxta Sichen, ubi olim regnabat Melchisedec: cui sententiæ & alii interpretes inhæsisse videntur.*

XLIII. *At vero quod me maxime ab hac sententia distrahit, illud in primis est, quod Ænnon juxta Salim ab Evangelista poni videtur in Judæa: quo, inquit, Christus venit cum discipulis suis, & baptizabat; quod videntes discipuli Joannis, conquiescunt, dicentes: Ecce hic baptizat, & omnes veniunt ad eum. Sicque Christum baptizasse haud longe ab Ænnon, ubi baptizabat Joannes, aperte constare videtur; locumque illum fuisse in Judæa quo venerat Jesus, Evangelista satis expressit. Porro Ænnon illud juxta Sichen fuisse in Tribu Ephraim, qui scripserunt de locis sanctis, testantur (g). Certe fuisse in terra Samariæ locum illum, ex eodem Hieronymo (h), qui dicit Salem fuisse juxta Sichen, satis manifestum est. Demum Samariam a Judæa esse distinctam, & appellationem Judææ duas tan-*

(a) Apud Soph. in Prato spirit. cap. 76.
(b) Tertull. lib. de bapt. ism.
(c) Aug. Epist. 108.
(d) Joann. 4.
(e) Joann. 3.
(f) Hieron. epist. 126.
(g) Euseb. par. 1. c. 7. §. 25.
(h) Hieron. Epist. 126. & de locis Hebr.

tum includi tribus quæ quondam Judæ vocabantur, ad distinctionem Galilææ & Samariæ, aliarumque in terra repromissionis regionum, idem Auctor (i) testatur. Rursus in Sichen, aliisque locis qui ei adjacent, nulla erant aquarum fluentia, quæ baptismum (nam his tradit Evangelista Ænnon abundasse) inservire potuissent: puteis enim utebantur homines regionis illius; eratque & ibi puteus, qui & fons Jacob dictus est, ubi sedens Christus sermonem habuit cum muliere Samaritana. Unde existimamus Ænnon idem esse quod Ænan (utrumque enim nomen fontem interpretatur Hieronymus (k) qui erat locus inter Æliam & Diopolim, ut idem Hieronymus asserit (l), qui & ait: Est & fons in supradicto Ænan loco: unde & Ænan, id est, fontis nomen accepit. Hæc ille. Quod vero ad Salim sive Salem pertinet: non tantum idem (m) ait fuisse Salem in Sichen, vel secundum Josephum, Salem distam olim fuisse Jerusalem: sed ejus nominis, inquit, alia villa ostenditur usque in præsentem diem juxta Æliam, contra Occidentalem plagam. In eadem quoque plaga esse Diopolim ad Ægyptum vergentem, cujus nuper facta est mentio, eodem auctore liquet. Eo igitur in Judæa loco, quod (ut ait Evangelista n) aquæ multæ ibi essent, Christum atque Joannem proxime baptizasse putamus: veniens enim Jesus in Judæam, longe aberat a Jordane.

XLIII. *Si quis quærat quantum temporis manserit Jesus in Judæa, cum dicat Joannes quod illic morabatur cum discipulis suis, & baptizabat: dicendum videtur, haud continuo recessisse: longiores enim illic traxisse moras, ea ratione necessario concludendum, quod inde recedens, ac per Samariam transiens, allocutus suos discipulos, dixit (o): Vos dicitis quod adhuc quatuor menses sunt & messis venit. Si ergo quatuor mensibus ante messem ex Judæa recessit Dominus: manifestum est illic permansisse saltem usque ad Novembris mensem: nam certum est ex Divinæ Scripturæ auctoritate, quod mense primo, altera die Paschæ (p) manipulum spicarum offerebat sacerdos. Ut autem inde recederet, & in Galilæam rediret, duæ ab Evangelistis causæ redduntur: quarum prior est, quod audierat, Joannem, qui redierat in Galilæam, ab Herode esse detrusum in carcerem: altera autem est, ut cederet invidiæ Pharisæorum, qui cum magis Joannem observarent quam Christum, iniquo ferebant animo, quod plures accederent ad Christi baptismum, quam Joannis. Sed antequam de his quæ ad priorem causam spectant, agamus, monemus lectorem, nos sic res gestas Domini ab Evangelistis narratas ordine pro-*

(i) Hieron. de loc. Hebr. & de nominib. Hebr. (l) Idem eodem. (m) Idem eodem. (n) Joann. 3.
(o) Joann. 4.
(p) Levit. 23.
Mora Christi in Judæa.

sequi: non quod hoc anno Domini trigessimoprimo cuncta quæ hic ponimus, facta esse affirmemus, quorum multa haud dubie in sequentem annum essent referenda. Sed hanc licet invitos nos rationem iniisse oportuit, quod nullo alio characteri, quam Paschatis festivitate, annus ab anno distingui possit. Sic igitur quemque annum prædicationis Christi usque ad ejus passionem a Paschate aufpicari, & in sequens Pascha producere, consuetius visum est, quam a Kalend. Januarii inchoantes, quid certo suo quoque anno sit factum, divinare. Sed ad propositam narrationem redeamus.

XLIV. *Postquam autem traditus est Joannes (inquit Marcus a) venit Jesus in Galilæam, prædicans Evangelium regni Dei, & dicens: Quoniam impletum est tempus & appropinquavit regnum Dei: penitenti, & credite Evangelio. Hæc Marcus. sed de adventu Jesu in Galilæam ægum inferius: nunc autem agendum de Joanne; ac in primis quænam causa præcesserit, ut Joannes ab Herode in vincula conjiceretur: quæ sic describitur ab Evangelistis (b): Herodes autem Tetrarcha cum corriperetur ab illo de Herodiade uxore fratris sui, & de omnibus malis quæ fecit Herodes, adjecit & hoc super omnia: ipse enim misit, ac tenuit Joannem, & alligavit eum, & posuit in carcerem propter Herodiadem uxorem Philippi fratris sui, quia duxerat eam. Dicebat enim Joannes Herodi: Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Herodias autem insidiabatur illi, & volebat occidere eum, nec poterat. Herodes enim metuebat Joannem, sciens eum virum justum & sanctum: & custodiebat eum, & audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat. Et volens illum occidere, timuit populum: quia sicut Prophetam eum habebant.*

XLV. *De amoribus autem Herodis cum Herodiade agens Josephus (c), in hunc modum rem gestam describit: Herodes, inquit, Tetrarcha uxorem habebat Aretæ filiam, cum qua jam multo tempore convixerat. Romam deinde iter faciens, divergit ad Herodem fratrem, sed genitrice natum alia, Simonis Pontificis filia. Hujus uxoris Herodiadis amore captus, quæ erat Aristoboli communis fratris filia, & Agrippæ majoris soror, ausus est de impetrando ejus conjugio mentionem facere. Qua assentiente, convenit inter eos, ut quamprimum ipse Roma revertetur in patriam, mulier migraret in ejus domicilium. Intercessit autem & hoc pactum, ut Aretæ filiam efferret. Post hæc Romam navigat. Ubi postquam expediit negotia propter quæ venerat, domum reversum, uxor, comperto quid pactus sit cum Herodiade, dissimulante rogat ut se mittat*

(a) Marc. 1.
(b) Matt. 14. Marc. 6. Luc. 3. Concord. Evangel. Joann. cap. 22.

(c) Joseph. antiq. 18. cap. 7. De Joannis carceris & Herodiade.

Macheruntem, castrum situm in confinis regionis Aretæ subditæ, quantum poterat celans suum propositum. Morem gestit Herodes mulieri, putans eam nihil sensit. Illa quæ jam ante curaverat apud Macheruntem patri suo tunc obnoxiam ad iter omnia parari, a Præfecto ejus excepit, deducens Arabibus, magna celeritate pervenit ad ædes patris, eique indicavit Herodis animum, &c. Pergit agere de bello ea causa inter Herodem & Aretam conflato, deque strage exercitus Herodis ab Aretâ illata: moxque de carcere & nece Joannis Baptistæ hæc subdit:

Apud Judæos autem fuit opinio, justa ultione numinis deletum Herodis exercitum, propter Joannem, qui Baptista cognominatus est. Hunc enim Tetrarcha necavit, virum optimum, Judæos excitantem ad virtutum studia, & in primis pietatis ac justitiæ simulque ad baptismi lavacrum; quod ita demum Deo gratum aerebat fore, si non ab uno tantum alterove peccato abstinere, sed animis prius per justitiam mundatis, addant & puritatem corporis. Cumque magni ad eum concursus essent, plebe talis doctrina avida: Herodes veritus ne tanta hominis auctoritas defectionem aliquam pareret, quod viderentur nihil non facturi ex ejus consilio; judicavit satius esse, priusquam aliquid novi oriretur, illum tollere, quam rebus turbatis seram penitentiam agere; itaque vincit missum in Macheruntem supradictam, illic occidi imperat: quod factum secuta est Judæorum existimatio, ab irato Deo perditum esse Herodis exercitum. Hactenus de carceris & necis Joannis causa Josephus; quæ quidem non tantum quod diversa sit ab ea quam refert Evangelista, sed alia etiam ratione nobis non probatur. Nam si frequens populi ad Joannem concursus invidiam Herodis in eum concitavit: quanto magis ille sollicitus fuisset post hæc, ut Christum ipsum in carcerem truderet, ad quem longe frequentior, & a remotioribus quoque provinciis erat accessus? Sed negligebat hæc ille, quod sciebat hos longe esse diversos, immo contrarios sectæ illi Galilæorum, de qua superius egimus, quæ prohibebat tributa Romanis solvi.

XLVII. *Dum vero idem Josephus dicit cladem illam ab Aretâ illatam contigisse sub Vitellio Præside; necesse est affirmare, eam post sex saltem annos a nece Joannis accidisse, & non confestim. Nam cum L. Vitellius Consulatum gesserit una cum Paulo Persico anno Domini trigessimosexto, ac idcirco Proconsulatum Syriæ nonnisi sequenti anno Domini trigessimoseptimo obtinuisse more majorum poterit, anno videlicet Tiberii vigessimoprimo; necesse est affirmare, quinquennium sal-*

XLVI. De nece Joannis.

saltem intercessisse a Joannis obitu usque ad illatam ab Areta cladem sub Vitellio Syriae Praefide. Sed de Proconsulatu Vitellii suo loco agemus.

XLVIII. Quod insuper idem Josephus (a) subdit inferius de Herodiade, Herode atque Philippo, non mediocri indiget animadversione. Nam dum stemma Herodis recenset, ait Herodiadem filiam Aristobuli Herodis majoris filii nupsisse Herodi filio dicti Herodis majoris ex Marianne filia Simonis summi sacerdotis, ex quo generit Salomen, quae primo nupta sit Philippo Tetrarchae, ac deinde post ejus mortem Herodi filio Aristobuli, Herodis majoris filio, ex quo tres suscepit liberos, Herodem, Agrippam, & Aristobulum: ipsam vero Herodiadem, spreto primo viro, nempe Herode filio majoris Herodis ex Marianne, ex quo genuerat Salomen, nupsisse Herodi Antipae Galilaeae Tetrarchae. Videas hominem more suo (ut alias saepe vidimus ac diximus) hallucinatum haudquaquam sibi ipsi constantia loqui: quippe qui, quod ad Herodiadem spectat, dicat (b) eam nuptui traditam, non Philippo Tetrarchae, (ut habet Evangelista) sed Herodi filio majoris Herodis ex alia Marianne filia Simonis Pontificis. Mirum quidem videtur, unde novus iste Herodes emerferit: nam cum idem Josephus (c) agit de testamento Herodis iterum instituto, additque de regno Herodis majoris inter filios ipsius ex Senatusconsulto ab Augusto (d) diviso, nulla hujus Herodis facta est ab eo unquam mentio, nec de eo habita aliqua ratio. Rursum cum dicit, filiam Herodiadis ex eodem incognito Herode genitam, nuptui traditam Philippo Tetrarchae, insigniter errat: nulla siquidem alia legitur Herodiadis filia, nisi puella saltatrix.

Equidem Josepho caeteri omnes historici contradicunt (e); sed in primis trium Evangelistarum scribentium res gestas suorum temporum testimonio manifesti erroris accusatur. Errare etiam videtur qui (f) dictam Herodiadem filiam fuisse Aretae Regis Petrae Arabiae testatur non Evangelistis tantum Josepho contradicentibus, sed caeteris adversantibus, asserentibusque eam (quod diximus) filiam fuisse Aristobuli Herodis majoris filii. Quod vero pertinet ad Philippum virum Herodiadis, cujus Evangelista meminerunt; summopere ab eodem Josepho (g) laudatur his verbis: *Vir inquit, perpetuo modestus, & amator quietis & otii. Degebat enim semper in sua domo, subsequente sella, in qua sedens, solitus est jura reddere: & si quis ex occursum opem ejus invocaret, sine dilata-*

XLIX. (e) Hegesippus, de exco. Hierosol. lib. 2. c. 4. (f) Hieronimus in Mat. c. 14. Eusebius lib. 1. cap. 13. vitiosa translatio de Rufini restituta a Christoforo lib. 1. cap. 11. Philippus laudatur. (g) Josephus, antiq. lib. 18. cap. 6. iter faciebat cum paucis selectis comitibus, subsequente sella, in qua sedens, solitus est jura reddere: & si quis ex occursum opem ejus invocaret, sine dilata-

tionem mox ibi sella posita residens, causam cognoscebat, aut fontem damnaturus, aut absoluturus innocuum. Haec Josephus: qui & testatur eundem sine liberis ex hac vita excessisse anno vigesimo Tiberii Imperatoris. Non praetermittimus dicere, locum istum Evangelistarum de Herode, quod duxisset fratris sui uxorem, a Montanistis fuisse depravatum: qui ad struendam haeresim de monogamia, non licere viduae ulterius virum ducere, ut ex Evangelio id ipsum probare possent, adjecerunt, ut perperam legerent, Herodem duxisse fratris sui defuncti uxorem, prout & Tertullianus (h) qui eandem cum illis defendebat sententiam, legebat. Sed haec ille, dum agit contra Marcionem Evangelium contemnentem: caeterum cum agit adversus Catholicos, quos Pfylichos nominat, in libro de Monogamia, a falsa ejusmodi citatione abstinet.

Recedens autem Jesus a Judaea, venturus in Galileam, transiens per Samariam, pervenit ad fontem Jacob, ibique cum Samaritana muliere sermonem habuit: quam prius averfantem ipsum tamquam hominis Judaei consuetudinem, paulatim instillans in aures ejus verba salutis, ad veritatis cognitionem pedetentim, ac denique ad meliorem frugem perduxit: rem gestam fusus describit S. Joannes (i) Evangelista. Cur autem tam insensu hostes inter se essent Judaei ac Samaritani, causam breviter recensebimus, quam tum Regum Judaeae sacrae historiae, tum etiam Josephus perpetuis monumentis testatam reliquerunt. Anno igitur (k) sexto Ezechiae Regis, Salmanazar Res Assyriorum expugnavit Samariam, transtulitque filios Israel in Assyrios; numerant hunc annum ab origine mundi, secundum Hebraicam veritatem, ter millesimum ducentessimum vigesimum septimum, ab Urbe condita annum duodecesimum. Porro regionem illam Assyriorum colonis tradidit habitandam. Accidit autem prodigium, ut iidem paulatim a leonibus absumerentur: & quando nullum ad eam cladem avertendam poterat inveniri remedium; ratus Rex id mali illis accidere, quod alterius legis essent ab illis qui inde captivi ducti sunt; misit illic unum ex sacerdotibus Judaeorum, qui captivi in Assyria detinebantur ut illos Dei legem edoceret, optimisque institueret disciplinis. Coloni tamen sic leges Judaicas didicerunt, ut nequaquam Gentiles ritus desererent, dediceruntque superstitiones quibus haecenus uti consueverant. Post haec vero (l) Sanaballath a Dario Rege missus Samariam, in monte Garizim templum aedificavit, quod factum est ab origine mundi anno ter millesimo sexcentesimo trigesimo tertio, ab Urbe condita quadringentesimo decimo septimo, Olympiadis centesima undecima anno Samaritis,

(b) Tert. advers. Marcionem lib. 4. cap. 34. (c) Joan. 4. Concord. Evang. c. 23. (d) 4. Reg. 17. 18. (e) Josephus, antiq. lib. 9. in fine. (f) Josephus, antiq. lib. 11. (g) Josephus, antiq. lib. 11. (h) Josephus, antiq. lib. 11. (i) Josephus, antiq. lib. 11. (j) Josephus, antiq. lib. 11. (k) Josephus, antiq. lib. 11. (l) Josephus, antiq. lib. 11.

(b) Tert. advers. Marcionem lib. 4. cap. 34. (c) Joan. 4. Concord. Evang. c. 23. (d) 4. Reg. 17. 18. (e) Josephus, antiq. lib. 9. in fine. (f) Josephus, antiq. lib. 11. (g) Josephus, antiq. lib. 11. (h) Josephus, antiq. lib. 11. (i) Josephus, antiq. lib. 11. (j) Josephus, antiq. lib. 11. (k) Josephus, antiq. lib. 11. (l) Josephus, antiq. lib. 11.

(l) Josephus, antiq. lib. 11. (m) Josephus, antiq. lib. 11. (n) Josephus, antiq. lib. 11. (o) Josephus, antiq. lib. 11. (p) Josephus, antiq. lib. 11. (q) Josephus, antiq. lib. 11. (r) Josephus, antiq. lib. 11. (s) Josephus, antiq. lib. 11. (t) Josephus, antiq. lib. 11. (u) Josephus, antiq. lib. 11. (v) Josephus, antiq. lib. 11. (w) Josephus, antiq. lib. 11. (x) Josephus, antiq. lib. 11. (y) Josephus, antiq. lib. 11. (z) Josephus, antiq. lib. 11.

no secundo, qui & fuit Alexandri Magni annus secundus. Etenim occasione schismatis inter Judaeos oborti, quod haecenus intentatum fuerat, persuasione schismaticorum Judaeorum templum illud fuit noviter excitatum. Nam Manasses frater Jaddi summi Pontificis, cum filiam Sanaballath, feminam alienigenam (quod Judaeis non licebat) uxorem duxisset, cogereturque lege patria dimittere eam, defecit a Judaeis, adherens Samaritis; augustissimumque illud templum sacro aedificandum persuasit, seque ipsum in schismate summum Pontificem appellavit: qua occasione semper inter Samaritas & Judaeos agitata est de religione controversia: adeo ut non tantum in Palaestina, ubi utrique populi agerent, mutuo ea de causa digladiarentur quotidie; sed quibusvis in locis iidem reperirentur, eandem inter se lites assidue exercebant. Quid autem inter Judaeos & Samaritas gestum sit, cum ejus rei altercatio Alexandriae penes Judices ex partium consensu ad hoc delectos haberetur; ut rem memoria dignam a Josepho (a) conscriptam, propriis ejus verbis referre, aequum duximus; ait enim:

(a) Josephus, antiq. lib. 13. cap. 6. II.

Apud Alexandriam inter Judaeos & Samaritas, qui sub Alexandro Magno Garizitani templi religionem induxerunt, seditio est orta de sacris ipsorum, ita ut res ad Regis cognitionem perveniret: dum Judaei contendunt juxta Moysi praescripta Samariam templum esse legitimum, Samaritae vero Garizitanum: provocatumque est ad Regem & amicorum ejus consessum, ut ab eis causa audiretur; & atrius partis causidici succumberent, morte multarentur. Patrociniabatur Samaritanis Sabbas cum Theodosio, Hierosolymitanis Judaeis Andronicus Mesalami filius: juraveruntque per Deum & Regem, quod ex lege probationes allaturi essent: & rogaverunt Regem, ut necaret eum qui jurandum non servasse deprehenderetur. Itaque, rex, multis amicis in consilium adhibitis, confedit causam auditurus. Judaei vero, qui Alexandriam habitabant, valde erant solliciti pro defensione jurium Hierosolymitani templi, agre ferentes antiquissimi & nobilissimi templi auctoritatem in discrimen vocari. Sed cum Sabbasus & Theodosius concessissent Andronico, ut prior diceret: orsus ex lege approbare ejus sanctitatem & religionem, ostendens per contrarium Pontificum successionem sacerdotii usque ad sua tempora propagationem, & ab omnibus Asiae Regibus majestatem ejus loci honoratam donariis; Garizitani vero, ac si omnino nullum esset, numquam ab eis habitam rationem: his & talibus rationibus persuasit Regi, ut decerneret Hierosolymitanum esse ex sententia Moysi conditum, Sabbaum vero & Ann. Eccl. Tom. I.

Theodosium addiceret supplicio. Atque haec sunt quae Alexandrinis Judaeis acciderunt tempore Ptolemæi Philometoris. Haec Josephus.

Porro tantum absuit, ut Samaritae sapientissimi Regis sententiae acquiescerent ac primas templo Hierosolymorum deferrent, ut ea de causa majori in Judaeos odio succensi fuerint, neque ullam occasionem praetermiserint Judaeorum templi violandi, Judaeoque laedendi: quippe qui illis temporibus, quibus praefecturam Judaeae totiusque Syriae Quirinus, sub quo Christus Dominus noster natus est, ageret, Hierosolymorum templum in hunc modum profanarint: In festo etenim Azy-morum (inquit Josephus b) quod Pascha vocamus, mos est sacerdotibus per mediam noctem aperire templi januas. Tunc igitur quamprimum aperta sunt, Samaritae quidam clam ingressi Hierosolymam, sparserunt ossa humana per porticus, & per totum templum: quo factum est ut post-hac sacerdotes solito diligentiores custodias agerent. Haec ille. Justa itaque ratione, cum Christus, Judaeus homo, a Samaritana femina aquam ad bibendum postulasset, excipiens illa de inimicitia inter Judaeos & Samaritas confatis, dixit (c): Quo modo tu Judaeus cum his, bibere a me possis, quae sum mulier Samaritana? non enim contuntur Judaei Samaritanis. Sed de his haecenus. Quae quidem referre non piguit, tum ad historiam Evangelicam elucidandam, tum etiam ut sapientissimi Regis ac optimatum de re tanta solummodo ex legitima Pontificum successione tunc data sententia, atque ex ea ratione Judaeis causa adjudicata, adversus schismaticos & haereticos in exemplum perpetuo permaneret: cum ex cujusvis hominis, qui compos sit rationis, sententia, certum exploratumque habeatur, illic esse legitimum templum, ipsam inquam Catholicam Ecclesiam, apud quam successio Pontificum ab ejus exordio est legitime conservata, ac custodita.

Quod autem spectat ad ipsum puteum Jacob, qui & fons dictus est, praesentia Domini ejusque sessione mirifice illustratum, egregiisque a Christianis postea monumentis nobilitatum; haec scribit Beda (d): Prope civitatem, inquit, Sichem, quae nunc Neapolis dicitur, Ecclesia quadrifida est, hoc est in modum sanctae crucis facta: in cujus medio fons Jacob habetur quadraginta cubitos altus, de quo Dominus aquas a Samaritana muliere petere dignatus est. Haec ille. Meminit ejusdem Ecclesiae ante Bedam Hieronymus (e), cum agit de locis Hebraicis, atque ad latus montis Garizim positam esse.

Cum igitur Jesus (f) apud Samaritanos

LII.

Pertinacia Samaritanorum.

(c) Joan. 4.

Vis magna successione.

LIII.

(d) Beda de locis sanctis cap. 15. De puteo Jacob.

(e) Hieronimus de locis Hebr. in As. Apost. LIV.

(f) Joban. nos 4.

CHRISTI
31.

nos ipsum benigne habentes, duos per-
egisset dies, & complures ex eis credidif-
sent in eum; inde recedens, abiit in Gal-
ilæam, divertensque a Nazareth, testi-
monium perhibuit quod Propheta in sua
patria honorem non habeat. A cæteris
vero Galilæis humanissime exceptus est:
quippe qui viderant quæ fecisset Hiero-
solyms, cum & ipsi ad diem festum se
illuc contulissent. *Venit ergo (inquit Jo-
hannes a) iterum in Cana Galilææ, ubi
fecit aquam vinum. Et erat quidam Re-
gulus, cujus filius infirmabatur Caphar-
naum. Hic cum audisset quia Jesus ad-
veniret a Judæa in Galilæam, abiit ad
eum, & rogabat eum ut descenderet, &
sanaret filium ejus: incipiebat enim mori.*
Dixit ergo Jesus ad eum: *Nisi signa
& prodigia videritis, non creditis.*
Dicit ad eum Regulus: *Domine descende
priusquam moriatur filius meus.* Di-
xit ei Jesus: *Vade, filius tuus vivit.*
Credidit homo sermone, quem dixit ei
Jesus, & ibat. Jam autem eo descenden-
te, servi occurrerunt ei, & nunciave-
runt dicentes, quia filius ejus viveret.
Interrogabat ergo horum ab eis, in qua
melius habuerit. Et dixerunt ei: *Quia
heri hora septima reliquit eum febris.*
Cognovit ergo pater, quia illa hora
erat, in qua dixit ei Jesus: *Filius tuus
vivit.* Et credidit ipse, & domus ejus
rota. Hoc iterum secundum signum fecit
Jesus, cum venisset a Judæa in Gal-
ilæam. Hactenus Joannes.

LV. Quod ad præfatæ historiæ elucidatio-
nem pertinet: non arbitror esse decep-
tum interpretem (quod aliqui putant) ut
Regulum reddiderit potius quam
Regium, sed legisse βασιλικον cum & sic le-
gisse noscantur antiqui Patres, qui ite-
dem Regulum dixerunt: nec adeo anti-
quam lectionem convellendam esse exi-
stimo; quantumvis sanctum Hieronymus
(b) legens βασιλικον Palatinum pro Régulo
interpretandum putavit. Magis itaque
placet, ut hic fuerit loci alicujus domi-
nus, & ob eam causam sit Regulus ap-
pellatus. Erat enim in eadem Galilæa
posita provincia, Decapoleos dicta, quod
in ea decem essent civitates, inter quas
una annumerabatur (c) Capharnaum. De
illis agens Plinius (d), testatur in singu-
lis decem illis civitatibus fuisse singulas
Tetrarchias, regnorum instar, & in re-
gna solere conferri. Hæc cum ille dicat,
in eam sententiam magis adducor, ut i-
ste sic Regulus dicatur, quod ejus loci
Dominus esset; sic tamen ut Tetrarchæ
Galilææ Herodi Antipæ subesset, vel sal-
tem Romano Præsidi, cui & cæteri Te-
trarchæ parebant, qua ratione & βασιλικον
recte dici potuisset, nempe quod alteri
subesset Principi: quem puto Evangelis-
tam Regulum potius, quam juxta Pli-

(a) Joan. 4.
(b) Hier. in Isai. cap. 65. in princ.
(c) Burchar. de loc. sanctis part. 1. cap. 6. §. 6.
(d) Plin. nat. histor. lib. 5. cap. 18.

TIBERII IMP.
15.

nium, Tetrarcham nominasse, ne dictum
existimaretur de Herode totius Galilææ
Tetrarcha; nec etiam secundum eundem
dixisse Regem, quod nullus eo titulo am-
plius in Palæstina regnaret.

LVI. Cum vero adventus Jesu in Galilæam,
eam causam fuisse scribant Evangelistæ,
quod Johannes Baptista ab Herode detru-
sus esset in carcerem: ut ubi cœperat
prædicatio Evangelicæ veritatis, ibi et-
iam magis ac magis coalesceret: idem
Jesus quod cessasset Joannes, ubi ille
desierat, inde sibi exordium putavit:
nimirum poenitentiam prædicare, idque
secundum propheticum vaticinium Isaïæ,
prout Evangelistæ de eadem re in hæc
verba texunt historiam: *Relicta (e) civi-
tate Nazareth, venit, & habitavit in
civitate Capharnaum maritima, in fini-
bus Zabulon & Nephtalim: ut adimple-
retur quod dictum est per Isaiam (f) Pro-
phetam: Terra Zabulon, & terra Ne-
phtalim, via maris trans Jordanem Gal-
ilææ Gentium: populus qui ambulabat
in tenebris, vidit lucem magnam: &
sedentibus in regione umbræ mortis, lux
orta est eis.* Exinde cepit Jesus præ-
dicare Evangelium regni Dei, & dicere:
*Quoniam impletum est tempus, & appropin-
quavit regnum Dei: poenitemini, &
credite Evangelio.* Quod ad incolatum
Christi Capharnaum spectat: constat qui-
dem ibidem adeo frequenter versatum es-
se, ut Matthæus appellet Capharnaum
civitatem ipsius. Quod autem illic potius
quam in aliis Galilææ civitatibus Domi-
nus diutius egerit, ea ratio afferri solet,
quod frequentior illuc esset accessus ho-
minum, cum tam hi qui Transamnanam
habitarent regionem, quam cæteri e lon-
gino mercaturæ causa eo confluerent.

LVII. Quid vero post hæc secutum sit, in
hunc modum narrant Evangelistæ (g): *Am-
bulans autem Jesus juxta mare Galilææ,
vidit duos fratres, Simonem qui voca-
tur Petrus, & Andream fratrem ejus,
mittentes rete in mare (erant enim pi-
scatores) & ait illis: Venite post me: &
faciam vos fieri piscatores hominum. At
illi continuo relictis retibus secuti sunt
eum.* Noverat eum Andreas ante apud
Joannem & per ipsum idem Jesus inno-
tuerat (ut vidimus) Petro. Sed post hæc
idem pergit Evangelistæ: *Et procedens
inde pusillum, vidit alios duos fratres,
Jacobum Zebedæi, & Joannem fratrem ejus
in navi cum Zebedæo patre eorum refi-
cientes retia sua: & statim vocavit eos.*
Illi autem relictis retibus, & patre suo
Zebedæo in navi cum mercenariis, secu-
ti sunt eum (h) *Et circumbat Jesus totam
Galilæam, docens in synagogis eorum: &
prædicans Evangelium regni, & sanans
omnem languorem, & omnem infirmitatem
in populo. Et abiit opinio ejus in totam
Syriam*

LVI.

(e) Matt. 4. Marc. 1. Luc. 4. Concor. Evang. c. 25.
(f) Isai. 9.

LVII.

(g) Matt. 4. Marc. 1. Luc. 5. Concor. Evang. c. 26.

Joannes & Jacobus sequuntur Jesum.

(h) Matt. 4.

CHRISTI
31.

Syriam, & obtulerunt ei omnes male ha-
bentes variis languoribus & tormentis
comprehensos, & qui demonia habebant,
& lunaticos & paralyticos. Cum igitur
Matthæus Evangelista dicat, in omnem
Syriam famam de his quæ facta essent a
Jesu, fuisse vulgatam: inde accidit, ut
ea superioris Syriæ fines attingeret, &
ad Edeffæ Syriæ civitatis Regem Abaga-
rum penetraret: his ille permotus, ad Je-
sum fertur scripsisse epistolam, quam Eu-
sebius (e) Pamphili e Syriaca lingua in
Græcam transtulit, simul cum ea quam
ad eundem dominus Jesus Christus eidem
tabellario dedit. Eas ipsas Latino idio-
mate donatas nos hic describemus, ac
subinde de earumdem fide agemus; sic
vero se habent:

(h) Euseb. hist. l. 1. c. 23.

(*) Agaba-
rus, vel
Agaba-
rus.
LVIII.
Abagari
epistola
ad Jesum.

„ Abagarus (*) Princeps Edeffæ, Sal-
vatori propitio, qui in confiniis Hie-
rusalem in carne apparuit, S.
„ Insignes illas virtutes & curationes,
quæ abs te sine medicamentis, & sine
herbis factæ sunt, auditione accepi.
„ Cæcos enim (ut fama est) videre ef-
ficis, claudos ambulare, & leproso-
s mundas; spiritus iracundos & dæmo-
nes ejicis: eos etiam, qui diutius mor-
bis pressi sunt, sanas: mortuos deni-
que ad vitam revocas. Quæ quidem
cum de te audivissem, de duobus hisce
alterum verum esse cogitabam: te aut
Deum esse, & cæli fastigio delap-
sum: aut Dei filium saltem, qui ista
tam stupenda edas miracula. Quapro-
pter hæc ad te scripsi, magnopere
precaus ut laborem ad me accedendi
suscipere, huncque quo crucior mor-
bum curare non graveris. Etenim au-
dio Judæos tibi obstruere malevole,
& velle libenter aliquo magno malo
Ann. Eccl. Tom. I.

VIII.
Converso
Agbari E-
desse-
norum
Regis.
Baronius
an. 43. n. XLII. ubi de Agbaro Rege & epocha Edesse-
norum XVIII. agemus.

IX.
Obitus Li-
via Augu-
stæ.

A num. LVII. ad LXL. Thaddæus ex septua-
ginta duobus Christi Discipulis unus, Edeffem hoc
anno ab Apostolis missus dicitur, qui sanat Ag-
barum Edesse-
norum Regem, & populum ejus
convertit; quod in Annalibus & in epitome
perperam differtur in annum Eræ Christianæ
an. 43. n. XLII. ubi de Agbaro Rege & epocha Edesse-
norum XVIII. agemus.
Obiit hoc anno Livia Augusti Imp. uxor, quæ
in Nummo apud Mediobarbum dicitur, AUGU-
STA MATER PATRIÆ. Tacitus lib. 5. Annal. sub
hujus anni Consulibus mortem ejus recitat, quæ
post mensem Junium contigit, si Livia anno
primo Olympiadis 202. ut dicitur in Sylloge
Hist. apud Scaligerum pag. 339. e vivis excessit.
Suetonius in Tiberio cap. 51. ait: *Toto qui-
dem triennio, quo vivente matre absuit, senel-
omnino eam, nec amplius quam uno die, ac pau-
cissimis vidit horis.* Lipsius in Notis ad lib. 4.
Annal. Taciti ubi locum illum refert, ait: *Er-
malim, toto biennio. Egressus enim Tiberius sine
anni Urbis DCCCLXXXIX. (Christi nempe XXVI.)
obiit illa principio anni DCCCLXXXII. ut ex Ta-
citi clarum. Non ergo fuerunt inter toti tres an-*

TIBERII IMP.
15.

„ afficere. Est mihi civitas perexigua
„ quidem, sed ornata sane & illustris;
„ quæ utrique nostrum rerum necessaria-
„ rum suppeditabit satis. Hactenus epi-
stola. Sequitur Eusebius: *Ista, divino
splendore et tum paululum elucente, ad
Jesum hoc modo perscripsit. Operæpretium
est porro, epistolam, licet brevem, ple-
nam tamen virtutis & efficacitatis, au-
dire; quæ per eundem tabellarium a Jesu
ad illum missa fuit, cujus quidem hæc
erat sententia.*

Rescripta Jesu ad Abagarum Princi-
pem, per Ananiam cursorem missa.
„ Abagare, beatus es, qui cum non
„ videris me, in me tamen credidisti.
„ De me enim scriptis proditum est,
„ eos qui me viderunt, in me non cre-
„ dere: ut hi qui me non viderunt, cre-
„ dant, & vitam consequantur. Quod
„ scribis ad me, te velle ut ad te ve-
„ niam; eas res, quarum gratia sum mis-
„ sus, debeo hic necessario obire: quas
„ cum plene perfecero, ad eum recipi qui
„ me misit. Quo simul ac assumptus fuero,
„ aliquem ex discipulis meis mittam ad
„ te, qui morbo quo tantopere torque-
„ ris, faciat medicinam, & vitam tibi
„ tuisque impertiat. Hactenus Jesu liti-
teræ, de quarum fide hæc idem auctor
paulo superius: *Harum verum insigne &
locuples testimonium ex tabulario Edeffæ
civitatis, id temporis a Rege guber-
nate, depromptum habes. Nam in ta-
bulis publicis, quæ nedom veteres, sed
recentes etiam res nuper ab Abagaro
gestas continebant, hæc eadem in hanc
nostram ætatem reservata reperuntur.*
*Quare nihil commodius esse putavi, quam
ipsas epistolas a veteribus illis annali-
bus petitas, atque adeo ad verbum ex
lin.*

LIX.
Epist. Je-
su ad Aba-
garum.

ni. Sed inde intelligere poterat Vir eruditissi-
mus, Suetonium tres annos utrinque incomple-
tos totum triennium appellare. Sæpius enim
videbimus, Antiquos, annos inchoatos quando-
que exactos appellasse, quo non animadverso
Chronologia non raro labefactata, ab illis e-
tiam, qui eidem restituendæ magnam operam
navarunt. Suetonius in Augusto cap. 65. ait: *Ca-
ium & Lucium in duodeviginti spatio amisit an-
nos: qui tamen in Tiberio cap. 15. scribit: Ca-
io & Lucio intra triennium defunctis.* Lipsius in
Notis ad lib. 1. Annal. Taciti duo hæc loca in-
medium adducens inquit: *Non ambigas quin-
scribendum sit, intra biennium.* Ubi ad eum-
dem lapidem offendit. Lucius Cæsar circa men-
sem Septembrem anni Eræ Christianæ secundi;
Caius Cæsar mense Februario anni quarti eju-
dem Eræ e vivis excessit. Quare Suetonius u-
trumque extremum annum incompletum pro in-
tegro numerat, licet ultimum duobus mensibus
integris non constet. Hæc loquendi formulæ hic
a nobis explicandæ fueræ, ut correctio vario-
rum errorum inferius detegendorum magis Le-
ctori probetur.

Lingua Syriaca hoc loco citare; quæ ita ut sunt posita, se habent. Hæc Eusebius: cætera autem quæ ipse de eodem scribit, suo loco inferius dicemus: nos vero nunc hæc recitavimus ea occasione, quod dicatur ab Evangelista, in omnem Syriam Christi famam fuisse pervulgatam; non tamen ut dicamus hoc anno epistolam scriptam: nam dictus Princeps multa in ea recenset a Christo & in Christum facta, quæ post præsentem annum contigisse certum est.

LX.

Quod pertinet ad distarum epistolarum fidem: eo quod non reperiantur ab Evangelistis conscriptæ, idcirco Gelasius (a) Papa recenset illas inter apocrypha, quasi non hagiographa; non tamen ut eas ab Ecclesia omnino proscribat, sicut nec complures alios libros quos proxime recensuit. Eas vero absque aliqua dubitatione ab antiquioribus fuisse receptas, evidenter testatur epistola Darii Comitis ad S. Augustinum scripta, in qua earumdem argumentum recenset, & ex eis ad persuadendum Augustino (b) ut sua scripta ad se mittat, exemplum adducit. Sed & ante Augustini tempora ipse S. Ephræm diaconus ejusdem civitatis Edesse, in eo opusculo quod novissimum omnium scripsit, cujus est titulus, Testamentum Ephræm, de iisdem epistolis egregiam habuit mentionem. De his etiam agit Theodorus Studita in epistola (c) ad Paschalem Papam in fine. Extitisse integram epistolam Jesu ad Abagarum missam, adhuc temporibus Michaelis Paphlagonis Imp. qui Imperium auspicatus est anno Domini millesimo trigesimo quinto, & in honore habitam, Cedrenus tradit in suo historiarum compendio. Hæc vero non sic a nobis sunt recitata, ut apocrypha in hagiographa transferri velimus; sed tum ne quid lectorem prætereat; tum etiam ne ea quis omnino contemnenda existimet, quæ majores complures venerati esse noscuntur.

(a) Ext. in script. in Cod. Vat. post epist. Hormisdæ Papa.

LXI.

Quin & ab ipso CHRISTO sui imaginem, non arte hominis elaboratam, sed ab ipso summo rerum architecto & opifice Domino nostro, ad Abagarum missam, post datam epistolam, a compluribus gravissimis auctoribus scriptum reperimus. Evagrius Scholasticus id testatur (d) at non fuit ipse ejus rei primus auctor: sed quoniam miracula inde prodita recenset, occasione ejus rei meminit: quæ vero ab ipso scripta recitata sunt in Concilio Nicæno (e) secundo, a Patribus, ut egregie testata, fideque digna, comprobata habentur. Quomodo autem ea imago non manufacta dicatur, Joannes (f) Damascenus sic scribit: *Historia quoque proditum est: cum Abagarus Edesse Rex eo nomine pictorem misisset, ut Domini imaginem exprimeret; neque id pictor ob splen-*

(d) Evagr. hist. li. 4. c. 26.

(e) Nicæn. Conc. 2.

(f) Jo. Damasc. de fide Orthod. li. 4. c. 17.

dorem ex ipsius vultu manantem consequi potuisset; Dominum ipsum divina sua ac vivifica faciei pallium admovisse, imaginemque suam ei impressisse: sicque illud ad Abagarum, ut ipsius cupiditati satisfaceret, misisset. Hæc Damascenus; nec diversa Nicephorus (g). De eadem præterea luculenta oratio (h) Constantini Porphyrogeniti extat, & cumolata mentio habetur in (i) Actis sanctorum Samonis & Gurie: Græci insuper de eadem celebrant anniversariam solemnitatem decimo septimo Kalendas Septembris, ut constat ex eorum Menologio. At quod ad Latinos pertinet: testimonio Hadriani Papæ (k) scribentis ad Carolum Magnum testatum habetur, eandem de imagine ad Abagarum missa historiam cognitam, & receptam esse a Stephano Papa in Concilio Romano, cujus fidei ad stipulationem est gravissimus. Crebra certe & insignia miracula ex eadem imagine prodita ejus rei veritatem abunde declarant & demonstrant, quæ & recenset Evagrius (l) de temporibus Chærotes, & (m) alii. Theophanes (n) etiam auctor est, ingentes Persarum copias præsidio hujus sine manu factæ imaginis, quam secum in acie duxisset Philippicus dux sub Mauritio Imp. esse penitus profligatas. Sed de his opportunius suis locis agemus. Nunc ad institutam de Christi rebus gestis Evangelicam historiam revertamur, a qua, occasione famæ de operibus Christi per omnem Syriam pervulgatis, paululum digressi sumus.

(g) Niceph. hist. li. 2. c. 7. (h) Apud Metaph. die 10. Augusti. (i) Apud eund. 15. Novemb. & in vita S. Alexii. (k) Hadr. ad Carol. Magn. epist. extat tom. 3. Conc. nova edit.

(l) Evagr. hist. lib. 4. c. 26.

(m) In Actis prædict. sanct. apud Metaph.

(n) Apud histor. Miscell. lib. 17.

LXII.

Cum ergo Dominus noster Jesus Christus (ut vidimus) prædicationem auspicans, eandemque signis ac miraculis pluribus illustrans, Galilæam peragraret, fama rerum ubique pervulgata: *Secuta sunt eum (inquit Matthæus o) turba multa de Galilæa, & Decapoli, & de Hierosolymis, & de Judæa, & de trans Jordanem. Tunc (p) factum est, cum turba multa irruerent in eum, ut audirent verbum Dei, & ipse stabat secus stagnum Genesareth. Et vidit duas naves stantes secus stagnum: piscatores autem descendebant, & lavabant retia. Ascendens autem in unam navim, quæ erat Simonis, rogavit eum e terra reducere pusillum. Et sedens docebat de navicula turbas. Ut cessavit autem loqui, dixit ad Simonem: Duc in altum, & laxate retia vestra in capturam. Et respondens Simon dixit illi: Præceptor, per totam noctem laborantes, nihil cepimus: in verbo autem tuo laxabo rete. Et cum hoc fecissent, concluderunt piscium multitudinem copiosam: rumpebatur autem rete eorum. Et annuerunt sociis, qui erant in alia navi, ut venirent, & adjuvarent eos. Et venerunt, & impleverunt ambas naviculas, ita ut pene mergerentur. Quod cum videret*

(o) Matt. 4. Marc. 3.

(p) Luc. 5. Concord. Evangel. Jansen. c. 26. De piscatione Petri.

deret Simon Petrus, procidit ad genua Jesu, dicens: *Exi a me Domine, quia homo peccator sum. Stupor enim circumdederat eum, & omnes qui cum illo erant, in captura piscium, quam ceperant. Similiter autem Jacobum & Joannem filios Zebedæi, qui erant socii Simonis. Et ait ad Simonem Jesus: Noli timere: ex hoc jam homines eris capiens. Et subductis ad terram navibus, relictis omnibus secuti sunt eum.*

LXIII.

Consideratione quidem dignum esse videtur, quod divina Sapientia, quæ in terra apparuit, & cum hominibus in carne versata est, quæ & in sui dispositione non fallitur, singulari quadam providentia erga Petrum esse propensior visa est; quippe quæ ipso primo intuitu eundem admirabili nomine illo, ut Cephas, hoc est, petra, diceretur, insignivit. Post inde concionaturus ipse Jesus ad populum, non in alteram, cum duæ essent naves in littore, sed in eam quæ ipsius Simonis erat, ascendit, quam pro pulpito habuit ad docendas turbas: eandemque mox in altum jubet duci, & ingenti piscium multitudine onerari voluit: his scilicet tamquam quibusdam lineamentis adumbrans quæ postmodum in Ecclesia futura erant: nimirum stabilendam primum fore Ecclesiam super petram, quæ Christo primario lapidi firmiter inherens, nulla posset umquam concussionem convelli. Sed alio signo eadem Ecclesia rursus navi comparatur, quod turbibus mundi hujus esset exposita, ex qua Christus universum populum docturus esset. Petro insuper, nec alii imperatum ut ducat in altum, & laxet retia in capturam; eique tantummodo datum, ut tantam multitudinem piscium rete concluderet; quod futurum esset, ut Catholica Ecclesiæ, quæ navi, Petrus uti princeps clavum teneret, necnon calcaret altas hujus sæculi undas, & verbi Dei prædicatione omnes gentes per se, vel alios, in Ecclesiam adduceret: hæc enim symbolice facta esse, Dominus declaravit, cum dixit: *Ex hoc jam homines eris capiens.*

LXIV.

De lacu Genesareth.

(a) Joseph. de bello Jud. lib. 3. c. 18.

At quoniam de Genesareth lacu frequens incidit mentio in Evangelio: operæ pretium duximus, illum ex Josepho descriptum ob oculos ponere; sic enim ille ait (a): *Lacus Genesar a terra continente appellatur: quadraginta vero stadiis in latitudine patens, centumque in longitudine, aqua dulcis est, atque potabilis. Palustri enim crassitudine tenuiores habet latices; & undique in littora & arenas desinens, purus est, ac præter hoc temperatus ad hauriendum: & fluviio quidem sive fonte lenior est; semper autem frigidior, quam lacus diffusio patitur, manet: æstivisque noctibus ejus aqua sub divo perflat & nequaquam aestibus cedunt: id*

enim facere indigenis moris est. Varia autem sunt in eo piscium genera, ab alterius loci piscibus iam sapore, quam specie discreta: mediusque fluviio Jordane secatur. Hæc Josephus de lacu. Quod autem spectat ad regionis ubertatem & pulchritudinem, hæc addit (b): *Ad Genesar vero lacum, ejusdem nominis terra prætenditur, natura simul & pulchritudine admirabilis: nullum enim ipsa pro ubertate sua negat arbutum, totamque plantis consere cultiores. Cæli vero temperies etiam diversis aptissima est: nuces enim quæ arborum maxime frigoribus gaudent, insinitæ florent: ubi etiam palme, quas nutrit calor æstivus: hæc juxta ficus & oleæ, quibus aura mollior destinata est: ut naturæ magnificentiam hanc esse quis dixerit, vim adhibentis, ut in unum conveniant inter se repugnantia, annique temporum contentionem bonam, velut singula peculiari studio terræ faverent; non enim solum nutrit præter opinionem pomæ varia, sed etiam servat, egregia quidem, & quodammodo regnantia. Uvas sane & caricas sine intermissione decem mensibus suggerit, cæteros vero fructus anni spatio senescentes. Nam præter aeris lenitatem, fonte quoque irrigatur uberrimo, qui Capernaum ab indigenis appellatur: eum nonnulli venam esse Nili fluminis opinantur, quod similes coracino Alexandrino generat pisces. Longitudo autem regionis secundum littora cognominis lacus, triginta stadiis extenditur, & latitudo viginti. Hactenus de ea regione Josephus.*

(b) Idem ibidem.

LXV.

Porro non fons tantum, sed & ab eo denominatum erat oppidum Capharnaum; eique proxima ad secundum lapidem erat Corozain, ut tradit Hieronymus (c). Erat & in ejus lacus ripa Tiberias, sic dicta (ut superius meminimus) a Tiberio, in cujus honorem ab Herode Tetrarcha est ædificata; ubi primo fuisse vicum nomine Cephira, idem testatur (d). Denique ab eodem oppido Tiberiadis, factum est, ut & ipse lacus appellatus sit Tiberiadis. Erat ibidem ad ripam ipsius Bethsaida oppidum, quod Herodes nomine Julæ, Cæsaris filæ, Juliam nuncupavit. Sed de his supra.

(c) Hieron. de locis Hebraicis.

(d) Idem de locis sanctis.

LXVI.

Sub idem tempus ingressus Jesus Capharnaum (e), diebus sabbati in synagoga docebat populum, ibique dæmoniacum curavit, inde focrum (f) Simonis Petri, & multos alios ægrotos ac dæmoniacos: exhibantque dæmonia a multis, claustris, & dicentia: Quia tu es filius Dei; sed ipse increpans, non sinebat ea loqui, quia sciebant ipsum esse Christum. Inde exeuntem comitatus est Simon, & alii, qui cum eo erant. At requirens eum turba cum invenisset, non sinebat inde recedere. Sed ille aliis se oportere regnum Dei prædicare testatus, Galilæam peragrans læa.

(e) Marc. 1. Luc. 4. Jansen. Concor. Evang. c. 27.

(f) Marc. 1. Luc. 4.

Res gestæ in Galilæa.

grans docebat in synagogis, & eiciebat
(a) Matt. dæmonia. Unique (a) ex Scribis, cum
Luc. 9. se sub ejus disciplina professurum jactaret, dixit: *Vulpes foveas habent, & volucres cæli nidos*: filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet. Alteri autem, ut se sequeretur imperavit, nec sepultura patris voluit retardari. Alteri insuper nec domum reverti permisit.

(b) Matt. Ascendens (b) inde in naviculam una cum
Luc. 8. discipulis suis, cum sero esset, somno se dedit: magna vero tempestate agitante naviculam, excitatus ab illis, imperavit vento & mari, factaque est tranquillitas magna. Appulit inde ad regionem Gerafenorum, liberavitque duos dæmoniacos de monumentis exeuntes, sævos nimis: dæmones vero permisso ipsius in porcos se immittentes, dederunt eos in mare præcipites: quam ob causam timore perculsæ gentes regionis illius, ipsum rogaverunt ut inde recederet: qui rursus mare transfretavit, & rediit in Gallilæam.

LXVII. Quæ a Matthæo dicta sunt de dæmonibus atque porcis facta esse in terra Gerafenorum, apud Marcum & Lucam leguntur contigisse in terra Gadarenorum; licet apud Matthæi Græce redditum Evangelium *γενεθαρών*, id est, Gergesinorum, sit scriptum. Neque vero ut putant multi una civitas tribus his nominibus dicta erat; sed Gergesæi dicti, sicut Evæi, Cethæi, & Jebusæi, erant populi trans lacum Genesareth positi, quorum civitates

(c) Joseph. ab Hebræis sunt excisæ, ut Josephus (c)
antiq. lib. 2. cap. 6. testatur; harumque nomen tantum remansit: licet S. Hieronymus de locis Hebraicis agens, dicat superesse viculum super montem, juxta stagnum Tiberiadis qui Gergesa dictus sit, ibique factum miraculum de porcis. Porro in ea Gergesæorum regione inter alias duæ erant civitates trans lacum Genesareth positæ; quarum altera Gadera dicta erat, a tribu Gad, cui ea in sortem venit: quæ cum a Judæis destructa esset, Pompejus (d) in gratiam liberti sui Demetrii Gadarenis eam restauravit: Altera diversa prorsus ab ea erat Gerasa dicta, seu Gerasis, ut ex Josepho (e) colligitur: nam a Gadara Gadarenfes (f), & a Gerasa Geraseni dicti sunt populi.

(d) Joseph. de bello Jud. lib. 1. c. 3.
(e) Joseph. de bello Jud. lib. 3. c. 2.
(f) Joseph. de bello Jud. lib. 5. c. 3.

LXVIII. At quod pertinet ad dæmoniacos qui dicuntur exiisse de monumentis, sic accipe. S. Epiphanius (g) cum agit contra Ebionæos, de Gadara civitate, dicit fuisse prope ipsam tumbas, sepulcra scilicet, in speluncis quæ erant in petris excisæ, ac desuper structæ: illicque præstigiatores dæmonum invocationes exercuisse tradit. Idem auctor agit de balneis, aquis calidis scilicet, quæ erant in Gadareno agro, ad quas erat frequens accessus. Ad eas potius quam ad lacum Genesareth porcos esse mersos, conjici potest, eo quod

locus ille impudicitis & illusionibus dæmonum esset expositus: sic enim idem Epiphanius ait: *Proficiscuntur ad Gadara, ad aquas calidas, quo loco singulis annis conventus celebratur. Accedunt enim undequaque qui lavare volunt ad dies aliquot: morborum videlicet deponendorum gratia: id quod diabolicum est stratagemata. Ubi enim miracula a Deo facta sunt, ibi adversarius perniciosus sua retia ponere anticipavit: nam viri & femine illinc lavantur, &c.* Subdit de muliere Christiana perpulchrum exemplum, quod signi Crucis virtute liberata sit a lascivo juvene sibi arte dæmonum illudente. Meminit & Strabo (h) de aquis Gadarenis in hunc modum: *In agro etiam Gadareno est aqua quædam pessima ex lacu: qua degustata, pecora pilos, ungues & cornua amittunt.*

LXIX. Fuisse autem dictas aquas calidas ad radicem montis, super quem erat Gadara civitas ædificata trans Jordanem, contra Scythopolim & Tiberiadem ad Orientalem plagam, tradit S. Hieronymus: licet (i) ipse dicat porcos in stagnum Genesareth esse præcipitatos. Quod si prior sententia magis placeat, nulli faciat dubium quod dicat Evangelista eos esse in mare præcipitatos: quandoquidem penes Hebræos, quantumlibet parva aquarum congregatio, mare dici consuevit; unde & in divina Scriptura habes mare æneum, vas in templo ad sacerdotum usum aquam continens. Nunc vero quod ad suariam artem pertinet: cum populi illi essent Judæi, illicite illam exercuisse putantur: adeo enim sues apud Judæos in abominacione erant, ut nec eos suo nomine Judæi nuncupare dignarentur: Josephus (k) enim cum nefanda dicit animalia, porcos intelligit. Porro ad suppeditandam annonam Romanis militibus certum est, sicut & in aliis provinciis, in Palæstina sues ali consuevisse: ea de causa & multa suariis concessa privilegia (l) leguntur.

LXX. Rediens Jesus in Gallilæam inferiorem, Galilæam inquam minorem dictam (nam alia Gentium nominata est Superior m) seu Major, & regio Transammana n) iterum venit Capharnaum: Quo cum venissent Pharisei & legis doctores, ex Galilæa, Judæa, & e civitate Hierusalem, essentque in domo sedentes, & turba foris undique circumfusa, desuper per tegulas paralyticum demittunt ante illum: qui eum sanavit, reprehensis prius Phariseis de his quæ in ipsum corde meditabantur. Humilem plane fuisse domum illam, in quam ascendentes vectores paralytici aperto tecto, per tegulas eum deorsum intulerunt, satis est etiam argumento, quod Judæorum sublimiores domus non essent imbricibus tegulisque constructæ,

(h) Strabo. lib. 16.

(i) Hieron. de locis Hebraicis.

(k) Joseph. de bello Jud. lib. 5. c. 1.

(l) Cod. Theod. de suar.

(m) Joseph. de bello Jud. lib. 3. c. 2.

(n) Matt. 9. Marc. 2. Concord. Evang. cap. 39.

Domus Judæorum qualis.

tectæ, sed solaria haberent desuper pavimento constructa; in quibus manere ac deambulare liberum esset, cum haberent circumcirca repagula ex legis præscripto hæc jubentis (a): *Cum edificaveris domum novam, facies murum tecti per circumciturum, ne effundatur sanguis in domum, & sis reus labente illo, & in præceptis ruente.* Sic & David, refert divina Scriptura (b) deambulasse in solario domus suæ, & Bethsabeam lavasse item se in suæ domus solario. Ex his etiam facile rem accipias, quid sit quod Dominus dixit (c): *Qui fuerit in tecto, ne descendat.* Quod autem per tegulas paralyticus demitteretur, fidei ardore factum commendatur, cum alioqui maximo vitio verteretur in domum alienam submitti per tegulas: quod Antonio objecit Cicero in secunda Philippica. Sed profequamur cætera.

LXXI. Post hæc autem idem Dominus Matthæum Publicanum sedentem ad telonium vocans, se sequi iussit: qui & sumptuosum illi convivium, in quo discubuit ipse Jesus cum discipulis suis, simulque multi Publicani & peccatores, paravit. Cumque Pharisei redarguerent Dominum, ac discipulos ejus, quod manducaverit cum Publicanis & peccatoribus: brevi responsione ipse Jesus instituit apologiam, dicens non esse opus sanis ac bene valentibus medico, sed his qui male se habent. Sane quidem tam ex his quæ hic habentur, quam etiam ex perlisque aliis locis Evangelii constat, penes Judæos, Publicanos fuisse malæ existimationis homines. Unde & cum alias a Zacchæo (d) Publicanorum principe exceptus esset Dominus, de eo murmurabant Pharisei, quod apud hominem peccatorem divertisset: & ipse Jesus, de incorrigibili peccatore dum loquitur, ait: *Sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus.* Rursumque parabolam dicens (e) de Phariseo & Publicano in templo orantibus, illum in his quæ foris sunt, justum hominem, hunc autem peccatorem representare demonstrat. Tertullianus (f) existimavit Publicanos omnes fuisse Gentiles: quem S. Hieronymus (g) redarguens, ait: *Vehementer admiror Tertullianum in eo libro quem de Pudicitia adversus penitentiam scripsit, & sententiam veterem nova opinione dissolvit, hoc voluisse sentire, quod Publicani & peccatores, qui cum Domino vescerantur, Ethnicus fuerint, dicente Scriptura: Non erit velligal pendens ex filio Israel: quasi vero & Matthæus non ex circumcissione fuerit Publicanus; & ille, qui cum Phariseo in templo orans oculos ad cælum non audebat erigere, non ex Israel fuerit Publicanus, &c.* Hæc Hieronymus.

(a) Deut. 22.
(b) 1. Reg. 11.
(c) Luc. 17.

De publicanis.
(d) Luc. 19.
(e) Luc. 18.

(f) Tertul. lib. de pudicitia.
(g) Hieron. epist. 146.

LXXII. Sed quinam fuerint Publicani, e loco

unde sumpserunt originem, interpretatio sumenda est. Jurisconsulti, qui Romanorum leges sunt interpretati, illos dixere esse Publicanos, qui vectigalia a fisco conducunt: id Ulpianus (h) & Caius (i) affirmaverunt; addit Marcianus (k), non tantum horum fuisse munus, vectigalia a subditis, verum etiam professionem ab illis exigere: Hujus quidem muneris functio apud Romanos honestissima erat, ut quæ non nisi equestris ordinis nobilibus Romanis conferri soleret: quod ex his accipies. Scribit Cicero (l) ad M. Brutum de Terentio Varrone, quod se in Publicanorum societatem contulerit: quod, inquit, homo verus satus in utrisque subselliis existimavit honorem honestissimum. Idem in oratione pro Plancio, cum agit de Publicanorum ordine, hæc ait: *Qui ordo quanto adjuvamento sit in honore, quis nescit? Flos enim equitum Romanorum, ornamentum civitatis, firmamentum Reipublicæ, Publicanorum ordine continetur, &c.* Rursus etiam idem scribens ad Q. fratrem de regimine præfecturæ Asiæ, plura habet de dignitate Publicanorum, & quantum profint Romanæ Reipublicæ pluribus differit, additque nomen Publicanorum non tantum Judæis, sed & Græcis fuisse infensissimum ac plane invidiosum.

Mittebantur hi in provincias ad vectigalia exigenda, qui ex iisdem provinciis homines, quos eidem muneri adscriberent, sibi eligebant (m), qui item Publicani dicebantur; cujus ordinis Matthæus erat, & Zacchæus dictus princeps Publicanorum, qui dicebatur Hebraice Gabbe, cæteri vero Publicani (n) Gabbain, unde fortasse deductum nomen Gabella. Verum in Hebraico textu Evangelii S. Matthæi, quod pervetustum habetur, Publicanos Parisim invenimus appellatos, quod est proprium nomen illoꝝum latronum, qui maceriam vel sepes dissipant, ut ad furandum atque prædandum pateat aditus. Eo etiam nomine utitur Jeremias (o), dum ait: *Numquid ergo spelunca latronum facta est domus ista?* quod Hebraice, loco Latronum, habet Parisim. Latronum ergo nomine Publicanos Judæi appellabant, quod libertatis asylum viderentur effringere, atque ad servitutem aditum aperire. Hac ergo de causa ab illis iisdem habebantur infames, atque una cum cæteris turpibus personis a magistratibus publicis arcebantur: nam apud Thalmudistas (p), ubi agitur de Judicium, rejectione, inter alios infames, quos ab ea functione excludebant, Publicani nominati erant. Cur autem eo nomine notati essent, nulla alia subest causa, nisi quod Judæi, genus Abraham ex libera, liberos se esse profiterentur, nec quicquam aliis debere, nisi decimas Deo; le-

(h) l. 1. ff. de Publican.
(i) l. 16. ff. de verb. sign.
(k) l. ult. ff. de Publican.

(l) Cic. epist. fam. lib. 13.
Qui fuerint publicani.

LXXIII. (m) l. 1. §. Qui. ff. de Public.

(n) Canin. de locis nov. Test.

Publicani Provinciales.

(o) Jerem. 7.

(p) Canin. de locis nov. Testam.

legeque statutum esse, ne esset vestigal pendens ex filiis Israel. Unde quantumlibet inviti ad vestigal & tributum pendendum adigerentur, nefas tamen exorandumque existimabant, Judæos a contribulibus suis ad id Romanis præstandum compelli, cum illud nomine Imperatoris ab illis exigerent. His accedit, quod (ut Suidas scribit ex Jamblico) ob duras acerbasque exactiones, nomen Publicanorum erat invivum; additque: Vita Publicanorum aperta est violentia, impunita rapina, negotiatio nulla ratione constans, invereconda mercatura. Hæc de Publicanis apud Suidam.

LXXXIV. Sed jam ad Evangelicam historiam redeamus. Post hæc vero (a) rogatus Jesus ab Archisynagogo ut filia suæ in extremis laboranti succurreret, abiens obviam habuit mulierem, quæ annis duodecim sanguinis fluxum passa, tactu simbriarum vestimenti ejus curata est; quæ quod fecerat, & quod a Christo acceperat, palam confessæ est: hæc pluribus Evangelistæ; nos historiam cunctis notam summamque collegimus. Ambrosius hanc mulierem fuisse Martham Mariæ sororem, in libro quem de Salomone scripsit, sentire videtur, cum hæc ait (b): Dum largum sanguinis fluxum siccavit in Martha, dum demones pellit ex Maria, dum corpus redidit spiritus calore constringit; & quod mors sibi vindicaverat ad penam, lux denuo recepit ad vitam, &c. At vero quæcumque illa fuerit mulier nobilissima æque ac ditissima, tanti non immerito beneficii, ne illud aliquando memoria hominum excideret, egregio monumento testatum posteris omnibus cupiens, æneis simulacris tam Jesu quam sui effigiem referentibus, rei gestæ memoriam futuris sæculis in perpetuum commendandam voluit. Quamobrem non est quod dici possit, eam fuisse Martham Mariæ & Lazari sororem Judæam feminam: cum non liceret ullo pacto Judæis simulacrum cuiusvis quavis occasione formare.

(a) Anab. in lib. de Sa. tom. 6. 5.

De muliere curata a fluxu sanguinis.

LXXXV. Quod vero spectat ad statuas ab hac fieri iussas; rem credo nemini ignotam; sic breviter describit Eusebius (c), dum de Cæsarea Philippi, quam Phœnices Pænæa vocabant, agit his verbis: Sed quoniam in hujus civitatis mentionem incidendo, operæpretium arbitror historiam hoc loco citare, quæ digna plane videtur, quam memoriæ ad posteritatem commendemus. Mulierem illam sanguinis profusio afflictatam, quam sanctorum Evangeliorum testimonio a Salvatore nostro morbi remedium invenisse cognovimus, ex ea civitate oriundam, illiusque domum ibi ostendi, & admirabilia quedam Salvatoris in eam beneficii monumenta & quasi trophæa ad hoc tempus durare memorant. Pro foribus enim domus illius æneam mu-

(c) Euseb. hist. lib. 7. c. 14.

De statua Æneæ Christo erecta.

lieris effigiem genibus flexis, & manibus instar supplicantis in anteriorem partem extensis, super editum lapidem collocatam: huic e regione, viri erectam, imaginem ex eadem materia constatam, vestitu ad talos demisso decenter ornatam, & manum mulieri porrigentem: ad cujus pedes in ipsa basi peregrinam quamdam & inusitatam herbæ speciem enasci: quam quidem, ubi ad æneæ vestitus simbriam excreverit, morbi cuiusque generis medicandi vim & facultatem habere. Hanc statuam effigiem Jesu exprimere dicunt: quam ad nostram usque ætatem manentem, ipsi ad eam civitatem profecti, oculis cernebamur. Nec plane mirum: eos qui ex Gentilibus prognati, a Salvatore, dum inter homines vivebat, beneficiis affecti fuissent, ita fecisse: cum & nos Petri & Pauli Apostolorum, & Christi etiam ipsius imagines in picturis colorum varietate expressas conservatasque aspexerimus; idque propterea, sicut verisimile est, quod majores nostri ad Gentilis consuetudinis similitudinem quam proxime accedentes, eos qui tamquam Salvatore illis fuissent, id est, qui illis aliquid salutis & subsidii attulissent, apud se honore ad hunc modum afficere consueverant. Hactenus de his Eusebius. Porro recentet Joannes Damascenus (d) ex Chronico Joannis Antiochiæ Episcopi cognomento Malalæ, supplicem libellum oblatum Philippo Tetrarchæ Trachonitidis regionis, ut de beneficio quod acceperat, liceret in perpetuum ejus rei monumentum erigere statuas. Sed cum in multis ejus scripti fides vacillet, & compluribus scater mendacis cognoscatur; indignum putavimus his nostris chartis intexere. Qui locum cupit, habet numerum citatum in margine, qui facile indicet.

Itaque jam Evangelicam narrationem pro instituto prosequamur. Curata a sanguinis fluxu muliere, mox de morte filia Archisynagoga nuntii venerunt, (e): at nihilominus Christus in domum ejus se contulit: ubi ingentem de puellæ morte luctum excitatum, ipsosque tibicines ad hoc vocatos, ut lugubre canerent, reperit. Morem quidem fuisse Judæorum ad luctum tibicines adhibere, ex Josepho (f) etiam facile cognosci potest, dum ait: Luctus ducis publicus erat: & hi quidem de bello hospites, alii propinquos, amicos alii, nonnulli etiam fratres stebant, Josephum autem universi, adeo ut per dies triginta nunquam lamenta in civitate cessarent, magnaue mercede conducerentur tibicines nentiarum. Hæc Josephus. Tibicines rum id equidem non ex divinæ legis præscripto, sed potius more Gentilium, tam Latinorum, quam Græcorum: nam infu-

LXXXVI.

(e) Matt. 9. Marc. 5.

(f) Jos. Jud. lib. 3. cap. 15.

Tibicines ex Judæorum.

hiberi solitos docet Seneca in Ludo Claudii, Plutarchus de consolatione ad uxorem, & alii complures. Erat eorum Romæ frequentior usus, ubi (ut docet Valerius a) tibicines tecto capite, nempe personati, sonare consueverant; nam & personam a personando Gellius (b) dictam tradit. Hinc est, puto, quod in compluribus antiquis sepulcris marmoris personæ patentibus buccis habentur insculptæ. Nisi potius dignius est existimare, ejusmodi imagines sic ab illis in sepulcris effigiari solitas, quod essent hieroglyphicum animarum, quæ absque lumine apud inferos detinentur: sic enim defunctorum animas ejusmodi facie, instar personæ, effingi solitas, auctor est Orus Apollo antiquissimus scriptor in Hieroglyphicis. Cæterum non tantum funebre carmen, quod dicebatur nenia (ut auctor est Festus) canebatur ad tibiam: sed (ut docet Lucianus c) ipsa in luctu iterari solitæ pectoris tunsiones attemperabantur ad modos tibiarum.

(a) Valer. lib. 2. cap. 5. num. 4. (b) Gel. lib. 5. c. 7.

(c) Lucian. lib. de luctu.

LXXXVII. Quod igitur in Judæa etiam frequens esset ejus rei usus, inde erat quod proverbium vertebatur illud apud Lucam (d): Cantavimus vobis tibiis: & non saltaſtis: lamentavimus (iisdem nempe tibiis) & non ploraſtis. Porro cum Paulus moneat ne contristemur de dormientibus, sicut cæteri qui spem non habent, tibicines nequam adhiberi soliti sunt in funeribus Christianorum: unde Tertullianus (e): Mortuus etiam tuba inquietabitur æneatoris, qui excitari a tuba Angeli expectat? Sed historiam prosequamur. Ingressus igitur Jesus una cum patre & matre ubi puella mortua jacebat, apprehensa manu ejus, imperansque puellæ iussit surgere: quæ surgens continuo ambulavit; cibumque jubente Domino, ei dederunt. Cum vero Jesus, ne cui hæc dicerent, monuisset eos; fama tamen rei gestæ in universam regionem illam effusa est: Sed hæc pluribus Evangelistæ (f).

(d) Luc. 7.

(e) Tertull. de coron. milit. cap. 11. Puella resuscitata.

(f) Matt. 9. Marc. 5. Luc. 8. LXXXVIII. g) Matt. 9.

JESU CHRISTI ANNUS 32.

TIBERII IMP. ANNUS 16.

I. Anno igitur Domini trigesimosecundo, Longino & Quartino Consulibus (i), cum adesset dies (h) festus Judæorum, Pascha scilicet; venit Jesus Hierosolymam, & languentem hominem annis triginta octo excubantem in probatica piscina, Bethesda (*) dicta, sanavit: quod quidem quomodo peractum sit, enarrat Joannes; qui idcirco acta superioris anni majori ex parte prætermisissimus est, quod cum novissimum omnium Ann. Eccl. Tom. I.

(i) Sueton. in Tib. cap. 65. (h) Joan. 5. (*) Bethsaida.

perbrevev historiam: quando coeperunt Pharisei ipsum calumniari, quod malis artibus demones ejiceret, nimirum non virtute Dei, sed principis demoniorum. Hic incipiunt calumniæ Phariseorum adversus Christum: hæcque merito finem imponimus præsentis anno primo prædicationis Christi, neque illum Consulibus (ut diximus) modo metimur; quippe qui certo sciamus, majorem partem rerum, gestarum in Galilæa, quas narravimus, contigisse ipso initio anni sequentis trigesimi-secundi Christi Domini: nam (quod diximus) usque ad mentem Novembris saltem mansit Dominus hoc anno in Judæa. Sed cum non sit certum quid quo die vel mense factum sit; eam inimus rationem in annis Christi prædicationis recensendis, ut primum annum, quem propterea acceptabilem prædixit Isaias, quod prædicatio tempore illo facta, ab omnibus acciperetur, his Christi rebus gestis concludamus more majorum termino Paschatis, & pacifico statu Evangelicæ prædicationis. De eodem enim anno scribit hæc Epiphanius (b): A baptismo Joannis Jesus prædicabat annum acceptabilem, ita ut nemo ipsi contradiceret, neque Judæi neque Græci, neque Samaritæ, neque quisquam alius: deinde vero contradictionem sustinens, prædicavit annum secundum, & facti sunt anni decem & novem ejusdem Herodis, Salvatoris vero trigesimosecundus. Hæc ille. Sane quidem etsi aliqua levis intercessit contentio Phariseorum cum Christo hoc primo anno prædicationis ejus, non fuit tamen ejus generis, ut inimicitia graves oborirentur, & quærerent eum perdere, quod sequenti anno fecerunt: cujus jam aggredimur ex Evangelistis acceptam atque in breve compendium perstrictam narrationem, incipientes a Paschate sequentis anni: nulla enim alia aliqua ratione quis primus, quisve secundus, vel tertius sit annus prædicationis Christi, nisi distinctione diverforum Paschatum, posse discriminari, certum est.

Annus acceptabilis prædicationis.

(b) Epiph. in Panar. lib. 1. tit. 1. prope finem.

Secundus Evangelistis acceptam atque in breve compendium perstrictam narrationem.

scriberet Evangelium, quæ ab aliis tribus Evangelistis essent abunde narrata, dum pa-repetere non curavit; quæ vero prætermissa vidisset, ipse supplevit; eo enim consilio in scribendo Evangelio usum fuisse, testatur S. Hieronymus (l): Sed jam quod multi (m) dictum diem festum fuisse Pentecosten sunt interpretati; nulla sane ratione id posse dici cognoscet, qui exactam temporis rationem habuerit. Si enim ad superioris anni Pascha Dominus M ve-

(l) Hieron. de script. Eccl. cap. 9. (m) Joan. Chrys. & Cyril. Alex. & alii eos secuti.

veniens, Hierosolymis non ante mensem Decembris comperitur recessisse (id enim patens est ex verbis Domini inde recedentis, & per Samariam transeuntis, dicentisque: Vos dicitis: Adhuc quatuor menses sunt, & messis venit; quæ Paschali tempore, quo offerrebatur spicaru manipulus adesse confueverat) certe cum Hierosolymam ad diem festum iterum rediisset, plane peripicuum est, id minime contingere potuisse nec Pentecoste, nec etiam festo Tabernaculorum illius anni, quæ jam elapsa essent. Porro de festo Paschatis Joannem intellexisse, Irenæus (a) egregie testatur his verbis: Post hæc, inquit, iterum secunda vice ascendit in diem festum Paschæ in Hierusalem, quando pa-

(a) Iren. lib. 2. cap. 10.

Anno Urbis 783. Olymp. 202. an. 2. S. Æ. C. I. An. C. 30.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5523.

© II. A. D. 12. Indict. 3.

JESU CHRISTI 30. secundum Baronium 32.

TIBERII IMP. 17.

I. Consules.

[1] A D num. 1. Coss. L. Cassius Longinus, & M. Vinicius, ut ostendit Card. Norisius in Epist. Consul. ubi docet eradendum fictitium Quartini cognomen, quod M. Vinicio in Fastis Baronii & recentiorum Scriptorum tribuitur.

Tacitus lib. 6. Annal. anno Urbis 786. Christi sc. xxxiii. ait, Tiberium Aug. eo anno L. Cassio Drusillam, M. Vinicio Juliam Germanico genitas conjunxisse, quos diversos esse a L. Cassio & M. Vinicio hoc anno Coss. perperam putavit Petavius in Animadvers. Epiph. ad Hæresim LI. Pomponius D. De regulis Juris laudans C. Cassium Longinum, inquit: Hic Consul fuit cum Quartino. Ex quo Onuphrius hos Consules formavit, M. Vinicius Quartinum, & C. Cassium Longinum, Jurisconsultum. At apud Pomponium loco Quartino legendum Surdino, ut Card. Norisius demonstrat ex Inscriptione Gruteriana pag. 1087. in qua Consules ordinarii proponuntur L. Cassius Longinus & M. Vinicius; sufficiti vero C. Cassius Longinus & L. Nevius Surdinus.

[1] Coss. L. Cassius Longinus & M. Vinicius. Lapis Nolanus apud Gruterum pag. MLXXVII. I. L. CASSIUS LONGINUS. M. VINICIUS COS. SUP. C. CASSIUS LONGINUS L. NÆVIUS SURDINUS. Sponius in Miscellan. pag. 34. L. CASSIO LONGINO. M. VENICIO COS. DEDIC. KAL. AUG. Paterculus Historiam suam M. Vinicio consuli inscripsit. Suetonius in vita Caji Cap. xxv. meminit L. Cassii Longini, qui Drusillam in uxorem acceperat, M. Vinicius Agrippinam. In veterrimo catalogo Romanorum, Pontificum, quem ex Trevirensi Bibliotheca habuit Pighius, in gestis S. Petri dicitur, Beatus Petrus fuisse a Consulatu Vinicii & Longini, usque Nerone & Vetere. Fasti Vindebonenses ac Prosperi Chronicon: Vinicio & Longino. Fasti Idatiani: Vinicio & Longino Casso. Vide Norisium in Epistola consulari pag. 12. & in Epochis Syro-Maced. Dissert. III. cap. xv. pag. 153. editionis Florentinæ.

[2] Hæc imperii Tiberiani Tricennalia, quemadmodum Quinquennalia, Decennalia, & Vicennalia, ad examen revocata sunt a Josepho Maria Stampa Clerico regulari Congregationis Somaschæ in Continuatione Factorum post Caroli Sigonii Fastos. Ibi diligenti calculo idem Stampa laterculum contexit, ex quo conficit, Tiberium nulla celebrasse Quinquennalia, & Decennalia ante Augusti mortem. Post Augusti obitum Tiberius celebrare cœpit Quinquennalia sui Proconsularis imperii; quinquennium incidebat in annum xvi. æræ vulgaris. Anno Christi xxi. aliud quinquennium complebatur, ideo Decennalia Tiberius celebravit; atque ita anno xxvi. & xxxi. Quinquennalia porro Augusti imperii Tiberius celebravit A. D. XIX. Pagius alia a Tiberio Quinquennalia celebrata memorat A. D. xxv. quum hoc anno secundum quinquennale Augusti imperii decurreret. Vide ejusdem Stampa laterculum.

ralyticum, qui juxta Natatoriam jacebat triginta octo annos curavit, jubens ut surgeret, & tolleretur grabatum suum. Hæc ille.

Curato ægroto, excitantur turbæ in Jesum a Phariseis, ea nimirum ex causa (dicit Evangelista b) quod sabbato quo illum curasset, grabatum tollere jussisset, & patrem suum Deum dixisset: quamobrem de eo interficendo cogitare cœperunt, quantumvis Jesus apud ipsos de rebus a se bene gestis insignem apologiam instituisset. Quod quidem odium nova ex causa iterum refricatur, magisque ac magis exasperatur: nimirum quod sabbato (c) secundo primo, Jesu transiente per sata, esurientes ejus discipuli

[2] Tiberius Imperii Cæsaris Tricennalia dedit, ad quæ referendum est marmor, quod Puteolis (Urbs est Campaniæ in ora littorali Terræ Labris) anno MDCXIII. inventum est cum hac inscriptione, currenti anno, quo Tiberius Tribunitiam Potestatem XXXII. inchoavit, posita

TI. CÆSARI DIVI. AUGUSTI F. DIVI JULI N. AUGUSTO. PONTIF. MAXIMO. COS. IIII. IMP. VIII. TRIB. POTESTAT. XXXII. AUGUSTALES RESPUBLICA RESTITUIT

Circa eam inscriptionem (sunt quindecim statuae quas Bulifonus in libro quem de illo marmore publicavit, existimat representare Asiæ Urbes, quæ anno Christi xvii. terræ motu corrueverunt, quasque deinde Tiberius suo sumptu restauravit, propter quod beneficium Asiæ ei colossam fecerunt, ac posuerunt in foro Romano prope Fanum Veneris, & singularum deinceps urbium statuas subjunxerunt, ut narrat Apollonius Grammaticus apud Phlegontem Trallianum in lib. de Mirabilibus. Hanc conjecturam certam existimo, licet enim Asiæ Urbes, jamdiu a Tiberio restitutæ essent, usus tamen ferebat, ut annis, decennialibus & id genus festis destinatis, præcedentium annorum victoriæ, magnifice in populum largitiones, aliaque id genus, rursus, Nummis & Inscriptionibus insculperentur, ut sæpius a nobis dictum.

De sabbato violato quærela Phariseorum.

(a) Epiph. hæres. lib. 3. (b) Exod. 35.

(c) Levit. 24.

III. Quid sit Sabbatum secundo-primum.

spicas vellentes, ac manibus confricantes, triticum ex illis purgatum comedere: quamobrem indignati sunt Pharisei, quod id illi facerent in sabbatis. Cum enim tunc segetes fuisset maturas insinuet Evangelista, fuisse etiam tempus Paschæ interpretes omnes affirmant; immo id contigisse septima Paschatis, quæ & sabbatum dicebatur, multi (a) existimarunt: verum cum in his diebus parare quæ ad cibum pertinent, lex (b) divina minime prohiberet; non potuit ea de causa negotium factum esse discipulis, quod spicas vellentes, inde sibi cibum captassent. Ut igitur Pharisei aliquo prætextu justitiæ, eo nomine illos reprehendere potuissent: vel oportuit eos id fecisse, antequam manipulus spicarum offerretur in templo, lege (c) prohibente ex segete aliquid edi ante oblationem manipuli (fiat ibidem altera die sabbati, nempe secunda azymorum) vel ipsos id egisse die sabbati, nimirum septima hebdomadis die Ann. Eccl. Tom. I.

Ad num. II. Quid sit Sabbatum secundo-primum, id est, altero-primum, vel secundo-primum, vetus quaestio est, de qua SS. Patrum variae sunt ac discrepantes sententiæ. Vera autem proculdubio illa est, quam Scaliger lib. 6. de Emendat. Temp. & in Isagoge Canonum pag. 281. docuit, & post eum Petavius in Notis Epiphaniæ ad Hæresim xxx. scilicet, Sabbatum altero-primum, primum esse Sabbatum, quod ante rñc dicitur ἡ πρώτη ἀζύμων. Nam secunda die Azymorum, novarum frugum manipulum Judæi offerrebat; a quo die deinceps vii. hebdomadas computare jussi sunt: quarum Sabbata ante rñc dicitur ἡ πρώτη ἀζύμων id est, ab Omer, cognominata sunt. Veluti primum Sabbatum, quod proxime rñc dicitur ἡ πρώτη ἀζύμων sequitur, vocatur δευτερόπρωτον. Secundum δευτερόπρωτον. Tertium δευτερόπρωτον, atque ita deinceps, ut Iherius Scaliger citatus explicat. Veterum Patrum opiniones utcumque consentaneæ, a recentioribus parum fideliter expressæ sunt. De Isidoro tantum loquar, cujus in Annalibus hæc refertur, approbaturque sententia: Sabbatum δευτερόπρωτον illam fuisse diem, qua post primam Azymorum mox sequitur; seque dicitur Sabbatum secundo-primum, seu Sabbatum ex Sabbato; adhuc insuper quod eadem dies incidisset in Sabbatum hebdomadariam, duorum festorum conjunctione dictum esse Sabbatum Sabbatum. Quibus in verbis, ut observat Petavius laudatus, duo sunt ex Isidoro contra Isidori mentem & orationem allata. Alterum, Sabbatum secundo-primum diem illam appellari, quæ post primam Azymorum mox sequitur. Isidori enim perspicue primam ipsam Azymorum diem Sabbatum ait esse δευτερόπρωτον; quod Sabbatum ideo vocatur, quia Judæi festa omnia Sabbati nomine complexi solent. δευτερόπρωτον verò propterea dicitur, quod secunda sit a Paschate, & Azymorum prima. Isidori verba sunt: δευτερόπρωτον ἔρηται ἐπειδὴ δευτερον μὲν ἦν τὸ πᾶσα, πρῶτον δὲ ἡ ἀζύμων, ἔσπρωτος γὰρ εἶναι τὸ πᾶσα, τὴν ἑστὴν τὴν ἡ πρώτη ἀζύμων ἐπὶ ἀντιτύπον ἔρηται, ἢ καὶ δευτερόπρωτον ἐκείνου διὰ τὸ, ὅτι ἔρηται, δευτερον μὲν εἶναι τὸ πᾶσα, πρῶτον δὲ ἡ ἀζύμων. Id est, Deuteroprotum dictum est, quia posterior quidem die Pasche, primum autem Azymorum. Vesper enim Pascha immolantes, postquam Azymorum festum celebrabant, quod quidem etiam Deu-

qua nec quæ spectarent ad victum, parare (d) liceret. Quamobrem cum eam diem sabbatum appellet ex sabbato, vel sabbatum δευτερόπρωτον, secundo primum, seu sabbatum sabbatum: magis placet quod Isidorus Pelusiota (e) de hac re consultus scribit ad Isidorum diaconum: nimirum illam fuisse diem, quæ post primam azymorum mox sequitur, sicque dictum sabbatum secundo primum, seu sabbatum ex sabbato: adhuc insuper, quod eadem dies incidisset in sabbatum hebdomadariam, duorum festorum conjunctione dictum esse sabbatum sabbatum. Huic igitur Isidori sententiæ, ex his quæ a nobis nuper sunt dicta, libentius subscripserimus, quam cæterorum varias ac diversas causas afferentium, cum id ipsum sensisse videatur Epiphanius, dicens (f): Post factam azymorum diem, & finitum sabbati diem, in sabbato ex natura, quod post azymorum diem in sabbatum computatum fuit, inventi sunt transeuntes per sata, &

(d) Exod. 12.

(e) Isid. lib. 3. Epist. 110.

Sabbatum ex sabbato.

(f) Epiph. hæres. 30.

Et excellentes spicas, &c. Hæcque ipsa aliqua saltem ex parte affirmasse visus sit Joannes Chrysoſtomus (a), qui tradit sabbatum ex sabbato festum fuisse duplex, nimirum quod una cum sabbato hebdomadario aliqua alia festivitas juncta esset; hæcque de causa reprehensos a Phariseis, quod id egissent (ut Evangelistæ dicunt) in sabbatis. Consentit his & Suidas (b), dum ait fuisse eam diem secundam Paschatis, quam tamen nominat primam azy-morum. At hæc de his satis. Vetus hæc est quæstio, de qua obiter Hieronymus (c) rogans Gregorium Nazianzenum, lepida ab eo reſpersione elusus est, Quod igitur facta hæc esse Paschali tempore, quo segetes in Judæa matureſcere incipiunt ad messem, certum habeatur: putarunt aliqui (d) hac auctoritate, quasi novo Paschate adinvento, quinque esse Paschata numeranda ab illo primo post nuptias celebrato: eaque ratione affirmare sunt ausi, Christum crucifixum esse anno trigesimoquinto per tres menses inchoato. Sed hæc repugnare multis, suo loco, cum agemus de passionis Christi tempore, pluribus demonstrabimus: interea cætera prosequamur.

Reverſus (e) post hæc Jesus e Hierusalem in Galileam, alia die sabbati est ingressus in synagogam: cumque Scribæ & Pharisei junctis animis observarent an in sabbato curaret, ipse inventum ibi hominem habentem manum aridam reddidit sanitati. Hujus rei gestæ historia paulo fuscus recitatur in Evangelio Nazarenorum, quod S. Hieronymus de Hebræo sermone in Græcum tranſtulit: ubi homo iste aridam habens manum cæmentarius fuisse scribitur, atque istiusmodi vocibus auxiliium precatus: Cæmentarius eram, manibus victum queritans: precor te Jesu, ut mihi restituas sanitatem, ne turpiter mendicem cibos. Hæc ex eo Hieronymus (f). Domino vero, quod sabbatum esset, facta est calumnia ab iisdem, quod ea die, qua operari non liceret, hominem curasset: idcirco exeuntes statim, cum Herodianis inierunt adversus eum consilium, quomodo eum perderent. Quinam fuerint Herodiani, qui adversus Christum Dominum una cum Phariseis sæpe conspirasse inveniuntur, jam supra, cum de seclis Judæorum locuti sumus, cumulate disseruimus, ut non sit opus de iisdem hic agere. Cum vero in dies frequentior esset ad Christum concursus venientium non a Galilæa tantum atque Judæa, sed ab Idumæa Transammana regione, & illorum etiam qui apud Tyrum & Sidonem habitarent (Hierosolymis enim in Galilæam redierat) ne comprimeretur a turba, naviculam parari jussit: omnes etenim vel saltem tangere eum optabant, quo ab ægritudinibus, quibus afflictabantur,

(a) Chryſt. in Mat. ho. 40.

(b) Suid. verb. scd. Suidov.

(c) Hier. epist. ad Nepotian. III.

(d) Epiph. in Panar. bar. 30. contra Ebion. & hares. 51. Chryſt. ho. 40. in Mat.

IV. (e) Mar. 3. Mat. 11. Luc. 6. Concord. Evang. c. 38. De cæmentario.

(f) Hieron. in Mat. c. 12.

fanarentur: cumque arreptitii prociderent ad pedes ejus, ac palam confiterentur quod Christus filius Dei esset, habitantes in eis dæmones atque clamantes ab eo arguebantur.

Ascendens (g) deinde in montem ut oraret, elegit mox duodecim ex discipulis, ut mitteret eos ad prædicandum: quibus & dedit potestatem curandi morbos & eji-cienti dæmonia; eosque Apostolos nominavit. Usitatum nomen fuit apud Hebræos, ut Apostolos illos nominarent, qui assidue versarentur cum summo sacerdote consulendi gratia, qui & ad ipsum referrent ea quæ sunt in lege; quos etiam ipse sibi legare consueverat ad componendos optimos mores sacerdotum, ipsas synagogas inspiciendas, pravos mores corrigendos, atque ipsos denique ministros, qui non secundum legem vixissent, in ordinem redigendos; ut ex his colligitur quæ Epiphanius (h) de Josepho apud Judæos Apostolo agens contra Ebionæos, conscribit. Perseveravit eadem functio ordinis apud eosdem etiam ad tempora Arcadii & Honorii Imp. in quorum rescripto (i) de iisdem habetur mentio, quod mitterentur ab eorum Patriarcha certo tempore ad exigendum aurum & argentum a singulis synagogis, exactamque summam ad eundem reportarent. Jam vero quod ad Christi Apostolos spectat, ea de causa illos elegit Christus, ut verbi prædicatione Orbi caligine offuso lumen veritatis impartirent. Quinam vero hi fuerint, ab Evangelistis hoc ordine recensentur.

Elegit (k) Simonem, quem cognominavit Petrum, & Andream fratrem ejus, Jacobum, & Joannem, & imposuit eis nomina Boanerges, quod est Filii tonitru: Philippum, & Bartholomæum, Matthæum, & Thomam, Jacobum Alphæi, & Simonem, qui vocatur Zelotes, Judam Jacobi, & Judam Iscariothem, qui fuit proditor. Ordinem fuisse inter Apostolos, ut scilicet ex his aliquis tamquam caput inter eos præstaret, apud omnes antiquos Patres & cæteros in confesso fuit; illumque ipsum fuisse Petrum, pro comperto semper ab omnibus est habitum: unde Gregorius Nazianzenus hæc ait (l): Vis aliud quoque ordinis ac disciplina exemplum in medium proferam, idque præclarum ac laudabile, atque præſenti commemoratione atque admonitione in primis dignum? Vides quemadmodum ex Christi discipulis, magnis utique omnibus & excelsis & electione dignis, hic Petrus vocetur, atque Ecclesiæ fundamenta fidei suæ credita habeat? &c. Hæc ille: quibus haud discrepantia (ne singulos commemorando, tædium afferam) quotquot ab exordio nascentis Ecclesiæ Orthodoxi fuere scriptores, absque aliqua sunt ambigui-

V. Apostoli eliguntur. (g) Mat. 5. Marc. 3. Luc. 6. Concord. Evang. c. 38, 39.

(h) Epiph. in Panar. hares. 30.

(i) l. 14. de Judais. C. The.

VI. (k) Luc. 6. Marc. 3.

(l) Greg. Naz. in orat. de mender. ser. vanda.

Petrus princeps Apostolorum.

biguitate professi. Si enim ex ordine temporis, quo quisque a Domino vocatus est, recensendus fuisset numerus Apostolorum; Andreas certe primo loco nominandus fuisset. Si etiam ætatis ea in re ratio fuisset habenda, eidem primæ fuissent deferendæ; quandoquidem (ut dictum est) Epiphanius testatur (a) Andreæ Petro ætate præstasse. Si denique ille primo loco ponendus fuisset, quem Jesus præ cunctis amasset: Joannes in hoc cæteros antecellens, fuisset primus omnium numerandus. Cur itaque Petro, & non Joanni inter Apostolos primatus delatus est? S. Hieronymus (b) agens adversus Jovinianum, hæc ait: Propterea inter duodecim Apostolos unus eligitur, ut capite constituo, schismatis tollatur occasio. Sed cur non Joannes electus est virgo? ætati delatum, quia Petrus senior erat, ne adhuc adolescens & pene puer progressæ ætatis hominibus præferretur. Hæc ille. Sed de causa plenius alibi.

Quod autem ad genus Apostolorum omnium spectat: omnes fuisse Galilæos, Angelorum hominumque testimonia suffragantur: illos enim simul Angeli allocuti sic dixerunt (c). Viri Galilæi quid statis aspicientes in celum? &c. eadem de ipsis etiam Judæi palam testati sunt, cum dixerunt (d): Nonne ecce omnes isti, qui loquuntur, Galilæi sunt? Cæterum Galilæis insitam a natura, Josephus (e) testatur, animositatem quamdam, qua in-trepidi semper ingentem animi vim roburque corporis in omnibus præferrent: Nam, inquit, & pugnaces sunt ab infantia Galilæi, & omni tempore plurimi, neque aut formido unquam viros, aut eorum regiones penuria occupavit, &c. Hinc videas Petrum ingentes sumentem spiritus, solum adversus cohortem militum intrepide gladium evaginasse, servum Principis sacerdotum vulnerasse, longèque his audaciora experturum, nisi verbis Domini cohibitus esset. Quod vero ad stirpem pertinet: ipsorum aliqui ex tribu Juda, cæteri autem ex tribubus Zabulon & Nephtalim fuisse putantur, secundum quod prædictum habetur in Psalmis (f): Principes Juda, duces eorum: Principes Zabulon, principes Nephtalim. Putantur enim, qui dicti sunt fratres Domini, ex tribu Juda fuisse, unde & ipse Dominus secundum carnem ducebat originem; cæteri vero, quod in terra Zabulon & Nephtalim habitarent, ex iisdem tribubus fuisse prognati: id S. Hieronymus (g), Theodoretus (h), atque alii complures affirmant.

Nec quis objiciat de duabus dictis tribubus, quod ante (i) alias octo fuerint ductæ captivæ (k), nec amplius postliminio sint reversæ. Nam quantumlibet Israeliticus populus totus abactus fuerit capti-

(a) Epiph. hares. 51.

(b) Hier. contra Jovin. lib. 5.

VII. Apostolorum genus. (c) Act. c. 1.

(d) Act. c. 2.

(e) Jos. de bello Jud. 11. c. 2.

(f) Psal. 67.

(g) Hieronymus in Isa. c. 9.

(h) Theodor. in Psal. 67.

VIII. (i) Hieron. in Isai. c. 9.

(k) 4. Reg. 17.

vus e Palæstina; nihilominus major fortasse numerus illorum erat, qui tunc extra eam regionem in diversis mundi partibus agerent; quos liberos remansisse, nec captivos adductos esse, certissimum est. Philo (l) & ipse Judæus in sua legatione ad Caium Augustum de populo de leg. ad Judæo longe lateque per Orbem sparso hæc ait: Hierosolymam esse metropolim non Judæi per unius regionis Judææ, sed & multarum, propter colonias inde olim deductas, vel proprias in finitimam Ægyptum, Phœnicem, Syriam tum citeriorem, tum eam quæ Cæle cognominatur, vel longius in Pamphiliam, Ciliciam, plerasque Asiæ partes usque Bithyniam & Ponti sinus intimos: pari modo Europæ Thessaliam, Bœtiam, Macedoniam, Ætoliam, Atticam, Argos, Corinthumque Peloponnesi partes præcipuas: nec tantum continentes provinciæ plene sunt coloniis Judæicis, sed & insularum celeberrimæ, Eubœa, Cyprus, Creta, ne quid dicam de trans-Euphratensibus; excepta enim parva parte Babylonis & Aliarum præfecturarum, omnes urbes quæ bonum agrum habent, a Judæis incoluntur. Itaque si exorat mea patria tuam clementiam, præter ipsam alias civitates demereberis plurimas, sitas in diversis Orbis tractibus, Asia, Europa, Africa, insulares, maritimas, mediterraneas. Hæc Philo. Sic itaque de unaquaque tribu aliquos remansisse, nullus jure poterit dubitare.

Cum dictum sit, Apostolos omnes ex tribu Juda, Zabulon, & Nephtalim fuisse: existimavit tamen aliquando S. Hieronymus (m), Judam Iscariothem fuisse ex tribu Ephraim, esseque Iscarioth vicum ejusdem tribus: aliquando vero putavit fuisse sic dictum a tribu Issachar, quod interpretatur merces; sed tunc legendum esse Issacharioth, idem testatur (n). Verum magis placet, dictum (o) fuisse Judam Iscariothem ex duobus verbis, Is, quod interpretatur, vir, & Carioth, quod est oppidum in tribu Juda, de quo est mentio in divinis (p) Scripturis: sicque Judas Iscarioth, idem sit quod vir Cariothensis: a patria enim complures reperiri denominatos viros, qui sacris litteris vel mediocriter imbutus est, non ignorat. Quod vero & aliqui ex Apostolis dicantur fuisse ex tribu Juda, ut fratres Domini; non impedit quin iidem nominari potuissent Galilæi: nam & Dominus noster, licet esset ex tribu Juda, & natus in terra Juda, nihilominus quod habitavit Nazareth, Nazarenus, idemque Galilæus appellatus est.

Descendens (q) post hæc Dominus cum illis de monte, stetit in loco campestris: ubi coram discipulis ac turba copiosa eorum qui convenerant ex Judæa, Hierosolymis, ac locis maritimis Tyri & Sidon.

(l) Phil. de leg. ad Caium.

(m) Hieron. in Isai. c. 18. & in Mat. 10.

(n) Idem de nominibus Hebræicis.

(o) Ang. Can. de locis novi Testamenti.

(p) Josue 15. Jer. 48. Amos. 2.

(q) Mat. 23. Marc. 3. Luc. 6. Concord. c. 39.

Prædicat
Jesus &
curat in-
firmos.

donis, ut audirent eum, & sanarentur a languoribus suis, qui & simul ac tetigerunt eum, fanati sunt; docens discipulos suos, habuit sermonem de beatitudine; & ubinam illa esset sita, pluribus demonstravit; in quibus item infelicitas versaretur, edocuit. Suos etiam discipulos dixit esse salem terræ, & lucem mundi; his nimirum symbolicis verbis, quales esse deberent, ininuans: longioreque adhuc producens sermonem; hæc admonuit, dicens: *Nisi abundaverit iustitia vestra plusquam Scribarum & Pharisæorum, non intrabitis in regnum celorum. Audistis quia dictum est antiquis: Non occides: qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico vobis: qui omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo, racha, reus erit gehennæ ignis.*

XI.

Hæc quidem constat Dominum esse locutum more Hebræorum, secundum institutam ipsorum Rempubliam, alludentem nimirum ad diversa iudiciorum tribunalia, quæ ibi essent constituta. Duo enim iudiciorum genera erant apud illos; nimirum alterum pecuniarum, quod Hebraice dicebatur Mammonoth (nam & Mammona, quicquid ad pecuniam pertinet, dictum est) alterum Nephasoth, id est, animarum iudicium, nominabatur: quæ quidem iudicia eadem erant apud eos, quæ apud nos dicuntur pecuniarum, & capitalium quæstionum. Porro horum iudicium tribunalia tria erant apud Hebræos: primum, quod dicebatur domus iudicii trium virorum, qui minores iudicabant causas: secundum, domus iudicii vigintitrium virorum, vel *συνέδριον* parvum, in quo majores causæ, nempe capitales, cognoscebantur: tertium vero erat septuaginta duorum virorum, quod *συνέδριον* magnum dicebatur, in quo gravissimæ agebantur causæ, illæ nimirum quæ ad summam Reipublicæ pertinerent, ut de tribu, lege, Rege, Propheta, ac summo denique Sacerdote: hæc quidem curia tantummodo erat Hierosolymis, ceteræ autem sparsæ in singulis tribubus. Magnum vero concilium septuaginta duorum, illud erat quod Deus olim Moyfi institutum mandarat, de quo & superius sermonem habuimus, dum de Herode egimus: qui quod horum iudicio postulatus esset aliquando, excepto uno (a) Samæa, omnes neci tradidit; sublatique de medio quotquot erant ex tribu Juda, profelytos suffecit.

XII.

Ad hos itaque tres iudiciorum ordines respectum Dominus habuisse videtur, dum ait: *Audistis quia dictum est antiquis: Non occides: qui autem occiderit, reus erit iudicio; illo scilicet quod dicebatur parvum συνέδριον vigintitrium virorum, a*

Judicia
Hebræorum.

(a) Jos. antiqu. lib. 14. c. 17. & lib. 15. c. 1.

quibus capitales causæ iudicabantur. At Dominus longe sublimiorem esse suæ legis professionem significans, ait: *Omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio; scilicet vigintitrium virorum: adeoque esse grave facinus fratri suo succensere, ut ejusmodi reus ad tribunal causarum capitalium prorudi deberet, ostendit. Quod si quid adhuc spirans contumeliosum, dixerit fratri suo, racha; hujusmodi hominis esse adeo grave delictum ut sit reus concilii: videlicet a magno septuaginta-duorum virorum concilio iudicandus. Quod si quis adhuc addiderit scelus, ut dixerit fratri suo, fatue; tale esse delictum, quod cujusvis tribunalis sententia non possit digne puniri; sed pœnis gehennæ æternis delinquentem fore, mancipandum denotat. Hæc de tribus iudiciorum ordinibus apud Hebræos existentibus ex Thalmudicis a Caninio (b) Testamentis de prompta.*

(b) Ang. Can. de locis novi Testam. tit.

Ex eodem etiam fonte & illud addit, fuisse apud Hebræos triplicem legis interpretationem; quarum prima diceretur auditio, secunda extensio, tertia vero parabolica. Prima utebantur Rabbini, cum tantummodo populo explicarent historiam, cui alludens Dominus, ait ad suos: *Audistis quia dictum est antiquis, &c.* Secunda quando ipsa historia mystice solet interpretari vel extendi, ut & hic Dominus fecisse visus est: tertia vero, cum quæ essent dicenda, parabolis involverentur, quod eo non tantum Dominum attigisse, sed eo sæpe sepius usum esse constat. Non prætermittimus de racha, quod ex iisdem ille prodit; esse nimirum genus contumeliæ familiaris, cum superior quispiam inferiorem corrigere verbis solet: ut quod ibidem in exemplum ducitur de Rabbino; qui cum hominem minus devote & attente orare conspiceret, eundem increpando dixit, Richa; ita enim Hebraice dicitur pro racha, quod Syriace prolatum est: Syros enim uti solere, a, pro, i, ut Mariam, pro Miriam, Magdal pro Migdal, idem tradit. At vero richa, seu racha, idem esse quod contemptus causa alicui pauperem dicere, ex Hebraica voce egregie deducit Cornelius (c) Jansenius. In Thalmud autem parte illa quæ dicitur Camma, de lege civili sexto capite hæc leguntur dicta a Rabbino quodam: *Racha, quare locum tuum alicui cedis? Ac si dixisset, Vir stulte, seu ignave, vel iners, aut quid hujusmodi. Sed missis his quæ magis interpretum esse solent, reliqua profsequamur.*

XIII. Triplex legis interpretatio.

(c) Corn. Jans. Conc. Evang. cap. 40.

Multa cum inculcasset (d) Dominus de absolutissima Christianæ legis perfectione, quod suos quam maxime a fastu Pharisæorum cuperet esse alienos, ne quid facerent quo videantur ab hominibus,

XIV. (d) Matt. 5. Luc. 6.

(a) Mat. 6. Luc. 6. Jesus suos docet orare.

bus, admonuit (a): neve Ethnicis assimilarentur, qui in multiloquio se exaudiri putarent, compendiosam eosdem precum formulam docuit. Non tamen ex eo inferendum vel existimandum quod reprehenderit Dominus prolixum psalmorum cantum: nam & in templo frequens multiplexque erat usus psalmorum, sed dum ait: *Quod Ethnicis faciunt.* Ad superstitiosam illorum observationem alludit; unde textus Evangelistæ non habet *ψαλμολογίαν*, sed *βυττολογίαν*, quod non simpliciter multiloquium, sed inanem sermonem demonstrat. Quam vocem interpretans Gregorius Nyssenus (b): *Est, inquit, βυττολογία, quasi linguae volubilitas, & varius sermo, ut aliquis Græce melius explicans dixerit τὸ πῶς φασαρία, quasi dicas, mentis effervescentia, atque effusio, λίαν ἢ πολύ αὐτός, hoc est, deliramenta & nugæ, &c.* Hæc Nyssenus. Putamus insuper Dominum alludere voluisse ad eam, quæ in Syria erat, idololatriam, cum videlicet deam Syriam circumferentes, quasi divino quodam perciti spiritu essent, phanaticè multa jactabant; cujus ritus meminit Apulejus (c). Cæterum, quam pie, quamque salubriter traditione Apostolorum instituta sit in Ecclesia psalmodia, opportunius suo loco dicemus inferius.

(b) Greg. Nyss. lib. de oratione.

(c) Apul. lib. 8. de asino. aut. prope fin. & Lucret. ver. natur. lib. 2.

XV.

Longiorem deinceps protrahens Dominus orationem, ab avaritia eosdem liberos esse, nec nimia sollicitudine rerum temporalium detineri cupiens, multa in eam sententiam coram eis differuit; itemque (d) ne quemquam temere iudicarent, multas alias salutares monitiones illis impartiens, admonuit: quæ singula Matthæus recenset. Inde (e) descendens, leprosum curavit, eundemque ad sacerdotem abire iussit, ut quod deberet ex lege, pro incolumitate munus offerret. Rediens (f) rursus Capharnaum, Centurionis servum paralysii laborantem restituit sanitati. Quod ad Centurionem spectat: cum complures legiones a Romanis in diversis provinciis alerentur; legio sexta, quæ Ferrea cognomine dicta erat, in Judæa degere consuevit, ut auctor est Dio (g): cujus legionis unum ex Centurionibus cum fuisse existimamus, qui post hæc pro servo suo sollicitus Dominum interpellavit, cujus fides adeo insigni Domini elogio commendatur. Postmodum vero progrediens Jesus in civitatem Naim, filium viduæ defunctum, qui ad sepulcrum efferebatur, e mortuis revocavit, vitæ restituit.

(d) Mat. 8. Luc. 7.

(e) Dio hist. Rom. lib. 55.

XVI. (b) Mat. 11. Luc. 7. Concord. c. 47.

Interim Joannes (b), qui detinebatur in vinculis, cum tam insignia ac tam præclara audisset opera Christi, duos ex discipulis suis legavit ad Jesum, ut ab eo percunctarentur, & interrogarent, an ipse Christus esset: qui nullam aliam de-

dit responsonem, nisi ut de signis, quæ Joannes audierant ac viderant a se facta, Joannem redderent certiorum. De frequenti miraculorum Christi operatione hæc Arnobius (i) adversus Gentes: *Unus, inquam, fuit e nobis, qui debilitatibus variis morbisque vexatos centum, aut hoc amplius, semel una intercessione sanabat.* Illis vero ad Joannem redeuntibus, Jesus de eo ad populum qui aderat, magna ac mirifica, tantoque viro dignissima prædicavit: multaque in Phariseos locutus, quod sprevisset Joannis baptismum; simulque adversus Capharnaum & Corozaim civitates, apud quas egregia esset operatus miracula, immensa mala ventura prædixit. Hæc autem omnia hic compendio descripta, pluribus narrant Evangelistæ; additque Matthæus, post hæc Jesum laudasse Deum Patrem, quod ea mysteria abscondisset sapientibus & prudentibus, & revelasset parvulis.

XVII.

Subdit Lucas (k) post hæc de Simone (k) Luc. 7. Conc. sic dicens: *Rogabat autem illum quidam de Pharisæis ut manducaret cum illo. Et ingressus domum Pharisæi discubuit. Et ecce mulier, quæ erat in civitate peccatrix, ut cognovit quod Jesus accubisset in domo Pharisæi, attulit alabastrum unguenti: & stans retro secus pedes ejus, lacrymis cepit rigare pedes ejus, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes ejus, & unguento ungebat.* Haud facile quis ex integro rem tunc gestam assequi poterit, nisi complura quæ ad historiam pertinent, exactiori diligentia expendantur. Ex quo enim semel polliciti sumus non Ecclesiasticam tantum historiam Annalibus nostris intexere, sed & omnes quæ in eis reperiuntur difficultates pro viribus enodare, ex instituto cogimur de antiqua quæstione differere: num una vel plures fuerint Magdalene: immo, an una eademque sit mulier, quæ hic peccatrix dicta unxit pedes Jesu, cum illa quæ soror Lazari, Magdalena ab Evangelistis nuncupata, ejusdem Domini alias unxit pedes & caput. Quæstionem satis prolixam, multisque inter differendum perplexitatibus auctam aggredimur: in qua brevitati studentes, quid veritati consentaneum sit, multipliciterque testatum summatim tractabimus. Scimus quidem in his pervestigandis tam antiquorum quam etiam recentiorum scriptorum magnum studium magnumque laborem collocatum: ut jam non mediocris laboris sit, singula ab iis scripta pensare, & quid certius ac quid verius dictum sit, dijudicare. At nos non tanti sumus, nec nobis tantum sumimus, ut de his supremam ferre sententiam præsumamus, vel proponamus: sed potius nostrum esse munus existimamus, ut Catholicæ sectantes Ec-

(k) Luc. 7. Conc. cap. 48. Magdalena adit Christum.

Recepta ab ecclesia optinioni in haren-dum.

(a) Cl. Euseb. & Faber de Trib. Magdalenis. (b) Tert. de praevi- pt. adver- sus haer.

clesia vestigia, quod ipsa de ea re sen- sisse videatur, id ipsum vere probatum firmiterque stabilitum relinquere studeamus. Qua in re certe non esset nobis laborandum, si quae post tot ea de re anti- quitus agitatae controversias, ipsa Ec- clesia usu probasse videtur, Sexti & Py- rhones (sic dixerimus eos qui de omni re dubitandi & semper contradicendi li- bidine quadam exagitantur) iterum in dubium revocantes, eadem convellere editis commentariis non statuissent; hi sci- licet (a) qui de tribus Magdalenis senten- tiam firmare conati sunt. Si enim (quod pluribus monstrat Tertullianus (b)) tan- ta est Ecclesiae auctoritas, ut quod lon- tae temporis spatio dixisse vel fecisse videtur, id ipsum ut divinitus institutum haberi debeat, fatiscit ut ad convincen- dos omnes haereticos: quanto magis haec immunitas a Catholicis probanda est, & inviolabiliter custodienda? Sed esto adver- sus veritatem mendacium nunquam praescribit. Equidem hac in re veritatem ip- sam traditam non levis una vel alia con- jectura, sed manifestissima ostendit de- monstratio. Caeterum cum haec deest, & levibus quibusdam argumentis res agitur; aliter sentire, quam quod probasse vide- tur Ecclesia, temerarium esse censemus. Sed age, rem ipsam aggrediamur.

XVIII.

(c) Joann. 12. Una an. plures Magdale- nae. (d) Marc. 26. (e) Marc. 14. (f) Matt. 27. 28. Marc. 15. 16. Luc. 24. Joann. 19. 20. (g) Const. Apo. lib. 3. c. 6.

Dubitatio vetus illa fuit, An mulier, cujus hic Lucas meminit, illa ipsa sit quae soror Lazari & Marthae fuit, de qua scri- bit Joannes (c), quod in Bethania unxit pedes Jesu. Rursumque an una eadem- que sit cum illa, quae in domo Simonis leprosi fracto alabastris effudit unguentum super caput ipsius; cujus rei gesta hi- storiam Matthaeus (d) & Marcus (e) con- scripserunt. Insuper num & ipsa sit, quae Maria Magdalene dicta, Christi passioni praesens fuit, & una cum caeteris ad Do- mini sepulcrum unguentum attulit, cu- jus omnes Evangelistae (f) meminerunt. In primis igitur, quid de his veteres scriptores senserint, opus est diligenter perinvestigare, necnon quae a recentioribus sunt apposita, examinare. Clementis Ro- mani nomine, in libro qui inscribitur (g) Constitutiones Apostolorum, haec verba scripta habentur: *Erant nobiscum mater Domini, & sorores ejus, praeterea Maria Magdalene, & Maria Jacobi, & Martha, & Maria soror Lazari, & Salome, & quadam alia.* Haec ibi: quibus distinguitur Maria Magdalene a Maria sorore La- zari & Marthae; ut secundum hanc sen- tentiam dicendum esset, duas fuisse Ma- rias inter se diversas, quae unxerunt Do- minum. Sed uno verbo his liberari pos- semus, si apocryphum esse librum, exciperemus. Sane quidem si haec dicta sunt a Clemente, quomodo ea latere potue- runt tot antiquos Patres, qui de ea re

scripserunt? cum praesertim tanti auctoris praecipua fuerit auctoritas in Ecclesia: adeo ut licet ejus epistola ad Corinthios scripta penitus exciderit; tamen quod saepius citata reperitur, penes reviviscat in- tegra in fragmentis. Cerre cuilibet ad- judicata causa fuisset, qui auctoritate Cle- mentis id demonstrare potuisset.

Sed praetermissis hoc quantumvis hone- sto de apocryphi exceptione confugio; in primis dicimus attestatione Joannis (b) Evangelistae, immo Christi, apertissime constare, unam eandemque personam fuisse Mariam Lazari & Marthae sororem cum Maria Magdalena. Nam cum in Be- thania eadem soror Lazari unxit pedes Jesu, ac Judas ob eam causam ei esset in- sensus: ipse Jesus furens discipuli au- daciam reprimens, dixit: *Sinite illam ut in diem sepulturae meae servet illud.* Caeterum eandem ipsam, quae ad unguentum corpus Jesu paratum unguentum ad sepulcrum attulit, Marcus (i) Evange- lista fuisse Mariam Magdalenam affirmat, quae cum Maria Jacobi & Salome id of- ficium exhibuerit: cumque nec aliqua apud eum vel alios Evangelistas habeatur men- tio de Maria sorore Lazari ad illud mu- nus praestandum a Domino praemonstrata; cognosci per facile potest, unam eandem- que fuisse Mariam, quae utramque obie- rit functionem. Quod vero spectat ad re- fellendam Clementis nomine suppositam auctoritatem; dicimus ab aliquo alio ea ver- ba esse addita longe post Clementis tempora: idque evidenti conjectura. Origenes (k) enim testatur, complures, qui ante se vixerunt, scriptores Ecclesiasticos, unam tantum, eandemque fuisse mulie- rem, quae saepius Jesum unxerit, esse pro- fessos: nec aliquem dicit extitisse, qui de pluribus sententiam adstruere ausus sit: novit quippe ipse non tantum authentica scripta Clementis, sed etiam apocrypha; nam eodem ipso tractatu, alia tamen oc- casione, ex ejusdem Clementis Itinerario citat quamdam Petri sententiam.

Primus autem auctor, qui plures, sci- licet tres vel quatuor inter se distin- ctas feminas quae Jesum unxerint, ponat, fuit aliquando idem ipse Origenes, quem ex Graecis secuti sunt Theophylactus (l) atque Euthymius (m). Verum idem Ori- genes sanioris iudicii effectus, longe di- versam firmat sententiam: nimirum unam eandemque fuisse mulierem, quae in domo Simonis unxit pedes Jesu, cum Maria so- rore Marthae, ac Magdalena, quae ad sepulcrum cum unguento accessit. Id quippe ipse profitetur in insigni illa ac tam celebri homilia de Magdalena, in- qua totius Atticae eloquentiae vela pandit. Reddam ipsius verba, quo haec certius cognoscantur; sic enim ait in apostrophe ad Magdalenam: *Fortasse nescis an dili-*

XIX. Non duae, sed una Maria. (b) Joann. 12.

(i) Marc. 16.

(k) Orig. in Matt. tract. 35.

XX. Origenis posterior sententia. (l) Theo- phyl. in Marc. 14. (m) Euthym. in Matt. 26.

gat te. Olim te diligebat; a Phariseo te de- fendebat; a sorore tua diligenter excusabat: olim laudabat te, quando unguento pedes e- jus ungebas, lacrymis rigabas, capillis ter- gebas: dolorem tuum mulcebat, peccata dimittebat, &c. Rursum in fine haec ha- bet: *Ploret unusquisque ad Jesum, quaerit fideliter Jesum, quia non celavit quaerenti se peccatrici. Disce peccator homo a peccatrice muliere, cui tamen dimissa sunt peccata sua, &c.* Ex his plane perspicue intelligitur, eundem Origenem profiteri unam eandemque esse Magdale- nam, quae unxit olim pedes in domo Si- monis, cum sorore Marthae, atque illa quae dicta Maria Magdalene ad sepul- crum cum unguento accessit.

Post Origenem Eusebius (a) Pamphili de duabus Magdalenis ponit opinionem; cum ipse tamen nihil prohibere dicat, quin una eademque dicatur. Joannes (b) Chry- sostomus de his differens, duas inter se diversas dicit fuisse mulieres quae Chri- stum unxerunt; alteram innominatam, cujus tum Lucas (c), tum alii memine- runt; alteram vero Mariam sororem La- zari atque Marthae confirmans & haec ip- sa alibi distinguit (d) peccatricem a so- rore Lazari, sicque unam eandemque fuisse testari videtur, quae unxit pedes in domo Simonis, & quae postea unguen- tum super caput Jesu recumbentis effudit. Hieronymus (e) & ipse duas fuisse affir- mare videtur, sed non eo modo quo Chrysoctomus: nam cum unam eandem- que putat, quae unxit pedes, ac inde ca- put in Bethania; ab ea tamen esse di- versam dicit, quae apud Lucam ponitur in civitate peccatrix. At dum haec subdit ver- ba: *Nec enim poterat statim capite digna fieri meretrix.* Plane insinuat, se nec negare, quin & illa quae effudit unguen- tum super caput, ipsa peccatrix fuerit. Idem (f) vero ad Marcellam scribens, Mariam Magdalenam & mulierem illam peccatricem unam eandemque fuisse, af- firmat his verbis: *Maria Magdalene ipsa est a qua septem demonia expulerat, ut ubi abundaverat peccatum, superabun- daret gratia.* Haec ille: qui & alibi dum numerat Marias, nec recenset inter eas Mariam sororem Lazari, plane eandem & unam esse cum Maria Magdalene quam quartam ponit, aperte significat. Ambro- sius (g) autem non dubitat, quin eadem sit, quae unxit pedes & caput in Betha- nia: an vero eadem fuerit illa peccatrix affirmare non audeat, sed sic ait: *Potest autem non eadem esse, ne sibi contrarium Evangelista dixisse videantur: potest au- tem questio metiri, & ex temporis diver- sitate dissolvi, ut adhuc illa peccatrix, ista perfectior: etsi non personam mutat Ecclesia, tamen mutat profectum.* Haec Ambrosius: qui in sua praefatione dicit

XXI. (a) Euseb. Pamphil. ad Marin. (b) Chry- sost. in Matthaeum homil. 81. (c) Luc. 7. Patrum senten- tia. (d) Chry- sost. in Jo- ann. homil. 61. (e) Hiero- non. in Matth. 26.

(f) Hieron. ep. 148.

(g) Am- brosi. in Luc. 7.

solita in Ecclesia celebritatis die S. Ma- riae Magdalene, eandem ipsam unamque cum peccatrice fuisse confirmat: quod et- iam demonstrat dum recenset (b) mira- cula in tribus illis Martha, Maria, & Lazaro facta, dicens: *Dum largum san- guinis fluxum siccat in Martha: dum de- mones pellit ex Maria: dum corpus redi- vivi spiritus calore constringit.* Augusti- nus (i) aliquando de ea re anceps, quid certi affirmare non audeat, dum sic ait: *Ecce ipsa soror Lazari (si tamen ipsa est quae pedes Domini unxit unguento, & terxit capillis suis, quos lavaverat lacry- mis) melius suscitata est, quam frater ejus.* Idem (k) tamen dum haec accura- tiam expendit, ac subtilius disputat, ve- ram confirmat esse sententiam, unam eandemque fuisse sororem Lazari cum peccatrice. Gregorius (l) istud ipsum saepius profitetur Beda (m) etiam, & ce- teri.

At quoniam incidimus in scriptum quod- dam nostri temporis hominis, cujus id- dum edidit, nec ab eo edendum putamus qui distinguit Mariam Magdalenam ab ea quae erat in civitate peccatrix; eas quibus ille nititur rationes in medium afferre ac confutare operae pretium ducimus. Ad stabiliendam enim suam sententiam illud in primis conatur ostendere; peccatri- cem illam, cujus Lucas meminit, non fuisse Judaeam, sed Gentilem feminam: cum e contra de Magdalena exploratum habeatur fuisse Judaeam: *Lex, inquit, (n) divina praecipit, ut non sit meretrix ex fi- liabus Israel.* Porro Pharisei legis divi- nae observantissimi cum essent, haud passi fuissent filiam Israel esse quaestuarium. Studet & id ipsum ex verbis Evangelistae extorquere, quod apud illum Simon di- cat: *Hic si esset Propheta, sciret utique quae & qualis est mulier, quae tangit eum.* Quasi illud, quae patriam significet, & quod esset Gentilis insinuet. Sed inania prorsus haec sunt. Quid enim? licet lex divina prohiberet esse meretricem in I- srael; nonne eadem lex omnia peccata vetuit, & tamen nedum vulgares homi- nes, sed nec ipsi legis custodes Pharisei eam observabant; exprobrante illis Do- mino, ac dicente: *Nemo ex vobis fa- cit legem.* Caeterum cum nulla sta- tuta a lege adversus Israelitas meretri- ces, sicut contra adulteras, reperitur; non esse id generis crimen, quod per ju- dices puniretur, sed quod haberet tan- tummodo Deum ultorem, satis apparet, nisi dixerimus ea tantum poena meretri- ces affectas videri, quod earum oblatio non reciperetur a sacerdotibus, prohi- bente hoc divina Scriptura: quae & mox ut prohibuit, ne sit meretrix ex filiabus I- srael, subdit: *Non offeres mercedem pro-*

(b) Idem in lib. de Salom. c. 5.

(i) Aug. in Joann. tract. 49.

(k) Aug. de consen- su Evang. lib. 12. c. 79.

(l) Greg. hom. 25. 33. & in regist. epi- stol. 186.

(m) Beda in Luc. 5.

XXII. Sententia Anonymi refellitur.

(n) Deut. 23.

libuli. Sed an non meretrices Israelitæ illæ erant, quarum causam adeo sapienter Salomon (a) iudicavit, nec ullum illis, quod meretrices essent, negotium fecit? Certe quod ad legem divinam spectat, facilius Judæi passuri essent esse meretrices Israelitæ, quam alienigenas atque Gentiles: cum ad alienigenam accedentem hominem Judæum ab omnibus occidi posse, licitum esse videretur: nam ea de causa tantopere laudatus est Phinees, quod Israelitam (b) cum Madianitide in lupanari cubantem aggressus ambos confodit gladio. Rursum si non essent permixtæ Israelitæ meretrices in Judea, inanis ea esset legis divinæ præceptio, qua (c) prohibebatur ne sacerdos duceret uxorem meretricem, haud dubie ex feminis Israelitis: nam alienigenam ne virginem quidem fas erat habere conjugem. Ex his itaque factis constare videtur, peccatricem illam quæ unxit pedes Jesu in domo Simonis, fuisse Judæam, mulierem; nec quicquam esse impedimento, quo minus una sit cum Magdalena. Equidem liquido constat, quod si gentilis fuisset femina, Evangelistæ, quemadmodum de Chananæa, vel Syrophœnissa, ut de re inusitata loquentes, nequaquam silentio prætermisissent.

XXIII. Adhuc objicit, quod & alii eandem sectantes sententiam objecerunt: peccatricem hanc feminam, cujus meminit Lucas habitasse in Galilæa, & quod a multis creditur, in civitate Naïm; illam autem sororem Lazari atque Marthæ in Bethania prope Hierosolymam egisse cum suis, constare (d). At quid volunt meretricem feminam uno loco consistere, nec in aliam regionem commigrasse: cum de his loquens divina Scriptura (e), meretricem dicat garrulam, vagam, & quietis impatientem, nec valentem domi consistere? certe ejusmodi feminas suam patriam averfari, & alienas quærere civitates, quo liberius pudoris laxent habenas, nec a cognatis vel optimis amicis commoneantur, plus satis docet experimentum. Sic ut de hac, cujus maxime meminit Lucas, jure dicere possimus, a suis secessisse, atque in Galilæam commigrasse, inde vero meliorem factam ad propria rediisse: licet alia honestior causa afferri posset, vel quod ibi nupisset, vel quod quippiam aliud actura in Galilæam profecta esset. Verum non indigenam, sed natam esse in Galilæa testantur; eo quod in Galilæa sit oppidum in tribu Nephtalim (f), Magdalen dictum, unde Magdalenam volunt esse cognominatam. Dicere ad hæc possemus, Magdalenam dictam a Magdalo (g) oppido in tribu Juda posito, vel a Magdalo apud Ægyptum (h). Sed concedamus ita esse denominatam a Magdalen Galilæa civitate: numquid eam ob causam fateri cogimur illic esse natam? cum certum sit, morem fuisse Hebræorum, a loco ubi quis habitat nomen accipere; ut Evangelista de Domino ait, quod Nazarenus sit appellatus, quia Nazareth habitavit.

Porro cum peccatrix mulier, quæ in Galilæa pedes Christi unxit, eadem Magdalenam fuisse dicatur (quod tradant Evangelistæ (i) Magdalenam unam ex illis mulieribus esse, quæ e Galilæa secuta sunt Dominum, ministrantes ei) cumque superius ostenderit ex ipsius Domini verbis unam eandemque esse sororem Marthæ & Lazari cum Magdalena quæ ad sepulcrum unguentum attulit; jam satis constare videtur, peccatricem feminam Mariam Magdalenam, atque sororem Marthæ, unam eandemque esse personam, sicque jam peroratam esse causam, nisi adhuc levibus quibusdam objectionibus satisfaciendum esset: ut cum dicitur: Si Magdalena, a qua Dominum septem demonia ejecisse testantur Evangelistæ (k), ipsa una eademque est cum illa peccatrice: tunc aut septem illa ab ea demonia ejecit ante unctionem pedum, vel postea. Si antea; quomodo non tunc, sicut liberata a demoniis, ita etiam desierit esse meretrix? quod si desisset, cur apud Lucam peccatrix dicitur, & mox ea de causa, quod magno animi amantis ardore pium illud officium exhibuerit, fuisse illi peccata dimissa, quod Christi testimonio comprobatur dicentis: Remittuntur ei peccata multa? Si vero postea a septem demoniis est liberata; cur post dimissa illi peccata, a demoniis est obsessa? Hoc dilemma nitebatur scriptor ille, de quo antea, dum Magdalenam a peccatrice muliere esse diversam statuere & affirmare conaretur. Sed quæ necessitas urget, ut ante vel post unctionem curata fuerit peccatrix illa; cum eodem ipso tempore, quo illa pietatis præstabat officia, septem illi demones ab ea exire potuissent? quod si nihil ejusmodi scribat Lucas Evangelista: nec idem (l) cum paulo post de Maria Magdalena habet mentionem, dicens ab ea exiisse septem demonia, quando id factum sit narrat; adeo ut multa de ea ab ipso esse prætermissa, necesse sit affirmare. Ad hæc quid impedit quo minus hæc ante unctionem contingere potuissent; nimirum ut liberata a septem illis eam obsessibus immundis spiritibus, mox in se reverfa, delictorum poenitens, illud grati animi obsequium præstiterit? Nec est etiam quod aliquod sequatur absurdum, si postea eam obsessam ab illis nequam spiritibus dixerimus: cum magna Dei providentia, etiam pios ac justos viros eis aliquando cruciari sit permisum, ut pluribus monstrat Joannes (m) Chry-

solvitur.

Dilemma solvitur.

(a) Hieron. Epist. 25.

(b) Num. 25.

(c) Levit. 21.

(d) Joan. 11. 12.

(e) Prov. 7. Meretrices Vagæ.

(f) Josue 10.

(g) Josue 15.

(h) Exod. 14. Hier. 44. Num. 33. Hieron. de locis Hebræis.

(i) Matth. 27. Marc. 15. Luc. 8. & 25.

(j) Luc. 8. Marc. 6.

(k) Luc. 8. Marc. 6.

(l) Luc. 8.

(m) Joan. nec Chrysol. lib. de provid. Dei.

Chrysofomus, & Hieronymus ad Paulam (a) sic scribens: *Quæ causa est, inquit, ut sepe bimuli, trimulique & ubera materna lactentes, a demonio corripiantur? Inscrutabilia hæc inscrutabili altissimi Dei judicio sunt referenda.* Certe quidem ejusmodi facinorosas mulieres, quantumvis poenitentes ac Deo per omnia placentes affectu fuerint suorum indulgentiam delictorum, nihilominus acerbioribus solere infestationibus dæmonum exagitari, qui res gestas Pelagiæ poenitentis, & Mariæ Ægyptiæ, & aliarum legerit, plane intelliget.

Hæc cum ita se habeant, non tamen sic dicimus, ut affirmemus illam post unctionem pedum id passam esse: cum enim non scribat Evangelista quando id acciderit, nec nos præsumimus definire. Bene quidem monstrasse volumus quolibet id tempore accidere potuisse, nihilque omnino veritati repugnare, si unam eandemque & peccatricem illam dictam mulierem, & Magdalenam existimandam esse affirmemus. At vero cum tam insigniter testetur Joannes Evangelista (b), Mariam sororem Lazari & Marthæ eandem esse cum illa, quæ unxit Dominum unguento, & pedes capillis extersit: nulla videtur relicta dubitatio, quin una eademque sit, quæ in primis peccatrix, inde Maria soror Lazari & Marthæ, & Magdalena demum est appellata: cum præsertim superius ostenderit ex ministerio exhibitio sepulturæ, eandem Lazari sororem esse cum Magdalena: licet verba illa Joannis, quibus loquens de Maria sorore Lazari & Marthæ, in hunc modum: *Maria erat, quæ unxit Dominum unguento, & extersit pedes ejus capillis suis: cujus frater Lazarus, &c.* dicta esset velint ab Evangelista per recapitulationem, alludente non ad illam pedum unctionem factam in Galilæa, sed eam potius, quæ facta est in Bethania, cujus idem Joannes meminit sequenti capitulo; sicque distorquent cavillanturque germanum sensum Evangelistæ; cum aperte constet ex eo ministerio, quænam esset illa Maria Marthæ soror, voluisse nostrum Evangelistam monstrare ac patefacere: qui quidem si non de illa quæ unxit in Galilæa intellexisset, non tantum eo signo quænam esset, non significasset, sed potius obscurasset, ac confundisset; nimirum quia illa prima, quæ unxerat in Galilæa, videretur esse descripta. At quoniam de illa loquebatur, non alio ad eam demonstrandam opus erat signo; quod quidem non sufficisset, sed aliud necessario addendum fuisset, ut hanc ab illa distingueret, si de alia ab ea diversa intelligere voluisset.

XXV. Ex Evangelista certa veritas.

(a) Hieron. Epist. 25.

(b) Joan. 11.

(c) Plin. Nat. hist. lib. 13. cap. 1.

(d) Joann. 12. De unctione tertium iterata.

(e) Plin. Nat. hist. lib. 13. cap. 30.

(f) Apud Athenæum in exemplum extat; immo nec Romæ quidem, ubi omne genus deliciarum affluere potissimum illis temporibus consueverat, nec de Imperatoribus ipsis, pedes eorum unguento ungi solitos legimus. Nam quasi pro miraculo recitat Plinius (g) de Othone, qui hoc primum Neronem docuit, dum ait: *Vidimus etiam vestigia pedum ungi, unguentis scilicet: quod Marcum Othone monstrasse Neroni Principi ferebant. Quæso, ut qualiter sentiretur juvaretque ab ea parte corporis?* Hæc ille. Quin & Xenophon in Symposio plane demonstrat, fuisse mulierum, & non virorum, unguento ungi: ut ex his etiam conjicere possis, inusitatum opus non fuisse nisi ab una tentatum ac iteratum muliere: quæ & tertio unxit, quando biduo ante Pascha, ut tradit Marcus (h) itidem Bethaniæ in domo Simonis leprosi fracto alabastro, effudit id genus unguenti super caput Jesu recumbentis. Hæc autem cum Evangelica veritate liquido consent: nihilominus qui de pluribus Magdalenis sententiam stabilire conati sunt, non veriti germanum sensum cavillationibus obscurare, dixerunt unam eandemque esse coenam factam in Bethania ante sex dies Paschæ, cum ea quam dicit Marcus factam biduo ante Pascha: quasi illud biduum non ad convivium, sed concilium sit referendum, nec possit dici eo tempore convivium factum esse, quod scilicet eo ipso die sit factum concilium Hierosolymis sacerdotum, ad quos Judas proditorum Jesum accessit; quasi minime esse potuerit in Bethania in convivio, cui interfuisse perhibetur, qui Hierosolymis ageret, proditorum contra Dominum, moliturus: atque ex his inferunt, unum idemque convivium a Joanne, Marco, & Matthæo descriptum; diversaque inter se mulieres dicunt, quæ ab iisdem Evangelistis recensentur, quarum altera pedes, altera vero caput unxisset.

XXVI. His in hunc modum solutis objectionibus, & de una Magdalena stabilita sententia.

(g) Plin. Nat. hist. lib. 13. cap. 30.

(h) Marc. 14. Matth. 26.

(i) Joan. 11.

(j) Marc. 14. Matth. 26.

(k) Joan. 11.

(l) Marc. 14. Matth. 26.

(m) Joan. nec Chrysol. lib. de provid. Dei.

XXVII. Duo convivia.

Sed plane contrarium, duoque distincta fuisse convivia, unam eandemque mulierem, & in priori pedes, in posteriori caput unxisse, facile demonstrabimus. Si enim unum idemque fuit convivium, cum

XXVII. Duo convivia.

N 2 cum

cum alio, illudque ante sex dies Paschæ peractum; cum constet Matthæi testimonio, tunc abiisse Judam ad Principes sacerdotum, & de prodicione Christi convenisse; necesse esset nos dicere, ante sex dies Paschæ ejusmodi de prodendo Christo pactum esse conventum: quod nemo sane jure dicere poterit, cum Marcus expresse testetur, id factum biduo ante Pascha. Sed ad ea quæ dicunt, non potuisse Judam interesse concilio Hierosolymis, qui aderat Bethaniæ in convivio: nullus certe Evangelistarum (a) de Juda scribit, quod concilio interfuerit: sed convenisse quidem dicunt Principes sacerdotum eo tempore, quo nimirum Judas in Bethania e mensa recedens, Hierosolymam petiit, ad perficiendum quod animo conceperat facinus. Nam si erat Bethania sita in latere montis Oliveti (ut tradit Hieronymus b) nec amplius quam duobus milliariibus ab Hierosolymis distans; immo cum dicat Evangelista (c) *Erat Bethania juxta Hierosolymam quasi stadiis quindecim*, stadio uno minus duobus milliariibus aberat: potest a quocumque intelligi, nihil esse impedimento, quo minus eadem die Judas e convivio recedens, adiverit Principes sacerdotum: potissimum vero ex hoc quod excesserit, nulla interposita mora, post defensionem ab Jesu factam de unguenti effusione, ut aperte sic docet Matthæus (d): *Abiit unus de duodecim, qui dicebatur Judas Iscariotes, ad Principes sacerdotum, & ait illis: Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam?* &c.

(a) Matt. 26. Marc. 14. Luc. 22.

(b) Hieron. de loc. Hebraic. (c) Joan. 11.

(d) Matt. 26.

XXVIII.

(e) Joan. 12.

(f) Matt. 26.

(g) Marc. 14. Matt. 26.

Conclusio de una Magdalena.

Ex his itaque jam satis liquido declaratum videtur, duo diversa diversisque diebus exhibita fuisse Jesu convivia: quorum primum factum dicitur in domo Lazari (e) a mortuis excitati, in quo & Lazarus ipse unus ex discumbentibus fuit, Martha ministravit, Maria ejus soror pedes unxit, & Judas ei detraxit (f): alterum vero apud Simonem cognomento Leprosam, quo accedens mulier habens alabastrum (vas scilicet ex alabaistro factum) effudit super caput recumbentis; quando non unus Judas, sed & cæteri discipuli indignati sunt, ac tunc Dominus secundam pro illa habuit defensionem a prima diversam, & addidit dicens (g): *Amen dico vobis, ubicumque prædicatum fuerit Evangelium istud in universo mundo, & quod fecit hæc, narrabitur in memoriam ejus.* Certe quidem etsi nulla alia subesset ratio, qua hæc ipsa mulier, & peccatrix, eademque Maria soror Lazari, Magdalena cognominata, dici posset; tamen ut justificetur Jesus in sermonibus suis, ne falsi vaticinii (quod nefas est dictu) arguatur, affirmare necesse est, unam eandemque esse Magdalenam, nec diversas seu plu-

res, dum unam tantum longe latèque per Orbem diffusa Ecclesia prædicat Magdalenam. Hæc hæctenus. Accepimus eodem argumento a Roffensi perillustri nostrorum temporum martyre adversus Novatores egregium esse editum commentarium, a quo abundantius forte hæc haurire possis: nos tamen nondum in eum incidimus, sed citatum ab aliis tantum auctoribus novimus.

Quod vero ad alabastrum unguenti pertinet, ne quid de hoc dicere prætermittamus: magni pretii munus fuisse alabastrum unguenti, ex eo facile possumus intelligere, dum scribit Herodotus in Thalia, Cambysem Regem Persarum, omnium potentissimum dono misisse ad Regem Æthiopum inter alia munera alabastrum unguenti. At cur alabastrum? Docet Plinius (b) alabastrum lapidem ad vasa unguentaria excavari solere, quod quæ intus ponuntur incorrupta conservari soleant. Licet Epiphanius in libro de mensuris, de alabaistro unguenti aliam afferat rationem, dicens: *Alabastrum unguenti vasculum est vitreum, capiens libram olei, mensura vero est sextarii dimidii: Alabastrum autem appellatum est propter fragilitatem.* Sed magis in his Plinio assentimur. De diversis unguentorum generibus, quæ in deliciis essent cum agit Clemens (i) Alexandrinus, illud quod dicitur Nardus, maximi fuisse pretii testatur. Ex quibus omnibus facile intelligere quisque possit, dictam mulierem opulentissimam fuisse, quæ sæpe tanti pretii ad unctionem Domini unguentum pie liberaliterque profuderit. At nec illud præterierit volumus, testari Suidam (k) urceum unguenti, quo Christus inunctus fuit, depositum fuisse una cum multis aliis sacris reliquiis a Constantino Magno in foro Constantinopolitano, sed a Theodosio Magno inde sublatum, & honestiori loco esse reconditum.

XXIX. De alabaistro unguenti.

(b) Plin. 12. cap. 8.

(i) Clem. Alexan. dnm. in. Padag. 1.2. cap. 8.

(k) Suid. ver. oipos.

(l) Matt. 12. Marc. 3. Luc. 11. Concord. c. 49.

(m) Matt. 12. Marc. 3. Luc. 2. c. 8. Concord. c. 50.

Nunc autem Evangelicam, a qua digressi sumus, historiam prosequamur, & compendiose, quantum fas est, repetamus. Convenit (l) Christum turba multa, adeoque importune detinebat eum, ut nec aliquantulum quiescere, vel cibum sumere discipulos permetteret: cumque sibi oblatum dæmoniaco cæcum & mutum curasset, rursus Pharisei calumniati sunt eum, quod in Beelzebub principe dæmoniorum ejiceret dæmonia: adversus quos egregiam suo more divinamque instituit defensionem, peccataque ipsorum redarguit, ac denique acrius in eos invehitur, quod signum peterent, qui facta miracula contempserunt. Ea (m) vero dum loqueretur, extollens vocem quædam mulier de turba dixit illi: *Beatus venter, qui te portavit, & ubera, quæ suxisti.* At ille dixit: *Quin immo beati quæ*

Quæ a qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Accurrerunt inde sui, ut tenerent eum, falsa quadam fama decepti, quod in furorem versus esset: & adhuc eo loquente, qui aderant, interpellabant eum de matre sua, & fratribus qui foris starent quærentes illum alloqui. Tunc ille: *Quæ est, inquit, mater mea, & qui sunt fratres mei? Et extendens manum in discipulos suos, dixit: Ecce mater mea, & fratres mei.* Quicumque enim fecerit voluntatem Patris mei, qui in celis est: ipse frater meus, & soror mea & mater est. Aderat mater sanctissima cum cæteris, sed non eo affectu quo alii, ut existimaret filium in furorem esse conversum, ac teneret eum: sed maternis visceribus filio hæc patienti compatiens præsto erat, sicut & passionis tempore novimus accurrisse, & quemadmodum tunc cum operaretur salutem in medio terræ, eam non proprio nomine, sed communi, mulierem appellavit: sic & in præsentiarum verbo prædicationis intentus, quasi nullo moveretur carnis affectu, in eum modum voluit respondisse.

Exiens (a) inde domo, accedensque ad Tiberiadis mare, cum undique frequens turba conflueret: conscendens naviculam, ex ea concionabatur ad populum: sermonemque parabolis texens, de seminate similitudinem primo loco recensuit, addiditque alias (b) nempe de supereminatis zizaniis, de grano sinapis, & de fermento, de thesauro (c) margaritæ, & fagena (d). His absolutis, inde recedens, venit Nazareth, & ingressus synagogam, ex Isaia (e) Propheta ea legit verba: *Spiritus Domini super me, &c.* ostenditque eo tempore prophetiam illam esse impletam. Qui aderant, audientes doctrinam ejus non vulgarem, sed quæ magnam præferret scientiam & sapientiam, mirum in modum mirabantur, quod putarent filium esse fabri, ipsumque olim fabrum, cujus noverant matrem, fratres & sorores, quorum causa eum contempserant, nec, ut par erat, in honore haberant. Unde cum apte illos Dominus admonisset, Prophetas ubique gentium præterquam in patria in existimatione esse; illi indignati, ejicientes eum extra civitatem, & usque ad montis supercilium perducentes, inde ipsum præcipitare parabant: sed Jesus transiens illæsus, per medium illorum abiens recessit, cum nonnisi paucos illic infirmos curasset propter incredulitatem ipsorum. Addunt (f) ali-

(f) Nicol. Lyr. & Dionys. Cartho.

qui, auctore Beda, ejusmodi historiam: Dominum manus prædictorum violentas evadere volentem, cum ad radicem montis descenderet, sub rupe latuisse, saxumque tunc eidem cessisse, ac latebris locum præbuisse, in quo corporis Domini remanserint impressa signa, pedumque vestigia: sed nihil hujusmodi apud Bedam.

Inde recedens Dominus (Matthæus (g) ait) circuibat omnes civitates ac castella Galilææ, prædicans Evangelium, & curans omnem languorem; erantque cum eo duodecim Apostoli, & mulieres aliquæ, quæ curatæ erant a spiritibus malignis & infirmitatibus; Maria quæ vocatur Magdalena, de qua septem dæmonia exierant, & Joanna uxor Chusæ procuratoris Herodis, & Susanna, & aliæ multæ, quæ ministrabant ei de facultatibus suis. Videns autem tunc turbas tamquam oves sine pastore, misertus earum, statuit mittere Apostolos ad prædicandum Evangelium: quibus ad se advocatis, dedit illis potestatem super dæmones, ut ejicerent eos, & curarent omnem ægritudinem, misitque illos binos: quorum nomina, eo ordine, quo sunt missi recenset (h) Evangelista sic dicens: *Duodecim autem Apostolorum nomina sunt hæc. Primus: Simon, qui dicitur Petrus, & Andreas frater ejus, Jacobus Zebedæi, & Joannes frater ejus, Philippus, & Bartholomæus, Thomas, & Matthæus publicanus, Jacobus Alphaei, & Thaddæus, Simon Chanaanus, & Judas Iscariotes.* Sic mittens ipsos nulla rerum temporalium voluit solitudine prægravari, multaque admonuit, quæ servare deberent; atque nonnulla quæ ipsis essent obventura, prædixit; & ut insignis belli dux, ad fortitudinem excitavit. Ea omnia quidem non secus magnanimi ac generosi illi abeuntes præstiterunt, ac Evangelium prædicarunt, sed & dæmonia ejecerunt; ungentesque oleo multos ægrotos maxima cum omnium admiratione curarunt. Quod autem spectat ad ejusmodi ægrotantium unctionem, inferius opportuniori loco agemus. His de secundo anno prædicationis Christi ex Evangelica historia recitatis: quoniam quæ sequuntur, sequenti anno prope Paschale tempus facta esse noscuntur; præsentis anno finem imponimus. Cum enim (quod alias diximus) annos prædicationis Christi nonnisi a Paschali tempore metiri possimus: secundum cujusque anni Pascha, annum Domini consignare necesse est.

XXXI. (g) Matt. 9. & 10. Marc. 6. Luc. 8. Concord. cap. 55.

Christus mittit Apostolos.

(h) Matt. 10.

JESU CHRISTI ANNUS 33.

TIBERII IMP. ANNUS 17.

I. Anno Domini trigessimotertio (a), Augusto quintum & Aelio Sejano Coff. prope Paschalem (b) celebritatem S. Joannes Baptista ab Herode Antipa Tetrarcha Galilææ jussus est capite truncari: id autem quomodo se habuerit, rem gestam in hunc modum recensent Evangelistæ (c)...

II. De festo die natalis Herodis Regis a Judæis Romæ solemniter celebrari solito putamus Persium esse locutum, cum ait: At cum Herodis venere dies, unctaque fenestra Disposita pinguem nebulam vomuere lucerna, Portantes violas. Non tamen de Herodis Regis, de quo est sermo, natali die hæc sunt intelligenda, sed potius Herodis Agrippæ ultimi Judæorum Regis, quo tempore Persius clariuit, natus (ut ait Eusebius in Chronico) anno vigesimoprimo Tiberii, mortuus vero nono anno Neronis. In regniis vero conviviis ejusmodi saltatrices adhiberi consuevisse, Josephus alio demonstrat exemplo, dum de Josepho Tobie filio hæc ait (d): Cum aliquando venisset Alexandriam cum patre ducente secum filiam nubilem, ut eam alicui nobili Judæo nuptui traderet: cœnans cum Rege, ingressam in convivium formosam saltatriculam adamavit. Idque a Græcis etiam in convivis factitari solitum declarat Xenophon in Symposio. Ceterum nihil esse

tanti vehemens ad animum quamvis durissimum inflectendum emolliendumque perinde ac ipsa ad modos musicos accommodata saltatio. Lucianus (e) scripto de hac re commentario, complurium antiquorum philosophorum docet sententiis, ac multis probat exemplis, & eorum quæ sub Nerone suo tempore acciderunt experimentis. Unde illa jure facta est admonitio in Ecclesiastico (f): Cum saltatrice ne assiduas sis: nec audias illam, ne forte pereas in efficacia illius. Hoc igitur omnium potissimo telo usus est diabolus, ut Herodis animum ad tam immane facinus perpetrandum, ad inferendam scilicet Joanni necem, induceret.

III. Non tamen aliquod apud Judæos, vel Gentes quantumvis Deum ignorantes reperitur exemplum, ut in convivium ejusmodi apophoretum, præcium nempe caput hominis præferretur in disco: nisi (quod pro monstro atque portento apud Romanos habitum fuit) cum (g) Q. Flaminium, Placentiæ dum esset cum falcibus proconsularibus, ut discumbenti secum meretriculæ talis spectaculi avidæ morem gereret, non quempiam justum hominem, sed unum ex damnatis ante triclimum capite cædi præcipit: quod facinus adeo Romani sunt detestati, ut in eundem rem majestatis ea de causa factum omnes rhetores nobiles declamarint. Sed & rabies belli civilis eo furoris adegit Marium, ut exectum caput Antonii Consularis inter epulas summa animi insolentia lætis manibus attrèaret (h).

IV. Agit & Josephus (i) de nece Joannis, quem mirifice laudat, ejusque facinoris causa Herodem poenas dedisse ait, ut exercitus ejus funditus profligaretur a Parthis: cumque idem auctor aliam causam afferat carceris ac necis Joannis, refellimus eam superius, cum de eodem Joanne in carcerem detruso egimus. Insultasse Herodiam præciso capiti, atque acu discriminati sanctissimam illam linguam perforasse, Hieronymus (k) in Rufinum agens tradit, sic dicens: Nec magnopere gloriaris, si facias quod faciunt scorpiones, atque cantharides. Fecerunt hoc & Fulvia in Ciceronem, & Herodias in Joannem: quia veritatem non poterant audire, linguam veriloquam discriminati acu confoderunt. Hæc ille. Idem ait (l) corpus Joannis sublatum, a discipulis ejus sepultum fuisse Sebaste, quæ est Samaria, longe a Macherante, ubi (m) in carcerem actus atque necatus fuit: caput vero nequaquam cum corpore concessum ad sepeliendum fuisse, id prohibente Herodiade, de qua hæc Nicephorus (n) At ipsa Joannis reprehensionem verita, conjungere id rursus reliquo corpori timens,

(a) Ta- dit. lib. 5. Dio lib. 58. (b) Bed. in Marc. c. 6. (c) Marc. 14. Marc. 6. Concord. Evang. c. 56.

De nece Joannis.

(d) Joseph. antiq. l. 12. cap. 4.

(e) Lucian. de saltat.

(f) Eccl. 17. cap. 13.

(g) Senec. controu. lib. 5. Livius lib. 39. & Hieron. in Mat. c. 14.

(h) Plutarch. in Mario. Val. Maxim. lib. 9. c. 2. Luc. Flor. lib. 3. c. 21.

(i) Joseph. antiq. lib. 18. c. 7. Herodias immane facinus.

(k) Hier. in Rufin. Apol.

(l) Hier. ep. 27.

(m) Joseph. antiq. lib. 18. cap. 7.

(n) Niceph. hist. lib. 1. cap. 9.

CHRISTI 33.

TIBERII IMP. 17.

Sepultura Joannis. mens, apud se remotis arbitris, in abstrusore regie loco sepeliendum duxit: truncum autem abjicere quopiam jussit: eum porro solum discipuli ejus furtim sublatum cum solemnitate in celebri quodam sepeliere loco. Hæc Nicephorus. Quod vero Joannis corpus Samaritanæ que discipuli detulerint, ea ratio afferri posse videtur, quod ea provincia non esset sub Herodis Antipæ ditione: sed quoniam conjuncta Judææ concessa fuerat ab Augusta (a) Archelao Regi, illo semel in ordinem redacto, tam Samaria, quam Judæa & Idumæa, quæ erant Archelao subjectæ, redactæ (b) sunt per Tiberium in provinciam, quæ & per Romanos Præsides administrari solebant: sicque ne Herodias rursus de trunco negotium exhiberet, illum Samaritanæ detulerunt: sed eo potius, quam alio extra ditionem Herodis, quod Samaritanæ hostes essent (ut prius cumulate diximus). Judæorum, ac pro patriis rebus pugnacissimi. Quis autem exitus tandem saltatricis femine sceleratissimæ fuerit, & quod supplicium accepit feralis impietas, Nicephorus rem gestam his verbis conscribit (c):

VI. Furibunda sed enim & adultera incestaque adeo illa, quæ quidem Herodis habebatur, re verâ autem Philippus erat conjux, vita longius acta, cum prius filiam saltatricem acerbo fato sublatam vidisset, deinde ipsa quoque decessit futuri sæculi judicio. & supplicio reservata, meras ibi quamcitissime diviniæ fecer, intolerabilique indignationis Domini calicem haustura. Filia autem ejus (dignus est enim qui memoria commendetur) talis fuit obitus. Eundem ei quodam brumali tempore erat, & fluviis irajiciendus: qui cum glacie constructus coagmentatusque esset, pedes cum transibat: glacie autem rupta, idque non sine Dei numine demergitur illa statim capite tenus, & inferioribus corporis partibus lascivians, molliisque se movens saltat, non in terra, sed in undis: caput vero scelestum, frigore & glacie concretum, deinde etiam convulneratum, & a reliquo corpore non ferro, sed glaciei crustis sectum, in glacies ipsi saltationem lethalem exhibet; spectaculoque ejus omnibus præbito, in memoriam ea quæ fecerat, spectantibus revocat. Hæc Nicephorus. At quoniam hujusmodi historiæ haud constans habetur veritas, esto fides apud auctorem.

VII. Porro quantumvis necatus esset Joannes Baptista, tamen tanta erat existimationis, ut putaretur a quibusdam resurrecturum, & ipse Christus esse Joannes: existimabat hoc inter alios Herodes, de quo hæc Marcus (d): Et audivit Rex Herodes, opera scilicet quæ faciebat Christus: & dicebat: Quia Joannes Baptista de Christo, resurrexit a mortuis, & propterea vir-

(a) Joseph. antiq. l. 17. cap. 13.

(b) Joseph. antiq. l. 17. cap. 15.

(c) Niceph. hist. lib. 1. cap. 20.

(d) Marcus 6. Opinio Herodis de Christo.

rates operantur in illo. Alii autem dicebant: Quia Elias est. Alii vero dicebant Quia Propheta est, quasi unus ex Prophetis. Quo audito Herodes ait: Quem ego decollavi Joannem, hic a mortuis (e) resurrexit. Hæc Marcus: eadem fere Matthæus & Lucas. Itaque patet, aliqua miracula mox post obitum Joannis facta esse a Christo, quæ non videntur esse ab Evangelistis recensita: multa enim ab illis esse prætermissa, Joannes (f) quoque testatur. His permotus Herodes existimavit Joannem resurrexisset a mortuis. Videas hominem stimulis conscientie exagitatum, timere Joannem, licet occisum: & quantumlibet alii aliter sentirent de Christo, ipse tamen in ea erat sententia, terrore quodam affectus, ipsum esse Joannem qui surrexisset a mortuis. Res quidem magna, planeque admiratione digna, quomodo hæc Herodes de Christo existimare potuisset, qui jam biennio, ubi ipse regnabat, prædicasset in Galilæa, fama quoque miraculorum ejus non Galilæam tantum, Judæam, atque alias propinquiora loca, sed (quod diximus) omnem Syriam pervasisset. Quod igitur omnes scirent, unum latuisse Herodem, quasi prodigium videtur: cum præsertim Jesus sæpius circumfisset Galilæam, & frequens undique populus in dies ad eum confluxisset.

VIII. Putamus nihilominus fuisse in causa quominus Herodes ea sciverit, quod dictis temporibus absens esset in expeditione Arabica bellum agens adversus Aretam, Regem; quod multis annis durasse oportuit, nimirum usque ad Vitellium Præsidem, successorem Pilati, ut Josephus (g) testatur. Ceterum ante detrumum Joannem in carcerem, Herodem Romanum venisse, idem auctor affirmat: post reditum autem mox abductam fuisse Herodiam, & inchoatum fuisse adversus Aretam bellum Arabicum, idem Josephus enarrat. Ut ex his videas, Herode absente, & bellicis negotiis occupato, non adeo mirum videri debere, vel impossibile, si hæc de Christo ipsum præterierit. His adde & incredibile fuisse in homine de Christo cognoscendo. Socordiam atque desidiam: nam cum dicat hic Marcus, quod Herodes ex hoc tempore quærebatur Christum, videre; tamen neglexit, nec per annum integrum, quo Christus egit in Galilæa, umquam vidit, sed Hierosolymis tantummodo tempore passionis, quando ad ipsum missus est a Pilato, & gavifus est valde, quod (ut ait Lucas (h)) ex multo tempore erat cupiens eum videre, eo quod audierat multa de eo. Sed hæc quasi nihil amplius ad rem nostram facientia deferamus, atque cetera profsequamur.

IX. Post necem Joannis, Apostoli, qui mis-

(e) Matth. 14. Luc. 9.

(f) Joannes ult.

(g) Joseph. antiq. l. 18. c. 7. Cur Herodes Christum nescierit.

(h) Luc. 23.

Acta Jesu
a nece
Joannis.

(a) Matt.
14. Marc.
6. Luc. 9.
Joan. 6.
Concord.
cap. 57.

X.
Ordo in
conviviis
Judaicis.

(b) Philo
de vita
contempl.

XI.
Fugit Je-
sus, ne
rex fieret.
(c) Matt.
14. Marc.
6. Joan. 6.
Concord.
cap. 58.

si fuerant ad prædicandum Evangelium; redierunt, & quæ fecissent narrarunt. Interim Jesus, quod nuntium accepisset de nece Joannis, inde secessit; ac conscendens naviculam, sese recepit in locum desertum. Cumque turba nihilominus sequeretur eum; ipse Dominus eos omnes (a) primum prædicationis verbo, deinde vero quinque panibus ordeaceis & duobus piscibus admirando quodam modo multiplicatis, abunde pavit, adeo ut quinque millibus virorum, exceptis mulieribus & parvulis, saturatis, superfuerrint duodecim cophini fragmentorum. Hæc autem facta sunt (ut auctor est Joannes Evangelista) cum proximum esset Pascha, dies festus Judæorum: quod & tertium numeratur a tempore quo Redemptor noster Evangelii prædicationem est auspiciatus.

Quod autem numerus discumbentium, quinque millium hominum fuisse dicatur, exceptis feminis atque parvulis; plane innuit Evangelista servasse Dominum antiquam Judæorum consuetudinem, qui tam in templo, quam in Synagoga, aliisque conventibus publicis, seorsum viros, seorsum vero collocare feminas (quod & superius nos dixisse meminimus, & postmodum dicturi sumus) consueverunt: parvulosque infantes apud matres esse, grandioris autem ætatis intra pubertatem ubi magis vellent. Unde quod Marcus ait: *Præcepit illis, ut accumbere facerent omnes secundum contubernia*, non sic accipiendum, ut omnes per familias singulas promiscue recumberent: nam proprius explicat Græca dictio *συμπίσια συμπίσια*, hoc est convivia, convivia: nam idem mox subdit Evangelista: *Et discubuerunt in partes per centenos, & quinquagenos*. Hæc illa erant convivia, seu contubernia, quæ magis proprie dicimus mensas. In conviviis seorsum viros dextrum latus tenentes, seorsum feminas sinistram occupantes accumbere consuevisse, & non sine lectisternio, vel stramento aliquo, Philo de Essenis (b) testatur: qua de causa & in hoc convivio Domini, loco strati, fuit scenum.

Magna itaque (c) crevit ex his opinio apud Judæos, quod Jesus vere ille esset Propheta magnus, qui prædictus erat in mundum venturus; adeo ut cogitarent facere eum Regem. Quare cum Jesus cognovisset, quod venturi essent ut raperent eum ac Regem crearent, compulit discipulos suos ascendere in naviculam, & præcedere trans fretum Bethsaidam, donec ipse dimitteret turbas: interim vero ascendit solus in montem orare. Porro discipuli, qui vespere conscenderant navim, orta subinde tempestate, cum ea magis magisque urgerentur, & usque ad quartam noctis vigiliam jacta-

rentur fluctibus, resque in ultimo discrimine verteretur: adfuit continuo Jesus ambulans supra mare, quem videntes discipuli, putantes esse phantasma, amplius contreriti atque turbati sunt; donec seaperiens dixit illis. *Habete fiduciam: ego sum, nolite timere*. Tunc Petrus ad illum: *Domine, si tu es, jube me ad te venire super aquas*. At ipse ait: *Veni, & descendens Petrus de navicula, ambulabat super aquas, ut veniret ad Jesum. Videns vero ventum validum, timuit: & cum cepisset mergi, clamavit dicens: Domine, salvum me fac*. Et continuo Jesus extendens manum, apprehendit eum, & ait illi: *Modica fidei, quare dubitasti?* Post hæc acceperunt eum in navim, & adoraverunt eum: & cum appulissent in terram Genesareth, omnes qui in illa erant regione, ut cognoverunt de adventu ejus, obtulerunt infirmos, & male se habentes, cupientes vel saltem tangere sibi vestimentum: quotquot vero tetigerunt eum, sanati sunt. Hæc pluribus Evangelistæ.

Altera (d) die cum turba quæreret Jesum, nec invenirent, conscendentes naviculas, navigarunt Capharnaum: ubi Dominus eos docturus, in primis illorum impetum retundens, & ad celsiora eos perducere cupiens, sic est eos affatus: *Amen amen dico vobis: queritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus, & saturati estis. Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam* &c. Hæc itaque occasione, longiori sermone multa de manducando pane cælesti differit; carnemque suam vere esse cibum, quem sumpturi essent, qui vellent vitam habere æternam, dicit. Cumque hæc audientes Judæi, minime caperent, neque assquerentur quid sibi vellet, invicem diserebant: offensionemque ex iisdem verbis passi sunt etiam complures discipulorum, ut jam ab illo recederent, nec ulterius sequerentur. Quod videns Jesus, conversus ad duodecim Apostolos dixit: *Numquid & vos vultis abire? Tunc Petrus ex persona omnium (quod esset ipsorum caput) profertur dicens: Domine, ad quem ibimus? Verba vite æternæ habes, & nos credimus, & cognovimus quia tu es Christus filius Dei*.

Hujus equidem singularis, ac quæ aureis scribi & commendari debeat in perpetuum litteris, opportuna veraque Petri confessionis sensum altiore, quo cumulatissime referta est, perscrutatus Cyprianus (e), hæc ait: *Loquitur illic Petrus, super quem adificata fuerat Ecclesia, Ecclesie nomine, docens & ostendens quia est contumax & superba obaudire nolentium multitudo discadat, Ecclesia tamen a Christo non recedit: & illi sunt Ecclesia, plebs sacerdoti adunata, & pasto-*

XII.
(d) Jos. 2.
6. Concord.
c. 19.
Jesús de
Eucharistia dis-
ferit.

XIII.
Petri confes-
sio.

(e) Cypri-
ad Flor.
epist. 69.
edit. pag.
mcl.

(a) Epiph.
har. 51.
Marci la-
psus.

XIV.
(b) Mat.
15. Marc.
7.
Concord. c.
60.

(c) Epiph.
in Panar.
har. 17.

XV.
(d) Mat.
15. Marc.
7.
Chanaan-
filia sana-
tur.

pastori suo grex adhærens. Unde scire debet Episcopum in Ecclesia esse, & Ecclesiam in Episcopo. Hæc Cyprianus. Non prætermittimus dicere, unum ex his, qui a Christo Domino recesserunt, tradi fuisse Marcum, qui postea Evangelium scripsit, sed per Petrum ad Dominum revocatum: id enim Epiphanius (a) his verbis testatur: *Hic: Marcus scilicet, unus erat de septuagintaduobus dispersis ob verbum quod dixerat Dominus: Nisi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis; velut Evangelii verba legentibus clare indicant; tamen per Petrum revocatus, dignus efficitur repleti Spiritu sancto, & Evangelium scribere*. Hucusque Epiphanius. Monuit interim, Jesus duodecim Apostolos, quantumlibet ipse eos elegeret, nihilominus unum ex ipsis esse diabolum, intelligens nimirum Judam Iscariothen, qui eum traditurus erat.

Sub idem tempus peragrabat (b) Jesus Galilæam, a Judæa declinans, quod jam Judæi quærerent illum interficere. Accedentes autem ad eum Pharisei, de discipulis Domino, quod non lavarent manus cum manducarent, negotium faciunt; sed redarguit eos Jesus, quod quæ sunt foris tantum, emundant; quæ autem sunt intrinsecus, cordis nempe immunditias, negligant, & quod maximum omnium est, Dei mandata pessumdent, & suas servandas constituent traditiones, nimirum baptismata, urceorum & calicum, & his similia; quod addit Evangelista: *Pharisei, & omnes Judæi, nisi crebro laverint manus, non manducant, tenentes traditionem seniorum, & a foro venientes, nisi baptizentur, non comedunt: & alia multa sunt, quæ tradita sunt illis servare*. Addit Epiphanius (c), fuisse quoddam genus Scribarum & Phariseorum, qui singulis anni diebus baptizarentur, eaque de causa appellatos esse Hemerobaptistas, statuentes hominem non posse vivere, nisi singulis diebus in aquam mergeretur, ac ita ablueretur; & sanctificaretur ab omni culpa: At de his jam supra non nihil attingimus. Exprobrabat insuper Dominus, quod & in eo illi irritum facerent mandatum Dei propter traditionem hominum, dum contra legem Dei parentes negligenter, quodque illis debebatur, tribuerent sacerdotibus. Demum docet quæ sint quæ hominem possint inquinare, nimirum non quæ intrant in os hominum, sed quæ progrediuntur ex ore; & quæ illa sint, numerat.

Secessit (d) post hæc Dominus in partes Tyri & Sidonis: quando Gentilis femina Syrophœnissa, ex stirpe Chanaan, indeque Chanaanæa nominata, habitans in Phœnicia maritima regione Syriæ, egressa-

fa e finibus suis, conveniens Dominum pro filia sua, quod male a dæmonio torqueretur, plurimum interpellat: quam cum aliquandiu quasi adversatus fuisset, quod Gentilis esset femina; tandem illa instantius & importunius magnis precibus contendens, ab eo postulatum accepit. Inde vero recedens, reversus est ad mare Galilææ per medios fines Decapoleos: cujus provinciæ civitas erat omnium maxima (ut auctor est Josephus) (e) Scythopolis, Tiberiadi vicina, at eam provinciam Plinius (f) & recentiores auctores (g) describunt. Cum autem, eo accessisset Dominus, adducunt ad eum surdum & mutum; cujus liniens linguam (sputo, mirifice curavit (b). Ascendentem deinde in montem, turbæ multæ secutæ sunt eum, offerentes mutos, cæcos, claudos, ac debiles; quos omnes curavit. Cumque jam turba triduo apud Jesum, perseverasset, nec haberet quid manducaret; septem panes & paucos pisciculos quos habebant discipuli, benedicens, justis illis apponi: quibus cibo expletis, superfuerrunt adhuc septem sportæ fragmentorum, cum hi qui comedisent, ad quatuor millia fuissent, exceptis mulieribus atque parvulis. Post hæc vero ascendens naviculam, venit in fines Maggedon & Dalmanutha, loca (ut tradit Hieronymus i) trans mare Galilææ circa Gerazan. Accesserunt (k) interim ad eum Pharisei & Sadducæi, quærentes ab eo signum de cælo: sed rejecit eos Dominus, quod pravo animo id exquirent; eosque reprehensos dimittens conscendens navim transfretavit: inde, discipulos de pane folicitos redarguit, monuitque cavere fermentum Phariseorum, Sadducæorum, necnon Herodis; ipsorum hæreses signans, quarum antea meminimus. Pervernerunt simul Bethsaidam ubi Christus cæcum curavit, (sputo ejus oculos tangens).

Venit post hæc in partes (l) Cæsareæ Philippi: & cum solus esset orans, cum discipulis suis, interrogabat eos, dicens: *Quem dicunt homines esse filium hominis? At illi dixerunt: Alii Joannem Baptistam, alii autem Eliam, alii Hieremiam, alii vero quasi unum de Prophetis, & quia unus Propbeta de prioribus surrexit. Tunc dicit illis Jesus: Vos autem quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus, dixit ei: Tu es Christus, filius Dei vivi. Respondens autem Jesus, dixit ei: Beatus es Simon Bariona: quia caro & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, qui in cælis est. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam: & porta inferi non prævalent adversus eam. Et tibi dabo claves regni cælorum. Et quocumque ligaveris super terram, erit ligatum*

(e) Jos. de bello Jud. l. 3. c. 16. (f) Plin. lib. 5. cap. 18. (g) Bur-chard. de loc. sanct. part. 1. c. 4. (h) Mat. 15. Marc. 8. Concord. cap. 64.

(i) Hier. de loc. Hebraic. (k) Mat. 16. Marc. 8. Concord. cap. 64.

XVI.
(l) Mat. 16. Marc. 8. Luc. 8. Concord. cap. 66.

Petri confes-
sio.

gatum & in calis: & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in caelis. Hæc cum dixisset, comminatus est eis, ne cui dicerent quia ipse esset Christus; adjiciens eundem sibi Hierosolymam in qua multa pateretur, novissime vero dirum mortis supplicium, tertiaque die gloriose virtute sua resurgeret. Verum, quod monuisset cavendum a fermento Herodis, quem aliquando vulpem nominavit; ab ejus tetrarchia cum jam recessisset, ad Philippi Tetrarchæ ditionem commigrare voluit, profectus (a) Cæsaream Philippi, sic dictam ex Panneade, ac postea Neroniam ab Agrippa in Neronis gratiam nuncupatam, de qua & antea verba fecimus. Admirandum est quam maxime in Galilæa fuerit illa Pharisæorum hæresis propagata, qua (quod diximus superius, dum de sectis Judæorum egimus) defunctorum animas in alia corpora pro meritis cujusque personæ commigrare dicebant; dum post tot signa a Domino in Galilæa edita, ea de Christo invaluisse opinio, ipsum esse Joannem Baptistam, vel Hieremiam, aut quempiam alium ex prioribus Prophetis illis: quos quidem omnes cum constet fuisse defunctos; sic intellexisse certum est, quod anima alicujus ex his in Christum migrasset.

(a) Joseph. antiq. lib. 18. c. 3.
(b) Joseph. antiq. lib. 20. s. 16.

XVII. Concilii celebrandi typus.

Hic pedem sistat, atque paulum attendat diligens lector rem animadversione dignissimam. Ejusmodi namque tanti ponderis & auctoritatis actio Christi, typum quemdam exprimit celebrandi Concilii: Cum missis ceteris, solus cum discipulis, post preces Deo oblatas, de summa rerum questionem proponit: & admirabili quodam ordine, ut prius destruantur errores, ac subinde solida firmitate veritas stabilita locetur; in primis interrogat, quæ sit illorum qui foris sunt, opinio de filio hominis: sed cum deliramenta potius & infana ab illis dicta ferrentur, quid demum ipsi de ea re sentirent, rogat sententias omnium. Petrus primus omnium, licet non ætate ut sæpius diximus, sed dignitate, talem fert sententiam, ut causam ipse definiat, & quid ab omnibus sentiendum esset, erudiat atque decernat, ac fidei canonem perpetuo permanfurum constituat: ut nihil ferme jam esset opus consulere ceteros tunc Apostolos, ac rogare quænam essent aliorum de ea re sententiæ ac opiniones. Idcirco etiam satis fuit Christo, Petrum fuisse locutum, ac quid de fide sentiendum esset, clavum fixisse. Quin & laudavit sententiam ejus; eamque non esse habendam ut communem vel vulgarem, aut ex sensibus humanis depromptam, sed divinitus a Deo Patre illi per Spiritum sanctum infusam, ceteris audientibus, patefecit.

Hinc etiam, quoniam divina illa Sapientia prævidebat fore, ut in Ecclesia sæpius ejusmodi quæ ad fidem pertinent, orirentur controversiæ ac disceptationes, jure consuluit, ut a quo quolibet tempore decernendum foret, in comperito esset; & ne ex cujusque animi sententia fide in diversa distracta, divina in Ecclesia collata sacramenta vilescerent, unum idemque visibile omnibus caput statuendum putavit, cui ceteri subessent ac parerent. Quod quidem jure divino humanoque semper ubique gentium factitatum esse, compertissimum est. Apud Hebræos enim summum Pontificem, qui ceteris præesset sacerdotibus, a Deo institutum esse, non est qui nesciat: de quo præter illa quæ leguntur in divinis Scripturis, hæc Josephus (c) adversus Apionem agens habet his verbis: *Quæ potest lex esse melior, aut justior, quam ea quæ Deum Principem omnium esse confirmat, sacerdotibus in communi quidem res præcipuas dispensare permittit, summo vero Pontifici aliorum sacerdotum principatum competente injungit?* Hæc Josephus. Sed & quænam apud Gentes optimis legibus reperitur instituta Respublica in qua non unus esset summus sacerdos, qui jure & auctoritate ceteros antecelleret sacerdotes? Non morabimur hæc in singulis demonstrare: satis ad exemplum ipsa in primis Romana Respublica in qua Pontifex maximus maximum omnium tum in ceteros sacerdotes, tum in alios magistratus sibi vindicabat imperium. In Atheniensem quoque Republica summus etiam sacerdos erat, qui in Areopago rogabat singulorum Sententias, ac colligebat: est de his exemplum in decreto, quod Josephus (d) recitat factum sub Principe Agathocle.

XVIII. De summo Sacerdotio.

(c) Joseph. contra Apion. lib. 2.

(d) Joseph. antiq. lib. 14. c. 16.

Petri principatus.

Quod igitur divino humanoque jure, ac optima rationique in omnibus consentanea institutione, sancte pieque ab omnibus, non nisi numine impellente, vel naturæ jure id exigente, mutua velut quadam consensione factum esse reperitur: Jesus, qui non legem scriptam venisset abrogare, jusve naturale a Deo menti cujusque insitum labefactare, sed numeris omnibus omnia absolutissima reddere, instituto jam in Ecclesia collegio Apostolorum, ex illis unum omnium maximum ac principem, qui ceteris præesset, elegit. Fuit hic Simon Joannis, sive dixerimus Jonæ (est idem Joannes quod Jonas abbreviata apud Hebræos) hic inquam, qui (ut vidimus) tam prompto & alacri animo, quæ divinitus acceperat de Christi divinitate, palam confessus fuit; & ab eo gratiam rependente, sponsonem illam omnium maximam, quod Cephæ vocandus esset, acceperat; in præsentiarum est, id feliciter consecutus, di-

dicente ei Domino: *Tu es Cephas* (sic enim vocem hanc, ut a Domino Syriace est prolata, describimus) & *super hanc Cephan* (quod significat durissimam petram) *edificabo Ecclesiam meam*: Latine sic dicenda sententia: *Tu es Petra & super hanc Petram, &c.* Sed usitatius loco Petræ, Petrus, quod magis conveniat viro vox masculina, dici consuevit. At de nomine Petri, quod idem sit ac Petra, & non derivativum ab ea, satis superius ostensum est, cum de Cephæ nomine differuimus; eoque insigniter decipi ignorantia vocis Syriacæ demonstravimus, qui Petrum non esse petram, sed a petra deductum esse, existimaverunt.

XX.

Quoniam vero hoc sacro Apostolorum conventu Dominus noster Jesus Christus Ecclesiæ suæ sanctæ jacturus fundamentum, primum lapidem ponit, dicens: *Tu es Petrus, &c.* Quod instituti ratio postulat, de ipso Ecclesiæ fundamento paulo fufus agamus. Nemo quid abjectum vel humile cogitet, dum audit super Petrum a Christo esse superædificatam Ecclesiam, quasi tanta structura super hominem quempiam innitatur: nam sic eam dicimus supra Petrum esse a Christo fundatam, ut idem ipse Christus basis quedam sit, ac potius structuræ fundamentum, de quo Paulus (a) ait: *Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Jesus.* Et quoniam sicut caput est Ecclesiæ Christus, ita & caput Christi (ut idem ait Apostolus b) Deus est: merito affirmandum sit, tantam molem ædificii potissimum supra Deum inniti, in quo omnis (c) ædificatio constructa creavit in templum sanctum in Domino. Verum quantumlibet Deus omnipotens totum hoc quod oculis cernitur, admirabili quadam sapientia ac providentia moderetur; nihilominus tam in celo quam in terra statuit principatus: quibus qui sunt subditi pareant, quamobrem licet ipse sit auctor Ecclesiæ, protector ac moderator; tamen principatum quemdam in ea esse voluit, ac monarchiam, quam Petro contulit, ac in ejus successores propagavit. Sicut ergo (quod certum est) nemo potest aliud ponere fundamentum, præter id quod positum est, quod est Christus; ita etiam nec aliud quippiam ponet, quam quod posuit Christus, neque convellat, quod ipse firmavit, dicens: *Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam.*

(a) 1. Cor. 3.

(b) 1. Cor. 11.

(c) Ephes. 2.

Ecclesiæ fundamenta.

XXI. Super Petrum quomodo Ecclesia sit.

Hanc nihilominus sententiam, quantumvis aperta ac perpicuam, Novatores destruere volentes cavillationibus, eo amentie provecti sunt, ut dicere non erubescerent eam non esse intelligendam de Petro, sed de Christo, in alienum prorsus sensum & longe a vero diversum distractam. Hanc nihilominus sententiam, quantumvis aperta ac perpicuam, Novatores destruere volentes cavillationibus, eo amentie provecti sunt, ut dicere non erubescerent eam non esse intelligendam de Petro, sed de Christo, in alienum prorsus sensum & longe a vero diversum distractam.

Ann. Eccl. Tom. I.

here hæc verba non veriti sint; adeo ut non magis Petri, quam aliorum Christianorum hominum, de quibus Apostolus dicit: *Et vos coedificamini in habitaculum Dei in Spiritu sancto*: Velint habitam esse rationem. Verum quam germane, quam pie ac sancte ea Christi verba sancti Patres semper acceperint; instar omnium unus satis idoneus posset esse testis Cyprianus, qui temporis antiquitate, doctrinæ præstantia, martyrii denique dignitate & ampliudine ceteros facile antecellere videatur: quem, quid in eam sententiam dixerit, audiamus: in primis enim ad Cornelium scribens hæc ait (d): *Petrus tamen, super quem adificata a Domino fuerat Ecclesia, unus pro omnibus loquens, & Ecclesiæ respondens voce, ait: Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes, &c.* Hæc eadem scribens ad (e) Florentium Pupianum, cujus verba superius recitavimus. Idem de habitu virginum sic: *Petrus etiam, cui oves suas Dominus pascendas tuendasque commendat, super quem posuit & fundavit Ecclesiam, aurum quidem sibi esse & argentum negat.* Idem de unitate Ecclesiæ: *Super illum unum (Petrum scilicet) edificat Ecclesiam suam.* Et infra hæc etiam verba, post multa de primatu Petri: *Hoc erant utique & ceteri Apostoli, quod fuit Petrus, pari consortio præditi honoris & potestatis: sed exordium ab unitate proficiscitur. Primatus Petro datur, ut una Christi Ecclesia, & cathedra una monstretur: & pastores sint omnes sed grex unus ostenditur.* Alia id genus multa ibi habet, quæ brevitate causa prætermittimus. Rursum de bono patientiæ: *Item, inquit, Petrus, super quem Ecclesia Domini dignatione fundata est, &c.* Hæc Cyprianus, qui de Petro sæpe eadem inculcat. Antiquior ipso quidem Tertullianus (f), licet alioqui in Romanam parum æquus, hæc de Petro nihilominus: *Latuit aliquid Petrum de prædicanda Ecclesia petram dictum? Idem scriptor in libro de monogamia: Petrum solum invenio, maritum per socrum: monogamum præsumo per Ecclesiam, quæ super illum edificata, omnem gradum ordinis sui de monogamis erat collocatura.* Et in libro de pudicitia: *Qualis es, inquit, evertens atque commutans manifestam Domini intentionem, personaliter hoc Petro conferentem: Super te, inquit, edificabo Ecclesiam meam.*

(d) Cypri. epist. 55.

(e) Cypri. epist. 59.

(f) Tertull. lib. 2.

Origenes (g) item in hunc modum: *Petro summa rerum de pascendis ovibus cum traderetur, & super ipsum velut super petram fundaretur Ecclesia, nullius confessio virtutis alterius ab eo nisi charitas exigitur.* Idem (h) ipse alibi: *Petrus, super quem Christus fundavit Ecclesiam, duas tantummodo epistolas scripsit.*

XXII. Patrum omnium una sententia.

(g) Orig. in epist. ad Rom. c. 6. lib. 5.
(h) Orig. in Matth. de can. novi testam. vi. testi-

(a) Epiph. in Anco. rat. Epiphanius (a) vero non minus eleganter profitetur eadem; cuius idcirco verba audiamus: *Ipsè Dominus, inquit, constituit eum primum Apostolorum, petram firmam, super quam Ecclesia Dei edificata est & portæ inferorum non valebunt adversus illam: portæ enim inferorum sunt hæreses & hæresarchæ, &c.* At quid Hilarius (b) de Petro? O in nuncupatione novi nominis felix Ecclesiæ fundamentum, dignaque edificatione illius petra, quæ infernas leges, & tartari portas, & omnia mortis claustra dissolveret: O beatus cæli janitor, cuius arbitrio claves æterni aditus traduntur, cuius terrestre iudicium præjudicata auctoritas sit in celo! Hæc ille. Hieronymus (c) insuper scribens ad Damasum, egregius ceterorum veritati adstipulantium socius invenitur, sic dicens: *Beatitudini tue id est, cathedræ Petri communionem confocior: super illam petram edificatam Ecclesiam scio: Quicumque extra domum hanc agnum comederit, profanus est.* Idem alibi (d): *Sicut ille princeps philosophorum, ita hic Apostolorum fuit, super quem Ecclesia Domini stabili mole fundata est, que nec impetu fluminis, nec ulla tempestate concutitur.* Ac iterum (e): *Super unum tantum Christus fundat Ecclesiam, & loquitur ad eum: Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam.* Atque hæc eadem alibi sæpius (f). Ambrosius etiam id ipsum multoties tenian. lib. statum reliquit, ut cum ait: (g) *Vos autem quem me esse dicitis? Petrus statim, loci non immemor sui primatum egit, primatum confessionis utique, non honoris, primatum fidei, non ordinis.* Hæc de Petro Ambrosius, cum nondum caput Ecclesiæ fuerat a Domino constitutus. Sed quid subdit? *Hic est ergo Petrus, qui respondit pro ceteris Apostolis, immo pro ceteris, & ideo fundamentum dicitur: & post pauca: Fides ergo est Ecclesiæ fundamentum: non de carne Petri, sed de fide dictum est: quia portæ inferi non prævalebunt, sed confessio fidei viciniam infernum; hanc idcirco Ambrosius de carne Petri & fide Petri habet distinctionem, ne videretur cum Petro etiam interiusse Ecclesia: ceterum nonnisi ex fidei confessione eam Petrus prærogativam promeruit, unde idem Ambrosius (h) hæc alibi: *Tu es Petrus & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam: petra enim dicitur, eo quod primus in nationibus fidei fundamenta posuerit, & tanquam saxum immobile totius operis Christiani compaginem molemque contineat, &c.* Certe ipsum Ambrosium non aliud quam hoc ipsum sensisse, quod Petrus sit petra, super quam Ecclesia sit fundata, Augustinus testatur (i). Sic etiam eodem sensu super fidem Pe-*

tri & aliqui alii dixerunt fundatam esse Ecclesiam; non quod illam separarent a persona Petri, sed ne uno extincto Petro, etiam fides Christi, ipsaque Ecclesia corruisse videretur; cum & Dominus sit Petro pollicitus fidem ipsius nullo umquam tempore desitutam. Nam & Cyrillus (k) qui istud ipsum dixerat in libris de Trinitate, quid alibi (l) profiteatur, attendamus: *Non Simon, inquit, fore jam nomen sibi, sed Petrus, prædicit: vocabulo ipso commode significans, quod in eo tamquam in petra lapideque firmissimo suam esset edificaturus Ecclesiam.* In eodem sensu Basilii (m) etiam hæc de Petro: *Quoniam fide præstabat, Ecclesiæ in se edificationem suscepit; & alibi (n): Est, inquit, Petrus petra est, non ut Christus petra est, sed ut Petrus: petra est. Christus enim re vera petra est immobilis & inconcussa; Petrus vero propter hanc petram: largitur enim Deus suas dignitates, non evacuans se, sed habens dat. Lux est: Vos estis, inquit, lux mundi. Sacerdos est: sacerdotem facit. Petra est: petram facit &c.* Rursus etiam Gregorius (o) Nazianzenus hæc habet verba, dum agit de Petro: *Vides quemadmodum ex Christi discipulis, magnis utique omnibus, & excelsis, atque electione dignis, hic petra vocetur, atque Ecclesiæ fundamenta fidei sue credita habeat? hæc Gregorius. Chrysostomus item, qui in eadem sententiam locutus videbatur, hæc, locum illum Matthæi explicans (p), ait: Pater ad Hieremiam dicebat (q): *Sicut columnam ferream, & sicut murum æneum posui te, sed ipsum quidem genti uni Pater, hunc autem universo terrarum orbi Christus præposuit: & paulo post sic: Ego tibi dico, inquit, tu es Petrus, & ego super te edificabo Ecclesiam meam: & alibi: Princeps Apostolorum Petrus, super quem Christus fundavit Ecclesiam, vere immobilis petra, & firma confessio, nonne pauper erat? &c.* Non prætereamus Augustinum, qui & istæc de Petro in Ecclesia adversus Donatistas cani voluit his versibus (r): *Numerate sacerdotes vel ab ipsa Petri sede, Et in ordine Patrum quis cui successit, videte. Ipsa est petra, quam non vincunt superba inferorum portæ.* Hæc cum dicat, atque occini in Africana Ecclesia ipse velit: cur Novatores de eodem Patre quæstionem movent, quasi hæc verba, *Et super hanc petram intelligenda dixisset de Christo? Sed ad hæc & alia quæ superius ex eodem auctore citavimus, dum de Cephæ nomine egimus, provoco illos. Quod si idem ipse in Retractionibus suis legendum arbitrio relinquat, quam velint ex duabus sen-**

(k) Cyril. de Trinit. lib. 4.
(l) Cyril. in Joan. c. 12. lib. 5.

(m) Basil. advers. Eunom. lib. 2.
(n) Basil. hom. 29. de panit.

(o) Greg. Nazian. orat. de mod.

(p) Chrys. in Matt. hom. 55.
(q) Hier. 1.

(r) Aug. in Psal. contra partem Donat. Habetur tom. 7. in princ.

Augustini sententia.

tentiis alteram sequi; hæc idcirco tunc ipse (quod alias diximus) quod vim vocis Syriacæ minus fuerit affectus, dum putavit (quod ait) nomen Petri non esse idem quod petra, sed derivatum ab ea. At ne eadem sæpe repetere cogamur, consule quæ superius dicta sunt de nomine Cephæ. Porro nullum est dubium, quin idem Pater sit fidissimus assertor primatus Petri, ut cum ait (a): *Quis enim nesciat Apostolorum principem beatissimum esse Petrum? &c.* In hanc sententiam hæc S. Leo (b): *De toto mundo unus sanctus Petrus eligitur qui & universarum gentium vocatio- ni, & omnibus Apostolis, cunctisque Ecclesiæ Patribus præponatur: ut quavis in populo Dei multi sacerdotes sint multi- que pastores, omnes tamen proprie regat Petrus, quos principaliter regit & Christus, &c.* Hæc ille, qui plura habet id genus. Istæc ipsa omnia etiam in sacrosancto Concilio Oecumenico Ephesino (c) coram Patribus Apostolicæ sedis Legatus Philippus his professus est verbis: *Non ignara est vestra beatitudo, totius fidei, ceterorumque omnium Apostolorum caput beatum Apostolum Petrum extitisse: idemque inferius hæc verba (d): Nulli dubium, immo seculis omnibus notum est, sanctum beatissimumque Petrum Apostolorum principem, & caput, fideique columnam, Ecclesiæ Catholicæ fundamentum, a Domino nostro Jesu Christo, Salvatore nostro, humanique generis Redemptore, celestis regni claves accepisse: solvendi atque ligandi potestate, quam acceperat, usum fuisse; necnon per successores suos hucusque semper vivere, causas decernere, semperque victurum esse.* Hæc ille in frequenti ac plena Synodo. Denique ne ulterius longiori digressio- ne vagemur, sed uno verbo dicamus, quotquot post recitatos fuerunt scriptores Ecclesiastici Orthodoxi, quotquot etiam fuerunt Synodi in Spiritu sancto legitime congregatæ, id ipsum omnes æque constanter ingenueque professi sunt, Petrum scilicet a Christo Domino fundamentum Ecclesiæ esse constitutum: atque adeo, ut sicut (quod diximus) nemo potest fundamentum aliud ponere, præter id quod positum est, quod est Christus; ita nemo revellere aut dissolvere umquam valeat Ecclesiæ fundamentum, quod posuit Christus, compaginatam Christo, ac stabilitum verbo Christi. Hæc itaque adeo solida atque constantia, verbo Domini ac totius Catholicæ Ecclesiæ confessione recepta atque probata, velle iterum in dubium revocare, nonnisi emotæ mentis, perfrictæ frontis, infrænis linguæ, ac denique vercordis hominis esse potest. Sed instant licet: firmata tamen semel verbo Domi-

(a) Aug. in Joan. tract. 56.

XXVI. (b) Leo in serm. 3. in Annivers. die sua assum.

(c) Ath. Ephes. Conc. tom. 2. cap. 5. edit. Peltana.

(d) Ath. Ephes. Concil. tom. 2. cap. 16. edit. Peltana.

XXVII. Fundamentum immobile.

ni supra firmam petram Ecclesiæ portæ inferi non prævalebunt, sicut nec prævaluerunt, adversus eam. Verum stabit & in hoc verax sententia Domini, qua dicit (e): *Qui ceciderit super lapidem, istum, confringetur; super quem vero ceciderit, conteret eum.* Ceterum quod pertinet ad primatum Petri jam verbis Domini stabilitum: quomodo alias in futuro frequentius fuerit demonstratus, & certis quibusdam signis evidentissime declaratus, ac subinde in posteros propagatus, suis locis opportunius dicemus; nec suo etiam loco tacebimus, quomodo Dominus pollicitus sit se daturum claves Petro, & quando id impleverit. Nunc vero ad ipsam Evangelicam historiam redeamus. In hunc modum stabilito Ecclesiæ Catholicæ fundamento; Dominus comminatus (f) ne cui dicerent quod ipse Christus esset docens eos quid passurus Hierosolymis, & quomodo postea tertia die resurrecturus esset, palam prædixit. Tunc Petrus apprehendens eum, cepit increpare illum, dicens: *Abstine a te Domine, non erit tibi hoc. Ad quem conversus Jesus, redarguens eum dixit: Vade post me satana, scandalum es mihi: quia non sapis quæ Dei sunt, sed quæ sunt hominum. Hinc certe videmus (inquit Joannes Chrysostomus g) non a se ipso, sed ex revelatione priora illa dixisse: quia in his quæ revelata non sunt, turbatur, & percellitur, & centies audiendo non sentit quod dicitur. Didicerat quæ professus fuerat rudimenta fidei, quod Christus esset filius Dei: sed nondum didicerat mysterium Crucis: non enim adhuc, sicut illud, fuerat ei revelatum a Patre: ut merito dicatur super eum quæ sunt hominum, & non quæ sunt Dei, appareatque humano spiritu ea dixisse; & quia immenso quodam (h) amore illius tenebatur non nisi quæ pacifica ac jucunda essent, cupiebat illi: ut cum in monte Thabor dixit: *Faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, &c.* Sicque quantumlibet appellet eum satanam, non tamen (i) afflatum dicit spiritu satanæ, sed humano potius, quippe quod sapiat quæ sunt hominum. Porro sic appellat eum satanam, non quod sit spiritus ille nequam (quomodo enim vel esse, vel agi poterat diabolico spiritu, cum Dominus illum, quod quæ sunt hominum & non Dei sapiat, tantum accuset?) sed satanam appellat, hoc est, adversarium (id enim proprie hæc vox satanas, significat) ut qui Cruci ipsius adversaretur: sic & eundem sibi esse scandalum dicit, quasi impedimento sive offendiculo in via, dum obstitit Domino, ne pateretur. Eo vero velut terramotu etiam concussus est Petrus, non tamen convulsa est ipsa petra, verbis Domini com-*

(e) Matt. 21.

XXVIII.

(f) Matth. 6. Marc. 8. Luc. 9. Concord. c. 66.

Christus prædicit de sua passione.

(g) Joan. Chrysost. in Matt. hom. 55.

(h) Hier. in Matt. c. 6.

(i) Chrys. in Matt. hom. 55.

paginata & stabilita, quam immobilem fore permanuram promisit.

XXIX. Transfigurationis ratio Domini. (a) Matt. 17. Marc. 9. Luc. 9. Concord. c. 67. Post hæc (a) convocata turba, de tollendo ab unoquoque crucem suam, & ut sequerentur se tradidit disciplinam; & quæ foret pœna non confitentis, sed erubescens, admonuit, prædixitque de suo adventu cum gloria. Inde (b) post dies ferme octo assumens secum Petrum, Jacobum, & Joannem, ducit eos in montem excelsum seorsum; & dum oraret, transfiguratus est ante eos, adeo ut sicut Sol facies ejus resplenderet. Visti sunt Moyses & Elias loquentes cum eo de excessu quem Hierosolymis impleturus erat: quid tunc Petrus dixerit, ac cætera quæ sunt secuta, Evangelistæ fusius prosequuntur. Montem illum excelsum, fuisse Tabor in Scripturis divinis celeberrimum, apud omnes est in confesso. Hunc Josephus (c) Itabyrion nominans, situm scribit inter Scythopolim & Campum magnum protensum in altitudinem triginta stadiis, ex Septentrionali parte esse inaccessibilem, in vertice habentem planitiem viginti stadiorum. De eo item Hieronymus (d) hæc habet: *Tabor terminus Zabulon: est autem mons in medio Galilææ campo, mira rotunditate sublimis, distans a Diocæsareæ decem millibus contra Orientalem plagam: qui confinium quoque inter tribum Issachar & Nephtalim fuit.* Hæc ille. Idemque superius, distare ait ab eo Nazareth vero contra Legionem in quintodecimo ejus milliaro ad orientalem plagam juxta montem Thabor. Ita Hieronymus. Distare autem Nazareth a monte Thabor sex dumtaxat milliaribus ad occidentem, prodidere, qui scripsere de locis sanctis. Auctor est Beda (e), in memoriam tam gloriosi mysterii, tres illic in montis vertice esse edificatas ecclesias secundum quod dixerat Petrus: *Faciamus hic tria tabernacula;* grande insuper apud eas monasterium esse constructum. Fuisse totam planitiem montis verticis muro cinctam, atque munitam adversus Romanos, idem qui supra Josephus testatur. Christianos illo accedere consuevisse religionis causa, affirmat S. Hieronymus (f), qui de Paula hæc scribit: *Scandebat montem Thabor, in quo transfiguratus est Dominus: aspiciebat procul montes Hermon & Hermonium, & campos latissimos Galilææ, in quibus Sisara & omnis exercitus ejus, Barach vincente, prostratus est: Torrens Cisson, qui mediam planitiem dividebat; & oppidum juxta Naim, in quo viduæ suscitatus est filius, monstrabatur.* Hæc ille. Sed jam cæteras res a Domino gestas prosequamur cœpto ordine.

XXX. (g) Matt. 17. Marc. 9. Luc. 9. Concord. c. 68. Sequenti (g) vero die cum jam descendisset de monte, dæmoniaco curat,

quem discipuli ejus curare non poterant, quos incredulitatis redarguit, & quanta tribuenda essent habenti fidem, adjunxit. Post hæc Galilæam (b) peragrans, rursus de futura sua passione sermonem ingressus: quo contristati sunt discipuli ejus, ac timentes non ausi sunt quicquam eum rogare. Cum vero advenisset Capharnaum, exactor tributi didrachmate persolvendo a Domino, Petrum interpellat. Jesus quamvis se ab eo tributo esse liberum demonstraret, tamen ne offenderentur homines, jussit Petrum piscari, & de statere invento in ore piscis persolvi tributum. Quod cum didrachma sit dictum, non aliud esse videtur, quam illud (i) quod a Domino est imperatum filiis Israel: nimirum ut viri omnes a vigesimo anno & supra pro redemptione & propitiatione sua darent in usum tabernaculi dimidium sicli, quod est didrachma: duo autem didrachmata unum faciunt staterem; duo autem stateres unam unciam, prout Epiphanius (k) docet his verbis: *Libra habet duodecim uncias: uncia habet stateres duos: stater quidem est dimidium uncia, habet autem duo didrachmata. Siclus, qui & quadrans dicitur, quarta pars est uncia, dimidium stateris, habens duas drachmas: uncia enim erant octo drachmae.* Hæc Epiphanius, quibus consentientia scribit Hieronymus (l), & alii.

Utsque autem ad Vespasiani tempora, perseverasse ejusmodi tributi solutionem, ut singuli duas drachmas offerrent in templo, Josephus (m) auctor est: qui addit, templo destructo, ac subactis Judæis illud ipsum didrachma ab omnibus Judæis ubique gentium habitantibus in Capitolium ferri iustum. Sunt hæc verba ipsius. *Stipendium vero, ubicumque degerent, Judæis indixit, binasque drachmas singulis annis deferre in Capitolium jussit, ita ut ante hæc Hierosolymorum templo pendebant.* Sic namque ubicumque gentium agere solerent Judæi, singulos eorum ejusmodi didrachma pendere solitos, idem (n) auctor affirmat. Putarunt nonnulli, eo quod dixerit Dominus, interrogans Petrum: *Reges terræ a quibus accipiunt tributum vel censum? a filiis suis, an ab alienis?* dictum didrachma, tributum esse, quod tunc Judæi Romanis persolverent. Sed hæc minime nobis probantur: quandoquidem id quod in exemplum deducitur, non est id ipsum de quo agitur. Porro ea de Regibus gentium exempli causa a Domino fuisse inducta, nulli dubium est: nam quo modo cum veritate consistere potest, & ad Christum inferri quod dicitur de Regibus gentium, qui non exigunt tributum a filiis? num ex Regibus gentium, erat progenitus Christus, ut immunis esset a pensione tributi? Sed optime illud in.

(b) Concord. cap. 69. De persolvendo didrachmate.

(i) Exod. 30.

(k) Epiphanius. lib. de mens. & pond.

(l) Hieron. in Ezech. c. 4. & Joseph. antiq. lib. 3. cap. 9. XXXI.

(m) Joseph. de bello Jud. lib. 7. c. 26. in fin.

(n) Idem antiq. lib. 1. cap. 12. Judæi Romani didrachma persolverunt.

infertur: sicut Reges gentium a filiis tributum non exigunt, eadem ratione Dei filium esse immunem a tributo, quod Deo penditur ad usum templi. Verum enimvero diversi generis fuisse tributum, quod Judæi persolvebant Romanis, opportunius suo loco agemus, cum de numismate census, quod ostensum est Christo, fusius differemus. Qui ergo venit in omnibus legem implere, didrachma etiam, ne quisquam ex Judæis offenderetur, persolvere non recusavit.

XXXII. A tributo qui sint liberi. Sed quod præ cæteris Petrus interpellatur pro Domini tributo, eidemque de eo solvendo præ cæteris mandatur cura, ac ad piscandum mittitur; & invento statere, pro Domino ac pro se exactori solvere jubetur: quid aliud nisi Petri primatum insinuat? Verum cum Reges non a filiis tributum exigere solere, Dominus monstrasset: inde nec se nec suos tributi lege teneri, perspicue inferre voluit; ut & hinc videas quam perperam ex his Novatores novam inferant sententiam, sacerdotibus ac clericis non esse immunes a principum vectigalibus. Quod de his dicam, cum Reges gentium tantum detulerint sacerdotibus suis, ut absque tributo eos liberos agere voluerint, hincque majora præstiterit Pharao (a) Rex Ægyptiorum sacerdotibus suis? Apud Romanos tantum abfuit, ut ipsi tributa persolverent, ut potius sumptus acciperent ex ærario, ut Dionysius (b) Halicarnassensis testatur. Ceterum non subest amplius aliqua ratio vitandi scandali, qua pro se & Petro voluit Jesus staterem pendi; nam tunc venerat implere legem, & necdum a Patre acceperat gentes hereditatem suam. At cum ille Rex Regum mundo innotuit, & Regale instituit sacerdotium: quænam subest ratio vitandi scandali, si tributum a suis sacerdotibus non solvatur? Unde & Hieronymus (c) optime hoc in loco: *Nos, inquit, pro illius honore tributa non reddimus, & quasi filii Regis a vectigalibus immunes sumus.* Quod scilicet immunes essent sacerdotes, ac omnis ecclesiasticus ordo a pensione tributi, Christi causa, cujus respectu Principes Christiani nullum illis de ea re negotium exhiberent. Atque hæc obiter, sed alias locupletius. Et ut redeamus unde digressi sumus: hæc declaravit Christus de primatu Petri: nam, quantumlibet antea id sæpius demonstrasset, tamen quod (d) suborta fuisset in itinere contentio inter Apostolos, quis eorum videretur esse major, Jesus factis potius, quam verbis, voluit eos admonuisse. Cæterum non prætermisit admonere eos: nam cum essent domi, ac de his quæ tractassent in via, rogaret eos; ea occasione de humilitate sectanda egregiam instituit orationem: & ne invidiæ stimulis exagitarentur, aperte monstravit,

XXXIII.

(e) Matt. 18. Marc. 9. Concord. c. 71.

(f) Matt. 18. Concord. c. 72.

XXXIV. Debitio: habes apud Livium (g) id særum antique testatum, nimirum debitores, qui solvendo non essent, dari in servitium creditoribus, ab illis in ergastulum trudi, ac verberibus flagellari. Dionysius (h) quoque idem testatur, additque non debitoribus tradi solitos. Certe longe his immitior erat ac inhumanior lex duodecim tabularum, quæ his verbis conscripta recitatur a Gellio (i): *Æris confessi, rebusque jure judicatis, triginta dies justi sunt: post deinde manus injectio est, in jus ducito: nisi judicatum fuerit, aut quis endo eo in jure vindicet, secum ducito, vincito, aut nervo, aut compedibus quindecim pondo, non minore, aut si volet majore vincito: si volet, suo vivito; nisi suo vivit; qui eum vincitum habebit, libram farris endo dies dato. Si volet, plus dato.* Erat, subdit auctor, jus

XXXII. A tributo qui sint liberi.

(a) Genes. 47.

(b) Dionysius Halicarnassensis. Rom. lib. 2.

(c) Hieron. in Matth. cap. 17.

Petri primatus iterum declaratus.

(d) Matt. 19. Marc. 9. Luc. 9. Concord. cap. 70.

jus interea paciscendi: ac nisi pacti forent, habebantur in vinculis dies sexaginta. Inter eos dies trinis nundinis continuis ad Prætores in comitium producebantur, quantæque pecuniæ iudicati essent prædicabatur: tertiis autem nundinis capite poenas dabant, aut trans Tiberim peregre venum ibant: sed eam capitis poenam, sciendæ, sicuti dixi, fidei gratia, horrificam atrocitatis ostentu, novisque terroribus metuendam reddiderunt. Nam si plures forent, quibus reus esset iudicatus, secare si vellent, atque partiri corpus addicti sibi hominis, permiserunt. Et quidem verba ipsa legis dicam, ne existimes me invidiam istam forte formidare: *Tertiis, inquit, nundinis parzes secanto; si plus minusve secuerunt, sine fraude esto.* Hæc apud Gellium lex duodecim tabularum. Porro quantumlibet mitiores Romani redditi, a nece debitorum & sectione abstinuisse visi sint: tamen usque ad Constantini tempora, debitores, eorum legibus, plumbatis cædi consuevisse constat: siquidem idem Imperator (a) Christiana mansuetudine imbutus, a plumbatarum ictibus primus exemit debitorum. Apud Judæos legibus Romanorum adstrictos, iisdem poenis affici debitorum consuevisse, a Domino recitata parabola non obscure indicat.

(a) L. 4. & 7. de exact. C. Theod.

XXXV. Christi miracula. (b) Matt. 19. Marc. 10. Luc. 9. Joan. 7. Concord. c. 73. (c) Luc. 17. Concord. c. 74.

(d) Joan. 7. Concord. c. 75.

(e) Joan. c. 8. & 9. Concord. c. 76. & 77.

(f) Joan. 9. Concord. c. 78.

Post hæc autem (b) ea oratione absoluta, Dominus noster inde recessit, atque e Galilæa migravit: cumque Hierosolymam ad festum diem, qui Scenopogia dicebatur, iturus, a Samaritanis prohiberetur hospitio, discipulos paratos ulcisci, redarguit. In itinere (c) adhuc posito, apud quoddam castellum, occurrunt decem viri proprosi a longe stantes, ac clamantes implorabant ejus opem: quos Dominus abire iussit ad sacerdotes: cumque illi obtemperantes irent, mundati sunt: at ex illis unus tantum rediens, gratias illi egit. Perveniens (d) inde Hierusalem, ipso die festo ascendit in templum, ac docuit populum, laudantibus aliis, aliis mirantibus, & aliis adversantibus ac apprehendere conantibus, quos Dominus sermone repressit. Perrexit (e) inde ad montem Oliveti, qui adjacet Hierosolymis a plaga Orientali: unde in templum rediens, sedens docebat populum: tunc oblatam sibi mulierem deprehensam in adulterio, deficientibus accusatoribus, absolvit, perseverans docere populum: at contradicentibus Phariseis, & lapidare eum querentibus, se ab illorum subduxit aspectu, & exivit de templo. Præteriens (f) autem, videns hominem cæcum a nativitate, faciensque lutum ex sputo, linivit ex eo oculos ejus, præcepitque abire ad Natatoriam Siloæ, illicque oculos lavare; quod ut ille fecit, visum recepit.

Quod spectat ad aquas Siloæ, hæc de XXXVI. iis tradit Hieronymus (g): *Siloam autem fontem esse ad radices montis Sion, qui non jugibus aquis, sed in certis horis diei ebulliat, & per terrarum concava ad antra saxi durissimi cum magno sonitu veniat, dubitare non possumus, nos præsertim, qui in hac habitamus provincia.* Hæc Hieronymus. Quomodo vero fons ille primum eruperit precibus Isaïæ, & unde nomen acceperit, Epiphanius (h) his verbis ejusmodi recenset historiam: *Fontem quippe Deus Siloam causa Prophetæ effecit: quoniam priusquam moreretur, pusillum precatus est, uti undas illinc emittere dignaretur: & confestim dimisit illi calidus aquam viventem, unde sortitus est locus ille appellationem Siloam, quod si quis interpretetur, sonat demissum. Sub Ezechia quoque Rege, antequam stagnum piscinasque fabricasset, precibus Isaïæ effectum ut exigua lymphæ scaturiret, quod populus in obsidione hostium teneretur; ne ipsa periret undis destituta civitas. Milites igitur perscrutabantur undique ubinam sedare sitim daretur, ignorabant enim. Urbe quippe potiti, obsidebant Siloam. Quandoquaque itaque indigentes Judæi aquatum venerant, scaturiebat eis unda, & aquabant: exterarum vero nationum homines reperire nesciebant; latex namque auferiebatur. Eoque usque ad hodiernum diem eruatur clanculum, quo significetur mysterium. Ceterum quandoquidem Isaïa Prophetæ istud acceptum referunt, in perennem ejus rei memoriam, populus accurate Prophetam isti solo cum gloria & honore reddidit: ut per ejus intercessionem, in consummationem usque sæculi, aquæ hujusmodi fructus impetretur, cui scilicet usum referebant acceptum.* Hæc Epiphanius, cum agit de sepulcro Isaïæ apud Siloam posito. Hujus quoque fontis meminit & Josephus.

(g) Hier. in Isai. c. 8. De Fonte Siloæ.

(h) Epiph. de vita & interitu Proph. c. 7.

At huic fonti Siloæ haud valde dissimilis videtur fons ille seu fluvius item in Palæstina, Sabbaticus dictus, quod die tantum sabbati flueret, cæteris diebus alveo sicco, non apparens, de quo his verbis mentionem facit Josephus (i), dum agit de Vespasiano Imperatore, qui illum vidit: *Conspicit in itinere fluvium cognitione dignissimum: is fuit medius inter Arcas & Rāphaneas Agrippæ regni civitates: habet autem quoddam peculiare miraculum: nam cum sit, quando fuit, plurimus, neque meatu segnis; tamen interpositis sex diebus, a fontibus deficientibus, siccum exhibet locum: deinde quasi nulla mutatione facta, septimo die similis exoritur: atque hunc ordinem cum semper servare, pro certo compertum est: unde etiam Sabbaticus appellatus est, a sacra Judæorum septimo die sic denominatus.*

XXXVII. De Sabbatico flumine.

(i) Joseph. de bello Jud. lib. 7. c. 24.

Hæc

Hæc Josephus: ex quo erroris arguitur Plinius (a), qui de eodem anæ agens semper fluere, sed sabbatis omnibus sicari testatur. Sed de his hætenus. Post reprehensos qui miraculum de caeco illuminato obsecrare copabantur, idem Dominus (b) de bono pastore subintulit orationem; qua etiam, mercenarius quis sit, egregie demonstravit. Quibus traditis, calumniabantur alii ipsum esse arreptum a dæmone, alii contra excusabant atque laudabant.

(a) Plin. hist. nat. lib. 37. c. 2.

(b) Joan. 10. Concord. c. 79.

XXXVIII. (c) Luc. 10. Concord. c. 8. De LXXII. Discipulis.

(d) Ammon. in Concord. Evang.

(e) Epiph. in Panar. lib. 1. c. ult.

(f) Hieron. in can. Luc. Evang. c. 10.

(g) Aug. quæst. Evang. lib. 2. c. 14. & alibi locis.

(h) Clem. const. lib. 2. c. 59.

(i) Hieron. epist. 127. mans. 6.

(k) Hier. in can. Evang. Luc. c. 10.

(l) Hier. in præfat. in 4. Evang. ad Damas.

XXXIX.

Post (c) inde vero designavit Dominus & alios septuagintaduos, & misit illos binos ante faciem suam in omnem civitatem & locum quo erat ipse venturus: quos etiam de his quæ agere deberent, admonuit. Quod vero de numero discipulorum textus Evangelii reperiantur diverfi, dum alii codices habent, septuagintaduos, alii vero septuaginta tantummodo: inde in ore omnium versatur disputatio, Num septuaginta tantum, vel septuagintaduo rei veritate discipuli fuerint. Si auctoritate antiquorum res agitur, septuagintaduo reperuntur. Tatianus enim in sua Evangelica harmonia legit septuagintaduos, Ammonius (d) itidem, Epiphanius (e), Hieronymus (f), Augustinus (g), Beda, & alii recentiores quamplurimi: nec prætermittimus testimonium ex constitutionibus Clementis (h), apud quem septuagintaduo discipuli leguntur. Sed objicitur Hieronymus septuaginta discipulos numerare: cum enim (i) agit de quadragintaduobus manibibus ad Fabiolam, sic ait: *Nec dubium quin de duodecim Apostolis sermo sit, de quorum fontibus derivata aqua totius mundi siccitatem rigant. Juxta hæc aquas septuaginta creverunt palme, quos & illius locis ipsos secundi ordinis intelligimus præceptores, Luca Evangelista testante duodecim fuisse Apostolos, & septuaginta discipulos minoris gradus.* Verum cum idem ipse perpurgatum omnique labe emaculatum, eisdem Luca Evangelium una cum aliis tribus ad Damasum mittit, ex emendatioribus codicibus restituit (k) numerum septuagintaduorum. Porro de egregia a se navata opera in emendandis codicibus depravatis quatuor Evangeliorum, idem ad Damasum scribens hæc ait (l): *Igitur præsens præfatiuncula pollicetur quatuor tantum Evangelia, quorum ordo hic est, Matthæus, Marcus, Lucas, Joannes, codicum Græcorum emendata collatione, sed veterum; qua ne multum a lectionis Latine consuetudine discreparent, ita calamo temperavimus, ut iis tantum quæ sensum videbantur mutare correctis, reliqua manere pateremur, ut fuerant.* Hæc ille, ac plura id genus de labore a se suscepto in tanto negotio obeundo.

Ceterum haud mirandum, si penes alios Ann. Eccl. Tom. I.

quos septuaginta tantum nominatos discipulos quis inveniat: id enim perinde accidit, ac cum citati reperiuntur Septuaginta interpretes, quos absque ulla dubitatione constat fuisse septuagintaduos, sex e singulis tribubus; tamen brevitate causa apud nonnullos usu receptum esse videtur, ut cum illos allegant, Septuaginta tantum dicant interpretes. Sicut & olim apud Romanos collegium Centumvirum dicebatur, cum tamen re vera constaret fuisse centum & quinque Judices, qui lites judicarent: nam tres eligebantur ex singulis tribubus, quæ erant trigintaquinque. Porro si dicere voluerimus, eo numero alludere voluisse Dominum ad illos seniores, quos Deus præcepit (m) Moyfi ut eligeret, qui in administranda tanti populi cura essent illi (n) Numæ adjumento: plane constat eos fuisse septuagintaduos, additis nimirum Eldad & Medad, qui in castris remanserant: nam & ipsi (inquit divina Scriptura) descripti fuerant, quo exemplo perseveravit apud Judæos concilium seniorum septuagintaduorum, quod Synedrin (*) appellabant, totidemque fuerunt interpretes magna cura ab Eleazaro Pontifice ad Prolemæum Regem missi, qui sacros codices in Græcam linguam verterent.

De usu abbreviandi numeri.

(m) Numæ

(*) Sancdrin.

Nomina autem discipulorum, qui a Domino fuerunt electi, dum singula exprimerent conati sunt aliqui: omnes fere, quorum invenerunt in epistolis Pauli fieri mentionem, quos ejusdem Apostoli constat fuisse discipulos, simul confarctantes, nulla prorsus habita ratione veritatis, inter discipulos Domini adnumerarunt: & quod deterius est, eos admiscuerunt, qui nec Apostolorum discipuli fuisse noscuntur. Primus post Hippolytum (quod invenerimus) ejus rei auctor fuit Dorotheus, qui falso cognomine, Tyri Episcopus inscribitur, immo & ab aliquibus martyris titulus eidem adjicitur: sed quam diversus sit ab illo Dorotheo Tyrio, qui multa passus est temporibus Juliani Apostatæ, dicemus suo loco: tu consule quæ notavimus in Martyrologio Romano, dum de Dorotheo Tyrio egimus. Hic inquam Dorotheus Cæsarem quemdam unum fuisse dicit ex discipulis Domini: *Et hujus, inquit, meminit Paulus (n) cum scribens ad Philippenses dicat: Salutant vos omnes sancti, maxime autem qui de domo Cæsaris ad Philippenses sunt.* Perinde ac si de privato aliquo homine, & non de Imperatore Paulus loquatur. Sed hæc potius risu sunt digna, quam confutatione, cum nullum illis temporibus Cæsarem dici potuisse certum sit, nisi qui Imperator futurus eligeretur.

XL. De nominibus Discipulorum.

(n) Paul. c. 4.

At vero magna certe cautela adhibita, Lucas in Actis (o), dum de Jasone Domini discipulo mentionem facit, quo a-

XLI. (o) Act. 21.

Antiqui re-

recentioribus Apostolorum discipulis distinguat, antiquum discipulum nominat. Ex illis aliquot recenset Epiphanius (a) dum ait: *Misit & alios septuagintaduos ad predicandum, ex quorum numero fuerunt septem viduis presbyteri, Stephanus, Philippus, Prochorus, Nicanor, Timon, Parmenas, & Nicolaus; & Martiam ante ipsos, Marcum, Lucam, Justum, Barnabam, Apellem, Rufum, Nigrum, & reliquos septuagintaduos.* Hæc Epiphanius. Sed quod de Luca ait, res est accuratius inferius examinanda. At Eusebius (b) qui in his perquirendis haud parum laboris videtur insumpsisse, aperte fatetur, nusquam inveniri catalogum ejusmodi septuagintaduorum discipulorum: recenset tamen aliquos, quos ipse hinc inde expiscatus est; videlicet Barnabam, Sosthenem, Cepham, diversum a Petro, Matthiam, & Thaddæum, putarem & Ananiam inter eos adnumerandum. Papias (c) antiquus Theologus, auditor Joannis Evangelistæ, recenset inter eosdem Domini discipulos Aristionem, & Joannem alium, ab Evangelista quoque diversum. Hæcenus de nominibus discipulorum Domini (d): qui a prædicatione reversi, glorientes quod demones etiam suo subicerentur imperio, a Domino repressi sunt.

Interim (e) interpellatus Jesus a quodam legis perito de salute consequenda, cum docuisset quid agere deberet, parabolam de homine qui incidit in latrones, & de Samaritano subjunxit. Inde (f) Hierosolymis discedens, Bethaniam veniens, apud Martham divertit; ubi Marthia soror ejus, ad pedes Domini sedens audiebat verba illius. Alio post hæc in loco constitutus, multa de orando Deum discipulos suos admonuit. Deinde (g) invitatus a Pharisæo, adversus justitiam Pharisæicam multa disseruit; suosque discipulos, ne illis essent similes, rursusque ne corporis mortem timerent, & alia id genus plura ad virtutes capeffendas instituit. Rogatus postea ab altero duorum fratrum, ut communem inter eos divideret hæreditatem, facere recusavit; deque abjicienda divitiarum sollicitudine & cura, ut alias sæpius, multa disseruit: paratofque esse debere ad diem novissimum, atque ad poenitentiam de admittis iniquitatibus agendam, recenti exemplo vehementius inculcavit. His ita (h) intento Domino, de Galilæis occisis a Pilato, cum seorsum sacrificarent, nuncium est delatarum, deque turri illa in Siloe collapsa, cujus ruina decem & octo homines oppressi fuerunt. Constat quidem hos proculdubio fuisse, qui non sacrificarent cum ceteris, sed seorsum, quippe qui sectæ Galilæorum gregales erant, quorum superius meminimus. Hi quod negarent

(a) Epiph. in Panar. lib. 1. tom. 2. in fin.

(b) Euseb. hist. lib. 1. c. 12.

(c) Apud Euf. lib. 3. c. 33.

(d) Luc. 10.

XLII. (e) Luc. 10. Concor. c. 81.

(f) Luc. 10. Concor. c. 82.

Alia Christi opera. (g) Luc. 11. & 12. Concor. c. 84. & 85.

(h) Luc. 13. Concor. c. 88. De Galilæis a Pilato occisis.

tributum pendendum Romanis, vel pro eis victimas cædendas, cum hæc omnia Judæi facerent, templo abstinebant, seorsumque conventus agebant, ac sacrificia offerrebant: quos cum sacrificantes nactus esset Pilatus, immisiss in eos militibus, immaniter trucidavit. Sed magnopere considerandum est, quales essent ceteri Judæorum, si comparatione horum, quos constat fuisse hæreticos, nihilo meliores istis fuisse testetur Dominus.

Interim (i) vero cum sabbati die doceret in synagoga, oblatamque sibi contractam mulierem sanasset: mox ab Archisynagogo de die sabbati, quo curasset, mota est controversia: quem Dominus multis redarguit, adeo ut adversantes jam erubescerent: cumque multa in eam dixisset sententiam, regnum cælorum grano sinapis, ac fermento, accommodatis ad eam rem collationibus, comparavit. Peragrans (k) postmodum Galilææ civitates ac castella, docebat omnes: tumque de multitudine pereuntium, & paucitate eorum qui salvandi essent, admonuit; ob eamque causam contendendum sedulo ac studendum, non secus ac si per angustissimam portam intrandum esset, persuasit. Hæc cum diceret, de Herode, quod quereretur eum occidere, Pharisæi ipsum monuerunt, illincquæ recedere suaserunt: quibus ipse respondit, sibi non alibi præterquam Hierosolymis fore moriendum: insuper mala, quibus illi perendi essent, prædixit. Invitatus (l) post hæc die sabbati apud Pharisæum quemdam discubuit, ubi sanavit hydropticum, nihilque ea opera præjudicii allatum esse festo diei, pluribus docuit, eosdemque accommodatis exemplis ad meliorem vitam peragendam instituit. Inde vero turbis affantibus, de abnegatione rerum temporalium multa disseruit. Hyeme (m) vero adventiente, Hierosolymam contendit ad festum diem Encæniorum, qui agebatur vigesima quinta die mensis Casleu (n hic est nonus mensis) usque ad diem octavam: & ad templum veniens, deambulavit in porticu Salomonis (eam enim integram remansisse post tot templi ruinas, Josepho auctore inferius dicemus) ubi cum doceret populum, rursus oborta sunt contentiones, & quærebant eum Judæi lapidare. Inde vero recedens, abiit trans Jordanem, ubi turbam sequentem multa docuit (o), ac de ove & drachma perditis, filio prodigo, ac de villico iniquo subintulit parabolam, elegantes quidem, & ad persuadendum magnam vim habentes. Inde (p) autem Pharisæis rogantibus, de matrimonii conjunctione servanda multa locutus est.

Postea vero de divite epulone, & mendico Lazaro narrationem intexuit. Quæ quidem parabola ne esset, an rei gestæ vera

XLIII. (i) Luc. 13. Concor. c. 89.

(k) Luc. 13. Concor. c. 90.

(l) Luc. 14. Concor. c. 101.

(m) Joan. 10. Concor. c. 93. Jesus ad Encæniam. (n) 1. Marc. 4.

(o) Luc. 15. 16. Concor. c. 94. & 95.

(p) Mat. 19. Marc. 10. Luc. 16. Concor. c. 96. & 97.

XLIV. De Lazaro Historiam.

Vera historia plurium fuit dubitatio. Nos vero illis potius adstipulamur, qui putarunt eam esse historiam; eam certe antiquiores tamquam veram historiam de poenis damnatorum apud inferos, citare consueverunt; unde Tertullianus (a): *Animas torqueri foverique penes inferos, licet nudas, licet adhuc exules carnis, probavit Lazari exemplum.* Hæc ille. Euthymius (b) ex traditione quadam Hebræorum, rem vere gestam fuisse tradit, divitemque illum Nyntem nominatum esse affirmat: Quæ quidem sententia jam rata firmaque haberi debet, quod multis in locis in memoriam ejusdem Lazari ecclesiæ erectæ habeantur, deque eo in eisdem anniversaria celebritas peragi consueverit. Nec quemquam movere debet, quod in eadem recensita per Lucam historia, quædam dicantur, quæ re vera consistere non possunt, ut de lingua, de digito, de sinu Abrahæ; cum animæ solutæ corporibus, his membris careant, necesse sit. Nam usitatum est in divinis Scripturis, ad faciliorem intelligentiam, ut corporea membra, quibus carent, non tantum animabus & Angelis, sed etiam ipsi Deo optimo maximo describantur.

Hæc locutus (c) Dominus, de non inferendo scandalo, & alia plura suos admonuit. De Pharisæo insuper & Publicano exemplum proposuit. Inde vero parvulis ad se perductis manus imposuit: adolescentem (d) denique ad perfectiora sectanda instituit: quibus tamen auditis cum ille tristis abiret, quam difficile esset divitem intrare in regnum Dei exemplo cameli per foramen acus deducendi Dominus monstravit. De hac quidem similitudine placet quod Caninius (e) de Hebraicis deducens fontibus scribit: fuisse nimirum inter cætera Judæorum adagia, illis adeo peculiaribus ad designandam rem quamlibet factu impossibilem, apud eos illud frequenti usu, quo dicerent: Elephantem per foramen acus. Sed pro elephante camelum dixisse Dominum, quod magis notum esset animal audientibus. Idemque auctor tam de rudente, quem volunt *καμηλον* dictum esse a Græcis, quam & de acus foramine, quo nomine quod dictum aliqui velint portam Hierosolymaram parvam, commentum scite refellit. Cum autem hæc adeo admiranda discipuli ejus audissent: Et quis, dixerunt, potest salvus fieri? Dominus vero, possibilis esse apud Deum, quæ hominibus impossibilia videntur, edocuit.

Tunc Petrus, ut caput omnium, exque persona omnium subdit: *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo crit nobis? Jesus autem dixit illis: Amen dico vobis, quod vos, qui secuti estis me, in regeneratione cum sederit filius hominis.* Annal. Eccl. Tom. I.

XLVI. Tunc Petrus, ut caput omnium, exque persona omnium subdit: *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo crit nobis? Jesus autem dixit illis: Amen dico vobis, quod vos, qui secuti estis me, in regeneratione cum sederit filius hominis.* Annal. Eccl. Tom. I.

nis in sede majestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, judicantes duodecim tribus Israel. Et omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Ac subdit: *Amen dico vobis, nemo est qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut filios, aut agros propter me, & propter regnum Dei & Evangelium, qui non accipiat centies tantum nunc, & in sæculo futuro vitam æternam.* Ex his sane verbis S. Hieronymus (f) cum ad Julianum scribit, & cum agit adversus Joannianum, optime infert: *Apostolos, ex quo a Domino electi ipsum secuti sunt, uxoribus relictis, qui conjugati erant, a carnali copula abstinuissent: sicque reliquissent uxores, ut quod pertinet ad illum actum, deserint esse viri. Cum demum Dominus sententiam illam protulisset, quod videretur paradoxum, qua dixit: *Multi autem erunt primi novissimi, & novissimi primi: quo ejus rei facilius sensus esset, mox de operariis in vineam conductis parabolam (g) proposuit. Quæ vero post hæc secuta sunt, quoniam ad sequentem annum pertinere certum est, ordine temporum ex instituto de iis suo loco agemus. Non enim secundum tempus ineuntis anni ab ipsis Kalen. Januariis, quod nulla ejus ratio certa haberi possit, sed ex Paschalibus festis, quæ habentur expressa in Evangelio, nos annos Domini distinguere ac numerare oportere, alias sæpius diximus.**

Quod pertinet ad res Romanas: hoc eodem anno periit Sejanus, qui cum Tiberio inuit Consulatum: fuit hic ille toto Orbe celeberrimus, qui non solum, ut cæteri amplissimas occupavit & affectus est dignitates & administrationes, sed diutius absente Tiberio, & apud Capream insulam multo tempore otiante, se ipsum pro Imperatore, Tiberium vero pro infulæ rectore habuit; eoque existimationis provectus est, ut ipsi tamquam deorum alicui res sacra fieri soleret, essetque hoc anno delatus Consulatus cum prorogatione quinquennii: insuper & in litteris publicis a Senatu, sicut Tiberii, ita & Sejanum nomen inscriberetur, & sicut Imperator, aureo curru in theatrum adhereretur, jurarentque omnes per fortunam ejus: Hic, inquam (audi rerum humanarum inconstantiam admirandum exemplum) convocato Senatu, ut recitarentur litteræ Imperatoris, quibus collata sibi potestas Tribunitia credebatur: mox inversa alea, quas ipse sibi lætas atque jucundas sperabat, contrarias omnino, ac ipsimet perniciosas, omnibus audientibus, contra opinionem & expectationem per-

Apostolus in cælibatum amplexi. (f) Hieron. epist. 34. & adversus Joann. lib. 1.

(g) Matth. 20. Concor. c. 101.

XLVII.

Sejani casus.

cepit. Unde statim infelix ipse depositus jussu Reguli Consulibus suffecti, consentiente Senatu, in vincula ducitur, atque ibidem capite mulctatus, deinceps in Gemonias unco trahitur: sicque demum per triduum a populo maximo ludibrio habitus, in Tiberim tandem immittitur. Liberi quoque ex S. C. necati sunt, ante vero filia, quam pater pactus fuerat Claudii filio, prius (o inauditam rem) a carnifice constuprata. Hæc pluribus Dio Cassius (a), quæ nobis exemplo sane egregio rerum humanarum inconstantia & mobilitatis esse debent, ne quis sibi arridenti & blandienti felicitati admodum credat, sed in rebus prosperis modeste, & non superbe sese gerat. Sed ad rem redeamus.

(a) Dio hist. Rom. lib. 58.

XLVIII. Hæc cum hoc anno facta esse asserat (b) Tacit. idem auctor, ac etiam Tacitus (b): vides errasse Eusebium in Chronico, dum post annos tres Sejanum adhuc vixisse vult; itemque Paulum Orosium (c), dum ait rogatum esse a Tiberio Senatum, ut Christus, quem constaret tot insignia miracula edidisse, ac e mortuis resurrexisset, Deus haberetur: verum quo minus id fieret, Sejanum intercessisse, atque pertinaciter contradixisse: nam jam ante Christi mortem, ex dictis factis liquet, Sejanum vi-

tam cum morte commutasse. Sed decepti sunt ipsi, quod Josephus (d) de Sejanum interitu agat ultimo tempore Tiberii Imp. putantes nimirum tunc eum esse necatum: verum quod ibi Josephus de Sejanum agat occubitu, non temporis ratio, sed quod complures res gestas Tiberii, diversis temporibus factas, una eademque narratione perstrinxit, fuit in causa. Constat tamen, auctore Philone (e) Sejanum fuisse animo infensissimo in Judæos, quippe qui ut illam gentem e medio tollerent, confinxerit quædam crimina adversus eos, qui tunc Romæ agerent, Judæos, cognoscens quidem eam solam præcipue gentem repugnaturam conatibus suis: sed per mortem ejus detectas fuisse calumnias dicit. Putamus causam odii Sejanum adversus Judæos eadem occasione conflata esse, quod non sicut ceteri, ipsi statuas (prohibentibus hoc eorum legibus) erexissent, nec erectas venerati essent: nam & ad id spectare videtur, quod ait Suetonius, solas Syriacas legiones nullam Sejanum imaginem inter signa coluisse: Hebræi enim ægre ferebant, Romanos militaria insignia imaginibus picta per eorumdem ditionem circumferre, ut Josephus (f) testatur, cum de Vitellio agit.

(d) Joseph. antiq. lib. 18. c. 8.

(e) Philo in leg. ad Caium. Sejanus infensus Judæis.

(f) Joseph. antiq. lib. 18. c. 7.

Abfo-

cedentium victoriarum, ut moris erat, decreta. Suetonius in Tiberio cap. 26. ait de hoc Tiberii Consulatu, absens illum usque in Idus Maias gessit. Card. Norisius in Epist. Consul. pag. 13. existimat Suetonium errare, quod in Lapide Nolano legatur, Tiberium VII. Idus ejusdem mensis Consulatum abdicasse, & in ejus locum Faustum Syllam suffectum.

TI. CÆSAR AUG. V. S. V. P. VII. ID. MAI. FAUSTUS. CORNELIUS. SULLA. SEXTIDIUS. CATULL. COS. SUP. K. JUL. L. FULCINIUS. TRIO. COS. SUP. K. OCT. P. MEMMIUS. REGULUS. COS.

Hæc Fastorum tabula post Sejanum damnatum, sculpta est; quare ejusdem nomen omittitur. Ex eadem apparet, inquit Card. Norisius, error Suetonii, qui ad Idus Maias Tiberio Consulatum prorogavit; cum VII. Idus ejusdem mensis illo se abdicaverit cum Sejano Collega, suffecto cum Fausto Sylla, Sextidio Catulino. Nec eodem mense L. Fulcinius, ac Publius Memmius

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5524. 12. G. D 13. Indict. 4. JESU CHRISTI 31. secundum Baronium 33. TIBERII IMP. 18.

Anno Urbis 784. Olymp. 202. an. 3. S.Æ C. I. An. C. 31.

II. Consules. II. Imperii Proconsularis Tiberii Vicennalia.

[1] Ad num. I. Coss. Tiberius Aug. V. & L. Aelius Sejanus. Tiberii Consulatus juxta II. Consulatum Cæsareorum regulam, ob Vicennalia nempe ejus Imperii Proconsularis, ad quæ referendus Nummus Tiberii Tribunitia Potestate XXXIII. hoc anno inchoata notatus, in cujus postica extant Quadrigæ triumphales absque inscriptione, ut videre est apud Mediobarbum in Numismatis Imperatorum: cum enim præsentis anno nulla expeditio suscepta fuerit, Quadrigæ illæ ad renovandam in Vicennialibus memoriam præ-

[1] Coss. Tiberius Aug. V. & L. Aelius Sejanus. Lapis Nolanus jam memoratus: TI. CÆSAR AVG. V. COS. SVF. VII. ID. MAI. FAUSTUS CORNELIVS SVLLA. SEXTIDIUS CATULL. COS. SUP. K. IUL. L. FULCINIUS. TRIO COS. SUP. K. OCT. P. MEMMIUS REGULUS COS. Gruterus pag. CCXXXV. S. TI. CAISARI & C. COS. V. IMP. VIII. TRIBUN. POTEST. XVIIII. Forte legendum XXIII. Nummus apud Vaillantium in Familiis Romanis in gente Aelia, N. XII. in parte averia TI. CAESARE. V. L. AELIO. SEIANO. COS. AUGUSTA. BILBILIS. Vide de Seiani consulatu Dionem lib. LVIII. pag. 624. Idem præterea pag. 637. Fulcinius Trionem amicum Seiani, mortem sibi conficivisse narrat, C. Gallo, M. Servilio Tiberio Coss. nempe A. D. 35. Vide & Suetonium in Tiberio cap. LXV. Qui, suffectos consules, aliis mensibus, diversis ab his qui in lapide Nolano memorantur, substituant, erroris redarguantur a Norisio. Facti Vindebonenses: Tiberio Casare V. solo. Idatiani: Tiberio Casare IV. solo.

I. Annus Christi Passionis.

Abfoluto trigesimo tertio anno Domini, & trigesimo quarto inchoato, Cn. Domitio Aenobarbo, & Vitellio Nepote, vel (ut a Cornelio Tacito ponitur) Camillo Scriboniano Consulibus, Paschatis ipsa die, idem Dominus noster Jesus Christus humani generis Redemptor, pro salute omnium, volens libensque crucis supplicium subiit. Quæ autem hæc præcesserint, eo ordine quo sunt gesta, summam recensentes, exactam subinde temporis rationem (quod sumus polliciti) afferemus.

II. (a) Joan. 11. Concor. c. 102.

Jam proxime adventante Paschali tempore: cum Jesus (a) Dominus noster in Galilæa ageret, Martha & Mariæ sororum

magis Regulus Magistratum inierunt, sed ille semestrem, hic trimestrem Consulatum gessit. Et enim Tiberius, cum Seiano necem inferre destinasset, Fulcinius Trionem, quem Seiani studiosum sciebat, P. Memmium Collegam addidit, qui kal. Octobris Magistratum auspicatus, die XVII. ejusdem mensis literis Tiberii contra Seianum recitatis, eundem in carcerem traxit, ac decreto Senatus eadem quoque die mulctavit. Ita Card. doctissimus, qui non advertit, Suetonium, quando ait, Tiberium hunc Consulatum usque in Idus Maias gessisse, Iduum nomen absolute usurpare, nec in particulari definire usque ad quem Iduum Maii dicim in ea dignitate permanerit. Idus enim & Kalendæ eo modo ab Antiquis aliquando acceptæ. In Regula S. Benedicti cap. 48. præcipitur jejunium a Pascha usque ad Kalendas Octobris, id est, usque ad festum Exaltationis S. Crucis, quod cum decimo octavo Kalendas Octobris concurrat. S. Fructuosus idem quod S. Benedictus, statuens cap. 28. suæ Regulæ edicit a Pentecoste usque ad XVIII. Kalend. Octob. interdiana jejunia. Vides, S. Benedictum Kalendaram eo modo quo Suetonius Iduum, nomen adhibere, nec alium diem, quam S. Fructuosus proponere.

III. Sejanus innotuit.

Ad num. XLVII. Possinus V. C. apud Papebrochium in Conatu Chronico-Historico ad Catalogum Romanorum Pontificum cap. 24. autumat, Seiani catastrophem anno tantum Christi XXXIII. contigisse, quod Dio lib. 58. dicat, Seianum jam Exconsulem adhuc incolentem, & specie præcipui favoris apud Tiberium solita cum maxime florentem pontivisse, quod non in Consulatu aliquid tentasset, hoc est, non conatum. expromississet invadendi Imperii, quod jamdudum machinabatur. Verba Dionis sunt: μετὰ τούτων ἐν τῇ ἑσπέρᾳ ἐπέβη τὸ πλοῦν. Paulo post ait Dio, Nævium Sertorium Macronem Prætorianis cohortibus Præfectum a Tiberio clammissum ad perdendum Seianum arcana mandata communicasse cum Memmio Regulo tunc Consule: nam Collega ejus Seiano faverat. Ex quibus infert Possinus Seianum anno quo interfectus est, Consulatum non fuisse. Sed vana hæc illatio: nam Consules ordinarii, qui de more Kalendis Martiis abdicabant, & suffecti locum dabant, post depositam dignitatem ab Historicis sæpe Exconsules vocantur, cum narrant res post Kalendas Martias gestas; cum jam Consules suffecti munus gererent. Seianum itaque hoc anno, ut restat Baronius, periisse, certissimum. Dio enim

rum nuntio accersitur, ut Lazaro fratri Bethaniæ morbo languenti opem ferret: sed consulto moras nequens, cum eo tandem accessisset, jam quatrinduo illum esse defunctum invenit; quem a mortuis excitavit. Auctor est Hieronymus (b) ob tam insigne miraculum, quo non tantum rei gestæ Joannis Evangelio testatæ, sed & loci illius in quo erat Lazari sepulchrum, perpetuum esset posteris monumentum, erectam fuisse nobilem ecclesiam Bethaniæ super ipsam Lazari tumulam. Quod castellum quindecim stadiis Hierosolymis distans, non sic dicitur (ut multi decipiuntur) Marthæ & Mariæ sororum, quasi dominæ loci illius essent, sed usu

(b) Hieron. de locis Hebraicis. Lazari resuscitatio.

rem sub hujus anni Consulibus recitat, & tam ipse quam Suetonius in Tiberio cap. 69. indicant, dum aiunt, Tiberium, ut Seianum actu & dolo subverteret, hunc Collegam sibi in quinto Consulatu assumisse, subjungitque Suetonius: Deinde specie affinitatis ac Tribunitia Potestatis deceptum, inopinantem criminatus est, &c. Tacitus etiam lib. 5. qui imperfectus est, sub hujus anni Consulibus tradit, Seiani filiam a carnifice constuprari jussam, quod non nisi post Seianum occisum Scriptores alii factum testantur. Publicum vero Memmium præsentis anno, non vero anno Christi XXXIII. ut sibi persuasit Possinus, Consulatum suffectum gessisse, Inscriptio præcedenti numero recitata indubitatum reddit. Ex his sequitur primo, Consules ordinarios post Kalendas Martias aliquando ab Historicis Consules non vocari; quos tamen etiam Consules, ab eisdem aliquando appellatos inferius visuri sumus. Unde erravit Possinus, qui arbitratus est, Seianum hoc anno Consulatum non fuisse, quod Dio scribat Memmium tunc Consulatum fuisse. Sequitur secundo, Tiberium currenti anno Imperii Proconsularis Vicennalia edidisse; cum Tribunitia Potestas annis hujusmodi solemnibus additis conferri solet. Nec refert, quod Suetonius dicat, Tiberium ad decipiendum Seianum hoc anno Consulatum iniisse. Nam Consulatus, qui ex propria institutione ad hæc solemnia referebatur, potuit ex peculiari Imperatoris sine ad alium scopum dirigi; quemadmodum in artibus finis operantis diversus aliquando est a fine operis.

Prætermiseram observare, ad Tiberii Vicennalia spectare Inscriptionem repertam Ampurias, vicus est diocesis Forojulienis in Provincia, & mecum a Josepho Antelmio Viro eruditissimo communicatam.

IV. Indicium Vicennialium Tiberii.

TI. CÆSAR DIVI. AUG. F. AUG. PONT. MAXIM. TRIB. POTEST. XXXIII. ET RESTITUIT ET REFEKIT.

Tiberius hoc anno V. Kalend. Juliæ Tribunitiam Potestatem XXXIII. suscepit, & opera aliqua publica in Provincia restituit; ex quo intelligimus, illum hoc anno Vicennalia celebrasse, & aliquibus monumentis memoriam suam immortalitati consecrare voluisse, quod in mœtopositum fuisse sæpius visuri sumus.

usu loquendi: sicut & alibi Evangelista Matthæus de Capharnaum & de Domino illuc accedente cum meminit, suam (a) ipsius dixit civitatem: sicut & Nazareth Domini civitatem Lucas appellat, nimirum quod Dominus in illis habitaret: quo modo & Joannes (b) Bethsaidam dicit civitatem Andreae & Petri. Nam redacta semel ea parte Judææ in provinciam non tantum nulli ex Judæis quantumlibet illustribus, sed nec ipsi Tetrarchæ, Herodes & Philippus, castellum sibi aliquod vendicasse putantur.

III. Pervulgato tam admirando de Lazari resurrectione miraculo: tanta re Judæi percussis, coegerunt (c) concilium ut quid de Jesu statuendum esset, consultarent. Erat illud magnum Sanedrini dictum, septuagintaduorum seniorum, de cujus institutione superius actum est: horum erat officium graviores judicare causas, utpotè cum de Propheta ageretur, de lege sacra vel Rege. Huic præsidens summus sacerdos Caiphæ, Christum morti addicendum esse, sententiam tulit in hæc verba: Vos nescitis quicquam, nec cogitatis quia expedit nobis ut unus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Hoc autem (inquit Evangelista) a semetipso non dixit: sed cum esset Pontifex anni illius, prophetavit. Porro quod dicit, anni illius fuisse Pontificem, idem est ac si diceret, eo anno, eo scilicet tempore ille Pontificatum gerebat, & non (ut quidam putant) ipsum una cum Anna anniversariis vicibus summi sacerdotii functionem administrasse, prout superius anno Christi trigesimo-primo pluribus demonstravimus. Lata itaque de occidendo Christo sententia, ipse se subtraxit, indeque recedens abiit Ephren civitatem juxta desertum positam in tribu

(a) Matth. 23. Luc. 2.

(b) Joan. 1.

(c) Joan. 11. Concor. 103. De Concilio ad versum Christum coacto.

(d) Hieron. de locis Hebraicis.

(e) Matth. 23. Marc. 10. Luc. 19. Concor. 104.

(f) Luc. 18. 19. Concord. c. 105. 106. 107.

(g) Matth. 20. Marc. 10. Concor. 108.

IV. (b) Joan. 12. De Coena in Bethania facta.

to nardi pistici (de quo superius) unxit pedes Jesu. Divertisse apud Lazarum, & apud ipsum cenasse, etsi Evangelista id taceat, par est credere; nam & alias illac transeuntem apud eosdem mansisse, & Martham id ipsum ministerium exhibuisse, auctor est Lucas (i) Evangelista: haud enim assentimur iis qui hanc cenam confundunt cum ea, quæ ibidem Bethaniæ facta est in domo Simonis Leprosi: diversas enim, diversisque diebus factas esse, has cœnas, superius etiam demonstravimus, cum de tribus Magdalenis errorem confutavimus, unamque tantummodo fuisse diseruimus. Ne autem hic eadem, quæ dicta sunt superius, repetamus, eo amandamus, lectorem; nos interim rerum gestarum seriem prosequemur. De eo ministerio effusionis unguenti tunc oblatante Juda, Jesus pro Maria defensionem habuit. Cum vero frequens populus Bethaniam consueret, non tantum Jesu causa, sed ut Lazarum a mortuis redivivum videret: eo furoris acti sunt Principes sacerdotum, ut Lazarum cogitarent interficere, quod ejus causa multi Judeorum in Christum crederent. Sed quid? mira res: voluit Dominus Lazarum, quem suscitavit, diutius vivere, ut tantæ rei miraculum cunctis innotesceret, totique perspicuum fieret Orbi: Epiphanius enim agens contra Manichæos, testatur Lazarum post resurrectionem annos vixisse triginta: nam ait: Sed & in traditionibus invenimus quod triginta annorum tunc erat Lazarus, quando est suscitatus: postquam vero suscitatus est, annos triginta vixit.

(i) Luc. 10. 8.

Quid autem actum sit sequenti die, qui numeratur quintus ante diem festum Paschæ, his verbis idem Joannes (k) Evangelista recenset: In crastinum autem turba multa, quæ venerat ad diem festum, cum audissent quia venit Jesus Hierosolymam; acceperunt ramos palmarum, & processerunt obviam ei, & clamantes: Hosanna benedictus, qui venit in nomine Domini. Narratur hæc fusius a cæteris tribus Evangelistis (l). Scimus de voce

(k) Joan. 12.

(l) Matth. 21. Marc. 11. Luc. 19. Concor. c. 110. (m) Corneil. Jans. Concor. Evang. c. 110. Vox Hofanna.

Hofanna complures esse veterum sententias, quas prætermittimus recensere: Conveniunt (m) plures ut sit idem, quod Latine dicimus: Salva quæso. Vox usitata in festo Tabernaculorum, quando Deum deprecantibus sacerdotibus populus respondere consueverat (ut nos in Litanis facimus) Hofanh Na: Libera, seu Salva quæso. Certe quidem neque in divinis Scripturis, neque apud profanos auctores, qui res Judæorum sunt persecuti (quantum legere potuimus) ullum plane huic simile exemplum invenimus, ut ingredientibus Regibus Hierosolymam, quis occurrerit cum ramis arborum. Unde divinum quoddam ac plane insolitum, Christo Domino exhibitum fuisse ministerium,

rium, nulla est dubitatio. Quod igitur ea, quæ in Dei cultum exhiberi tantummodo consueverunt, viderent exhibita Christo redemptori nostro; hinc illa Judæorum molesta in ipsum facta compellatio. Audis quid isti dicunt? Arguentes nimirum, quod qui Dei solius esset collatum a plebe honorem sibi (umpsisset). His insuper ut acquiescamus, magnopere persuadet, quod in Paraphrasi Chaldaica in Hester hæc leguntur:

VI. Hofanna rami arborum.

בְּחֹמֵי עֵשֶׂר כִּי מִטְּלֵי מִטְּלֵי אֲנִי בְּיַהֲדֵי לְכֹס הַנָּחַל וְשִׁמְשֵׁן לְרֹבְנָא וְקִטְפֵי אֲהֲרֹנְנָא וּמִפְּשֵׁתֵי הַדְּרִינָא וְעֵבְרִין לְהֹן הוֹשַׁעְנָא וְרִינֵי בְּכַפְּרֵיהֶן וּמְצֵלֵן וְהַדְּרִין וְהַדְּרִין בְּהַשְׁעָנָא וְשִׁרְרֵי וּמְרַקְרֵי הֵן דְּרִין

Quod idem est, ac si diceret: Die decimo-quinto ejusdem (nempe mensis Tifcri) inumbrabant opaca tectorum domorum suarum in hortis, & præcidebant ramos dactylorum, & sumebant cedros, & incidebant chilfana (quam alii, dicunt esse salicem, rosmarinum alii, alii vero carices) & faciebant sibi ipsi Hofciabhna, & legebant in libris suis, & orabant, & gaudentes gaudebant cum Hofciabhna, & cantabant, & exultabant sicut hædi. Ex quibus plane apparet, ramos arborum, quos in ea solemnitate gestabant, dicere consuevisse Hofciabhna. Et obtinuit quidem usus usque hodie ex ejusmodi veteriniam consuetudine, ut si quis salicis ramum Judæo ostendat, ejusque nomen ab eo requirat: mox dicat, Hofciabhna vocari. Sed unde accidit, ut arborum rami in ea solemnitate adhiberi soliti, Hofciabhna dicti sint? non aliunde puto, nisi quod sic illi circummeant altare, & exultantes canerent illud psalmi centesimi decimiseptimi: O domine salvum me fac: O Domine bene prosperare; ut aperte testantur libri Rituales Hebræorum, qui erant: inter quæ verba, Hofciabhna, vox הוֹשַׁעְנָא expressa habetur, quæ repetitur in singulis versibus septem hymnorum, qui septimo die canuntur: quam quoties illi concinerent, ramum illum extollebant, dicentes, Hofciabhna: unde illi nomen est inditum, ut & ipse diceretur Hofciabhna.

VII. Obsequium tantum Deo exhibitum.

Porro non tantum in Scenopogia in honorem Dei præcidebantur ac circumferiebantur rami arborum, sed etiam id factum reperies alias, cum Simon, recuperata Hierusalem, ac potitus arce, expurgata ea ab immunditiis, ingressus est in eam, laudans Deum cum ramis palmarum & canticis: cuius rei causa instituta est annua celebritas, ut vigesima mensis secundi diem festum omnes agerent. Est & ejusdem rei aliud exemplum; ut cum Judas Machabæus, expurgato templo, diem

solemnem (a) constituit: ut satis appareat ea Judæos facere solitos tantummodo in honorem Dei. Ceterum morem fuisse Græcorum, ut in triumphis milites ferrent ramos palmarum, eandemque consuetudinem postea ad Romanos dilapsam, auctor est Livius (b). Haud injucundum erit modo, quoniam hujusmodi divinum honorem Deo exhibitum constat, scire palmam illam, ex qua Judæi ramos acceperunt, ut obviarent Jesu, quasi egregium Christi triumphum monumentum, quantumlibet arbores omnes tempore obsidionis sub Tito excisæ fuissent, divina quadam providentia intactam ad multa sæcula perdurasse: adducit eam in testimonium post Crucem Cyrillus (c) Hierosolymitanus, sic dicens: Palma quæ est in Pharinge testatur, ramos exhibens his qui tunc benedicebant. Sed cetera prosequamur.

(a) 2. Machab. 10.

(b) Liv. decad. 1. lib. 10. in fin.

(c) Cyril. c. mech. 10.

Cum e monte Oliveti Jesus Hierosolymam spectaret, flets super illam: quæ illi obventura essent, prædixit. Est res observatione certe ac stupore digna, in eodem monte Oliveti, ubi Christus aspiciens Hierosolymam, fudit lacrymas, Romanos cum essent obsessuri eandem civitatem, ac funditus vastaturi & everfuri, primum castra posuisse; quod his verbis testatur Josephus (d): His, inquit, præceptum erat sexto ab Hierosolymis stadio castra ponere, qua in parte mons, qui appellatur עֹלִיבֵית, id est olivarum, contra civitatem ab Oriente situs est, atque interjacente valle discernitur, cui nomen est Cedron. Hæc ille. Ingressus igitur civitatem Dominus cum esset, novo spectaculo universis commotus est populus: cumque omnes abirent post eum, discruciantur Pharisei, dicentes intra semetipsos: Videtis quia nihil proficimus? ecce mundus totus post eum abiit. Venit deinde (e) in templum, ubi cæci & claudi qui ad eum venerant, ab eo curati sunt. Dumque Hierosolymis moraretur, Gentiles homines, qui ad diem festum convenerant ut orarent, apud Philippum agunt ut viderent Jesum. Hæc cum ab Andrea illi renuntiata essent, de scitu passionis suæ multa locutus est, & rogans Patrem ut clarificaret Filium suum, facta est vox de cælo dicens: Et clarificavi, & iterum clarificabo. Cumque alia de passione sua Jesus prædixisset; inde recedens, reversus est in Bethaniam, ubi usque ad diem sequentem mansit.

VIII. De monte Oliveti.

(d) Joseph. de bello Jud. lib. 6. c. 3.

(e) Matth. 24. Joan. 12. Concor. c. 111.

IX. De ficu arefada. (f) Matth. 21. Joan. 12. Concor. c. 111.

Mane (f) autem facta (hic est dies quartus ante festum Paschæ) dum reverteretur Hierosolymam, arborem ficu in via positam, quod fructus non invenisset in ea, arefecit. Non prætermittimus hic dicere, ut inde magis possis rei gestæ mysterium assequi: majorum traditione perlatum, ficum fuisse illam arborem, ex quo primi parentes post peccatum legentes

tes folia, pudenda texerunt. Inter alios (d) Isidor. enim qui hæc testantur, Isidorus (a) ad Theo. Pelusiotam, scribens ad Theopompum Tribunum, hæc ait: *Exaruit igitur arbor, ut hominibus terrorem inficiat: quin in hac quoque re arcanus quidam sermo adnexus est a senibus sapientibus ad nos grassatus, nempe hanc transgressionis arborem esse, cujus etiam foliis ad corpus regendum, hi qui mandatum violarunt, usi sunt.* Hucusque Isidorus, sed prosequamur cetera. Regrediens in civitatem, ad ingressus templum, ubi quotidie docebat. Tum circumstantes Principes sacerdotum, ac seniores, in qua potestate id faceret, eum rogant: cumque multa adversus eos dicta essent ab illo, parabolis de patrefamilias qui plantavit vineam, atque de Rege qui fecit nuptias filio suo, eisdem magis magisque perfrinxit.

His in hunc modum oratione Domini debellatis, ac profligatis, novam artem excogitant Pharisei conjuncti cum Herodianis; cum ut eum caperent sermone suo, rogant, an liceat tributum dari Cæsari, nec ne? id nimirum conantes, ut vel si negaret, hostem Cæsari, reumque majestatis accusarent; vel si affirmaret, populi offensam incurreret. At ille compta illorum fraude, ostendi sibi præcepit numisma census, in quo erat Cæsaris imago ac superscriptio: responditque reddenda esse Cæsari quæ sunt Cæsaris, & Deo quæ essent Dei; qua illi responsione illusi, abierunt. Apposite sane Dominus noster, inspecto ejusmodi numismate census, atque cognita imagine ac superscriptione ipsius, reddenda ait quæ sunt Cæsari Cæsari: ut quæ essent a Cæsare profecta numismata, ad ipsum redirent. Moris enim fuit apud Romanos, ut numismata pro ratione tributi vel census ab Imperatoribus cuderentur, nec uno semper modo eadem permanerent; sed numismata tributorum a ceteris usualis pecuniæ nummis in eo differrent, quod istorum pretium semper idem esset; numismata vero census vel tributi, cum mutaretur tributi qualitas, eadem ad rationem tributi recens formarentur. Est ejus rei locuples testis Ælius Lampridius in Alexandro Imp. dum ait: *Vestigalia publica ita contraxit, ut qui decem aureos sub Heliogabalo præstiterant, tertiam partem aurei præstarent, hoc est, vicepsam partem: tuncque primum semisses aureorum formati sunt: tunc etiam cum ad tertiam partem aurei vestigal decidisset; tremisses, dicente Alexandro etiam quartarios futuros, quod minus non posset: quos etiam formatos in moneta derinuit, expectans, ut si vestigal contrahere potuisset, eosdem ederet. Sed cum non potuisset propter publicas necessitates, conflari eos jussit, & tremisses tantum,*

solidosque formari, &c. Hæc Lampridius: ex quibus colligere possis, quale esse solet numisma tributi, quod subditi Cæsari penderent. Quanti esset pretii dictum numisma, dicere aliud non possumus, nisi quod Marcus & Lucas pro numismate dixerunt denarium, modestum plane tributum. Sane quidem cum nonnisi post debellatos Judæos a Tito, ipsos didrachma Imperatori solvere cœpisse, superius sit demonstratum: æquum est existimare hoc tempore nonnisi denarium ratione tributi solvisse. Laudat Dio (b) Cassius Augustum, quod pro restituendo Palatio, quod incendio conflagrarat, a privatis denarium a singulis vero conventibus aureum tantummodo accepisset, quod constabat ex denariis viginti quinque.

Jam vero Principibus sacerdotum primum, inde Phariseis Domini sermone superatis; Sadducæi (c) novum certamen ineunt, & de resurrectione mortuorum, quam impugnabant, quæstionem proponunt. Sed & his etiam devictis, Pharisei iterum pugnam repetunt, ac rogant quod esset magnum mandatum legis, quibus cum Dominus satisfecisset, ipse illos de Christo, cujus filius esset, interrogat: & cum ea occasione de divinitate Filii Dei differuisset, ad populum conversus, multa adversus hypocrisim Phariseorum locutus est: quæ cum perorasset, & contra (d) Gazophylacium sedens, offerentes pecuniam inspiceret, laudavit præcæteris pauperem viduam, quæ duo æramina obtulisset. Hæc Dominum esse locutum in templo, cum omnes Evangelistæ confirmant; non existimet quis, in parte interiori templi, ubi Judæi Deum precari consueverunt, sed vel in porticu, ut alias fecisse legitur, vel in atrio populum docuisse; sicut olim Hieremiæ (e) Dominus præceperat dicens: *Stas in atrio domus Domini, & loqueris ad omnes civitates Juda, de quibus ventum est ut adorent in domo Domini.* Egressus est (f) post hæc Dominus de templo, & in nobilem ædificii structuram discipulis oculis convertentibus, unus ex illis ad Jesum ait: *Magister aspice quales lapides, & quales structura.* Qua occasione ille permotus, ejusdem templi ruinam prædixit.

Erat plane templi structura ab Herode recens excitata ejusmodi, ut merito omnium oculos in se converteret, & inuentium animos admiratione afficeret: nam quod ad lapides ibi positos spectat, ad quos aspiciendos ille discipulus Dominum invitavit, dicens: *Aspice quales lapides; Josephus (g) de his agens, hæc scribit: Constabat autem structura e lapidibus candidis firmissimis, magnitudine viginti cubitorum in longum, octo in altum, latitudine vero cubitorum duodecim.* Et paulo post: *Saxorum enim magnitudo a fron-*

(b) Dio hist. Rom. lib. 55.

XI. Quæstio de Resurrectione. (c) Matt. 21. 23. Marc. 11. 13. Luc. 20. Concord. c. 117. 118. 119.

(d) Marc. 12. Luc. 21. Concord. c. 121.

(e) Hier. 26.

(f) Mat. 24. Marc. 13. Concord. c. 122.

XII.

(g) Joseph. antiq. lib. 15. c. 14. De structura Templi.

a fronte est conspicua: interiora ferro vincula, juncturas continent contra omnium temporum injurias firmissimas. Hæc ille de lapidibus templi. Idem de magnitudine columnarum, quæ porticus sufficiebant, hæc habet: *In ejus porticibus stabant paribus intervallis quatuor columnarum ordines, quorum quartus intextum habebat lapideum parietem: crassitudo autem cujusque columna, quantum possent tres homines confertis inter se complecti brachiis, longitudo viginti-septem pedum: numerus universarum fuit centum sexagintaduo, capitellis sculptis opere Corinthio, pulchris usque ad miraculum.* Hæc ipse. Cætera admiranda de ejusdem templi ædificio recensere prætermittimus, cum idem auctor cuncta accurate sit profectus, quæ præ manibus cunctis esse solent. Hierosolymis vero egressus Dominus, cum pervenisset ad montem Oliveti, ibique e regione templi sederet: interrogantibus eum secreto Petro, Jacobo, Joanne, & Andrea de iis quæ de templo prædixerat, deque adventu (a) ipsius, & consummatione sæculi, multa signa futura significavit, & quid ipsi agere deberent admonuit, adjecit in eam sententiam parabolam de decem virginibus aliam insuper addidit de distributis talentis: modum (b) denique aperuit futuri judicii.

Hos (c) cum consummasset Jesus sermones, dixit discipulis suis: *Scitis quia post biduum Pascha fiet, & filius hominis tradetur ut crucifigatur.* Hæc cum dixisset, e monte Oliveti venit Bethaniam, ubi cum esset in domo Simonis Leprosi, accessit ad eum mulier habens alabastrum unguenti pretiosi, & effudit super caput ipsius recumbentis. Videntes autem discipuli, indignati sunt dicentes: *Ut quid perditio hæc? potuit enim istud venundari multo, & dari pauperibus.* Hæc Evangelistæ. Unam eandemque fuisse mulierem, eamque Mariam sororem Lazari, quæ ante sex dies Paschæ item Bethaniæ unxit pedes Jesu, cum hac quæ biduo ante Pascha in domo Simonis unguentum super caput effudit, jam superius demonstravimus, dum adversus eos qui plures Magdalenas inducunt, pluribus differuimus. Cur autem quæ prius semel atque iterum unxerat pedes, jam tertio unctura Dominum, caput illius unguento aspergat, mihi certe (ut interim de mysterio agere prætermittamus) nulla magis probatur ratio, quam illa, quod Judam indignantem & oblatrantem audierat: rata enim inde offensum esse Judam, quod pedes unxisset (quod a nullo umquam hactenus factum esse, nec Romæ quidem usque ad Neronis tempora, superius ex Plinio satis demonstravimus) ne ulterius offensionis eandem occasionem præberet;

quod & cæteri frequentius in conviviis facitare consueverunt, ipsa sibi absque aliquo scandalo caput Domini unguento ungere concessum putavit. At nihilominus non unus Judas, sed omnes qui aderant discipuli indignati sunt: quos Dominus compefcuit, nec tantum mulieris opus laudavit, verum in posterum in universo mundo opus ipsum celebrandum fore prædixit.

Tunc (inquit Matthæus d) abiit unus de duodecim, qui dicebatur Judas Iscariotes, ad Principes sacerdotum: & ait illis: *Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? At illi constituerunt ei triginta argenteos.* Et exinde quærebatur opportunitatem ut eum traderet eadem (e) etenim die congregati erant Principes sacerdotum, & seniores populi in atrium Principis sacerdotum, qui dicebatur Caiphas: & consilium fecerunt ut Jesum dolo tenerent, & occiderent. Non interfuit tum Judas; nullus enim Evangelistarum illum concilio interfuisse scribit, sed tantum convenisse Principes sacerdotum & de prodeundo Christo cum illis convenisse. Neque repugnat, quo minus Judas, qui reperitur in Bethania in domo Simonis cum cæteris accubuisse Apostolis, idem ipse eadem die Hierosolymis esse potuerit, & de Christi prodicione cum Principibus sacerdotum pactum iniisse: nam cum (ut ante docuimus ex Evangelista f) Bethania distaret Hierosolymis duobus miliaribus, stadio uno minus, furenti animo & diabolico spiritu agitato perbreve iter illud videri poterat: quippe qui etiam de concilio ea die agendo ignorasset, tamen puto sciebat jam ante fuisse aliud concilium (g) celebratum, & de perdendo Christo sententiam Caiphæ esse prolatam, atque ex ea die Jesum interficere statutum esse; quando Dominus inde se subducens, migravit in Ephren. Hæc itaque de unctioe capitibus, & concilio seniorum atque prodicione Judæ facta cum constet biduo ante Pascha; feria quarta hebdomadis habita esse, certum est.

Sed antequam cætera, quæ post hæc sunt subsecuta, narremus; prætermisisse penitus nolumus de pecunia dicere, quam Judas cum Principibus sacerdotum pactus est sibi dari, ut Christum proderet. Cum ipse (quod diximus) ait ad illos: *Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? At illi constituerunt ei triginta argenteos.* Lucas eandem texens historiam, ait de iisdem Principibus sacerdotum (b): *Gavisi sunt, & pacti sunt pecuniam illi dare.* Ut appareat non fuisse datam tunc pecuniam, sed tantummodo stipulatam. Quanti autem fuerit pre-

XIV.

(d) Matt. 26. Marc. 14.

Judas prodicionem parat.

(e) Matt. 26.

(f) Joan. 11.

(g) Joan. 11.

XV. De Ar-genteis Judæ.

(b) Luc. 22.

tii istiusmodi summa argenteorum triginta, quam illi Judæ se daturos polliciti sunt, diversæ quidem reperiuntur sententiæ: nempe illorum qui putarunt quemlibet argenteum fuisse pretii decem denarium, ac proinde triginta argentei implerent summam trecentorum denariorum, quorum doluisset in unguenti effusione factam esse jacturam. Recitat hanc, aliasque diversas opiniones, easque dixerit Cornelius Jansenius (a) confutat, illi tamen ipse innitens, ut idem fuerit argenteus ille nummus, qui & siclus in divina Scriptura nominatus sæpius reperitur; quod & sicli nummi argentei essent: colligitque summam illorum triginta argenteorum fuisse florenorum argenteorum quindecim: hæcque ipse multis. Cæterum (quod addit) si triginta argentei illi ejus generis fuerunt, cujus nunc sunt qui videntur argentei nummi tum Romæ, tum Parisiis asservati, qui ex illis ipsis esse dicuntur, impressique hominis facie, a tergo habentes fosciculum; dicta summa argenteorum triginta dimidio minor erit, nempe septem & semis florenorum argenteorum, quod singulorum didrachmi ponderis esse videantur, quod in divina Scriptura itidem argenteus nominatus invenitur didrachmum; hæc ille pluribus.

(a) Jansen. com. in Concor. Evang. cap. 128.

XVI. De summa argenteorum.

At nos sic affirmamus, nummos illos argenteos eo modo signatos, qui Romæ atque Parisiis, vel alio loco habentur, ex illis esse qui a Principibus sacerdotum numerati sunt Judæ; ut tamen non triginta tantum ex illis fuerint numerati; sed quod illius monetæ argentei signati certam summam, quam dicemus, Judas acceperit. In reliquis vero, ut diversam ab his de appensi argentei quantitate ineamus rationem, multa sunt quæ nobis non tantum persuadent, sed propemodum cogunt: ac in primis illa consideratio, quod tradit Matthæus (b), cum Judas retulisset triginta argenteos Principibus sacerdotum, eos consilio inito, emisse ex eis agrum figuli in sepulturam peregrinorum, ex quo & ager nomen acceperit, ut sit dictus Acheldema, hoc est, Ager sanguinis. Sed & Lucas in (c) Actis plane insinuat, nonnisi ex ea pecunia illum esse emptum agrum, dum ait: *Possedit agrum de mercede iniquitatis*; plane significans, nullam aliam pecuniam ad agri pretium esse additam.

(b) Matth. 27.

(c) Act. 1.

XVII.

His hic se habentibus, considerandus est ipse ager, cujus pretii esse potuerit, ut ex eo triginta argenteorum summam, qua emptus est, æstimare possimus. Erat hic ager non tantum in suburbiis (quæ, auctore (d) Josepho, speciosissima ac pretiosissima erant) sed & cæteris suburbanis propinquior Hierosolymis, ut qui inhæreret monti Sion: nam hæc de eo le-

(d) Joseph. de bello Judaico lib. 7. cap. 2.

guntur apud Hieronymum (e): *Acheldema, qui hodie quoque demonstratur in Ælia ad Australem plagam montis Sion: & hactenus juxta Judæorum consilium mortuos ignobiles alios terra tegit, alios sub divo putrefacit*. His accedit, quod ille dictus habetur Ager figuli, nempe nominatus ager, ac proinde non ignobilis; quem si velimus dictum esse Agrum figuli, quod ibi figlina esset, indeque suspeditaretur argilla ad vasa fingenda, majoris fuisse pretii certum est. Rursum etiam in agrorum emptionibus apud Hebræos fieri solitis illud esse observandum, omnes possessiones vendi solitas usque ad annum Jubilæi, sic statuentur divina lege (f), ut anno Jubilæi omnes possessiones redirent ad dominos suos: quanto autem plures anni remanerent post Jubilæum, tanto (inquit divina lex) cresceret & pretium. Hac igitur habita ratione, quod venditus sit ager figuli non usque ad annum Jubilæi, vel ultra, sed penitus & in perpetuum fuerit ejus directum translatum dominium, numquam amplius ad venditorem reversurum; quippe qui usui sepulture peregrinorum semel adscriptus, sic semper esset permansurus: cariori eum venditum esse pretio, quemque prudentem facile existimare debere, certum est. Quæ cum ita sint; quis, rogo, mente concipere poterit, ut ager suburbanus, Hierosolymis propinquior, nominatus figuli, perpetua domini translatione venderetur (ut ipse tradit) septem vel quindecim florenis argenteis, vel trecentis (ut alii dixerunt) denariis? cum præfertim latiore illum campum fuisse, existimare liceat, ubi omnium peregrinorum cadavera infoderentur: nam eam civitatem peregrinis fuisse refertam, ut metropolim omnium Judæorum toto Orbe argentium, Josephus sæpe testatur.

(e) Hieron. de locis Hebraicis in Ælia. Ap. Hieron. Ager figuli qualis.

(f) Levit. 25.

Aliam ergo putamus habendam esse rationem illorum triginta argenteorum: illam nempe, quam Elias Levita Judæus in libro cujus est titulus, Tisebi, ex majorum diligenti observatione describit: nimirum hanc vocem, argenteus, si posita reperiat in Pentateucho, selagh, hoc est, siclum unum significare: si vero reperiat in Prophetis, litrin, nempe libram intelligi debere: si autem in Hagiographis, eadem voce exprimi canterim, quod dicimus talentum, aliter cantarum. Eandem distinctionem ex Rabbiniis aliis recitat ac probat Arias Montanus in dictionario Syrochaldaico in verbo Cheseph. Cum ergo Matthæus Evangelista de triginta argenteis agens, prophetam de ea re prædictionem afferat, dicens (g): *Tunc impletum est, quod dictum est per Hieremiam Prophetam, dicentem: Et acceperunt triginta argenteos pretium appretiatum, quem appretiauerunt a filiis Israel:*

XVIII. Auctoris sententia de argenteis.

(g) Matth. 27.

Israel: & dederunt eos in agrum figuli; plane necessario dicendum est, Matthæum ejus pretii triginta argenteos expressisse, quod a Prophetis accipi consuevit, nimirum pro triginta libris argenti: quarum aviditate Judas illectus, proditorem sit pollicitus, atque molitus: quibus ab eo redditis, ut de summa non exigua Principes sacerdotum coegerunt concilium; & quid de ea agerent, rogaverunt singulorum sententiam: decretumque fuit, pecuniam illam debere converti in pretium agri figuli emendi ad sepulturam peregrinorum.

XIX. Argenteus libra argenti.

At non Elias tantum nuper citatus, aliique Rabbini, per argenteum, libram interdum intelligi tradiderunt; sed & Epiphanius in libro de Mensuris atque ponderibus, prope finem, dum ait argenteorum nummorum diversam esse rationem; addit tamen, hoc nomen, argenteum, idem significare quod apud Romanos Miliaregium, quod est donativum militare; & cum inferius agit de Phole: *Pholes, inquit, quod & talentum vocatur, duplex est, ex duobus argenteis compositum, & sunt ducenti & octo denarii*. Qua ratione quemlibet argenteum centum & quatuor docet denarios continere. Sic igitur (ut dictum est) accepit Judas in proditionis præmium triginta libras: quas cum facti poenitens projecisset in templum, suburbanus ager figuli emptus est in sepulturam peregrinorum; cujus quidem rei gestæ typum jam Dominus expresserat in Zacharia, cum ait (a): *Appenderunt mercedem meam triginta argenteos. Et dixit Dominus ad me: Projice illud ad statuarium decorum pretium, quo appretiatum sum ab eis. Et tuli triginta argenteos, & projeci illos in domum Domini ad statuarium*. His velut lineamentis quibusdam exprimitur Judæ facinus, & Judæorum: nempe quod hi putarunt esse decorum pretium, nempe magnum, datum Judæ proditionem spondenti: quod ille, facti poenitens (ut ait Evangelista) projecit in templum, & a Judæis est collarum ad statuarium, nempe, quod Hieronymus interpretatur, ad figulum in pretium agri. Quod vero non Zacharias, sed Hieremias citatus habebatur apud Matthæum: cum de antiqua questione diversæ diversorum habeantur opiniones; illa tamen nobis sententia magis placet, ut nomen Hieremiæ aliunde in textum illapsum sit: tum quod temporibus Augustini, ut ipse testatur, Hieremiæ nomen non haberent codices omnes, nec omnino Syriacum: tum etiam, quod Matthæus (b) sæpe alias Prophetam citans, quem intelligat, numquam exprime-re consuevit.

(a) Zach. 11.

(b) Matth. 22. 13. 21. 27. Jansen. Concord. 6. 141.

XX.

His de agri figuli pretio elucidatis: non tam qui dixerunt agrum figuli em-

ptum triginta siclis, erroris arguuntur; quam qui etiam agentes de agro vendito Hieremiæ (c ut habet Vulgata) statueris septem & decem argenteis, dixerunt emptum tantummodo siclis decem & septem: nam in primis paraphrasis Chaldaica, quod habetur Hebraice, Sciechalim, minas intelligit, nempe minas septem argenti; id ipsum Rabbi David Chimchi. Sic igitur, cum constet Josephi (d) auctoritate, Judaicam minam continere libras duas & semis; septem minæ erunt decem & septem libræ cum dimidia: quibus si addas decem Cheseph, hoc est, decem argenteos, nempe secundum citatam superius Rabbinarum auctoritatem, totidem argenti libras; fiet Hieremiæ agri pretium, vigintiseptem & semis libræ argenti: nec certe putandum minoris fuisse pretii agrum illum hereditarium, qui semel in divisione regionis in sortem acceptus, nonnisi in ejusdem familiæ propinquiores distrahi consuevit. Agros namque Judæorum provinciæ magni fuisse pretii, ex eo quis facile conjicere potest, si immensam populi multitudinem in angusta Syriæ parte habitasse consideret; nam totius Palæstinæ fines a Plinio (e) ponuntur centum octoginta millia passuum a confinio Arabiæ usque ad Phœnicem: adeo ut nulla in orbe terrarum reperitur esse regio, quæ tantam caperet hominum multitudinem. Quamobrem nulla ratio persuadet, ut ille figuli ager suburbanus, triginta tantum siclis, nempe dimidia unius minæ parte, & Hieremiæ campus tertia parte minæ unius, minus siclis tribus, fuerit emptus. Sic igitur de triginta argenteis a Pontificibus Judæ traditis, & in agri pretium collatis sententiam antiquorum Rabbinarum auctoritate probatam, aliisque rationibus stabilitam, veriore certioreque putamus. At de his satis: jam reliqua historiæ Evangelicæ profsequamur.

(c) Hier. 32. De pretio agri Hieremiæ.

(d) Joseph. antiq. lib. 14. c. 127.

(e) Plin. lib. 5. c. 13.

XXI.

Illuxit in crastinum prima dies Azymorum, in qua necesse erat occidi Pascha, quando misit Jesus Petrum (f) & Joannem dicens: *Euntes parate nobis Pascha ut manducemus*. Totam rei gestæ seriem fusus explicant Evangelistæ. Hæc facta sunt feria quinta hebdomadis (ut ait (g) Joannes) ante diem Paschæ. Quod ad domum spectat, ubi Jesus pascha sibi parari mandavit: Nicæphorus, (h) & alii tradiderunt fuisse domum Joannis Evangelistæ: sic enim ille ait: *Hæc cena paratur in domo, ut ajunt, Joannis Evangelistæ: quam ille possessione sua (non exigua autem ea fuit) in Galilæa, Caipha ejus temporis Judææ Pontifici vendidit (cujus gratia etiam illi notus extitit, sicuti ipse alicubi sacro suo testimonio asseruit) in locis circum Sion montem suis comparaverat*. Hæc ille: eadem & Cedre-

(f) Luc. 22. Matth. 26. Marc. 14. Concord. c. 128.

(g) Joann. 12.

(h) Nicæph. hist. lib. 1. cap. 28.

(a) *Ce-* nus (a) & alii. Hieronymus item (b) de Jo-
Annal. anne testatur, ipsum propter nobilitatem
(b) *Hier.* generis notum fuisse Pontifici. Quicquid
epist. 16. sit, Evangelistæ (c) testimonio ipsum
(c) *Matt.* fuisse piscatorem, & retia consarcinasse
4. constat; ditiores tamen cæteris Aposto-
lis piscatoribus fuisse, ea est conjectura,
quod mercenarios ad piscationem condu-
ctos habebat: nam Marcus (d) de ipso,
(d) *Marc.* & Jacobo fratre ipsius ait, quod relicto
1. patre suo Zebedæo in navi cum merce-
nariis, secuti sunt Jesum: habuisseque
Hierosolymis domum, in quam post Chri-
sti passionem, Dei genitricem recepit, æ-
que assentimur.

XXII.

An vero apud ipsum Dominus noster
hoc anno celebraverit Pascha, dubium
valde redditur, quod Lucas scribat ipsum
Johannem cum Petro missum ad perqui-
rendum ubi Pascha parandum foret; nec
ut in domo sua pararet, Dominum præ-
cepisse, nec illos id compertum habuisse;
sed rogantes apud quem parandum esset,
justos esse sequi hominem lagenam aquæ
portantem. Quapropter Alexander Mo-
nachus (e), qui res gestas sancti Barnabæ
(e) *Habes* profecutus est, affirmat celebratum esse
cum apud sacrum Pascha a Domino in domo alterius
Metaphr. Joannis, illius scilicet filii Mariæ, qui
die 11. Ju- cognominatus est Marcus, cujus meminit
ni. Lucas (f), & Paulus (g); nam ejus do-
mum Hierosolymis fuisse, atque Aposto-
lis patuisse, ejusdem Lucæ (h) testimo-
nio satis perspicuum exploratumque ha-
betur. De utraque domo, tam Joannis fi-
(f) *Act.* lii Zebedæi, quam illius qui cognomi-
12. natus Marcus, Mariæ filius fuit, men-
(g) *Coloss.* tio habetur in Tragedia de Christo pa-
4. tiente apud Gregorium Nazianzenum.
(h) *Act.* (quamvis credatur fuisse potius Apollin-
12. naris opus illud) his versibus:

*Eamus hinc citis silentes gressibus,
Ædes petendo, femina in quibus ma-
nent*

*Ut hospites cum matre Marci Maria.
Quo & convolabit, ut reor, sacer cho-
rus:*

*Ibique dulcem præstolabimur diem.
Potiusve eamus in novi gnati domum,
Quem filius mihi arrogavit unicus.*

Hactenus ille ex persona Deiparæ, satisque
de domo ubi Dominus noster una cum
suis exoptatum Pascha peregit.

XXIII.
De tem-
pore Pa-
schatis.

At quoniam in historia Ecclesiastica
enarranda, & iis quæ spectant ad ex-
actam temporum rationem, pervestigandis,
omne nostrum studium polliciti sumus: an-
tequam ad cæteras res gestas recensenda
ulterius progrediarum oratio, de ipso
die quo Dominus noster Pascha celebra-
vit, primum omnium ex instituto nobis
agendum proponimus. Ac in primis quid
de ea re testatum reliquerint Evangelistæ,

ipso narrationis exordio adducamus in
medium. Statuto igitur a (i) lege die
(i) *Exod.* ipsa decimaquarta luna primi mensis ad
12. *Levit.* vesperum, Dominum nostrum commune
23. *n. 28.* Judæis omnibus Pascha cum suis celebra-
se ipsa feria quinta ad vesperam, Mat-
thæus, Marcus, ac Lucas absque ulla
controversia affirmare videntur: Matthæus
(k) enim ait: *Prima die Azymorum accep-
(k) Matt.* serunt discipuli ad Jesum, dicentes: *Ubi
26. vis paremus tibi comedere Pascha? At
Jesus dixit. Ite in civitatem ad quendam,
& dicite ei: Magister dicit: tempus meum
prope est, apud te facio Pascha cum di-
scipulis meis. Et fecerunt discipuli sicut
constituit illis Jesus, & paraverunt Pa-
scha. Vespere autem facto, discumbebat
cum duodecim discipulis suis &c.* Marcus
(l) id ipsum his verbis: *Primo die Azymo-
(l) Mar.* rum, quando Pascha immolabatur, dicunt
14. ei discipuli: *Quo vis eamus & pare-
mus tibi ut manduces Pascha; &c.* Lu-
(m) *Luc.* cas (m) etiam in hanc eandem senten-
22. tiam: *Appropinquabat dies festus Azymo-
rum, qui dicitur Pascha. Et paulo in-
ferius: Venit dies Azymorum, in qua ne-
cesse erat occidi Pascha. Et misit Pe-
trum, & Joannem dicens: Euntes parate
nobis Pascha ut manducemus. &c.* Nisi e-
nim commune cum cæteris Judæis Domi-
nus Pascha egisset, non utique ex impro-
viso hospitem adeo paratum offendisset:
nec enim erat ejusmodi ministerium quod
continuo exhiberi potuisset: lege enim
cautum erat, ut qui immolandum esset a-
gnus decima quarta luna ad vesperam,
luna (n) decima domum introduceretur.

Cum itaque horum auctoritate satis per-
specta res habeatur, Dominum nostrum ce-
lebrasse Pascha decimaquarta luna ad ve-
esperam, quando & Judæi cæteri illud
ipsum agebant: de Joanne Evangelista,
quod a cæteris discrepare videatur, sub-
oritur controversia. Ille enim in pri-
mis agens de lotionem pedum, quam per-
actam constat in coena Domini, sic ait
(o): *Ante diem festum Paschæ sciens Je-
(o) Joan.* sus, &c. Rursus idem de Judæis agens:
13. *Erat, inquit (p), mane: & ipsi non
(p) Joan.* introierunt in prætorium, ut non conta-
18. minarentur, sed ut manducarent Pascha.
Hæc ille, quasi dicere vellet, Judæos
non egisse Pascha præterito vespere diei
quintæ, sed quod sequenti diei sextæ ve-
spere Pascha commesturi essent. Idem-
que inferius appellat eam diem parasce-
ve Paschæ, quasi in crastinum Pascha fu-
isset celebrandum. Rursus cum absoluta
coena, dixisset Jesus Judæ: *Quod facis,
fac citius*, subdit idem Joannes (q), ex-
(q) *Joan.* istimasse aliquos discipulorum, dictum illi
13. ut emeret quæ opus erant ad diem fe-
stum. Idemque (r) dum illud sabbatum,
(r) *Idem* magnum appellat, Pascha in illud fuisse
19. translatum videtur annuere.

Hæc

XXV. Hæc autem omnia tanti momenti exi-
stimarunt nonnulli, ut cum minime as-
secuti fuerint Evangelistæ verborum sen-
sum, novas diversaque sententias excogit-
arint. Et inter alios eo demeritæ pro-
gressi sunt novantes quidam Græculi, ut
non erubuerint affirmare, Joannem Evan-
gelistam, qui ultimus omnium Evange-
lium scripsit, cæteros Evangelistas tem-
poris errore lapsos voluisse corrigere.
At facebant hæc, ut hæretica, ab auri-
bus ac mente cujusque Fidelis. Fuit ali-
orum Græcorum, sed plane antiquorum,
ea opinio, ut Dominus in celebrando
Paschate, non sicut Judæi cæteri, deci-
maquarta luna ad vesperam, sed diem
anticipando, luna decimatertia illud egerit;
sicque apposite Joannem volunt dixisse:
Ante diem Paschæ, &c. Fuit ejus
sententiæ Epiphanius (a), Euthymius
(b), & alii hos secuti. Rursus vero
quorundam Latinorum ea fuit assertio,
Dominum non anticipasse Pascha, sed le-
gitimum celebrasse, nimirum luna deci-
maquarta ad vesperam, Judæos vero mu-
tasse illud, ac distulisse in diem sabbati:
cujus quidem dilationis quidam ipsorum
eam afferunt causam, ut quamcivissime
Christum crucifigere possent, nec expe-
ctare cogerentur donec præterissent om-
nes illi dies septem Azymorum; quos
Herodem Agrippam his religiosiorem ex-
pectasse constat (c) ut Petrum, quem
vixerat, neci traderet. Alii (d) vero
illam ex lacunis recentiorum Hæbreorum
de dilato in sabbatum Paschate causam,
adducunt; quod dicant, post restituti-
onem templi, divina quadam prævia re-
velatione, ex decreto magni ipsorum
concilii comprobata, statutum esse, ne
sexta die Pascha ullo tempore celebrari
deberet; ea scilicet ratione, ne duo si-
mul festa conjungerentur, quod perdiffi-
cile esset in biduum parare cibum. Dix-
erunt (e) adhuc alii, ea ex parte tan-
tum, quæ ad feriacionem spectat, Pascha
fuisse dilatum: cæterum quod ad esum
agni pertinet, legitime celebratum. Hæc
sunt, quæ occasione Joannis Evangelistæ,
quod visus sit cæteris adversari, sunt a
diversis excogitata. Verum non patitur
ratio, Evangelicam veritatem per tot di-
versos ac varios anfractus circumduci.
Dicimus itaque, ea quæ scripta sunt a
Joanne, esse in omnibus consentientia iis
quæ a tribus cæteris Evangelistis sunt
tradita; ac proinde unum idemque Pa-
scha uno eodemque die a Domino nostro
atque Judæis esse celebratum.

XXVI.

Ante autem quam hæc demonstramus;
de antiquo usu Judæorum in die Pascha-
tis celebrando, tam ex divinis Scripturis,
quam etiam ex antiquis auctoribus,
quo cuncta planiora fiant, narrationem
perbreve instituemus. Ac pri-

imum illud monendum ex divinæ legis in-
stitutione solemnitate Paschalem esse di-
versam ab ea quæ dicitur Azymorum,
sicut in Levitico (f) his verbis notatum
habetur: *Mense primo, quartadecima die
(f) Levit.* mensis ad vesperum Phase Domini est: &
23. *Exod.* *quintadecima die mensis hujus solemnitas
12. n. 28.* Azymorum Domini est. Septem diebus
Azyma comedetis, dies primus erit vobis
celeberrimus, &c. Habentur eadem in Ex-
odo, & in libro Numeri; quæ quidem
duplex solemnitas ex diversis rebus ge-
stis, ac duplici beneficio a Deo accepto,
originem duxit: nimirum quia Dominus
transiliens domos filiorum Israel, Ægy-
pti primogenita interfecit: & quod popu-
lus Israel ex Ægypto liber egressus,
comedit Azyma. Verum celebrabantur Pa-
scha & Azyma non diversis diebus, sed
una eademque die: Nam licet dicat divina
Scriptura: *Decima quarta die primi men-
(g) Exod.* sis ad vesperum Phase Domini est, &
22. *Exod.* *quintadecima die solemnitas Azymorum;*
tamen vespere decimaquartæ diei repu-
tatur initium diei sequentis: ante ves-
perum enim auspiciari consuevit dies fe-
stos Judæos, suo loco dicemus; quod ex
ea re manifestius redditur, dum eo ve-
spere Azyma comedebant, nimirum quod
esset initium quintadecimæ lunæ: ex qua
die, non autem ex præcedenti, septem
dies Azymorum numerare necesse erat,
cum terminus septem dierum sit dies vi-
gesima prima (g) ad vesperam. Rursus
vero quod ad feriandos eos dies perti-
net, hæc erat institutio legis divinæ: *Ne-
(g) Exod.* hil operis facietis in eis, exceptis his
22. quæ ad descendendum pertinent.

XXVII.

His ex divinis Scripturis depromptis,
reliquum est, ut quæ Judæi in celebra-
ndo Paschali festo circa hæc Christi tem-
pora observare solerent, ex antiquis au-
ctoribus proponamus. Anatolius (h) E-
(h) *Apud* piscopus Laodicensis ex Philone, Jose-
Euseb. hist. pho, & aliis antiquioribus Judæis, mon-
lib. 7. c. 26. strat tempore celebrandi Paschatis ab il-
lis observatum fuisse æquinoctium, vide-
licet ut Pascha & Azyma post æquino-
ctium agerentur. Philo (i) qui his Ti-
(i) *Philo* berii temporibus vivebat, hæc de ritu
in vita servari solito in Paschate celebrando:
Moyf. *Ejus mensis, inquit, die quartadecima,
sub ipsum tempus quo Luna suum orbem
solet implere lumine, celebratur migra-
tionis publica festivitas, quam Chaldaice
Pascha nominant: quo tempore non,
ut alias, plebei homines victimas addu-
cunt ad altare mactandas a sacerdoti-
bus: sed jubente lege, tota gens sacrificat,
dum pro se quisque mactat hostiam
suis manibus: tunc universo populo cele-
brante lætas epulas, quisque se gerit pro
sacerdote, &c.* Idem alibi, hæc ipsa una
eadem die ab omnibus fieri solita, testa-
(k) *Philo* tur (k). De tempore autem quo cædi vi-
in Decal. detur.

(a) Joseph. de bel. ju. daic. lib. 7. c. 11.

stinæ inciperent, Josephus (a) hæc ait: Cum dies festus adesset, qui Pascha vocatur, quando, a nona hora quidem usque ad undecimam hostias cadunt, per singulas vero hostias contubernia non pauciorum quam decem fiunt; solum enim epulari non licet; multi autem etiam vicini conveniunt: hostiarum quidem ducenta & quinquaginta sex millia & quingentas numeraverunt. Erant autem (ut de nos epulatores per singulas imputemus vices) centena & septingenta millia, sancti omnes, & puri. Hæc ille. Idemque de usu indicendi tempus, quo auspican- dus esset dies festus, hæc ait (b): Quar- ta turris supra verticem Pastophoriorum condita erat, ubi moris est, unum de sacerdotibus abstinentem post meridiem, quod septimus quisque dies inciperet, tuba significare: rursumque vesperis, quod desineret: nunc feriis populo, nunc ut opus faciat, denuntiantem. Hæc Josephus. Probat (c) istud ipsum ex rescripto Augusti Imperatoris pro Judæis ad provinciæ præfides, in quo hæc post alia scri- pta habentur: Neque Judæos cogi ad præ- standum vadimonia sabbatis, aut pridie sabbatorum post horam nonam in parasce- ve. Hæc ibi. Ex his itaque duobus locis citatis, de tempore quo Paschatis festum, quoque diem sabbati auspiciari illi sole- rent, plus certo testatur habetur.

XXVIII. Solvantur objecta.

(d) Luc. 23.

(e) Matth. 28.

(f) Marc. 15.

His visis, jam reliquum est, ut his quæ ex Evangelio Joannis de translato in sab- batum Paschali festo objiciunt, respondeamus: ac primum, cum ipse pedum lotio- nem factam in cœna Domini, dicat ante diem festum Paschæ contigisse; haud repugnat cæteris Evangelistis, qui cenam Dominicam factam dicunt ipsa Paschatis & Azymorum die: constat enim communi loquendi usu Joannem esse locutum: nam crastinum diem cum dicimus, non de legali accipimus, qui a vesperis diei præ- cedentis incipit numerari, sed cum nocte translata Sol oriens novum adducit diem. Nec vero est ista vulgaris tantum loquen- di consuetudo, sed quæ reperitur etiam in divinis Scripturis sæpius usurpata, at- que etiam ab ipsis Evangelistis. Lucas (d) enim sic ait: Dies erat parasceves, & sabbatum illucescebat, &c. cum ta- men ex legali institutione parasceve des- sisset præcedenti die hora nona, & tunc dies sabbati incepisset. Eodem modo & Matthæus (e), cum dicit: Vespere au- tem sabbati, quæ lucefcit in prima sabba- ti; cum tamen vespera præcedentis diei non esset re vera sabbati, sed primæ sab- bati, quam ipse ab illucescente die de- nominat. Marcus (f) etiam in hunc modum: Et cum jam sero esset factum (quia erat parasceve, quod est ante sabbatum) venit Joseph, &c. Certe proprie loquen- do, illud sero non erat parasceve, sed

principium sabbati. Sic itaque eodem mo- do Joannes vesperis illud decimæ quartæ lunæ, quando facta est cœna, nominat an- te diem festum Paschæ, cum tamen esset principium Paschæ.

Rursus vero ad illud Joannis (g) quo ait: Erat autem mane: & ipsi non intro- ierunt in prætorium, ut non contamina- rentur, sed ut manducarent Pascha; non sic accipiendum est, ut ad vesperam ejus diei, qua sabbatum auspiciabantur, comesturi essent Judæi Paschalem agnum; sicque in ipsum sabbatum, quod dicunt, Pascha translatum esset: sed quod tradi- dit ex divinæ Scripturæ testimoniis Ab- ulensis (h), manducare Pascha, non tantum de agno Paschali dici solitum, sed etiam de quocumque sacrificio, quod illis septem diebus festis (i) offerri so- leret, quibus agni, vituli, arietes, hir- ci, boves, & tauri immolarentur diebus singulis, eorumque pars una consumeba- tur in holocaustum, alia vero cedebat sa- cerdotibus, tertia demum a populo co- medebatur: quæ quidem sacrificia & ip- sa, sicut & agni, Pascha dicebantur. Sunt de his complures divinæ Scripturæ au- thoritates, ut cum ait Dominus in Deu- teronomio (k): Observa mensem novarum frugum, & verni primum temporis, ut facias Pascha Domino Deo tuo: quoniam in isto mense eduxit te Dominus Deus tuus de Ægypto nocte. Immolabisque Pascha Domino Deo tuo de ovibus, & de bobus, &c. Eadem in Paralipomenon (l), ubi habe- tur, quod septem diebus agebatur Pha- se, & comedebatur Pascha (quod idem est quod Pascha) quo cum non nisi qui san- ctificati essent ac mundi, vesci solerent; merito Pharisei noluerunt mane ingredi prætorium, ne contaminarentur, ut pos- sent manducare Pascha, quod eo ipso die ac sequentibus soleret offerri.

Quod insuper Idem Joannes (m) ipsam sextam diem, qua crucifixus est Dominus appellet parasceven Paschæ: Erat autem, inquit, parasceve Paschæ, hora quasi sexta, &c. Haud dubium de sabbati pa- rasceve est intelligendum; nam & singu- li illi septem dies Pascha dicebantur. Sic etiam habes apud Lucam (n), dum ait de Herode, quod post Pascha, expletis scilicet diebus Azymorum, Petrum oc- cisurus esset: Paschatis enim festi nullum legitur in divinis Scripturis parasceve fuisse, quod non essent Judæi divina le- ge prohibiti eo die ac cæteris sequenti- bus parare ea quæ ad cibum pertinent, cujus rei causa parasceve tantum sabba- ti legitur institutum, quod ea die nec quæ ad cibum spectarent, curare liceret, secus vero in Paschatis diebus, sic dicen- te divina Scriptura (o): Dies prima erit sancta atque solemnitas, & dies septi- ma eadem festivitate venerabilis: nihil

XXX. (g) Joann. 18. Quid manduca- re Pascha.

(h) Abul. 2. part. def. c. 8.

(i) Num. 28. Para- lip. 30. & 38.

(k) Deut. 16.

(l) Para- lip. 30. & 35.

XXX. (m) Joann. 19.

(n) Act. 12. De para- sceve.

(o) Exod. 12.

ope-

(a) Joann. 19.

XXXI.

(b) Joann. 19.

(c) Joann. 7.

(d) Levit. 23.

(e) Isai. 1.

(f) Tert. advers. Marcion. lib. 5. c. 4.

(g) Joann. 18.

(h) Marc. 26.

operis facietis in eis, exceptis his quæ ad vesendum pertinent. Sic nihil impe- dit, immo maxime congruit, ut una ea- demque dies & Pascha sit dicta, & para- sceve Paschæ, quod erat sabbatum. Porro et si superius dixerat, parasceve Paschæ, inferius perspicue significat fuisse sabbati parasceven, dum ait (a): Judæi ergo (quoniam parasceve erat) ut non reman- erent in cruce corpora sabbato, &c. Ea- dem quoque ratione satisfactum constat iis, quæ ex eodem Joanne adducunt, existimasse aliquos Apostolos, Dominum in cœna dicere voluisse Judæi ut emeret quæ opus essent ad diem festum, quasi il- la die non fuerit Pascha, sed sequenti. Nam (ut dictum est) ipso die Paschatis emere licebat, immo necesse erat, ea quæ spectarent ad cibum, non tantum diei il- lius, sed sequentis sabbati, quod eadem dies & Pascha esset, & parasceve sabba- ti. Ad postremum vero, quod ex eodem ipso Evangelista objiciunt in sabbatum translatum fuisse Pascha, ea videlicet ra- tione, quod ipse dicat (b) de eodem sab- bato: Erat enim magnus dies ille sabbati; quod ea de causa dictum putant, quasi in eam diem Pascha translatum esset. Res- pondeant velim, qua ratione idem Evan- gelista ultimum diem Scenophegiæ æque magnum appellet, dicens (c): In novissi- mo autem die magno festivitatis stabat Jesus, & clamabat dicens: Si quis sitit, &c. Nihil est quod dicant: nisi forte, quod sicut prima dies, ita & novissima a lege æque sanctificari juberetur (d). Qua ratione & nos etiam dicere possumus, dictum esse magnum diem sabbati, quod non tantum sabbatum esset, sed et- iam secunda Paschæ diceretur; sicque unam eandemque diem duplici auctam ce- lebritate, magnum esse merito nuncupatam. Reperies ejusmodi nomenclaturam apud Isaiam (e), secundum Septuaginta inter- pretes, sicut citavit Tertullianus his ver- bis (f): Neomenias vestras, & sabbata, & diem magnum non sustinebo. Idemque Tertullianus in illa verba Pauli ad Gala- tas: Dies observatis, & menses, & tem- pora, & annos, & sabbata, ut opinor, & cœnas puras, & jejunia, & dies magnus. Hæc satis de his quæ ex Joanne Evange- lista erant objecta: quibus exploratum habetur, ipsum nihil a cæteris dissentire, immo illis esse in omnibus consentientem, quippe qui expresse testetur (g) eadem ipsa sexta die fuisse Pascha, dum verba Pilati reddens, hæc ait: Est autem con- suetudo vobis ut unum dimittam vobis in Pascha.

Hæc cum expresse quatuor Evangelistæ testentur; alia rursus objiciunt, qui di- cunt Pascha in sabbatum esse translatum; nimirum quod in concilio seniorum (h) fuerit illa omnium sententia, ne in die

festo Jesus esset tenendus & occidendus, scilicet ne tumultus fieret in populo: quod illi non religionis causa, sed ut commo- dius fieret, istud ipsum visi sunt consul- tasse. Verum postquam Judas (ut di- ctum est) accessit ad principes sacerdo- tum, & suum officium pollicitus est: ni- hil melius nec opportunius rati, quam quod Judas spondidisset, ab ea senten- tia discesserunt. Ille vero (i) quærebat opportunitatem, quomodo cum traderet: & quo minus tumultus fieret in populo, noctu & extra civitatem id faciendum putavit, ut sic Judæis omnibus satisfacere- ret, nimirum ut sine tumultu populi, Do- minus Jesus teneretur ac duceretur. In- stant rursus, non licuisse Judæis Pascha- tis festo Christum crucifigere. Sed satis redarguuntur ex ipsa Judæorum consulta- tione, qui meditantis necem Christi, nul- lam habuisse rationem diei festi visi sunt, cum dicerent abstinentum esse ne id fie- ret in die festo, non pietatis ergo, sed ne tumultus fieret in populo. Cæterum Pilati ministerio id eos fecisse constat: nam a Pilati militibus tentus, & perdu- ctus, ab iisdem flagellatus, ac denique cruci affixus est. Nec etiam id alicujus momenti est, quod objiciunt ex Matthæo, quod dicat. Consilio autem inito emerunt ex illis agrum figuli. Quasi id minime licuisset, si festa dies fuisset. Verum E- vangelista nequaquam id eo die factum di- cit, sed quod postea factum fuit insinuat. Porro quod ad concilium spectat, non- videtur fuisse lege vetitum, quo minus fe- sto die simul coirent, & comitia agerent, nam ipso sabbato, quo duplex erat so- lemnitas, simul convenisse, ac Pilatum adiiisse; atque apud eum de custodiendo sepulchro egisse, Matthæus (k) testatur. Urgent adhuc ea ratione: Quomodo, in- quiunt, si festum Paschatis fuisset, licuisset ad sepulturam Domini sindonem emere. (l), & myrrhæ & aloes quasi libras cen- tum parare (m)? Sed cum dicant Evan- gelistæ (n) hæc facta esse a Joseph ab Ari- mathia, cum sero jam factum esset; ni- hil est quod pertineat ad diem Paschæ, qui jam (ut diximus) Judæorum more ab ipsa hora nona elapsus esset, & jam sabbatum incepisset. Et quamvis Marcus fero illud, non sabbatum, sed parasceve, quæ erat ante sabbatum, nominet; tamen id factum constat solito more: nam quan- tumlibet festa dies inciperet ab hora nona, tamen reliqua pars ejus diei usque ad occasum Solis non denominabatur a die sequenti, sed præcedenti: sicut vide- mus toties esse reperitum in divinis Scri- pturis; agnum occidendum esse decima- quarta luna ad vesperam; cum tamen il- la vespera non ad quartamdecimam lunam spectaret, sed ad diem sequentem, quam (ut dictum est) post horam nonam

Aliæ sol- vantur objectio- nes.

(k) Matth. 27. XXXIII. De em- ptione ob- iectio. (l) Marc. 15. (m) Joann. 19. (n) Matth. 27. Marc. 15.

nam auspiciari Judæi horum temporum, consueverunt. At cum dicant Evangelistæ sindonis emptionem & aromatum mixturam vesperæ factam esse, ac sic sabbati die: non tamen putamus hominem maxime pium Moyse legem transgressum esse: nam ministerium sepulturæ non videtur fuisse lege prohibitum festo die, cum Tobias (a) constet id ipsum fecisse. Nec aliquem puto dicere jure posse, operam legis festo die esse vetitam: ut cum lex mandat infantulum circumcidendum esse octava die; nam si in sabbatum ea dies incidisset, nihil erat impedimento quominus infans circumcideretur. Lege (b) etenim etiam sancitum erat, ut qui in patibulo appensus esset, eadem die sepeliretur: de qua lege agens Philo (c), id consuevisse fieri ante Solis occasum testatur. Si licebat igitur die festo sepeliri defunctum; utique & cætera concessa erant quæ ad illud opus conducere videbantur: porro testatur Evangelista (d), eo modo quo sepultus est Dominus, consuevisse Judæos suos mortuos sepelire, sicque nihil in sepultura Domini factum esse constat contra legem & morem.

(a) Tob. 2.

(b) Deut. 21.

(c) Philo de Spec. leg.

(d) Joan. 19.

XXXIV.

His ergo in hunc modum de efficto commento translatis Paschatis ex Judaicis fabulis confutatis: jam videamus quam firmiter atque constanter mandaverit Deus (e) servari, ne alia die quam quartadecima luna ad vesperam sacrum Pascha celebraretur. Usque adeo id ratum atque inviolabile esse voluit: ut si qui, eo quod essent immundi, ea illud celebrare non possent, non in sequentem, tertium quartumve diem id illis facere permisit, sed expectare eos eandem quartadecimam lunam mensis secundi præceperit. Sic videmus tempore (f) Ezechie Regis, cum legitima ex causa, ob raritatem scilicet sacerdotum, Pascha in aliam diem transferendum esset, non nisi ex legis instituto in decimanquartam lunam secundi mensis esse dilatatum. Facebant igitur qui ex revelationibus quibusdam inanibus, & commentitiis scriptis nomine Gamalielis vel aliorum, ac denique ex simulato Judæorum concilio, de translato Paschate novam in Ecclesiam Dei invexerunt opinionem: quam quidem permultis ac gravibus disertisque rationibus & Patrum testimoniis confutat ac rejicit noster Marcellus, litteris Ecclesiasticis excellentissimus, in commentario quem diserte admodum scripsit de Horis canonicis, ubi hanc pertractantem quæstionem eodem tempore quo nos istæ scriberemus, in omnibus nobis consentientem invenisse, gavisi sumus, atque grato accepimus animo. Quod si quis hæc uberius tractata cupit, ipsum consulat: nostri enim instituti ratio non patitur his diutius immorari.

(e) Num. 9.

(f) 2. Paral. 30.

His igitur firmiter stabilitis, fideant & si qui Pascha intercisum fuisse tradunt, dicuntque alia die agni comestionem, alia vero festum ipsum esse celebratum: taceantque qui dixerunt non commune, cum cæteris Dominum Pascha celebrasse, sed privatim, illudque anticipatum egisse. Stet vero firma sententia, quatuor Evangelistarum & totius divinæ Scripturæ attestazione suffulta: Dominum nostrum Jesum Christum luna decimaquarta ad vesperam commune Judæis omnibus egisse Pascha, illud ipsum etiam Judæis cæteris celebrantibus; illamque causam vel ipsius anticipandi, vel intercidenti, aut denique transferendi intercessisse. Congruit & historię veritas sacro mysterio; ut ille ipse agnus, qui venit peccata omnium & culpas, licet integerrimus & innocentissimus, sibi assumere, ipso Paschatis die pro salute omnium immolaretur in cruce. Sed hæc quantumlibet longiora, majori qua licuit brevitate contraximus. Nunc jam cætera, quæ ad historiam pertinent, enarremus.

XXXV. Sententia de paschate.

Vespere (g) autem facta, Pascha celebraturus Dominus, domum venit, discubuit cum duodecim, agnum comedit, lavitque pedes illorum, & de humilitate servanda eosdem admonuit, ac denique sacramentum augustissimum Eucharistię instituit: hæc pluribus Evangelistæ. Factam esse ablutionem pedum ante sacre Eucharistię institutionem, sed post esum agni, facile persuademur ex multis, quæ inferius explicabimus. Scimus tamen aliquos existimasse, Dominum nostrum, primum omnium, antequam etiam comederit agnum, lavisse pedes Apostolorum: quod etiam probari posse videtur ex multis, & ex eo in primis, quod apud Lucam (h) olim exprobrans Dominus Simon dixit: *Intravi domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti*. Hoc idcirco, quod statim post ingressum convivarum, pedes lavari esset in usu: hospitibus enim ingredientibus ejusmodi officium exhiberi solitum esse, de Abraham & Lot testatur divina (i) Scriptura: inde vero sic lotis mensa apponebatur: unde & illud libri Judicum: (k) *Postquam laverunt pedes suos, recepit eos in convivium*. De Romanis nulli est dubium, lotos prius in balneo accumbere consuevisse; quod si loti non essent, pedes saltem lavabant: unde illud Plauti (l): *Locus hic tuus est, hic accumbe: ferte aquam pedibus, præbe tu puer*.

XXXVI. De lotionem pedum. (g) Matt. 26. Marc. 14. Luc. 22. Joan. 13. Concor. c. 129. & 130.

(h) Luc. 7.

(i) Gen. 18. 19. & 43.

(k) Judic. 18.

(l) Plaut. in Persa.

Sane quidem ex quo Judæi a Romanis subjugati sunt, more Romano cœnare didicisse, eruditus vir meique amantissimus Petrus Ciacconus dignæ memorię, in brevi illa, sed non brevis eruditionis tractatione, quam scripsit de modo convivendi apud præcos Romanos, pluri-

XXXVII. De accubitu in mensa.

bus docet: nimirum, quod sicut illi, Judæi quoque in conviviis lavarentur, ungerentur, veste cœnatoria uterentur, itemque accumberent, & non sederent, & alia id genus. Verum quod hæc illi a Romanis acceperint, affirmare non audent: nam eundem fere epulandi usum apud Indos servatum esse, apud quos nunquam Romani suo Imperio pervenerunt, Philostratus (a) auctor est. Testimonio insuper divinæ Scripturæ (b) describentis convivium Astueri Regis, exploratum habetur, convivas illos super lectulos accubuisse, qui erant aurei & argentei, super pavimentum smaragdino & pario lapide stratum dispositi. Vetus esse triclinalium nomen & usum apud Hebræos, de Samuele eadem agens divina Scriptura testatur, dum ait (c): *Assumens itaque Samuel Saulem, & puerum ejus, introduxit eos in triclinium, & dedit eis locum in capite*. Accumbentes item consuevisse convivari Judæos, multa sunt exempla, ut cum dicitur de Tobias (d) quod cum fecisset convivium, contribulibus suis, cum accubisset, & de Judæo quod occisus in platea jaceret, nuntium accepisset: statim exiliens de accubitu suo, relinquens prandium, jejunius pervenit ad corpus, & infra iterum de discubitu.

(a) Philostr. in vita Apoll. lib. 3. (b) Esther. 1.

(c) 1. Reg. 9.

(d) Tob. 2.

XXXVIII. Lotionem pedum quantum facta.

Cæterum quod spectat ad ipsam pedum lotionem, de qua agimus, factam tunc esse post cœnam agni existimamus, multis iidemque efficacibus rationibus persuasi: atque in primis, quod Joannes expresse dicat, id contigisse cœna facta, ac rursum Dominam e cœna surrexisse, accepisse linteum, & lavisse pedes Apostolorum: quantumlibet illud, cœna facta, hoc est, cœna parata, aliqui sint interpretati. Quod vero dictum est, ipso ingressu domus, solitos esse convivarum pedes lavari: id quidem verum esse dicimus, cum qui accubaturi erant, non essent loti, ut idem qui supra auctor ex arte demonstrat: verum cum convivæ loti essent, absque alia mora recumbere consuevisse, idem docet. Lotos vero fuisse discipulos Domini, satis expressisse videtur Jesus, cum dixit Petro (e): *Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lavet, & est mundus totus*. Sane quidem solitos fuisse Judæos in Paschali convivio iterum lavare pedes ac manus, ex libro Rituali Hebræorum constat; cujus rei illa habetur expressa ratio, quod ejus convivii duplex esset cœna conjuncta, vel, si dicere velimus, unius cœnæ duplex mensa; in cujus priori esus agni, in posteriori vero cœrimonia agebatur Azymorum. Porro non tantum in Paschate, sed & in aliis maximis Judæorum solemnibus diebus, ut Pentecoste, & Scenopægia, ejusmodi duplices cœnas exhibe-

(e) Joan. 13.

ri consuevisse, ex canone Ritualis eorundem apparet. Sed ea erat inter eas differentia, quod in aliis semel tantum pedes lavarent, in Paschatis cœna iterum, primum scilicet ante esum agni, postea vero ante secundam mensam & cœrimoniam Azymorum. His igitur in hunc modum se habentibus, cum ritus Paschalis, qui tunc penes illos in usu erat, his lavari pedes exposceret: primam pedum lotionem ante esum agni factam esse, dicere opus est; secundam vero a Domino ante secundam mensam. Verum ex verbis Domini, qui dixit Petro: *Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lavet*; in omnibus lotos accubuisse in prima mensa discipulos (ut dictum est) nisi ea verba ad baptismi mysterium referamus, opus est affirmare. Primam igitur illam agni cœnam jam fuisse consumptam, cum inde consurgens Dominus lavit pedes discipulorum, illud etiam certo persuadet, quod idem Joannes (f) scribit his verbis: *Surgit a cœna, & ponit vestimenta sua: & cum accepisset linteum, præcinxit se, &c.*

(f) Ibidem.

Quod vero dicatur Dominus posuisse non vestimentum, sed vestimenta sua, cum pedes discipulorum lavit; par est credere, eum in veste cœnatoria remansisse; absque ejusmodi enim veste Judæos accumbere, religio erat: quod plane idem Dominus (g) demonstrat in parabola illa de nuptiis filii Regis, in qua male mulctatus legitur ille, qui sine veste cœnatoria, quam ob nuptias nuptialem appellat, discumbere præsumpsisset. Sed non cœnatoria tantum indutum veste, sed majoris decoris gratia propriis super indutum vestimentis Dominum cœnasse, putandum: nam & palliatos atque togatos convivas interdum accumbere solitos, diserto viro Fulvio Ursino, quibus id monstrat, non desunt exempla (h). Apostolos etiam eadem indutos veste in cœna accubuisse credendum. Sindon enim esse solebat, eademque proluxa, ut merito fugam arripens, abjecerit eam adolescens ille existimatus (i) Johannes Evangelista, qui quod (ut creditur) mœrore oppressus, non receperat vestimenta sua, ut erat in mensa, remansit amictus sindone super nudo. Ejusdem plane generis fuisse vestes illas cœnatorias non tantum pluribus antiquorum auctoritatibus, sed ex ipsis triclinalibus mensis marmoribusque sculptis idem auctor facile monstrat. Sic igitur cum dicat Evangelista, post ablutionem pedum Jesum recepisse vestimenta sua: satis significat absoluta jam cœna, lotisque pedibus discipulorum, cœnatoriam vestem exuisse, ac propriam induisse. Aliud enim longeque a priori diversum, cum ipse suis esset exhibiturus convivium, diverso etiam a solito cœnandi habitu,

XXXIX.

De Cœnatoria vestimenta.

(g) Matt. 22.

(h) Fulv. Urs. in Append. ad opus de Triclin. Petri Ciaccon.

(i) Ambros. in Psal. 36. Greg. in Moral. & alii.

decentiori cultu (ut tantum mysterium exposcere videbatur) illud sibi institutum putavit. Novum ergo Dominus paraturus convivium (quod convivoris videbatur esse munus) primum omnium convivarum voluit lavare pedes, ac subinde divinum illud ferculum propinare. Sed antequam de hac secunda agamus mensa; de prima quæ imago quædam videbatur esse secundæ, ac de ipso in cœna accubitu, quid idem auctor scripserit, referamus.

XL. Constat Joannis (a) Evangelistæ assertionem, ipsum dilectum præ cæteris a Christo discipulum, in sinu Domini in eadem cœna recubuisse. Quid autem sit in mensa in sinu recumbere, cum idem qui supra auctor pluribus demonstrasset, ac prius ostendisset Judæos in mensa more Romano accumbere consuevisse, hæc ait: *Romani liberos suos, aut quos caros habebant, in conviviis infra se, hoc est, in sinu suo, collocabant: nam id esse in sinu recumbere, superius ostendi. Et Joannes Christo maxime carus, in ipsius sinu recubuit, & in ejus pectore se quam familiariter composuit, dum ex eo querit*

(b) *Ambrosius quis illum esset iraditurus. Ambrosius (b) ad illud: Cecidit in collum eius: Nonne, inquit, tibi videtur Christum cecidisse in collum Joannis, quando erat Joannes in sinu Jesu cervicem recumbens reflexa? & ideo Verbum apud Deum vidit, qui erectus est ad superna. Addit ille: Regem sacrorum, qui apud Romanos maximæ dignationis erat inter Pontifices, summum locum in pontificalibus cœnis occupare solitum, neminemque supra eum accubare diximus. Et in his pontificalibus cœnis, Christus vere Rex & sacerdos secundum ordinem Melchisedech, eundem locum occupat, nec quisquam super eum accubat: alioquin non potuisset olim Maria Magdalena in domo Simonis alabastrum unguentis effundere super caput ipsius recumbentis, si in medio loco accubisset; aut ipse Joannem in sinu habere, si in imo. Romani non raro quini in lectis discumbentibus, quod idem auctor pluribus monstrat. Et Christi discipuli (ut verisimile est) quini in singulis lectis discubere, in reliquo autem tres tantum, ipse nempe, & Joannes (c) & Petrus: is enim veluti proximus Joanni innuit, ut ex Domino auctorem tanti facinoris quæreret. In commune illi vescabantur, ut ex Plutarcho retuli; & hi in commune vescuntur, omnesque in eadem patinam manus porrigunt: *Qui intingit, inquit Dominus (d), mecum manum in paropside, hic me iradet; & post multa: Denique ut omnia, quemadmodum dixi, semel ostendam ex Romanorum moribus tracta, qui conviviis abeuntibus grata & pretiosa Jo-**

(e) *Joannes* (c) & Petrus: is enim veluti proximus Joanni innuit, ut ex Domino auctorem tanti facinoris quæreret. In commune illi vescabantur, ut ex Plutarcho retuli; & hi in commune vescuntur, omnesque in eadem patinam manus porrigunt: *Qui intingit, inquit Dominus (d), mecum manum in paropside, hic me iradet; & post multa: Denique ut omnia, quemadmodum dixi, semel ostendam ex Romanorum moribus tracta, qui conviviis abeuntibus grata & pretiosa Jo-*

lebant apophoreta conferre: liberalissimus ac sui nimium profusus Dominus, ex hoc mundo ipse discedens, pretiosissimum corpus suum & sanguinem conviviis in apophoretis dedit, ut sibi haberent, & secum domum dedacerent, & iter ingredientibus etiam pro viatico foret. Hæc de his ille. Sed qui uberius hæc scire cupit, libellum de ea re ab ipso accurate conscriptum petat.

Verum quod ad hanc agni cœnam spectat: his admodum adverstari ea videntur quæ lege statuta essent, cum agnum ipsum paschalem astantibus, non vero recumbentibus esse comedendum jubetur. Sed qui antiquum illum commentarium Hebræorum legerint, quem Ritualement seu Cærimoniale appellat, plane intelligent, fuisse usum illum intermissum & antiquatum a tempore exilii Babylonicum. Et ne recedamus a superius dictis; ratione accubitus Joannis, qui in ea cœna primum locum post Christum obtinuit, suborta esse videtur in eadem cœna illa inter Apostolos contentio occasio, quis eorum (e) videretur esse major; dum viderent cæteri, in cœna illius accubitu omnibus prælatum esse Joannem.

Est observatio dignum: nunquam Apostolos de primatu quæstionem movisse, nec indigne tulisse Petrum præpositum ceteris esse: verum haud æquanimitèr tolerare potuisse, Joannem vel Jacobum fratres apud Christum primos haberi. Hinc videas eosdem Apostolos eadem indignatione percitos, cum mater ipsorum pro duobus filiis suis dextram & sinistram in regno petiit; de quibus hæc Marcus: (f) *Et audientes decem indignati sunt de Jacobo & Joanne. Rursum etiam, cum idem selecti a cæteris ducti essent a Domino una cum Petro in montem Tabor: Intravit, inquit Lucas (g), cogitatio in eos, quis eorum major esset. Immo, ut ait Marcus (h), & in via inter se disputaverunt, quis eorum major esset. Cæterum quantumlibet vidissent Petrum omnibus a Domino prælatum, ac prærogativis quamplurimis auctum; nunquam tamen id infenso animo tulisse sunt visi. Porro quantumlibet Joannes primum locum post Christum accepisset in mensa, tamen in pedum ablutione cæteris Petrum esse præpositum, primumque omnium Jesum pedes Petri lavisse, S. Augustinus (i) testatur; quod & multis etiam rationibus demonstratur (k). Sed de his hactenus.*

Cæterum, ut quæ scripta sunt ab Evangelistis de sacratissimæ Eucharistiæ institutione, facilius intelligantur; operæpretium existimavi hic intexere quæ in antiquo Hebræorum libro Rituali habentur. In canone enim eorum hæc continentur: In Paschali convivio, posterior quæ

XXI.
Vetus usus intermissus.

XLII.
Contentio de primatu quando.

(g) *Luc. 9.*
(h) *Mar.*

(i) *Aug. in Joan. c. 13.*
(k) *Janf. Conc. c. 130.*

XLIII.
Ritus instituit. Eucharistiæ.

quæ esset mensa, non ut in aliis dierum festorum secundis cœnarum mensis bellaria apponebantur, sed tantum a lege statutus cibus, nimirum primo loco embamma ex intybis & lactucis agrestibus factum, aliisque rebus conditum: inque cum primum paterfamilias intingebat ofsam azymam, mox cæteri, sicque consumebatur. Deinde idem paterfamilias totam azymam (seu, ut alii textus habent, dimidiam) sub mappa hæctenus servatam, in frustra frangebatur; in tot particulas illam dividens, quot essent in cœna discumbentes, sicque divisam singulis porrigebat: quo facto, ipse poculum degustatum tradebat proximo, ille secundo, donec poculum per totum convivium circumferretur. Insuper quoniam secundæ illæ mensæ Judæorum erant ob accepta beneficia ad gratias Deo agendas potissimum comparatæ: cum in cæteris secundis mensis esset usitata quædam communis benedictionis formula, in Paschali secunda mensa post illam benedictam, cum distribueretur torta azyrna, hæc verba idem paterfamilias dicebat: *Iste est panis ærumnæ, quem comederunt patres nostri in terra Ægypti: quisquis esurit, accedat & peragat Pascha. Post hæc idem accepto poculo benedicebat his verbis: Benedictus es Domine, qui fructum vitis creasti, &c.) sicque delibatum (ut dictum est) poculum tradebat proximo, ille secundo, & sic deinceps: hæc ex libro Rituali Hebræorum. Cæterum (quod est notat dignissimum) non tantum apud Judæos vetus illa erat consuetudo, ut in secundis mensis sic libantes, gratias Deo agerent, sed & Gentiles ipsi in iisdem secundis mensis merum libarent diis, & *Ann. Eccl. Tom. I.**

Anno Urbis 785.
Olymp.
102. an. 4.
S. Æ. C. I.
An. C. 31.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5525.

○ 13. F. E.) 14. Indi. 5.

JESU CHRISTI 32. secundum Baronium 34.

TIBERII IMP. 19.

I. [1] **A**D num. I. Coss. Cn. Domitius Ahenobarbus, & M. Furius Camillus Scribonianus.

[1] **C**oss. Cn. Domitius Ahenobarbus, & M. Furius Camillus Scribonianus. Tabula Nolana: Cn. DOMITIVS. AENOBARBUS. COS. SVF. KAL. IVL. A. VITELLIUS. COS. Tacitus Annal. lib. VI. Cap. I. Cn. Domitius & Camillus Scribonianus consulatum inierunt. SUETONIUS IN VITELLIO Cap. II. Aulus (Vitellius) in consulatu obiit, quem cum Domitio Neronis Caesaris patre inierat. Dio lib. EVIII. pag. 631. ubi de nece Seiani locutus est, qui periit A. D. 31. sequenti anno Cn. Domitio & Camillo Scriboniano Coss. Idem pag. 633. Ex Consulibus, inquit, (alter) Domitius toto anno gessit magistratum: habebat enim in matrimonio Agrippinam Germanici filiam. In locum alterius alii alii successi pro arbitrio Tiberii, aliis longius, aliis brevius tempus eius honoris constituentis: idque ipsum aliis contrahentis, aliis prorogantis: nam etiam si quem ad totum annum Consullem creasset, mox eo deposito, alium iterumque alium subinde subrogabat: eo modo consulatus fere toto imperii ejus tempore habuit. Facti Vindebonenses: Aruntio & Ahenobarbo. Idatiani: Aruntio & Ahenobarbo. Vide Noriæ Epistolam consularem A. D. 31.

alia sacra facerent, ut Athenæus (a) tradit, & alii: sed in his non immoramur. Hæc igitur ex Rituali veteri Hebræorum libro accepta, quantum conferant ad ipsam Evangelicam historiam de cœna Domini intelligendam, facile perspicere potest. Dominus enim, servato eo ipso antiquo Judæorum ritu, illud effecit, ut novis benedictionibus additis, novum institueret sacramentum; & quæ in memoriam veterum beneficiorum fuerant instituta, in commemorationem omnium præstantissimi noviter accepti beneficii mutarentur.

Quod vero (ne longius digredi videamur, quam res postulet) nonnulli dicunt, post ablutos discipulorum pedes, iterum recumbentem Jesum cum suis, quod reliquum erat cœnæ agni absumpsisse (volunt enim Dominum inter cœnandum a mensa recessisse) ex superius dictis arguuntur satis; atque ex eo etiam, quod lege divina statutum erat, agnum Paschalem comedendum esse festinanter: (b) qua ex parte certe Dominus legem minus impleverit, si agno ex parte comesto, e mensa recessisset, pedesque discipulorum lavisset, ac post longam moram (c) ad esum agni iterum rediisset. Unde quod dicit Matthæus: (d) *Cœnantibus autem eis, accepit Jesus panem, & benedixit; & quod Marcus (e) ait: Et manducantibus illis, accepit Jesus panem, & benedicens fregit; idem est ac si dixisset, Recumbentibus illis: hæc etenim in hunc modum esse intelligenda, Lucas aperit, dum testatur Eucharistiam esse institutam post cœnam, dicens: (f) *Similiter, & calicem, postquam cœnavit, dicens: Hic est calix, &c. quod & ipse testatur Paulus (h) scribens ad Corinthios.**

R 2 Quod

In hujus postremi locum Kal. Julii A. Vitellius, suffectus, ut ostendit ex Tabula Nolana Card. Norisius in Epist. Consulari. Baronius ab Onuphrio deceptus Consules proponit Domitium Ahenobarbum & Vitellium Nepotem; cum tamen Vitellius Consul tantum suffectus fuerit, & Nepotis cognomen fictitium sit, ut ostendit Card. Norisius laudatus, & ex dictis intelligitur.

XLIV.
Solutio objectorum.

(b) *Exod. 12.*

(c) *Janf. Conc. c. 130. 131.*

(d) *Matth. 26.*

(e) *Mar. 14.*

(f) *Luc. 22.*

(g) *1. Cor. 11.*

XLV. Quod vero ablutione pedum facta (ut (a) *Joan.* tradit Joannes a) immo (ut testatur Lucas b) post institutam Eucharistiam de discipulo proditore Dominus sermonem habuisse dicatur, Matthæus (c) vero & Marcus (d) ante mysticam illam mensam id contigisse tradant: nihil prorsus est absurdum, de ea re bis in priori, ac inde posteriori mensa (hoc discrimine cœnam ab esu Eucharistiæ placet distinguere) Dominum esse locutum, cum præsertim de perditione illius adeo sollicitus esset; dicente de se Apostolo: (e) *Eadem vobis scribere, mihi quidem non pigrum, vobis autem necessarium. Videte canes, videte malos operarios, videte concisionem.* Constat ex his itaque, cœnam Domini (sic enim Patres (f) appellare consueverunt institutionem sacratissimæ Eucharistiæ; idemque esse manducare cœnam Dominicam, quod Eucharistiam sumere, Augustinus (g) demonstrat: licet ea voce, ut aliis, abuti soleant Novatores) fuisse distinctam a cœna agni Paschalis, ac post illam fuisse administratam. In qua primum illud sacramentum ineffabile est institutum, quo transsubstantiatio fit panis & vini in carnem & sanguinem Christi, in ipsum Christi corpus sub utraque specie integrum. Tunc & Apostoli, cum ipsis Dominus præcepit id ipsum facere in sui memoriam, sacerdotes sunt facti, atque ipsum sacrificium quod offerretur, est ordinatum. Id Apostoli ipsi, id Patres omnes, id traditio Ecclesiastica, atque ipsa Catholica fides ab ipso exordio nascentis Ecclesiæ prædicavit, & hæcenus profiteri non desinit.

Atque ut de his singulis (quod instituti ratio postulat) breviter interea agamus: in hujus sacramenti institutione in primis considerandum est ipsum tempus.

II. A num. XLV. ad LXII. Magnum quid contra Catholicos asserre putant Protestantes, quod nullam apud Patres Latinos de verbo *transsubstantiationis*, nullam apud Græcos de nomine *μυστήριον* memoriam extare reperiant, cujus tamen silentii ratio ex disciplina arcani a Schelstratio in Dissert. de Disciplina Arcani cap. 7. art. 7. recte deducta. Nulla hæresis ante Berengarii tempora contra Eucharistiam ex professo orta fuit, neque SS. Patres ante illa tempora de Eucharistiæ veritate comprobanda tractatus ex professo ediderunt; sed cum disciplina arcani sex prioribus Ecclesiæ sæculis vigeret, doctrinam de hujus Sacramenti veritate & ritibus potius occultare studere. Itaque cum ex una parte disciplina arcani vigeret, ex alia vero nulla hæresis exorta esset, quæ Ecclesiæ defensores hujus mysterii veritatem funditus inquirere cogeret; hinc factum, ut apud Patres non reperiantur tractatus ex professo editi, in quibus disputetur, quomodo in Sacramento Eucharistiæ panis & vinum per consecrationem transsubstantientur, an accidentia maneant sine subiecto, & similia, quæ post hæresim Berengarianam, frequenter tractata. Observandum etiam, quosdam Patres cautius egisse in epistolis ad ipsos

Cum enim ipsa prima die Azymorum, decimaquarta luna ad vesperam, cum Pascha secundum legis Moysi ritum ageretur, post esum agni sacra Eucharistia fuerit instituta; nulla est dubitatio, esse confectum in azymis, & non in fermentato: quem etiam ritum servatum esse ab Apostolis, ac eorum successoribus, Epiphanius, (b) quantumlibet (ut dictum est superius) ipse dicat legitimum Pascha esse a Domino anticipatum, agens contra Ebionæos hæreticos, qui primi fuerunt Apostolorum temporibus (Ebion enim primus post Simonem magum ab Ignatio (i) recensetur hæresiarcha) testatur, sic dicens: *Mysteria autem faciunt ad imitationem sanctorum in Ecclesia, ab anno in annum, per azymos, hoc est non fermentatos panes.* Hæc ille. Si igitur illi ad imitationem sanctorum in Ecclesia in azymis Mysteria conficiebant (hoc enim nomine antiqui Eucharistiam nominabant) nulla est dubitatio, majores omnes eundem servasse ritum, ut in azymis eadem Mysteria sacrosancta confecerint. At unde hoc illi, nisi a suis ipsorum Patribus, Apostolis Domini, & illi a Christo id facere didicissent? Sed in his non immoramur.

Agendum, antequam de re ipsa agamus: quibus nominibus majores nostri consueverint sacram Eucharistiam nuncupare, quo ex ipsis nominibus tantâ res facilius cognoscatur, adducamus in medium. In primis, habito respectu ad Fideles, qui eam accipientes Christo per omnia maxime uniuntur, eodem nomine quo nos in præsentiarum utimur, Communionem seu Communicationem ab Apostolis illam esse dictam, fidem facit Paulus Apostolus, dum ad Corinthios scribens, hæc ait (k): *Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne*

Catholicos transmissis, ut liquet ex epistola Innocentii I. ad Decentium Eugubinum, cui nequidem de forma consecrationis scribere voluit, ne mysterium arcani revelaret; alios in operibus, quæ ad non initiatorum manus perventura timebant, obscurius de mysteriis Catholice Religionis egisse: omnes demum Primitivæ Ecclesiæ Patres in sermonibus coram Catechumenis; Judæis, vel Gentilibus, qui iis interesse solebant, mysteria occultasse. Hinc sicut complura Patrum testimonia obscure mentionem, facientia nihil probant contra realem Corporis & Sanguinis Christi in Eucharistia præsentiam, quia veritatem illam ex disciplina arcani occultare debebant; ita complura Patrum testimonia de pane, frumento, vino & vite agentia, nihil faciunt contra Transsubstantiationem, quam tamquam dogma magis arcanum ex Primitivæ Ecclesiæ disciplina celare oportebat. Quare neque frequens panis mentio Transsubstantiationi officit; neque crebra figuræ appellatio præsentia reali; cum sicut unum, ita & aliud a Patribus usurpatum sæpius fuerit ad occultandum Eucharistiæ mysterium. Plura Schelstratiis citatus.

XLVII.
Nomina
Eucharistiæ.

nonne communicatio sanguinis Christi est? Lucas (a) item in actis: *Erant, inquit, perseverantes in doctrina Apostolorum, & communicatione fractionis panis.* Insuper ob admirabilem ac ineffabilem rerum divinarum secretam quamdam conjunctionem, a Græcis *μυστήριον*, a Latinis vero Sacramentum invenies nominatam. Tertullianus (b) plane Eucharistiæ Sacramentum appellat, & alii (c) post eum. Nomen vero Eucharistiæ a gratiarum actione deductum, commune esse reperitur ex æquo Græcis pariter ac Latinis. Rursus etiam quoniam Dominus (d) dixit: *Pater meus dat vobis panem de celo verum: Panis enim verus est, qui de celo descendit, & dat vitam mundo;* ea ratione Ignatius (e) Apostolorum discipulus ipsam Eucharistiam, Panem Dei, Panem cælestem frequenter appellat; & ad Romanos scribens hæc ait: *Non gaudeo corruptibili nutrimento, nec voluptatibus hujus vite: Panem Dei volo, Panem cælestem, quæ est caro Christi filii Dei.*

XLVIII.
Corpus
Christi.

Eadem igitur ratione, quatenus continet ipsum Christi corpus, majores idem Sacramentum appellare consueverunt Corpus Christi. Eiusmodi nuncupationem sæpius a Tertulliano usurpatam invenies, ut cum ait (f) in libro de Oratione: *Quod oratio solvenda sit, Corpore Domini accepto;* & paulo post: *Accepto Corpore Domini & reservato,* & (g) in libro de Idololatria: *Eas manus admovebere Corpori Domini;* & alibi (h): *Caro Corpore & sanguine Christi vescitur, ut anima Deo saginetur;* & de (i) Pudicitia sic: *Opinitate Domini Corporis vescitur.* Sunt de his alia innumera aliorum testimonia, Cypriani, Hieronymi, Ambrosii, Augustini, & aliorum, quæ præterimus. Istud ipsum Sacramentum, quod non esset cibus omnibus communis, sed Caro Christi oblata pro sæculi vita, ea ratione Africani Fideles vitam proprio nomine dicere consueverunt: unde Augustinus (k): *Optime, inquit, Punici Christiani baptismum ipsum, nihil aliud quam salutem; & sacramentum Corporis Christi nihil aliud quam vitam vocant.* Demum habito respectu, quod pro peccatis hostia offerretur, Oblatio, Sacrificium, Liturgia, ac Missa dicta antiquitus reperitur. Sed de his suo loco paulo inferius.

Quod autem rei veritate, non per figuram, vel similitudinem, allusionemve, vel quovis alio modo fictitio, ipsa Eucharistia sit illud ipsum vivificum corpus Christi, quod natum de sanctissima Virgine, in ara Crucis oblatum, est & ineffabili quodam modo manentibus speciebus panis & vini accidentibus in ipsum transsubstantiatum, quod semper Catholica veritas est professæ, ex innumeris sancto-

XLIX.
Vere
Corpus
Christi.

rum Patrum locis, aliisque firmissimis rationibus esset facile demonstrare. Ceterum cum sciamus complures disertissimos ac integerrimos, atque de fide Catholica optime meritos viros, eo argumento commentarios fere innumeros omni prudentia, doctrina, ac fide sincera cumulate, refertos, facilitate illustratos, ac denique (ut multa paucis complectar) plane divinos, suggerente id iis Spiritu Sancto, conscripsisse: supervacaneum existimamus, ac lectori onerosum, eadem hic repetere, vel aliqua iis velle addere: illos igitur consulant omnes quicumque earum rerum cupidi sunt, eo se conferant, ac tamquam ad sacram quamdam anchoram confugiant, adversus pravorum dogmatum in nostram fidem adeo certam atque firmiter stabilitam vibrata venenosa tela.

Nos interim ne lectorem frustremur, cum præfando polliciti sinus in nostris Annalibus, more majorum, Christianæ religionis institutorum originem ac firmitatem repetere & intexere, hæc libando potius, atque summis labris (ut dicitur) degustando, quam fusus tractando (ne jejunum penitus lectorem abire sinamus) illud unum modo dicemus de Eucharistia, quatenus est sacrificium a Domino institutum, ac sacerdotibus novæ legis traditum offerendum. Tam amplii sacerdotii ac sacrificii symbola cum mille fere modis fuerint olim per veterem legem divinitus præmonstrata atque prædicta, factis sit in præsentiarum illa paucis commemorasse, quæ in Rege & sacerdote Melchisedech sunt quibusdam non obscuris certe figuris expressa, atque oraculo prophetico consignata; dicente de Christo David, & quid dico David? immo ipso Deo Patre: *Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech.* Unde in hanc sententiam Cyprianus (l): *Item, inquit, in sacerdote Melchisedech sacrificii Domini sacramentum præfiguratum videmus, secundum quod divina Scriptura testatur, & dicit (m): Et Melchisedech Rex Salem, protulit panem & vinum. Fuit autem sacerdos altissimi, & benedixit Abraham. Quod autem Melchisedech typum Christi portaret, declarat Spiritus sanctus in Psalmis, ex persona Patris ad Filium dicentis (n): Ante Luciferum genui te: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Qui ordo utique hic est de sacrificio illo veniens, & inde descendens, quod Melchisedech sacerdos Dei summi fuit, quod panem & vinum obtulit, quod Abraham benedixit. Nam quis magis sacerdos Dei summi, quam Dominus noster Jesus Christus, qui sacrificium Deo Patri obtulit, & obtulit hoc idem quod Melchisedech obtulerat, id est, panem & vinum, suum scilicet corpus, & sanguinem? Hæc Cyprianus. Cum*

(l) Cyprianus ad Cæcilium ep. 63. c. 14.

(m) Genes.

(n) Psal.

109.

LI.

Cum vero idem Dominus istud ipsum Apostolis suis faciendum præcepit: satis expressit, suum sacerdotium & cum eo sacrificium voluisse ad posteros propagari. Unde idem Cyprianus (a) de iisdem agens, hæc subdit: Si Jesus Christus Dominus & Deus noster ipse est summus sacerdos Dei Patris, & sacrificium Patri se ipsum primus obtulit, & hoc fieri in sui commemorationem præcepit, utique ille sacerdos vice Christi vere fungitur, qui id quod Christus fecit, imitatur; & sacrificium verum & plenum tunc offert in Ecclesia Deo Patri, si incipiat offerre secundum quod ipsum Christum videat obtulisse; & inferius: Et quia passionis ejus mentionem in sacrificiis omnibus facimus (passio enim Domini sacrificium est quod offerimus) nihil aliud quam quod ille fecit, facere debemus.

LII.

Id ipsum fecisse Apostolos, & universam Ecclesiam ab illis edoctam in universo mundo facere perseverasse, Irenæus (b) Polycarpi Joannis Apostoli discipuli auditor testatur sic dicens: Suis discipulis Dominus dans consilium primitias Deo offerre ex suis creaturis non quasi indigentibus, sed ut ipsi nec infructuosi, nec ingrati sint, eum qui ex creatura panis est, accepit, & gratias egit, dicens: Hoc est corpus meum; & calicem similiter, qui est ex ea creatura que est secundum nos, suum sanguinem confusus est; & novi testamenti novam docuit oblationem, quam Ecclesia ab Apostolis accipiens, in universo mundo offert Deo; & inferius: (c) Igitur Ecclesie oblatio, quam Dominus docuit offerri in universo mundo, purum sacrificium reputatum est apud Deum, & acceptum est ei; & post multa, dum in hæreticos invenitur: Quomodo, inquit, constabit eis, eum panem in quo gratia actæ sint, corpus esse Domini sui, & calicem sanguinis ejus, si non ipsum fabricatoris mundi filium dicant, id est, Verbum ejus? Quomodo autem rursus dicunt carnem in corruptionem devenire, & non percipere vitam, que a corpore Domini & sanguine alitur? Ergo aut sententiam mutant, aut absterneant offerendo que prædicta sunt. Nostra autem consonans est sententia Eucharistiae, & Eucharistia rursus confirmat sententiam nostram. Offerimus ei, que sunt ejus, congruenter communicationem & unitatem prædicantes carnis & spiritus. Quomodo enim qui est e terra panis, percipiens invocationem Dei, jam non communis panis est, sed Eucharistia ex duabus rebus constans, terrena & caelesti: sic & corpora nostra percipientia Eucharistiam, jam non sunt corruptibilia, spem resurrectionis habentia. Offerimus autem ei, non quasi indigenti, sed gratias agentes donationis ejus, & sanctificantes creaturam. Item-

(a) Cyprianus ad Cæcilium episcopus 63.

Sacerdotium cum Sacrificio propagationem.

(b) Irenæus lib. 4. cap. 32.

Apostoli sacrificaverunt.

(c) Idem eod. lib. c. 34.

que alibi hæc in eandem sententiam, agens adversus eosdem hæreticos carnis refectionem negantes: Quando ergo, inquit (d), & mixtus calix, & fractus panis percipit verbum Dei, sit Eucharistia sanguinis & corporis Christi, ex quibus augetur & consistit carnis nostræ substantia: quomodo carnem negant capacem esse donationis Dei, qui est vita æterna, & sanguine & corpore Christi nutritur, & membrum ejus? Hæc Irenæus (e) martyr, Apostolorum temporibus proximus, & discipuli Apostolorum auditor.

Ignatius (f) ipso antiquior, Apostolorum discipulus, sacerdos novæ legis contuivisse sacrificium offerre, sæpe testatur, & de ipsa Eucharistia ad Philadelphios in hunc modum scribit: Observo vos, ut una fide, una prædicatione, una Eucharistia utamini: una est enim caro Domini nostri Jesu Christi, & unus illius sanguis, qui pro nobis effusus est; & unus calix, qui pro omnibus nobis distributus est; unus panis, qui omnibus fractus est; unum altare omni Ecclesie, & unus Episcopus cum presbyterorum collegio & diaconis conservis meis; & ad Smyrnenfes (g): Rata Eucharistia habeatur, que sub Episcopo fuerit, vel cui ipse concesserit. Non liceat sine Episcopo baptizare, neque offerre, neque sacrificium immolare; hoc ipsum aliud non esse, quam sacram Eucharistiam conficere, eandemque panem esse caelestem, ac ipsam denique carnem & sanguinem Christi, ad diversos scribens inculcat. Quin etiam locum ejusdem Ignatii in dicta epistola ad Smyrnenfes Theodoretus in Impatibili, tertio dialogo, ex verbis ipsius sic recitat: Eucharistias & oblationes non admittunt; quod non constentur Eucharistiam esse carnem Salvatoris nostri Jesu Christi, que pro peccatis nostris passa est, quam Pater sua benignitate suscitavit. Hæc Ignatius apud Theodoretum; que miramur, sive librorum, sive interpretum vitio excidisse. Rursus idem ad Ephesios ait (h): Date itaque operam ut sæpius congregemini ad Eucharistiam; & in fine: Obedientes Episcopo & presbytero, frangentes panem unum, quod pharmacum immortalitatis est, mortis antidotum, vitam quoque Deo concilians per Jesum Christum, medicamentum purgans vitia, & omnia pellens mala. Quid ergo is panis sit, planius ad Romanos his verbis explicat (i): Panem Dei volo, panem caelestem, que est caro Filii Dei.

Justinus Martyr (j), & ipse etiam Apostolorum temporibus vicinus, de ejusmodi Eucharistie sacrificio satis explicite in ea oratione, quam ad Antoninum Pium Augustum scripsit, loquitur in hæc verba: Precibus finitis, mutuis nos invocem oculis salutamus. Deinde ei qui fratribus

(d) Idem lib. 5. cap. 1.

(e) Irenæus de Scrip. Eccles.

LIII. (f) Ignatius ep. 9.

(g) Ignatius ep. 10.

De sacrificio Eucharistie ex Ignatio.

(h) Ignatius ep. 14.

(i) Idem ep. 15.

LIV. Just. mart. or. ad Anton. prop. finem.

Et Justinus Martyr.

tribus præest, offertur panis & poculum aqua & vini: quibus ille acceptis, laudem & gloriam rerum universarum Patri; per nomen Filii & Spiritus sancti offert, & Eucharistiam sive gratiarum actionem, pro eo quod nos donis hisce dignatus sit, prolixè exequitur. Atque ubi ille preces & gratiarum actionem absolvit, populus qui adest omnis fausta approbatione acclamans dicens, Amen. Amen autem voce Hebræa, Fiat, significat. Præsidens vero postquam gratiarum actionem perfecit & populus universus approbatione letam comprobavit; qui apud nos vocantur diaconi atque ministri, distribuunt unicuique presentium, ut participent eum, in quo gratia actæ sunt, Eucharistiam, panem, vinum, & aquam, & ad absentes perferunt. Porro alimentum hoc apud nos appellatur Eucharistia: quod nulli alii participare licitum est, quam veram esse nostram doctrinam credenti, lavacro propter remissionem peccatorum, & regenerationem abluto, & ita ut Christum tradidit, viventi. Non enim ut communem panem, neque communem potum, istum sumimus: sed quemadmodum per verbum Dei caro factus Jesus Christus Salvator noster, & carnem & sanguinem salutis nostræ causam habuit: ad eundem modum etiam eam alimoniam, in qua per preces verbi ejus ab ipso profecti gratia sunt actæ, unde sanguis & caro nostra per mutationem aluntur, incarnati illius Jesu carnem & sanguinem esse, docti sumus. Nam Apostoli in commentariis a se scriptis, que Evangelia vocantur, ita tradiderunt præcepisse sibi Jesum: Eum enim, pane accepto, cum gratias egisset, dixisset: Hoc facite in meam commemorationem: Hoc est corpus meum. Et poculo similiter accepto, & gratias actis, dixisset: Hic est sanguis meus: ac solis ipsis ea tradidisset. Hæc Justinus, de cujus excellenti doctrina & rerum Ecclesiasticarum peritia, integritate, sanctitate, & fide suo loco uberius dicturi sumus.

LV.

Plura hic essent intextenda ex Tertuliano & Cypriano loca, nisi nos nimia prolixitas ab hac re avocaret. Sane quidem sive Cypriani sit, sive alterius, certe tamen ejusdem ferme ætatis auctoris & probate fidei est commentarius ille de Operibus cardinalibus: ubi cum agitur de cena Domini, de vero & vivifico sacrificio Eucharistie, deque veritate certaque panis & vini in corpus Christi verum transubstantiatione est verax atque fidelis assertio. Sed non est præsentis negotii, singulos Orthodoxos scriptores commemorare, qui a temporibus Apostolorum usque in præsens in Ecclesia floruerunt: satis sit prædictorum antiquorum Patrum testimoniis recensitis, pauca addere, que postea celebriores in Ecclesia doctores in

eandem sententiam sunt locuti; ac potissimum doctrina & pietate celeberrimus Hieronymus, sic dicens: (a) Recurre ad Genesim, & Melchisedech Regem Salem hujus principem invenies civitatis, qui jam tunc in typo Christi panem & vinum obtulit, & mysterium Christianum in Salvatoris sanguine & corpore dedicavit; & rursus de ipsis Christianis sacerdotibus: (b) Absit, inquit, ut de ipsis quam sinistram loquar, qui Apostolico gradu succedentes, Christi corpus sacro ore conficiunt, & per quos nos Christiani sumus; qui claves regni caelorum habentes, quodammodo ante Judicii diem judicant; qui sponsam Domini sobria castitate conservant. Idemque rursus alibi in hæc verba: (c) Ad episcoporum & presbyterorum preces, Christi corpus sanguisque conficitur. Idem ad Damasum de filio prodigo: Christus, inquit, quotidie Fidelibus immolatur; & alibi: (d) Nec Moyses dedit nobis panem verum, sed Dominus Jesus; ipse convivia, & convivium; ipse comedens, & qui comeditur: illius bibimus sanguinem, & sine ipso potare non possumus: & quotidie de sacrificiis ejus, de gemine vitis ejus vera & vinea Sorec, qua interpretatur electa, rubentia, musta calcamus.

Non possum tacere Ambrosium, (e) cum de eodem sacrificio his usus est verbis: Ego Domine, memor veneranda passionis tuæ, accedo ad altare tuum, licet peccator, ut offeram tibi sacrificium, præ quod tu instituisti, & offerri præcepisti in commemorationem tui pro salute nostra. Id quomodo conficiatur, alibi sic explicat: (f) Tu forte dicitis: Meus panis est ustus. Sed panis iste, panis est ante verba sacramentorum: ubi accesserit consecratio, de pane fit caro Christi. Hoc igitur astruamus. Quomodo potest, qui panis est, corpus esse Christi? Consecratione. Consecratio igitur quibus verbis est, & cujus sermonibus? Domini Jesu. Nam reliqua omnia que dicuntur, laudem Deo deferunt: oratio præmittitur pro populo, pro Regibus, pro cæteris. Ubi venit ut conficiatur venerabile sacramentum, jam non suis sermonibus sacerdos, sed utitur sermonibus Christi. Ergo sermo Christi hoc conficit sacramentum. Quis sermo Christi? nempe is quo facta sunt omnia. Et paulo post: Ego tibi ut respondeam, non erat corpus Christi ante consecrationem, sed post consecrationem; dico tibi quod jam corpus est Christi: Ipse dixit, & factum est: ipse mandavit, & creatum est.

Augustinus iridem de eodem ipso sacrificio hæc ait: (g) Id enim sacrificium, successit omnibus illis sacrificiis veteris testamenti, que immolabantur in umbra futuri: propter quod etiam vocem illam

(a) Hier. ep. 87. Ex Hieronymo.

(b) Hier. ep. 12.

(c) Hier. ep. 85. ad Ev.

(d) Hier. ep. ad Hædit. 150. q. 22.

LVI. Ex Ambrosio. (e) Ambrosius orat. præf. ad Miss. 1.

(f) Ambrosius de Sacram. 1. 4. cap. 4.

LVI. Ex Augustino. (g) Augustinus de Civ. Dei lib. 17. c. 200.

in Psalmo decimonono ejusdem mediatoris per prophetiam loquentis agnoscimus: Sacrificium & oblationem noluit, corpus autem perfecisti mihi: quia pro illis omnibus sacrificiis & oblationibus corpus ejus offertur, & participantibus ministratur; & alibi (a) de oblato eodem sacrificio ad pellendos demones hæc ait: Rogavit nostros, me absente, presbyteros, ut aliquis eorum illo pergeret, cujus orationibus cederent. Perrexit unus, obtulit ibi sacrificium corporis Christi, rogans quantum potuit, ut cessaret illa vexatio: Deo protinus miserante, cessavit. Itemque alibi (b): Jam Christiani peracti ejusdem sacrificii memoriam celebrant sacrosancta oblatione, & participatione corporis, & sanguinis Christi. Sed quomodo id fiat, alibi sic declarat (c), agens contra Faustum Manichæum: Noster autem panis & calix, non quilibet (quasi propter Christum in spicis & in sarmentis ligatum; sicut illi desipiunt) sed certa consecratione mysticus fit nobis, non nascitur. Proinde quod non ita fit, quamvis sit panis & calix, alimentum est refectionis, non sacramentum religionis, &c. Nonne eadem & Græci?

(a) Aug. de Civit. Dei lib. 22. c. 8.

(b) Aug. contra Faust. lib. 20. c. 18.

(c) Aug. contra Faust. lib. 20. c. 13.

LVIII. Ex Cyril. Io.

(d) Cyril. Ius Ca. zech. my. sag. 5. (e) Cyril. Carach. myst. 4.

(f) Chry. sol. hom. de prod. Jud.

LIX.

Multi his essent addenda, sed hæc nos cursim ad alia festinantes. Neque tamen prætermittendum, quod cum multa sint hujus sacrificii nomina, illud est antiquis-

simum, & apud Latinos usitatius atque frequentius, Missa: quod quidem (sicut & Christiana fides profiteretur) ex Hebraica vel Chaldaica nomenclatura acceptum esse videtur. Quod enim in nostra Vulgata legitur, Spontanea (g) oblatio, Hebraice, & Chaldaice dicitur, Missah, quam offerebant Domino in gratiarum actionem de fructibus terræ, qua & vescebantur in templo cum recordatione præteritæ servitutis, & ab eadem liberationis. Quæ quidem omnia cum optime conveniant prædicto a Christo instituto sacrificio; eo potius majores nostri usi sunt nomine, quam cuiuspiam alterius sacrificii: nam & ea potissimum ratione ab illis id factum esse videtur, quod spontanea recolatur prima illa sui ipsius a Domino nostro Jesu Christo facta oblatio, de qua Isaias (h): Oblatus est quia ipse voluit. Et Dominus de se ipso (i): Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Et quod scriptum est in Psalmo (k): Holocaustum & pro peccato non postulasti: tunc dixi: Ecce venio. Sane quidem creditur ejusmodi nomen ab ipsis Apostolis Petro & Paulo, ex Hebraicis fontibus, traditum esse Romanis: quod & Jacobus Hierosolymorum Episcopus, idemque Apostolus & frater Domini tradidit suis; nam eadem usus est voce in sua, quam posteris reliquit, Missa, de cujus certa fide ac veritate suo loco pluribus agemus.

(g) Dant. 16. Missæ nom. men.

(h) Isai. 53. (i) Joan. 10. (k) Psal. 39.

LX.

Ea voce usa videtur suo ipsius exordio Romana Ecclesia: nam Pius Papa proximus Apostolorum temporibus, scribens ad Justum Episcopum Viennensem, idem sacrificium Missam vocans, sic dicit (l): Soror nostra Euprepia, sicut bene recordaris, titulum domus sue pauperibus assignavit: ubi nunc cum pauperibus nostris commorantes, Missas agimus. Hæc ille. Item Cornelius Papa epistola ad Lupicinum Viennensem Episcopum his utitur verbis: Publice, neque cryptis notioribus Missas agere Christianis licet. Eodem usi sunt nomine cæteri Romani Pontifices quos longum esset singulatim recensere. In Concilio Romano (m) sub Silvestro, in Concilio Carthaginensi (n) secundo, in Concilio Agathensi (o), & aliis, Patres qui interfuerunt, eodem quoque Missæ nomine ipsum incruentum sacrificium nominarunt, sicut & Ambrosius (p), Augustinus (q), Victor Uticensis (r), ac denique cæteri, & post ipsos recentiores omnes. Cæterum quod ad ipsum sacrificii ritum spectat, opportuniori loco agemus.

Ufus vocis ejus in Rom. Ecclesia. (l) Habetur tot. bibliothec. sanctorum Patrum. (m) Conc. Rom. sub Silvestro in fine. (n) Conc. Carth. 2. can. 3. (o) Conc. Agath. c. 47. (p) Ambros. ad Marc. ep. 33. (q) Aug. de temp. 25. (r) Vitis de pers. Uvan. lib. 2.

LXI. Ufus Cæsar. Domi. nicæ.

Ut autem ad ipsam Dominicam cœnam redeamus, quam cœptam esse a Domino ejus diei hora vespertina constat: remansit ea consuetudo apud nonnullas Ecclesias, ut etiam vespere, sed a jejuniis,

nis, idem sacrificium offerretur. Viguifese eundem usum in Ecclesia Africana olim, auctor est Cyprianus (a). Id ipsum, sed post sumptum cibum, de Ecclesia Alexandrina testatur Sozomenus (b). Augustinus (c) autem ad Januarii mensis, id semel in anno in Cœna Domini, & nonnisi a jejuniis fieri solitum asserit, dum ait: Quæris enim his verbis, quid per quintam feriam ultimam hebdomadis Quadragesimæ fieri debeat: an offerendum sit mane, & rursum post cœnam, propter illud quod dictum sit: Similiter postquam cœnatum est: An jejunandum & post cœnam tantummodo offerendum: an etiam jejunandum, & post oblationem, sicut facere solebant, cœnandum? &c. Vespertinam etiam Missarum mentio habetur in Concilio (d) Agathensi.

(a) Cyprian. ep. ad Cacil. 63. (b) Sozomen. hist. lib. 7. c. 10. (c) August. ad Jan. ep. 118.

(d) Concil. Agath. apud Gratian. de consecr. dist. 5. c. convenit.

Cæterum quoniam diversa erat aliquarum Ecclesiarum consuetudo, passimque post cœnam sacrificium offerebatur, eam sustulit in Africa Concilium Carthaginense (e) tertium statuens ut a jejuniis semper, excepta ipsa die anniversaria Cœnæ Domini, offerretur. Sed hæc etiam fuerunt contrariis legibus abrogata (f) ac penitus antiquata, ob eam potissimum causam quod universalis Ecclesiæ vetus consuetudo contraria esset, cum ut nonnisi a jejuniis sacra Eucharistia sumeretur, antiquitus observatum esse videretur: id affirmat Tertullianus (g): dum ad uxorem scribens ait: Non sciet maritus quid secreto ante omnem cibum gustus. Cyprianus (h) (ut vidimus) id ipsum confirmat; & quod in melius mutatum sit, rationem reddit. Itemque Augustinus de his agens, ait: Liquido apparet, quando primum acceperunt discipuli corpus & sanguinem Domini, non eos accepisse jejunos. Numquid tamen propterea calumniandum est universæ Ecclesiæ, quod a jejuniis semper accipitur? Et hoc placuit Spiritui sancto, ut in honorem tanti sacramenti, in os Christiani prius Dominicum corpus intret, quam cæteri cibi. Nam ideo per universum Orbem mos iste servatur. Neque enim quia post cibos dedit Dominus, propterea præsumpti vel cœnati fratres ad illud sacramentum accipiendum convenire debent, aut sicut faciebant quos Apostolus arguit & emendat, mensis suis ista miscere. Hæc & alia de his Augustinus, reddens rationem qua de causa id dominus voluerit vespere instituisse. Græcos etiam conficere ac sumere consuevisse semper jejunos ante cœnam, testatur Gregorius Nazianzenus (i); qui & multis disputat, Ecclesiam Dei non omnia quæ a Christo facta sunt eodem tempore quo ille, facienda, majorum traditione suscepisse: idemque adversus illos invehitur, qui eo prætextu differebant sanctum baptismum in annum.

(e) Conc. Carth. 3. can. 29. (f) Concil. Laod. can. 5. & Sext. Synod. cap. 29.

(g) Tertull. ad uxorem. l. 2. c. 5. (h) Cyprian. ep. 63.

(i) Greg. Naz. orat. in sancti baptis.

sue ætatis trigessimum, quod eundem annum agens Christus voluerit baptizari.

Confecta igitur a Domino Jesu Christo sacratissima Eucharistia, distribuit ipsam Apostolis. An autem eandem Judæ impartierit, cum tradidit eidem buccellam (k) intinctam, & post buccellam introivit in eum satanas, atque ad accelerandam proditorem inde recessit? Scimus S. Augustinum (l) ejus fuisse sententiæ, ac firmiter affirmasse, Judam nequaquam tunc sacram Eucharistiam cum cæteris participasse; sicque dicit: Non, ut putant quidam negligenter legentes, tunc Judas Christi corpus accepit: intelligendum est enim quod jam his omnibus distribuerat Dominus sacramentum corporis & sanguinis sui, ubi & Judas erat, sicut S. Lucas evidentissime narrat: & deinde ad hoc ventum est, ut secundum narrationem Joannis apertissime Dominus per buccellam intinctam atque porrectam, suum exprimat traditorem: fortasse per panis intinctionem, illius significans fictionem. Hæc ille, qui tamen sicut ibi, ita & aliis in locis, Eucharistiam eum accepisse tradit dum ait (m): Christus quid nobis fecit, qui traditorem suum tanta patientia pertulit, ut ei primam Eucharistiam, confectam manibus suis, & ore suo commendatam, sicut cæteris Apostolis tradiderit; & alibi (n): Traditorem enim suum, qui jam pretium ejus acceperat, usque ad ultimum pacis osculum inter innocentes secum esse perpeffus est: quibus non tacuit, esse inter illos tanti sceleris hominem: & tamen primum sacramentum corporis & sanguinis sui, nondum illo excluso, communiter omnibus dedit. Hæc Augustinus. Affirmat hoc ipsum S. Joannes Chryostomus (o) dum ait: Adfuit Judas, & illius sacrificii communicationem meruit; & paulo post: In illum post communicationem, diabolus intravit, non quia contempserat Dominicum corpus: sed quia impudentia, Judæ, & malignitas mentis, ut adversarius in eo habitaret, effecit: ut discas quod indigna & fucata mente mysteriorum secreta celebrantibus a diabolo preparantur insidiæ. Hæc eadem Cyrilus (p), & alii complures, quos omitimus numerare.

LXII.

(k) Joan. 13.

(l) August. in Joan. 13. tract. 62. An Judas accepit Eucharistiam.

(m) Aug. in Ps. 10.

(n) Aug. ep. 163.

(o) Chry. sol. hom. de prod. Judæ.

(p) Cyril. in Joan. c. 13. Cyrill. Jos. c. 13.

LXIII.

Cæterum & nos his assentientes, sic dicimus Judam una cum cæteris sacratissimam Eucharistiam participasse, ut tamen nequaquam illis assentiamur qui putarunt buccellam illam intinctam fuisse Eucharistiam; sed potius existimamus panem illum, quem (ut dictum est) initio secundæ mensæ intingebant in pultem, seu embamma ex lactucis agrestitibus confectum, ut ex Rituali libro antiquo Judæorum superius est demonstratum: sicque intinctio illa, ex more, Eucharistiam præ-

Judas quando cœnavit.

cesserit. Secundum igitur dictum Judaeorum ritum dicere opus est, rem gestam eo esse ordine, quo a Joanne recensetur; nimirum post pedum abluionem de sua prodicione Jesum sermonem habuisse, tunc & Joanni de proditore roganti signum, illud per intinctam buccellam dedisse. Sed quod dicit, accepta buccella, continuo exisse; id quidem non ita accipiendum. putamus, ut tunc temporis statim, & nulla interposita mora, abierit: sed quod velut furore quodam percitus non expectaverit prolixam illam mirificam, post cenam habitam a Domino orationem: nam S. Lucas aperte testatur, Judam cum cæteris permansisse usque ad finem communicationis Eucharistiæ, postquam nihil jam videbatur esse reliquum, in mensa (secundum prædictum Judaeorum ritum) quo potuerit panis intingi, sicque nec dici posse videtur illum, panem intinctum fuisse Eucharistiæ: nam Evangelistarum testimonio constat, non simul utrumque, sed seorsum, primoque panem, inde vero vinum suis verbis sacrasse, ac propinasse. Sed hæc satis. Non præterimus tamen dicere, quod calix ille, in quo Redemptor noster Jesus Christus sacratissimam Eucharistiæ consecravit, ut egregium tantæ rei monumentum, a communi usu selectus, ac summa industria asservatus, adhuc Bedæ temporibus Hierosolymis visebatur, de quo hæc ipse

(a) Beda de locis sanctis c. 22.

LXIV. (a) Beda de locis sanctis c. 22.

(c) Matt. 26. Marc. 14. Luc. 22. Joan. 13. Conc. c. 133.

(d) Joan. 13. 14. 15. 16. 17. Concord. c. 134.

(e) Matt. 26. Marc. 14. Luc. 22. Joan. 13. Conc. c. 137.

Quisnam vero fuerit hymnus ille, quem Dominus post cenam dixit, haud certo compertum habetur. Scimus auctore Augustino (f) ad Ceretium Episcopum scribente, olim circumferri solitum Hymnum quemdam hac inscriptione notatum: Hymnus Domini, quem dixit secreta sanctis Apostolis discipulis suis: quia scriptum est in Evangelio: Hymno dicto, ascendit in montem: sed in scripturis apocryphis illum reperiri, quibus Priscillianistæ hæretici potissimum uterentur, idem testatur: qui & ex eo nonnulla verba recitans, illorum imposturam detegit. Verum quisnam hymnus ille fuerit, quem Judæi post esum Paschæ dicere consueverint, ex antiquo eorum Rituali libro, ubi ipsorum cærimoniarum habentur descriptæ, proditur: nimirum moris fuisse in aliorum solemnium coenis alios ac diversos dicere psalmos ad mysterium ejus diei accomodatos, in Paschali autem cæna recitari solitum psalmum centesimum decimum tertium, qui incipit: *In exitu Israel de Aegypto*, & alios perbreves. Cæterum haud ignorandum est, exemplo Domini laudabilem illam consuetudinem in Ecclesia coaluisse, ut in mensa gratiarum actiones ab omnibus dicerentur; quales illæ essent, quibus Orientales uti consueverint, Joannes Chrysostomus (g) docet: cæteras vero antiqui Ecclesiæ Rituales libri exhibent.

LXV. De Hymno in Cœna dicto. (f) Aug. epist. 253.

(g) Chryf. ad pop. Antioch. hom. 57.

Cum accessisset Jesus in montem Oliveti, ingressus (b) in villam quæ dicitur Gethsemani, ubi erat hortus, suos orare admonens: assumptis secum Petro, Joanne, & Jacobo seorsum a cæteris, pavore ac mæiore affectus (eas enim communes cæteris animi passiones prudens volensque suscepit) avulsus ab illis jactu lapidis, Patrem rogans, ut, si possibile esset, a se calicem passionis transferret; eundem sermonem non semel, sed iterum ac tertio repetiit, cum interdum dormientes discipulos excitaret. Ei vero sic oranti apparuit Angelus confortans eum: sed cum prolixius oraret, in agonia positus est, factusque sudor ejus sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Locus ille ubi hæc contigerunt, ad radices montis Oliveti positus, tantæ rei nobilitatus insignibus, quasi trophæis victoriæ Christi, præclara postmodum desuper erecta ecclesia (ut auctor est Hieronymus i) est mirifice illustratus. Addit Beda (k) petram ipsam, super quam Dominus orans flexis genibus innixus est, quasi mollem ceram cessisse, in seque genum ejus vestigia recepisse; ipsumque lapidem, ut insigne tanti miraculi monumentum, intra ecclesiam translatum, & parieti affixum, cunctisque factum perspicuum. Accepimus ab his qui hæc viderunt, etiam in imo vallis, quam torrens Cedron præterfluit, in lapidibus ipsis ejusdem Christi

(i) Hier. de locis Hebraicis. (k) Beda de locis sanctis. c. 66. in fine.

Do.

LXVII. Quid Christus cum invaditur. (a) Matt. 26. Marc. 14. Luc. 22. Joan. 18. Conc. c. 137.

Domini nostri vestigia pedum impressa remansisse, hætenusque servata esse. At historiam Evangelicam persequamur. Venit interim (a) Judas cum militum cohorte, quibus signum dederat (ne novis tenebris decepti, in alium quempiam manus injicerent) ut, quem ipse osculatus esset, tenerent ac ducerent. Cumque osculatus eum esset, ipse Dominus se ultro obtulit illis, rogans quem quærent: seque illum esse manifestans, retrosum abeuntibus illis, atque in terram cadentibus, iterum eisdem eodem modo interrogans, tandem se ab illis teneri permisit. Sed quid tunc magno animo Petrus, amans cupidusque Christi salutis, generoso accensus amoris ardore; quid inquam fortiter gesserit; quomodo entem exerens, Malchum servum Principis sacerdotum invaserit, & auriculam dexteram eidem amputaverit, omnes sciunt. At Jesus ejusmodi tumultum compefcens, & Malcho amputatam aurem restituit, & Petrum cohibuit; ac perquam modeste conversus ad Principes sacerdotum, & alios Judæorum qui venerant cum militibus, redarguit.

LXVIII. Joannes in Sindone.

(b) Ambrosius in Psal. 36.

(c) Greg. 14. Moral. c. 13. (d) Beda in Marc. c. 14.

LXIX. Non Jacone in sindone.

(e) Epiph. heres. 78.

Discipuli dehinc omnes relicto eo fugerunt & qui sequebatur eum adolescens amictus sindone super nudo, cum teneretur, ea relicta, nudus aufugit. Creditur hic fuisse Joannes (b), veste adhuc cœnatoria indutus, ut superius est dictum, cum de cœna Domini actum est. Par est existimare (si in rebus dubiis agere conjectura licet) amantissimum Jesu discipulum, cum Judæ prodicionem cæteris manifestius cognovisset, vehementi quodam mæiore affectu, Dominique tantum memorem, profunda sui ipsius oblivione sepultum, nihil de sumendis suis vestibus cogitasse; & cum nox esset, quando e cœnaculo recesserunt, per facile id ipsum & alios præterisse potuit. Fuisse hunc Joannem Evangelistam, Ambrosius in primis testatur, itemque Gregorius (c) Beda (d), & alii complures. Si quis autem ex recentioribus ab hac opinione dissentit, inde potissimum accidit, quod causam cur Joannes super nudo sindone amictus esset, ignoravit.

Sicut igitur in hanc de Joanne opinionem procliviores sumus: ita ab illis penitus dissentimus, qui opinati sunt hunc adolescentem amictum sindone fuisse Jacobum fratrem Domini, cognomento Justum; ea potissimum adducti ratione, quod Hegeppus de eo scripserit (ut dicemus suo loco) atque alii testati sint, ipsum amictum sindone incedere solium esse. Nam tantum abest, ut Jacobus his temporibus adolescens ætate fuerit, quin potius jam senex dicendus esset: etenim de eo testatur Epiphanius (e), ipsum fuisse ætatis annorum nonaginta sex, cum martyrium

consummavit; quod contigit (ut auctore Josepho, Eusebio, atque Hieronymo inferius dicemus) anno septimo Neronis Imperatoris, qui est Domini sexagesimus tertius: qua ratione dicendum est, Jacobum annis trigintatribus Domino ætate fuisse majorem. Certe quidem, quod his temporibus tantæ fuerit æstimationis apud omnes, ut ob virtutum excellentiam, cognomento Justus ab omnibus diceretur, (quem titulum nonnisi post diuturnum experimentum absolutissimæ vitæ consecutum fuisse, est æquum existimare) eum nonnisi provectiorem ætate fuisse, dicendum esse videtur. Quamobrem cum hæc de adolescente dicta, potius Joanni quam alteri cuipiam aptari possint; nihil est quod a Domino tutus est redditus; quod dixisset: *Si ergo me quæritis, finite hos abire*; nam & illud implendum erat, quod idem Dominus super prædixerat: *(f) Venit hora, & jam venit, ut dispergamini unusquisque ad propria, & me solum relinquantis; & illud: Percutiam pascuam, & dispergentur oves gregis.* Sed licet fuerit casu concussus; tamen vis amoris, ut ad Dominum in domum Pontificis reverteretur, effecit. Sed de his infra. At scimus de hac re diverfam diversorum esse sententiam. Quicquid autem sit, non amplius immorandum in his, sed cætera magis necessaria scitu ex instituto nobis persequenda sunt.

(f) Joan. 16. Marc. 14.

In hunc (g) modum Jesus Dominus noster a militibus pressus, primo ad Annam ducitur, non quod ipse esset summus sacerdos, eo quippe Caiphas munere fungebatur; sed (quod diximus superius antequam quintodecimo Tiberii Imperatoris, ac fufus de eadem re disputavimus) quoniam tunc ipse Anna præfectus erat magno Concilio septuagintaduorum seniorum, quod Sanedrin appellabant, cujus officium erat de Propheta atque doctrina cognoscere & judicare. Unde Anna Pontifex jure ex officio Christum interrogabat (h) de discipulis ejus atque doctrina. Cum autem responderet Jesus se nihil usquam in occulto esse locutum, sed palam docuisse populum: hac dicendi libertate in deteriorem partem accepta, unus ex ministris infixit illi alapam. At quoniam non erat liberum Annæ, absque magno illo Concilio causam judicare, ac ferre sententiam, misit Jesum ligatum ad Caipham summum sacerdotem, apud quem comitia haberentur.

LXX. Cur Jesus primo ad Annam.

(h) Joann. 18.

Interim (i) Petrus, qui Jesum sequebatur a longe, introducit ab alio discipulo, qui Joannes putatur, in atrium summi sacerdotis: ubi tertio requisitus ab ancilla ostiaria an Christi discipulus esset, tertio negavit. Cantante interim gallo, recordatus Petrus quod dixerat ei Jesus; Priusquam gallus cantet bis, ter

LXXI. Petri negatio.

me negabis; egressus foras, facti poenitens, coepit flere. Sed hæc longe pluribus Evangelistæ, quæ brevi quadam summa contraximus: qui quidem nec sibi invicem adverstantur, dum alii a Domino dictum Petro tradunt: *Antequam gallus cantet, ter me negabis.* Marcus vero dicat: *Prius quam gallus cantet, bis;* nam (a) duplex fertur gallicinium, primum post sextam horam noctis, secundum post horam decimam in quarta vigilia. Hæc omnia (b) Petro contigisse in atrio Caiphæ summi sacerdotis, libentius assentimur. Nam & si ex verbis Joannis in domo Annæ primum facta esse videantur: tamen verba illa de Petro prius narrata ea occasione videntur, quod cum de eo semel dicere coepisset ipsum & alterum discipulum secutos esse Jesum, cetera quæ Petro contigerunt postea, eidem orationi simul junxit.

(a) Covin. Jansf. Concord. cap. 238. Marc. cell. de horis can. c. 47.
(b) Cor. Jansf. Concord. cap. 238.

LXXII. Ludibria quæ expertus est Jesus. (c) Matt. 27. Marc. 15. Luc. 22.
(d) Luc. 22.

(e) Matt. 27. Marc. 14.

(f) Mat. 26. Marc. 15. Luc. 22.
(g) Matt. 26. Marc. 14.

Cum igitur ad Caipham summum Pontificem Christus perductus esset, quo magnum illud septuaginta duorum seniorum summo (c) mane cogendum Concilium erat, atque hoc expectaretur: viri (d) qui tenebant Jesum, illudebant ei. Et quoniam quaestio de eo habenda erat, an esset Propheta: id prius illi experturi, velantes eum, percutiebant faciem ejus, & interrogabant eum, dicentes: *Prophetiza, quis est qui te percussit? & alia multa blasphemantes dicebant in eum.* Hæc ergo cum ante coactum Concilium, Lucas accidisse conscribat, Matthæus (e) vero atque Marcus post sententiam mortis in eum latam facta dicant: eandem contumelias a perfidissimis atrocissimisque ac procacibus illis ministris iterum repetitas esse adversus Dominum Jesum, facile possumus intelligere. Mane (f) ergo coacto Concilio, Principes sacerdotum (g), & omne Concilium quærebant falsum testimonium contra Jesum, ut eum morti traderent: & non invenerunt, cum multi falsi testes accessissent: Novissime autem veniunt duo falsi testes, & dixerunt: *Hic dixit: Possum destruere templum Dei, & post triduum reedificare illud.* Cumque hæc & alia ab aliis aliter dicerentur, nec convenientia essent eorum testimonia, nec Christus ad ea responderet: summus sacerdos Caiphæ cupidus mortis Jesu, ut qui antea in alio eorumdem conventu, Christum occidendum esse, sententiam tulerat; moræ impatiens, paucis causam aboluturus, sic captiose demum Jesum alloquitur: *Adjuro te per Deum vivum, ut dicas nobis si tu es Christus filius Dei.* Dicit illi Jesus: *Tu dixisti; veruntamen dico vobis, amodo videbitis filium hominis sedentem a dextris virtutis Dei, & venturum in nubibus celi.* Tunc Princeps sacerdotum scidit vestimenta sua, dicens: *Blasphema-*

vit, quid adhuc egemus testibus? ecce nunc audistis blasphemiam, quid vobis videtur? At illi respondentes dixerunt: *Reus est mortis.* Hæc Matthæus & Marcus.

Quod autem dicunt, scidisse Caipham vestimenta sua, ac de dicta blasphemia calumniatum esse Jesum: scire debemus, moris fuisse apud Hebræos, cum quid contra divinum honorem factum dictumve esset; qui hæc audirent, sua vestimenta scindere consuevisse. Unde apud Hieremiam (b) datum est crimini Regi & servis ejus, quod cum propheticus liber igni traditus esset, ipsi videntes, non scidissent vestimenta sua; sicut (i) fecisse constat Ezechiam Regem, cum Rabfacis blasphemias audisset. Quamobrem & severissime (k) ultus est Deus in Herodem Agrippam, qui cum divinos honores factis acclamationibus populi sibi impartitos non repulisset, nec, ut par erat, vestem regiam scidisset, continuo percussus interiit. Hac autem consuetudine cæteri, haud tamen sacerdotes tenebantur: nam divina lege (l) sacerdotibus vetitum erat, ne sua scinderent vestimenta: sed Caiphæ illa contempta, quo cæterorum astantium animos in Christi perditionem magis ac magis concitaret, furore quodam percitus, primus summorum omnium Pontificum (quorum sit memoria) sic sua vestimenta scidit.

LXXIII. Caiphæ scidit vestes suas.

(b) Hier. 36.

(i) Isaiæ 37. & 4. Reg. 19.
(k) Act. 12.

(l) Levit. 10. & 21.

Dixi, sic, nempe causa blasphemiae, scidisse vestem sacerdotalem, præter morem summorum Pontificum, & contra legis præceptum. Nam si Jonathas summus sacerdos in libro (m) primo Machabæorum dicatur scidisse vestimenta sua, id non causa blasphemiae fecit, neque vestem sacerdotalem scidit, de qua in (n) Levitico: *Quod vestitus sit summus sacerdos sanctis vestibus, vestimenta sua non scindet, sed vestem militarem.* Erat enim non in procinctu tantum, sed in conflictu ipso, atque ob turpem suorum militum fugam, militarem, ut dixi, vestem scidit, imitatus dux ducem (o) Josue, qui & ipse ob cladem bello acceptam scidit vestimenta sua, ipse inquam, non autem Eleazarus summus sacerdos, qui veste sacerdotali indutus extra prælium esset. Cæterum non solum lucus causa, sed neque blasphemiae (quod majus) reperitur aliquando summus sacerdos scidisse sibi vestem, aliis ea de causa suam scindentibus. Afferemus hic duo exempla potissima. Cum murmuravit contra Deum, atque (ut divina Scriptura dicit) detraxit Deo (p) populus Israël in deserto: sciderunt principes populi vestimenta sua, Moytes autem & Aaron nequaquam, quod scirent id Dei lege vetitum, sed tantummodo ad orandum prostraverunt se in terram. Sic etiam tempore (q) Ezechiae Regis, cum urge-

LXXIV. Mach. 11.

(m) Mach. 11.
(n) Levit. 21.

(o) Jos. 7.

(p) Num. 14.

(q) 4. Reg. 38. 39. & Isa. 36-37.

ret dies ille blasphemiae (ita a divina Scriptura nominatus) tam Rex ipse quam Principes ejus sciderunt sibi vestimenta: Azarias autem qui tunc erat summus sacerdos, ut in posteriori libro (a) Paralipomenon legitur, nequaquam vestimenta scidisse invenitur; nimirum quod sciret lege divina prohibitum. Muniantur hæc nostra præterea auctoritate S. Leonis (b) Papæ Caiphæ pluribus detestantis, quod contra legis præceptum sua sciderit vestimenta. Hæc novæ objectionis occasione oportuit addidisse, atque fusius declarasse; jam cœpta profequamur.

(a) 2. Par. 23.
(b) Leo de pass. Dom. serm. 6.

Igitur cum sententia (c) summi Pontificis Caiphæ, ac totius Concilii, morte damnatus esset Dominus Jesus, eundem vincum tradiderunt Pontio Pilato Præsidi. Tunc videns Judas, qui eum tradidit, quod damnatus esset, poenitentia ductus retulit triginta argenteos Principibus sacerdotum, detestans quod patrarat grande scelus. Illi inuito consilio emerunt agrum in sepulturam peregrinorum: qui quod ex pretio sanguinis emptus esset, appellatus est Acheldema, hoc est, ager sanguinis. Judas vero in desperationem tanto crimine actus, abiens laqueo se suspendit, sicque suspensus (d) crepuit medius, & diffusa sunt omnia viscera ejus. Atque hæc cumulatus Evangelistæ. De miserando Judæ interitu S. Augustinus (e) agens, eum non statim ac retulit triginta denarios, sibi manus intulisse, sed post mortem Salvatoris, testatur. Græci auctores (f) ex Papiæ, ut ajunt, ejusmodi de interitu Judæ narrant historiam: Judas suspendio e vita non discessit, sed supervixit: suspensus enim defectus est, priusquam suffocaretur: hoc autem planius scripsit Papias Joannis Apostoli discipulus, dicens: *Ad magnum impietatis exemplum in hoc mundo permansit Judas; in tantum enim corpore inflatus, ut progredi non posset, cum curru levi cursu pertransiret, curru compressus est, ita ut effunderentur ejus intestina. Vel alio modo sic; duplex enim est lectio) corpore enim adeo inflatus est, ut neque posset progredi, qua curru levi cursu pertransibat. Immo nec solus capitis tumor: siquidem & palpebras oculorum ejus adeo intumuisse ferunt, ut lumen omnino videre non posset; oculi vero ejus neque medici instrumenti adminiculo aperiri possent, tanta profunditate ab exteriori aspectu erant separati: porro sanies ac vermes contumeliose confluentes ex toto ipsius corpore, ferebantur, egredientes per sola loca secretiora. Post vero multa tormenta & justas ultiones, cum in suo prædio, ut ajunt, mortuus esset; præ fetore illud desertum permansit, & inhabitatum usque ad hodiernum diem: sed neque ad hoc usque-*

LXXV. (c) Matt. 27. Marc. 15. Luc. 22. & 23. Concord. c. 140.
(d) De Judæ interitu.

(e) S. Aug. in quasi. super Testamentum novum quasi. 94.
(f) Occumen. in Act. Apost. cap. 1. in rhytm. in Matt. c. 26. Cæren. in compend.

(d) Act. 11.

(e) S. Aug. in quasi. super Testamentum novum quasi. 94.
(f) Occumen. in Act. Apost. cap. 1. in rhytm. in Matt. c. 26. Cæren. in compend.

tempus locum illum qui (quam præterire potest, nisi obturatis manu naribus. Hæc illi, ut dicunt, ex Papiæ, interpretantes Evangelistam Lucam dicentem in Actis: *Suspensus crepuit medius, & diffusa sunt omnia viscera ejus;* ut quæ facta sint, non quod simul statimque alterum post alterum fuerit subsecutum, dixisse voluerit. Sed an prædictæ historiæ vere Papias ille auctor, ut vera certaque habenda sit, relinquimus prudentis lectoris arbitrio: nam ne contradicant divinæ Scripturæ in his quæ Evangelistæ scripserunt de Juda, aliqua, ut vera esse probentur, indigent declaratione, sive censura; cum præsertim magis vera plurium testificatione Patrum probetur illa sententia, Judam ante Christi obitum laqueo sibi impacto vivendi finem imposuisse: quo enim impetu stimulo gravis culpæ adactus est reddere nummos, eodem pariter videri potest ad necem impulsus.

At nec illud prætermittimus dicere, LXXVI. majorum traditione acceptum esse, arborem illam, in qua Judas laqueo se suspendit, fuisse ficum. Juvencus (g) enim poeta de his agens, hæc cecinit:

Exorsusque suas laqueo sibi sumere pœnas, Informem rapuit ficus de vertice mortem.

(g) Juvenc. hist. Evang. lib. 4.

Beda (b) de locis sanctis scribens, hæc habet in eadem sententiam: *Portam David egredientibus fons occurrit in Austrum per vallem directus, ad cuius medietatem ab Occasu Judas se suspendisse narratur: nam & ficus magna ibi & vetustissima stat, juxta quod Juvencus ait, &c.* Haud mirum videri debet, adhuc Bedæ temporibus illam ficum fuisse superstitem: nam de ficu Romulea, Nerone tertium & Melsala Consulibus, in trunco ac ramis arescente, hæc scribit Tacitus (i): *Eodem anno Ruminalem arborem in Comitio, qua per octingentos & quadraginta ante annos Remi Romulique infantiam texerat, mortuis ramalibus, & arescente trunco diminutam, prodigii loco habitum est, donec in novos fetus revivisceret.* Hæc Tacitus. De loco autem illo qui in sepulturam peregrinorum emptus est pretio sanguinis, hæc scribit Hieronymus (k): *Acheldemâ ager sanguinis hodie quoque demonstratur in Ælia ad Australem plagam montis Sion: & hæc cæcis Hebræis juxta Judæorum concilium, mortuis cis ignobiles, alios terra tegit, alios sub dio putrefacit.*

Arbor suspensionis Judæ.

(b) Bedæ de locis sanctis c. 4.

(i) Tacit. Annal. lib. 3. in fine.

(k) Hieron. de loc. Hebræis c. 10.

Cum ergo Principes (l) sacerdotum introducuntur Jesum essent ad Pilatum, foras manserunt, nolentes ingredi Prætorium, ut non contaminarentur. Pilatus ad eos foras exiens, rogans causam cur eum

LXXVII. (l) Matt. 27. Marc. 15. Luc. 23. Jo. 18. Concord. c. 141.

eum adduxissent, cum nullam idoneam inveniret, in eos refundere iudicium cupiens, dixit: *Accipite eum vos, & secundum legem vestram iudicate eum.* At illi: *Nobis, inquit, non licet interficere quemquam.* Quibus sane verbis haud putandum illos intelligere voluisse de ferenda sententia capitis, quippe qui iam ante (ut ait Marcus a) condemnaverant eum esse reum mortis: sed de executione ipsius sibi interdicta per septem dies illos Azymorum: quibus item diebus & Petrus ab (b) Herode Agrippa est detentus in carcere, nec ad supplicium ductus; volente illo, transactis diebus Azymorum, producere eum populo, ac in eum lege agere; hæc enim in hanc sententiam esse accipiendam, Augustinus (c), Cyrillus (d), & alii (e) persuadent, sic enim ait Cyrillus: *Vetari ajunt ab impia cæde Pascha celebraturi: nam aliter mysterium Pilati non quæssissent. Velox enim semper animus Judæorum ad omne malum est. Petunt ergo a Pilato, ut judicam crudelitatem imitatus, sua in præsentia insania serviat.* Hæc ille. Porro horum successores quam egregie patrum suorum in eo potissimum genere sectati sint mores, Ambrosius (f) fidem facit, dum ait: *Hi enim arte insinuant se hominibus, domos penetrant, ingrediuntur Prætoria, aures Judicum & publica inquietant, & ideo magis prævalent, quo magis sunt impudentes. Hoc enim non recens in ipsis, sed inveteratum & originarium malum est: nam olim jam & Dominum Salvatorem intra Prætorium persecuti sunt, & præsidis eum iudicio condemnarunt. In Prætorio ergo a Judæis innocentia opprimitur, secretum proditur, religio condemnatur: cum enim Christus occiditur, omnis in eo veritas & justitia, justitia, religio, sanctitas, atque mysterium. Hucusque Ambrosius.*

(a) Marc. 14.

(b) Act. 12.

(c) Aug. in Joan. trakt. 114.

(d) Cyr. in Joan. l. 12. cap. 6.

(e) Chrysost. hom. 82. in Joan.

(f) Ambros. ser. de Kal. Jan. Studia Judæorum contra Christum.

LXXVIII. Pontifices a cæde immunes.

(g) Suet. in Tito c. 9.

rat suis se Hierosolymis crucis supplicium subiturum, quod non nisi ex Præsidis sententia fieri potuit: nam cum in Judæorum Concilio calumniante Caipha, Jesus quod dixisset blasphemiam, sententia mortis damnatus esset, plane secundum legem (b) Moysei lapidandus erat.

Cum igitur Judæi viderent Pilatum Jesu supplicium detrectare, novas (i) ingerunt accusationes: majestatis reum Jesum faciunt, calumniantes quod subvertisset Judæos, prohibuissetque tributum dari Cæsari, seque ipsum Christum Regem esse dixisset: mira quadam calliditate Præsidem in Jesum concitantes, quem viderant nuper in homines illos Galilæorum sectæ addictos, quod negarent tributum alienigenis Regibus esse pendenda, vel pro eis victimas esse offerendas, adeo favisse, ut immittens in eos milites, miscuisset (ut tradit Evangelista) ipsorum sanguinem cum sacrificiis, dum seorsum a cæteris victimas immolarent. His vero commotus Pilatus, ingressus Prætorium vocato ad se Jesu, a graviori delicto exorditur quæstionem, interrogans an ipse Rex esset Judæorum; sed cognito quod regnum ejus non esset de hoc mundo, iterum exiens extra Prætorium ad principes Sacerdotum, qui erant foris expectantes, nullam testatus est se mortis causam in eo invenire. Secum duxerat & Jesum: quem multi Judæi cum accusarent, nec ad ea quicquam responderet, quamvis causam suam agere a Præside esset impulsus; admiratus vehementer Pilatus, anceps quid esset acturus: cum a Judæis eum accusantibus, quod Jesus Galilæus esset, audisset; ad Herodem Galilææ Tetrarcham, qui opportune Hierosolymis aderat, Jesum amandavit: qui vehementer gavissus est, quod multa de eo audisset, & jamdiu eum videre optasset: & cum multa rogaret, nec quicquam Christus responderet; quasi fatuum quemdam ac morionem illudens, veste alba indutum ad Pilatum remisit; his officiis se invicem provocantes Pilatus & Herodes, scissam olim amicitiam redintegrarunt.

(b) Levit. c. 24.

LXXIX.

(i) Matt. 27. Marc. 15. Luc. 23. Joan. 18. Concord. c. 141.

Nova in Christum calumnia.

LXXX. De veste alba.

(k) Jani sen. Concord. c. 141. in fin.

(l) Jacob. 2.

Cæterum quod ad vestem albam pertinet: cuiusmodi generis ejusmodi vestimentum esset, operæ pretium ducimus accuratius perveſtigare. Observat, & recte quidem mea sententia, Cornelius (k) Janenius Græcam dictionem non proprie, quam dicimus albam, significare, sed potius splendidam, quam magis proprie candidam dicere consuevimus. Non enim inquit, λέωνος sed λευκῶν apud Evangelistam legitur; quæ quidem vox reperitur etiam a Jacobo (l) Apostolo usurpata, cum ait: *Si introierit in conventum vestrum vir aureum anulum habens in veste candida &c.* Quibus cum nobilissimum quempiam virum describat; inde idem auctor deducit

eit vestem illam, qua ab Herode Salvatore indurus est, fuisse regium indumentum, & proinde eo modo Dominum illudum esse quasi fatuum insignibus regiis. Verum in his eidem auctori minime assentior, dum existimat vestem candidam fuisse regium indumentum: quod Josepho (a) Auctore constat fuisse purpuram, qui alibi ait: *Herodes cadis reus, & tam gravi obnoxius crimini, adstat hic purpuratus &c.*

(a) Joseph. antiq. l. 14. c. 17.

LXXXI. Locus Jacobi elucidatus.

(b) Exod. 28.

(c) Joseph. antiq. l. 13. c. 18. (d) 1. Mach. 10. 11. & 14.

LXXXII. Vestis qua delusus est Jesus.

(e) Prov. verb. 21.

(f) Joseph. antiq. lib. 14. c. 17.

(g) Idem antiq. lib. 16. c. 14. (h) Joseph. in vita sua.

Hæc igitur ut explorata habeantur, non minimum conferre existimamus, si nuper citatus Jacobi textus dilucidius explicetur. Errasse siquidem videntur omnes, qui putarunt a Jacobo nobilissimum descriptum hominem, qui anulum aureum, ut egregium nobilitatis insignem gestaret in digito, & candido indumento esset decoratus; nam quod ad anulum spectat, non ornabatur illo manus, sed vestis: & ita anulus in veste candida idem erat quod aurea fibula, qua vestis perfringeretur: pro anulo enim fibulam intelligi, satis modo declarat ille locus Exodi (b) quo dicitur: *Stringatur rationale annulis suis, &c.* Sed hæc omnia expressius a Josepho declarata habentur, dum tradit in more fuisse apud Hebræos, fibulam auream, sive dicamus anulum, gestare Regis affines in veste, eumque cui magna ex gratia Rex hoc concessisset: sunt enim hæc verba ipsius (c): *Misit ei, virtutis ergo, fibulam auream, quod gestamen solis cognatis Regis concedebatur; quod habetur expressum sapius in primo Machabæorum (d). Erat autem ejus fere generis ornamentum, quale apud Romanos nobilissimos latus clavus. Sic igitur quod dicit Jacobus: Si introierit in vestrum conventum vir anulum aureum habens in veste; quempiam regium virum designat. cui hujusmodi ornamentum gestare liceret in veste candida.*

Ejusmodi igitur fuisse vestem illam qua Herodes ludibrii causa induit Redemptorem, nulla debet esse dubitatio. At magnum profecto & admirandum plane divinum consilium, quo & certius intelligatur, cor Regis, quantumlibet scelestissimi, in manu Dei esse (e). Cum enim apud Judæos etiam ea vigeret consuetudo, ut alicujus criminis reus, iudicio postulatus, atratum se sisteret, quod Josephus (f) non semel testatur, ut cum ait: *Quisquis hætenus apud hunc confessum (nempe Judæorum Concilium) iudicandum se præbuit, humilis venit, & habitu timentis periculum, ac captantis misericordiam, atratus & promisso capillitio; & alibi (g): His auditis, confestim mutata veste, atratus eum adit: ac se de ipso (h): Mutata que veste, atratus prodit; suspensum a service gestans gladium: Jesus vero con-*

tra: nam non tamquam criminis reus, atratus; sed ut innocentissimus candidatus jubetur incedere, & Pilati iterum iudicio sibi. Sic igitur innocentie causa candidatus ad Pilatum ab Herode cum missus esset, ipse Pilatus convocatis Principibus sacerdotum & magistratibus & Plebe, palam professus est, neque se, neque Herodem causam ullam mortis dignam in eo invenisse.

Quoniam vero ea solemnitate vincit unus reus mortis erat ex consuetudine dimittendus: quo ea occasione sibi liberum esset Christum dimittere, Pilatus Barabbam latronem sed tiosum & homicidam, ac Jesum innocentem, in quo nullam se mortis causam invenisse sæpe testatus erat, in optionem populo dat, cui optandi jus competeat, ut utrum vellet ex his duobus eligeret: sed suadentibus Principibus sacerdotum, conclamantes simul omnes, Barabbam liberari, Christum vero crucifigi petierunt. Interea Pilato sedente pro tribunali, misit ad eum uxor, dicens: *Nihil tibi, & justo illi; multa enim passa sum hodie per visum propter eum: ad hæc Ignatius scribens ad Policarpum: Cum, inquit, paranda esset crux, diabolus tumultuabatur, & penitentiam immisit proditori, & laqueum illi monstravit, & suspendium, quo strangularetur, edocuit; & mulierculam, turbans eandem insonnis, ut a crucifigendo cessarent, inducere moliebatur, qui prius omnem lapidem moverat ut eadem crux pararetur: non quod penitentiam duceretur ob tantum malum; hac enim parte minus fuisset sceleratus; sed seniebat suam ipsius perniciem.*

LXXXVIII. Dimittitur Barabbas.

LXXXIV

Post hæc vero contestans Pilatus jam tentio nullam in Jesu reperiri causam satis dignam morte, aliam rationem ipsum dimittendi tentat, nimirum, ut quo Judæis aliqua saltem ex parte satisfaceret, Jesum flagellis subijceret, ac sic flagellatum dimitteret. Apud Romanos duplex erat flagellorum usus, quorum alter ultimum supplicium præcedere consueverat, nimirum ut cum quis capite plectendus esset, prius virgis cæderetur: alter vero, qui ad alicujus levioris delicti emendationem inferretur, non tamen usque ad mortem: licet ministrorum immanitate, multi etiam sub ejusmodi flagellis interisse reperti sint; ut Ulpianus (i) Jurisconsultus testatur. Sed observatione quidem dignum est, etiam in hoc ipso apparere Christum Dominum Redemptorem nostrum (quod ait (k), Paulus) servilem formam induisse: siquidem non virgis ac fustibus, sed permisit se cædi flagellis. Liberos quidem homines virgis ac fustibus, servos vero flagellis afflictoſitos, Paulus (l) Marcellus: (m) Ulpianus (n) atque Callistratus (o) tradiderunt.

(i) l. 8. ff. de panis.

(k) Phil. 2. (l) l. 4. ff. de incendi. ruin. & naufr.

(m) l. in servorum ff. de poenis.

(n) l. locia ff. de accus.

(o) l. G. pitolium d. Non omnes ff. de poenis.

LXXXV. Cæterum Præfides provinciarum ad coercendos delinquentes citra mortem vel exilium, ejusmodi pœnas, tradit Callistratus (a) exhibere consueviffe, videlicet fustium admotionem, flagellorum castigationem, vel virgarum verberationem. Ministros vero, qui ad has inferendas pœnas Præfidibus ministrabant, fuisse Brutios, tradit Festus (b) Pompejus, & Agellius (c), qui hos, in pœnam quod a Romanis ad Annibalem defecissent, hac ignominia notatos tradit, ut magistratibus in provincias euntibus apparerent, & ad infligenda supplicia delinquentibus suam operam exhiberent: Picentes vero populos, quod ad eundem descivissent, Romana civitate privatos, loco militiæ, cursores ac tabellarios esse; eoque munere Reipublicæ inservire damnatos, auctor est Strabon (d). An vero a dictis fuerit Christus flagellatus, asserere non audeo. Nam alicubi, ut in Ægypto, diversorum ministrorum id erat munus; siquidem honoris causa, qui erant Alexandrini, non a Præfidum listoribus, sed tantum ab Alexandrinis, virgis cædebantur; cæteri vero Ægyptii a communibus Præfidum apparitoribus hisce pœnis afficiebantur, ut Philo (e) testatur. Sed ut Brutios hac calumnia omnino reddamus liberos; dicimus, quod etsi olim Brutii ejusmodi fuerint adscripti muneribus, tamen postea id cæteris cujusque regionis militibus constat cessisse officium, ut ex lege, jussu judicum, fontes punirent. Certe quidem non de Brutii tantum, sed de omnibus militibus loquitur Tertullianus (f), dum suadens homini Christiano ne militet, hæc ait: *Et vincula, & carcerem, & tormenta, & supplicia administrabit, nec suarum ultor injuriarum?* Sic igitur cum hæc fatiditæ solita indistincte a cujusque nationis militibus ille demonstrat: nihil est quod magis Brutii, quam cæteris, Christo illatæ pœnæ atque crucifixio adscribantur. Hæc autem nolimus præterisse, quod audierimus sæpe hæc in Brutios ludibrii causa imperite jactari. Sed jam reliqua passionis ejus persequamur acta.

LXXXVI. De Columna. Cum Dominus noster flagellandus esset, eum ad columnam fuisse ligatum, auctor est S. Hieronymus, (g) dum ad Eustochium de Paula matre scribens, hæc ait: *Ostendebatur illi columna ecclesiæ porticum sustinens, infecta cruore Domini, ad quam vinculus dicitur & flagellatus.* Hæc ille. Tempore Bedæ in medio ecclesiæ eam fuisse sitam, ipse testatur (h). De eadem hæc etiam Gregorius (i) Turonensis: *Ad hanc, inquit, columnam multi fide pleni accedentes, corrigias textiles faciunt, eamque circumdant: quas rursus pro benedictione recipiunt, diversis infirmitatibus profuturas.* Sic igitur flagellatus Dominus (k) Jesus Chri-

(a) I. c. in fin. & l. 2. ff. de pœnit. (b) Fest. Pomp. in verbo Brutiani. (c) Agell. l. 10. cap. 3. (d) Strab. lib. 5. in fine. Executores ultimi supplicii. (e) Philo in Flac. (f) Tertull. de coron. milit. c. 11. (g) Hier. epist. 27. (h) Bedæ de locis sanctis c. 3. (i) Greg. Turon. de gloria Martyrum c. 2. (k) Matth. 27. Marc. 15. Luc. 13. Jo. 18. 19. Concor. c. 142.

stus, a militibus in atrium Prætorii ducitur, exiit, ac chlamyde coccinea superinduitur; & ut omni ex parte, quasi in scena, Regem ex ludibrio representarent, coronam spineam in capite & sceptrum arundineum in manu ejus dextra milites posuerunt.

Huic plane similem actum jocum ab Alexandrinis, cum iriderent Judæorum Regem Agrippam Alexandriam appulsum, describit Philo (l): sed de eo opportunius agemus inferius. Auctor est Clemens Alexandrinus, (m) Christianos ob reverentiam spineæ coronæ Domini nostri, coronis intextis floribus tempora ornare, Gentilium more, exhorruisse. Sed & Tertullianus (n) eadem pluribus, vulgatamque ait fuisse disciplinam Christianorum, ut coronis abstinerent. De iisdem Domini nostri coronæ spinis hæc Gregorius Turonensis: *Ferunt ipsas coronæ sentes quasi virides apparere, quæ tamen si videantur aruisse foliis, quotidie tamen revirescere virtute divina.* Hæc Gregorius. At nullatenus audiendos puto, qui ex junco marino Domino coronam contextam fuisse dixerunt: cum certum sit, Lucæ & Joannis Evangelistarum assertione, ex spinis esse compactam; ambobus ita dicentibus: *Plectentes coronam de spinis.* Longe enim diversa est juncti ac spinarum ratio: nam junco marino nullæ nec in fuste vel ramis inhaerent spinæ, sed ejus tantum acumina in spinas desinunt. Sed & unde, rogo, præ manibus agentibus Hierosolymis militibus marinus juncus, cum ea civitas longe distet a littore maris? Ex spinis igitur, quæ circa urbem illam nasci solerent, paratam ab illis coronam Domino, ratio persuadet, & docet experimentum, cum quæ hætenus assertæ reperiuntur ex eadem corona spinæ, vere ex sentibus esse decerptæ noscantur, proculque abesse ut aliqua ex parte cum junco marino communicent.

Sed accipe perelegantem Isidori Pelusiotæ (o) de corona spinea Domini analogiam, sic scribens ad Eutonium diaconum: *Quandoquidem execrationis illius, qua terra post mandatum a nobis violatum multata est, seges spinea erat; Dominus autem, ut omnem in se ipso morbum curaret, advenerat: idcirco spinea corona ut victor redimitus est; quemadmodum scilicet clari & celebres victores faciunt, qui hoc ipsum telum, cujus opem victoriam consecuti sunt, in triumphum gestant.* Eadem Rufinus in expositione Symboli.

Quod vero ad chlamydem coccineam spectat: fuisse chlamydem vestem militarem, omnes norunt; quam rubri coloris esse consueviffe, distichon illud admonet: (p)

LXXXVII. De Spinea Corona. (l) Philo lib. in Flac. (m) Clem. Alex. in Padag. lib. 2. (n) Tertull. de coron. milit. c. 11. De Junco Marino.

LXXXVIII. (o) Isidorus lib. 1. epist. 95. LXXXIX. De Chlamyde. (p) Marc. 14. epigram. lib. 14.

Roma 14.

Roma magis fuscis vestitur, Gallia rufis: Et placet hic pueris militibusque color.

Purpuram, quæ nobilior esset, rubri fuisse coloris instar sanguinis concreti, auctor est Plinius (a). Ad hujusmodi colorem alludit Tertullianus, (b) cum agens de milite Christiano, ait: *Et nunc rufatus sanguine suo.* Et post multa: *Illic purpureæ tuæ, sanguis Domini, &c.* Cur autem milites uterentur ejusmodi vestimentis, rationem asserit Plutarchus in Laconicis institutis, dum id ipsum Spartanos facere consueviffe tradit. Veste igitur purpurea militari in hunc modum. Creator ac Redemptor humani generis, velut scenica larva Regem scitium ac ridiculum agens, ab iisdem militibus illuditur: qui speciem adorationis genuflexi præferentes, loco tributis sputa alapasque pendebant, & arundine caput ejus percutiebant. Sic male affectus, a Pilato foras educitur, cunctisque aspiciendus proponitur: sed conclamantibus Pontificibus ac ministris, ut crucifigeretur; Pilatus cum iterum contestaretur nullam se in eo mortis causam reperire, cupiebat adhuc eum dimittere. Tandem tamen, suggerentibus illis & inculcantibus, si illum dimitteret, fore inimicum Cæsaris, sedit pro tribunali: nullamque putans relictam esse facultatem eum liberandi, cum illi importunius acclamarent, ac major tumultus fieret: contestans se rem aggredi iniquissimam, accepta aqua coram populo lavit manus dicens: *Innocens ego sum a sanguine justis hujus: vos videritis.* Cui respondit populus: *Sanguis ejus super nos, & super filios nostros.* Tunc Pilatus, dimisso Barabba, tradidit Jesum eis crucifigendum.

Sed ut in his quæ a Pilato sunt gesta, paululum immoremur: quod laverit manus suamque eo facto innocentiam sit professus, hæc ex Romana consuetudine, aliove Gentilium ritu, sed potius ex cærimoniis Judæorum videtur mutuatus exemplum. Lege enim (c) Moyfi jussum erat, ut quo se quis innocentem esse a nece hominis demonstraret, manus suas lavaret super cæsam vitulam, ac diceret: *Manus nostræ non effuderunt sanguinem hunc, nec oculi viderunt; propitius esto populo tuo Israel, quem redemisti Domine.* Subdit legislator: *Et auferetur ab eis reatus sanguinis: tu autem alienus eris ab innocentis cruore, qui fusus est, cum feceris quod præcepit Dominus.* Hæc ibi. Ad quæ etiam alluisse Propheta videtur, dum ait: (d) *Lavabitur justus cum viderit vindictam: manus suas lavabit in sanguine peccatoris.* Nimirum ut sic lavando manus, suam contestaretur innocentiam, ut Hilarius (e)

(a) Plin. Natur. hist. lib. 9. c. 38. (b) Tertull. de coron. milit. c. 11. (c) Deut. 21. (d) Psal. 57. (e) Hilarius in Psal. 57.

& Theodoretus (f) interpretantur, & alii. Scimus tamen alios provinciarum Judices aliis ritibus consueviffe sententiam ferre, & se immunes a cæde viri quem legibus judicarent, solitos declarare. Hæc etenim apud Clementem (g) scripta leguntur: *Aspicite mundana judicia, quorum potestati videmus tradi homicidas, adulteros, veneficos, sepulcrorum perfossores, latrones: De quibus cum quæsierunt præfecti judicio ab iis qui illos in judicium adduxerunt, demum interrogant eos an illa ita se habeant? Quibus affirmantibus, non continuo eos ad supplicium mittunt, sed per plures dies quæstiones exercent, cum multo consilio, & velo interjecto: Tandem vero is qui sententiam mortis in reum pronuntiaturus est, sublatis manibus adversus Solem, se innocentem ab illius sanguine contestatur. Quod illi faciunt, quamquam Ethnici, & divini numinis ignari, ultionisque a Deo propositæ propter innocentium damnationem. Hæc ille; & in eandem sententiam Basilii (h) itidem hæc verba habet: *Qui enim rerum in hoc mundo potiuntur, quando facinorosum aliquem mortui sunt adjudicaturi, corinas obducunt, & expertissimos quosque ad causæ tractationem advocant, multumque temporis insumunt, nunc legis rigorem contuentes, nunc naturæ communionem suspicientes; multumque ingemiscientes, ac judicandi necessitatem deplorantes, nemini non manifestum faciunt, quod non ex proprio libidine, sed ex necessario legis ministerio condemnationis inferunt sententiam.* Hæc tenus Basilii.*

Cæterum, ut ad Pilatum redeamus; ipsum in leges Romanas etiam graviter deliquisse tradendo Christum crucifigendum, nec ablutione manuum facinus expiasset, facile demonstrari potest. Quantumlibet enim Judæi in suo ipsorum concilio de nece Christi æquam tulissent sententiam, quam fuisse iniquissimam certum est: nihilominus ejus sententiæ executio ad decem saltem dies propaganda fuisset: recens quippe erat Senatusconsultum Tiberianum, sic dictum, quod Tiberio Imperatore, a quo ipse Præfides in Judæam est missus, factum erat ante annos duodecim, ipso Tiberio quartum & Druso Cofs. quocautum fuerat, ut supplicia damnatorum in decimum usque diem differrentur, ut Suetonius (i), Dio (k), & alii testantur. Certe quidem ad omnem Judæorum coercendum impetum, & comprimendum furorem, ejusdem Cæsaris (cujus voluntatem de nece Christi illi prætexuerant ad impellendum Pilatum) plus satis sufficere poterat dictum Senatusconsultum. Nec est quod quis existimet posse excusari aliqua ex parte Pilatum ea ratione qua

(f) Theod. in Psal. 57. (g) Clem. const. lib. 2. c. 56. (h) Basil. ep. 79. (i) Suet. in Tib. c. 75. (k) Dio hist. Rom. lib. 75. sub iisdem Cons. & Tacit. annal. lib. 3 sub iisdem Cons. in fin. l. 28. s. fa. mojos ff. de pan.

T qua

(a) *Ulpian.* qua permotus Ulpianus (a) ad Sabinum
lib. 3. l. 6. §. Quid scripsit, licite præter legum præscripta,
autem ff. de in iust. rapt. & irrit. l. 2. §. 1. posse Judicem supplicium accelerare dam-
nato, si aliqua popularis timeatur sedi-
tio, ut iuste Pilatus timere posse videba-
tur, jam populari concitato tumultu.
Nam Judææ Procuratores Romanorum
militum legionibus vallabantur, ut nihil
esset quod Pilatus metuere debuisset, cum
nonnisi magno damno suo Judæi semper
fuerint tumultuati.

XCIII. De sup-
plicio
Crucis.
Sed his omiſſis: quænam causa fuit, ut
Pilatus Christum a Judæis ut blasphemum
damnatum in crucem adigendum statue-
ret? Nam si eorum lege agenda res erat
(ut nuper diximus) lapidationi erat
subiiciendus: si jure Romanorum; famo-
sis latronibus ejusmodi supplicium debe-
batur. T, enim littera, quod crucis fi-
guram exprimat, notari consueviffe fu-
res, apud Lucianum (b) testatum habe-
tur. Erat & apud Judæos crux in usu,
sed ea poena afficiebantur homicidæ,
ut Philo (c) tradit. Ex his itaque
videas, supplicium crucis, quod Barabbæ
duplici ex causa debebatur, tum ut læ-
troni, tum quia homicidium fecerat in
seditione, injuste prorsus irrogatum esse
Domino nostro Jesu Christo. Videas insu-
per Judæos numquam antea adversus Chri-
stum, ut crucifigeretur, conclamasse,
quam cum optionem dedit illis Pilatus,
ut alterum de duobus quem vellent, Je-
sum, vel Barabbam peterent: ut intelli-
gas, non satis illis fuisse latronem & ho-
micidam liberasse, nisi etiam supplicium
crucis duplici ex causa illi debitum in
ipsum Christum convertissent. Sed hæc
divina quadam dispensatione agebantur,
ut Dei Filius pro redemptione humani
generis crucis supplicium pateretur: cu-
jus mysterium a sanctis Patribus toties de-
cantatum, hic prætermittimus enarrare.
Satis sit in præsentiarum scire, tam apud
Judæos, quam etiam apud Gentiles, cru-
cis figuram fuisse salutis insigne. Signan-
dos esse signo Thau, qui liberandi essent ab
ira Dei, Ezechielii Prophetæ (d) fuit
divinitus demonstratum. Apud Ægyptios
istud ipsum crucis signum in iporum lit-
teris sacris significasse vitam, Ruffinus,
(e) Socrates, (f) Sozomenus, (g) &
alii complures testantur.

(b) *Lucian. dial. Jud. vocal. (c) Phil. lib. de special. legib. (d) Ezech. 9. (e) Ruffin. hist. lib. 2. c. 29. (f) Socr. lib. 5. c. 17. (g) Soz. Niceph. & Suid.*
XCIV. *(h) Iren. lib. 2. c. 42.*
Sed cum diversa genera crucium essent
ut in Notis ad Martyrologium diximus;
cujus formæ esset parata crux Domino,
audi Iræneum (h) hæc dicentem: *Ipse ha-
bitus crucis fines & summitates, hoc est,
extremitates, habet quinque, duos in lon-
gitudinem, duos in latitudinem, & unum
in medio, ubi requiescit qui clavus con-
figitur.* Hæc ipse. Sed & cum Tertul-
lianus (i) dicat stipites trophæorum fuis-
se cruces, & ipsa signa militaria recta
hæc & transversa hastula formam crucis

(i) *Tertull. Apolog. c. 16.*

repræsentasse; qualis esset figura crucis,
plus certo descripsit. Verum cum eadem
ab aliis Patribus, ut ab Ambrosio descri-
batur, (k) & ab universa Ecclesia an-
tiquis imaginibus sculpta vel picta redda-
tur; de his ambigere, infantiæ potius quam
inscitie adscribendum esse putamus. Sed
& vide quam graphice ipsa crux descri-
batur ab Augustino, (l) cum ait: *Lata (l) Aug. est quippe in transversa ligno, quo ex- tenduntur pendentes manus; & significat bona opera in latitudinem charitatis. Longa est a transversa ligno usque ad terram, ubi dorsum pedesque figuntur: & significat perseverantiam in longitudine temporis usque ad finem. Alta est in cacumine, quod transversum lignum sursum versus excedit; & significat supernum finem, quo cuncta opera referuntur.* Hæc Augustinus, quibus plane intelli-
gas eam fuisse crucis formam, quam in hunc modum diversis in locis videmus expressam. Au-
sonius vero cum singulorum Græcorum
elementorum figuras exprimit, & unam-
quamque alicui comparat formæ; hæc ex
causa, quod (ut dictum est ex Augusti-
no) super transversum crucis lignum stipes
promineret, crucis signo ipse assimilat,
& Palamede inventam litteram, ubi ait:
*Hæc crucis effigies Palamedica porri-
gitur.*

Nisi dicere velimus Ausonium per ele-
menti illius formam significare voluisse,
crucem cum homine crucifixo, dum ap-
pendis brachiis hinc inde, in hærente sti-
piti reliqua parte corporis, eandem fer-
me reddit quam elementum illud imagi-
nem, cum aperta hinc inde duo illa fo-
ramina ampla relinquat.

Sed ad institutam ab Evangelistis de
Christi Domini nostri crucis supplicio nar-
rationem redeamus; quam summam per-
stringemus, ut rem omnibus notam, ac
multis sanctorum doctorum scriptis illu-
stratam. Ducendus (m) Redemptor nos-
ter exiit chlamyde, & propriis indui-
tur vestimentis; Crux, cui affigendus e-
rat, super humeros ejus imponitur: co-
gitur & Simon Cyrenæus altera ex par-
te eandem post Jesum portare; comita-
batur eum frequens populus, mulieres-
que miseratione commotæ lugebant; ad
quas Jesus conversus, quæ eventura illis
essent mala prædicens, se ipsas potius ac
filios suos flere admonuit. Perductus in-
de est in Golgotha montem: & antequam
cruci affigeretur, propinatum illi fuisse
vinum myrrhatum, tradit Marcus (n)
Evangelista: vinum vero felle admixtum
eidem tributum, scribit Matthæus; sed
noluisse myrrhatum accipere, Marcus ait;
licet vinum felle dilurum gustasse saltem,
Matthæus narret: diversa vero admodum
hæc inter se fuisse monstrabimus. Con-
stat

XCIV.

(m) *Matth. 27. Marc. 15. Luc. 23. Joan. 19. Conc. c. 143.*

(n) *Marc. 15.*

stat insuper, auctore Joanne, vas etiam
aceto plenum illuc fuisse allatum, ut e-
tiam crucifixorum usui inserviret. Sed
unde hæc omnia deducta sint, est exactius
perquirendum.

XCVI. Vigeat apud Hebræos ea consuetudo
ut damnatis solatium aliquot impenderent
(ut videmus hodie quoque inter nos fieri)
vinum illis propinare perquam optimum,
secundum illud Proverbiorum (a): *Dare
ficeram mærentibus, & vinum his qui a-
maro sunt animo: ut bibant, & obliviscan-
tur egestatis suæ, & doloris sui non re-
cordentur amplius.* Est & alibi (b) men-
tio de vino damnatorum. Unde cum Chri-
stus Dominus noster cruci damnatus esset:
pro affectu animorum sive commiseratio-
nis ergo, allatum est vinum myrrhatum:
sive ex odio, quo in eum Judæi flagra-
bant, conditum est vinum felle: acetum
vero ad alium usum fuisse paratum, suo
loco dicemus.

Non uno eodemque animo af-
fectos fuisse Judæos omnes adversus
Christum Passionis tempore, satis de-
clarat Lucas Evangelista, dum ait (c):
*Sequebatur autem illum turba populi
& mulierum, quæ plangebant & lamen-
tabantur eum.* Quid ergo mirum si quæ
uberis lacrymas dabant, commiserationis
vero causa conditum illi vinum ex con-
suetudine darent? Ut his non possit aptari
illud Davidicum (d): *Et sustinui qui si-
mul contristaretur, & non fuit, & qui
consolaretur & non inveni:* fuerunt siqui-
dem qui simul contristarentur, nec cari-
tate illa saltem consolatione, cum
crucis esset onere alleviatus, conducto
licet invito Simone Cyrenæo, qui porta-
ret eam; alius ergo verborum illorum
requirendus est sensus, cum tamen non
dubitem ea cuncta ad Christi passionem
pertinere. Cæterum myrrhatum vi-
num nequaquam (ut multi explicant) a-
marum erat & insuave, sed perquam ju-
cundum & gratum: sic enim dictum,
quod in vasis myrrhinis ad saporem odo-
remque quærendum calidum poneretur:
ea enim vasa apud antiquos in magno
erant pretio; quod cum vinum calidum
in ea infunderetur, odorem ac saporem
quemdam mirificum ex illis contraheret,
ex quo præ cæteris gratissimum suavissi-
mumque ad potum redderetur. De hu-
jusmodi enim vino in hunc modum con-
dito habet Martialis (e) distichon:

*Si calidum potas ardenti myrrha Fa-
lerno,
Convenit, & melior fit sapor inde-
mero.*

XCVII. Eadem vina, a myrrha, myrrhina e-
tiam ab antiquis sæpe dicta reperuntur,
de quibus agens Plinius (f), hæc ait:
*Lautissima apud præcos vina erant myr-
Ann. Eccl. Tom. I.*

(f) *Plin. nat. hist. lib. 14. c. 13.*

rbæ odore condita, ut apparet in Plauti
fabula quæ Persa inscribitur, quamquam
in ea & calamum addi jubet. Ideo qui-
dam aromatite delectatos maxime credunt:
sed Fabius Dossennus his verbis decernit:

Mittebat vinum pulchrum, myrrhinum:

Et in Acharistione:

*Panem, & Polentam, vinum, myrrhi-
nam.*

*Scævola quoque, & Lælius, & Atte-
num Capitonem in eadem sententia fuisse
video: quoniam in Pseudolo sic:*

*Quod si opus est ut dulce promat
Indidem, ecquod habet? rogas?
Myrrhinam, passum, defrutum, mella:*

*Quibus apparet, non inter vina modo
myrrhinam, sed inter dulcia quoque no-
minatam. Hucusque Plinius.*

XCVIII. Natura
myrrhati
vini.
Ex his manifesti erroris arguuntur, qui
dixerunt vinum myrrhatum fuisse amarif-
simum: nam dulcedinem etsi non ex myr-
rha, ex aliis tamen admixtis speciebus
contrahebat. Erant pariter, qui tradide-
runt vinum myrrhatum fuisse potionem
soporiferam, quæ hausta a mente alie-
net; solitamque esse ultimum supplicium
passuris propinari, quo mortem immi-
nentem minus attenderent. Verum tan-
tum abest ut myrrhatum vinum foporem
afferret ex temulentia quadam per vapo-
res sursum in caput ascendentem, ut po-
tius ab ebrietate bibentes præservaret,
furgentesque vapores digereret. Est de his
insignis locus Athenæi ex Aristotele ac-
ceptus, quo etiam declaratur quibus aro-
matibus ejusmodi vinum myrrhatum con-
di consueverat, sic dicentis (g): *Aristo-
teles in libro de ebrietate; Ollulæ, in-
quit, etiam quæ Rhodiace dicuntur, tum
ob voluptatem inferuntur in convivia,
tum quia cum vinum calefaciant, minus
ebrietatem inferri patiuntur. Nam si myr-
rha, mastiche, resque hujusmodi in a-
quam injecta coquantur, ac mox vino mi-
sceantur, minus, qui bibunt, fiunt ebrii.*
Et alibi hic idem: *Fiunt ollulæ Rhodia-
cæ myrrha, lentisque floribus, croco,
balsamo, amomo, ac cinnamomo simul co-
ctis; ex quibus quæ vino mixta fuerit
aqua, ita sistit ebrietatem, ut vel vene-
rem sedet, surgentesque etiam spiritus di-
gerat.* Hæc Athenæus. Quod ad usum
præterea myrrhæ attinet, adeo veteribus
probatum fuit, ut Parthi, Carmani, & a-
lii Orientales populi, qui myrrhæ pro-
ventum habent, ex ea etiam vasa con-
ficere consueverint, quæ myrrhina di-
cuntur.

Ad hæc insuper ob quæstionem nuper
obor-

XCIX.

De vino myrrhato mota quaestio.

obortam nonnulla addere in hac editio- ne compellimur. Vir enim cum primis eruditus Nicolaus Faber Parisiensis clarissimus J.C. omni genere litterarum e- gregie excultus, familiaribus agens lit- teris, in eam sententiam cum pluribus nos potius abiisse, se optasse, de vino myrrhato declarat, ut foporiferam, quae mentem abalienaret a sensu, eam potio- nem Domino propinatam extitisse posse- effemus, quam fuisse vinum myrrhinum, quod myrrha conditum in magnis consue- visset esse deliciis: Cum, ut ait, apud Hebraeos antiquus mos ille vigeret, ut omnes licet vilissimi cruciarii ante sup- plicium potarent propinatum myrrhatum vinum, quo penitus dementati ac stupo- re quodam in omnibus corporis membris confopiti, efficerentur doloris expertes. Id quidem apud Hebraeos fuisse usu re- ceptum, Galatinum adducit in medium: sensisse hoc ipsum quoque Patres, & haud dubium inter alios tradit esse sententiam sancti Hieronymi (a) in Matthaeum his verbis: Usque hodie Judaei, & omnes in- creduli Dominicae resurrectionis aceto & felle potant Jesum, & dant ei vinum myr- rhatum, ut eum confopiant, & mala eor- um non videat. Rursum vero myrrhae esse, foporem inferre, ex Dioscoride (b) sibi vendicat. Sed & apud Gentiles eum fuisse usum myrrhae, probare conatur, ut ex ipsa condita potio illis daretur, qui graves essent subituri dolores, ne eos sentirent, confopitis ex ea sensibus: id- que ex duobus Apuleii locis, quorum prior se habet his verbis (c): Indidem sese mul- timodis commulcat istibus, mire praesum- ptione munitus; & alibi (d): Obfirmatus mira praesumptione, nullis verberibus, ac ne ipsi quidem succubuit igni. Sed ipse quidem hos sic restituendos textus esse pu- tavit, ut ad germanam lectionem sit, myrrhae, pro mire, seu mira, utrobique reddendum: sed absque exemplo aliorum antiquorum scriptorum, vel alicujus codicis, haud facile admittendum.

(a) Hier. in Matt. c. 27.

(b) Diosc. lib. 1. c. 38.

(c) Apul. lib. 8. (d) Idem lib. 10.

C.

At ubinam, rogo, ad obstupefacien- da ad sectionem membra reperiri potest medicos usos myrrha? Vel ubi in reo- rum judicariis quaestionibus mentio facta est de reo aliquo eludente myrrha feve- rum judicem? Aut quo alio exemplo I- fiasus aliquis ad futuros ictus praemu- nisse se myrrha legitur? Vel quo proba- ri potest exemplo, vocem illam, praesum- ptionem, ab ipso Apulejo pro manduca- tione acceptam? cum pro audacia, vel temeritate, sicut ab aliis plurimis, usur- pata ab ipso reperitur, ut cum ait (e): Contra vesaniam eorum praesumptionem mo- destiam meam approbarem. Et rursus: Sacrilega praesumptione Dei, quem praed- icabat unicum &c. Quamobrem haud fa- cile lectionem antiquam convellendam ex-

(e) Idem lib. 9.

istimo, quam retinent omnes codices, & interpretes secuti sunt.

At quod spectat ad antiquum illum Judaeorum morem propinandi vinum, myrrhatum iis qui essent ultimum sup- plicium subituri: non imus inficias, quod in Thalmudicis scriptis id sit facile reperiri: Sed an ob eam causam, ut myrrhatum vinum bibentes, mentis alie- nationem passi, carerent sensu doloris, hoc pervestigandum est. Id ne sit myrrhae praestare, haud adeo facile concedendum esse videtur ex iis quae superius sunt re- citata ex Aristotele & Athenaeo: quorum illa sententia est, myrrhae esse praeservare potius ab ebrietate, quam deliquium men- tis adducere. Quibus consentientia sunt quae tradit Plutarchus item ex Aristotele in libro de Iside ex Aegyptiorum senten- tia; iis namque ob loci propinquitatem & frequentiore rei usum notior myr- rha erat: ait enim: Myrrham Aegyptii Bal nominant; quae vox (si interpreteris) delirii significat amolitionem. Haec ipse. Non tamen negamus, quod ait Galenus (f), myrrham, si largius bibatur, aut dementare, aut mortem afferre: cum hoc & vinum ipsum absque myrrha abun- dantius sumptum praestare soleat.

CI.

Myrrhae natura.

(f) Gal. simpl. me- dic. lib. 15. cap. 19. prope fin. CII.

Sed & ex effectu rem quoque pense- mus, & cognoscamus exemplo. Si enim ex antiqua Judaeorum traditione propina- tum vinum myrrhatum Domino volumus, illud pariter & latronibus item cum ipso aequale supplicium subituris oblatum fuis- se dicendum est: solemne (g) namque eis erat, ut omnibus ad supplicii locum per- ductis delinquentibus, peccatumque ibi suum, cujus causa damnati essent, pu- blice confessis, myrrhata potio propinaretur, sicque potatos affigerent illos cruci. At cum constet ex Evangelistis, latrones in cruce positos mentis fuisse compotes, eaque locutos quae sibi constantes eos fuisse signifi- carent, plane declaratur haud extitisse eam naturam myrrhati vini, ut bibentes illud homines dementaret: sed quod exhilara- ret potius, dareturque damnatis, secun- dum sententiam illam superius recitatam (h): Date siceram merentibus, & vinum his qui sunt amaro animo: ut bibant, & obliviscantur egestatis suae, & doloris sui non recordentur amplius. Cur igitur non in eam cum multis de myrrhato vino sen- tentiam iverimus, cum ex his quae su- perius dicta sunt, tum etiam iis quae hic addidisse volumus, satis potest cuque fieri manifestum. Caeterum lectori liberum esto, quam velit sententiam sequi. Quod enim myrrhae sit obfirmare mentem potius, quam amentem reddere hominem; quodque latrones, ex usu myrrha poti, perman- serint sensibus integri; in hanc nos jure traxere sententiam.

(g) Thalm. tit. Avcl. Kabbati. cap. 2.

(h) Proa. ult.

Sed posterioribus litteris quae noster Faber

CIII.

Faber addiderit, hic describamus: post multa enim officii plena haec ait: Addi etiam posset, quod habetur cap. ult. Pro- verb. Date siceram merentibus; Hebraice legi, Date quod inebriet, morientibus. Hebraicum enim vocabulum, schar, vel ut expolierunt Graeci σικρα, significat, in- quit sanctus Basilius Magnus, τὸ δυνάμει- ον αἰδῶν ἐπιποιοῦν, & Rabbi Moses Aegyptius morientes, interpretatur reos, damnatos. Id etiam quod habetur Psalmo LIX. Po- tasti nos vino compunctionis; B. Hiero- nymus vertit, Potasti nos vino confopien- te; & Chaldaicus Paraphrases, Calice maledictionis: nempe quia cruciariis ma- ledictis a lege dabatur, ejusmodique phra- si summam crucem designari, adnotant in- terpretes Hebraici: inter ceteros vero Rabbi Scloboh vinum illud esse ait, cor obvolvens, & cerebrum feriens, sternu- rareque faciens: quod quid aliud est di- cere, quam vinum istud sensus deturbare & adimere? a qua sententia nec Septua- ginta longe receperunt, qui ἄνθρωπος κενώσας τὸν νοῦν ἐπιποιοῦν, Nam Alexandrino idioma- te, quo modo sacrorum librorum idioma grammatici Graeci nuncupant, κενώσας altum foporem & veternum significat, ita B. Paulus ad Rom. xi. Isaja locum xxix. cap. explicans, spiritum foporis, κενώσας κενώσας, voculis exprimit: cuius etiam ef- fectus ex ejusdem Prophetae sexto cap. sub- jicit, ὁ σαδὰν τὸ μὴ βλάπτει, καὶ ὅσα τὸ μὴ ἀκού- ον, a compunctione toto calco alienos; quod agnovit Syriacus, qui, spiritum stupidi- tatis, transtulit. Ex eo more etiam phra- ses illae deductae censeri possunt, quibus Dominus per Prophetas impiis exitium de- nunciavit, se potui daturum eis vinum, sive calicem foporis, vertiginis, torpo- ris, foporis, ac ebrietatis interminat- ur. Haec ipse, ad postremum id addens: Haec tamen apud me minime tanti sunt pon- deris, ut non in tuam sententiam conce- dam, cujus auctoritatem mihi pro summa lege & ratione praescripsi. Haecenus de his Faber, qui Christiana modestia, magna animi demissione, amico victoriam cedit, qua jam prope potiturus veridici possit. Sed nihil inferat prejudicii veritati adeo liberalis ab amico facta spontanea juris cessio. Integrum (iterum dico) liberum- que esto lectori, quam veriore putat sententiam, sequi. Inter nos autem ita sciat esse transactum, ut vincente verita- te, cujus professores atque cultores su- mus, victoriam affectus uterque dicatur.

CIV.

Adjicimus ad haec omnia corollarium, de usu vini conditi sanctis martyribus etiam propinati egregium exemplum ex Actis sanctorum martyrum Fructuosi E- piscopi Tarracoenensis & sociorum, quae (ut suo loco dictum est) noverunt atque probarunt S. Augustinus atque Pruden- tius. Haec enim ibi leguntur: Cum ad

locum ubi essent, subituri supplicium du- cerentur, cumque multi ex fraterna chari- tate ei offerrent condimentum uti permix- tum poculum sumeret, ait: Nondum est hora solvendi jejunium. Agebatur enim hora diei quarta, &c. & de usu & natura myrrhae in potu quae habet Fulgentius ter- tio Mythologiarum ex antiquis deprompta scriptoribus, ubi post multa de myrrhae natura, haec de condito ex ea confecto: Petronius Arbiter ad libidinis concita- mentum myrrhinum se poculum bibisse refert; citat & Subrium veterem comicum istud ipsum per Glyceram asserentem: ut pla- ne appareat, non foporis inducendi cau- sa, sed ad remissas vires revocandas roborandasque in usu fuisse ex myrrha con- ditum apud antiquos.

Haec quidem longius pertractare, praeter sententiam nobis accidit, cogente tamen necessitate ob emergentes post primam e- ditionem ea de re quaestiones. Qua item ratione & illi pariter de myrrhato vino objectioni satisfacere aequae tenemur, quae ex Gellio, & qui eum citat, recentiore auctore, mota est: Myrrhina inter vina nequaquam recensenda esse, eo quod il- lis uti liceret Romanis mulieribus, quae vini usu interdictae penitus essent: sunt enim haec Gellii verba: (a) Bibere au- tem solitas ferunt loream, passum, myr- rhinam, & quae id genus optant potu dul- cia. Sic ipse. Errat mea sententia, qui ex hoc fugillat Plinium, (b) a quo mu- tuati sumus auctoritatem, quod inter lau- tissima vina myrrhinam recensuerit, quae potius inter dulcia tantum erat adnume- randa, quibus Romanae feminae patria le- ge abstemiae licite uti possent: errat, in- quam, qui discreta putat esse specie a. vino dulcia: nam appellatione dulcium, contineri quoque dulcia vina, Paulus (c) J.C. expresse testatur, dum ait: Dulcibus legatis, sapa, defrutum, mulsum, dul- ce quoque vinum, &c. legata videbuntur. Quin & passum, quod inter dulcia a Gellio recensetur, non solum Plinii testi- ficatione, vini nomine continetur, sed & Ulpiani J. C. (d) cum ait: Si quis vi- num legaverit; Oenomeli plane, id est, de trit. dulcissimum vinum continebitur, & passum. Haec ipse. Nihil igitur prohibet, quin vini nomine significentur haec Dulcia: nec impedit, quo minus ex sententia Plinii myrrhina inter lautissima vina atque etiam Dulcia recensatur. Nec quod myr- rhinam Romanae feminae licite biberent, negarim ob eam causam esse vinum: sicut nec inficiari quisquam potest passum esse vinum, quod sententia Gellii atque Var- ronius illud Romanae mulieres lege abste- miae computarent.

CV. Objectio facta quod myrrhi- num non sit vinum.

(a) Gel. lib. 10. c. 23.

(b) Plin. lib. 14. c. 13.

(c) Paul. lib. 3. sent. tit. 7. §. 73.

(d) l. 9. ff. de trit. vin. & al. leg.

Et enim haec licet vina dicta essent; ta- men eam ob causam quod inebriare mi- nime solerent, mulieres eis uti, haud ve- ritum

CVI.

titum erat: nam quod essent sui natura dulcia, nequaquam vim habebant inebriandi, sed ebrietati potius resistendi, quod Plutarchus (a) atque Macrobius (b) inter alios attestantur. Passum quidem, vinum perdulce, quod non inebriaret, Romanas feminas citra delictum bibere potuisse, testatur Varro, ac proinde multo magis myrrhinam, quæ non tantum ob dulcedinem, sed & ob sui naturam (ut dictum est) absque ebrietatem liberam conservaret. Ex quibus omnibus illud infertur, vina cuncta mulieribus Romanis verita esse, illa vero tantum permessa, quæ aliqua arte confecta, effectaque dulcia, essent inducenda ebrietatis expertia, juxta illam Plutarchi sententiam: *Dulcia admixta vino, reprimunt ebrietatem.* Cæterum & illud scimus; sicut ex vinaceis pressis; iidemque aqua lotis loram confici, ita & passum vino peracto, ex aqua addita, teste Plinio (c) effici secundarium passum: sicque potuisse accidere de myrrhina, ut priori vino educto, aqua injecta super residua, myrrhina alia conficeretur instar loræ, hisque Romanæ feminæ uti legitime possent: atque ita si cui magis libet, Gellius interpretandus sit, ut non ipsum primum vinum, sed quod ex aqua juncta vinaceis postea redderetur, jure Romanæ feminæ biberent, dum ipse Gellius non loram ait, sed loream, sive lorea, ut omnia scilicet, quæ spectarent ad loram, atque instar loræ confici soleant, nempe (quod Columella (d) testatur) ut dulcis aqua conjiciatur super vinacea vino pressa, eis potare liceret. At hæc fati, immo superflua ad significandum myrrhinam recte ex Plinii sententia inter vina lautissima recensitam; cum alioqui non desint innumeri plane testes, qui myrrhinam vinum appellent. His de myrrhato vino absolutis controversiis, ut unde digressa est revocemus orationem; magna consideratione dignum est, quod scribit Evangelista (e), Dominum myrrhatum vinum non accepisse: quippe qui prudens volensque omnes ærumnas sponte susceperat, quamlibet quavis occasione oblatam consolationem admittere recusavit; cum e contra vinum felle mixtum saltem gustasse (f), & oblatum calamo acetum accepisse, tradant, Evangelistæ (g). Sed reliqua prosequamur.

CVII. Quod in primis ad Golgotha spectat, locum illum quo ad supplicium crucis ductus est Jesus; hæc Hieronymus (h): *Locus, inquit, est Calvaria & usque hodie ostenditur in Ælia ad Septentrionalem plagam montis Sion.* Hunc eundem esse montem, in quo Abraham jussus est immolare filium suum Isaac, ex majorum traditione per generationes singulas ad posterum dilapso, complures antiquorum

(a) Plutar. Sym. 3. q. 1. (b) Macrobius, Saturnalia. lib. 7. q. 7. Feminis cur myrrhina concessa.

(c) Plinius, lib. 14. c. 34.

(d) Columella, lib. 12. c. 40.

(e) Marcus, 15.

(f) Mattheus, 27.

(g) Joannes, 19.

(h) Hieronymus, de loc. Hebraici.

Patrum testantur, inter quos hæc Augustinus (i): *Hieronymus presbyter scripsit, ab antiquis & senioribus Judæis se certissime cognovisse, quod ibi immolatus sit Isaac, ubi postea Christus crucifixus est.* Denique ab eo loco, unde B. Abraham jussus est proficisci, tertio die ad locum, ubi Christus crucifixus est, pervenitur. Hæc de Golgotha Augustinus. Cæterum ubi hæc dixerit Hieronymus, non invenimus, nisi tantum in commentariis in Marcum (k), qui illi falso attribuuntur. Beada (l) hæc in eandem sententiam: *In loco autem illo, quo Abraham altare ad immolandum filium construxit, mensa est lignea non parva, in quam pauperum elemosynæ solent a populo deferri.*

Cur vero idem mons Golgotha dictus sit Calvaria locus: majores omnes antiquorum etiam firma acceperunt traditione, sic esse nominatum montem illum, quod ibi primus homo sepultus sit. Id in primis Tertullianus (m), in carmine quod scripsit adversus Marcionem, testatur his versibus.

Golgotha (*) locus est capitis, Calvaria quondam:
Lingua paterna prior sic illum nomine dixit.
Hic medium terra est: hic est victoria signum.
Os magnum hic veteres nostri docuere repertum:
Hic hominem primum suscepimus esse sepultum, &c.

Hæc Tertullianus. Origenes (n) etiam hæc in eandem sententiam: *Locus Calvaria dicitur non qualemcumque dispensationem habere, ut illic qui pro hominibus fuerat moriturus, moreretur. Venit ad me traditio quedam talis, quod corpus Adæ primi hominis ibi sepultum est, ubi crucifixus est Christus: ut sicut in Adam omnes moriuntur, sic in Christo omnes vivificentur: ut in loco illo qui dicitur Calvaria locus, id est, locus capitis, caput humani generis resurrectionem inveniat cum populo universo, per resurrectionem Salvatoris, qui ibi passus est, & resurrexit.* Hæc Origenes. Item & Basilius (o): *Obtinet, inquit, fama quedam in Ecclesia memoriam conservans, non quidem scripto proditam, quæ talis est: Quod prima utique Judæa hominem habebat accolam: nimirum Adam, simul atque excidit deliciis Paradisi, in hac terra collocatum, ad mitigandam castitiam bonorum, quibus fuerat exutus. Prima igitur etiam mortuum hominem excepit qui & illic eam cui additus erat, sententiam condemnationis plene est executus. Itaque insolens esse ac novum videbatur illius atatis hominibus spectaculum,*

(i) Augustinus, de temp. serm. 71.

(k) Hieronymus, in Mar. c. 15.

(l) Beada, de locis sanctis c. 2.

CVIII.

(m) Tertullianus, contra Marcionem.

Adam in Golgotha sepultus.

(n) Origenes, tract. 35. in Matth.

(o) Basilius, in Levitic. c. 5.

os capitis defluente carne nudum: at illi recondentes cranium, loco illi indiderunt nomen Cranion, id est, Calvarium. Probatur ratione potuit, Noe non ignorasse sepulcrum principis hujus, & mortalium omnium primigenii: siquidem de hac refama a diluvio mox per Orbem propagata est ab ipsa & dimanavit: eoque Dominus, excussa origine humanae mortis, in Calvaria loco est passus. Hucusque Basilius. Et ne singulorum sententias velut ex scripto recitando prolixiores videamur, nomina tantum auctorum, qui eadem pene scripserunt, hic referamus, nimirum Athanasium (a), Epiphanium (b), Joannem Chrysostrum (c) & alios recentiores Græcorum; ex Latinis vero, post Tertullianum, auctorem illum, sive Cyprianum, sive illi ferme æqualem qui scripsit de Operibus cardinalibus, Ambrosium (d), Augustinum (e), & apud Hieronymum (f) ad Paulam & Eustochium & Marcellam in hæc verba: *In hac urbe, immo in hoc tunc loco, & habitasse dicitur, & mortuus esse Adam; unde & locus, in quo crucifixus est Dominus noster, Calvaria appellatur, scilicet quod ibi sit antiqui hominis calvaria condita: ut secundi Adam, id est, Christi sanguis de cruce stillans, primæ Adam & juvenis protoplasti peccata dilueret, & tunc sermo ille Apostoli compleretur: Excitare qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Christus: Hæc ille.*

(a) Athanasius, de pass. & cruce. (b) Epiphanius, har. 46. (c) Chrysostrum, in Jo. homil. 84. (d) Ambrosius, lib. 5. epist. 9. (e) Augustinus, de temp. ser. 71. & 9. in Genes. 161. (f) Hieronymus, epist. 17.

Ipse autem Hieronymus (g) hæc ipsa recitans, haud libenter his adscripturam videtur, immo & contradicit, cum ait: (b) *Audivi quemdam exposuisse Calvaria locum, in quo sepultus est Adam, & ideo sic appellatum esse, quia ibi antiqui hominis sit conditum caput, & hoc quod Apostolus dicit: Surge qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Christus. Favorabilis interpretatio, mulcens aurem populi, nec tamen vera. Extra urbem enim, & foras portam loca sunt, in quibus truncantur capita damnatorum, & Calvaria, id est, decollatorum, sumpsere nomen. Propterea autem ibi crucifixus est Dominus, ubi prius erat area damnatorum, ibi erigerentur vexilla martyrii: & quo modo pro nobis maledictum crucis factus est, & flagellatus est, & crucifixus, sic pro omnium salute quasi noxius inter noxios crucifigeretur. Sin autem quispiam contendere voluerit, ideo ibi Dominum crucifixum, ut sanguis ejus super Adæ tumulum distillaret: interroga mus eum, quare & alii latrones in eodem loco crucifixi sunt? Ex quo apparet, Calvariam non sepulcrum primi hominis sed locum significare decollatorum: ut ubi abundavit peccatum, superabundet gratia. Adam vero sepultum juxta He-*

bron & Arbee, in Jesu (i) filii Nave volumine legimus. Hæc Hieronymus.

At (tanti Patris in primis rogata venia) his nequaquam adduci possumus, ut quod non ab uno vel alio, sed ab omnibus fere antiquis Patribus, nec ut quidpiam recens excogitatum, sed a majoribus traditum & scriptum est, tam facile convellamus; cum præsertim ea quæ ad hæc impugnanda inducit, non videantur esse hujusmodi, quæ nos ab illis penitus dissentire compellant. Quid enim repugnat, ut locus ille, ubi primus homo sepultus dicitur, postmodum electus fuerit (quod in edito loco situs sit & Hierosolymis proximus) ad supplicia damnatorum? Nec illud probatur, a capitibus decollatorum, quod illic truncarentur capita damnatorum, locum illum appellatum esse Calvariam: ejusmodi enim supplicium apud Hebræos nec lege esse sancitum, nec consuetudine invenimus approbatum: apud Romanos enim erat in usu, quos haud multo ante hæc tempora Judæis dominari cœpisse certum est. Rursum vero quod ad illum Adam pertinet, qui divinæ Scripturæ testimonio dicitur sepultus in Hebron: haud putamus locum adeo patentem præterisse tot discretissimos viros; ut adeo inconsulte, ne dicam temere ea de primi parentis sepultura conscripserint, si existimassent tanto testimonio mendacii posse redargui, & accusari: nisi & ipsi sensissent, de altero potius Adam, quam de primo omnium patre, divinam Scripturam esse locutam.

Hæc vero ut certiora habeantur, ipsa ejusdem civitatis origo ex eodem Scripturæ loco petenda est, quæ sic se habet (k): *Nomen Hebron ante vocabatur Cariatharbe: Adam maximus ibi inter Enacim situs est.* Hæc ibi. Porro Cariatharbe idem est, quod civitas Arbe. Fuit Arbe pater Enac, ut paulo inferius sequenti capitulo dicitur (l). Enac vero fuisse gigantem, & parentem gigantum, habet liber Numeri his verbis (m): *Ibi, in Hebron scilicet, vidimus monstra quedam filiorum Enac de genere giganteo, quibus comparati, quasi locustæ videbamur.* Ab Enac stirpem Enacim ipsos gigantes eadem divina Scriptura (n) nominare consuevit. Quod igitur Adam maximus inter filios Enacim sepultus dicatur, non de alio quam de uno ex gigantum numero, qui cæterorum maximus haberetur, quique Adam sit appellatus, dictum existimamus. Testatur Josephus (o) adhuc temporibus suis monstrari solita ossa gigantum, qui in Hebron sepulti erant, adeo magna, qualia, inquit, vix credantur, qui non viderunt ipsi. Persuadet id ipsum illud maxime, quod inusitata sit ea in divina Scriptura nomenclatura, ut primus omnium

CX

CXI.

(i) Josue, 14.

(l) Josue, 15. (m) Numeri, 13.

(n) Deuter. 1. 2. Josue 11.

(o) Josephus, art. 1. 5. c. 2.

omnium parens Adam sit maximus appellatus. Sed hæc de his fatiis.

CXII. Hierusalem in medio terræ:

Quod vero idem locus in medio terræ fermonem, Deus operatus sit salutem in medio terræ: Hieronymus (a) in illa Ezechielis verba: Hæc dicit Dominus Deus: Ista est Hierusalem, in medio gentium posui eam, & in circuitu ejus terras; ait: Hierusalem in medio mundi sitam, hic idem Propheta testatur, Umbilicum terræ esse demonstrans; & inferius: Operatus est salutem in medio terræ: a parte enim Orientis cingitur plaga quæ appellatur Asia; a partibus Occidentis, eius quæ appellatur Europa; a Meridie & Austro, Libya & Africa; Septentrione Scythia, Armenia, atque Perside, & cunctis Pontionibus. In medio igitur gentium posita est, ut quia notus erat in Judæa.

(a) Joseph. de bell. Jud. lib. 3. c. 2.

Deus. Hæc Hieronymus. Josephus (b) aliam inquit rationem, dum Judæam describens, hæc ait: Media vero ejus est Hierosolyma: unde quidam non sine ratione umbilicum ejus terræ eam vocaverunt. Victorinus Pictaviensis de eodem loco his agit versibus:

Est locus ex omni medium quem credimus Orbe; Golgotha Judæi patrio cognomine dicunt.

(c) Bedæ de loci sanctis c. 2.

Beda (c) qui eadem Victorini recitat carmina, hæc ait: Columna celsa stat, quæ æstivo solstitio umbram non facit: unde putant ibi medium esse terram, & historicè dictum: Deus autem ante sæcula operatus est salutem in medio terræ. Hæc ille. Sed profecto fieri non potest quod asserit Beda: nam si id ita esset, necesse omnino foret Hierosolymam ponere intra zonam torridam, & tropico saltem cancri subicere: at ab illo longius abesse omnes qui terras describunt, apertissime tradunt, & certissimis experimentis etiam nunc cognosci potest. Sed illud non male, vel Hierosolymam sitam in medio terræ habitabilis, vel in medio Palæstinæ. Animadvertit atque correxit eundem Bedæ errorem noster Thomas Bozius vir cum primis eruditus.

CXIII.

His igitur quæ ad Golgotha spectant, in hunc modum enarratis; quæ reliquæ sunt passionis Christi, brevi quodam compendio perstringam. Exuerunt (d) suis vestibus milites Jesum, easque in quatuor diviserunt partes, & quisque militum partem suam accepit: super tunicam vero inconfutilem miserunt sortem. Errare illos existimo, qui putarunt Christi vestem inconfutilem fuisse pretiosam: nam haud credendum est ejus generis vestibus Dominum usum esse, qui Joannis prædicans sanctitatem, dixerat: Qui mollibus vestium

(d) Matt. 27. Marc. 15. Luc. 23. Joann. 19. Concord. c. 143. De veste inconfutilli.

tur, in domibus Regum sunt. Unde considerandum, quod Isidorus Pelusiota ad Cratonem (e) scribens, hæc ait: Erat (e) Isido. autem tunica ejus desuper contexta per rotum. Quis autem vestis illius vilitem ignorat? ut qua Galilæorum pauperes utantur: apud eos enim maxime hujusmodi vestis genus fieri solet, arte quadam, ut pectoralia, retractim confutum. Hæc Isidorus. Erat illa (ait Joannes) inconfutilis: quod sane genus vestis haud facile scissuram patitur, quin tota pariter retexatur. Contextam illam fuisse a sanctissima Virgine, par est credere: nam in Oriente hominum vestes a feminis confici solitas, liber qui dicitur Esdræ testatur, cum ait (f): Ipse faciunt stolas omnium hominum. Eadem etiam in Proverbiis (g) de optima muliere dicuntur: Confidit in ea cor viri sui, & spoliis non indigebit. & postea: Domestici ejus vestiti sunt duplicibus.

(e) Isido. lib. 1. ep. 74.

(f) 3. Esdr. 4. (g) Prov. verb. 31.

Sic spoliatum Redemptorem mundi cruci affixerunt tribus, vel (ut tradit Gregorius (h) Turonensis) quatuor clavis: id quidem secundum antiquum crucifigendi ritum: nam Plautus (i): Ego dabo ei valentum, primus qui in crucem excucurrerit: Sed ea lege, ut affigantur bis pedes, bis brachia. Cæterum interdum martyres pluribus etiam clavis in cruce confixos, dicemus tertio Annalium tomo. At de Christo Domino nostro antiquiores imagines, quatuor ipsum affixum clavis præsentant, nempe seorsum singulis pedibus singulis confixis clavis. Sed aliam sententiam de tribus clavis recentior probavit usus.

CXIV.

(h) Greg. Turon. de glor. mart. c. 6. De titulo Crucis. (i) Plaut. in Mæstell.

Post hæc autem scriptus est a Pilato causæ titulus, qui super crucem affigitur eo ordine quo ponitur a Joanne, nempe Hebraice, Græce, & Latine, ut apparet in parte tituli, quæ Romæ extat: ita tamen, ut secundum ea quæ a nobis superius dicta sunt (k), & quæ I. C. habet (l), in ipsius ordine nobilior locus, ac proinde prior ille sit visus, qui Christo vicinior esset: sicque Latina prior, novissima vero Hebraica, ut quæ Græca inferior & barbara a Romanis haberetur, posita esset inscriptio. Siquidem apud eos in theatro locus infimus Senatorum, summus vero plebis (m), & in triumpho postremus Imperatoris, sed & in triclinio novissimus Consulibus erat (n); sicque sedendo, procedendo, & recumbendo, locus ultimus primus esset. Crucifixi sunt cum eo pariter duo latrones, unus a dextris, alter vero a sinistris. Tunc pro persecutoribus exoravit, dicens: Pater dimitte illis; non enim sciunt quid faciunt. Ad hæc, Principes sacerdotum, & qui cum eis erant, irridebant eum & blasphemabant: illudebant eidem & milites. Insuper cum & unus ex latronibus, qui cum

CXV.

(k) Supra an. 16. (l) l. decretæ ff. de re jud. (m) Sigon. de Jur. antiq. Rom. lib. 2. (n) Plutarch. in Sympol. lib. 2. q. 34.

cum eo affixi cruci erant, convitiaretur ei: mox alter illum blasphemantem redarguens, Christum confessus, se eidem commendavit; qui & ab eo meruit audire: Hodie mecum eris in Paradiso. Stabat interim juxta crucem Jesu Maria mater ejus, & soror matris ejus Maria Cleophe, & Maria Magdalene; aderat & Joannes. Cum vidisset ergo Jesus matrem, & discipulum stantem quem diligebat, dixit matri suæ: Mulier ecce filius tuus. deinde discipulo: Ecce mater tua, & ex illa hora accepit eam discipulus in sua.

CXVI.

Dum hæc agerentur, hora sexta (a) factæ sunt tenebræ super universam terram, usque ad horam nonam. Cumque his addat Lucas Evangelista & Solem esse obscuratum, satis perspicue declaratur, non ipsam Judæam tantum (ut aliquando Origenes (b) dixit) sed universum plane terrarum orbem offusum fuisse tenebris. Porro ille ipse Origenes auctor hujus sententiæ, cum agit (c) adversus Celsum philosophum Epicureum, Christianorum hostem infensissimum, de admiranda tunc facta Solis eclipsi, non ex Evangelistarum testimonio, quibus Ethniscus homo non crederet, sed ex Phlegonte Hadriani Imperatoris liberto, insigni chronographo, de quo plura scribit Suidas, testimonium citat his verbis: De Sole autem Tiberii Caesaris tempore obscurato, quo imperante Jesus creditur cruci fuisse affixus, & de magnis terræ tunc motibus factis, scripsit Phlegon in tertio decimo vel decimoquarto (ut arbitrator) de temporibus libro; & inferius: Putat autem prodigii loco ducendum, quod moriente Jesu contremuerit terra, & cuncta sint tenebris obvoluta: de quibus tamen, ut licuit, supra respondimus; cum & Phlegonia ipsum produximus, Salvatore temporibus patientis, historiam fuisse complexum, &c. Porro ipsius Phlegontis verba Eusebius (d) recitat, sic dicens: Scripsit vero super his & Phlegon, qui Olympiadum egregius supputator est, in libro decimoquarto ita dicens: Quarto autem anno ducentesimæ secundæ Olympiadis, magna & excellens inter omnes quæ ante eam acciderant, defectio Solis facta est: dies hora sexta ita in tenebram noctem versus, ut stellæ cæli visæ sint: terræque motus in Bithynia Nicene urbis multas ædes subvertit. Hæc Phlegon. Tertullianus (e) item adversus Gentiles agens, non ex Evangelio testimonium, sed ex ipsorum scriptis adducit, cum ait: Eodem quidem momento dies, medium orbem signante Sole, subducta est: deliquit utique putaverunt, qui id quod super Christum prædicatum nescierunt. Et tamen eum mundi casum relatum in archivis vestris habetis. Hæc Tertullianus. Lucianus (f) idem adversus Gen-

(a) Matt. 27. Marc. 15. Luc. 23. (b) Orig. in Matt. tract. 35. (c) Orig. contra Cels. lib. 2. De Solis defectu. (d) Euseb. in Chron. an. 33. Christi. (e) Tertull. in Apolog. (f) Lucianus in Actis sui mar.

tes agens: Perquirite, inquit, in Annalibus vestris, & invenietis temporibus Pilati, fugato Sole, interruptum tenebris diem.

CXVII. Quid Dionysius.

Quomodo autem ejusmodi Solis defectio facta sit, Dionysius Areopagita scribens ad Polycarpum, cum invenitur in Apollophanem philosophum, narrat his verbis: Quid de illo, qui tempore crucis Dominica factus est, Solis defectu dicturus es? Eramus tunc ambo apud Heliopolim, amboque simul incidentem mirabiliter Soli Lunæ globum notabamus (non enim ejusce conjunctionis tunc aderat tempus) ipsamque rursus ab hora nona ad vespertum, ad Solis diametrum supra naturam vires restitutam. In memoriam autem illius revoca etiam aliud quoddam: nempe enim (ut ipse non ignorat) eam Lunæ incidentiam ab Oriente cepisse, & usque ad solaris corporis finem pervenisse, ac tum demum resiliisse notavimus: neque vero eadem ex parte, ut assolet, & incidentia illa & repurgatio facta est, sed ex adverso diametri; hæc sunt quæ tunc temporis contigere, naturam profecto superantia, ac soli Christo possibilia, qui auctor est omnium, facitque magna ac stupenda, quorum non est numerus: ista illi, si licuerit, dicito; hæc Dionysius ad Polycarpum.

CXVIII.

Idemque de eadem re scribens ad ipsum Apollophanem, agit his verbis: Heliopoli tu quidem imperante mihi coævus, & ego quinque & viginti fere annorum tempus excolvens, una morantes constitivimus, cum feria quadam sexta, & hora, etiam pene sexta, Sol horribilibus subitæ obstitit tenebris, Luna ipsum intercurrente: quia non Deus, sed creatura Dei in ipsius veræ lucis occubitu lucere non potuit. Quærebam enim tunc apud te, qui mihi sane sapientissimus videbaris, quid ipse inde sentiret; tu vero mirabili prudentia subintulisti: quod usque adeo penetrabilibus mentis meæ alte inhæsit, ut nulla oblivione deleri, nulla unquam valeat mortis imagine detereri. Offusi enim tenebris ipsi eramus, orbem Solis undequaque & ex aquo occupante caligine; & postquam repurgatio & restitutio facta est, Luna ad Solis diametrum conversa aufugit. Et tunc quoque regulam Philippi Aridæi assumpsimus: Cumque reperissemus, quod & erat notissimum, eo tempore Solem eclipsis molestias laboreque minime perpeti debuisse, ac nihilominus Lunam ab Oriente solarem splendorem pullis nigrantibusque velis obduxisse, cum soleat ex occidua parte Solem ingredi: tunc autem opifices lucis thesauros caliginibus, quas ipsa genuerat, ad occiduos usque Solis fines pervagata, (ut ipsi putavimus) occultavit: cum tamen & Lunæ id tempus deesset, nec cœtus vicinum tempus esse cognosceretur:

Ajo ad te (neque enim adhuc mysterii tanta rei conscius eram) O ingentis prudentiæ promptuarium: quid inquam, o doctissima speculum Apollopbanes, his secretis adscribis? Ad hæc, nescio quo pacto, divino quodam afflatu, & non humani sensus sermonem subintulisti: Hæc, o bone Dionysi, divinarum vicissitudines sunt rerum. Denique vero adnotatum diligenter ferie diem, & annum, annuntiatione quam sacer Paulus nostris attentis auribus infudit, consentientibus signis conspirare & concordare expertus, manus veritati submitti, & ex falsitatis nexibus sum absolutus: quam quidem veritatem mirifice effero, quam & tibi communico. Hactenus de his Dionysius.

De eodem quoque Solis defectu admirando Hieronymus (a) agit, Augustinus (b) etiam pluribus, qui & fuisse præter omnem naturæ ordinem, scribens (c) ad Hefychium, his demonstrat: Non erat, inquit, talis ille Solis defectus, quando Christus crucifixus est, & ideo vere mirabilis erat & prodigiosus. Pascha enim fuerat Judæorum, quod non nisi in plenitudine Lunæ celebratur. Secundum autem Astrologorum numeros, certum est, Solem, quando Luna plena est, non posse deficere, sed quando finis est Lunæ; non quidem semper, sed aliter nunquam, cum secundum illos numeros deficit. Quis ergo tale umquam meminit apparuisse de celo, ex quo Dominus illa prædixit, quale apparuit, quando passus est? Hæc Augustinus.

Cum hæc igitur agerentur, circa horam nonam exclamavit Jesu voce magna dicens: Eli Eli lamna sababani? quod est interpretatum, Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? Postea dixit: Sitio; oblatumque tunc acetum accepit. Hæc pluribus Evangelistæ. Quod ad propinationem acetii spectat, nulla inter sanctos Evangelistas est discrepantia, quantumlibet Joannes dicat spongiam acetum plenam hyssopo circumpositam Christi ori admoram, Matthæus vero & Marcus eam arundini seu calamo tradant impositam; ut ex his quæ dicturi sumus, facile apparebit. Sed in primis illud pervestigandum est: Quorsum hæc omnia parata ex industria erant, nimirum vas acetum plenum, spongia, hyssopus, & arundo? certe hæc non casu in monte extra urbem posito sunt inventa. Sed si consideremus attentius, quis esset horum singulorum usus ac virtus; rem integram proculdubio intelligemus: simulque esse commentum certo sciemus, quod aliqui dixerunt, ad accelerandam reorum mortem consuevisse Judæos cruci affixis propinare acetum. Ut igitur de hoc primum agamus; virtutem a natura instam esse acetum sistendi sanguinem, eandemque hy-

CHXIX. (a) Hieronymus in Joel. c. 2. (b) Augustinus lib. quæst. nov. test. 9. 105. (c) Augustinus epistol. 80.

CHX. (d) Mat. 27. Marc. 15. Luc. 23. Joann. 19. Concord. c. 143. De spongia acetum plena.

fopo simul & spongiæ inherere, pluribus in locis testatur Plinius (e): cuius est in primis locus egregius & ad rem de qua agimus valde accommodatus, cum ait acetum fasciculo hyssopi conditum sistendi sanguinis vim quamdam efficaciam habere, sive spongiæ superponatur, sive ad potandum detur: tribuit & Dioscorides (f) eandem acetum virtutem, cum ait: Acetum erumpentem undecumque sanguinem potu sistit. Si vero acetum junctum sit hyssopo; majorem inde haurire efficaciam ad sistendum sanguinem ex clavorum vulneribus manantem, cum pendenti in cruce spongia super arundinem affixa admoveretur, jure dici posse videtur; hæc quod ad potum pertinet.

Verum non potum tantum, sed earumdem rerum applicatione, & facta vulneribus admotione, eadem hæc ipsa præstari solebant. De spongia quidem cum loquitur Plinius (g), hæc ait: Veteres spongia conglutinant vulnera. Et paulo post: Spongiis vulnera utilissime foventur. Ac rursum: Ipse inflammationibus vulnerum ponuntur, nunc sicca, nunc acetum conspersa. Ac denique: Sanguinis profluviis sistunt ex acetum, vel frigida. His autem quæ scribit Plinius, antiquus rei usus consentit: siquidem mos erat ut gladiatori vulnerato, ad sistendum fluentem sanguinem spongia continuo ministraretur. Unde Tertullianus (h) in libro de Spectaculis, de his mentionem habens, sic ait: Poterit & de misericordia moveri defixus in morsu urforum, & spongiis retiariorum. Id ipsum & in marmoribus nobiliter sculptis vidimus, nimirum Adonidi ab apro recenter vulnerato, continuo a ministro quopiam admotam spongiam, ac vulnere superpositam, ut fluentem cruorem sisteret. Habentur hæc in antiquo sarcophago ea historia egregie admodum effigiato, quod Romæ aservatur in ædibus Tiberii Cevoli, Via Triumphali.

Sic igitur (ut ad rem, cuius causa hujusmodi est suscepta digressio, redeamus) ex industria omnia potiora medicamenta quæ sanguinem sisterent a Judæis parari solita, cum quis cruci affigeretur, factis superque demonstratum esse videtur, elucidatumque quod ait Joannes (i): Vas ergo erat postum acetum plenum. Illi autem spongiam plenam acetum, hyssopo circumponentes, obtulerunt ori ejus. In quo & magis veritati consentaneum esse videtur, quod ex Græco textu colligitur, & ex Theophylacto, qui hunc locum est interpretatus, acetum illud hyssopo fuisse permixtum, atque conditum, sicque ex acetum & hyssopo spongiam quidem imbutam atque arundini affixam, ad potum Domino propinandum. Cæterum medicamentum illud sic compositum, non potus causa fuisse præcipue institutum putamus

(e) Plinius nat. hist. lib. 23. c. 11. in fin.

(f) Dioscorides lib. 5. c. 14.

CHXXI.

(g) Plinius nat. hist. lib. 23. c. 11.

(h) Tertullianus de Spectaculis. c. 25.

(i) Joannes 19.

CHXXII.

(j) Joannes 19.

tamus, sed magis ut eo sic infusa spongia recentibus admota vulneribus, fluentem largiter sanguinem continuo sisteret. Est & ejus rei conjectura non levis: quia (ut accepi ab his qui eam viderunt) spongia qua potatus est Dominus Jesus Christus, quæ usque hodie summo honore aservatur Romæ in basilica Lateranensi, quasi aliquando sanguine tincta fuisset, ruborem quandam adhuc retinet, quem semel imbibisset: sicque putamus madidam prius sanguine spongiam, atque pressam, acetum postea & hyssopo superinfusam (proh scelus!) sacratissimo ori Domini propinatam. Verum quod, cum accepisset dixerit: Consummatum est: & inclinato capite tradidit spiritum: id non idcirco evenit, quod ejusmodi potus sui natura (quod nonnulli perperam dixerunt) mortem accelerandi vim haberet; sed potius Deo sic dispensante, ne longiore vita reservaretur ad crucifragium, quod de eo propheticæ scriptum esset: Os non comminuetis ex eo. Quamobrem, quod maxima omnium poena crucifragium esse foret: haud putamus, humanitatis intuitu, his ad sistendum sanguinem eos consuevisse uti remediis, sed potius ferali sævitia, ut sic diutius poenis atque ærumnis cruci affixi distinerentur, ac demum crudelissima fractura ossium ante Solis occasum (ut mos erat) ad vesperum necarentur.

Post Crucem crucifragium.

Cum igitur (ut dictum est) acetum Dominus accepisset, dixissetque (a): Consummatum est: clamans subinde voce magna, ac dicens: (b) Pater in manus tuas commendo spiritum meum: inclinato capite, tradidit spiritum. Tunc vero velum templi scissum est in duas partes, a summo usque deorsum. Quale autem ejusmodi genus veli esse solet; præter illa quæ in divina Scriptura de eo scripta leguntur, Josephus (c), qui vidit, sic una cum loco in quo appentum erat, describit: Interior porta inaurata erat, & circum ipsam auratus paries desuper habebat auratos pampinos, unde racemi statura hominis pendebant, & fores habebat auratas, quinquaginta & quinque cubitis altas, sexdecim vero latas. Ad hæc aulam longitudine pari, hoc est, velum Babylonium, hyacintho, & bysso, & cocco, & purpura variatum, admirabili opere factum, neque contemplationis expertum colorum permixtione; cocco enim videbatur ignem imitari, bysso terram, & hyacintho aerem, & mare purpura, partim quidem coloribus, bysso autem & purpura origine; quoniam bysso quidem e terra, mare autem purpuram gignit: eratque in eo per scripta omnis celi ratio, præter signa. Hactenus Josephus de velo exteriori posito ante primum tabernaculum, ubi candelabrum erat, mensa, at-

Velum Templi quale.

(a) Josephus de bell. Jud. lib. 6. c. 6.

(b) Joannes 19.

que thuribulum: additque alterum fuisse velum quo intima pars templi, quæ dicebatur Sancta Sanctorum, operiebatur. Ex his quidem erroris arguuntur, qui existimarunt unum tantum fuisse velum in templo. Porro hoc tempore conscissum fuisse velum exterius positum, quod erat cunctis perspicuum, & populum segregabat a sacerdotibus, Hieronymus (d) jure affirmat. Quid vero portenderit tantum prodigium, relinquimus interpretibus hæc fusius explicanda. Addit ad hæc S. Ephræm Syrus (e), cuius summam in scribendo fuisse auctoritatem, Hieronymus tradit (f); tunc cum velum templi scissum est, columbam etiam e templo egredi visam esse.

(d) Hieronymus epistol. 150. q. 8.

(e) Ephræm Syrus pass. Dom. (f) Hieronymus de script. Eccles.

Tunc etiam & magnus factus est terræmotus, adeo ut ea concussione scissæ sint petrae: de quo testimonium ex Phlegonte ab Origene & Eusebio recitatum superius descripsimus. Meminit Plinius (g) sub Tiberio ingenti terræmotu dirutas ad hæc decem civitates in Asia; ad quas sublevandas factam ab eodem Imperatore tributorum remissionem, Suetonius tradit (h); eadem & Dio (i). Quæ cum ad hæc tempora passionis Domini referre conetur Orosius, plane a Tacito ac Dione arguitur, qui ambo sub Consulatu Cælii Rufi atque Pomponii Flacci ea ponunt, anno Domini scilicet decimonono; Eusebius vero in Chronico anno vigesimo. Cæterum quis neget terræmotus hoc anno iterum repetitos, id ipsum præsertim post Evangelistas testante Phlegonte, etsi non Asiam tunc concussisse, certe in aliis Orbis regionibus sui magnitudine prodigiosos fuisse? De lapidibus eo terræmotu conscissis, hæc Cyrillus Hierosolymorum Episcopus: Hactenus Golgotha monstrat, ubi propter Christum petra scissa sunt. Porro non Hierosolymis tantum, sed & in plerisque aliis orbis terrarum partibus scissos montes eodem terræmotu, incolæ firma traditione testantur, nempe in Hetruria montem Alverniam dictum, & prope litus Campanum Cajeter promontorium. Ad hæc insuper addidimus, tradere S. Hieronymum (l) ex Evangelio Nazaræorum, quod in

CHXXIV. Terræmotus tempore passionis.

(g) Plinius nat. hist. lib. 2. c. 84.

(h) Suetonius in Tib. c. 48. (i) Dio lib. 57.

(k) Cyrillus Hierosolymorum Episcopus Catech. 13.

(l) Hieronymus epistol. 150. q. 8.

Latinum transtulit, eodem quoque terræmotu templi superliminare collapsum esse: tum & Angelos præfides templi auditos esse, dicentes: Transcamus ex his sedibus; id & Eusebius quoque tempore Christi passionis accidisse testatur; licet Josephus ad Pentecostes referat tempus. Sed quam facile homo illi, sive inconsiderantia, sive dolo malo in his quæ sunt temporis errore lapsus inveniatur, superius sæpe demonstravimus. Eodem insuper terræmotu & monumenta sepulchrorum aperta esse, & multa corpora sanctorum a mortuis surrexisse, Hierosoly-

namque venisse (nam sepulcra foris erant posita) & apparuisse multis, Evangelica (a) docet historia.

(a) Mat.

CXXV.

(b) Euseb. de prep. lib. 5. cap. 9. ex Plutarcho. lib. de defect. visse: Cum in Italiam pater suus navigaret circa insulas, quas Echinades appellant, flatu ventorum deficiente, noctu prope Paxas devenisse: cumque omnes pene qui simul navigabant, attentiores vigilarent, repente a Paxis insula vocem magnam auditam fuisse, qua (*) Thramnus quidam vocabatur; qua vox novitate rei omnes magno percussit miraculo. Thramnus enim ille qui vocabatur, homo erat Aegyptius, ejus ipsius navis gubernator, qui bis vocatus nihil respondit: tertio vero vocatus, morem gessit vocanti, atque respondit. Illum vero multo majore voce sic exclamasse: Quando juxta paludem fueris, annuntia tunc, Pana, magnum mortuum esse. Qua re audita, magno dicebat Epitherses (sic enim Aemiliani pater vocabatur) omnes terrore percussos fuisse. Cumque dubitarent, utrum obtemperandum esset voci illi, an non: hoc Thramni consilium ab omnibus approbatum esse: si secundi quidem spirarent venti, nihil esse dicendum; si vero tranquillitas maris esset, & ventorum status, cum in eo loco essent, omnino deficerent, non esse retinenda qua audirent. Cum igitur juxta paludem essent, quia nullus esset flatu ventorum, tunc Thramnum in mare prouum respicientem magna voce dixisse qua audivi: Magnus Pan mortuus est. Qua re nuntiata, magnus multorum gemitus, immo vero innumerabilium, miraculo quodam commixtus subito auditus fuerat.

De alio prodigio.

(*) Thamus.

CXXVI.

Et quoniam multi fuerant qui ea in nave navigabant, cito ac facile cum Romam venissent, hujusmodi rei rumores universam Urbem replere; & a Tiberio Caesare, qui tunc gubernacula Reipublicae gerebat, Thramnum accersitum fuisse. Cui rei tantam fidem Tiberius praebuit, ut philosophis, qui tunc Romae reperti erant, accitis, diligenter quisnam esset ille Pan, ac curiose scrutaretur. Omnes autem illos quibusdam in idem convenisse conjecturis, ac dixisse, de illo sibi videri nuntiatum fuisse, qui a Mercurio & Penelope natus fuit. Cum haec de morte Pan Philippus dixisset: nonnulli eorum qui aderant, eadem ipsa ab Aemiliano sene audisse se testabantur. Haec de Pane Eusebius ex Plutarcho. Haec quidem ab aliquibus in eum sensum sunt accer-

De interitu panis.

pta, ut Pan Christus Dominus univerforum intelligeretur, ejusque mortem ut suam ipsorum cladem luxisse daemones, qui ppe qui adhuc ipso vivente saepius fuissent lamentati se ab ipso torqueri. Sane quidem, si rei gestae fidem adhibendam esse putamus, nequaquam de illo Pane quem Gentiles colebant, ea possunt intelligi. Nam si Panem, ut illi dicebant hominem fuisse dixerimus; longe ante haec saecula ipsum obisse humanum diem, certum est: si vero aliquem daemone fuisse affirmaverimus; intellectuales ipsas creaturas morti non subjacere, exploratissimum est. Sed ad Evangelicam historiam redeamus.

Cum igitur tot tantaque divina operatione prodigia facta essent: Centurio (c) haec videns, ac praecipue admiratus quod Jesu voce magna clamans expirasset, glorificavit Deum, & publica confessione testatus: Vere, inquit, filius Dei erat iste. Omnes insuper his visis revertentur pra dolore admissi facinoris pectora sua percutientes. Porro Centurionem hunc, Longinum nomine appellatum fuisse, Christianique fidem secutum, abdicasse se a militia, ac denique ad martyrii palmam advolasse, qui ejus res gestas scripserunt (d), testantur. Ex quibus redarguuntur, qui ex apocryphis quibusdam scriptis tradiderunt, Longinum nomine, eundemque caecum fuisse militem illum, qui lancea latus Domini aperuit.

Cum (e) vero appropinquasset initium diei sabbati, quem post horam nonam Judaeis publico signo auspiciari consuevisse, Josephi auctoritate superius demonstravimus: ne remaneret in cruce corpora sabbato, cum aliqui a lege divina statutum esset, ut appensi in patibulo (f) eadem die, & (ut addit Philo g) ante occasum Solis, sepelirentur: Judaei adierunt Pilatum, ut jam viventes adhuc in cruce, ex more, crurifragio necarentur, eorumque corpora tollerentur. Advenientes ad hoc milites, utriusque latronis fregerunt crura, idem cum Jesu acturi: sed cum mortuum vidissent, abstinerunt: unus tamen militum lancea latus ejus aperuit, ac continuo fluxit sanguis & aqua. Porro Dei genitricem, qua cum caeteris prius enarratis feminis aderat, magna cum reverentia collegisse, quantum licuit, sanguinem & aquam qua e Domini latere fluxerat, ex antiquioribus monumentis recitat Metaphrastes (h) qui & haec in super addit: Dicunt hi qui de his rebus tractarunt, eam ab initio usque ad finem se fortiter atque constanter gessisse, honeste quidem, & non indocore utentem motu animi, factis etiam ostendens se esse matrem, sed matrem omnino illius, qui motum animi certis finibus continuit: mortuumque videns filium, eo motu animi usa est, ut oportuit: quin

CXXVII.

(c) Matt. 27. Marc. 15. Luc. 23.

De Centurione.

(d) Exanti apud Metaphr. die 16. Octob.

CXXVIII.

(e) Matt. 27. Marc. 15. Luc. 23. Joan. 19. Concord. c. 144.

(f) Deut. 21.

(g) Philo de special. legib.

(h) Metaphr. 15. Augusti. De S. Dei Genitrice Maria.

quin etiam in eo de cruce deponendo maternis manibus inseruit, & clavos qui extraherentur, in sinu suo accepit; & membra illius amplexa est, partim quidem ulnis astringens, partim quidem lacrymis plagas emundans. Deinde tota, toti corpori circumfusa: Ecce tibi ab omni saeculo praefinitum mysterium ad finem usque venit, o Domine, placida voce dicit: & Josepho in manus tradens sudarium, ait: Tibi autem deinceps cura erit, ut sepultura tradens, hoc cum honeste componas, myrrha condias, & ei justa facias. Haec ille; additque Josephum adhuc oculum discipulum propter metum Judaeorum, & timentem illos, hortatu tamen Deiparae, grande opus ac plane arduum aggressum esse, & omni excussa formidine audacter introisse (ut ait Evangelista a) ad Pilatum, ac petiisse corpus Jesu.

(a) Marc. 15.

CXXIX.

Meditationes pie & revelationes.

Scimus alios animi affectus in sanctissima Deipara expressos inveniri in tragedia illa inscripta, Christus patiens, qua ab eruditissimis Apollinaris Laodiceni potius, quam Gregorii Nazianzeni esse opus, merito existimatur. Scimus praeterea complura a Sancto Anselmo & aliis nonnullis piis viris de Christi passione ferri, qua ex devota meditatione ac contemplatione potius, quam ex historica antiqua veraque narratione fluxisse noscuntur. Si quid autem alicui sancto viro divinitus revelatum fuerit, non rejicimus, sed his non ea miscemus, quod non Apocalypsim, sed historiam conscribere, instituti ratio exigit. Sed jam reliqua prosequamur.

CXXX.

(b) Matt. 27. Marc. 15. Luc. 23. Joan. 19.

Cur in novum Sepulcrum Jesus.

Josephus (b) igitur, accepto Jesu corpore, sepulcrum ejus diligenter curavit: nam (sicut mos est Judaeis defunctorum corpora sepelire) mixtura myrrhae & aloes librarum quasi centum conditum corpus Jesu & linteis involutum sepelivit illud in monumento suo novo, quod exciderat in petra. Ponendi autem in novo sepulcro Christi corporis quoniam ratio fuerit, colligitur ex compendio Thalmud, quod dicitur Alphesi, & Rabbini Jacob Turin, & Moyse Aegyptio: qui ajunt, cadavera damnatorum verita esse inferri in sepulcra caeteris communia, sed in privata seorsum ab aliis esse ponenda: rursusque separatim esse pariter sepelienda instrumenta illa, quibus mors illata fuisset, nempe cruces, clavos, enses, lapides, pro mortis genere, quo quis affectus esset: eaque ratione vetitum pariter fuisse tradunt, aliquem suffigi arbori, sed ex ligno exciso juberi componi crucem, eandemque seorsum sepulturae mandandam cum reliquis ad mortem inferendam adhibitis instrumentis. In petra autem excidi solitas sepulcras apud Judaeos, jam superius dictum est: eam-

demque consuetudinem ad Christianos esse dilapsam, coemeteria qua tum Romae, tum alibi in cryptis arenariis sunt antiquitus instituta, fidem faciunt: in his enim, non in terra deorsum, sed desuper in lateribus cryptarum fornices sustinentibus, in excavatis ibi loculis reponi cadavera, moris fuit.

Quenam vero in reliquis esset Judaeorum in mortuis sepeliendis consuetudo, quam in Christi sepultura esse servatam Joannes affirmat (c): eam ex parte in defuncto Lazaro idem insinuat, dum ait (d): Ligatus pedes & manus insitis, facies illius sudario erat ligata. Addimus (e) Rab. Jacob in Turin, re Deiparae, c. 352. Mos Judaeorum in sepeliendis. (f) Sozom. lib. 9. c. ult.

Ceterum quod spectat ad sepulcrum damnatorum: quod maledictioni legis obnoxii essent, abstinebant pollinctores a capillorum incisione: iidemque ea qua damnatorum corporibus inhæssent, una cum eis sepeliabant: qua ratione ducimur, ut existimemus, clavos spineamque coronam eodem cum Domino esse sepulcro inclusam; crucem vero, quam locus sepulturae non caperet, in propiniori aliquo specu esse reconditam. Nec praetermittimus dicere, tantum olim excrevisse apud Hebraeos impenfam funerum, ut ejus magnitudine cognati perterriti, relicto cadavere, se aliquando subducerent. Sed qui haec idem Rabbi Jacob testatur, addit ea moderata fuisse a Gamaliele seniore, cujus tam in sacerdotibus quam populo potissima auctoritas erat: ejusque sententia factum est, ut non nisi linteis linteaminibus, eisdemque haud magni pretii, corpora defunctorum obvolerentur: nec in his ullam esse rationem habendam cujusvis ordinis & dignitatis, etiam

(c) Joan. 19.

(d) Joan. 11.

(e) Rab. Jacob. in Turin, re Deiparae, c. 352.

(f) Sozom. lib. 9. c. ult.

(f) Sozom. lib. 9. c. ult.

CXXXI.

Funera Judaeorum.

etiam si regali effulgeret amplitudine, voluit, eoque modo seipsum sepeliri mandavit: quod a posteris inviolate idem tradit fuisse servatum. Sed prosequamur cetera.

CXXXII. De custodia & munitione Sepulcri.

Interea die sabbati inchoato, Principes sacerdotum & Pharisei adierunt Pilatum, rogaruntque muniri sepulcrum, & adhiberi custodiam, ne discipuli Jesu corpus auferrent, & resurrexisset falso jactarent. Ille vero ad ejusmodi officium, ut perquam diligenter curaretur, datis ad custodiam militibus, illis obtemperavit: qui abeuntes, munierunt sepulcrum, signantesque lapidem, milites ad custodiam reliquerunt. Qualis fuerit ejusmodi sepulcri munitio, a Nicephoro sic describitur (a): Primum, inquit, sigillum sepulcro est impressum, quod & intactum permansit, & custodia militaris, illa & genere alienigena, qua in propinquo sigillum observabat. Praeterea ingens ille lapis ad os sepulcri appositus. Et paulo post: Traditum est nobis ab antiquis, Judaeos lapidem illum, qui in salutiferum sepulcrum illud pro operculo positus fuerat, ad summum monumenti labrum, per aramque inferne se illi conjungentem, feramentis quibusdam fabrilis lapididarum arte perforasse, ferrumque ingens a fabro ex propinquo acceptum per utrumque foramen immisisse, & in circuli sive annuli formam circumgesse, atque ita firmiter capitibus commissis, omni ex parte quasi vinculum circumduxisse, ut lapis qualicumque modo loco suo revelli, aut saltem ratione aliqua removeri (nisi arte quadam & vi adhibita, necessario aut ferrum confringeretur, aut petra rumpetur) non potuerit: atque in hunc modum cum magna cura, atque etiam signo impresso, cum sepulcrum firmissime communiissent, custodia insuper competentibus adhibita, eos abisse. Haec Nicephorus. His consentientia testatur Beda (b), dum ait, etiam suis temporibus illum superpositum lapidem monstrasse vestigia ferreorum vinculorum.

(a) Niceph. hist. lib. 1. c. 31.

(b) Beda de locis sanctis c. 2.

CXXXIII. Instrumenta Passionis.

Remanserunt omnia illa passionis Christi atque sepulcri instrumenta, ipsaque loca ubi haec facta sunt, tantae rei digna memoria consecrata, velut quadam tropaea victoriae, eademque facta toto Orbi conspicua, atque proficua, ex quibus velut e perennibus quibusdam fontibus fluenta gratiarum atque miraculorum eruperint. Ipsas spinas coronae Jesu, columnam ad quam alligatus est cum flagellis caederetur, arundinem, atque spongiam, qua fuit aceto potatus, magna fuisse diligentia asservata, tradit Gregorius (c) Turonensis, simul & Beda (d). Tunicam etiam illam inconfutilem, a militibus sorte datam, a Christianis redemptam & conservatam, auctor est idem Gregorius Turonensis (e), qui suis tem-

(c) Greg. Turon. de glor. mar. tyr. c. 7.

(d) Beda de locis sanctis c. 20.

(e) Greg. Turon. de glor. mar. tyr. c. 8.

poribus in Galatia fuisse repositam tradit. Ipsum sudarium insuper, quo caput Domini est involutum in sepulcro, quod divina virtute ab incendio remanserat intactum, esse translatum ad posteros, Beda (f) testatur. Ab hoc diversum sudarium illud existimatur, quod a Berenice faciei Domini sanguine & sudore aspersae adnotum, ejusdem Domini vultus effigiem in se retinuit, ut habet Christiana traditio, & libellus manuscriptus de translatione ejus Romam facta, qui asservatur in Vaticana bibliotheca, testatur. De eadem Berenice, quae & Veronica dicta habetur, deque eadem Christi imagine velo excepta, Methodius Episcopus antiquus chronographus meminit (g). Permansit integra, divina operante virtute, illaefaque hactenus sanctissima findon illa, quae corporis Domini nostri Jesu Christi delibuta unguento, in sepulcro posita fuit veluti operimentum & stratum, quae & in se imaginem in sepulchro Domini jacentis exprimit, asservaturque summo honore in ecclesia Taurinensi.

(f) Beda de locis sanctis c. 5.

(g) Apud Marian. Scot. in Chron. anno Dom. 39.

Sed quid de ipsa sanctissima Cruce Domini dicam, quae quantumvis sive Judaeorum invidia, sive alia causa diutius occultata subtus terram permanserit, tandem sic divina providentia disponente, in lucem prodita, fulgoris sui radiis universum Orbem illustrat, adeo ut vix sit reperiri personam & locum, in quo non sit aliqua ejusdem sacratissimi ligni particula? Nam & S. Paulinus (h) haec de ipsa testatur, sic dicens: Quae quidem Crux in materia insensata vim vivam tenens, ita ex illo tempore innumeris pene quotidie hominum votis lignum suum commodat, ut detrimenta non sentiat, & quasi intacta permaneat, quotidie dividua summentibus, & semper tota venerantibus: sed istam imputribilem virtutem & indestructibilem soliditatem de illius profecto carnis sanguine bibit, quae passa mortem, non vidit corruptionem. Haec Paulinus. At Cyrillus: (i) Lignum Crucis, inquit, testatur ad hodiernum diem apud nos apparere, & apud eos, qui secundum fidem ex illo capientes, hinc universum Orbem fere jam repleverunt.

(h) Paul. ad Sever. ep. 11. De Cruce & Terra Sepulcri.

(i) Cyrill. catech. 10.

Terra ipsa insuper, quae Domini adjacet sepulcro, divinam quandam ex Dominico corpore proxime posito virtutem hausit; ut merito Fideles illuc peregrinantes avide tolerenter accipere, qua tum ad morbos curandos, tum etiam ad daemones perfigandos uti consueverint. Est ejus rei locuples testis S. Augustinus (k), dum haec ait de Hesperio viro Tribunitio: Acceperat autem ab amico suo terram sanctam de Hierosolymis allatam, ubi sepultus Christus die tertio resurrexit; eamque suspenderat in Sepul-

CXXXIV.

(k) S. August. de Civitate Dei lib. 12. c. 8. De Terra Sepul-

tere.

veretur. At ubi domus ejus ab illa infestatione purgata est, quid de illa terra fieret, cogitabat, quam diutius in cubiculo suo reverentia causa habere volebat. Forte accidit, ut ego & collega meus Episcopus Sinicensis Ecclesiae Maximinus in proximo essemus: ut veniremus rogavit, & venimus: cumque nobis omnia retulisset, etiam hoc petiit, ut infoderetur alicubi, atque ibi orationum locus fieret, ubi etiam possent Christiani ad celebranda, qua Dei sunt, congregari. Haec Augustinus: ex quibus videas antiquam Christianorum pietatem, qui non modo loca illa sancta, in quibus Dominus est con-

III. Sententia Antiquorum de anno Passionis Christi.

[1] A num. CXXI. ad CLIII. Christi Domini nostri Passionem Baronius hoc anno consignavit: quam tamen veteres Pitres, Augustinus, Hieronymus, alique cum Consulatu duorum Geminorum anno Erae Christianae XXIX. gesto illigant. Eusebius inter primos fuit, qui mortem

versatus & passus, aedificiorum molibus illustrarint, sed tenuem ex sepulcri loco sumptum pulvisculum eodem honore habendum existimarint, adeo ut ejusdem condendi causa etiam ecclesiam excitarint. Ex eadem terra, aqua admixta, formari consuevisse tortulas quasdam, easdemque per diversas mundi partes transmitti solitas ad morbos curandos, aliasque divinas gratias impartendas, testatur Gregorius (a) Turonensis. Atque de his satis.

(a) Greg. Turon. de glor. mar. c. 7.

Quod reliquum est, antequam de resurrectione Domini historiam aggrediamur, operae pretium existimamus de ipso tem-

CXXXVI. De anno Christi Passionis.

Dominicam ab eo anno removerit. cui Epiphanius haereticus alique postea adhaesere: quae porta semel aperta, alii Passionem in annum Erae Christianae XXXI. alii in annum XXXII. contulerunt. Eusebii Epiphaniique sententiam, quae Christum anno XXXI. crucifixum docet, Petavius

[1] Plerique veterum, ut notat Pagius, Christum passum esse duobus Geminis consulibus, scripsere. Hi sunt, quos fere omnes affert Baronius A. D. 34. n. CXLIII. Tertullianus adversus Judaeos, Laetantius Institut. lib. IV. cap. X. idemque in libro de mortibus Persecutorum superiori saeculo vulgatus. Ibi enim cap. II. habet: Extremis temporibus Tiberii Caesaris, ut scriptum legitur, Dominus noster Jesus Christus a Judaeis cruciatus est post diem decimum Kalendarum Aprilis, duobus Geminis consulibus. His accedunt Sulpicius Severus Historia Ecclesiastica lib. II. S. Augustinus de civitate Dei lib. XVIII. cap. LIV. & Prosper Aquitanus in Chronico, quibus adde Fastos Idatianos & Vindebonenses, & catalogum Romanorum Pontificum, editum a Bucherio in Canonem Paschalem Victorii Aquitani pag. 269. Scribit porro Pagius, Eusebium inter primos fuisse, qui mortem Dominicam ab eo anno removerit, cui postea alii adhaesere. Itaque Eusebius in Chronico scripsit, Christum passum esse anno XVIII. imperii Tiberii Caesaris, Cn. Domitio Enobarbo & M. Furio Camillo Scriboniano cons. His quoque consulibus Christi mortem alligavit Baronius. Julii Africani de eclipsi in Christi morte conspecta loca tria affert Pagius n. XI. & XIII. quorum primus est: eam eclipsin, anno IV. Olympiadis CCII. tertius anno II. Olympiadis CCII. contigisse. In primo mendum esse patet, legendumque anno IV. Olympiadis CCI. quod communem Olympiadum dispositionem Africanus secutus sit; in secundo vero & tertio nullus error est, ex Pagii sententia, quod Africanus Olympiades & annos Olympiadis biennio citius exordiat. At quum olim Epiphanius, & superiori saeculo Keplerus, & Petavius, Christum passum esse Tiberio Augusto V. L. Aelio Seiano cons. anno erae vulgaris 31. senserint, & annum secundum Olympiadis CCII. huic erae Christianae anno accommodaverint, ut est apud Petavium in Animadversionibus ad Epiphanium pag. 176. & de Doctrina temporum lib. XII. cap. XII. (Vide eundem ibidem cap. XIV.) Opinionem quorundam, A. D. 34. duobus Geminis consulibus, Tiberii anno XVII. vel. XVIII. Christum passum esse, falsitatis coargui contendunt. Haec enim fuit sententia M. Antonii Cappelli in Dissertatione de Christi aena suprema, quam refellit Petavius. De Cappelli sententia, & aliorum, aliqua refert Spondanus in Epitome ad hunc annum num. XLV. & haec profert: sic exercentur hominum ingenia, dum dies diei erudat verbum, & nox nocti indicat scientiam, saepeque plurimi ultra sobrietatem sapere gestiunt. In hanc eandem tamen sententiam de anno mortis Christi, duobus Geminis consulibus, anno XXXI. erae Dionysianae ivit Godefridus Henschenius Exercitat. I. in catalogos veteres antiquorum Pontificum praemissos tomo I. Aprilis Bollandiani pag. v. hujusmodi catalogis, ut & Bucheriano indiculo Romanorum Pontificum maxime fretus, cui tamen Bucherius tantam non praestitit fidem; huic ad stipulari videtur Norisius in Cenotaphiis Pisani Dissert. cap. XVI. §. XII. pag. 325. sed monet, secundum hanc sententiam tria tantum Paschata Christo post baptismum praedicante, admitti posse. Verum. Baronii sententia de anno, quo mortuus est Christus, nisi alia monumenta emergant, suos habet auctores, eosque non contemnenda auctoritatis, & ea, qua Christi mors duobus Geminis affigitur, non minimis patitur difficultates. Vide quae scripsit Praeful clarissimus Franciscus Blanchinus in Prolegomenis ad vitas Romanorum Pontificum Opusculo IV. tom. II. pag. x. & sequentibus, ubi demonstrare conatur Christum passum esse duobus Geminis, sed horum consulatum in annum erae vulgaris XXVII. conferendum esse, quum hactenus celebriores chronologi illum anno XXXI. alligarent. Ipse Aegidius Bucherius, qui Victorii Canonem Paschalem, & catalogum Romanorum Pontificum vetustissimum ibidem edidit, ipsiusque catalogi auctoritatem de Christi Domini passione rejicit cap. 12. pag. 215. cap. 13. pag. 223. eamque confert in annum Julianum 76. erae Christianae 31. ex ipsius Victorii cycli regulis. Eadem habet in Belgio Romano Ecclesiastico & civili lib. 4. cap. 6. pag. 134. Confer Petrum Possinum Societatis Jesu presbyterum in epistola data A. D. 1683. & recusa in Apparatu Godefridi Henschenii ad Chronologiam Pontificiam pag. 13. ubi contendit Christi mortem alteri anno quam erae vulgaris XXXIII. Galba & Sulla Cons. aptari non posse.

vius lib. 12. de Doct. Temp. pluribus propugnavit, & cap. 12. ejusdem libri, postquam dixit, antiquos Patres sensisse, Christum mortuum esse anno Tiberii XV. ætatis XXX. hæc habet: *Posteriores anno fere Tiberii XVIII. Eusebium & Epiphanium secuti. Sed in horum explicanda sententia minus attentos plerisque video, qui Imperatoris illius annos, more Romano, ab eo die, quo Imperium inivit, computandos existimant, quod non ita est. Etenim a populari civitatum suarum exordio Patres illi annos inchoabant, nimirum ab autumno antecedente ætatem illam, qua Augustus excessit. Anno ab Urbe condita DCCLXXXIV. Juliano LXXVI. Augusti XIX. cepit annus XVIII. Tiberii, anno tertio Olympiadis 202. Cyclo Luna 13. Græci patres, ut Eusebius & Epiphanius, annum Tiberii decimum-octavum putare incipiunt ab autumno anno Juliani LXXV. De Eusebio supra id ostensum est aliquot exemplis, & res ipsa persuadet non aliud exordium anni ab eo sumunt quam Antiochenum, & Syro-Macedonicum ab Octobri. Fuit enim Casarea, qua Palestina in Syria Metropolis erat, Episcopus. Qui annos Christi ad Eusebii Chronicon adnotarunt, ad XVIII. Tiberii, & Olympiadis 202. tertium, quo passus ibidem Christus ponitur, annum Christi XXXII. adscripserunt. Quare cum uno ante communem Nativitatem anno ortum Christi collocavit Eusebius tertio anno Olympiadis 194. annus ille XXXII. Era vulgaris est XXXI. Periodi Juliana 4744. quod a Kalendis Januariis ad solstitium in cursu fuit annus secundus Olympiadis 202. a solstitio vero tertius annus, Consulibus Tiberio V. & Seiano. Hic est annus ille quo mortuum esse Christum, pluribus docet ac probat Epiphanius hæresi 51. quem cum Tiberii dicat esse decimum-octavum, apparet ipsum ab autumno antecedente, itidem ut Eusebium, annorum Tiberianorum initia capere; ac revera ex amhorum sententia passum esse Christum anno XVII. corrente Tiberii, Olympiadis 202. anno secundo. Eadem & cæterorum Patrum opinio fuit, qui Eusebio auctore decimo octavo Tiberii anno mortuum affirmarunt esse Dominum. Nam περὸν πταύος ὄταυον decimum Tiberii annum appellarunt, qui Romanis decimus septimus putabatur.*

IV. Sententia Eusebii a Petavio non bene explicata.

Sed ratiocinium omne Petavii ex eo corrui, quod non advertit, in sententia seu verius errore Eusebii in Chronico, Augustum anno Eræ nostræ XIII. poni demortuum, quod ipsemet lib. 11. de Doct. Temp. cap. 6. observat, & a nobis jam supra demonstratum est. Secundo in eo peccat Petavio, quod annos Imperatorum ab anno Abrahami, qui sequitur prædecessoris obitum incepisse Eusebium neget: qui tamen lib. 11. de Doct. Temp. cap. 41. id Eusebio ac S. Hieronymo familiare fuisse recte scripserat: nosque ostendimus, Eusebium in Chronico initium Imperii Augusti deduxisse, non ab anno Abrahami 1973. quo, ex ejus sententia, Julio Cæsari successit, sed ab anno Abrahami sequenti scilicet 1974. mensis Octobri post Julii Cæsaris mortem inchoato. Certe cum secundum Eusebium, Tiberius anno Abrahami 2052. quem cum anno XIII. Tiberii conjungit, mortuus fuerit, si Imperii ejus initium anno Abrahami 2020. quo Augusti mors ab Eusebio consignatur, coeptum fuisset ex ejusdem Eusebii sententia, non annos viginti tres Tiberio, sed annos viginti quatuor necessario attribueret. Quare Eusebium in Chronico existimavit, Christum anno Tiberii XVIII. Eræ vero Christianæ XXXI. passum esse; licet is Tiberii annus secundum veram de initio Imperii Tiberiani sententiam, decimus tantum septimus ejus esset, ut ipsemet Eusebius in Historia sua tandem agnovit. Ibi enim Augusto annos quinquaginta septem tribuit, eumque anno Eræ Dionysianæ XIV. mortuum supponit. Aliter itaque in Chronico, aliter in Historia Eusebius de anno Christi emortuali loquitur; ideoque priorem sententiam, quæ

Augustum anno Eræ Christianæ XIII. demortuum censebat, tanquam falsam rejicit. Petavio in Animadversionibus Epiphaniis hæresi XXVIII. aliam annos numerandi rationem Eusebio aliiſque tribuerat, scripseratque plerisque Christianorum Scriptorum solere annorum initia a verno Paschaliſque mense, quod ecclesiastici anni caput est, arcessere: ideoque Eusebium ac reliquos annorum Imperatorum initium a mense verno eorum creationem præcedente κατὰ πρόληψιν usurpare. Sed licet verum sit ex Antiquis aliquos, Imperatorum annos ab autumno eorum inaugurationem antecedente, aliosque a mense verno eandem præcedente desumisse, certum est tamen, Eusebium Imperatorum annum primum a mense Octobri eorum mortem subsequente applicatum esse, ut passim videbimus. A quo mense Epiphanius Imperatorum annos inchoavit, imo quo anno Christum passum crediderit, nullus, quod viderim, hæctenus divinare potuit. Tertio non advertit Petavio errorem, qui cubat in anno Incarnationis XXXII. in editione Scaligeriana adnotato, annumque Abrahami 2047. cum quo Passionem Christi Eusebius connectit, concurrere cum anno incarnationis XXXIII. ab Octobri pariter coepto. Si enim primum Incarnationis annus est Eusebio 2025. profecto 2047. ei annus est Incarnationis XXXIII. & hoc sine controversia. Quinto Eusebius annos non numerat a Nativitate Christi, sed ab ejus incarnatione, quæ secundum eum, seu secundum Alexandrinos incipit, anno Juliano XLIII. ab Octobri secundum Eusebium, a Martio vero secundum aliquos. Quare Era Incarnationis Alexandria triennio Dionysianam antevertit. Denique Patres, qui Christum anno Tiberii XVIII. crucifixum scripserunt, nullo modo proleptice annum XVIII. Tiberii eum appellarunt, qui secundum Romanos decimus tantum septimus erat. Sed aliqui Eusebii in Chronico errorem secuti Passionem Christi anno Eræ nostræ XXXI. illigarunt; alii rectam Chronologiam amplectentes, annum decimum octavum Tiberii cum anno Eræ Christianæ XXXII. copulaverunt, eoque Christum passum scripserunt. Quam sententiam ipsemet Eusebius in Historia lib. 1. cap. 10. & lib. 10. de Demonstratione amplexus est; cum iis locis scripserit, prædicationis Dominicæ tempus tres annos cum dimidio complexum esse. Unde cum anno XV. Tiberii Christum baptizatum Eusebius scribat, anno nempe Eræ vulgaris XXIX. manifestum est, quatuor eum. Paschata in hac secunda opinione Christo attribuisse; licet in priori tria illi tantum assignasset. In morte itaque Christi consignanda Eusebius varius & inconstans fuit.

Opinio Divi Irenæi de ætate Christi, quæ num. CXLII. tangitur, admonet, ut quo anno baptismum Christi collocarit, investigemus. Irenæus lib. 3. cap. 25. ait: *Natus est Dominus noster circa primum & quadragesimum annum Augusti Imperii, quem si a morte Cæsi Julii, quod in dubium revocari non debet, deducat, liquet eum Christi Natale anno Juliano XLI. consignasse; cumque lib. 2. capite 39. scribat, Christum ad baptismum venisse, cum inciperet esse tanquam triginta annorum, (hoc est, anno ætatis tricesimo ineunte, ut ex ejus verbis evidenter deducitur) addatque, tria Christum Paschata peregrisse, necessario sequitur, eum annum XV. Tiberii a Luca memoratum, de XV. Imperii ejus Proconsularis interpretatum fuisse, alioquin tam Evangelio, quam sibi ipsi contradiceret. Existimavit itaque sanctissimus Doctor anno Eræ Christianæ XXV. factum esse Verbum Domini ad Joannem Baptistam anno XV. Imperii Proconsularis Tiberii in finem vergente, Joannem usque ad initium Eræ Christianæ XXVII. vel circiter ministerium suum exercuisse, & Christum annum tricesimum ætatis inchoantem baptizasse, triaque Christi Paschata celebrata fuisse annis Eræ*

V. Opinio S. Irenæi de anno baptismi & mortis Christi.

Baron. II. cxlii.

CHRISTI
34.

TIBERII IMP.
18.

tempore passionis Christi, quo potissimum anno ætatis suæ sit passus, narratione brevi quædam examinant, perquirere; cum præsertim (ut sæpius diximus) ex certa ratione temporum historiarum veritas soleat maximopere confirmari. De anno itaque, quo passus est Christus, quidam agentes, exorbitantur absurde nimis, cum putarent eum cruci affixum natum, annum quadragesimum sextum: idque nulla habita ratione temporis quando sit natus vel passus; sed tantum quod eo annorum numero ædificatum fuerit templum, quod ipsius Christi typum gerebat. Horum errores Augustinus refellens, hæc ait (a): *Per Olympiadas & Consulium nomina, multa sæpe queruntur a nobis; & ignorantia Consulatus quo natus est Dominus, & quo passus est, multos coegit errare, ut putarent quadragesima sex annorum ætate passum esse Dominum, quia per tot ædificatum esse templum, dictum est a Judæis, quod imaginem Dominici corporis habebat. Et annorum triginta fere baptizatum esse, retinemus auctoritate Evangelica: sed postea quot annos in vita egerit, quamquam textu ipso actionum ejus animadverti possit; tamen ne aliunde caligo dubitationis oriatur, de historia gentium collata cum Evangelio liquidius certiusque colligitur. Tunc enim videbitur non frustra dictum esse, quod quadragesima & sex annis templum ædificatum sit: ut cum referri iste numerus ad ætatem Domini non poterit, ad secretiorem instructionem humani corporis referatur, quo indui propter nos dignatus est unicus Dei Filius, per quem facta sunt omnia. Hucusque Augustinus.*

Rursus vero & inde irrepsit error, ut cum Judæi ad Dominum dixerint (b): *Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti?* Quasi huic ætati proximus accessisset: scriptum invenitur apud Irenæum suæ ætatis quinquagesimum. Hæc liſententia. Ann. Eccl. Tom. I.

Eræ Christianæ XXVII. XXVIII. & XXIX. quo ultimo anno, dieque XXV. Martii Christum crucifixum credidit. Neque enim putandum eum, quoad annum & diem Passionis, a cæteris Scriptoribus dissenſisse, aut ignorasse Tiberii annos ab ejus Imperio Proconsulari numeratos fuisse; cum Marco Aurelio, qui Imperii Collega fuerat, rem Romanam administrante, in Provinciam Lugdunensem ad prædicandum Evangelium missus fuerit. Ex iis in sententia Irenæi recte stabilitis deducitur, sequentia verba, quæ eodem capite 29. & 30. leguntur, in quibus dicitur, Christum a quadragesimo ad quinquagesimum annum Evangelium prædicasse, corrupta esse, non tantum quia Natale Christi, ejus baptismum, tribusque Paschatis antea ab eo constitutis adversantur; sed etiam quia ex iis sequitur, Christum in Irenæi sententia passum esse ad minus anno XXXVII. Eræ Christianæ, idque post mortem Tiberii & discessum Pon-

cet apud ipsum legantur, quod ab ipso sint scripta, negamus omnino: nam eodem capitulo superius his contraria profectur, cum baptizatum Dominum dicit existentem annorum triginta, ac subinde tria numerat Paschata, quorum tertio ipsum Jesum esse passum affirmat; quibus temporibus Dominum prædicasse Evangelium, testantibus id ipsum quatuor Evangelistis. Augetur insuper de impostura suspicio, dum auctor in fine confirmare ac stabilire nititur tam patens mendacium majorum auctoritate, discipulorum nempe Joannis, qui id ipsum ab eo acceperint, & ab aliis Apostolis; cogens in primis in hunc modum Evangelium per Joannis discipulos, ac ipsum denique Joannem, cæterosque Apostolos manifestissimo errori adtipulari ac consentire.

Fuit ea præterea Tertulliani de anno passionis Christi sententia, ipsum subisse crucis supplicium anno suæ ætatis trigésimo: idque profitetur scribens adversus Judæos, sic dicens (d): *Hujus (Tiberii videlicet) quinto decimo anno Imperii passus est Christus, annos habens quasi triginta cum pateretur. Nec est quod dici possit textum esse depravatum, ac legendum esse loco passus, baptizatus: nam cum (e) ipse agens contra Marcionem affirmet ipsum revelatum esse, hoc est, auspiciatum prædicationem Evangelicam anno duodecimo Tiberii Imperatoris, plane significat triennio prædicationis pervenisse ad annum decimum quintum ejusdem Imperatoris. Sed & dum illud ipsum tempus Consulibus signat, quid in ea re senserit, manifestissime declarat; sic enim ait (f): *Passio hujus exterminii intra tempora septuaginta hebdomadarum perfecta est sub Tiberio Cæsare, Coss. Rubellio Gemino & Fusio Gemino, mense Martio, temporibus Paschæ, die octavo Kal. Aprilium. Hæc ille. Porro hi Consules reperiuntur iniisse Consulatum ipso anno (g) decimo quinto Tiberii Imperatoris: X**

CXXXVIII. Tertulliani sententia.

(d) Tert. advers. Judæos. c. 8.

(e) Tert. cont. Marcionem. lib. 1. c. 25. & notat Pamel.

(f) Tert. advers. Judæos. c. 8.

(g) Tacitus, Dio, & alii.

ris, qui numeratur a nobis Christi trigessimus primus, quo inchoato est baptizatus. Ceterum hujus sententiae non Tertullianus, sed primus assertor videtur fuisse Valentinus haeresiarcha, de quo haec Epiphanius (a): *Primus Valentinus, qui triginta nobis secula confinxit, ab eo quod triginta annos educationis vitae ac virilis ipsius aetatis fuisse putavit, ignorans quod non solum triginta annos complevit, &c.* Complures antiquorum legentes apud Tertullianum his Consulibus consignatum esse annum passionis Christi, nec advertentes ipsum errore lapsus, aperta in hunc modum semel erroris via, & ipsi in eundem lapidem offenderunt, affirmantes Christum Dominum iisdem Consulibus passum esse. Fuerunt hi scriptores non ignobiles, sed spectatissimi in Ecclesia Dei, nimirum Julius Africanus (b) in eo libro quem scripsit de Temporibus, Lactantius (c), Hieronymus (d) item: sed & Augustinus (e) etiam sub iisdem Coss. a Tertulliano apostitis Christum passum esse confirmavit; qui & ad Hefychium scribens (f) haec ait: *A nativitate Domini computantur 10. anni ferme quadringenti viginti, a resurrectione autem vel ascensione ejus, anni plus minus trecenti nonaginta.* Ex quibus plane videas, aetatem Christi circa annum trigessimum ea ratione terminasse; sic & Severus (g): ex Graecis antiquior Clemens (h) Alexandrinus, trigesimo impleto anno, eundem crucis supplicium subisse tradit.

Fuit & opinio Gnosticorum (i), qua affirmabant, Dominum nostrum anno tantum Evangelium praedicasse. Apollinaris Laodicensis (k) diversa fuit sententiae, Christum dicens biennio post baptismum praedicasse: quem secutus videtur Cassiodorus (l). Id ipsum visus est sensisse Cyrillus (m) Alexandrinus dum tradit, Christum duobus annis docendo peragrassse Judaeam. Philastrius (n) vero Christum vixisse uno & triginta annis tradit, quod Severus probat, totidem annos Christo tribuens, ut videre est, si ad calculum reducas annos Christi ex numero annorum Regum Judaeorum ab ipso computatos. Sed & S. Gaudentius Episcopus Brixianus in tractatu tertio de prima Dominica Paschae haec expressius: *Annulus est (Christus nempe) quia post illud baptismum, quod pro nobis in Jordane suscepit, usque ad passionis suae diem unius anni tempus implevit, & illa tantum scripta sunt in Evangeliiis, quae in illo anno vel docuit vel fecit, &c.* His proximis accedit Orosius (o) dum anno decimo septimo Tiberii Imperatoris Christum Dominum passum affirmat. Fuerunt & hujus sententiae nonnulli ex recentioribus, quos recensere praetermittimus.

(a) Epiph. haeres. 51.

(b) Afric. lib. 5. apud Hier. in Daniel. c. 9.

(c) Lact. lib. 4. cap. 10.

(d) Hier. in Dan. c. 9. & epist. 22. prope finem.

(e) Aug. de Civ. Dei lib. 18. cap. ult.

(f) Aug. ep. 80.

(g) Severus lib. 5. lib. 2.

(h) CXXXIX De tempore praedicationis Christi.

(i) Clem. Alex. lib. 1. Strom.

(j) Iren. advers. haeres. lib. 2. cap. 28.

(k) Apud Hier. in Dan. c. 9.

(l) Cassiodorus in Chron.

(m) Cyril. in Isa. cap. 29.

(n) Phi. de haeres. scripta sunt in Evangeliiis, quae in illo anno vel docuit vel fecit, &c. His proximis accedit Orosius (o) dum anno decimo septimo Tiberii Imperatoris Christum Dominum passum affirmat. Fuerunt & hujus sententiae nonnulli ex recentioribus, quos recensere praetermittimus.

(o) Oros. lib. 7. cap. 4.

S. Epiphanius (p) per Consulares Factos Christi annos enumerans, Redemptorem nostrum passum esse tradit anno suae aetatis trigessimotertio, dum ait: *Comperitur trigesimo tertio anno adventus incarnationis suae Unigenitus passus esse: & post multa: Trigessimotertio suae dispensationis in carne, postquam transfessus est duos Consulatus quos diximus, duorum Geminorum, & Fusii ac Rubellii, deinceps, in tertio Consulatu, in tertio ipsius mense post Januarium & Februarium, in mense Martio perfecit mysterium passionis.* Sed plane constat ipsum in mendaces Factos incidisse, cum anno trigesimo Domini alios diversos ponat Consulatus, distinguatque Consulatum duorum Geminorum a Consulatu Rubellii & Fusii; sic etiam superius dicens: *Post illum Consulatum, qui trigesimo ipsius anno indicatus est, Silvani scilicet & Nervae, alius Consulatus fuit duorum Geminorum appellatus; deinde alius Fusii & Rubellii: & sic in medio Consulatu eo, qui post Rubellii Consulatum successit, Vinucii & Longini Cassii appellatus, patitur. Salvator ante diem decimumtertium Kal. Aprilis.* Haec ipse: cum tamen liqueat omnium antiquorum assertione & tabulis Consularibus, duorum Geminorum Consulatum fuisse Rubellii & Fusii Geminorum.

CXL. Epiphanius Sententia. (p) Epiph. haeres. 51.

Sunt plerique alii, qui dixerunt Dominum nostrum passum anno trigessimotertio suae aetatis per tres menses inchoato: sed cum eo potissimum innitantur fundamento, quod Dominus fuerit baptizatus ipso trigesimo anni exordio: cum in hoc errant, in ceteris quoque deducendis annis errare, non mirum est. Sane quidem ipsum Dominum nonnisi impleto anno suae aetatis trigesimo, & trigesimo primo inchoato, esse baptizatum, superius ex Olympiadum supputatione, Consulatum positione, Patrum auctoritate, & Romanae Ecclesiae testimonio satis demonstratum est, cum de anno Christi primo differimus; ad quae, qui ista uberius scire cupit, remittimus: fixa enim semel chronologia, quoto Christus natus est anno, ceteri qui inde sequuntur anni facile dinumerantur. Attamen quia cupiditate sumus, & in hoc totis viribus elaboramus, ut unusquisque veritatem manu attingere, & quasi atrectare possit; eadem aliqua saltem ex parte repetere, potissimum quae adeo vera ac necessaria sunt, non vitamus: nam etsi certe quae sunt dicta satis esse possent ad tempus ipsum passionis colligendum; tamen ne etiam suo loco haec praetermississe videremur, aliqua repetere, & alia quoque addere institimus. Res est in confesso apud omnes recentiores, qui exactiori diligentia Paschata ab Evangelistis recensita numerarunt, post baptismum

CXLI.

Ignatii firma Sententia.

(a) Hieronymus de Script. Eccles. c. 16.

CXLIII. Ecclesiae Romanae sententia.

smum Christi quatuor per annos singulos esse Paschata revoluta, de quibus singulis per singulos annos, ut res postulabat, egimus. Haec cum ita se habeant, exacteque probatum sit primum Pascha a Joanne recensitum incidisse in annum Domini trigessimoprimum: concludendum necessario erit, ultimum, quo passus est in annum ejus aetatis trigessimumquartum incurrisse.

Quod ab his recentiores aliqui dissentiant, non ea ex causa factum est, quod negent quatuor Paschata in Evangelio esse descripta, sed quod putarint (ut dictum est) ab anno trigesimo primum esse Pascha numerandum, Ignatii textus vitiosa translatione decepti: cum tamen verba in epistola ad Trallianos in hunc modum conscripta habeantur, ut jam explicavimus alias, cum de his egimus. *Et expletis tribus annorum decadibus, baptizatus est a Joanne.* Post haec vero idem Ignatius haec subdit: *Et ubi triennium praedicavit Evangelium, signa & prodigia patravit, a falsis Judaeis & Praefide Pilato iudicatus est, &c.* Quibus plane significatur, Christum passum esse annos natum trigintaquatuor. Itaque Ignatius proximus aetati Christi, immo qui eadem vixit aetate, qui & Christum post resurrectionem se vidisse in carne testatur, scribens ad Polycarpum (qui locus a Hieronymo citatur a) nostrae sententiae non tantum assertor, sed auctor habetur, qua dicitur Christus affectus supplicio crucis anno trigessimotertio ac mense tertio suae aetatis: nam impleto anno trigesimo esse baptizatum, & triennio praedicationis evoluto esse crucifixum, ex ejus sententia affirmare necesse est; eundemque Redemptorem nostrum in humanis fuisse annis triginta tribus, & quod superest a natalis tempore usque ad ipsum mensem Martium: quam sententiam in hisce nostris Annalibus profiteamur. Sed quo istae certiora reddantur; quibus nos adhuc persuasi, hanc potius quam aliam sectati fuerimus sententiam, dicere prosequamur. Non immorabimur autem in refellendis de ea re multorum sententiis, qui vel trigesimo, vel trigesimo primo, sive secundo, vel tertio suae aetatis Christum crucifixum esse dixerunt: nam nostris rebus firmiter stabilitis, sua sponte contrariae quaeque corrumpantur necesse est.

Hujus sententiae, qua Christus asseritur cruci affixus anno suae aetatis trigessimotertio, & mense tertio, nequaquam quidem (prout multi existimant) fuit Beda primus assertor, cujus Ignatium fuisse auctorem diximus, qui potius sectator accessit, ut ejusdem auctoris assertione probatur: nam ejus sententiae ipsam Sanctam Ann. Eccl. Tom. I.

Romanam Ecclesiam assertricem & observatricem fuisse (quod caeteris omnibus praestare debet auctoribus) idem (b) ipse testatur his verbis: *Habet, ni fallor, Ecclesiae fides, Dominum in carne paulo plus quam triginta tres annos, usque ad sua tempora passionis, vixisse.* Et inferius: *Sancta siquidem Romana & Apostolica Ecclesia hanc se fidem tenere & ipsi testatur indiculis, quae suis in cereis annuatim scribere solet; ubi tempus Dominicae passionis in memoriam populis revocans, numerum triginta annorum semper & tribus annis minorem quam ab ejus incarnatione Dionysius ponat, adnotat. Denique anno ab ejus nativitate, juxta Dionysium, septingentesimo secundo (non (c) primo, ut habent depravata exemplaria) indictione, fratres nostri, qui tunc Roma fuere, hoc modo se in natali Domini in cereis Sanctae Mariae scriptum viderunt, & inde descripsisse referebant: *A tempore passionis Domini nostri Jesu Christi anni sunt sexcenti sexaginta octo. Quoniam igitur (ut supra memoravimus) quingentis triginta duobus annis circulus Paschalis circumagitur; his adde triginta tres, vel potius triginta quatuor, ut illum ipsum quo passus est Dominus, attingere possis annum, sunt quingenti sexaginta sex: ipse est ergo annus Dominicae passionis & resurrectionis a mortuis.* Haec tamen Beda, ex quibus concludit Dominum nostrum, passum esse post trigessimumtertium annum, & menses tres. Nec ab his discrepat (quod multi putant) quod alibi dicit Christum natum quadragesimo secundo (d) Augusti anno, & decimo octavo Tiberii passum: nam numerando annos Augusti a nece Caesaris, & inchoando annorum Christi numerum a dictis Consulibus Lentulo & Messalino, aequae inter se consentiunt Christum passum anno suae aetatis trigessimotertio impleto, & amplius tribus mensibus, idque accidisse anno decimo octavo Tiberii Imperatoris.*

(b) Beda de rat. temp. c. 45.

(c) Ut est. am restituit Scallig. lib. de emend.

(d) Beda de sex aetatibus.

Denique (ut paucis dicam) quotquot dixerunt Christum natum quadragesimo secundo Augusti anno, ac passum decimo octavo Tiberii (quorum est ingens numerus) huic nostrae sententiae aequae consentiunt; sed in numero annorum Christi illi a nobis discrepant, qui parum attente considerantes quando natus & baptizatus est Christus, trigintaduos annos & tres menses tribuant ejus aetati: quod quantum a majorum assertione, usu Ecclesiae, & germana Evangelii interpretatione abhorreat, est dictum superius. Non tantum igitur (ut diximus) his nostris favet Ecclesia Romana, ad stipulatur & Beda, sed & Marianus (e) Scotus, qui ante quingentos vixit annos, nobilis chronographus assentitur, qui & sub dictis Coss. Christum natum, annoque Tiberii

CXLIV.

(e) Marianus Scotus in Chron.

decimoctavo passum, annum suæ ætatis agentem trigessimumquartum per tres menses inchoatum, testatur. Id ipsum etiam **Victorinus**, qui a baptismo Dominico usque ad ultima Justiniani Imperatoris tempora per Cofs. Paschales Cyclos perducens, in anno trigesimoquarto Domini, ex adverso laterculi annum passionis Domini adnotavit. Græcos itidem in eadem ire sententiam certum est; Chrysostomum in sermone de Joanne Baptista, Nicetam, Cedrenum, & alios. Videas & perbelle his respondere a Hieronymo (a) assertam chronographiam, quam Romanæ Ecclesiæ potius quam Hieronymi esse dixerimus (b); quippe qui passum dixerit Dominum (ut dictum est) anno trigesimo. Sed cum ait a passione Domini usque ad secundum Neronis annum, quo Paulus Romam mittitur, annos excurrisse viginti quinque, rursusque numerat ab eadem passione Dominica usque ad ejusdem Neronis Imperatoris annum decimum quartum annos triginta septem: omnia ad amissim (ut ajunt) dictæ a nobis asserte respondent Romanæ Ecclesiæ chronographiæ, illi traditæ haud dubium ab Apostolorum Principibus, qui eandem suo sanguine consecrarunt: appellat enim eam S. Irenæus locuplex Petri & Pauli depositorium, in quod illi omnia quæ sunt doctrinæ & traditionum intulerunt; ut nulli sit dubium, eosdem tempus ætatis quo passus est Christus, iis qui tunc Romæ erant, Christianis notum fecisse.

CXLV. Ex his igitur tam ex antiquo Romanæ Ecclesiæ usu, majorum traditione, Ignatiique in primis, qui sæculo Christi vixit, assertione, & complurium tum Latinorum tum Græcorum auctorum ad stipulatione, satis superque firmatum ac stabilitum habemus, passum Dominum nostrum anno suæ ætatis trigessimotertio & mense tertio, agente Tiberio in Imperio annum decimumoctavum. Qui vero consentiunt passum Christum dicto suæ ætatis anno, sed Tiberii decimonono, inde illis erroris causa accidit, quod tempus quo natus est Christus, parum exploratum habuere, vitiosaque Ignatii textus translatione decepti, natum dixerunt eum sub Augusto & Silvano Cofs. Id ipsum etiam illis errandi tribuit occasionem, qui æque nobiscum sentiunt passum Dominum anno Tiberii decimoctavo, sed tamen suæ ipsius ætatis trigessimotertio per tres menses inchoato, quod natum putant Dominum sub dictis Consulibus.

CXLVI. Unum est tamen quod his ob stare videtur, nempe Phlegontis auctoritas, dum ait anno quarto Olympiadis ducentesimæ secundæ factum esse illud præter naturæ ordinem Solis deliquium: cumque Olympiaci anni numerari incipiant a solstitio æstivo circa finem mensis Junii; quartus

Confirmata usu afferta Chronographia.

(a) Hieron. de script. Eccl. c. 5. in Pardo. (b) Præcipue in Eusebio.

annus dictæ Olympiadis inchoatus dicto anno decimoctavo Tiberii Imperatoris in decimumnonum ejusdem producitur, adeo ut ea defectio Solis non sit facta hoc anno decimoctavo, sed sequenti decimonono. Haud enim putamus hæc præterisse Eusebium (c), qui ad verbum testimonium Phlegontis recitat, exacteque Olympiadas supputat, ut tamen secundum ejusdem sententiam passum ponit Dominum anno decimoctavo ejusdem Imperatoris Tiberii, eundemque baptismum tradit ejusdem anno decimoquinto, quarto anno Olympiadis ducentesimæ primæ; ut videas ipsum interpretatum esse Phlegontem, ut quod dicit accidisse illam Solis eclipsim anno quarto Olympiadis ducentesimæ secundæ, accipiendum sit de anno Romano, quo dictus annus quartus, ipso Tiberii anno decimoctavo, inchoatur. Reddam ejusdem Eusebii verba, testimonio Joannis Evangelistæ dictam interpretationem firmantis associata: postquam enim Phlegontis verba recitavit, hæc mox addidit: *Argumentum autem hujus rei, quod Salvator isto anno passus sit, Evangelium præbet Joannis, in quo scribitur post annum decimumquintum Tiberii Cæsaris, annis tribus Dominum prædicasse.* Hæc ille, non (ut puto) ex verbis Joannis, nisi aliud a communi ipse nactus sit exemplar ejus Evangelii, sed tot Paschatis

Opinati etiam sumus aliquando, cum ab Eusebio ponatur Christi passio Olympiadis illius anno tertio, rursusque se id ex sententia Phlegontis facere profiteatur; omnino in notam numeri errorem irrepsisse: nam cum ille tradat, anno quarto ejus Olympiadis illam eclipsim accidisse, & ipse nihilominus ponat anno tertio, manifestus error apparet: sicque quod dicit anno quarto illud contigisse deliquium, restituendum sit, anno tertio, prout ab eodem Eusebio sub eadem nota numeri ponitur, atque scriptis confirmatur: longe enim verisimilius est in numeri notam errorem irrepsisse, quam tam egregium, & quem unicuique habemus Olympiadum supputatorem, quasi imperitissimum una eademque sententia (quod vix nisi amens quispiam, vel certe infans, qui adhuc numerare nesciat, facere posset) contraria prorsus scripsisse, dum profiteretur se sequi Phlegontem, & anni spatio ab illo mox discrepat. Sed hæc legentium linquantur arbitrio. At magis placet quod superius dictum est, Phlegontem, cum non scribat quoto anni mense illa eclipsis acciderit, sic dixisse anno quarto ejus Olympiadis contigisse, quod sub dictis Consulibus, eo anno decimoctavo Tiberii, dictus annus quartus incipiat. Sic enim consuevisse majores ab anni exordio ipsum

(c) Euseb. in Chron.

CXLVII. Probatur in codice.

sum integrum denominare, multis exemplis esset facile demonstrare. Sed de his hætenus.

CXLVIII. Quo mense & die Christus sit passus. Quod vero ad ejus anni Dominicæ passionis mensem pertinet: fere omnium fuit sententia, Dominum nostrum passum esse mense Martii; paucissimorum, mense Aprilis. Sed quoto potissimum die mensis Martii? Quamvis antiquorum nonnullorum opinio ea fuerit, ipsum Redemptorem nostrum cruci affixum vigesima quinta: tamen cum tabulæ astronomica non his æque consentiant, eademque adeo inter se diversæ tradantur, nec quid in his statuisse videantur quod constans solidumque permaneat, sed contrariis objectionibus vacillet; viri harum facultatum consultissimi, desperatione penitus superati, certum quid affirmare impossibile rati, rem inabsolutam aliis relinquere. Si consulatur antiquitas quid de his fuerit opinata, reperimus in Concilio Cæsariensi sub Theophilo (a) ejus civitatis Episcopo tempore Victoris Romani Pontificis, dictum Theophilum sic esse locutum: *Passus namque Dominus ab undecimo Kalendarum Aprilium, qua nocte a Judæis traditus est, & septimo Kalend. resurrexit.* Hæc ille, cui & cæteri consentiunt: qua ratione dicendum esset, Christum passum esse nono Kalendas Aprilis. Quod ad diem passionis pertinet, exploratum est omnibus, & Evangelii auctoritate firmatum, passum esse Dominum hebdomadis sexta die, quam Judæi sextam sabbati, Gentiles diem Veneris, Christiani Græci parasceven, Latini sextam feriam dicere consueverunt.

CXLIX. Cæterum quod ad parasceven spectat: licet Græca vox sit, ea tamen Judæos uti consuevisse, Augustinus (b) testatur his verbis: *Isto verbo Græco libenter utuntur Judæi in hujusmodi observationibus, etiam qui magis Latine quam Græce loquuntur.* Verum quod alii putarunt ab eisdem appellari solitam sextam feriam Cœnam puram; res se longe aliter habet: minime enim affecti videntur sensum verborum S. Augustini (c) quem citant: sunt hujusmodi: *Acceleratam vult intelligi sepulturam, ne advesperasceret, quando jam propter parasceven, quam Cœnam puram Judæi Latine usitatus apud nos vocant, facere tale quid non licebat.* Extat de Cœnis puris etiam locus Terulliani (d) dum ait: *Dies observatis, & tempora, & annos, & sabbata, ut opinor, & Cœnas puras, & dies magnos.* Sed ut hæc facilius assequamur; in primis quænam a senioribus dicta sit Cœna pura, ac subinde quam etiam Judæi intelligerent Cœnam puram, res est exactius perquirenda; cum neminem præsertim invenerimus, qui rem ipsam nobis videatur penitus affectus.

(a) Tertull. ad vers. Marton. lib. 5. c. 4.

Quæ apud Festum (e) Cœna pura dicitur, cum in ea apposita dicatur ossa porcina, nihil est quod ad Judæos pertineat. Apud Philonem Judæum, in libro quem scripsit de Vita contemplativa, hæc leguntur: *Mensa pura est a cruentis dapibus: pro cibo panis apponitur, sal pro opsolio, pro condimento hyssopus.* Tertullianus (f) hæc in eadem ferme sententiam: *Passum & porum pura nosse, non ventris scilicet, sed animæ causa.* Hancque fuisse Cœnam puram, quam alibi (g) Xerophagiam nominat, nimirum aridorum ciborum usum. His assentiuntur, quæ ab Apulejo (h) in hæc verba dicuntur: *Hoc optantes, convertimus ad puram & sine animalibus cœnam.* Testatur id ipsum Plutarchus in libro de Esu carniæ, nempe cœnam puram illam esse, quæ absque animatis paratur. Sic igitur quantum ex his colligere licet, non quodlibet jejunium cœnam puram majores dixerunt, sed in quo abstinentius viderentur: cum aliqui austera & teretica fuisse Judæorum jejunia, Philo testatur in vita Moyfi; eosque nonnisi sub Stellæ ortu cœnare consuevisse, Hieronymus (i) tradat.

Erant quidem abstinentissima Judæorum jejunia, atque adeo ut apud Gentiles eadem essent in proverbio. Suetonius (k) enim hæc recitat ex litteris Augusti ad Tiberium scriptis: *Dum lectica ex regia domo redeo, panis unciam cum paucis acinis uve duracina comedi.* Ac rursus: *Ne Judæus quidem, mi Tiberi, tam libenter sabbati jejunium servat, quam ego hodie servavi: qui in balneo demum post horam primam noctis duas buccas manducavi, priusquam ungi inciperem.* Hæc Augustus apud Suetonium. Trogus Pompejus (l) ait sabbata Judæorum a Moyse in omne ævum jejuniis esse dicata, ex quo Justinus (m) id ipsum: sed & Martialis (n) ait.

Quod jejunia Sabbatariorum
appellat enim Sabbatarios Judæos. Quin apud Persium (o) etiam hæc de jejuniis Judæorum:
Recutitaque sabbata palles

perinde ac si diceret, Judaica sabbata. A circumfusione enim Judæos dictos esse Recutitos, alio loco opportunius demonstrabimus. Strabo etiam meminit de jejuniis sabbati, dum ait, Pompejum Magnum Hierosolymam cepisse, observato jejunii die, dum videlicet Judæi ab omni opere cessarent.
Sed cur ab his omnibus jejunium sabbatis nominatur, cum nefas esset Judæis sabbati jejunare? Nam Rabbi (p) Moyses

(e) Fest. in verbo panem.

(f) Tertull. lib. de panit. c. 9. (g) Idem. ad vers. Phleb. c. 1. & 9. (h) Apul. in Ascleph. lib. 2. cont. Jovin.

(i) Hieron. lib. 2. cont. Jovin.

(k) Suet. in Obs. cap. 76.

(l) Trog. Pcm. lib. 37.

(m) Justin. lib. 36. (n) Martialis. lib. 4. epigram. ad Bassam.

(o) Persius Satyra 5.

(p) Hieron. lib. 3. de temp. c. de sabbat. & c. de jejuniis.

ses Aegyptius expresse testatur, vetitum fuisse Judæis sabbato jejunare: nec in aliqua afflictione fuisse licitum indicere, jejunium sabbato tradit, nisi uno casu tantum modo, cum videlicet ab hostibus civitas esset obfessa: poenamque ait fuisse statutam, ut qui sabbato jejunaret, sequenti etiam die jejunare deberet; idemque cum agit de jejunio Purim, cum illud incidisset in sabbatum, anticipandum esse, & quinta sabbati perfolvendum tradit. Est expressum de Judith (a), quod omnibus diebus vitæ suæ jejunabat, præter sabbata & Neomenias & festa domus Israel. Quid ad hæc certi respondeamus, haud facile est invenire. Supperunt tamen ejus nominis nonnullæ causæ, ut illa in primis quæ a Josepho in Vita sua ponitur, consuevisse nimirum Judæos

(a) Judith 8.

VI.
Dies & mensis Passionis Christi.

A num. CLIII. ad CLXIX. Quoad mensem ac diem, quo Christus crucifixus est, per tria priora Ecclesiæ secula Christianorum traditio fuit Christum passum esse die XXV. Martii, ut constat ex pluribus Martyrologiis ab Henschenio & Papebrochio eadem die in Actis Sanctorum relatis. Cœpit ea traditio turbari quoad diem, ob Decretum Patrum Synodi Cæsariensis a Beda memoratum, & tempore Theophili Cæsareæ Episcopi emanatum, quo edicitur, Christum passum esse die XXIII. Martii. Hunc diem Baronius elegit; sed methodus Cyclica ejus opinioni adversatur; litera enim Dominicæ E, quæ post bissextum hoc anno in cursu fuit, jungitur in Calendario cum eodem die XXIII. Martii, ideoque cum feria prima, cum tamen Christum feria sexta passum dubitari non possit. Perseveravit traditio de morte Christi proximo usque ad seculum XIII. quo Rogerus Baconus Anglus, Ordinis S. Francisci, S. Bonaventuræ aequalis, rerum mathematicarum peritissimus, novam rationem inivit, Christumque Aprilis die tertio passum affirmavit, a quo tempore vetus traditio exolevit.

VII.
Historia Profana cognitio ad annum Passionis detegendum necessaria.

Quod si quis scire avert, unde factum sit, ut traditio illa de Morte Christi die xxv. Martii, annoque Eræ Christianæ XXIX. Consulatu duorum Geminorum notato, rejecta tandem fuerit, respondebo id provenisse, & ex nimia Historia gentium incuria, & ex nimia Astrologiæ fiducia. Primum docere videtur Augustinus lib. 2. de Doctrina Christiana cap. 28. ubi ait: Nam & per Olympiadas & per Consulatum nomina, multa sæpe quaruntur a nobis, & ignorantia Consulatus quo natus est Dominus, & quo passus est, nonnullis coegit errare: & paulo post ait: quot annos in hac vita Christus egerit, de Historia gentium collata cum Evangelio liquidius certiusque colligi. In duobus igitur peccatum videtur, quæ causæ fuerit, cur Passio ab anno Eræ vulgaris XXIX. remota fuerit: primo in anno Olympiadis a Phlegontis memoratæ explicando; qua de re infra. Secundo Imperii Proconfularis Tiberii ignoratio, quæ sensim irrepit, quæque adeo animos occupavit, ut hoc etiam erudito seculo in dubium revocatum fuerit. Cum enim ex Luca constaret, Christum anno XV. Tiberii baptizatum esse, progressu temporis, annus ille xv. Tiberii de Imperio ejus Augustæ explicatus fuit. Ita Prosper in Chronico a Philippo Labbeo in sua nova Bibliotheca publicato: Qui-

jejunii tempore pene feriatos esse, sinagogam adire, & cum aliis preces fundere; qua fortasse ex causa eadem jejunia ab illis sabbataria, seu sabbati dicebantur. Alia insuper ratio occurrit ejus nomenclaturæ, quod scilicet cum Judæi dies omnes, adjectione tamen numeri, sabbata nominarent, videlicet primam sabbati, secundam sabbati, & sic de cæteris: quacumque die jejunassent, sabbato jejunare putarentur: usitatus enim apud eos sermo fuit, ut quod in hebdomadæ diebus singulis facerent, in sabbato se illud agere dicerent: unde apud Lucam Phariseus: *Jejunio, inquit, bis in sabbato*, duobus videlicet diebus hebdomadis, nempe (ut superius diximus ex Epiphano) secunda & quinta die.

At

dam putant Dominum nostrum Jesum Christum XV. anno regni Tiberii Cæsaris, id est duobus Geminis Coss. crucifixum; quo anno secundum indubitatum Luca Evangelista auctoritatem baptizatum eum esse manifestum est, & Evangelium regni cælorum predicare cepisse. At Lucam de anno XV. Imperii Proconfularis Tiberii, non vero de anno XV. Imperii ejus Augustæ intelligendum Antiqui docuerant, quibus facile fides deneganda non erat.

VIII.
Annus Passionis potius ex traditione quam ex perfecta Astrologia innove- scit.

Secunda ratio petitur a nimia Astrologiæ fiducia. Licet enim Passionis annus non ex Astrologia, sed ex Antiquitatis testimonio investigandus videretur; quidam tamen Viri docti ex sua perfecta Astronomia plenilunia ad tempora Christi, ex pleniluniis festa Judæorum, ex his & concursu feriæ annum Passionis alium determinarunt, quam Veteres ætati Christi proximè tradiderunt; qua in re opinione sua falsi sunt, sicut inquit Keplerus egregius Mathematicus Epist. xvi. si hodie, quis omisso computo Ecclesiastico aberrante, ex Astronomia perfecta, accommodatis decretis Nicænis, computaret Paschata, quæ Calendarium Gregorianum præcessere, hic creberrime ab usuali Paschate aberrare cogeretur. Prisci itaque Judæi usque ad Christi fere tempora in usu Calendarii nihil ultra vulgi captum sapuere, inquit Keplerus, parumque de cælo fuere solliciti, perpetuis bellis exerciti, tandemque a Romanis sub jugum missi. Quare hodiernus Judæorum computus ad rationes cursus Lunæ astronomicas limitissimus advocari non debuit, cum eo Judæi veteres usi non sint. Nihilominus seculo Ecclesiæ XIII. Rogerus Baconus, uti jam diximus, ex perfecta Astronomia diem ac menssem Passionis Christi investigare cœpit, ac die tertia Aprilis anni Eræ vulgaris XXXIII. eum mortuum scripsit. Sed cum antiqua Ecclesiæ traditio quæ Christum mense Martio crucifixum ferebat, in Fidelium mentibus tenacius hæreret, non tantum ab omnibus rejectus est, sed & de errore suspectus habitus: qua de re videndus Vvadingus tam in libro de Scripturis Minorum, quam in secundo tomo Annalium. Altero post Rogerum seculo Paulus Burgensis, qui anno 1235. obiisse dicitur, eamdem docuit opinionem, facta, ut ipsemet cap. 26. in Mathæum affirmat, Lunæ calculatione cum Hebræorum peritis. Post aliquot annos idem negotium Tostatus resumit, & inter capta thesum quæ Senis in Hetruria, ubi Eugenii quarti Cur-

ria tunc erat, disputavit, hoc unum fuit, Christum vigesima quinta die Martii non esse mortuum, sed tertia Aprilis, idque anno ætatis suæ trigesimo tertio, non completo, sed ineunte. Qua in re multorum animos commovit, a quibus de Religione vehementer cœpit agitari, qui, ut purgaret se, Defensorium scripsit, seu Apologiam, in qua cap. 10. narrat, diebus suis & prius in Curia duorum Summorum Pontificum quæstionem hanc agitatam fuisse, introductoque Astro-nomos, necnon Judæos, qui affirmare fieri non potuisse, ut die vigesima quinta Martii Christus moreretur, tum quod Astrologiæ repugnaret de illa in iis annis Lunam dari XV. tum quod Judaicam solemnitatum terminis non minus adverteretur.

IX.
Rogerus Burgensis & Tostatus novam opinionem inducunt.

Non mirum vero, hanc postea opinionem prævaluisse; cum qui post Burgensem & Tostatum de anno & die Passionis Dominicæ locuti sunt, eosdem fere exscripserint. Testatur hoc Petavius lib. 12. de Doct. Temp. cap. 15. ubi ait: *Ex amborum scriptis velut fontibus, omnium, qui deinceps in ea controversia versati sunt, disputationes & commentarii profuxerunt. Nihil est post illos duos fere ab cæteris allatum, quod non inde promptum ac derivatum fuerit, ut qui illos legerit, istorum industriam non magnopere desideret.* Fallitur autem Petavius citatus cap. 13. dum sibi persuadet, Antiquos Solis Lunæque ratiocinia minus comperta habuisse; ideoque Feriarum potius quam Lunarum rationes ineuntes, consulisse Passionem in annum Julianum LXXIV. seu Eræ vulgaris XXIX. quod in eo tantum feriam sextam & diem Martii XXV. concurrere comperissent. Tot enim de Paschate controversiæ, tanti Nationum inter se conflictus, tam gravia. Orientis Occidentisque diffidia, tot super ea quæstione celebrati toto Orbe Conventus Præsulum, sanctissimæ illud Nicænæ Synodi decretum, cæterarum deinde suffragio comprobatum, nnumeri denique Paschales Cycli ad Lunæ Solisque vicissitudines moderandas adhibiti satis evincunt, sufficientem per priora Ecclesiæ secula fuisse in ea rerum astronomicarum scientiam: quam aliunde ab Alexandrinis Præsulis discere potuissent, nisi persuasum habuissent, quæstionem hanc non ex astronomicis demonstrationibus ac Lunæ rationibus, sed traditione per manus accepta & Veterum testimonio decidendam esse. Hæc mea in re obscurissima sententia, seu verius suspicio, quam hic proponere placuit, ut magis examinetur.

X.
Sententia Vossii de anno baptismi & mortis Christi revisa.

Postquam hæc scripseram, in manus meas venit Dissertatio Gerardi Joannis Vossii, de Annis, quibus natus, baptizatus, ac mortuus Christus, in qua docet Christum anno Juliano XLIII. natum, & anno Eræ Christianæ XXIX. die XXV. Martii, anno Tiberii xv. postquam duo Paschata juxta veterum Doctorum sententiam celebrasset, crucifixum. Quod ita explicat, ut secundum Hebræos, qui annum incipiunt a mense Tisri, seu Septembri, & quod eum mensem antecessit, præcedenti anno accensent, ac pro anno numerant, Christus baptizatus fuerit anno Tiberii xv. anno nempe Eræ vulgaris XXVII. passus vero secundum eorundem Hebræorum loquendi modum anno XVI. Tiberii. At more Romano loquentes, dicendum baptizatum esse Christum anno XIV. passum anno XV. Lucamque, quando Christum anno xv. Tiberii baptizatum dicit, priorem loquendi modum usurpasse. Ita Vossius. Sed licet illud rectissime, quod veteres Patres duo Paschata Christo tribuerint; falsum tamen, eos Lucam de anno XIV. Imperii Augustæ Tiberii intellexisse: pro fundamento enim suæ sententiæ Imperium Proconfulare Tiberii supponere, ac de eo Lucam interpretandum judicant, ut ex iis, quæ jam dixi, liquet. Immo Tertullianus lib. 1. contra Marcionem cap. 25. Christum dicit, baptizatum anno duodecimo

Tiberii, ac paulo post anno decimo quinto, ut secundum utramque Tiberii epocham annum baptismi Christi magis manifestaret. Præterea, si divus Lucas, ut vult Vossius, annum XIV. Augustæ Imperii Tiberii, Hebræorum vel Antiochenorum more vocat decimum quintum, eo-que Christum baptizatum docet; cur omnes Patres Latini, qui Christum duobus Geminis Coss. passum scribunt, unanimi consensu a modo loquendi Lucæ discedunt, eumque anno XV. Tiberii mortuum affirmant, cum, ut se Lucæ conformarent, anno decimo sexto scribere debuissent? Nec alio modo Græci loquuntur, si paucissimos excipias, præsertim Julium Africanum, qui apud Syncellum pag. 308. passum dicit Christum modo anno xv. modo anno xvi. Tiberii, ut scilicet secundum Orientalium & Occidentalium loquendi modum annum mortis Christi magis exprimeret; non vero quod eo usum fuisse Lucam existimaret. Patres itaque, qui duo tantum Paschata Christo assignarunt, Lucam interpretati sunt de anno decimo quinto Imperii Proconfularis Tiberii, mortemque Christi cum anno Imperii Augustæ Tiberii decimo quinto copularunt. Sed Christum tria saltem Paschata peregisse, extra controversiam esse debet.

XI.

Restat hic explicanda eclipsis, de qua in Annalibus num. CXX. Tertullianus, Julius Africanus, Augustinus, & Hieronymus, quos certum est Christum duobus Geminis Coss. passum existimasse, eam eclipsim Phlegontis auctoritate vident, argumento manifesto eos Passionem eo anno consignasse, quo Phlegon illud Solis deliquium. Si enim Passionem altero, quam Phlegon eclipsim collocasset anno, non mortem Christi miraculosam, quod intendebant, Gentilibus persuasissent, sed seipso ludibrio exposuissent. Præterea Julius Africanus seculo post Phlegontem vixit, hujusque Opus de Olympi- dibus libris 16. ut docet Suidas, comprehensum videre potuit. Cum enim Phlegon Hadriano imperante, & Africanus Heliogabali tempore floruerit, vix mihi persuadere possum, nobilissimum illud Opus jam Africani ætate periisse. Ex quo & sequitur majorem huic quam reliquis, qui neque Opus illud viderant, neque ira proximi Phlegonti vixerunt, fidem adhibendam esse. Africanus autem in Fragmento a Syncello pag. 323. relato ait, eclipsim a Phlegonte memoratam accidisse anno II. Olympiadis CCII. quod etiam habet lib. 5. τὸν Χρονολογικὸν apud Eusebium lib. 8. de Demonstratione, & apud Hieronymum in cap. 9. Danielis. Annus secundus Olympiadis CCII. anno Eræ Christianæ xxx. exorditur. Unde Keplerus & Petavius, qui mortem Christi in annum XXXI. conferunt, Africanum sibi cecinisse credunt; ille epistola XIV. & XVI. hic lib. 12. de Doct. Temp. cap. 22. Sed uterque opinione falsus est: nam Africanus communes Olympiades integro biennio antevertit, primamque exorditur anno Periodi Græco-Romanæ 4716. licet Olympias communis anno ejusdem Periodi 4718. auspicietur. Inde Syncellus, qui eam putandi Olympiades rationem sequitur, primam Olympiadem collocat anno Periodi Alexandrinæ 4726. quia Periodum Alexandrina annos decem plusquam Græco-Romana enumerat. Unde si huic decem annos addas, habebis annum Periodi Alexandrinæ, qui eodem anno incipit. Eandem ob rem Syncellus ex Africano pag. 308. dicit, capta Alexandria inchoatam fuisse CLXXXVIII. Olympiadem, licet anno Periodi Græco-Romanæ 5464. quo, exeunte Augusto, ea civitas capta, curreret tantum annus tertius Olympiadis CLXXXVII. si secundum communem opinionem supputatio fiat. Quare Olympias Africana, sic enim in posterum id Olympiadis genus vocandum, biennio communem antevertit; ideoque annus secundus Olympiadis CCII. quo eclipsis a Phlegonte memorata, ab Africano contigisse

Baron. II. CXX. & seqq.

di-

CLII.

At si neutrum horum placet: illud ingeram: Quis requirat apud Gentiles scriptores de rebus externis agentes magis proprium loquendi modum, cum in his quæ spectant ad res Judaicas, complures eorum, licet consultissimos, æque esse hallucinatos, nulli sit dubium? Et ne aliunde petamus exempla: quod ad sabbatum spectat ex hac voce tantum Plutarchus (a) Judæos Bacchum colere existimavit, credens nimirum sabbatum a Græco deductum σαββατον, quod significat debacchari, nam Bacchus Σαβαζουα a Græcis dictus reperitur; idque rerum Judaicarum ignorantia. Porro non ipse tantum, sed & alii Ethnici scriptores in eundem lapidem impeerunt: nam & Tacitus (b) calumniatus etiam Judæos Bacchum colere, aliis id quoque additis rationibus affirmabat: sunt enim hæc ejus verba: Sed quia sacerdotes eorum tibia tympanisque

(a) Plutarch. Sympos. lib. 4. quæst. 5. Gentiles de rebus Judæorum multa falsa. (b) Tacit. lib. 5. historiæ.

XII. Modus peculiaris Olympiadum putandi hæc non animadvertitur.

cap. 6. ut enim Capellum, præfatum locum Anonymi afferentem, confutet, aliud non respondet, quam ab Auctore Chronici certissime erratum esse, non advertens, hunc Olympiadem Africanam, non vero communem adhibere. Petavius lib. 12. de Doctr. Temp. cap. 21. de illo Solis defectu loquens ait: Nunc illud respondeant velim, qui Phlegontis testimonio nos oppugnant, ac quid Africanum, Eusebium, Hieronymum, Phlegontis libros legisse putent. Quod quia de Africano saltem negare non possunt, dicant porro quid in illis judicii fuisse censeant, si cum apud Phlegontem observassent horribilem Solis eclipsim anno IV. Olympiadis CCII. contigisse, & eam esse velent, qua moriente Christo contra naturam ordinem apparuisset, atque id ipsum Ethnici illius auctoritate suaderent; si hæc, inquam, non anno illi, quo iste scripserat, sed alteri tribuissent, sat infanos illos arbitrentur. Quomobrem ne tantum stuporis antiquis illis Patribus affingatur, propemodum futuri necesse est, Africani verba a Librariis fuisse corrupta. At cum Africani verba facilem habeant explicationem, Librarii hoc in loco non culpandi.

Sed gravis adhuc circa Olympiadis Phlegontæ annus difficultas restat. Africanus enim apud Syncellum pag. 308. modo dicit, eclipsim accidisse anno II. Olympiadis CCII. modo anno IV. ejusdem Olympiadis. In Chronico etiam Eusebio ad annum Abrahami 2047. legitur: Phlegon Olympiadum egregius supputator in 13. libro dicit: Quarto autem anno CCII. Olympiadis magna & excellens inter omnes, qua ante eum acciderant, defectio Solis facta, &c. Immo ipse Eusebius in eo Chronico eam non anno II. aut IV. ejusdem Olympiadis, sed III. illigavit, sicuti & Christi Passioem. Ad hanc difficultatem Keplerus & Petavius laudati respondent, locum illum Chronici Eusebiani (Fragmentum enim Africani apud Syncellum non leverant, aut ad difficultatem animum non adverterant) corruptum esse, & loco τῷ δευτέρῳ ἐτα τῆς σβ' Ὀλυμπιάδος, ut scripserat Eusebius, Anagnosten Hieronymi legisse, τῷ δ', hoc est, anno IV. licet scriptum esset, anno II. Verum mendum non in anno, sed in Olympiade cubat. Africanus enim, ut in re gravissima ab omnibus intelligeretur, utramque Olympiades supputandi rationem usurpavit; cumque annus tunc quartus ducentisimæ primæ Olympiadis communis curreret, eam etiam numerationem amplexus est, scripsitque τῷ ὀλυμπιάδος, non vero τῷ ὀλυμπιάδος, id est, anno quarto Olympiadis ducentisimæ primæ, non vero Olympiadis ducentisimæ secundæ. Quod ex eo patet, quod in Fragmento apud Syncellum pag. 324. idem Africanus habet: Anni ab Adam condito ad Christi adventum & ejus Resurrectionem 5531. colliguntur. A qua temporis epocha ad Olympiadem CCII. anni CXCII. intercurrunt. Is annus mundi 5531. secundum Alexandrinos, quo sequitur Africanus, absolvitur mense Martio anni Eræ vulgaris XXXIX. quo & Passioem Christi Africanus consignat. Olympias ducentisima quinquagesima incipit anno Eræ Dionysianæ CCXXI. qui annus est Olympiadis DCCCXCVII. annus vero quartus Olympiadis CCL. est annus Olympiadis DCCCIV. Unde si DCCCIII. addas annos illos CXCII. pervenies ad Olympiadem CCL. Numerat itaque ibidem Africanus Olympiades modo communi & ordinario; aliter non anni CXCII. sed CXCIV. a Passione Christi ad Olympiadem CCL. fluxissent. Et quod ita intelligendum sit Africanus, liquet ex his, quæ habet Syncellus pag. 212. ubi ait, ducentisimam quinquagesimam Olympiadem incidere in Consulatum Grati Severiani, & Seleuci Consulium creatorum, ad vulgarem annum mundi 5723. ut auctor est Africanus, qui Antonini Augusti fuit tertius. Ubi vides Africanum initium Olympiadis CCL. anno Christi Dionysiano CCXXI. Grati & Seleuci Consulatu notato consignare, sicuti opinio communis solet. Quod si Africanus modo sibi proprio de ea Olympiade loqueretur, eandem biennio antea exordiri scriberet. Sic Africanus modo dicit Olympiadem passum anno Tiberii XV. modo anno XVI. ejusdem Imperatoris, ut annum mortis ejus magis manifestaret, ut jam dixi.

concinabant, hedera vinciebantur, vitisque aurea in templo reperta, Liberum patrem coli dominatorem Orientis, quidam arbitrati sunt, nequaquam congruentibus institutis: quippe Liber festos lætosque ritus posuit, Judæorum mos absurdus sortidusque. Hæc Tacitus qui omnino fallitur; nam Judæos hedera redimitos sacra peragere solitos, quis unquam poterit reperire? Non enim habenda ratio est quod aliquando coacti ab Antiocho, id videantur egisse, ut habet secundus Macchabæorum (c) his verbis: Ducebantur autem cum amara necessitate in die natalis Regis ad sacrificia: & cum Liberi sacra celebrarentur, cogebantur hedera coronati Libero circuire. Nam longe aliud est id quod ajunt, ex præscripto legis ipsorum facere eos semper consuevisse; aliud, ad id invitos esse aliquando coactos ab hoste.

Et

cap. 6. ut enim Capellum, præfatum locum Anonymi afferentem, confutet, aliud non respondet, quam ab Auctore Chronici certissime erratum esse, non advertens, hunc Olympiadem Africanam, non vero communem adhibere. Petavius lib. 12. de Doctr. Temp. cap. 21. de illo Solis defectu loquens ait: Nunc illud respondeant velim, qui Phlegontis testimonio nos oppugnant, ac quid Africanum, Eusebium, Hieronymum, Phlegontis libros legisse putent. Quod quia de Africano saltem negare non possunt, dicant porro quid in illis judicii fuisse censeant, si cum apud Phlegontem observassent horribilem Solis eclipsim anno IV. Olympiadis CCII. contigisse, & eam esse velent, qua moriente Christo contra naturam ordinem apparuisset, atque id ipsum Ethnici illius auctoritate suaderent; si hæc, inquam, non anno illi, quo iste scripserat, sed alteri tribuissent, sat infanos illos arbitrentur. Quomobrem ne tantum stuporis antiquis illis Patribus affingatur, propemodum futuri necesse est, Africani verba a Librariis fuisse corrupta. At cum Africani verba facilem habeant explicationem, Librarii hoc in loco non culpandi.

Sed gravis adhuc circa Olympiadis Phlegontæ annus difficultas restat. Africanus enim apud Syncellum pag. 308. modo dicit, eclipsim accidisse anno II. Olympiadis CCII. modo anno IV. ejusdem Olympiadis. In Chronico etiam Eusebio ad annum Abrahami 2047. legitur: Phlegon Olympiadum egregius supputator in 13. libro dicit: Quarto autem anno CCII. Olympiadis magna & excellens inter omnes, qua ante eum acciderant, defectio Solis facta, &c. Immo ipse Eusebius in eo Chronico eam non anno II. aut IV. ejusdem Olympiadis, sed III. illigavit, sicuti & Christi Passioem. Ad hanc difficultatem Keplerus & Petavius laudati respondent, locum illum Chronici Eusebiani (Fragmentum enim Africani apud Syncellum non leverant, aut ad difficultatem animum non adverterant) corruptum esse, & loco τῷ δευτέρῳ ἐτα τῆς σβ' Ὀλυμπιάδος, ut scripserat Eusebius, Anagnosten Hieronymi legisse, τῷ δ', hoc est, anno IV. licet scriptum esset, anno II. Verum mendum non in anno, sed in Olympiade cubat. Africanus enim, ut in re gravissima ab omnibus intelligeretur, utramque Olympiades supputandi rationem usurpavit; cumque annus tunc quartus ducentisimæ primæ Olympiadis communis curreret, eam etiam numerationem amplexus est, scripsitque τῷ ὀλυμπιάδος, non vero τῷ ὀλυμπιάδος, id est, anno quarto Olympiadis ducentisimæ primæ, non vero Olympiadis ducentisimæ secundæ. Quod ex eo patet, quod in Fragmento apud Syncellum pag. 324. idem Africanus habet: Anni ab Adam condito ad Christi adventum & ejus Resurrectionem 5531. colliguntur. A qua temporis epocha ad Olympiadem CCII. anni CXCII. intercurrunt. Is annus mundi 5531. secundum Alexandrinos, quo sequitur Africanus, absolvitur mense Martio anni Eræ vulgaris XXXIX. quo & Passioem Christi Africanus consignat. Olympias ducentisima quinquagesima incipit anno Eræ Dionysianæ CCXXI. qui annus est Olympiadis DCCCXCVII. annus vero quartus Olympiadis CCL. est annus Olympiadis DCCCIV. Unde si DCCCIII. addas annos illos CXCII. pervenies ad Olympiadem CCL. Numerat itaque ibidem Africanus Olympiades modo communi & ordinario; aliter non anni CXCII. sed CXCIV. a Passione Christi ad Olympiadem CCL. fluxissent. Et quod ita intelligendum sit Africanus, liquet ex his, quæ habet Syncellus pag. 212. ubi ait, ducentisimam quinquagesimam Olympiadem incidere in Consulatum Grati Severiani, & Seleuci Consulium creatorum, ad vulgarem annum mundi 5723. ut auctor est Africanus, qui Antonini Augusti fuit tertius. Ubi vides Africanum initium Olympiadis CCL. anno Christi Dionysiano CCXXI. Grati & Seleuci Consulatu notato consignare, sicuti opinio communis solet. Quod si Africanus modo sibi proprio de ea Olympiade loqueretur, eandem biennio antea exordiri scriberet. Sic Africanus modo dicit Olympiadem passum anno Tiberii XV. modo anno XVI. ejusdem Imperatoris, ut annum mortis ejus magis manifestaret, ut jam dixi.

CLIII. De vite aurea.

(a) Joseph. antiq. lib. 14. c. 5.

(b) Joseph. antiq. lib. 15. c. 14. & de bel. Jud. lib. 6. c. 6.

(c) Joseph. antiq. lib. 12. cap. 2. de 72. interpret.

XIV.

Et quod ad vitam auream in templo reptam spectat: ut hac etiam calumnia eodem liberemus: ex multis Tacitus hanc potuit de Judæis concepisse opinionem, & in primis, quod (ut Josephus (a) est auctor) Pompejus Magnus donatam sibi vitam auream ab Aristobulo Rege Judæorum, ut rem magni pretii posuit in templo Jovis Capitolini, inscriptione ejus qui donaverat consignatam, quam se legisse, cum Romæ esset, testatur Strabo Cappadox, ex quo Josephus accepit: donum plane quod a Bacchi cultoribus solet offerri. Insuper quod dicit vitam auream in templo reptam: idem Josephus (b) addit alibi, in superliminari portæ templi, cui primum velum erat appensum, vitam itidem fuisse auratam, mira arte fabricatam, tantæ magnitudinis, ut botri ejus hominis æquarent staturam. Nec prætermittimus dicere de mensa illa aurea, egregio Ptolemæi Philadelphidono, in qua etiam ex auro & gemmis vitis & hedera & ornamentum ejus composita erant, quæ ab eodem Rege in templo missa, fuit Deo dicata, ut Josephus (c) & Aristeas (d) testantur. His igitur decepti Gentiles, de Judæis, quod colerent Bacchum, falso opinati sunt. Quin etiam ob tam exactum cultum &

Ann. Eccl. Tom. I.

lympiadis communis curreret, eam etiam numerationem amplexus est, scripsitque τῷ ὀλυμπιάδος, non vero τῷ ὀλυμπιάδος, id est, anno quarto Olympiadis ducentisimæ primæ, non vero Olympiadis ducentisimæ secundæ. Quod ex eo patet, quod in Fragmento apud Syncellum pag. 324. idem Africanus habet: Anni ab Adam condito ad Christi adventum & ejus Resurrectionem 5531. colliguntur. A qua temporis epocha ad Olympiadem CCII. anni CXCII. intercurrunt. Is annus mundi 5531. secundum Alexandrinos, quo sequitur Africanus, absolvitur mense Martio anni Eræ vulgaris XXXIX. quo & Passioem Christi Africanus consignat. Olympias ducentisima quinquagesima incipit anno Eræ Dionysianæ CCXXI. qui annus est Olympiadis DCCCXCVII. annus vero quartus Olympiadis CCL. est annus Olympiadis DCCCIV. Unde si DCCCIII. addas annos illos CXCII. pervenies ad Olympiadem CCL. Numerat itaque ibidem Africanus Olympiades modo communi & ordinario; aliter non anni CXCII. sed CXCIV. a Passione Christi ad Olympiadem CCL. fluxissent. Et quod ita intelligendum sit Africanus, liquet ex his, quæ habet Syncellus pag. 212. ubi ait, ducentisimam quinquagesimam Olympiadem incidere in Consulatum Grati Severiani, & Seleuci Consulium creatorum, ad vulgarem annum mundi 5723. ut auctor est Africanus, qui Antonini Augusti fuit tertius. Ubi vides Africanum initium Olympiadis CCL. anno Christi Dionysiano CCXXI. Grati & Seleuci Consulatu notato consignare, sicuti opinio communis solet. Quod si Africanus modo sibi proprio de ea Olympiade loqueretur, eandem biennio antea exordiri scriberet. Sic Africanus modo dicit Olympiadem passum anno Tiberii XV. modo anno XVI. ejusdem Imperatoris, ut annum mortis ejus magis manifestaret, ut jam dixi.

Patet itaque, Africanum, dum de eclipsi Phlegontæ loquitur, scribere eam anno II. Olympiadis CCII. accidisse, utque rem magis explicaret, scripsisse postea eam contigisse anno IV. Olympiadis CCL. quæ juxta communem supputationem cum anno Christi XXXIX. concurrat, progressuque temporis erratum esse a Librariis, & loco Olympiadis CCL. scriptum fuisse CCII. ac errorem illum vel ab Eusebio, vel ab Hieronymo derivatum fuisse in Chronicon Eusebianum, indeque in alios Auctores. Non abimilis error in Eusebio lib. 10. de Præparat. Ibi enim prodit, annum decimum quintum Tiberii incidere in annum quartum Olympiadis CCII. licet annus XV. Tiberii, seu Dionysianus XXXIX. concurrat cum anno primo Olympiadis CCII. juxta putationem Eusebio familiarem, qui Olympiadem communem anno uno anteverit. Quod si ibidem supputationem communem Eusebius secutus est, quod valde verosimile, dicere debuit, annum XV. Tiberii incidisse in annum quartum Olympiadis CCL. non vero CCII. Quoad Joannem Philoponum, qui lib. 2. de Mundi creatione ait: Hærum tenentium meminit & Phlegon in Olympiadibus: ait enim anno secundo ducentisimæ Olympiadis contigisse eclipsim Solis, cujusmodi nulla cognita est; nihil certi ex eo deduci potest, non solum, quia is Auctor non antiquus, eam Justino Juniore imperante floruerit, sed etiam quod pagina sequenti dicat, anno quarto. Porro Olympiorum & Chronicorum Collectio edita a Phlegonte. Traliano adhuc extabat, nono Ecclesiæ seculo, quo Photius in sua Bibliotheca cod. XCVII. se quinque illius libros legisse asserit, ex qua & aliqua decerpit. Incertum tamen an XVI. libri, quibus ea Collectio constabat, Philoponi ætate adhuc omnes superessent. Ex eclipsi itaque, quæ Christo patiente visa, annus Passionis determinari non potest alius, quam annus Eræ Christianæ XXXIX.

diligens studium diei sabbati, quod ab Ethnicis Saturno dicatus esset, perperam quidam existimarunt Judæos eundem Deum colere, quod & Tacitus (e) assererat: omittimus dicere de Varrone (f), qui existimavit Judæos Jovem colere: sunt & alia multa a Gentilibus excogitata, quæ quidem Josephus singulatim in Apionem agens refellit: de quibus & nos alias oportunitus.

Sed ut tandem ad Coenam puram, cuius gratia est suscepta narratio, redeamus: sicut Judæis nefas sabbato jejunare, ita etiam jejunare solitos qualibet sexta die, nusquam reperitur. Quomobrem omnis cessare videtur ratio, quod jejunii causa, sexta sabbati appellata sit Coena pura. Alius ergo verborum Augustini requirendus est sensus; quem illum esse, verum atque germanum non dubitamus asserere, qui ex aliis ejusdem auctoris scriptis accipitur. Dicimus igitur Augustinum eo loco voces illas Parasceven, & Coenam puram, nequaquam ea significatione sumpsisse, ut sextam diem cujuslibet hebdomadis significare voluerit, sed parasceven Paschæ: nempe diem qui Pascha præcedit, secundum eam sententiam, qua aliqui dicerent, Judæos eo anno Pascha sabbato celebrasse, ac proinde sextam

(e) Tacit. Annal. lib. 2. (f) Aug. de cons. Evang. lib. 1. cap. 22. & de Civit. Dei lib. 6. c. 6. & lib. 7. cap. 5.

CLIV. Augustini verborum sensus.

Annus, quo eclipsis miraculosa accidit in Auctoribus corruptus.

Y

tam diem vere fuisse parasceven Paschæ: id quidem ipsum sensitse, ea quæ nuper dixerat in eodem commentario in Joannem tractatu centesimo decimo septimo, facile monstrant: sed multo apertius quæ ante disseruerat, tractans eandem quæstionem locupletius in libro tertio (a) de Consensu Evangelistarum, ad quæ ipse le-
 (a) Aug. de cons. E. wang. lib. 3. cap. 13.
 (b) Iren. lib. 5. cap. 23.
 (c) Tertull. ad vers. Marc. lib. 5. c. 4.
 (d) Galat. 4.
 (e) Tertull. ad vers. Marc. lib. 4. c. 3.

(a) Aug. de cons. E. wang. lib. 3. cap. 13.

(b) Iren. lib. 5. cap. 23.

(c) Tertull. ad vers. Marc. lib. 5. c. 4.
(d) Galat. 4.

(e) Tertull. ad vers. Marc. lib. 4. c. 3.

CLVI.

At licet hæc de parasceve Paschæ dicta, ex his quæ suo loco superius sunt disputata remaneant confutata; tamen non ad eam probandam sententiam sunt hæc a nobis adducta, sed ut ex verbis ejus, quid per parasceven & Coenam puram intellexerit, appareat declaratum: nimirum Judæos appellare solitos Coenam puram, vesperum ante Pascha, quo ipsi inciperent azyma manducare. Refellitur etiam eadem opinio de sexta die & Coena pura, ex his quæ Tertullianus (c) scribit adversus Marcionem, ubi agens de loco illo epistolæ Pauli (d) ad Galatas: *Dies observatis, & menses, & tempora, & annos; addit: Et sabbata, ut opinor & Cœnas puras, & jejunia, & dies magnos.* Citat & superius (e) Judaicos Fastos, quibus ejusmodi Judaicæ observationes descriptæ essent. Si enim Coena pura, ut ajunt, sextam quamlibet diem hebdomadis monstrat; quæ ratio erat, ut Coenæ puræ inter dies celebres Fastis adscriberentur, cum neque jejunium, neque aliqua alia esset ea die celebritas? Eodem quoque Tertulliani loco quæ superius diximus, validius confirmantur, nimirum per Coenam puram non esse intelligendum jejunium: quandoquidem dum post Cœnas puras addit jejunia, plane demonstrat ea ab invicem esse distincta.

Cum igitur ex his dictis satis appareat declaratum, per Cœnas puras nec jejunia, nec sextam diem significari: reliquum est ut cum Augustino dicamus, Judæos per Coenam puram intelligere consuevisse Paschæ parasceven, quando ad vesperam primo azyma comedebant, di-

gnam ob celebrem solemnitatem, quæ scriptis consignaretur in Fastis. Sed quod spectat ad nomen: sic Coenam puram esse nominatam discimus, quod puro pane iidem ipsi puri vesci soliti essent; per fermentum enim quicquid esset impurum significari, satis admonet Paulus (f) dum ad Corinthios scribens, hæc ait: *Nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit? Expurgate vetus fermentum, ut sitis nova conspersio, sicut estis azymi.* Significans nimirum idem esse azymos, quod puros: idque amplius declarans, mox subdit: *Itaque epulemur, non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ, & nequitiae, sed in azymis sinceritatis, & veritatis.* Ut merito ab his Coena pura dici soletur, quæ gereret typum absolutissimæ puritatis. Sed de Coena pura esto jam finis.

His igitur de anno, mense, & die dictis, quibus Christus Dominus summus omnium rerum opifex crucifixus est: non putamus aut lectori injucundum, aut ab instituto alienum, nonnihili & de hora diei illius salutiferi attigisse. Evangelistarum (g) testimonio exploratum habetur, cruci affixum fuisse Dominum ante horam sextam: nam postquam crucifixus est, ab hora sexta usque ad horam nonam factæ sunt tenebræ. Marcus item hora sextæ tenebras factas esse super universam terram affirmat, qui & ait crucifixum Christum hora tertia: cui cum adversari videatur Joannes Evangelista, quod dicat fuisse horam quasi sextam, cum in eum Pilatus esset laturus sententiam; complures tam antiquorum quam recentiorum scriptorum ad has solvendas ambages desudasse cognovimus: quorum omnium singulas hic de ea re recitare sententias prætermittimus: illam tamen, quam veriorum putamus, referemus. Sicut igitur apud Judæos nox in quatuor vigiliis, ita dies in quatuor horas seu rationes dividebatur, sed diversimode quoque id effici (h) quidam volunt, dividendes in hunc modum, dicentesque a diluculo usque ad horam diei tertiam exclusive, ut ajunt, horam esse Primam: Secunda a-

(f) 1. Cor.

CLVII.

(g) Matth. 27. Marc. 15. Luc. 23. Joan. 19.

De hora Passionis.

(h) Cor. Jans. Concord. cap. 142. & n. lii.

CLVIII.

hanc inierunt rationem numerandi quatuor illas diei partes, quas volunt esse æquales, ut singulæ trium horarum spatium constituantur, eademque non a principio, sed a fine nomen accipiant; sic-

Divisio diei secundum Judæos.

que prima pars diei illa, a mane usque ad tertiam horam producta, Tertia diceretur: Secunda, quæ ad sextam horam diei perveniens, Sexta nominaretur: Tertia vero pars diei, usque ad nonam horam deducta, Nona appellaretur: Quarta, quæ usque ad noctem durans, Vespera nuncuparetur. Quam quidem sententiam ut veriore ampleximur, quam & Petri (a) Apostoli auctoritate firmamus: sic enim in Actis loquitur: *Non enim, sicut vos estimatis, hi ebrii sunt, cum sit hora diei tertia.* Sane quidem si (ut illi volunt) hora Tertia producebatur usque ad Sextam; quid adeo mirum & infinitum significasset Petrus, illos non esse ebrios, eo quod esset hora diei Tertia, cum jam pransos esse ea hora quæ terminaretur ad Sextam, potuisse, non sit dubium? Unde cum ad defensionem illozum, quod ebrii non essent, Petrus, eo quod tunc esset hora diei Tertia, in argumentum deducat; manifestissime significat, horam diei Tertiam esse terminum partis primæ diei, nec tertiæ horæ fines excedere.

(a) Act. 22.

CLIX. Consensio Evangelistarum.

Quod igitur Joannes ait, fuisse horam quasi Sextam, cum Pilatus in Christum sententiam jam proxime dicturus esset, sic accipiendum est, ut ultima hora primæ diei partis, quæ Tertia dicta est, jam cœpta esset, & proxime jam inchoanda foret secunda pars diei, quæ Sexta est nominata: sicque merito ab Evangelista dictum fuisse tunc horam quasi Sextam, nondum videlicet Tertia absoluta: ac ita eandem novissimam horam primæ partis diei fuisse terminum ejus jam desinentis, & secundæ partis, quæ Sexta dicta est, jam proxime incipientis: qua ipsa hora Dominus noster a Pilato sententiam mortis accepit, ac paulo post cruci affixus est. Nec absurdum, si quod horæ Tertie proximum erat, Marcus eidem tribuerit horæ Tertie, cum id loquendi usus obtinuerit, multaque suppetant de his exempla. Nec quis, puto, dixerit, scrupulosa quadam circumscriptione per singulos suos punctos enumeratas horas Evangelistas posuisse, sed potius communi quadam loquendi consuetudine; quod sæpe alias in descriptione temporum fecisse videntur, cum iidem & interdum hyperbolice locuti esse noscantur.

CLX.

Ex his igitur dicimus, hora Tertia in Christum esse prolatam sententiam a Pilato, quam illi ejus necis sitibundi ac famelici Judæi repente exequendam curantes, ac sibi ipsis satisficientes, continuo nulla interjecta mora, nisi quam opus exigeret, per Gentiles eum cruci affixerunt: quo sic in cruce pendente, jamque facta hora Sexta, vel appropinquante (quod ait Lucas) tenebræ factæ sunt usque ad horam Nonam. Sed quod

Ann. Eccl. Tom. I.

ipse dicit, fere hora Sexta; Marcus & Matthæus absque ulla distinctione dixerunt, hora Sexta, ut ex his cognoscas, Evangelistas in conscribendis horis, horologium non habuisse præ manibus, ut per sua puncta singulas horas distinguere potuissent, sed de horis scripsisse quod tunc opinati essent. De singulis horis passionis Christi Ignatius, qui eo vixit tempore, hæc ait, scribens ad Trallianos: *Hora Tertia sententiam accepit a Pilato, permittente id Patre: hora Sexta crucifixus est, Nona expiravit, ante Solis occasum sepultus est.* Hæc ipse, quæ secundum dictas quatuor horarum seu diei partes enumeratas, sunt accipienda. In quatuor enim partes, sicut noctem (ut paulo ante diximus) in quatuor vigiliis, diem dividi soletur, auctor est Censorinus (b): eandemque fuisse consuetudinem apud Hebræos, ex divina Scriptura, colligitur, ubi de dictis quatuor horis frequens habetur mentio, perraro de cæteris. Videatque eandem rem expressam in parabola a Matthæo (c) recitata de patrefamilias conducente operarios in vineam, qui dicitur exiisse primo mane ad eos conducendos, hora Tertia, Sexta, Nona, & Undecima; quasi insinuare velit id factum per omnes horas: mane enim ponitur tamquam diei principium, & undecima tamquam hora novissima operandi, cum Duodecima claudatur dies. Porro dictæ horæ egregius Domini operibus consecratæ, ab Apostolis observatæ, ad posteros sacris precum officii transmissæ esse noscuntur, ut docent Tertullianus in libro de jejuniis, Cyprianus de oratione Dominica, Chrysostomus (d) demum ad populum Antiochenum, & alii plures. Sed hæc alias fusius.

(b) Censor. de die natal. c. 10.

(c) Matt. 20.

(d) Chryst. ad pop. Antioch. homil. 59.

CLXI.

Quod insuper ad ritus Christianæ religionis spectat: constat quidem non solum sextam diem passionis Dominica consecratam, in honore habitam, sed & feriam quartam, itemque ipsam totam hebdomadam, quam Majorem, ob grandia in ea operata mysteria, sive Pœnosam, ob Christi dolores in ea perlatos, majores nostri dicere consueverunt; quam etiam in dolore & lacrymis mœrentes in memoriam pœnarum quas pro nobis Christus Dominus subiit, ex traditione Apostolica Christiani transigere soliti sunt. Est harum observationum locuples testis S. Epiphanius, (e) dum ait: *A quo vero non absensum est in omnibus orbis terrarum regionibus, quod quarta & pro sabbato jejunium est in Ecclesia decretum? Si vero etiam oportet constitutionem Apostolorum proferre, quo modo illi decreverunt quarta & pro sabbato jejunium per omnia, excepta Pentecoste, & sex diebus Paschatis, quomodo præcipiunt nihil omnino accipere, quam panem & su-*

lem & aquam, &c. Et de jejuniis Majoris hebdomadæ idem superius agens adversus eisdem Aerianos hæreticos, sic in illos invehitur: *In diebus autem Paschatis, quando apud nos sunt humi dormitationes, castitates, afflictiones, siccorum esus, preces, vigiliae, ac jejunia, & omnes animarum salutis per sanctas afflictiones: ipsi a summo mane opsonantur, ridentés ac subsannantes eos qui sanctum hunc cultum hebdomadæ Paschatis perficiunt.* Et alibi: (a) *Per sex dies ipsius Paschatis, omnes populi in siccorum esu perseverant, pane, inquam, & sale, & aqua tunc utentes ad vespertam.* Ibidem etiam repetit de jejuniis quarta & sexta feriarum. Eadem apud Clementem (b) leguntur. Huic simile erat jejunium, quod Tertullianus Græca voce *ἑσπερινόν* appellare consuevit, de quo adversus (c) Pſychicos agens, hæc ait: *Arguunt nos, quod jejunia propria custodiamus, quod stationem plerumque ad vespertam perducamus, quod etiam xerophagias observemus, siccantes cibum ab omni carne & jurulentia, & uvidoribus quoque pomis: ne quid vinostratis edamus, vel potemus.* Idemque inferius ab Apostolorum temporibus *ἑσπερινόν* fuisse in usu testatur. Habes ejusdem ferme generis jejunium expressum apud Philonem, (d) dum agit de *Ἐθῆς*, quos fuisse Christianos, & Marci discipulos, Hieronymus (e) est opinatus: ipse igitur dum de eorum agit jejuniis, hæc ait: *In mensa cibus ille sacratissimus panis fermentatus, cum sale apponitur & hyssopo, ob reverentiam mensæ dedicatæ in templi vestibulo: nam & in ea solent apponi panes cum sale, absque condimento alio, sed panes non fermentati.*

De eodem jejuniis Majoris hebdomadæ hæc scribit Dionysius Episcopus Alexandrinus in epistola canonica ad Basilidem: *Alii quidem, vel omnes sex juniorum dies transmittunt jejuni permanentes, alii duos, alii tres, alii quatuor, alii nullum. Et iis quidem qui in illis transmittendis valde laboraverunt, ignoscendum est, quod celerius gustent. Si qui autem non modo transmissis, sed ne jejunitis quidem, vel etiam in delicatis opiparisque conviviis consumptis precedentibus quatuor diebus, ad duos, eosque solos extremos dies cum venerint, illis a se cibo non gustato, transmissis parasceve & sabbato, magnum quid & egregium se facturos existimant, si ad auroram usque permanserint: non existimo eos ex æquo certamen subisse cum his, qui se pluvibus diebus prius exercuerant.* Hæc (f) Dionysius: qui & eam fuisse in Ecclesia consuetudinem narrat, Fideles nequaquam solvere solitos jejunium magni sabbati, nisi ad eam horam sequentis noctis, qua Christus resurrexisset credere-

(a) Epiph. Comp.

(b) Clem. cons. lib. 5. c. 19.

(c) Tertul. advers. Pſychicos c. 1. & 9.

(d) Philo de vita contemplativa. (e) Hier. de scr. p. Eccles. in Philon.

CLXII. De jejuniis ob Christi Passionem susceptis.

(f) Dionys. c. 2. in fin. apud Theod. Balsam.

tur. Est admiratione dignum, adeo religiosum ac sacrum habitum esse ejusmodi quod Pascha præcedit jejunium, ut & Reges illud implere pro viribus non præter-miserint. Procopius (g) enim hæc testatur de Justiniano Imperatore: *Omnibus, inquit, illis diebus, qui Paschalem solemnitatem præcedunt, jejuniis addictus, duram quamdam vitam egit, nedum Regi alienam, sed neque privato alicui aliquo modo acceptabilem. Per dies abstinebat: summo mane itidem e lecto consurgens, Reipublicæ invigilavit, cuius negotia verbo & opere pertractans, matutinum, meridianum, & non minus nocturnum tempus implevit: nam in seram noctem lectum petens, mox surrexit, quasi plumarum pertæsus. Cibi appetens, vinum, panem, & alia id genus cibaria abesse voluit, brassicam solum & agrestes herbas longo tempore sale & aceto maceratas edebat; potus aqua erat sola; neque his ad saturitatem utebatur, sed petitum cibum paulisper degustatum dimisit, non eo sumpto quod natura satis erat.* Hæc Procopius.

Cæterum non majorem tantum hebdomadam, in memoriam passionis Christi, ejusmodi cum abstinentia & carnis afflictione transigere consueverunt majores nostri: sed & cæteris diebus, quos diximus, cujusque hebdomadæ, nempe feria quarta & sexta, quod in illa de morte Christi sit initum consilium, & in ista fuerit affixus cruci, jejunare. Extat de eo non solum Apostolicus (b) canon, & Clementis (i) nomine edita constitutio, sed & expressum habetur S. Ignatii (k) testimonium, quo his verbis tam religiosam observationem inculcat: *Quartis & sextis feriis jejunare non negligatis, ciborum reliquias pauperibus largientes; &c.* De his hæc etiam Clemens Alexandrinus (l): *Novit, Christianus scilicet, ænigmata jejunii quoque horum dierum, quarti inquam, & sexti; ille quidem Mercurii, hic vero Veneris.* Hæc ille, qui jejunii ænigmata appellat mysticam allusionem, cuius causa eadem ipsa jejunia celebrantur: quam Augustinus, (m) ad Casulanum scribens, his verbis tradit: *Cur autem quarta & sexta maxime jejunet Ecclesia, illa ratio reddi videtur, quod considerato Evangelio, ipsa quarta sabbati, quam vulgo quartam feriam vocant, concilium reperitur ad occidendum Dominum fecisse Judæi. Intermissa autem uno die, cujus vespera Dominus Pascha cum discipulis manducavit, qui finis fuit ejus diei quem vocamus quintam sabbati, deinde traditus est ea nocte, qua jam ad sextam sabbati, qui dies passionis ejus manifestus est, pertinebat. Et paulo post: *Hoc ergo die, quinto scilicet, intermissa, passus est Dominus, quod nullus ambigit, sexta**

(g) Procop. de adif. Justin. Imp.

CLXIII. De jejuniis quartæ & sextæ Feriarum.

(b) Can. Apostol. 68. (i) Clem. cons. lib. c. 16. & c. ult. & lib. 7. c. 22. (k) Ign. epist. ad Philip. (l) Clem. Alex. Strom. lib. 7.

(m) Aug. ad Casul. epist. 86. prope finem.

sæta sabbati: qua propter & ipsa sexta recte jejuniis deputatur: jejunia quippe humilitatem significant. Hucusque Augustinus. Meminerunt præterea horum dierum jejunii Origenes (a), Tertullianus (b), & alii. Ex quibus omnibus tum hic tum superius a nobis enarratis, satis perspicuum exploratumque habetur, non tantum loca, sed tempora, dies & horas, & quælibet sacratissima passionis Christi instrumenta, in tantæ rei memoriam magno venerationis cultu fuisse semper a Fidelibus celebrata. Jam vero ad cætera quæ sunt historiæ Evangelicæ, quæ horum causa liqueramus, redeamus.

Cum transisset (c) sabbatum, Maria Magdalene, & Maria Jacobi, & Salome emerunt aromata, ut venientes ungerent Jesum. Et valde mane una sabbatorum, veniunt ad monumentum, orto jam Sole. Hæc Marcus. Condire aromatibus corpora defunctorum, ab Ægyptiis Judæos esse mutatos, Auctor est Tacitus (d): illi enim per quadraginta dies ejusmodi unctiones iterare consueverunt. Unde de Patriarchæ Jacob corpore sic in Ægypto condito hæc leguntur in Genesi (e): *Præcepit Joseph servis suis medicis, ut aromatibus condirent patrem. Quibus iuxta expentibus, transferunt quadraginta dies: iste quippe mos erat cadaverum conditorum.* Ea etenim arte Ægyptii ita siccabant cadavera defunctorum, ut quasi ænea redderent, quæ & lingua sua Gabaras appellabant, ut tradit S. Augustinus (f). Hinc cum idem mos ad Hebræos transisset, ut dictum est; non satis illis fuit unctum semel corpus Jesu sepelivisse; quin & ut iterum ungerent, emerunt aromata, ac ad sepulcrum festinis passibus properarunt: *Quo cum pervenissent diluculo, ait Matthæus, (g) terræmotus factus est magnus. Angelus enim Domini descendit de celo, & accedens revolvit lapidem, & sedebat super eum.* Cum adhuc autem in itinere essent, nec ad sepulcrum pervenissent, dicebant (inquit Marcus h): *Quis revolvat nobis lapidem ab ostio monumenti? Cumque pervenissent, inspicientes invenerunt revolutum lapidem; erat quippe magnus valde. Et introeuntes in monumentum viderunt juvenem sedentem in dextris, coopertum stola candida, & obstupuerunt, qui dicit illis: Nolite expavescere: Jesum queritis Nazarenum crucifixum: surrexit, non est hic; ecce locus ubi posuerunt eum. Hæc Marcus. His consentientia, eademque pluribus de apparitione Angeli scribit Matthæus: Lucas (i) vero duos tradit apparuisse Angelos: sed non ob id, quod quæ alii tacuerunt, unus expresserit, contrarii inter se fuisse dicendi sunt.*

Sed magna in eo apparet contradictio, dum Marcus, (k) Lucas, & Joannes. di-

(a) Orig. in Levit. c. 20. homil. 10. in fin. (b) Tertul. advers. Pſychicos.

CLXIV. (c) Marc. 16.

(d) Tacit. Annal. lib. 2.

(e) Genes. 50.

(f) Aug. serm. 120. de divers. c. 22.

(g) Matth. 28.

(h) Marc. 16.

(i) Luc. 24.

CLXV. (k) Marc. 16. Luc. 24. Joan. 20.

cunt dictas mulieres venisse mane ad monumentum; unus Matthæus contrarium videtur affirmare, dum non mane, sed *Vespere*, inquit, *sabbati, quæ lucefcit in prima sabbati, venit Maria Magdalene, & aliter Maria videre sepulcrum.* Et ecce terræmotus factus est magnus. Angelus enim Domini descendit de celo. Antiquiores Ecclesiæ scriptores in ea sententia fuisse videntur, ut per vespertam sabbati, nox ipsa intelligeretur; sic Dionysius (l) Alexandrinus, sic Augustinus, (m) sic & apud sextam Synodum in canone nonagesimo, & alios complures, qui per illud, *Vespere sabbati, tempus post mediam noctem acceperunt.* S. Hieronymus non semel, sed sæpius mulieres illas cucurrisse & recurrisse sedulæ visitationis officio existimavit, sicque & vespere abiisse, & mane rediisse ad monumentum. Sed has omnes interpretationes Matthæi textus minime pati posse videtur; dum quod ait, in illarum adventu terræmotum factum esse magnum, & Angelum locutum esse mulieribus: plane demonstrat mane id factum esse, non vespere præcedente, vel post summam noctem. Augetur ex eo etiam difficultas, quod sibi ipsi contraria proferre videatur idem Evangelista, dum de vespere agens, lucefcere eam ait in prima sabbati: cum si de vespere communi usu loquendi intellexisset, obtenebrecere potius quam lucefcere in diem primam sabbati dicere debuisset. Sed esto (quod ait Cornelius (n) Jansenius, qui cæterorum recitat & rejicit sententias) idem esse, clarescere in prima sabbati, quod inchoari primam sabbati, sicut & Lucas (o) de pridie ejus diei agens vespere, sic dicit: *Et dies erat parasceves, & sabbatum illucescebat:* tamen negare, quod dicit Evangelista, venisse mulieres videre sepulcrum, sed tantum tunc emisse aromata, certe vim infert litteræ, & negare compellit Evangelistam, quod alioquin profiteretur expresse, tunc scilicet venisse mulieres videre sepulcrum, tuncque terræmotum factum esse magnum, & Angelum apparuisse, locutumque esse mulieribus.

Exquirendus igitur ejus historiæ, quam CLXVI. Matthæus recitat, sensus est, quomodo idem sit vespertum lucefcere in prima sabbati; quod alii dicunt fuisse valde mane, ut ait Marcus (p), vel valde diluculo, ut tradit Lucas (q), seu quod scribit Joannes (r) mane, cum adhuc tenebræ essent. Sane quidem est locus perdifficilis, & qui sedulum postulet exactumque studium, cum & in eo non parum fatigata fuerint doctissimorum virorum ingenia: quorum diverfarum opinionum illa nobis magis persuaderetur, quam scribit S. Hieronymus (f) ad Hedibiam ubi post mul-

(l) Dionys. Alex. in epist. ad Basil. Habetur apud Theod. Bal. (m) Aug. de consen. Evang. lib. 3.

(n) Cornel. Jans. Concord. Evang. c. 145. (o) Luc. 23.

(p) Marc. 16. (q) Luc. 24. (r) Joann. 20.

(f) Hier. epist. 150. quæst. 4.

Hieronymi sententia.

ta hæc ait: Mibi quidem videtur, Evangelistam Matthæum, qui Evangelium Hebraico sermone conscripsit, non tam vespere dixisse, quam sero; & cum qui verba interpretatus est, verbi ambiguitate deceptum, non sero interpretatum esse, sed vespere: sicque quod superius ait, Vespere sabbati, sero sabbati intelligendum, hoc est, appropinquante jam luce sequentis diei. Similem huic dicendi usum sæpe divina Scriptura usurpat, ut vespere accipiat aliquando non pro ultima diei parte, sed pro eo quod novissimum tempus dicimus; sic in Psalmo (a): Convertentur ad vespere. Et in Job (b). Quasi meridians fulgor consurget tibi ad vespere: & cum te consumptum putaveris, orietis ut lucifer. Sicque illud: Vespere autem sabbati, quæ lucefcit in prima sabbati, idem esse, ac si diceretur, ultima hora, quæ lucefcit in prima sabbati.

(a) Psal. 58. (b) Job. 31.

CLXVII. Nova Auditoris sententia.

At nos in eam opinionem adducimur, ut existimemus Matthæum Evangelistam non de vespere, hoc est, ultima diei parte, intellexisse, sed de stella sic dicta: quæ cum eadem sit cum ea quæ mane ante Solem oriatur, ob idque Lucifer dicta, ut Plinius, (c) & Hyginus (d) & alii testantur; tamen unico nomine ab antiquis Latinis, ut Plauto, (e) & Varro, (f) Vesperugo appellata reperitur, ut notat Augustinus, (g) eandemque ab Homero dictam esse ait: a Pharisæis vero, qui nomina planetarum ex Græca astronomia in Hebraicam linguam transtulerunt, Seruha Lued, esse appellatam, Epiphanius (h) tradit. De ipsa itaque stella credimus Evangelistam Matthæum intellexisse; atque dixisse, mulieres venisse ad sepulcrum ortu stellæ ejus diei, quæ lucefcit in prima sabbati: interpretem vero non curasse aliam ejusdem nominis distinctionem, cum præsertim additamento illorum verborum, Quæ lucefcit in prima sabbati, eam satis expressam esse existimaret. Hæc si accipiamus, mox omnis de ea re quæstio ac controversia conquiescet: sin minus, certe quantumlibet quis Evangelistæ verba distorqueat, quo Matthæum cum cæteris consentientem in omnibus reddat, haudquam ex sententia efficiet, nec æque omnibus in omnibus satisfaciatur. Cæterum hæc nostra sic afferimus, ut eruditorum arbitrio diligentiori examine expendantur. Certe quidem his quæ diximus, nihil certius atque verius quod pertinet ad historicam conciliationem, dici posse videtur. In hujusmodi enim difficultatibus, ex conjecturis interdum, præsertim iis quæ ita verisimiles sunt ut veritatem ipsam quodammodo necessario præferant, magna solet ad indagandam veritatem accessio fieri.

(c) Plin. lib. 2. cap. 8. (d) Hygin. lib. 2. (e) Plaut. in Autularia. (f) Varro de ling. Lat. lib. 6. (g) Aug. de Civit. Dei lib. 21. cap. 8. (h) Epiph. lib. 1. hæres. 16.

CLXVIII.

Scimus his objectum, quod Græcus Matthæi interpres ex Hebræo

non transtulit sed per 64th vertit adverbium, quod numquam significat stellam matutinam. Sed dico quod Græcus textus cujus fidei sit, nisi collato cum Hebræo originali affirmare non possumus, nec tute asserere, an ille ipse sit, quem se transtulisse S. Hieronymus in commentariis in Matthæum tradit, cum idem ipse dicat de Scriptoribus Ecclesiasticis Matthæi Evangelium, jam ante ab alio nescio quo in Græcum fuisse translatum. Cæterum cum est controversia in textu Latino Evangelii Matthæi, non provocandum est ad textum Græcum, ex sententia ejusdem S. Hieronymi, qui id testatur in præfatione ad Damasum in quatuor Evangelia, ubi cum agit de Matthæi Evangelio hæc ait: Hoc certe cum in nostro sermone discordat, & in diversos rivulorum tramites ducit, uno de fonte quarendum est; Hebræo textu scilicet, quem extitisse suo tempore, & a se descriptum testatur in libro de Scriptoribus Ecclesiasticis. Ipse igitur qui ex fonte Hebræo textum Matthæi Latinum emendavit, non dixit sero, sed vespere. At si ista non placent, sequendum in his præ cæteris interpretibus proponimus Maldonatum. At de his satis.

Evangelii Matth. textus Latino Græco præferendus.

CLXIX. (i) Marc. 16.

Quod vero Marcus (i) dicat: Et valde mane una sabbatorum, veniunt ad monumentum, orto jam Sole: non recedimus ab interpretatione majorum: Dionysius enim Alexandrinus ad Basilidem scribens sic explicat: Valde enim mane hic quoque dixit, quod idem sit ac summo diluculo; & subjunxit: Orto jam Sole. Professio quidem & iter earum summo diluculo, & valde mane incepit: in itinere autem, & circa monumentum moram traxerunt usque ad ortum Solis. Hæc Dionysius, quem complures alii secuti sunt, licet & alii aliter explicarint. Omnium vero (ut tandem dubiorum solutionibus finem imponamus) omnium, inquam, Evangelistarum testimonio expressum cum sit, ea ipsa nocte quæ clarescit in prima sabbati, Dominum a mortuis surrexisse: quotanam hora potissimum surrexerit, accuratius exquirendum putamus. Ambiguitas quidem dætorum verborum Matthæi Evangelistæ, quibus dicit, vespere quæ lucefcit in prima sabbati, mulieres adiisse sepulcrum, quando & de resurrectione Domini certiores sunt redditæ, quamplurimos tenuit suspensos animo, ut aliquid de ea re affirmare non auderent. Unde Gregorius Nyfenus hæc ait (k): Neque enim sacri Evangelii scriptores vel vespere sabbatorum, vel majori parte noctis præterita, vel diluculo rursus, vel post Solis radii emergsum, surrexisse Dominum dixerunt. Sic enim contrarietas esset, si unum factum, non uno, sed diversis temporibus

De Resurrectionis hora.

(k) Greg. Nyf. de resurrectione orat.

accidisse, scriptores memoria prodidissent: sed mulieres, scripserunt, alio tempore ad sepulcrum venisse; omnes similiter audisse ab Angelis de Salvatore: Surrexit, non est hic; non adjecto quando: quasi in illa divina nocte absque controversia, & in hoc omnibus consentientibus, factum sit, & Dominus surrexerit; nemo autem horam notaverit, quæ omnibus ignota erat, præterquam Deo, qui resurrexit; & Patri, qui ita cognoscit Filium, sicut cognitus est a Filio, tum Spiritui sancto, qui omnia scrutatur. Hæc Gregorius.

CLXX. (a) Dionys. Alex. epist. can. ad Basil. cap. 1. Post mediam noctem Resurrexio.

Porro cum ea nocte omnes Dominum surrexisse testentur, tamen id ante noctis dimidium accidisse, asserere velle, temerarium admodum esse antiquiores Patres existimarunt; inter quos Dionysius (a) Alexandrinus ea ratione jejuniis sabbati, quod solvi non licebat olim, nisi tranfacto mœroris tempore, quo Dominus surrexisse crederetur, ne ante noctis dimidium solveretur, admonuit; idemque de Romanæ Ecclesiæ consuetudine hæc ait: Qui enim Roma sunt fratres, ut ajunt, gallum expectant: innuens quidem ejus Ecclesiæ fuisse opinionem, in primo gallicinio Dominum surrexisse. Verum id non sic accipiendum, ut ea potissimum hora Dominum Jesum Christum surrexisse Romana Ecclesiæ professi sit, sed quod a media nocte dies sit solita numerare: quod etiam Orientales facere consueverunt, ut canon (b) sextæ Synodi indicat, & Theodorus, cum ait: Qui sunt religiosiores; toto sabbato usque ad horam sextam noctis in ecclesiasticis communicantes, panem & aquam gustant, fortasse autem & modicum vini: septima autem hora matutinas psalmodias audientes, quando etiam Christus surrexisse dicitur, domum suam revertuntur, magni Dominici sacrorum celebrationem expectantes. Quod autem a septima hora noctis, quæ est ante Dominicam, incipiat dies Dominicus, manifestum est, eo quod ortus Solis sive diei illuminatio est a septima hora noctis quæ eum præcessit, &c. In hoc consensisse cæteros Græcorum auctores, testatur Euthymius (c), Hieronymus (d) etiam disputando idem affirmat, Dominum nostrum scilicet medio noctis tempore surrexisse.

(b) Sexta Synod. cap. 50. ibid. Theod. Bals.

(c) Euthym. in Matth. (d) Hier. ad Hedib. epist. 150. quæst. 3. CLXXI.

Verum Romana Ecclesiæ expresse absque aliqua ambiguitate profiteri videtur, Dominum nostrum surrexisse Dominico die diluculo, dum sacro hymno in Ecclesiasticis officiis Paschali tempore sic canit: Aurora lucis rutilat, Calum laudibus intonat, Mundus exultans jubilat, Gemens infernus ululat.

Aurora Tempore Resurrectionis.

Aurora lucis rutilat, Calum laudibus intonat, Mundus exultans jubilat, Gemens infernus ululat.

Cum Rex ille fortissimus, Mortis confractis viribus, Pede conculcans tartara, Solvit a pœna miseris. Ille qui clausus lapide, Custoditur sub milite, Triumphans pompa nobili, Victor surgit de funere.

Quin & ipse antiquus Ritualis, qui Ordo Romanus inscribitur, liber hæc habet: In vigilia Resurrectionis Domini, ante mediam noctem populus non est dimittendus de ecclesia, juxta canonum sanctiones. In ipsa nocte, matutina luce rumpente tenebras, surgentes in ecclesiam veniant, & mutua charitate se invicem obsecrantes dicant: Surrexit Dominus de sepulcro. Hæc ibi: quæ cum non medio noctis tempore, sed mane diluculo esse faciendâ dicantur; eo sane tempore Dominum surrexisse, eadem significare videtur Ecclesiâ. Id quidem & Marcus (e) Evangelista expresse testari videtur, cum ait: Surgens autem Jesus mane, prima sabbati, apparuit primo Maria Magdalene.

(e) Marc. 16.

Cæterum qui de media nocte id firmare conati sunt, diversa interpunctione illum textum legi voluerunt, nempe ut diceret: Surgens autem, mane prima sabbati apparuit, &c. Verum germanam esse primam lectionem, ac prorsus veriorum, S. Ignatius (f) qui (ut diximus ante) Christi sæculo vixit, omnimode persuadet, dum scribens ad Trallianos hæc ait: Illucescente Dominico die, surrexit ex mortuis, juxta id quod dixerat: Sicut (g) Jonas fuit in ventre ceti tres dies & tres noctes. Complectitur itaque pasceve passionem, sabbatum sepulturam, Dominicus dies resurrectionem. Hæc Ignatius; qui & paulo ante intratriduum eum surrexisse testatur. Augustinus (h) etiam surrexisse Dominum mane diluculo profitetur, & alii quamplurimi.

CLXXII.

(f) Ignat. ep. 15. Germana lectio.

(g) Matt. 12. (h) Aug. in Psal. 58. prope fin. de Trin.

Quomodo vero secundum Domini sententiam, quam nuper citatam vidimus ab Ignatio, sicut Jonas in ventre ceti, tribus diebus totidemque noctibus Christus manserit in sepulcro, perquiramus. Quod ad tres dies pertinet, solutam ab Ignatio habes quæstionem, nimirum quod vespere feriæ sextæ, toto sabbato, & parte diei Dominici Dominus manserit in sepultura: quod apud omnes tam antiquos quam recentiores scriptores Ecclesiasticos est in confesso; unius enim qui ab his discrepat, de quo paulo inferius agemus, non putamus habendam esse rationem. Quod vero ad tres spectat noctes: cum plures de ea re scripserint, & alii alias diversasque rationes inierint: complures penuria temporis eo usque progressi sunt, ut

LXXVIII.

(a) Paul. Middel. in Paul. lib. 1. c. 2. & lib. 2. c. 2.

Ignatii Auctori- tas. (b) Hieron. de script. Eccl. in Ignat.

CLXXXIV (c) Isidor. lib. 1. epist. 114. Isidori auct. fertio.

ut trium horarum spatium, quo eclipsi illa admiranda dies est conversus in tenebras, in noctis unius numerum receperint. Fuit & quidam (a) affirmare ausus, tribus diebus & noctibus expletis Christum in sepulcro fuisse: qui totam Ecclesiae oeconomiam invertit, dum vel Christum non esse passum feria sexta, vel non surrexisse die Dominico, vel rursus hebdomadam illam non ex septem, sed octo diebus constatam esse, probare nititur. Sed apage ejusmodi fabulosum commentum, nec diutius aures Ecclesiae Dei pulsset. Unus nobis quasi instar omnium sit Ignatius, qui (ut ipse scribit, & Hieronymus (b) testatur) Christum in carne vidit: quem vel mentitum esse, vel istaec ignorasse, religio sit dicere. Non parum certe interest, in veritate historica disquirenda, auctorum, qui res gestas scripserunt, quo vixerint tempore, cujusve fuerint eruditionis atque existimationis, habere rationem; potissimumque, si hujusmodi scriptores rerum perspectarum, ac eorum aetate editarum, pietatem & virtutem cum doctrina & veritate conjunxerint: ut plane digni sint, quibus fides integra adhibeatur; soli sint, quibus caeteri assentiantur; soli denique sint, quibus reliqui quae sciverint, vel scripserint, tamquam ab iis accepta, referant. At sane talis est noster Ignatius, omnibus numeris absolutissimus, qui a se visa pene omnia, veraque profequitur. Ipse equidem est, in quo nihil amplius desiderari posse videatur: ut merito eundem praeter ceteris auscultemus, & quae ab eo scripta sunt, amplectamur, atque caeteris anteponamus. Certe nihil jam ulterius dicendum esset de his tribus in sepulcro peractis a Christo noctibus (praefertim cum non sit praesentis instituti longiorem de iis instituire disputationem) si Ignatium tamquam divinum oraculum omnes audirent. Verum quia infinitis prope chartis haec scripta sunt, eoque argumento complures editi commentarii reperiuntur, haecque etiam recentiorum sunt scriptis aucta: rem ipsam perpaucis attingemus.

Inter alios Scriptores veteres, quos recensere omitimus, Isidorus (c) Pelusiotas, Joannis Chrysoctomi discipulus, clarissimus suorum temporum scriptor, de eadem quaestione iterum consultus, solutiones plures afferens, copiose differuit: quarum quae caeteris praestare videntur, in medium afferemus. Ad Timotheum enim Lectorem scribens, in primis haec ait: *Is igitur qui se Jonae typum expressurum receperat, cum eum exacte nosset, quippe qui etiam Jonae adestet, cum in profundum praecipit ageretur, atque e profundo efferretur, eum quoque haud dubie explevit; tanto nimirum temporis spatio in sepulcro commoratus, quanto Jonas in ceti*

ventre; ea enim mensura tres illos dies ac noctes mensus est, ut sicut ille, non tres integros dies totidemque perfectas noctes, sed ex illis duobus extremis partem permanferit, ut ait, in corde terrae. Idem rursus ad Theognostum (d) scribens, eandemque iniens rationem, satis impletum esse tempus demonstrat, cum ea in sepulcro mora tres dies ac noctes attigerit: declaratque loquendi usu frequenter accidere, ut quod vel extrema ejus diei hora contigerit, id ea die factum describatur. Sic igitur hac ratione stabilita, vult Dominum ex tribus diebus medium tam die quam nocte integrum absolvisse, ex duobus vero extremis tam diem quam noctem participasse. Sed qua ratione, id accuratius perspicendum est.

In primis enim quod ad tres noctes pertinet: si secundum communem usum Hebraeorum, quo a media nocte diem aufpicantur, & in sequentem mediam noctem producebant, diem accipiamus: de tribus noctibus nulla est difficultas: siquidem mediae diei noctem integram, extremorum autem dierum singulorum noctem mediam numerabimus: dierum vero primae dimidium, secundae integrum, tertiae vero diluculum recensendo: nam (quod diximus ex Ignatio, illucescente Dominico die Dominum resurrexisse) tres utique dies constituemus. Qui vero putarunt Dominum media nocte surrexisse, aliam inierunt numeri rationem: ut sic de duobus diebus extremis triduum illud participaverit, & medium inclusit, ut tamen nullam putaverint diei vel noctis habendam esse rationem; sed satis esse, si dierum extremorum, diei vel noctis aliquam partem inclusissent. Addit his Isidorus (e), exemplo resurrectionis Dominicae obtinuisse usum in Ecclesia, ut sic tertia die defuncti ageretur memoria, ut tamen dies numerando, unus tantummodo integer haberetur, duorum vero solummodo partes: nam ait: *Sic autem nos quoque eorum, qui mortem obeunt, memoriam celebrare consuevimus. Quaecumque hora diei quispiam vitam cum morte commutavit, postero dumtaxat die interjecto, altero post die tertianum ipsius diem agimus.* Haec Isidorus.

Qui & ad tollendam de tribus diebus expletis objectionem; tertia utriusque die, non post tres dies, se Dominum fore resurrecturum praedixisse, ait, vel cum dixit apud Mattheum (f); & Lucam (g): *Oportet filium hominis multa pati, & tertiam die resurgere:* vel cum apud Joannem (h) ad Judaeos ait: *Solvite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.* Haec cum dixerit ipse Dominus, non est quod quis Marcum (i) reprehendere jure possit, quod a caeteris discrepans, cum praedicta refert, dicat: *Et post tres dies resur-*

CLXXXV.

(e) Isidor. lib. 1. ep. 114.

CLXXXVI.

(f) Matt. 16. (g) Luc. 9. (h) Joan. 2. (i) Marc. 8.

Objectio ex Marco.

(a) Matt. 27.

(b) Levit. 12.

(c) Luc. 2.

CLXXXVII. Firmata sententia.

CLXXXVIII.

(d) Marc. 16. Christus prius Petro quam caeteris Apostolis visus.

(e) Ambros. in Luc. lib. 10. in cap. 24.

surgere. Sicut nec calumniae Judaeos arguimus, quod dixerunt ad Pilatum: (a) *Domine recordati sumus quia seductor ille dixit adhuc vivens: Post tres dies resurgam:* nam non eadem ipsa verba Christi iidem retulerunt, sed quod usitato loquendi more, quod faciendum dicitur tertia die, id post tres dies, nimirum inchoatos, agendum aequo diceretur. Ad quam rem indicandam, illud sit in exemplum, quod cum lege divina (b) mandetur; ut die octavo circumcidatur infantulus: tamen Lucas (c) post dies octo circumcissum Jesum fuisse, his ait: *Postquam consummati sunt dies octo ut circumcidere-tur puer; consummatos ait dies octo, cum scilicet advenisset jam dies octavus, quo ex legis praescripto Jesus erat circumcidendus: sicque, quod illi dixerunt: Post tres dies; usitato dicendi more, postquam tertius dies advenisset, debet intelligi.* At nec illud aliter Judaeos accepisse, vel significare voluisse, quae mox addiderunt, satis significant: *Jube, inquit, custodiri sepulcrum usque in diem tertium; & non utique post diem tertium, vel ultra diem tertium.* Sed de his satis.

Firma igitur stabilisque his paucis sententia maneat, tribus diebus, totidemque noctibus (quod ipse praedixerat) Christum Dominum in sepulcro mansisse, ac Dominica denique die diluculo surrexisse. In cujus tantae rei memoriam, ac gratiarum actionem, ipsa prima dies, qua Dominus resurrexit, Dominica est appellata, non ab aliis, quam ab ipsis Apostolis: nam & Joannes Evangelista de eadem die sic dicta meminit in Apocalypsi: necnon Ignatius, & alii Apostolorum temporibus proximi: eamque celebrandam statuerunt, non anniversario revoluta tantum mensium orbe, sed cujuslibet hebdomadis eadem prima recurrente die. At jam historiam prosequamur.

Cum igitur Angelus de resurrectione Christi admonisset mulieres, quae venerant ad sepulcrum, haec insuper verba subintulit (d): *Sed ite, dicite discipulis ejus, & Petro, quia praecedet vos in Galilaam: ibi enim videbitis, sicut dixit vobis.* Haec Angelus; qui Petrum potissimum nominasse tum ob primatum, quem inter caeteros a Domino fuerat consecutus, tum vero ut eum meroere ac dolore prostratum erigeret, ac sublevaret, existimatur. Quantumlibet enim Christum Petrus negasset, tamen eum non ob eam causam a primatu excidisse, idem Christus pluribus demonstravit: prius etenim ipsi, quam cuipiam Apostolorum, apparuisse, testimonio Pauli Apostoli affirmari posse videtur; immo & pro constanti ac certo id Ambrosius (e) habuit, cum ait: *Sicut ex mulieribus Maria, & aliae*

Maria Magdalena, ita ex viris Petro visus est primo mane; & Paulus sic ait: Resurrexit tertia die secundum Scripturas, & visus est Cepha. Et ideo Marcus specialiter induxit juvenem mandantem, ut Petro & discipulis dicerent mulieres, quia surrexit Dominus. Petrus ergo solus vidit Dominum, alibi cum Joanne, alibi solus, ubique tamen impiger currit, ubique aut solus, aut primus. Haec Ambrosius. Sed quam amplioribus privilegiis a Domino, postquam resurrexit, Petrus sit auctus, suis locis inferius dicemus.

Porro quamvis non omnia, quae a Christo sunt gesta, Evangelistae memoriae Fidelium commendarint: tamen vetus traditio per manus majorum, ac per subsequencia saecula ad posteros dilapsa testatur, eundem Dominum nostrum apparuisse primum omnium sanctissimae genitrici Mariae: quod nemo pius, puto, negarit. Quod insuper eodem fere tempore & Jacobo, qui frater ipsius dictus est, apparuerit, ex Evangelio Matthaei, quo Nazaraei urebantur, haec Hieronymus (f) recitat, dum prius ait: *Evangelium quoque, quod appellatur secundum Hebraeos, & a me nuper in Graecum Latinumque sermonem translatum est, quo & Origenes saepe utitur, post resurrectionem Salvatoris refert: Dominus autem cum dedisset spondem servo sacerdotis, ivit ad Jacobum, & apparuit ei. Juraverat enim Jacobus se non comesturum panem ab illa hora qua biberat calicem Domini, donec videret eum resurgentem a mortuis. Rursumque post paululum: Afferte, ait Dominus, mensam & Panem. Stantimque additur: Tulit panem, & benedixit, ac fregit, & post dedit Jacobo Justo, & dixit ei: Frater mi, comede panem tuum, quia resurrexit filius hominis a dormientibus.* Haec tamen ex dicto Evangelio Nazaraeorum Hieronymus; qui cum non excipiat de apocrypho (ut de aliis assolet) se ejusdem historiae fidem haud impugnasse demonstrat.

His visis, Evangelicam coeptam perfectamur historiam: quae licet ab Evangelistis diverse referatur, dum quod unus vel alius tacuit, non defuerit alius exprimendo: tamen neque hac de causa quis rem propius spectans, contrarietatem, esse aliquam affirmarit. Hieronymus (g), & Graeci nonnulli, non semel easdem mulieres, de quibus jam supra sed iterum atque iterum eadem die ad sepulcrum venisse testantur, multasque idem Hieronymus (h) ad Hedibiam scribens objectionibus affert solutiones: sed in illis certe admirati sumus vehementer, ac proinde dubitavimus num idem ipse sit auctor quod ibidem non vereatur in discrimen adducere ultimum caput Evangelii

CLXXXIX. Christus primum omnium Mariae visus.

(f) Hier. de script. Eccl. in Jacobo cap. 2.

CLXXX.

(g) Hier. in Matt. ult. & epist. 150. quest. 4. in fine. (h) Hieron. epist. ad Hedib. quest. 304. 5. 6. 7.

S. Marci, dum sic ait: *Hujus quæstio- nis duplex est solutio: aut enim non reci- pinus Marci testimonium, quod in variis fertur Evangelii, omnibus Græciæ li- bris pene hoc capitulum in fine non ha- bentibus, &c.* Equidem cum Marcus Ro- mæ, Latinis (ut utar verbis Gregorii Na- zianzeni a) & Latine (ut dicemus) scri- pserit Evangelium; si diversa essent ejus- dem exemplaria, nostri potius quam Græ- corum auscultandi fuissent. Cæterum ca- pitulum illud ultimum Marci, non tantum ab antiquioribus Latinorum Tertul- liano, Cypriano, & aliis, sed a Græcis ipsis frequenter citatum invenies. At ne in singulis recensendis, ab instituto lon- gius digredientes, moram trahamus, sa- tis idem ipse Hieronymus erit, qui sibi & omnibus satisfaciat, & de jactura ul- timi capituli Marci Evangelii suspicio- nem purget.

(a) Greg. Naz. in cur. de 4. Evan.

CLXXXI

Nam ejus testificatione constat, tan- tum abesse ut eo capitulo Græci caruerint, ut illud cum additamento potius quodam legerent, quod in Latinis exemplaribus desideraretur. Reddam singula ipsius ver- ba, quæ ejusmodi sunt, dum contra Pe- lagianos agit, atque illorum cunctis res- pondet objectionibus (b): *Tu dicitis pos- sibile esse omni tempore peccata vitare. In quibusdam exemplaribus, & maxime in Græcis codicibus juxta Marcum (c) in fine ejus Evangelii sic scribitur: Post- ea cum accubissent undecim, apparuit eis Jesus, & exprobravit incredulitatem, & duritiam cordis eorum, quia iis qui viderant eum resurgentem non credide- runt. Et illi satisfaciebant, dicentes: Sæculum istud iniquitatis & incredulita- tis substantia est, quæ non sinit per im- mundos spiritus veri Dei apprehendi vir- tutem: idcirco jam nunc revela justitiam tuam.* Hæc ibi: ex quibus patet, Græ- corum codices non tantum eo ultimo ca- pitulo non caruisse, sed dicto additamen- to auctos esse: quod cum Manichæorum sapiat hæresim, ut qui mundi substantiam a malo principio esse dicerent, ab aliquo illorum esse superadditum, facile conje- ctamus. Aliquos codices divinæ Scripturæ ab illis fuisse depravatos, aliosque loco illorum suppositos, cum de his age- mus suo loco, non reticebimus: quamob- rem Dei Ecclesiam ad instar Latinorum correxisset Græcorum exemplaria, cer- tum est. In hæc vero digressi sumus ne tanti Patris testimonio fides capituli il- lius Marci vacillet, & infirmum animum suspicio pulset: consultiusque dicendum esse putamus, Hieronymum (si tamen il- le ipse est) ut humana fert infirmitas, memoria lapsus, quam Evangelicam ver- ritatem in discrimen adducendam: & pro eo quod dicere debuisset, in Græcis co- dicibus Marci ultimum caput quibusdam

(b) Hier. advers. Pelag. lib. 2.
(c) Marc. 16.

auctum reperiri, illud ipsum in eis desi- derari dixisse: vel ipsum posterioribus scriptis corrigere voluisse priora: cita- tus enim liber contra Pelagianos ultimo loco ab eo scriptus est, ut suo tempore dicturi sumus. Hæc quidem omnia si com- perta satisque explorata habuisset quidam (d) ex recentioribus, nequaquam adeo temere in re tanta Catholico homine indignam tulisset sententiam, dicens ultimum Marci capitulum non esse soli- dæ auctoritatis ad firmandam fidem. At- que de his satis; ad omnia festinemus.

(d) Caste- ran. vide Xyst. Seno. biblioth. lib. 6. cap. 132.

Non igitur una tantum Maria Magda- lena, quam nominat Joannes (e), nec altera solum Maria, quam recentet Mat- thæus (f) venerunt ad monumentum, sed & Salome, quam inter alias nu- merat Marcus (g), atque etiam omnes quæ securæ fuerant Jesum a Galilæa, ut post dictas, Joanna uxor Chusæ procura- toris Herodis, ac cætera, ut tradit Lu- cas (h), quæ cum eis erant, quarum ignorantur nomina. In Ordine Romano, ex majorum puto traditione, additur & Martha, dum sic antiphona canitur: *Ma- ria & Martha cum venissent ad monimen- tum, Angeli splendentes apparuerunt, di- centes: Quem queritis viventem cum mor- tuis.* Hæc igitur omnes, sicut in passio- ne Domini fuerant una in Calvarie monte, ita & ad monumentum eodem pieta- tis officio accurrerunt, nec (quod alii putant) diversæ diversis temporibus ejus- modi visitationis officium exhibuere, ut egregia concinnatione in sua Concordia Cornelius (i) Jansenius monstrat, cætera vero relinquit Interpretibus. Tum er- go illæ redeuntes, ut acceperant ab An- gelo, hæc quæ viderant, properarunt nunciare discipulis; & quæ prior inter eas nominabatur Maria Magdalene, ea pri- mum (k) Simoni Petro & Joanni narra- vit: qui avulsi a cæteris, præ gaudio cucurrerunt ad monumentum. Joannes cum pervenisset citius Petro, non tamen in- troiit, sed inclinans se vidit linteami- na. Petrus vero cum venit, introiit in monumentum, & vidit, (inquit Joannes) linteamina posita, & sudarium, quod fue- rat super caput ejus, non cum linteami- nibus positum, sed separatim involutum in unum locum. Tunc ergo introiit & ille discipulus, qui venerat prius ad monimen- tum; & vidit, & credidit.

CLXXXII. (e) Joan. 20. (f) Mat. 28. (g) Marc. 16.

(h) Luc. 22. 23.

(i) Cor- Jansf. Con- cord. c. 145. Petrus & Joannes currunt ad moni- mentum. (k) Joan. 20.

Ad elucidationem rerum gestarum ab Apostolis ac mulieribus in sepulcro, con- ducere magnopere arbitramur, si quale fuerit sepulcrum Domini, tum ex anti- quioribus, tum ex his qui ad sancta loca invisenda Hierosolymam sunt pere- grinati, qui & hæc memoriæ commenda- runt, adducamus in medium. Sed ante hæc omnia illud admonemus, moris fuisse Judæis (quod & superius diximus) in spe-

CLXXXIII. De sepul- cro Do- mini.

speluncis habere sepulcra excavata. Con- stat de Abraham (a) ad sepeliendam Sa- ram, emisse ab Ephron Hethæo spelun- cam duplicem: cæteros Hebræorum, qui- bus divitiarum facultas suppeteret, id ipsum facere solitos, argumento sunt ea quæ Epiphanius (b) narrat his verbis: *Ducunt miserum adolescentem post occa- sum Solis in propinquas tumbas; sepul- cræ enim sic appellantur; speluncæ videli- cet in petris effossæ atque constructæ, &c.* Qualis igitur fuerit spelunca, in qua Do- minus Salvator noster sepultus est, diffi- cile est ex his quæ recentiores scribere assequi: nam ex nobilibus murorum stru- cturis, aliisque superadditis ornamentis, prima illa speluncæ forma est penitus mu- tata, ut recte quidem S. Cyrillus (c) Hierosolymorum Episcopus, qui claruit temporibus Constantii Imperatoris, testa- tor his verbis: *Et unde resurget Salva- tor? Dicit in Cantico canticorum. Surge, propra amica mea. Et in sequentibus: In foraminibus petra. Foramen petra di- citur id quod tunc ante ostium Salvatoris monumenti erat foramen ex eadem petra, sicut hic esse solet ante monumentum ex- cisum. Nunc enim non apparet; quoniam crasum est vestibulum, propter præsentem ornatum. Nam ante hunc regalem orna- tum & apparatus, sepulcri vestibulum erat ante petram: Sed ubi est petra quæ habuit vestibulum? Numquid in his quæ sunt circa civitatem posita, aut circum muros, aut circa monumenta? & utrum in antiquis muris est, aut in his qui post- erius facti sunt antemuralibus? Dicitur in Cantico: In caverna maceria habent- zis petras. Hæc Cyrillus de vestibulo, quod in spelunca erat ante sepulcrum Domini positum, quod ob ornatum ec- clesiæ desuper structæ fuisse demolitum te- statur.*

(a) Genes. 23.

(b) Epiph. contra E- bion. hæc. 50.

(c) Cyrill. Hierosol. ca- tich. 14.

Cæterum locus ipse sepulturæ Domi- ni qui excisus erat in petra, integer permansisse cognoscitur; testantibus id omnibus qui de locis sanctis commentarios edidere; quorum prior ex iis qui extant, est ille ab Adamnano (d) conscriptus, quem Beda redegit in compendium, qua- de causa nos nomine Bedæ citare confue- vimus. In eo igitur (e) libro, ubi de- scribitur ecclesia in Occidentali parte Cal- varie montis erecta, hæc de Domini se- pulcro narrantur: *Hujus in medio moni- mentum Domini rotundum in petra exci- sum est, cujus culmen extrinsecus stans homo manu contingere potest, ab Orien- te habens introitum: cui lapis ille maxi- mus appositus est, quod intrinsecus fer- ramentorum vestigia usque ad præsens o- scendant: nam extrinsecus usque ad cul- minis summitatem totum marmoreum rectum est; summum vero culmen auro ornatum, auream magnam gestat crucem. In hujus*

(d) Beda de gest. Ang. lib. 5. c. 16.
(e) Beda de locis sanctis c.

ergo monumenti Aquilonari parte sepul- crum Domini in eadem petra excisum, De situ longitudinis septem pedum, trium mensura Sepulcri palmorum, pavimento altius imminet, in- troitum habens a latere Meridiano; ubi die noctuque duodecim lampades ardent, quatuor intra sepulcrum, octo super in margine dextro; lapis qui ad ostium mo- numenti positus erat, nunc fissus est: cu- jus pars minor quadratum altare ante o- stium nihilominus ejusdem monumenti stat; major in Orientali ejusdem loco quadran- gulum aliud altare sub linteaminibus ex- tat. Color autem ejusdem monumenti & sepulcri, albo & rubicundo permixtus videtur: Hactenus Beda ex Adamnano, quæ aliis (f) in locis recitat iterum. Qui vero recentius eadem invisit loca at- que descripsit (g), his in omnibus eque consentit; nisi diceret ante speluncam Do- minici sepulcri aliam esse cryptam ejus- dem magnitudinis & figuræ, solo parie- te intermedio segregatam; & ad hanc primo descendendi, ex qua per ostium in- termedii parietis pervenitur ad speluncam Dominici sepulcri; quod ostium clausum fuisse dicit, quando mulieres tempore resurrectionis dicebant ad invicem: *Quis revolvat nobis lapidem ab ostio monimen- ti?* Sed quoniam cum de his agitur, anti- quioribus potius standum est, cum mul- ta tempore posteriori mutari potuerint: unam tantum speluncam fuisse, qua se- pulcrum Christi contineretur, ex Bedæ descriptione apparet, eamque medio post- ea constructo pariete fuisse divisam: sic- que ostium lapide clausum, non fuisse, illud quod apertum extat in pariete, sed quod in ingressu ejus speluncæ, quam Beda secundum Evangelistas appellat mo- numentum, ab Orientali parte positum erat, cui, inquit, lapis ille maximus su- perpositus erat.

(f) Beda de gest. Ang. lib. 5. c. 17. & in Marc. c. ultimo. (g) Bar- chard. de locis sanctis.

Ex his igitur omnibus hæc brevi qua- dam summa perstringimus; nimirum fuisse in parte Occidentali Calvarie montis speluncam in petra excisam, eamque per- amplam in modum vestibuli, quæ aliam intus contineret specum; rursusque in- tra eam excisum fuisse sepulcrum Domi- ni. Porro vestibulum, primam ipsam spe- luncam, extruendæ ecclesiæ causa (ut vidimus ex Cyrillo) fuisse demolitam con- stat, lapidemque illum prægrandem non- nisi secundæ speluncæ, quam Evangelis- tæ & Beda appellant monumentum, fuisse ostio superpositum. Quod ergo dicit Joannes (b) de se ipso, primum venisse ad monumentum, sed non introisse; verum cum se inclinasset, vidisse linteami- na; sic accipias: ipsum in speluncam primam ingressum, ad secundam perve- nisse, sed in eam non introisse, verum ex ostio illius inspexisse, & sepulcrum Domini, quod erat in ejusdem speluncæ

CLXXXV.

(b) Joan. 20. Elucidan- tur loca Evangelis- tarum.

parte Aquilonari, apertum tamen a Meridie, intuitum esse, in eoque posita linteamina conspexisse. Quod insuper dicit

(a) Luc. 24. Lucas (a): Petrus procumbens vidit linteamina sola posita, & Joannes de se refert, quod cum se inclinasset, viderit linteamina; illud quod est dictum demonstrat, nimirum locum sepulture Domini deorsum positum, tribus tantum palmis a pavimento altius excisum fuisse, nec nisi accurum ac deorsum inclinatum, quempiam illud intus a sinistris positum inspicere valuisse. Ex his insuper facile quis accipiet, quid sit quod dicunt Evangelistae, mulieres ingressas esse in monumentum, & Angelum dixisse: Venite, & videte locum, ubi positus erat Dominus: & quod ingressae non invenerunt corpus Domini: quid sit insuper quod addit Joannes, dicens: Maria stabat ad monumentum foris, plorans: dum ergo flet, & inclinavit se, & prospexit in monumentum: & vidit duos Angelos in albis, sedentes unum ad caput, & unum ad pedes, ubi positum fuerat corpus Jesu: ut ex his videas, etiam si quis foris staret, nec monumentum ingrederetur, dum tamen se inclinans per ostium aspiceret monumenti, sepulcrum Domini satis videre potuisse. At haec de his sufficiens praesentiarum: pergamus reliqua recensere.

CLXXXVI. Cum ergo Maria ad monumentum plorans, perfisteret, apparuit ei Dominus quasi hortulanus: quam cum nomine appellasset, ipsa eum agnovit: describit haec

(b) Joan. 20. (c) Marc. 16. (b) Joann. 20. (c) Marc. 16. Jesus mane prima sabbati, apparuit primo Mariae Magdalene, de qua ejecerat septem demonia. Haec facta esse cum constat in monumento, relatione Joannis, primumque omnium Magdalene apparuisse testetur Marcus; plane constat hanc apparitionem fuisse distinctam ab ea quam scribit Matthaeus his verbis: (d) Ecce

(d) Marc. 28. Jesus occurrit illis, dicens: Ave. Illae autem accesserunt, & tenuerunt pedes ejus, & adoraverunt eum. Tunc ait illis Jesus: Nolite timere; ite nuntiate fratribus meis ut eant in Galileam, ibi me videbunt: sicque satis liquet, non tantum Mariam Magdalenam, sed & caeteras mulieres illas jam secundo ad sepulcrum Domini rediisse. Cum illa igitur (e)

(e) Matt. 28. abiissent, inquit Matthaeus, Ecce quidam de custodibus venerunt in civitatem, & nuntiaverunt Principibus sacerdotum omnia, quae facta fuerant. Et congregati cum senioribus consilio accepto, pecuniam copiosam dederunt militibus, dicentes: Dicite quia discipuli ejus nocte venerunt, & furati sunt eum, nobis dormientibus. Et si hoc auditum fuerit a Praeside, nos suadebimus ei, & securos vos faciemus. At illi accepta pecunia, fecerunt

sicut erant edocti. Et divulgatum est verbum istud apud Judaeos, usque in hodiernum diem. Haec Matthaeus.

CLXXXVII. His minime discrepantia, immo consentientia, & uberius enarrata ex vetustioribus monumentis Metaphraistes (f) in rebus gestis sancti Longini Centurionis martyris recitat in hunc modum, incipiens a sepulcri custodia: Postquam, inquit, sepulturae mandatum fuit vivificum Christi corpus; Longino Centurioni rursus jussit Pilatus Vita sepulcrum iuri custodia militari. Et ille quidem fecit quod erat imperatum; etsi esset ejusmodi cum Pilato sententia, ut jam didicimus. Cum autem peractum esset magnum mysterium resurrectionis, & milites miracula, quae erant majora quam ut ea caperet humana cogitatio, Principibus sacerdotum & presbyteris Judaici coetus annuntiassent: hoc illi ignominiam & dedecus sibi afferre existimantes, & miraculum volentes extinguere, pecuniis persuaserunt militibus ut calumniarentur Christi resurrectionem. Illi igitur ad Pilatum accedentes, falsam esse dixerunt resurrectionem. Verum non sic Longinus, sed mendacii quidem fuit praeclearus confutator: verax enim testis veritatis, ut qui non sustinerit calumniari Christum, tanquam furto subreptum; sed lingua & mente libera eum verum esse Deum praedicavit, & e mortuis esse excitatum affirmavit. Quo factum est ut & ipse Pilatus, & Judaeorum synagoga Principes, invidiam qua prius movebantur in Christum, & quem in eum animo concipiebant furorem, eum nunc in Longinum transferrent, ei adeo irascentes, ut quicquid patereur Longinus, excitarent eum non satis daturum esse pœnarum. Hinc ea res devenit ad aures Longini, & eorum ira fuit ei significata. Quapropter magis volens abjici cum Christo, quam habitare in tabernaculis Judaeorum; cum veste & cingulo dignitatis, ipsam quoque simul quamprimum exiit militiam: & acceptis duobus militibus, qui habebant eundem zelum pro Christo & veritate, declinat cum populo congressionem, & cum Deo solo & secum versatur. Nec multum intercessit temporis, relictis Hierosolymis, venit in Capadociam praeco simul & Apostolus Christi admirabilium operum, & quae sunt praeter opinionem cum duobus illis militibus effecta. Hucusque de confessione Longini. Quomodo vero, agentibus Judeis apud Tiberium adversus Longinum, jussus sit a Pilato teneri ac duci, idem auctor pluribus narrat.

CLXXXVIII. Rursus vero (quod ad eundem Centurionem & milites pertinet) illud recensere minime praetermittimus, quod de Joseph ab Arimathia, qui (ut habent Evangelistae g) audacter ingressus ad

(f) Metaphr. 15. Marc. 16. Luc. 23. Joann. 19.

De Josepho ab Arimathia. (a) Greg. Turon. histor. lib. 1. c. 21. Pilatum petiit corpus Jesu, & sepelivit in monumento suo novo, quod exciderat in petra, his verbis refert Gregorius Turonensis (a), non nisi ex Actis, ut ait, Pilati ad Tiberium Romam transmissis: Apprehensus, inquit, & Joseph, qui eum aromatibus conditum in suo monumento recondidit, in cellam includitur, & ab ipsis sacerdotum Principibus custoditur, majorem in eum habentes severitiam (ut gesta Pilati ad Tiberium missa referunt) quam in ipsum Dominum, cum illi a militibus, hic a sacerdotibus custodiretur. Sed resurgente Domino, custodibus visio Angelica territis, cum non inveniretur in tumulo: nocte parietes de cellula, in qua Joseph venerat, suspenduntur in sublimi; ipse vero de custodia, absolvente Angelo, liberatur, parietibus restituit in locum suum. Cumque Pontifices militibus exprobrarent, & sanctum corpus ab usdem instanter requirerent; dicunt eis milites: Reddite vos Joseph, & nos reddimus Christum: sed, ut verum cognovimus, nec vos benefactorem Dei, nec nos filium Dei reddere nunc valeamus. Tum illis confutatis, milites ab hac accusazione liberantur. Haec Gregorius, quae & in pseudoevangelio nomine Nicodemi scripto recitata habentur: qualia autem sint ea omnia, fides apud auctores remaneat; nos vero sic ponimus, ne quae ab antiquis sunt enarrata, inconsulte praetermississe videamur. Lector itaque boni consulat; & quod monet Paulus, omnia probet, & quod bonum est teneat.

CLXXXIX. (b) Marc. 16. Luc. 24. De duobus discipulis euntibus Emmauntem. Rursus (b) eadem die Dominus noster duobus discipulis (horum alter Cleophas dictus est, nomen vero alterius silentio praetermittitur) euntibus Emmauntem, & in via de his quae acciderant Hierosolymis, sermonem habentibus apparuit, sed vultu diverso, ita ut non cognosceretur ab illis: qui tamen divinis Scripturis ab eo explicatis sensim proficientes, die jam ad vespem declinante, cum coegissent illum fingentem se longius ire, una cum ipsis manere; tandem recubentem simul ad mensam cognoverunt eum: cum enim panem frangeret, & daret illis; Oculi eorum, inquit Lucas, aperti sunt. Sic vero manifeste cognitus, se confestim ab illorum visu subtraxit. Qui eadem hora surgentes, regressi Hierosolymam, quod Dominum vidissent, testati sunt. Apostoli rursus, quod apparuisset Jesus Simoni, eosdem certiores reddiderunt; haec Lucas pluribus. Quod ad Emmauntem spectat: cum Cleopham Emmauntis fuisse indigenam testetur Hieronymus (c), jam satis liquet ipsum tædio expectationis superatum ad propria remeare voluisse. Castellum Emmauntem, quod dicit Evangelista, nobile fuisse olim oppidum constat; sed ob caecos illic

(c) Hier. de locis Hebraicis.

Romanos milites, haud multum ante tempus a Varo Syriae Praeside crematum (d) est: quae postea Nicopolis appellata (e), nobilis extitit civitas Palaestina.

Ejusdem meminit Sozomenus (f); deque fonte, qui e Christi pedibus in eo ablatis virtutem medicam est consecutus, agit his verbis: Est urbs Palaestina, quae jam Nicopolis dicitur, cujus quidem tum pagi (sic enim jam tum fuit) divinus pagus Emmaus appellat. At Romani, capta Hierosolyma, & parva contra Judaeos victoria, eam Nicopolim nuncupabant, nomine ex eventu belli imposito. Ante hanc urbem, prope trivium, in quo Christus, post resurrectionem a mortuis, cum Cleopha incedens, simulabat se ad alterum pagum prope contendere, est fons quidam salutaris, in quo non homines modo qui aegrotant, loti curantur; verum etiam animalia quae variis morbis laborant. Nam ferunt Christum una cum discipulis quodam tempore e via ad fontem illum divertisse, in quo eo lavasse pedes, & aquam ex eo tempore vim medendi morbis habuisse. Haec Sozomenus. At quamquam Josephus (g) id naturali aquarum virtuti potius quam miraculo tribuere videatur, dum ait: Ammaus (est idem quod Emmaus) si quis nomen interpretetur, aquae calidae vocantur: ibi enim ejusmodi fons est sanandis corporum vitis idoneus. Tamen cum Plinius (h) testetur Emmauntem pluribus fontibus fuisse irriguam, in aliquo ipsorum ab aliis diverso, quod scribit Sozomenus, contingere facile potuit. Sed jam ad propositam Evangelicam historiam redeamus.

CXC. Cum summo vespere (ut ex his quae Lucas (i) scribit, manifeste patet) Cleophas una cum comite cognovisset Jesum in fractione panis: licet eadem hora, ut idem ait, redituri Hierosolymam inde recessissent; non nisi in fine primae vigiliae noctis, tertia videlicet hora illuc pervenisse oportuit; cum constet, eodem auctore Evangelista, sexaginta stadiorum, hoc est, septem ac dimidii milliariorum fuisse illius itineris spatium. Addit Lucas: Dum haec loquuntur, stetit Jesus in medio eorum, & dicit eis: Pax vobis: ego sum, nolite timere. Conturbati vero, & conterriti, existimabant se spiritum videre. Et dixit eis: Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda vestra? Videte manus meas, & pedes, quia ego ipse sum, palpate, & videte: quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Haud dubium eadem est haec manifestatio cum illa quam Joannes (k) in hunc modum describit: Cum ergo sero esset die illo, una sabbatorum, & fores essent clausae, ubi erant discipuli congregati propter metum Ju-

(d) Joseph. antiq. lib. 17. c. 12. (e) Hier. de loc. Hebraic. CXC. (f) Soz. Hist. lib. 5. c. 20. De Fonte Emmauntis.

(g) Joseph. de bel. Judaic. lib. 4. c. 1.

(h) Plin. nat. hist. lib. 5. c. 14.

CXCI. Alia manifestatio. (i) Luc. 24.

(k) Joann. 20.

daorum: venit Jesus, & stetit in medio & dixit: Pax vobis. Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus, & latus: ut ex his manifeste intelligas, quod factum est non ante tertiam horam noctis; Joannem dicere id accidisse sero illius diei, usualis scilicet, qui (ut superius diximus) usque ad mediam noctem extendebatur.

CXCII. Meminit hujus apparitionis proculdubio Ignatius, cujus de hac re testimonium recitat Hieronymus (a) his verbis: Ego vero & post resurrectionem in carne eum vidi, & credo quia sit: & quando venit ad Petrum, & ad eos qui cum Petro erant, dixit, eis: Ecce palpate me, & videte, quia non sum demonium incorporale. Et statim tetigerunt eum, & crediderunt. Hactenus verba Ignatii a Hieronymo recitata ex epistola ad Polycarpum, quae tamen in ea quae hodie legitur, desiderantur: verum Eusebius (b) eadem ex ipsomet quoque Ignatio repetit, sed ex epistola ad Smyrnenfes, ubi revera ea scripta erant verba, licet tamen in recentiori editione (c) nonnihil mutata habeantur, fortasse quia interpres depravata nactus est exemplaria, vel alia ex causa non est affectus: sic enim ibi legitur: Ego vero non modo in carne venisse ipsum cognosco ex nativitate & crucifixione; sed & post resurrectionem scio eum in carne fuisse, & credo etiam nunc esse; & quando ad Petrum veni, inquit ipsi: Accedite, palpate, & videte quod non sum demonium incorporale: spiritus enim carnem & ossa non habet, quemadmodum me videtis habere. Haec ibi, quae haud dubium secundum lectionem antiquam eandemque germanam, ut Eusebius & Hieronymus legebant, restituenda sunt. Verum illa verba Domini: Palpate, & videte quod non sum demonium incorporale, licet in caeteris Evangelistis minime legantur, sed recte illa: Quia spiritus carnem & ossa non habet: legi tamen eadem ipsa in Evangelio Matthaei nomine, quod dicebatur Nazareorum, & a se translatum esse ait, testatur ipse Hieronymus (d). In recentiori vero Eusebii translatione cum eadem verba desiderantur, non dicam oscitantia interpretis, sed codicis depravatione hoc accidere potuit: nam in Rufini versione eadem ultima verba, sicut a Hieronymo posita sunt, aequae recitantur; quam quidem recentiori in his merito anteposimus. Sed jam caetera prosequamur.

CXCIII. Quae subdit Lucas de Domino, quod apposuit sibi cibum manducavit, & reliquias dedit discipulis, & quae verba Domini refert; ea in novissima manifestatione contigisse, ex eo facile colligi potest, quod is illi a Domino admonerentur, ne recederent Hierosolymis, sed illic expectarent promissum Spiritum sanctum:

cum alioqui hac prima die (ut vidimus) iussi sint per mulieres (e) ab Angelo in Galilaeam proficisci: sicque post ipsorum reditum ex Galilaea Hierosolymam ea facta esse, necesse est affirmare. Caeterum quae post ostensionem manuum atque lateris sint secuta, ex narratione Joannis (f) satis aperte significantur, dum ait, Dominum post illa, pacis salutationem ingemnasse, sicque dixisse: Pax vobis. Sicut misit me Pater, & ego mitto vos. Hoc cum dixisset, insufflavit, & dixit eis: Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. Munere suo Christus, a Patre missus in hunc mundum (ut ait Apostolus g) peccatores salvos facere, jam prope perfundus: consulturus Ecclesiae suae, eandem quam ut homo accepit a Patre potestatem dimittendi peccata, per Spiritum sanctum, quem insufflationis visibili signo est impartitus, transfudit in discipulos suos, & illi in posteros succedentes sibi invicem usque ad praesentem diem. Si enim (quod habet liber Numeri h) auferens Deus de Spiritu qui erat in Moyse ac tradens septuaginta viris, eandem prophetandi gratiam in illos contulit; quomodo non magis decuit Spiritum Christi in posteros propagari? Participant proculdubio Spiritum Christi, quotquot vice Christi in Ecclesia sacerdotio: qui sicut in caena Dominica faciendi, hoc est (quod diximus etiam fufus in Notationibus ad Rom. Martyrologium) sacrificandi facultatem acceperunt, ita etiam nunc peccata dimittendi vel retinendi adepti sunt potestatem. Quod enim olim promiserat dicens: (i) Quaecumque alligaveritis super terram, erunt ligatae & in caelo: & quaecumque solveritis super terram, erunt soluta & in caelo; nunc impartiens illis spiritum sanctum, feliciter implet. Et cum ratum certumque sit neminem peccata dimittere nisi solum Deum: tradendo suis hanc facultatem, in quod sublime dignitatis fastigium sacerdotes novae legis evexerit, ut in hac parte etiam super Angelos sublimaverit, facile potest intelligi. Agunt de his pluribus tum Joannes Chrysofomus (k), tum caeteri Orthodoxorum Patrum.

Cum igitur in horum arbitrio munus solvendi & ligandi, remittendi ac retinendi peccata hominum, a Christo Domino per Spiritum sanctum fuisse positum liquido constat: hos adeant necesse est (cum facultas subest) qui peccatorum suorum a Domino veniam consequi cupiunt. Sed quoniam eorum munus est inter peccata atque peccata distinguere, & conditionem delinquentium disquirere & examinare, & quos solvere, quosve ligare, quorum peccata remittere, quorum

esse confessus est. Tunc ad eum Jesus: Quia vidisti me Thoma, credidisti, beati qui non viderunt & crediderunt, Facta sunt haec omnia Hierosolymis. Post haec vero Apostoli, ut admoniti per mulieres ab Angelo fuerant; abierunt in Galilaeam, non tamen confestim in illum montem, quem (ut ait Matthaeus d) constituerat illis Jesus. Nam cum Pauli (e) testimonio constat illuc convenisse plusquam quingentos fratres (de illa enim Paulum esse locutum, consentiunt omnes, cum omnium solemnissima fuerit facta. Apostoli manifestatio) haud facile fuit dispersos in Galilaeam abligere; caeteroque qui tum in Judaea, tum etiam in Galilaea erant Christo credentes, admonere ut ad certam diem omnnes uno loco sisterentur. Ex his igitur quae Joannes scribit (e), colligi potest, Petrum ac caeteros quos recenset Apostolos, in Galilaeam proficiscentes, ad propria remeasse, illicque donec caeteri omnes credentes colligerentur in unum, moras traxisse: tunc etiam (quod idem scribit Evangelista) ipsis piscantibus, Dominum apparuisse: quam cum tertiam ordine factam apparitionem fuisse dicat (f); haud dubium ante manifestationem in monte factam eam contigisse, necesse est affirmare. Rem gestam exacte admodum describit idem Joannes Evangelista, postquam praecedenti capitulo finem videretur imposuisse Evangelicae descriptioni; ut appareat haec eo consilio addidisse, quod videret ea esse a caeteris praetermissa, quodque magni essent ponderis: non involvendam silentio nobilissimam Christi actionem, qua Petro totius universalis Ecclesiae contulit praeseduram, existimavit.

Joannes igitur post descriptam a se Petri ac sociorum piscationem, Christi que factam illis manifestationem ad mare Tiberiadis, ac admirandam piscium capturam, & mensam ipsis a Christo paratam, haec addit: Cum ergo prandissent, dicit Simoni Petro Jesus: Simon Joannis, diligis me plus his? Dicit ei: Etiam Domine, tu scis quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos. Dicit ei iterum: Simon Joannis, diligis me? Ait illi: Etiam Domine tu scis quia amo te. Dicit ei iterum: Pasce agnos meos. Dicit ei tertio: Simon Joannis amas me? Contristatus est Petrus, quia dixit ei tertio, Amas me? & dixit ei: Domine tu omnia nosti: tu scis quia amo te. Dixit ei: Pasce oves meas. Jam ipsa piscatione typus quidam ac figura Petri primatus fuerat praesignata, dum ipse primus piscandi iniiit consilium, & Piscationem aggreditur: & licet alii simul rete jactarent in mare, & ad littus traherent; educere tamen illud ex aquis in terram, Petri

fo-

(a) Hieron. de script. Becl. in Ignat. 36. (b) Euseb. hist. lib. 3. c. 30. (c) Tom. 1. Bibl. sancti. (d) Ubi supra in Ignat. (e) Matt. 28. (f) Joann. 20. (g) 1. Tim. 2. (h) Num. 11. (i) Matt. 18. (k) Chryso. de dig. sacerdot. & alii tum Graeci tum Latini. CXCIV. Confessio peccatorum necessaria.

rum denique retinere, debeant exacta per investigatione cognoscere; hinc fit, ut sua illis penitentes confiteri peccata, ac quantum fas est, singillatim condiciones aperire debeant: quod necessaria assumptione consequi, illi tantum non vident qui rebelles sunt lumini. Concessa itaque semel a Christo Apostolis solvendi atque ligandi, remittendi atque retinendi peccata hominum facultate; hos ad illa confitenda, & sic ad veniam promerendam, obligare voluisse, exploratissimum est. Porro hanc esse puram sinceramque Christi doctrinam, Apostolorum traditione receptam, & usu Catholicae Ecclesiae confirmatam, opportuniori loco inferius demonstrabimus: propositam interim, quantum breviter licet Evangelii prosequamur historiam.

Thomas (inquit Joannes a) unus ex duodecim, non erat cum eis quando venit Jesus. Porro quantumlibet absentem, collatae gratiae per Spiritum Sanctum remittendi peccata caeteris impartitae, fuisse Thomam expertem, nemo jure dixerit, qui attenta consideratione recogitet, quod olim factum esse in Heldad & Medad divina Scriptura commemorat (b): nam licet cum caeteris praesentes non essent, cum caeteros Dominus imbuisset spiritu prophetandi; tamen quod semel scripto fuissent inter alios recensiti, ejusdem prophetici muneris, admirantibus caeteris, participes facti sunt. At vero invisibile illam gratiam visibili signo tunc a Domino praesentibus collatam Apostolis atque discipulis, universis etiam qui iidem legitima ordinatione in posterum successuri essent usque ad consummationem saeculi, aequae esse tributam, nemo est qui negare possit; nisi qui una cum Apostolis atque discipulis extinctis, funditus periisse Ecclesiam, stulte admodum impieque nimis dicere ausus fuerit. Caeterum (ut cepta prosequamur) Thomas, de quo est suscepta narratio, audiens a discipulis Dominum illis apparuisse, cupiens & ipse eodem quo illis nuper modo tribuentem sibi quoque manus & latus videnda atque palpanda, manifestari Dominum, atque incredibili aestuans ejusmodi desiderio, in ea sic contestatus erupit verba: (c) Nisi videro in manibus ejus fixuram clavorum, & mittam digitum meum in locum clavorum, & mittam manum meam in latus ejus, non credam. Praestitit & hoc ipsum Jesus Thomae post dies octo: quando iterum ingressus ad discipulos janais clausis, pacis salutationem suo more impartiens illis, ad Thomam conversus, aperiens eadem manus & latus, ut inferret digitum, & admoventer ad latus manum, & ne esset incredulus, sed fidelis, admonuit. Cum ille his superatus, ac plus certo persuasus, ipsum suum Dominum ac Deum

CXCV. (a) Joann. 20. (b) Num. 11. Potestas propagata ad poster.

CXCVI. (d) Matt. 28. (e) 1. Cor. 15. (f) Ibid.

CXCVII. Petri Piscatio.

fo-

(a) Joann. 20. (b) Num. 11. (c) Joann. 20. (d) Matt. 28. (e) 1. Cor. 15. (f) Ibid.

folius fuit opus: Ascendit (inquit Joannes) Simon Petrus, & traxit rete in terram, plenum magnis piscibus centum quinquaginta tribus. Et cum tanti essent, non est scissum rete. Quem igitur piscationis symbolo novimus coryphæum Apostolorum, Dominus alia ab his diversa metaphora, gregis scilicet atque pastoris eundem universalem totius Ecclesiæ demonstrat esse pastorem. Jam olim prædixerat: Tu vocaberis Cephas, Petra scilicet, super quam suam esset ædificaturus Ecclesiam. Rursus eidem ipsi pollicitus erat claves, dicens: Tibi dabo claves regni caelorum. In præsentiarum vero hæc felicius implens, ait: Pasce agnos meos: Pasce oves meas.

Sicut enim quæ cæteris Apostolis æque ac Petro contulit, & communia omnibus esse voluit, evidenter expressit; nimirum cum dixit de his quæ ad sacrificium pertinent: Hoc (a) facite in meam commemorationem; & quæ ad verbi prædicationem, quæque ad baptismum: Euntes (b) docete omnes gentes, baptizantes eos; quæ insuper ad remissionem peccatorum spectarent: Quaecumque (c) alligaveritis super terram, erunt ligata & in caelo: & quaecumque solveritis super terram, erunt soluta & in caelo: vel cum dixit: Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt; sive cum (d) aperuit illis sensum, ut intelligerent Scripturas: Ita etiam quæ peculiariter voluit esse Petri, aperte significavit, sive cum dixit: Tu (f) es Petrus, & super banc petram ædificabo Ecclesiam meam; aut cum subdit: Et tibi dabo claves regni caelorum: ac denique cum eadem modo perficiens atque adimplens ait (g): Pasce agnos meos, & pasce oves meas.

Ex his igitur videas, Dominum nostrum, certo quodam discrimine adhibito, quæ communia essent omnibus Apostolis, & quæ Petro tantummodo contulisset, egregie distinguisse; ut non mireris, si eadem adhibita distinctione, Patres dixerint aliquando, omnes Apostolos pari fuisse præditos potestate; aliquando vero, Petrum cæterorum caput, & principem: ut Cyprianus (b) fecisse videtur, cum secundum germanam lectionem sic ait: Loquitur Dominus ad Petrum: Ego dico tibi quia tu es Petrus, & super istam petram ædificabo Ecclesiam meam: & porta inferorum non vincet eam. Et tibi dabo claves regni caelorum: & quæ ligaveris super terram, erunt ligata & in caelis: & quaecumque solveris super terram, erunt soluta & in caelis. Et iterum eidem post resurrectionem suam dicit: Pasce oves meas. Super unum illum ædificat Ecclesiam suam, & illi pascendas

CXCVIII. Quæ communia A. postolis omnibus. (a) Luc. 22. (b) Matth. 28. (c) Matth. 18. (d) Luc. 24. (e) Joann. 1. (f) Matth. 16. (g) Joann. 21.

CXCIX.

(b) Cyprian. de unit. Eccl. Petri primatus.

mandat oves suas. Et quamvis Apostolis omnibus post resurrectionem suam parem potestatem tribuat, & dicat: sicut misit me Pater, & ego mitto vos: Accipite Spiritum sanctum: si cui remiseritis peccata, remittuntur illi; si cui retinueritis, retinebuntur: tamen ut unitatem manifestaret, unam cathedram constituit, & unitatis ejusdem originem ab uno incipientem, sua auctoritate disposuit. Hoc erant utique & cæteri Apostoli, quod fuit Petrus, pari consortio præditi honoris & potestatis: sed exordium ab unitate proficiscitur. Primatus Petro datur, ut una Christi Ecclesia, & cathedra una monstraretur. Et pastores sunt omnes, sed grex unus ostenditur, qui ab Apostolis omnibus unanimi consensione pascitur. Quam unam Ecclesiam etiam in Cantico canticorum Spiritus sanctus ex persona Domini designat, & dicit: Una est columba mea, perfecta mea, una est mater mea, electa genitrici suæ. Hanc Ecclesia unitatem qui non tenet, tenere fidem se credit? Qui Ecclesiæ renititur & resistit; qui cathedram Petri, super quam fundata est Ecclesia deserit, in Ecclesia se esse confidit? Hæc Cyprianus: qui & multa alia in eadem sententiam, cum ibi, tum aliis in locis pie eruditeque admodum coarguit: qui & sæpe (i) firmiter contestatur, non aliunde obortas hæreses esse, ac nata schismata, quam inde, quod unus in Ecclesia Dei sacerdos, qui Christi vice fungatur, non cogitetur, ac pariter cognoscatur; quem esse Petri successorem. Romanum Pontificem, pro constanti & absque aliqua controversia sæpius asserterat.

Assertæ distinctioni etiam æque respondet, quod S. Hieronymus modo super omnes Apostolos fundatam dicit Ecclesiam, paremque eisdem adeptos a Domino potestatem: modo vero Petrum caput & principem appellat Apostolorum, ac super eum fundatam testatur Ecclesiam. Ut in primis cum ait (k): At dicis: Super Petrum fundatur Ecclesia, licet id ipsum in alio loco super omnes Apostolos fiat, & cuncti claves regni caelorum accipiant, & ex aquo super eos Ecclesiæ fortitudo solidetur: tamen propterea inter duodecim unus eligitur, ut capite constituto, schismatis tollatur occasio: Hæc Hieronymus, qui & alias (l) pluries super Petrum fundatam esse tradit Ecclesiam, eumque principem (m) Apostolorum & Ecclesiæ sæpe nominat: cuius (n) successorum qui non communicat, esse ab Ecclesia Catholica alienum, nec esse Christi, sed Antichristi, gravi assertionem confirmat Joannes (o) Chrysostomus, dum de his agit verbis, quibus Christus affatus est Petrum, hæc ait: Quid tandem, aliis omissis, de his dumtaxat

(i) Cyprian. ad Corn. ep. 55. ad Rogat. ep. 65. ad Flo. Paphian. 69. (k) Hier. adv. Jo. vin. lib. 1. (l) Hier. cod. lib. 1. ep. 54. ad Marcellin. ep. 57. ad Damas. & lib. 1. contra Pelag. in Matt. c. 16. (m) Contra Pelag. lib. 1. De ter. duodecim unus eligitur, ut capite constituto, schismatis tollatur occasio: in Petro. in Epist. ad Galat. c. 5. in Epist. ad Ephes. c. 1. (n) Hier. ad Damas. ep. 57. (o) Chrysost. in Joann. hoc mil. 87.

Pe-

Petrum affatur? Os erat Apostolorum, & Princeps & vertex ipsius cæus; propterea & Paulus eum præter alios visurus ascendit: simul ut ei ostenderet jam sibi fiduciam habendam: tamquam enim negationis oblivisceretur, fratrum curam ei committit, neque negationis meminit, neque exprobat, sed tantum dicit: Si amas me, fratrum curam suscipias. Hæc Chrysostomus, alludens, ut apparet, ad illud a Domino Petro dictum (a): Et tu aliquando conversus confirma fratres tuos.

Cæterum ut ad sententiam S. Hieronymi revertamur, qua dicit cunctos Apostolos claves regni cælestis accepisse: sic eam accipiendam esse existimamus, ut Apostoli æque ac Petrus earundem clavium usum habuerint, ordinaria potestate scilicet dimittendi peccata. Verum, quod spectat ad supremum dominium & auctoritatem, quam per clavium traditionem significatam esse ex clave (b) David fati confirmatur: constat Evangelii testimonio, Petro tantummodo a Domino tunc temporis fuisse promissas, ac Petro dumtaxat esse datas, atque sic supremam potestatem, hoc ipso scilicet tempore, cum a Domino eidem universus grex pascendus committitur. Unde Optatus (c) Milevitanus: Bono unitatis, inquit, beatus Petrus (cui futis erat, se postquam negavit, solam veniam confiteretur) & præferri omnibus Apostolis meruit, & claves regni caelorum communicandas cæteris solus accepit; & post nonnulla: Stant tot innocentes, & peccator accipit claves: ut unitatis negotium formaretur, provisum est ut peccator aperiret innocentibus, ne innocentes clauderent contra peccatores, & quæ necessaria est, unitas esse non possit. Hæc ille, & alia plura id genus: qui (d) & non semel expresse firmiterque testatur, universalem totius Ecclesiæ præfecturam, quam a Christo Petrus est consecutus, transfusam esse in Romanos Pontifices, Petri cathedræ legitimos successores, ut cum hæc ait: Igitur negare non potes, scire te in urbe Roma Petro primo cathedram Episcopalem esse collatam, in qua sederit omnium Apostolorum caput Petrus, unde & Cephas est appellatus: in qua una cathedra unitas ab omnibus servaretur, ne cæteri Apostoli singulas sibi quisque defenderent; ut jam schismaticus & peccator esset, qui contra singularem cathedram, alteram collocaret. Ergo cathedra unica, quæ est prima de dotibus. Sedit prior Petrus, cui successit Linus, &c.

(a) Luc. 21. (b) Isa. 22. Apoc. 3. (c) Optat. contra Parm. lib. 7. (d) Optatus contra Parm. lib. 1. & 2.

Et ut agamus exemplo prudentis patrisfamilias, qui profert de thesauro suo nova & vetera, his addamus quæ scribit S. Bernardus ad Eugenium Romanum. Ann. Eccl. Tom. I.

CCII. Differentia inter Petrum & alios Apostolos.

Pontificem cum ait: Tu es, cui claves tradita, cui oves commissæ sunt. Sunt quidem & alii cali janitores, & gregum pastores, sed tu tanto gloriosius, quanto differentius utrumque præ cæteris nomen hereditasti. Habent illi sibi assignatos greges, singuli singulos. Tibi universi crediti sunt, uni unus: nec modo ovium, sed & pastorum tu unus omnium pastor. Unde id probem, quæris? Ex verbo Domini. Cui etiam non dico Episcoporum, sed & Apostolorum sic absolute, sic indiscrete tota commissæ sunt oves? Si me amas Petre, pasce oves meas. Quas? illius vel illius populos civitatis, aut regionis, aut certi regni? Oves meas, inquit. Cui non planum, non designasse aliquas, sed designasse omnes? &c. Sic igitur cum omnes Christi oves & agnos Petrus a Domino post resurrectionem ejus pascendos accepit, universi gregis pastoris nomen est consecutus, quod nemini Apostolorum constat esse concessum. Unde Arnobius (e) hæc in eam sententiam, & quidem egregie: Apostolo penitenti succurritur, qui est Episcoporum Episcopus: & major gradus redditur ploranti, quam sublatus est deneganti. Ad dit: Quod ut doceam, illud ostendo, quod nullus Apostolorum pastoris nomen accepit. Solus enim Dominus Jesus Christus dicebat: Ego sum pastor bonus; & iterum: Me, inquit, sequuntur oves meæ. Hoc ergo nomen sanctum, & ipsius nominis potestatem post resurrectionem suam, Petro penitenti concessit; & ter negatus, negatori suo hanc, quam solus habuit, tribuit potestatem.

Sed & S. Leo (f): Inter beatissimos Apostolos, inquit, in similitudine honoris fuit quædam discretio potestatis: & datum omnium par esset electio, uni tamen datum est ut cæteris præmereret, de qua forma, Episcoporum quoque est orta distinctio. Gregorius (g) itidem: Certe, ait, Petrus Apostolus primum membrum sanctæ & universalis Ecclesiæ est: Paulus, Andreas, Joannes, quid aliud quam singularum sunt plebium capita? Hæc quidem secundum dictam distinctionem, habita ratione eorum quæ præ cæteris a Domino collata sunt Petro: cum alioqui quod pertinet ad Apostolicum munus Evangelii prædicandi, atque peccata solvendi, æque omnes Apostolos plenissima potestate in universum mundum missos esse, idem ipse Gregorius (h) profiteatur: qui & eadem ratione Paulum Apostolum caput Gentium effectum esse, & totius Ecclesiæ principatum obtinuisse testatur. Cæterum quantumlibet amplissimus fuerit ejus Apostolatus, quem accepit ad Gentes salvandas; tamen nihil est, quod potestati æquari possit principum Apostolorum omnium Petro, quem cum præfecerit Dominus

(e) Arnobius in Psal. 138.

CCIII. (f) Leo e. dist. ad Anast. Episc. Thesalon.

(g) Greg. lib. 4. epist. 58.

(h) Greg. in lib. 1. Reg. cap. 4.

Paulus in quo Pietro, quem cum præfecerit Dominus A uni-

universo gregi, Gentes etiam ejusdem subdidit potestati: futuræ enim erant & ipsæ Christi oves, de quibus ait aliquando (a): *Alias oves habeo, quæ non sunt ex hoc ovili: & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet unum ovile, & unus pastor.* Cum itaque nonnisi omnium ovium dicat unum ovile esse futurum, unumque pastorem, cujus Dominus oves suas omnes & agnos curæ subjecerit: illum ipsum fuisse Petrum, nec alium præter ipsum, eadem potestate qua ipsum, in universali Ecclesia unicum institutum esse pastorem, ex his quæ dicta sunt: illum ipsum puto, nisi forte delirum & mente captum, non intelligere. Nec quia Petrus eos potissimum, qui ex circumcissione erant, erudiendos suscepit, angustioribus finibus Apostolatium suum amplissimum coarctavit: sicut nec cum Dominus de se dicat atque profiteatur, non esse missum nisi ad oves quæ perierunt ex domo Israël, excluditur hereditate Gentium, quam postulavit a Patre, ut non æque Gentium, ac Judæorum pastor esse dicatur.

(*) Joann. 10.

CCIV. Petri potestas propagata ad posteros.

Est igitur Christi ovile unum, ejusdemque pastor unus, idemque Petrus electus a Domino, ac maxima omnium præfectura nobilitatus: quam ne extinctam esse cum Petro, & unius tantum hominis vita superstitæ Christi Ecclesiam perdurasse; ac subinde gregem sine pastore, corpus sine capite, fundamentum sine structura, seu sine fundamento structuram penitus remansisse stulte nimis æque ac impie dicere cum Ethnicis cæterisque Christianæ fidei hostibus compellamur: fateri necesse est, eandem collatam a Domino in Petrum summam omnium potestatem, in posteros ejus cathedræ successores esse derivatam. Istud ipsum denique est, quod Augustinus (b) sæpe testatur, Dei Ecclesiam in Petro claves accepisse, & in se Petrum totius Ecclesiæ figuram repræsentasse: ne videlicet tantum munus videretur in Petri personam solummodo esse collatum, ac cum illo pariter extinctum; sed potius in ipsum tamquam in totius corporis caput mysticum quod non extingueretur; sed semper viveret in successoribus. Unde idem ipse Augustinus ad cathedram Petri sæpe provocat Donatistas, ut cum scribit ad Generosum his verbis: (c) *Si, inquit, ordo Episcoporum sibi succedentium considerandus est, quanto certius & vere salubriter ab ipso Petro numeramus, cui totius Ecclesiæ figuram gerenti Dominus ait: Super hanc petram edificabo Ecclesiam meam, & portæ inferorum non vincunt eam. Petro enim successit Linus, &c.* Post recensitos singulos Romanos Episcopos, Petri successores, usque ad Anastasium, qui tunc sedebat, hæc subdit:

(b) Aug. in Joann. tract. 50. & 124. & aliis locis.

(c) Aug. ep. 165.

In illum autem ordinem Episcoporum, qui ducitur ab ipso Petro, usque ad Anastasium, qui nunc eandem cathedram sedet, etiam si quisquam traditor per illa tempora subrepsisset, nihil præjudicaret Ecclesiæ & innocentibus Christianis, quibus Dominus providens ait de præpositis malis: Quæ dicunt facite; quæ autem faciunt, facere nolite. Ex quibus liquet privilegia sic a Christo fuisse Petro concessa, ut idem ipse velut persona propria exprimeretur in singulis successoribus, atque in Ecclesia viveret semper; nec ejusmodi veritatis signum successoris alicujus criminibus umquam vel leviter labefactari.

Id ipsum de Petro, ac de Romanæ Ecclesiæ Pontificibus testati sunt, quotquot ab ipso exordio nascentis Ecclesiæ extiterunt nostrarum rerum Catholici tractatores, & quotquot etiam fuerunt unquam sacra concilia in Spiritu Sancto legitime congregata: hoc ipsum omnes denique Sancti, quorum vita est illustrata miraculis, sunt semper absque aliqua dubitatione professi. Non est autem præsentis instituti prædictorum omnium singula hic intexere testimonia: nam cæpta atque inita semel rerum gestarum tractandarum ratione, ab ea divelli non patimur: cum alioqui eadem ipsa in nostrorum Annalium singulis fere annis recensendis lector inveniat ubique testata, ac facile explicata. Hæc vero summam perstricta in præsentiarum prætermisissimimine oportuit, quod in præfatione polliciti sumus, non tantum res gestas prosequi, sed ipsius Ecclesiæ institutionis originem, & quæ ad eam spectant ordinationes atque traditiones, iisdem nostris Annalibus interferere. His igitur sic cursum explicatis, quæ reliqua sunt narrationis Evangelicæ prosequamur.

Post hæc omnia de Primatu Petri a Domino stabilita; quo ipse genere mortis ad postremum clarificaturus esset Deum, eidem prædixit: quem & quod curiose de Joannis futuro statu perquireret, Dominus ab ea rogatione dimovit. Hæc cum narrasset Joannes, suo Evangelio finem imponit, multa (ut ipse testatur) præmittens: fatis enim sibi visa sunt ea, quæ scripsit, tum ad veritatem Evangelicam adstruendam, tum etiam ad hæreticos arguendos, quorum causa ejusmodi suscepisse negotium, Hieronymus (d) & alii attestantur. Jam vero sequitur, rerum ac temporum ordine, celeberrima omnium Domini illa manifestatio in Galilæa, in monte facta, qui Thabor fuisse ab omnibus existimatur: de qua agens Mattheus, (e) hæc ait: *Undecim autem discipuli abierunt in Galilæam in montem, ubi constituerat illis Jesus, &c.* Porro non ille tantum discipulorum nu-

CCV.

CCVI.

(d) Hieron. de script. Eccl. in Joann.

(e) Mat. 28. In monte manifestatio Christi.

me-

merus, qui Hierosolymis in Galilæam profectus est, tunc interfuit: sed fere quotquot videbantur fuisse in Christo credentes, nimirum post Apostolos, ac septuaginta duos discipulos, reliqui omnes qui tam in Judæa, quam etiam in Galilæa, Christi fidem fuerant amplexati, eidem manifestationi omnium celeberrimæ præsentis fuere: hanc enim omnes fere existimant fuisse illam, cujus meminit Paulus Apostolus (a), dum cæteras numerans ait: *Visus est Cephæ, & post hoc undecim: deinde visus est plusquam quingentis fratribus simul: ex quibus multi manent usque adhuc, quidam autem dormierunt.* Hæc enim non sicut reliquæ a Domino factæ manifestationes, inopinato & præter spem accidit; quæ quidem a Domino primum prænnunciata, & locus in quo agenda esset, ab eo destinatus ac constitutus est; quæ etiam ab Angelo post resurrectionem fuerat indicata, ac Apostolis per mulieres significata. Quamobrem certa dies ab Apostolis putatur esse condita, qua prædicti omnes uno loco sese sisterent, atque advenientem Dominum expectarent. Cum igitur illuc venissent, inquit Mattheus (b), *videntes eum adoraverunt: quidam autem dubitaverunt. Et accedens Jesus locutus est eis, dicens: Data est mihi omnis potestas in celo, & in terra. Euntes ergo docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritu sancti: docentes eos servare omnia, quaecumque mandavi vobis: & ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem sæculi.* Hactenus Matthei Evangelium.

(a) 1. Cor. 15.

(b) Mat. 28.

CCVII. Apparitio facta Jacobo. (c) Hieron. de script. Eccl. in Jacobo c. 2.

(d) Marc. 16.

(e) Luc. 24.

CCVIII. De novissima manifestatione.

Quod vero post hæc addit Paulus, apparuisse Dominum Jacobo: nulla penitus de ea re apud Evangelistas habetur mentio: quæ vero ex Evangelio Nazaræorum a Hieronymo (c) recitatur Jacobo fratri Domini facta manifestatio, contigisse creditur prima die, & existimatur esse ab hac diversa, quæ remanet prorsus obscura. Quod insuper adhuc manifestationem aliam post eam omnibus Apostolis factam esse idem Paulus affirmat, proculdubio illam novissimam omnium esse credimus, quæ a Marco (d) Evangelista ac Luca (e) narratur, licet ab aliis alio loco ponatur. Postquam enim e Galilæa Hierosolymam Apostoli sunt reversi, ejusmodi manifestationem Domini contigisse Lucas non obscure significat ex verbis Domini, quibus jussi sunt Apostoli manere in civitate, donec acciperent Spiritum sanctum: cum alias antequam inde recessissent, admoniti essent ab Angelo proficisci in Galilæam: ut manifeste appareat, post reditum e Galilæa Hierosolymam, factam esse.

cus testatur, cum ait: *Novissime recumbentibus illis undecim apparuit, & exprobravit incredulitatem eorum, & duritiam cordis.* Lucas de eadem mensa testari videtur; dum ait: *Adhuc autem illis non credentibus, & mirantibus præ gaudio, dixit: Habetis hic aliquid, quod manducetur? At illi obtulerunt ei partem piscis assi, & favum mellis. Et cum manducasset coram eis: sumens reliquias dedit eis: ac subinde ex Scripturarum testimonio suam resurrectionem confirmans, tunc aperuit illis sensum ut intellexerent Scripturas, admonuitque ne inde secederent, sed Hierosolymis manerent, donec induerentur virtute ex alto; quibus dictis, educens eos foras, Bethaniam versus, elevatis manibus benedixit eis, & cælum conscendit. Hæc omnia Lucas, sed pluribus Marcus; qui (ut diximus) de hac novissima Domini manifestatione agens, dixisse adhuc Apostolis ait: *Euntes in mundum universum predicare Evangelium omni creatura. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos, qui crediderint; hæc sequentur: In nomine meo demonia ejicient, &c.* Addit demum: *Dominus quidem Jesus postquam locutus est eis, assumptus est in cælum, & sedet a dextris Dei; ut ex his manifeste appareat, unam eandemque manifestationem a Marco & Luca descriptam, eandemque esse novissimam, de qua quod alter scripsisse videretur, vel prætermisissæ, alter tacuit vel expressit. Quin & Lucas, quod tam Marcus quam ipse etiam in narratione Evangelica prætermisissæ visi essent; scribens postea Acta Apostolorum, ipso eorum exordio superaddidit, dicens (f): *Igitur qui conveniant, interrogabant eum, dicentes: Domine si in tempore hoc restitueris regnum Israël? Dixit autem eis: Non est vestrum nosse tempora vel momenta, que pater posuit in sua potestate: sed accipietis virtutem supervenientis Spiritus sancti in vos, &c.***

(f) Act. 1.

At quoniam hæc sua novissima manifestatione, præter alias dotes quas Christus Dominus noster suæ Ecclesiæ liberalliter contulit, duas superaddidisse videtur, unam a Marco positam, alteram vero a Luca enarratam: illam de operatione miraculorum collatam Fidelibus, quæ communis omnibus Christianis esse posset, istam de divinarum Scripturarum intelligentia Apostolis tantum peculiariter concessam: non possumus leviter sic rem percurrere, ut non aliquantulum ejusmodi dona consideremus: quæ eo quod nonnisi in Ecclesia Catholica reperiri, nec ab aliis usurpari possint, merito dotes Ecclesiæ sunt a Patribus appellata: sunt enim signa quædam firmiter inherentia ve-

CCIX. Dux concessæ ecclesiæ dotes.

re Christi Ecclesie, quibus eadem ab hereticorum conventibus, Satanæ synagogis, distingui possit: quæ tamen sic ei data esse noscuntur, ut non singulis qui sunt in Ecclesia, sint concessa; non enim quibuscumque Catholicis est miraculorum gratia impartita, vel semper: neque etiam omnes, qui loco Apostolorum successerunt Episcopi, affecti sunt sensum & intelligentiam Scripturarum; vel eos ipsa semper excelluisse gratia fuerit necessarium. Nam sanctissimos Patres, quos Doctores Ecclesie ob illorum sublimem eruditionem merito nominamus, quantumlibet ea Spiritus sancti gratia præ cæteris imbutos esse liqueat, in interpretatione Scripturarum non semper ac in omnibus Catholica Ecclesia sequitur. Sed sic dicta Spiritus sancti charismata a Christo suæ Ecclesie concessa esse dicuntur, ut ejus sint propria; nec penes alios qui foris sunt, inveniri queant.

CCX. De dote miraculorum.

Et ut agamus de singulis. Quod in primis ad miraculorum virtutem spectat, nunquam ad falsæ doctrinæ attestatorem ab hereticis aliquod factum aliquando miraculum reperitur, quod vere miraculum dici possit, ut suis locis inferius declarabimus. Cui enim, quod ad eam rem pertinet, nihil aliud sit miraculum, quam a Deo omnipotente patenter editum testimonium, secundum quod & ipse Dominus aliquando ad eam confirmandam veritatem ait (a): Ut autem sciatis quid, filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata (ait paralytico) tibi dico: Surge, tolle grabatum tuum, & vade in domum tuam; vel cum inculcat de testimonio Patris (b): quod & Sancti sæpissime fecisse noscuntur. Certe penes quos veritas doctrinæ non est (quoniam Deus verax est, nec fallere, nec falli potest) nec per miracula facta divina attestatio, umquam accedit: repugnat enim & omnino contraria sunt inter se; ut veritas mendacio adstipuletur, ac Deus consentiat falsitati. Cæterum quotiescumque expedire visum est ad confirmationem veræ doctrinæ, & utilitatem electorum, ac reprobatorum confusionem, exhiberi miracula; Deus nunquam Ecclesie suæ defuit, nec deerit, cum se ipsum (ut ait Apostolus c) negare non possit. Suppetunt innumera de his exempla, quæ suis locis secundum temporum ordinem opportunius enarrabimus: addemus pariter de nonnullis hæreticis, qui ejusmodi dotem Ecclesie æmulantes, gratiam miraculorum affectantes, per fictionem saltem, cum non liceret per veritatem, eam usurpare conati sunt; sed confusi sunt, quoniam Deus sprevit eos.

CCXI. Divinæ Scripturæ altitudo.

Quod autem pertinet ad intelligentiam Scripturarum a Christo collatam Apostolis, ac transfusam per eosdem in sanctam

Ecclesiam: nemo tanti numeris amplitudinem facile mente concipiet, nisi quæ ejusdem sit Scripturæ altitudo, latitudo, sublimitas, & profundum, perfecte noverit. Ecce enim, qui tam immensum pelagus navigarunt (quod ait Psalmista d) facientes operationem in aquis multis, viderunt mirabilia in profundo. Audi quid de his, quod didicit experimento, Augustinus (e) testetur: Tanta est, inquit, Christianarum profunditas litterarum, ut eis quotidie proficerem, si eas solas ab ineunte ætate usque ad decrepitam senectutem maximo otio, summo studio, meliore ingenio conarer addiscere: non quod ad ea quæ necessaria sunt salutem, tanta perveniat difficultate; sed cum quisque ibi fidem tenuerit, sine qua pie recteque non vivitur, tam multa, tamque multiplicibus mysteriorum umbraculis opaca intelligenda proficientibus restant, tantaque non solum in verbis quibus ista dicta sunt, verum etiam in rebus quæ intelligenda sunt, latet altitudo sapientie, ut annosissimis, acutissimis, flagrantissimis cupiditate discendi hoc contingat, quod eadem Scriptura quodam loco habet. Cum consummaverit homo, tunc incipit. Hæc Augustinus. Gregorius (f) etiam in eadem sententiam: Multa quidem, inquit, in illa ita aperta sunt, ut pascant parvulos: quædam vero obscurioribus sententiis, ut exerçant fortes, quatenus cum labore intellecta, plus grata sint. Nonnulla autem in ea ita clausa sunt, ut dum ea non intelligimus, agnoscentes infirma nostræ cæcitatibus, ad humilitatem magis quam ad intelligentiam proficiamus. Sunt enim quædam, quæ ita de celestibus loquuntur, ut solis illis supremis civibus in patria sua persistentibus pateant, ac necdum nobis peregrinantibus referentur, &c.

(d) Psal. 106.

(e) August. ad Voluf. epist. 2.

(f) Greg. in Ezech. ho. 17.

Quamobrem Patres omnes æque consentiunt, sensum divinæ Scripturæ, absque mentis illustratione divinitus facta, posse percipi, impossibile esse: unde apud Justinum (g) martyrem divinus catechista hæc in eam sententiam: At tu, inquit, votis & precibus tibi ante omnia lucis portas aperiri opta: neque enim ab aliquibus perspicuntur atque intelliguntur, præterquam si cui Deus & Christus ejus concesserit intelligentiam. Hæc ad Justinum philosophum incognita, sed a Deo missa persona, quæ illum imbueret Christiana fide, locuta est. Irenæus (h) hæc etiam: Scripturæ quidem perfectæ sunt, quippe a Verbo Dei & Spiritu ejus dictæ: nos autem secundum quod minores sumus & novissimi a Verbo Dei & Spiritu ejus, secundum hoc & scientia mysteriorum ejus indigemus. Et non est mirum, si in spiritualibus celestibus, in his quæ debent revelari, hoc patimur nos: quandoquidem etiam eorum quæ ante pedes sunt

CCXII. De Divinæ Scripturæ intelligentia. (g) Justin. mar. de veritate Christ. relig. (h) Iren. adv. hæres. lib. 2. cap. 47.

sunt (dico autem quæ sunt in hac creatura, & quæ conteruntur a nobis, & videntur, & sunt nobiscum) multa fugerunt nostram scientiam, & Deo hæc ipsa committimus. Chrysostomus (a) eadem his verbis: Neque enim vel syllaba, vel apiculus est in sacris litteris, in cuius profundo non sit grandis quispian thesaurus: proinde nobis opus est divina gratia ducamur, & Spiritu sancto illustrati, eloquia divina adeamus. Neque opus habet divina Scriptura hominum sapientia, ut intelligatur, sed revelatione Spiritus; ut hausto inde vero sensu, magnum nobis hinc lucrum accrescat. Hæc ille. Id denique cæteri omnes Ecclesiasticarum rerum scriptores: quippe qui sciant Petrum (b) Apostolorum principem sic esse locutum: Hoc primum intelligentes, quod omnis prophetia Scripturæ propria interpretatione non sit. Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia: sed Spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei homines. Quomodo igitur eadem divinæ Scripturæ, alio spiritu ab eo quo scriptæ sunt, possent intelligi? Unde & Gregorius (c) in illa Domini verba ad Ezechielem: Comede, volumen istud. Et aperui os meum, & cibavit me volumine illo. Hoc ipsum, inquit, sumere, nostrarum virium non est, nisi ipse cibaverit, qui ut comedatur sufficit. Ille enim cibatur, qui per se edere non potest: & quia ad capienda verba celestia, idonea nostra infirmitas non est, ipse nos cibet, qui nobis in tempore mensuram tritici temperat; quatenus in sacro verbo dum hodie intelligimus quod besterna die nesciebamus, cras quoque comprehendimus quod hodie nescimus, per divinæ dispensationis gratiam quotidiano alimentum nutriamur. Omnipotens enim Deus quasi toties ad os cordis nostri manum, porrigit, quoties nobis intellectum aperit, ut cibum sacri eloquii in nostris sensibus mittat: cibet ergo nos volumine, cum sensum nobis Scripturæ suæ dispensando aperit, & ejus dulcedine nostras cogitationes replet. Hæc Gregorius.

(a) Chryf. hom. 11. in Genes.

(b) 2. Pet. 1.

(c) Greg. in Ezech. ho. 10.

CCXIII. Lapsus multorum unde.

Alia multa id genus in eadem sententiam a Patribus dicta sunt, quæ, ne nimia prolixitate simus onerosi, consulto prætermittimus. Hic itaque lapis est offensionis, & petra scandali: quotquot enim temeraria præsumptione, proprii ingenii freti viribus, non per ostium (quod tantum clavis David cum aperit, nemo claudit; & cum claudit, nemo aperit) ad divinam Scripturam sibi aditum patefaciunt, ut fures habendi sunt & latrones, quippe qui spiritu inflati superbiæ, profundis offusi tenebris, errantes in invio & non in via, hæresum auctores vel sectatores esse inveniuntur. Quos, inquit Gregorius, (d) ad intellectum pravum

(d) Greg. eur. past. part. 3.

intentio perversa non raperet, nisi prius superbia inflaret. Dum enim se præ cæteris sapientes arbitrantur, sequi alios ad melius intellecta despiciunt: atque ut apud imperitum vulgus scientiæ sibi nomen extorqueant, student summopere & ab aliis recte intellecta destruere, & sua perversa roborare. Hæc ipse.

CCXV. Redarguitur cæca præsumptio.

Quantumlibet igitur quis sit moribus vite sublimis, eruditione præclarus, ingenii acumine pollens, adde si placet, ab aliquo cælesti Angelo, immo etiam ab ipso Deo quolibet modo edoctus & eruditus: adhuc tamen aliquid sibi deesse, ut apud alios fidei firmitate constare debeant quæ tradit, intelliget; donec eadem illa ab Ecclesia Catholica fuerint cognita & confirmata: ipsa enim non modo privata eujuspiam scripta probare, sed & quæ sint canonica, definire consuevit. Hæc de causa, inquit Augustinus (e) de Paulo, quod a Deo licet instruetus, mittitur ad Ananiam; item addit de Cornelio Centurione, qui ab Angelo traditur Petro imbuendus: & ipse Paulus (f) qui hoc didicit, docens alios de se ait, scribens ad Galatas, quod cum non ab homine, sed a Deo accepisset Evangelium; tamen Hierosolymam ascenderit, ut illud conferret cum Apostolis. Idemque ex his quæ fecerat, alios similiter docens: Sed licet nos, inquit, aut Angelus de celo evangelizet vobis præterquam quod evangelizavimus vobis, anathema sit. Itaque sicut (quod ait Augustinus g) divina Scriptura demonstrat Ecclesiam: ita & Ecclesia divinam Scripturam interpretatur. Non nisi Ecclesie hæreticos, Tertullianus (h) agens adversus hæreticos, monstrat. Unde & merito Augustinus: (i) Ego vero, inquit, Evangelio non crederem, nisi me Catholica Ecclesia commoveret auctoritas. Cuius ergo sunt Scripturæ divinæ, ejusdem esse etiam illarum interpretationem, quis neget? Est igitur solius Ecclesie munus, non tantum divinarum Scripturarum veram intelligentiam assequi, sed & cuncta quæ ad illas pertinent, cognoscere, simulque vera probare, & quæ sunt falsa rejicere. Sed in his non amplius immorandum.

(e) Aug. de doctr. Christ. lib. 1.

(f) Galat. 1.

(g) August. contra Cres. lib. 1. c. 33. (h) Tert. de præscrip. (i) August. contra epi. Manich. c. 5.

Cum ejusmodi munera Christus Redemptor noster ultima sui manifestatione (ut vidimus) impartitus esset Ecclesie: jam di- proxime ascensurus in cælum, elevatis manibus suis, inquit Lucas (k), benedixit eis. Hoc quippe signum, ut elevatis manibus benedictio traderetur, apud Hebræos in usu fuisse apparet: nam & de Aaron (l) legitur, quod extendens manum ad populum, benedixit ei. Divini numinis imprecationem eo actu significari solere, satis expressum habemus in Exodo (m); dum extensione manus ea-

CCXV. Ritus benedicens.

(k) Luc. 24.

(l) Levit. 9.

(m) Exod. 17.

signa a Moyse & Aaron fiebant. Usu receptum est, haud aliunde quam ex traditione Apostolorum, apud Christianos etiam, ut benedicendo, manum extendant, ac insuper crucis signum eadem manu deducant. Sed de crucis signo opportuniori loco dicemus inferius.

CCXVI. (a) Luc. 24. (b) Act. 1. De ascensione domini.

Factum est igitur (inquit (a) Lucas) cum benediceret illis, recessit ab eis, & ferebatur in caelum. In Actis (b) autem idem haec paulo fusius his verbis: Et cum haec dixisset, videntibus illis elevatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorum. Cumque intuerentur in caelum euntem illum, ecce duo viri assiterunt juxta illos in vestibus albis, qui & dixerunt: Viri Galilaei quid statis aspicientes in caelum? hic Jesus, qui assumptus est a vobis in caelum, sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in caelum. Tunc reversi sunt Hierosolymam a monte, qui vocatur Oliveti, qui est juxta Hierosolymam, sabbati habens iter. Quantum autem esset sabbati iter, haec, qui ex secta Phariseorum essent, solebant dicere: Rab Achiba, & Simeon, & Hillel, magistri nostri tradiderunt nobis, ut bis mille pedes ambularem in sabbato. Haec apud Hieronymum (c): Sed apud Suidam: (d) Sabbati via est, inquit, duorum millium cubitorum: tanto enim spatio arca castra antecedeat, tantoque intervallo, quibus id fas erat, arcam movebant in sabbato. Haec ibi.

(c) Ad Algasiam epist. 151. q. 10. (d) Suid. in verbo.

Ceterum quod mons Oliveti non amplius mille passibus (quod Beda & alii tradunt qui scripserunt de locis sanctis) ab Hierosolymis distet: quantum iter sabbati esset, ex eo facile metiri licet. Verum quod Josephus (e) de Romanis agens, qui primo Hierosolymam obsederunt, dicat montem Oliveti sexto ab Hierosolymis distare stadio; quarta parte minus non milliario fuisse iter sabbati, dici posse videtur. Sed longe minus erat illud iter sabbati Phariseorum positum a Hieronymo, nempe duorum millium pedum: nam si stadium (quod scribit Plinius f) habet sexcentos & viginti quinque pedes, sex stadia continent ter mille septingentos quinquaginta pedes. Sed missa istaec. De eadem ipsorum reversione item Lucas in Evangelio habet haec verba: Et ipsi adorantes regressi sunt in Hierosolymam cum gaudio magno. Quod vero addit: Et erant semper in templo, laudantes & benedicentes Deum; junxisse praedictis, quae postea facta sunt, certum est: sicut & cum de ascensione locutus esset Marcus, mox subdit (g): Illi autem profecti praedicaverunt ubique, &c. cum alioqui de Apostolis & discipulis constet, decem illis diebus qui medii sunt ab ascensione Domini usque ad Pentecosten, non alibi quam in domo una mansisse.

(f) Plin. lib. 2. cap. 23.

(g) Marc. 16.

Ex quatuor Evangelistis Marcus tantum & Lucas de ascensione Domini meminere; quae enim ab aliis praetermissa vel dicta essent, ab aliis addita vel tacita ut plurimum fuisse, ex eisdem Evangelistis exploratissimum est. Multa praeterea obvoluta silentio remansisse, satis testatur Joannes (h), qui novissimus omnium Evangelium scripsit & quae ab aliis eo argumento litteris commendata essent, probe novit; dum his utitur verbis: Multa quidem, & alia signa fecit Jesus in conspectu discipulorum suorum, quae non sunt scripta in libro hoc. Haec autem scripta sunt, ut credatis quia Jesus est Christus filius Dei, & ut credentes vitam habeatis in nomine ejus. Rursum haec ille in fine: Sunt autem & alia multa, quae fecit Jesus: quae si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt, libros. Ut ex his videas eam inisse rationem Evangelistas in Evangelica historia conscribenda, ut non singulas res gestas fusciperent enarrandas, sed quantum satis esset ad fidem adstruendam; & ex ejus operibus demonstrarent (quod ait Joannes) ipsum Jesum esse Christum Filium Dei, satisque ea esse ad salutem, ut sic credentes vitam haberent in nomine ejus. At quoniam scimus ejusmodi Evangelistae sententiam a Christianae religionis hostibus solitam derideri, ipsumque Joannem fugillari, quod ea hyperbole usus in historia, minus perfectus sit partibus perspicacis historici: operae pretium ducimus, quid de ea re Isidorus (i) ad Aphrodisium scripserit, hic intexere.

CCXVIII

(h) Joan. 20. 21.

De Joannis hyperbole.

(i) Isidor. Pelus. lib. 2. epist. 99. CCXIX.

Quoniam, inquit, Judaeus quidam (ut ad me scripsisti) inscitiae plenus, divinum Evangelium, quod his verbis usus sit: Ne ipsum quidem mundum capere posse arbitror eos, qui scribendi sunt, libros: hyperbolice locutionis damnata, negotium tibi successit; operae pretium est ex veteri Testamento, quod ipse quoque probat, ac divinum existimat, ea quae per hyperbolem dicta sunt, in medium producere; ut ille intelligat, Evangelistam quoque veterem illam Scripturam sequentem ea scripsisse quae scripsit. Quidnam igitur scriptum sit, discamus. De Canaanis quidem urbibus (k): Urbes muro cinctae sunt usque ad caelum. De terra autem eorum dictum est (l): Terram fluentem lacte & melle. Denique de navigantibus (m): Ascendunt usque ad caelos, & descendunt usque ad abyssos. Haec igitur ille rustice sapiens exponat, non ad allegoriam confugiens, nec moralem sensum afferre studens, sed res ipsas explicans. Quod si non potest, (necesse enim est, ut vel haec hyperbolice dicta esse fateatur, vel interpretatione opus habere) quid est, quamobrem extrema inscitia adversum se argu-

(k) Deut. 1. (l) Exod. 3 (m) Psal. 106.

argumentum praebens, Evangelistam carpat? qui etiam si hyperbolem adhibuisse videatur, eam tamen mitigavit, dum dixit, puto. Etenim illic quidem mera est hyperbole, hic autem temperata: nec eam simpliciter dimisit, sed castigavit ac lenivit. Porro qui hyperbolas castigat, duplicem rem facit: nam & cupiditatem suam indicat; & veritatem attingit. Quia illud quoque probabile est, ne hyperbolice quidem hoc dictum esse. Neque enim dictum est Jesum multa quoque alia signa in hoc mundo fecisse, sed indefinite fecisse. Sunt autem alia ipsius miracula hoc mundo antiquiora, quae quidem nec scripto, nec libris tradi possunt, non modo propter multitudinem & magnitudinem, sed etiam quia sermo & mentis viam superant. Quis enim caelestium agminum naturam, ordinem, ornatum, concordiam, concinnationem, charitatem, pacem referre poterit, aliisque omnia, quae ne enumerando quidem recenseri possunt? Haec Isidorus.

CCXX.

(a) Habac. 3. Secunda. 22.

Joannes igitur, qui a divinitate Filii Dei exorsus est Evangelium, cum ad calcem illud perducit, ultima prioribus jungens, ineffabilia dicit esse illius opera, per quem omnia, ut praefatus erat, facta sunt, & sine ipso factum est nihil: ac ita mira quadam concinnatione, quod aiebat Propheta: (a) Domine consideravi opera tua, & expavi; admirabili quadam, & quae humanum captum superat, admiratione affectus, non tantum quae facta sunt in carne existente opera Jesu, sed quae ab initio & ante saecula sit divinitate operatus, quantum homini licet, mente complectens, ea ultima periodo (quod scribendum susceperat) Filii Dei divinitatem insinuat. Atque in hunc modum. Joannem hac etiam ex parte numeros omnes absolutissimi historiarum scriptoris absolvisse constat; quippe qui non quae sunt hominis tantum, sed quae ejusdem Dei & hominis sunt gesta, enarranda suscepisset: sed cum quae Dei sunt, superent vires hominum, necessario appositaque ea sibi utenda fuit ultimo loco sententia. In hunc quoque sensum invenimus Dionysium Alexandrinum in epistola priori adversus haeresim Samosatani hunc locum explicasse, nempe Joannem intellexisse de Christo Verbo: licet sciamus tam a dicto auctore, quam ab Augustino, (b) & aliis, alium adhuc esse allatum sensum illorum verborum; nimirum mundum haud satis capere posse omnem perfectissimam Evangelicae praedicationis excellentiam. Ceterum sicut nec cuncta Christi facta, ita multo minus omnia dicta ab eo verba, Evangelistae sunt profecti. Citat Paulus Apostolus Christi sententiam ab illis praetermissam; cum Ephesios alloquens, sic ait: (c) Meminisse verbi Domini Jesu, quoniam ipse dixit: Beatus

(b) Aug. in Joan. tract. 21.

(c) Act. 20.

est magis dare, quam accipere. Rursus illa in ore multorum adhuc Domini vertatur sententia: Estote probati nummularii. Recitat eam Hieronymus (d) sic scribens ad Minerium: Sciat me illud Apostoli libenter audire; Omnia probate: quod bonum est, tenete; & Salvatoris verba, dicentis: Estote probati nummularii. Urfurpat eandem Cassianus: sed & illud: Ubi te invenero, ibi te iudicabo; & si quae alia hujusmodi sit invenire.

(d) Hieron. epist. 152. in fin.

Post sanctos Evangelistas, Josephus (e) Judaeus reperitur, qui post annos quinquaginta Graeco sermone res gestas Judaeorum est profectus; qui res etiam gestas Josephi Christi addens, eas his paucis perstrinxit: Eo inquit, tempore fuit Jesus, vir sapiens (si tamen virum eum fas est dicere: erat enim mirabilium operator, & doctor eorum qui libenter vera suscipiunt, plurimosque tam de Judaeis quam de Gentibus sectatores habuit) Christus hic erat: quem accusatum a nostrae gentis Principibus, Pilatus cum addidisset cruci, nihilominus non destiterunt eum diligere qui ab initio coeperant. Apparuit enim eis tertia die vivus, ita ut divinitus de eo vates hoc & alia multa miranda praedixerint: & usque in hodiernum diem Christianorum genus ab hoc denominatum non deficit. Haec Josephus: cujus testimonium in perversto Judaeorum codice, in quo ejus historiae e Graeco in Hebraicum translatae, antiquitus scriptae sunt, cum hic Romae requireretur (o perfidorum impudentiam!) abrafum inventum est, adeo ut nulla ad excusandum scelus posset afferri defensio, cum membrana ipsa id exclamare videretur. Habet ejusdem Josephi de Christo testimonium ab Eusebio (f) recitatum, atque ab aliis compluribus.

CCXXI. (e) Joseph. antiq. lib. 18. c. 3. testimonium.

(f) Euseb. hist. lib. 1. c. 11. CCXXII. De fide Josephi historici.

Ceterum de rebus Christi ab eodem Josepho scriptis, parum aut nihil est quod illi debeamus: quippe qui temporum ordinem intervertendo, complura (ut superius est demonstratum) ambigua potius & obscura, quam clara & certa reddidit. Unde minus diligentis historici minus exolvissse & hac in parte implessse judicandus est; atque ex eo praesertim, quod res nobilissimas tunc temporis gestas, ac summa memoria dignas, surda aure praeterierit, atque sic obvolutas circumfusaque tenebris ignobiliter reliquerit. At certe credo, hunc, quatenus Christum Dei filium esse fateatur, nonnisi Dei virtute compulsus atque coactus, fecisse: quandoquidem cum agit (g) de immensa clade Judaeis a Tito illata, illius belli causam Jacobi potius neci, quam Christi atroci supplicio adscribendam putavit: ut videre sit ipsum erga Christum & res Christianorum parum aequum, & sibi minime constantem fuisse historicum.

(g) Apud Euseb. hist. lib. 1. c. 22.

Hinc

(a) Hegesipp. de Excid. Hierosol. in prefat. (b) Idem lib. 3. cap. 5.

Hinc merito de eo conqueritur Hegesippus (a) Judaicarum rerum scriptor (non ille, ut falso quidem multi existimant, qui proximus fuit temporibus Apostolorum, sed, ut ex ejus scriptis (b) probatur, qui scripsisse noscitur post tempora Constantini) sic dicens: Utinam tam religioni & veritati attentus, quam rerum indagini & sermonum sobrietati fuisset: consortem se enim perfidiae Judaeorum etiam in ipso sermone exhibuit, quem de eorum supplicio manifestavit: & quorum arma deseruit, eorum tamen sacrilegia non dereliquit: deploravit flebiliter arumnam, sed ipsius causam arumnae non intellexit. HaeC juste in eum exposulat Hegesippus. Quamobrem nemo, quae so, in deteriorem partem accipiat, si cujus frequenter adducitur testimonium, idem a me sapius Josephus fugilleur, ac mendacii arguatur; videarque fortasse hoc

nomine pugnax & audax: cum alioqui non ignorem laudatissimum haberi historicum, quem & noster Hieronymus (c) celebri ac praeclearo illo exornet titulo, cum honoris causa Livium Graecum appellat. Sed cum multa ab eo aliter quam ab Evangelistis esse scripta legantur, cumque etiam a se ipso interdum discrepasse reperitur, vel aliis certioribus testimoniis erroris arguatur; plus aequo illi a me tribui, veritas quam profiteor, minime patitur. Sed ut redeamus ad Hegesippum: idem in sua Anacephalosi de morte & resurrectione Christi, Pilati Praefidis epistolam ad Claudium scriptam recitat: cui si qua est adhibenda fides, in titulo tamen certus est error, qui aliunde fortasse irrepsit, dum Claudium loco Tiberii positum habet: quamquam ante Imperium idem Tiberius Claudius diceretur. Est autem his verbis concepta.

Nuper

XV. Testimonium Josephi de Christo.

[X] Ad num CCXXVI. Petrus Daniel Huetius, Vir eruditissimus, Episcopus Suesoniensis designatus, in libro, cui titulus est, Demonstratio Evangelica, propositione 3. num. XI. Spencerus in Notis ad librum Origenis adversus Celsum, & Lambecius tom. 8. Bibliothecae Caesareae pag. 4. & seqq. tuentur testimonium Josephi de Christo, quod Tanaquillus Faber singulari Dissertatione institutum atque ab aliquo impostore confictum contendit, Eusebii, Hieronymi, Isidori Pelusiotae, Photii, Suidae, & Christianorum communem opinionem falsitatis arguens. Certe hujus testimonii ingenitatem demonstrant omnes antiqui Codices MSS. Graeci incorrupti, qui ubique terrarum etiamnum existant, quibus olim Eusebius, anonymus Antiquitatum Judaicarum, Interpres Latinus, & Scriptores citati usi sunt. Fuit interpres hic unus ex amicis Cassiodori anno Christi DXIV. Consultis, qui cap. XVII. libri de Divinis Institutionibus expressè testatur, Flavii Josephi Judaicarum Antiquitatum libros usque ad suam aetatem nondum fuisse translatos, sed se primum illos ab amicis suis fecisse converteri in Latinum. Falso asseritur, Eusebium testimonium illud finxisse, & Operi Josephi per fraudem inferuisse; cum aliquod Opus suppositum Eusebium ostendi non possit. Josephus quidem in Religione Judaica semper constans permansit, ut apparet ex his ejus verbis: Usque in hodiernum Christianorum genus ab hoc (nempe Jesu Christo) denominatum non desecit, lib. 18. Antiquit. cap. 4. ideoque haec verba, & Χριστός ἄτος ἢν non sunt simpliciter

accipienda, quasi Joseph Christum habuerit, pro vero Christo, seu pro promisso Messia; sed laborant ea eclipsi five defectu vocis λεγιμενος hoc est, hic erat ille Jesus, qui appellabatur Christus. Si loco laudato Josephus nullam Christi fecisset, aut voluisset facere mentionem, opus non habuisset cap. 8. lib. 20. earumdem Antiquitatum S. Apostolum Jacobum cognomine Justum vel Minorem expressè appellare τὸν ἀδελφὸν Ἰωσὴφ τοῦ λεγομένου Χριστοῦ, hoc est, fratrem Jesu cognomine Christi. Haec enim verba ibi adijxit, ad ea respiciens, quae de Christo jam narraverat lib. 18. cap. 4. Origenes quidem lib. 1. adversus Celsum ait, Josephum Jesum parum agnovisse pro Christo, & dicitur καὶ τοῖς ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας Χριστοῦ; sed ex illo similibusve locis male colligit Faber, Josephi testimonium de Christo suppositum esse; cum ex illis tantum inferri debeat, Josephum non agnovisse Jesum, Messiam & totius Orbis Regem a Scripturis Moisaicis praedictum: quamobrem Josephus vaticinium de Messia, cujus adventum tunc temporis Judaei expectabant, non de Jesu Christo interpretatus est, sed de Vespasiano, postquam Judaeorum omnia retroire vidit. Lege librum 3. cap. 14. de Bello Judaico, pag. 854. Denique consentit ad haec omnia stylus & dictionum color, talis nimirum, qualis Hellenistarum esse solet. Locutiones etiam quasdam observare licet Josepho familiares. Ex quibus omnibus liquet hanc periocham germanam esse. Qua de re plura Auctores citati.

[I] Praeter ea, quae a Pagio A. D. 32. n. xv. ex recentioribus referuntur de Josephi testimonio de Christo, ad Baronii sententiam confirmandam de corrupto a Judaeis Josephi textu, quae sequuntur addi possunt. Extat nimirum Roberti Canuti auctoritas (is floruit C. A. D. 1170.) Prioris S. Fridivuidae apud Oxoniā, hebraice docti, qui testatur in duobus exemplaribus Josephi hebraice scriptis, invenisse testimonium de Christo, in aliis nuper evasum, quod ex Judaeis Oxoniae degentibus ostensum fuit. Ita testatur Guillelmus Caveus, licet a Catholica Ecclesia sepositus, ex inedito Gyraldi Cambrensis de institutione Principis libro. Vide Henricum Valefium ad Eusebium pag. 16. & 20. Guillelmum Boniour in Dialogo tertiae triduanae de Canone sacrorum librorum concertationis. Ipsi quoque Catholicae Ecclesiae hostes pro Josephi testimonio editis disceptationibus pugnantes, uti Carolus Daubuz, qui libros duos pro testimonio Flavii Josephi de Jesu Christo edidit; & Christophorus Arnoldus, qui triginta epistolas, & judicia veterum ac recentiorum collegit de Flavii Josephi testimonio de Jesu Christo.

CCXXIII De relatione Pilati.

Nuper accidit, quod & ipse probavi, Judaeos per invidiam se suosque posteros crudeli condemnatione punisse. Denique, cum promissum haberent patres eorum, quod illis Deus mitteret de caelo Sanctum, qui eorum Rex merito diceretur; & hunc se promiserit per virginem misurum in terram: Istum itaque, me Praefide in Judaea, Deus Hebraeorum cum misisset, & viderent eum caecos illuminasse, leprosos mundasse, paralyticos curasse, demones ab hominibus fugasse, mortuos etiam suscitasse, imperasse ventis, ambulasse siccis pedibus per undas maris, & multa alia fecisse: cum omnis populus Judaeorum eum Dei filium esse diceret, invidiam contra eum passi sunt Principes Judaeorum, & tenuerunt eum, mihique tradiderunt, & alia pro aliis mihi de eo mentientes dixerunt, asserentes eum magum esse, & contra legem eorum agere. Ego autem, credidi ita esse, & flagellatum tradidi illum arbitrio eorum. Illi autem crucifixerunt eum, & sepulcro custodes adhibuerunt. Ille autem, militibus meis custodientibus, die tertio resurrexit. In tantum enim exarsit nequitia Judaeorum, ut darent pecuniam custodibus, & dicerent: Dicit quia discipuli ejus corpus ipsum rapuerunt. Sed cum accepissent pecuniam, quod factum fuerat tacere non potuerunt; nam & illum surrexisse, testati sunt se vidisse, & se a Judaeis pecuniam accepisse. Haec ideo ingeffi, ne quis aliter mentiat, & existimet credendum esse mendacis Judaeorum. Haec tamen epistola: quae quidem an eadem ipsa sit, quam a Pilato ad Tiberium tunc temporis scriptam esse constat, relinquimus lectoris prudentis judicio.

CCXXIV. Pilatus vinciarum res magni momenti, quae contigissent in provinciis, ad Imperatorem scribere, mille exemplis exploratissimum est. Pilatum vero haec nunciasset Tiberio Imperatori, ex his quae scribit Tertullianus (a) facile potest intelligi, dum ait: Tiberius ergo, cujus tempore nomen Christianum in saeculum introiit, nunciatum sibi ex Syria Palaestina, quod illic veritatem illius divinitatis revelaverat, detulit ad Senatum cum prerogativa suffragii sui. Senatus quia non in se probaverat, respuit. Caesar autem in sententia mansit, comminatus periculum accusatoribus Christianorum. Et post multa: Ea omnia super Christo Pilatus, & ipse jam pro sua conscientia Christianus Caesari tum Tiberio nunciavit. Haec ille. Eiusdem etiam epistolae meminisse videtur Gregorius (b) Turonensis, cum ait: Resurgens autem Dominus, per quadraginta dies cum discipulis, de regno Dei disputans, videntibus illis, in nube susceptus, avectusque est in caelos, & ad Patris dexteram residet gloriosus. Pilatus Ann. Eccl. Tom. I.

(a) Tertull. in Apolog. c. 5. & c. 21. & Eusebii hist. lib. 2. c. 2.

(b) Greg. Turon. hist. lib. 1. c. 24.

autem Gesta ad Tiberium Caesarem mittit, & ei tam de virtutibus Christi, quam de passione vel resurrectione ejus insinuat: quae Gesta hodie apud nos retinentur scripta. Tiberius autem hoc ad senatum recensuit: quod Senatus cum ira respuit, pro eo quod non ad eum primitus advenisset. Haec etenim contra Christianos prima odiorum germina pullularunt. Haec Gregorius: eadem longe ante ipsum scripsit Orosius (c); sed quae de Sejano subdit, multo ante haec tempora contigisse, superius demonstravimus; tribuit namque (ut dictum est, ipsi occasionem errandi Eusebius d), qui res gestas a Sejano adversus Judaeos apud Tiberium in annum sequentem rejicit: quando autem ea contigerint, suo loco superius enarravimus. Quod vero ad dictam epistolam Pilati ad Tiberium spectat: in eo quod dicit Jesum a Judaeis magiae insinulatum; ad illud quod Judaei in eum dicerent: In Beelzebub principe demoniorum eiecit demonia; videtur Pilatus habuisse respectum, & apposita magiae fecisse mentionem, quo sic melius causam suam defenderet: quippe qui sciret ab eodem Imperatore adversus magos (ut vidimus superius) sancitum fuisse edictum, multoque ea ex causa morte multatos fuisse: sicque se excusaret, si in Jesum magiae reum ita animadvertisset; licet haec omnia in Judaeorum culpam rejiciat, qui livore & malevolentia induciti, eum morte multandum curassent.

(c) Oros. lib. 7. c. 4.

(d) Euseb. in Chron.

Porro haec de Pilati ad Tiberium de Christo facta relatione Eusebius, nescimus qua ratione, post annos quinque, Olympiade ducentesimatertia anno quarto recenset, quo anno Tiberius decimasexta Martii mortuus est. Sed haec statim post Christi resurrectionem palam factam contigisse, verius existimamus. Caeterum non tantum Pilati litteris ad Tiberium scriptis haec de Christi rebis gestis Romae innoverunt, sed etiam ex publicis monumentis, quae a notario exceptore in publicis tabulis ex more descripta fuerant, Romam missis; quae aliquandiu inter publica Gesta sunt asservata: ad ea enim Justinus philosophus Christianus Antoninum Pium, ad quem scribit Apologiam, provocat, dicens: Haec ita gesta esse, De actis cognoscere ex Actis quae sub Pilato sunt scripta, potestis. Et rursus post multa: Et quod ista fecerit, ex eis qui sub Pilato scripti sunt commentarii, cognoscere potestis. Atque cum haec ita se habeant, monendum putamus lectorem, post dicta vera certaque Pilati Acta de Christo, alia rursus ab his longe diversa fuisse, conficta, eaque duplicis generis: horum enim alteris utebantur Quartodecimani haeretici, ut Epiphanius (e) auctor est; sed eadem fuisse inter se diversa, nec de die

CCXXV.

Pilati.

(e) Epiph. in Panar. die haer. 50.

die passionis Christi contentientia, ille idem testatur; altera vero fuisse excogitata a Maximino tyranno Christianis infensissimo, tradit Eusebius (a) his verbis: *Pilati praterea & Salvatoris nostri rerum gestarum tanquam commentarios quosdam omni blasphemia & convicio contra Christum referios confinxerunt: quos de sententia Imperatoris, in totum regnum quod ejus ditioni parebat, mittunt; perque litteras jubent, ut in quibusvis locis, agris, & civitatibus hi palam omnibus ponerentur, & ludimagistri pro aliis disciplinis pueros in hisce sedulo exercerent, hosque illis memoria mandandos traderent.* Hæc Eusebius; qui eosdem commentarios manifestæ arguit (b) falsitatis; nam dum sub quarto Tiberii Consulatū Christi passio accidisset, in eis dicitur, Tiberium septimum tantum declaratur tunc in Imperio egisse annum, quo necdum Pilatus missus fuerat in judæam. Hic apocrypha quædam, quæ legimus de legatione Volusiani cujusdam a Pilato ad Tiberium missi, quod nullam antiquorum fide probentur, intexere præmittimus: sicut & fabulosa illa quæ scripta sunt a Suida (c) de Nerone, quod jusserit Annam, Caipham, & Pilatum ad dicendam causam de Christi morte judicio Romæ sisti, & alia multa quæ addit: nam longe ante Neronis Imperium Pilatum ex humanis desuisse, inferius suo loco dicemus.

(a) Euseb. hist. lib. 9. c. 4.

(b) Idem lib. 7. c. 9.

(c) Suid. verb. Νερον.

CCXXVI

(d) Tacit. Ann. lib. 5. De libris Sibyllinis.

Quoniam vero de Actis Pilati Romam transmissis verba facimus, non tacenda putavimus, quæ apud Ethnicos scriptores, qui res Christianorum consulo narrare neglexerunt, scripta inveniuntur; scilicet de carminibus Sibyllinis hoc anno Romæ tum in Senatu, tum apud Quindæcim viros diligenter discussis atque examinatis, occasione (ut ait Tacitus) (d) quorundam Sibyllinorum carminum noviter inventorum: qui quidem Tacitus rem gestam sub dictis hujus anni Coss. Domitio Anobarbo & Camillo Scriboniano his verbis enarrat: relatum est inde ad Patres a Quintiliano Tribuno plebis de libro Sibyllæ, quem Caninius Gallus Quindæcim viri recipi inter ceteros ejusdem vatis, & de ea re Senatusconsultum postulaverat: quo per discessionem facto, missi litteras Cæsar, modice Tribunal, increpans, ignarum antiqui moris ob juvenam: Gallo exprobrabat, quod scientiæ, carimoniarumque vetus, incerto auctore, ante sententiam collegii, non ut assolet, lecto per magistrum æstimatoque carmine, apud infrequentem Senatum egisset. Simul commonefecit: quia multa vana sub nomine celebri vulgabantur, sanxisse Augustum, quem intra diem ad Prætozem Urbanum deferrentur, neque habere privatim liceret: quod a

majoribus quoque decretum erat, post exutum sociali bello Capitolium, quæsitis Samo, Ilio, Erythris, per Africam etiam, ac Siciliam, & Italicas colonias carminibus Sibyllæ, una seu plures fuerit; datoque Sacerdotibus negotio, quantum humana ope potuissent, vera discernere. Igitur nunc quoque notioni Quindæcim virum is liber subjicitur. Hæc Tacitus: quæ quidem omnia mira Dei providentia esse facta, quis dubitat? Sic enim carmina Sibyllina antea disquiri, examinari, atque probari in omnibus voluit, ne cum ea adversus Gentiles citarentur a Christianis, iidem falsitatis vel imposturæ argui potuissent, tanquam minus recepta, ac recens ab illis essent excogitata. Atque hæc satis, quæ occasione Actorum Pilati Romam transmissorum breviter perstrinximus: jam ea quæ post Christi ascensionem contigerunt, ordine prosequamur.

Egregium plane monumentum suæ ad cælos ascensionis Dominus Redemptor noster non modo suis Apostolis, sed posteris quoque spectandum reliquit: nimirum suorum sacrorum pedum terræ impressa vestigia. De his olim Zacharias (e) Propheta intellexisse videtur, cum propheticæ hæc locutus est: *Stabant pedes ejus in die illa supra montem Olivarum, qui est contra Hierusalem ad Orientem.* Secundum hujusmodi situs rationem, eam consuetudinem ad posterios esse dilapsam, ut Christiani ad Orientem conversi precarentur, Athanasius (f) auctor est. Quod vero ad impressa vestigia Domini pertinet, hæc apud Hieronymum (g): *Mons Oliveti ad Orientem Hierosolyma, torrente Cedron interfluente, ubi ultima vestigia Domini humo impressa bodieque monstrantur. Cumque terra eadem quotidie a credentibus hauriatur; nihilominus tamen eadem sancta vestigia pristinum statum continuo recipiunt. Denique cum ecclesia, in cujus medio sunt, rotundo schemate & pulcherrimo opere conderetur; summum tantum cacumen, ut perhibent, propter Domini corporis meatum nullo modo contegi & concamerari potuit, sed transitus ejus a terra ad cælum usque patet apertus. Hæc ibi auctor: quæ etsi satis testata sint; tamen quoniam (juxta illud Evangelicum) in ore duorum aut trium fiat omne verbum: Haud gravamur hic item intexere quæ alii antiqui Patres de eadem re scripserunt. Ad ea enim alluisse videtur Optatus Milevitanus (h): qui cum meminit de Ecclesia Orientali, inter alia: *Ibi, inquit, ejus sancta sunt impressa vestigia.**

CCXXVII.

(e) Zach. 14.

(f) Athanas. lib. quest. 9. 14. (g) Hier. de locis Hebraic. lib. 1. c. 1. De vestigiis Domini.

(h) Optat. contra Parm. lib. 6.

S. Paulinus (i) Nolanus Episcopus ad Severum scribens, eadem fufius testatur his verbis: *Mirum vero inter hæc, quod ad Severum in basilica Ascensionis, locus ille tantum*

(i) Paul. ad Sev. c. 11. p. 11.

tum, de quo in nube susceptus ascendit captivam in sua carne ducens captivitatem nostram, ita sacratus divinis vestigiis dicitur, ut nunquam tegi marmore, aut paviri receperit, semper excussis, solo respuente, quæ manus adornandi studio tentavit apponere. Itaque in toto basilicæ spatio solus in sui cæspitis specie wirens permanet, & impressam divinorum pedum venerationem calcati Deo pulveris perspicua simul & atigua venerantibus arena conservat: ut vere dici possit: *Adoravimus ubi steterunt pedes ejus.* Hactenus Paulinus: quæ accepit a Melania illustrissima ac spectatissima femina, cum Hierosolymis Romam illa rediens, apud eum, Nolam veniens, divertisset. Rursum & Sulpitius (a) Severus in hæc verba: *Illud mirum, quod locus ille, in quo postremum institerant divina vestigia, cum in cælum Dominus nube sublatus est, continuari pavimento cum reliqua stratorum parte non potuit: siquidem quacumque applicabantur, insolens humana suscipere terra respueret, excussis in ora apponentium sepe marmoribus. Quin etiam calcati Deo pulveris adeo perenne documentum est, ut vestigia impressa cernantur: & cum quotidie confluentium fides certatim Domino calcata diripiat, damnum tamen arena non sentiat: & eadem adhuc sui speciem, velut impressis signata vestigiis, terra custodit.* Hæc Severus.

De iisdem Domini vestigiis.

(a) Sever. sacr. hist. lib. 2.

CCXXXIX

(b) Beda de loc. sanct. c. 7. Perenne miraculum.

Auget sane miraculum, quod cum eodem in loco (ut superius Josepho auctore monstravimus) Romanus exercitus sub Tito castrametatus est, Hierosolymam obsessurus, non tantum (ut in talibus accidere consuevit) levi terræ toties percalcata impressa non potuissent remanere vestigia, sed nec si celte lapidi fuissent inculpta, eadem aliqua ex parte integra apparuissent. Porro hujusmodi miracula edita in monte Oliveti in loco Ascensionis Domini, non dictorum tantum auctorum tempore cunctis perspicua permanebant: sed post septingentos fere annos eodem statu perseverasse Beda, (b) dum de his agit, his verbis significat: *In ejus summo vertice, ubi Dominus ad cælum ascendit, ecclesia rotunda grandis ternas per circuitum cameratas habet porticus desuper tectas. Interior namque domus, propter Domini corporis meatum, camerari & regi non potuit, altare ad Orientem habens angusto culmine protectum, in cujus medio ultima Domini vestigia, cælo desuper patente, ubi ascendit, visuntur: quæ cum quotidie a credentibus terra tollatur, nihilominus manent eandemque adhuc speciem sui, velut impressis signata vestigiis, servat; & post nonnulla: In die Ascensionis Dominicæ, per annos singulos Missa peracta, validi flaminis procella desursum venire consuevit, & omnes qui in ecclesia fuerint, terræ prostertere. Tota illa nocte lucernæ ardent, ut non illustrari tantum, sed & ardere mons & supposita loca videantur.* Hucusque Beda. Porro lapidem illum, qui Domini continebat impressa vestigia, Christianæ fidei hostium invidia inde sublatus, in porta Orientali ejus ecclesiæ ab eis clausa positum esse, recentiores, (c) qui eadem loca sancta descripserunt, testati sunt.

Supereft nobis, ut qui de Christo hactenus, quanta tamen potuimus brevitate, ut in re omnibus plane perspicua ac propemodum cunctis nota, tractavimus; quod jam reliquum esse videret, deinceps Actorum quoque Apostolorum, secundum ordinem temporum, sacram historiam a Luca descriptam æquis passibus prosequamur; de qua Hieronymus (d) ad Paulinum scribens, hæc ait: *Actus Apostolorum nudam quidem sonare videntur historiam, & nascentis Ecclesiæ infantiam texere: sed si noverimus scriptorem eorum esse Lucam medicum, cujus laus est in Evangelio; animadvertemus pariter omnia verba illius, animæ languentis esse medicinam.* Non sic quidem alia Apostolorum nomine Acta conscripta, ut quæ habentur Petri vel Pauli, Andreæ, Joannis, Thomæ, Philippi, vel aliorum nomine insignita: quæ Patres merito Ecclesiastica censura proscripserunt; ut quæ non legitima, sed spuria, & ab hæreticis inveniantur esse commenta (e). Porro quod ad titulum spectat hujus, de quo agimus, commentarii, scilicet Actorum Apostolorum: *sic nomen inditum est (inquit Chrysostomus f) non quod acta omnia, neque omnium, sed unus tantum vel alterius, eademque facilia numeratu contineat.* Sed rem ipsam aggrediamur.

(c) Euseb. par. 1. c. 7. & alii. CCXXX.

(d) Hieron. ad Paul. ep. 103.

(e) Gelas. in Conc. Rom. c. de lib. apoc. Epiph. h. res. 30. Athan. in epist. fid. Cath. Hier. de scrip. Eccl. in Petr. Philastr. de hæret. (f) Chrysost. li. 1. contra Gentil.

CCXXXI

(g) Act. 2.

(h) Act. 12.

Cum igitur regressi essent e monte Oliveti Apostoli & alii Hierosolymam; accenderunt (inquit g) Lucas) in cenaculum, ubi simul manebant Petrus, ac ceteri, quos recenset, Apostoli, aliique omnes fere centum viginti: additque omnes hos fuisse perseverantes unanimiter in oratione cum mulieribus, & Maria matre Jesu, & fratribus ejus. Creditur hæc eadem domus esse illa, cujus idem Lucas (b) inferius meminit; eamque fuisse ait Mariæ matris Joannis, qui cognominatus est Marcus, quo Petrus e carcere liberatus accessit, ubi & ceteros illic ad precum officium congregatos invenit discipulos. Consentiant his Acta, Barnabæ (i), ubi de eadem domo hæc fufius habentur scripta: *In illo cenaculo Dominus Pascha fecit: in illo apparuit Thoma Apostolo, cum a mortuis surrexisset: illuc, postquam in cælum assumptus est, discipuli cum reliquis fratribus centum viginti, in quibus erat Barnabas,*

(i) Scripta ab Alexand. Mon. exstant. apud Sur. tom. 3.

& Marcus, ex monte Olivarum conveniunt: illuc Spiritus sanctus in linguis igneis ad discipulos descendit in die Pentecostes. Illic collocata nunc est magna & sanctissima Sion, omnium ecclesiarum maxima. Hæc ibi. Meminit ejusdem ecclesiæ in Sion positæ S. Hieronymus (a); in eaque fuisse postea locatam columnam illam, ad quam vincens ductus est Dominus ac flagellatus, testatur; quod Beda (b) etiam narrat.

Cum igitur illic cum cæteris congregati essent Apostoli; Petrus Apostolorum Princeps, (c) cujus curæ commissi cæteri videbantur (dixerat enim Dominus ad illum: *Et tu aliquando conversus confirma fratres tuos*) ut Ecclesiæ afflictatæ, & Judæ proditoris perditione concussæ confunderet, de substituendo aliquo ex discipulis in locum illius perditæ hominis, concionem habuit. Pastoralem Petri sollicitudinem, ac pervigilem, non solum gregis, sed & pastorem curam admirans Joannes Chrysostomus (d) hæc ait: *Quam est fervidus? quam cognoscit creditum sibi a Christo gregem? quam in hoc coroprincipe est, & ubique primus omnium incipit loqui? & post multa: Primus omnium auctoritatem usurpat in negotio, ut qui omnes habeat in manu. Ad hunc enim dixit Christus: Et tu aliquando conversus confirma fratres tuos.* Hæc ipse Oecumenius (e) vero in eadem sententiam: *Surgit, inquit, Petrus & non Jacobus tamquam ferventior, & velut is cui discipulorum præsentia commissa erat.*

Cum vero Petrus perorasset: *Statuereunt* (inquit Lucas f) *duos, Joseph, qui vocabatur Barsabas, qui cognominatus est Justus; & Matthiam. Et cum orassent, dederunt sortes eis, & cecidit fors super Matthiam, & annumeratus est cum undecim Apostolis.* Ambos illos fuisse ex numero septuagintaducorum discipulorum, Clemens Alexandrinus affirmat (g), quorum Joseph idem dictus est Barsabas, qui plane diversus est ab alio Joseph (h), qui cognominatus est Barnabas; & alius quoque ab illo cujus in iisdem Apostolicis Actis habetur mentio, qui & cognominatus (i) est Judas, quem una cum Sila Apostoli miserunt Antiochiam: in iisdem enim Apostolorum Actis hi tres non solum nomine vel cognomine, sed & rebus gestis inter se distinguuntur.

Quod vero ad sortem pertinet, quam super illos duos dederunt Apostoli: cum ab aliis diversa dicantur; quid de ea Dionysius (k) scribat, in medium adduxisse satis erit: sic enim ait: *De illa sorte divina quæ Matthiæ divinitus obtigit, alii quidem alia sensere; meo judicio non recte: aperiam autem & ipse quid sentiam. Videtur mihi Scripturam sortem appellasse divinam quiddam & præcipui muneris,*

(a) Hier. ep. 27.

(b) Beda de locis sanct. c. 3. CCXXXII. De electione Matthiæ.

(c) Chrys. in Act. Apost. hom. 3.

(d) Oecum. in Act. Apost. cap. 2.

(e) Act. 1.

(f) Clem. Alex. citat. cum Beda in retr. Act. in Act. Apost. (h) Act. 4. (i) Act. 15.

CCXXXIII.

(k) Dionys. de Ecclef. Hier. par. 3. c. 5.

per quod illi choro sacratissimo insinuaretur, qui esset divina electione declaratus. Hæc Dionysius. Circumferebatur olim liber, titulo prænotatus, Sortes Apostolorum: sed censura (l) Gelasii est rejectus inter apocrypha. Eadem insuper occasione, quod Apostoli quem eligerent, sortiti sint, irrepit aliquando in Christianos genus quoddam fortilegii, quod honesto nomine diceretur, Sortes sanctorum: sed a sanctis Patribus Ecclesiasticis (m) sanctionibus ab Ecclesia Dei procul rejectum est. Sed eam licentiam nonnisi ante adventum Spiritus sancti Apostoli usurpasse inventitur: nec id tentasse, nisi prævia precatione: cum aliqui sacros fortiri ministros ad solitam functionem obeundam, tam ex Lucæ Evangelio, quam ex Josepho, apud Judæos in usu fuisse, cum de Zacharia actum est superius, dixerimus. Cæterum ut forte quis eligeretur in summum Pontificem, numquam prius esse tentatum, quam paulo ante Hierosolymorum excidium, sed a factiosis hominibus, ex (n) Josepho est pariter dictum. Quin & apud Gentiles vetitum fuisse, ne sacerdotes deligerentur sorte, sicut nec pretio, auctor est Dionysius (o) Halicarnassæus.

Elapsis jam ab ascensione Domini decem diebus: Dum (inquit (p) Lucas) complerentur dies Pentecostes, erant omnes pariter in eodem loco: & factus est repente de caelo sonus tanquam advenientis spiritus vehementis, & replevit totam domum ubi erant sedentes. Et apparuerunt illis dispersitæ linguæ, tanquam ignis, seditque supra singulos eorum: & repleti sunt omnes Spiritu sancto. Hæc Lucas. Locus ille (ut dictum est) ubi erant discipuli congregati, cum venit Spiritus sanctus, nobili postmodum basilica est illustratus, quæ dicta est Ecclesia Apostolorum, cujus meminit Cyrillus Hierosolymorum Episcopus cum ait: *Spiritus sanctus, qui locutus est per Prophetas, in die Pentecostes descendit super Apostolos in specie linguarum ignearum, hic Hierosolymis in superiori Apostolorum ecclesia.* Cyrillo assentiuntur cæteri qui de locis sanctis scripserunt. Quod autem ad tempus pertinet, seu diem: facta hæc esse die Dominico, sanctorum Patrum (q) assertio, sacrorum Conciliorum (r) canones, Ecclesiastica traditio firmant, ac ipsa denique ratio monstrat. Numerandi enim ex legis (s) præscripto erant dies Pentecostes ab altero die Paschæ, quo manipulus offerendus erat: id ipsum tunc fervere Judæos, Josephus (t) plane demonstrat, dum ait: *Secunda die Azymorum, quæ est hujus mensis decima sexta, frugibus demessis & battentis intactis incipiunt frui: æquumque rati Deum hujus ubertatis auctorem per gratitudinem honorari,*

(l) Gel. in Conc. Rom. c. de li. & dist. 25. c. Sanct. Roman.

(m) Conc. Vien. c. 16. & Conc. Aurel. c. 32. & alii.

(n) Jos. de bello Jud. lib. 4. c. 3. (o) Dion. Halic. hist. Rom. lib. 2. CCXXXIV. (p) Act. 2.

(q) Cle. Const. lib. 5. c. ult. Aug. serm. 154. de ecclesia. temp. S. Leo ad Diof. ep. 81. c. 1. Ifid. de of. f. Eccl. cap. 24. Alb. Flac. de div. of. f. (r) Sex. Syn. c. 8. Conc. (s) Levit. 23. Exod. 16. (t) Jos. antiq. lib. 3. c. 10.

vari, hordei primitias offerunt in hunc modum. Spicarum manipulum igni torrent, hordeum deinde præsunt, atque ita in alia modum fracti assaronem ad aram offerunt: inde pugillo uno in eam injecto, reliquum sacerdotum usui cedit: & ex eo licitum fit publicas & privatas messes metere. Hæc Josephus. Verum cum hoc anno die sequenti Paschatis esset sabbatum, quo facem in messem mittere vetitum esset (speciali enim lege (a) die sabbati metere prohibitum erat, sicut nec quæ ad cibum pertinerent, ea die parare licebat) manipulum hoc anno constat oblatum fuisse ipso die Dominico, quo Dominus resurrexit, cujus ipse elevatus manipulus figuram exprimebat: id Epiphanius (b) & alii testantur. Sic igitur ab eo tempore quinquaginta dies numerando usque ad diem Pentecostes, Spiritum sanctum datum esse ipso die Dominico, certum est.

Tanto cælitus misso illi potius munere ceperunt loqui (inquit Lucas c) *variis linguis, prout Spiritus Sanctus dabat eloqui illis.* Hæc audiebant Judæi agentes Hierosolymis ex omni natione, inquit, quæ sub caelo est. Licet hæc videatur hyperbole; tamen auctore Philone, (d) qui his temporibus vivebat, Judæos non in Palæstina tantum, sed in Asia, Africa, & Europa magno numero habitare consuevisse exploratissimum est. Verum ex omnibus quindecim tantum numerat nationes, nimirum Parthos, Medos, Elamitas, habitantes Mesopotamiam, Judæam, & Cappadociam, Pontum, Asiam, Phrygiam, Pamphiliam, Ægyptum, Libes, Cyrenenses, Romanos, Cretenfes, & Arabes. Cum vero Judæos inter prædictos æque recenteat esse admiratos, quod ipsorum loqueretur lingua: plane significat Galilæos diversa a Judæis uti lingua consuevisse: unde & ancillam ostiariam merito apparet dixisse olim Petro: *Galilæus es: nam & loquela tua manifestum te facit.* Sententia fuit Chrysostomi (e) tot linguarum locutiones impartitas fuisse Apostolis, quot erant Hierosolymis externæ nationes quæ eos loquentes audirent; & si plures fuissent, plures etiam accepturos fuisse: ac denique cum dispersi sunt per orbem terrarum, lingua omnium gentium ad quas profecti fuissent, esse locutos.

Quod vero spectat ad linguarum genera quæ essent in orbe terrarum: Clemens Alexandrinus (f) recitat testimonium scriptorum Gentilium, qui non aliunde quam ex Judæorum libris linguas septuaginta quinque fuisse testentur, cum ait: *Ephorus autem & multi alii historici, & gentes & linguas dicunt septuagintaquinque, cum audissent vocem Moysi dicentis: Erant autem omnes animæ ex Jacob septuaginta-*

(a) Exod. 34.

(b) Epiph. in Panar. bar. 51.

CCXXXV. Ex toto orbe Hierosolymam.

(c) Act. 2. (d) Phil. lib. contra Flac. & lib. de leg. ad Caium.

(e) Hanc citat etiam Glyc. in Annal.

CCXXXVI. (f) Clem. Alex. lib. 1. Strom.

quinque, quæ descenderunt in Ægyptum. Videntur autem ex vera ratione, lingua seu dialecti, ut vocant, & sermones generales, esse septuagintaduæ, ut nostræ tradunt Scripturæ. Fiunt autem alia per communionem duarum, vel trium, vel etiam plurium dialectorum, &c. Quod vero ex divinis Scripturis id se deducere Clemens testatur, aliam plane rationem inesse videtur Augustinus, (g) qui septuaginta duas linguas fuisse putat: *Quod, inquit, ex illis tribus hominibus Noe filii septuaginta tres, vel potius (ut ratio declaratur est) septuaginta duæ gentes totidemque linguæ per terras esse ceperunt, quæ crescendo, & insulas impleverunt, auctus est autem & numerus gentium multo amplius quam linguarum. Nam & in Africa barbaras gentes in una lingua plurimas novimus. Hæc Augustinus. Ante ipsum eadem Epiphanius, (h) eademque ratione, cum ait: *Septuagintaduoviri tunc turrim ædificabant, quando in septuagintaduas linguas ex una confusi sunt.* Pacianus (i) vero cum numerat centum viginti linguas, respectum habuisse videtur ad numerum eorum qui simul in una domo fuerant congregati, super quos omnes putatur descendisse Spiritus Sanctus: quasi velit non omnes illos omnia, affectos esse linguarum genera, sed singulos singulas.*

Sed hæc communi interpretum sententia rejiciuntur: sic enim linguarum donum accepisse constat Apostolos, ut qui vis eorum linguis omnibus loqueretur, non (ut aliqui existimarunt) uno ex illis una lingua loquente, omnes qui audirent, licet essent diversarum linguarum, intelligerent. Cum possint multa ad hanc firmam sententiam adduci, unius modo Gregorii (l) Nazianzeni testimonium afferam, acturus præsertim de eadem re alibi inferius. Hæc enim ait: *Audiebant autem. Verum hic paululum conspice; atque addubita, quomodo distinguenda sit oratio. Textus enim nonnullam ambiguitatem habet, puncto dirimendam. Utrum enim audiebant sua quisque dialecto, ita ut verbi gratia, vox quidem una resonaret, cæterum, multæ audirentur, sic videlicet pulsato ac perstreperente aere, pluribusque vocibus (ut magis perspicue dicam) ex una voce effectis? An potius in hoc verbo, Audiebant, punctum statuentum est, atque hæc verba, Loquebantur suis linguis, cum his quæ sequuntur jungenda sunt, ut sic legatur: Loquentes linguis, propriis scilicet audientibus, hoc est externis? qui sensus mihi magis arripit. Nam si priorem modum sequar, eorum potius qui audiebant, quam qui verba faciebant, hoc miraculum fuerit; at juxta posteriorem sensum, eorum qui loquebantur, qui etiam temulentia insinulan-*

(g) August. de civit. Dei lib. 16. c. 6. & 11.

(h) Epiph. lib. de mens. & pond.

(i) Pacian. ad Symph. epist. 2. (k) Act. 11.

CCXXXVII.

(l) Greg. Naz. orat. in die Pentecostes.

Quomodo loquebantur linguis.

lantur, haud dubie, quia ipsi Spiritus afflatu novi miraculi aliquid circa voces designabant Hæc Gregorius. Cætera quæ ad alia spectant, relinquimus interpretibus.

CCXXXVIII. Cum sic audientes obstupefcerent: rei vero causam ignorantes, admirantesque dicerent: Quidnam vult hoc esse? Alii irridentes dicebant: Quia musto pleni sunt isti. Stans autem Petrus cum undecim, levavit vocem suam, & locutus est eis: Viri Judæi, & qui habitatis Hierusalem universi, hoc vobis notum sit, & auribus percipite verba mea. Non enim sicut vos aestimatis, hi ebrii sunt, cum sit hora diei tertia, &c. Recitat quasi ex scripto

De ora diei tertia obiectio soluta.

Lucas Petri tunc ad populum habitam concionem, qua non tantum pro suis apologiam dixit, sed de Christi passione, resurrectione, ascensione, & Spiritus sancti missione, sacrarum Scripturarum auctoritate differuit. Sed quod excipit de hora tertia: quid tam insolens mirumve videri debet quod ad suorum excusationem adducit, eos ebrios esse non potuisse, quod esset hora diei tertia? nam (quod & superius vidimus) cum apud Hebræos etiam singuli quique dies duodecim horis terminarentur; plane hora tertia quartam diei partem continebat. Cumque horæ æstivæ cæteris longiores esse solerent: quid tam mirum, inquam, novumve, si ea hora illi pransi fuissent homines præsertim peregrini & piscatores? Qui hunc nodum solverit, hæcenus non invenimus: sed perfacilis erit ejus solutio, si noverimus Hebræorum illam fuisse a majoribus traditam & usu receptam ac tamquam lege probatam consuetudinem, ut non liceret diebus festis cuiquam ante sextam horam prandere. Meminit ejus consuetudinis Josephus in Vita sua, dum hæc ait: Plebs autem non assentiebat horum orationibus; & proculdubio exorta fuisset seditio, nisi concionem solvisset sexta hora superveniens, quæ nostros ad prandium vocare solet sabbatis. Tubæ enim sonitu certas horas Hebræis significari solitas, alibi dictum est. Merito igitur Petrus excipit de hora diei tertia, cum ante sextam horam diebus festis prandere, religio esset.

CCXXXIX. Hæc ex alio loco etiam declarantur, immo ex his elucidatur alius locus Actorum (a) quo dicitur: Ascendit Petrus in superiora ut oraret circa horam sextam: Et cum esuriret, voluit gustare. Parantibus autem illis cecidit super eum mentis excessus. Fuisse autem eam diem sabbatum, qua non nisi hora sexta prandere liceret, illud in primis persuadet, quod tunc pararentur quæ apponenda essent mensæ, quæ videlicet die parasceves erant ad esum accommodata: nam quæ ratione eadem sexta hora illa parari po-

tuisent, nisi fuissent pridie præparata? Quod insuper dicat Angelus ad Petrum: Surge, descende, & vade cum eis nihil dubitans. Et inferius Lucas: Sequenti autem die surgens profectus est cum illis. Plane demonstrat, illa ipsa die ob festum id facere minus licuisse. Sed jam cetera prosequamur.

Quod vero eadem oratione Petrus, quæ de Davide dicta sunt, de Christo esse intelligenda testatur, meminitque de ejusdem Davidis sepulcro, dicens: Et sepulcrum ejus est apud nos usque in hodiernum diem. Observatione quidem dignum est, sepulcrum illud, quod & Salomonis dictum est, quod & ipse conditus esset, remansisse integrum usque ad extremam omniumque novissimam Judæorum cladem per Hadrianum illatam: tunc temporis enim antequam illa sequeretur, quasi in prodigium futuri ultimi Judæorum gentis exterminii, sponte corruit, ut Dio Cassius auctor est in Hadriani Vita, quam scripsit. Ejusdem sepulcri Josephus sæpe meminit, quod non tantum augustis ædificiis Salomonis opera extructis erat insigne, sed & thesauro nobilitatum: ingentem enim vim auri ab eodem Salomone illic fuisse reclusam, haud dubium est; testatur namque idem (b) auctor, Hyrcanum, cum obsideretur ab Antiocho, cognomento Pio, ablatis e sepulcro Davidis tribus millibus talentorum, iis totius populi vexationem redemisse. Rursum vero quid Herodi idem sepulcrum percrutanti obvenerit, idem (c) testatur his verbis:

CCXXI. De sepulcro David.

(b) Joseph. antiq. lib. 7. c. ult.

(c) Idem lib. 16. antiq. c. 11.

Herodes multum pecuniarum domi forisque profundens, audito quod Hyrcanus, qui ante eum regnavit, recluso Davidis sepulcro, tria millia talentorum argenti extulisset, superesseque multo plura, quæ possint quantamvis magnis sumptibus sufficere: multo tempore animum habuit idem aggredi. Tunc vero noctu ad septum sepulcrum ingreditur, cum prius accurate cavisset ne hoc sciret populus, assumptis tantum amicorum fidissimis: depositas tamen pecunias, sicut Hyrcanus, non invenit, sed mundi pretiosi & aureorum ornamentorum vim magnam inde sustulit. His invitatus ad diligentius scrutandum, interius processit usque ad conditoria Salomonis, ac Davidis: ibi duos satellites amisit, erumpente (ut fertur) ex adytis flamma contra progressos temere: quo casu exterritus, exiit, & tactus religione, ad expiandum se, in aditu sepulcri monumentum e candido marmore condidit sumptuosissimis impendiis. Ejus operis & Nicolaus illius temporis scriptor meminit, sed non item de descensu Regis, præter decorum id factum existimans: idque more suo fecit. Vivi enim Regis hæc auribus dedit, captans gratiam, &c. Hæc Jo-

CCXXII.

Herodes aperuit Sepulcrum David.

(a) 2. Reg. 5. (b) 3. Reg. 2. (c) Joseph. antiq. lib. 7. c. ult. Josephus. Sepulcrum fuisse Davidem in civitate (a) sua, quæ dicta est Sion, habet divina (b) Scriptura. Hierosolymis nimirum, ubi est Sion, a Salomone tumulatum fuisse Davidem, item Josephus (c) testatur. Admiratione sane dignum, quod a Tito ea civitate funditus excisa, nihilominus idem sepulcrum remanserit integrum, nec nisi temporibus Hadriani (ut ex Dione dictum est) sponte corruerit: verum quid dico corruerit? Id quidem non sic accipiendum est, ut solo adæquatum, sed tantum aliqua ex parte collapsum fuerit: nam Hieronymus (d) ad Marcellam scribens, relegens loca sancta; ac si ipsum integrum remaneret, in Mausoleo Davidis precari solitum tradit. Sed hæc satis occasione Petri in sua concione de sepulcro Davidis mentionem facientis.

(d) Hier. epist. 17. prope fin.

CCXXIII. Petrus primus omnium concionatur.

(e) Chryso. hom. 3. ad pop. Antiochen.

(f) Act. 2.

(g) Tert. de pudicitia.

CCXXIII. De baptismo in Christi nomine.

(h) Cyprian. in epist. ad Subit. ian. 73.

Cur autem Petrus præ cæteris, tam ad suorum defensionem, quam aliorum ad fidem conversionem, verbi prædicationem exorditur, nisi quia primatum tenet inter Apostolos? Unde Chrysostramus (e) Petrus, inquit, agit causam omnium, primus verbum Dei prædicat, qui primus est omnium, & Prophetarum testimonium de Spiritu sancti futura missione profert, docetque eadem tunc fuisse impleta, &c. His auditis, inquit (f) Lucas, compuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrum, & ad reliquos Apostolos: Quid faciemus viri fratres? Petrus vero ad illos: Pœnitentiam, inquit, agite, & baptizetur unusquisque vestrum in nomine Jesu Christi in remissionem peccatorum vestrorum: & accipietis donum Spiritus sancti. Subdit vero: Qui ergo receperunt sermonem ejus, baptizati sunt: & appositæ sunt in die illa animæ circiter tria millia. De his agens Tertullianus (g): Primus, inquit, in Christi baptismo Petrus reseravit aditum cælestis regni.

Quod vero Lucas dicit, convertos ad fidem iustos a Petro baptizari in nomine Christi; non sic accipiendum, ut Patris, & Spiritus sancti, non æque ac Filii, nomina, qui baptizarent, expresserint: nam Justinus martyr in oratione ad Antoninum Pium Imp. Ex Apostolica, inquit, institutione in baptismo Parentis omnium & Domini Dei nomen nominatur; & paulo post: In nomine etiam Jesu Christi crucifixi sub Pontio Pilato, atque in nomine Spiritus sancti, qui per sacros Prophetas pronuntiavit res Christi omnes, abluuntur is qui illuminatur. Hæc Justinus. Cyprianus (h) sic in eadem sententiam: Jesu Christi mentionem facit Petrus, non quasi Pater ommitteretur, sed ut Patri quoque Filius adiungeretur. Ceterum ex Ecclesie antiqua traditione ratum fuisse baptismum in nomine tantum Christi collatum, scripsisse Stephanum Romanum Pontificem, idem Cyprianus in epistola

ad Jubaianum, licet ab eo dissenferit, aperte testatur. Verum enim vero ne a Petri digna commendatione longius recedamus (hæc enim de baptismo quasi per digressionem dixisse satis est) Joannes (i) Chrysostramus admirans Petri præclara & tali Præsule dignissima facta, hæc dicit: Erat Petrus os omnium, causam fidei agit pro omnibus, doctrina sua instruit omnes; ipse præcipuus fidei assertor est: præcipuus catechista habetur, & primus exiitit verbi concionator; & primus coegit Ecclesiam, eamque non ex Hierosolymitanis & circumcirca habitantibus Judæis, sed ex Parthis, Medis, Phrygiis, Libycis, Ægyptiis, Arabibus, advenis Romanis, & aliis. Et qui omnium pastor fuit a Domino institutus, ex omnibus nationibus cogere cepit oves: docuit eos fidem simul & Apostolicos mores, nempe renunciare omnibus, simul convenire in oratione, & panis a Christo edocta fractione. Hucusque Chrysostramus.

(i) Joan. Chrysostr. in Act. Apost. ho. 4. De Petri prædicatione.

Erant autem (inquit (k) Lucas l) per severantes in doctrina Apostolorum, & communicatione fractionis panis, & orationibus. Fiebat autem omni animæ timor. Quamobrem non tantum Christi fidem avide susceperunt; sed & quæ habebant, in communem omnium usum concesserunt. Omnes enim qui credebant (ad dit Lucas l) erant pariter, & habebant omnia communia. Possessiones & substantias vendebant, & dividebant illas, omnibus, prout cuique opus erat. Hæc erat (ait Chrysostramus m) Angelica respublica, nihil dicere proprium: hoc protulit primum germen nascentis Ecclesie. Petrus plantat verbo, rigat baptismo; sed qui incrementum dat, Deus est. Ac rursus (n): Petrus piscator hos superavit, quasi cum mutis piscibus certamen fuisset: nec enim aliter quam piscator mutos pisces, ita hic illos superavit; & paulo post: Ubi nunc Græciæ factus, ubi nomen Athenarum, ubi philosophorum deliramenta? ille Galilæus, ille Bethsaidæ natus, ille rusticanus, universos illos devicit. Agedum non ad nominatam patriam illius, qui hos devicit, erubescitis? quod si nomen ipsum hominis auditis (Cephas enim dictus est) multo magis obregetis faciem. Hæc ille, Christi in Petro admirabilem virtutem prædicans.

CCXXIV. (k) Act. 2.

(l) Ibidem. Prima christianitas.

(m) Chrysostr. in Act. Apost. hom.

(n) Chrysostr. hom. 5. in Act. Apost.

Ceterum verbi prædicationi adjuncta etiam fuisse miracula, testatur Lucas (o) dum ait: Multa quoque prodigia & signa per Apostolos in Hierusalem fiebant. Ad ditque post alia, sic ab Apostolis esse distributa officia per loca singula, ut quotidie in templo perseverarent, nimirum orantes, vel Dei verbum annuntiantes: in domibus vero panem frangerent, sacram videlicet Eucharistiam ministrantes, mira quadam divinitus impartita spiritus discre-

CCXXV. (o) Act. 2.

tionem, quæ domi, quæve in templo sibi essent agenda, distinguentes: ad sacra nimirum celebranda mysteria domos privatas habentes; ad verbi Dei vero prædicationem, & communem omnium prædicationem, templum adeuntes. Unde subdit Lucas (a): Petrus autem & Joannes ascendebant in templum ad horam orationis nonam. Cur autem (ait Chryostomus b) tunc ascenderunt in templum? Numquid Judaice vivebant? minime: sed utiliter hoc faciunt. Nunc vero in ad-eundo templo, ipsorum consilium quodnam fuerit, satis exprimitur, cum ad horam orationis nonam eos ascendisse, Lucas dicit. Quæ enim scripta & voce monentis consuetudine laudabili introducta essent apud Hebræos præcepta moralia, eadem non modo Apostoli non spreverunt, sed etiam in Ecclesiam transfudisse noscuntur. Unde S. Leo Papa (c) in hanc sententiam: Apostolica, inquit, institutio, dilectissimi, quæ Dominum Jesum Christum ad hoc venisse in hunc mundum noverat, ut legem non solveret, ita veteris Testamenti sacramenta distinguit, ut quadam ex eis, sicut erant condita, Evangelicæ eruditioni profutura decerneret; & quæ dudum fuerant consuetudinis Judaicæ, fierent observantia Christiana. Quamvis enim varietates hostiarum, differentia baptismatum, & omnia sabbatorum cum ipsa carnis circumcissione cessaverint; manent tamen ex ipsis voluminibus & apud nos præcepta plurima moralia.

Quod igitur spectat ad antiquum certis horis orandi ritum, ex Judæorum ritibus ab Apostolis in Ecclesiam deductum; Tertullianus (d) tradit in primis hæc verbis: Salva indifferentia semper & ubique & omni tempore orandum: tamen tres istas horas, ut insigniores in rebus humanis, quæ diem distribuunt, quæ negotia distinguunt, quæ publice resonant, ita & solemniores fuisse in orationibus divinis; quod etiam suadet Danielis argumentum ter in die orantis, utique per aliquarum horarum exceptionem, non aliarum autem, quam insigniorum exinde Apostolicarum, Tertiarum, Sextarum, Nonarum. Hinc itaque & Petrum dicam ex veteri potius usu Nonam observasse, tertio orantem supremæ orationis munere &c. Hæc enim ex Petri instituto & exemplo in Ecclesia observari confirmat. De iisdem tribus horis, aliisque superadditis, ac omnibus etiam divinis mysteriis feliciter consecratis, in Ecclesia servari solitis, Cyprianus (e) scribit his verbis: In orationibus vero celebrandis invenimus observasse tres pueros cum Daniele, tres pueros in fide fortes & in captivitate victores, horam tertiam, sextam, nonam, sacramento scilicet Trinitatis, quæ in novissimis temporibus manifestari debebat. Nam

(a) Act. 3.
(b) Chryst. hom. 3. in ast.
Quæ ex Judæis Petrus imitatus.

(c) Leo Pap. serm. 7. de Jesus. sept. mens.

CCXLVI. De horis canonicis. (d) Tert. advers. Psychic. c. 10.

(e) Cypri. de orat. Domin.

& prima hora in tertiam veniens, consummatum numerum Trinitatis ostendit. Itemque ad sextam quarta procedens, declarat alteram Trinitatem: & quando a septima nona completur per ternas horas, Trinitas perfecta numeratur. Quæ horarum spatia jam pridem spiritualiter determinantes adoratores Dei, statis & legitimis ad precem temporibus servabant: & manifestata postmodum res est, sacramenta olim fuisse, quod ante sic iusti precabantur. Nam super discipulos hora tertia descendit Spiritus sanctus, qui gratiam Dominicæ passionis implevit. Item Petrus hora sexta in tectum superius ascendens, signo pariter & voce monentis instructus est, ut omnes ad gratiam salutis admitteret, cum de emundandis Gentilibus ante dubitaret. Et Dominus hora sexta crucifixus, ad nonam peccata nostra suo sanguine abluit; & ut redimere & vivificare nos posset, tunc victoriam suam passione perfecit. Sed nobis, fratres dilectissimi, præter horas antiquitus observatas orandi, nunc & spatia & sacramenta creverunt. Nam & mane orandum est, ut resurrectio Domini matutina oratione celebretur; quod olim Spiritus sanctus designabat in Psalmis dicens: Rex meus, & Deus meus, quoniam ad te orabo Domine, mane assistam tibi, & contemplabor te. Et iterum per Prophetam loquitur Dominus: Diluculo vigilabunt ad me, dicentes: Eamus, & revertamur ad Dominum Deum nostrum. Recedente item Sole, ac die cessante, necessario rursum orandum est. Nam quia Christus Sol verus, & dies est verus: Sole a die sæculi recedente, quando oramus & petimus ut super nos lux denuo veniat, Christi precamur adventum, lucis æternæ gratiam præbiturum.

Quinque his horis canonicis duæ aliæ reperiantur superadditæ, eademque aliis divinis signatæ mysteriis, & septenario numero consecratæ, de quibus Magnus Athanasius (f) his verbis meminit: Oriens Sol videat librum in manibus tuis. Post tertiam synaxes conficies; quoniam ea hora defixum est lignum crucis. Sexta hora absolves deprecationes cum psalmis, ploratu, & supplicationibus; quoniam hac hora pependit Filius Dei in cruce. Nona hora rursum in hymnis & glorificationibus eris, cum lacrymis & confessione peccatorum tuorum Deo supplicabis; quoniam hac hora Dominus in cruce pendens reddidit spiritum; & post synaxim hora Nonæ comede panem tuum. Et post nonnulla: Si, inquit, ingrediens in templum, duodecima hora, majorem & longiorem facies synaxim cum virginibus tecum concordibus: quod si nullam habeas concordem, sola synaxim absolves, Deo præsentem & audientem. Bonum autem est lacrymas effundere

CCXLVII.

(f) Arban. de Virgin.

Septem orandi horarum.

deve coram Domino, memoremque esse duodecimæ horæ, quod in illa Dominus ad inferos descendit: inferius vero hæc addit: Media nocte excitaberis, & hymnis celebrabis Dominum Deum tuum: ea enim hora surrexit a mortuis Dominus Deus tuus, & Patrem suum hinc celebravit: atque ideo nobis injunxit, ut eadem hora hymnos Deo diceremus. Cum primum surgis, hunc versum recita: Media nocte surgebam ad consulendum tibi, super iudicis justitiæ tuæ: & precare, & incipe recitare psalmum quinquagesimum; donec absolvas. Et hæc tibi ceria sint pensæ per singulos dies, & tot psalmos dices, quot poteris, & ad quemlibet psalmum preces & genuum flexio cum lacrymis addantur pronuntiando Domino peccata tua, orandoque ut tibi remittantur. Et paulo post: Cæterum matutino tempore hunc psalmum dicit: Deus Deus meus ad te de luce vigilo, &c.

De septem item orandi horis, quatuor diurnis, & tribus nocturnis, agit sæpe Joannes (a) Chryostomus, & ante ipsum Basilius (b), qui de iisdem agit multis & frequenter: licet alicubi octavam videatur addidisse horam; tamen ipsam, quam ponit post mediam noctem ante diluculum, jungere simul consuevit Ecclesia, eademque pro una numerat horam, quam Matutinum officium nominat Hieronymus (c), qui de his etiam septem horis hæc paucis: Horam tertiam, sextam, nonam, diluculum quoque & vespertinam nemo est qui nesciat: & paulo post: Noctibus bis terque surgendum, revolvenda quæ de Scripturis memoriter retinemus. Idem alibi de tribus horis in veteri Testamento, servari (d) solitis, tertia, sexta & nona Ecclesiastica traditione receptis agit: rursumque de horis vespertinis, mediæque noctis, & matutinis meminit, scribens ad (e) Demetriam, & ad Lætam (f), & Eustochium (g). Cassianus (h) de iisdem pluribus, Isidorus (i), & alii fere innumeri quos enumerare nimis longum esset. Hæc igitur ex antiqua sanctorum virorum institutione, ac maxime Davidis dicentis, Septies in die laudem dixi tibi; per Apostolos semel in Ecclesiam translata, feliciter perseverant. Quod vero pertinet ad nocturnas preces ipsas sacras vigilias, accommodatius agemus inferius.

Hæc vero facta ad insinuandas ex instituto Ecclesiæ Catholicæ antiquas ab Apostolis acceptas traditiones. Quarum usu non ceteras tantum diei horas præcibus consecratas didicimus, sed & locum, quo ad preces Deo fundendas convenire debeant Fideles, admoniti sumus. Quantumlibet enim privatas quis orationes domi agere intra cubiculum suum (ut Dominus docuit) debeat esse sollicitus: ta-

CCXLVIII. Beati imaculati. (a) Joann. Chryst. hom. 1. ad po. Antioe. & hom. de laud. mon. & hom. 14. in 1. ep. ad Tim. & in psal. (b) Basili. in reg. in terrog. 37. (c) Hier. ad Eustoch. ep. 22. De iisdem orandi horis. (d) Hieron. in Daniel. c. 7. (e) Hier. ep. 8. (f) Idem epist. 7. (g) Idem ep. 22. (h) Cassian. col. 7. (i) Isid. de Eccl. offic. c. 19.

CCXLIX. Locus orationis.

men exemplo Apostolorum templum ad-euntes, ad publicas preces in unum, convenire debere locum, ipsam scilicet ecclesiam, admonentur Christiani: quod quidem faciendum esse, S. (k) Ignatius, qui iisdem vixit temporibus, scribens ad Magnesianos inculcat, sic dicens: Omnes ad orandum in idem loci convenite: sit una communis precatio, una mens, una spes in charitate, & fide inculcata in Christum Jesum, quo nihil est præstantius. Omnes velut unus quispiam ad templum Dei concurrite, velut ad unum altare, ad unum Jesum Christum summum sacerdotem Dei unigenitum. At de his hæcenus: jam ceptam historiam percurramus.

Quidam vir (inquit (l) Lucas) qui erat claudus ex utero matris suæ, bajulabatur: quem ponebant quotidie ad portam templi quæ dicitur Speciosa, ut peteret elemosinam ab introeuntibus in templum, &c. Claudius enim narrat historiam sanati miraculose a Petro; additque simul, quo modo ejus rei novitate percussus populi, ad eosdem ad porticum Salomonis concurrerint. Hæc quidem cum tam dilucide ab Evangelista Luca narrentur; de locis ipsis, de porta inquam Speciosa, quænam fuerit, & porticus Salomonis, ubinam sita esset, solvendæ remanent magnæ in eadem historia difficultates: quas fortasse prætermissem, nisi animadvertissem in his errasse nonnullos, dum existimant nullam prorsus Herodis temporibus reliquam fuisse porticum antiquioris templi illius a Salomone constructi, quod divina Scripturæ auctoritate constat confligisse temporibus (m) Sedechiæ: dumque etiam illam esse putarunt portam Speciosam, per quam pateret aditus ad porticum Salomonis. Cum igitur hi omnes manifeste errare noscantur: operæ pretium existimavi de ipsa porticu Salomonis ac portis templi fusius agere. Res sunt scitu dignissimæ, quæ non ad præsentis historię tantum elucidationem, sed ad alia nonnulla novi testamenti loca declaranda conducant.

Cum vero templum (ut superius dictum est) cujus est frequens mentio in novo Testamento, non illud primum a Salomone ædificatum, nec secundum tempore Zorobabel restitutum, sed tertium ab Herode scilicet excitatum, constat fuisse; nec ab aliquo antiquorum scriptorum, perinde ac a Josepho descriptum illud per singulas partes distincte, inveniatur: ab ipso in primis petenda est harum rerum cognitio. Age vero antequam de ipsius templi portis agamus, de ipsa in primis porticu Salomonis orationem instituiamus: ac primum de illa, cujus non tantum hic Lucas, & inferius (n) sed & Joannes (o) mentionem fecit. A-

(k) Ignat. ep. 6.

CCL. claudus ex utero matris suæ, bajulabatur: quem ponebant quotidie ad portam templi quæ dicitur Speciosa, ut peteret elemosinam ab introeuntibus in templum, &c.

(m) 4. Reg. ult.

CCLI.

(n) 4. Reg. ult. (o) Joann. 8. 10.

gens igitur Iosephus (a) adversus Apionem, hæc habet de quadruplicibus porticibus templi atque earum usu: Quatuor porticibus habuit in circuitu, & harum singula propriam secundum legem habere custodiam. In exteriorem itaque ingredi licentia fuit omnibus etiam alienigenis: mulieres tantummodo menstruata transire prohibebantur. In secundam vero porticum cuncti Judæi ingrediebantur, eorumque conjuges, cum essent ab omni pollutione munda. In tertiam masculi Judæorum, mundi existentes, atque purificati. In quartam autem sacerdotes stolis induti sacerdotalibus. In aditum soli Principes sacerdotum, propria stola circumamicti. Hæc Iosephus.

Quæ autem harum porticum Salomonis diceretur, idem aliis in locis non obscure declarat: ut cum agit (b) de templo ab Herode restituto, partem templi exteriorem porticu Salomonis fuisse nobilitatam tradit, & qualis esset, describit in hunc modum: Tantis fundamentis digna erant opera imposita. Duplices porticus omnes quas columna sustinebant, quinque & vicenis cubitis alta, de singulis saxi marmore candido, & laquearia cedrina protegebant: quorum naturalis magnificentia, quodque ligno rasili erant, apteque cohererebant, operæ pretium spectantibus exhibebat, nullogue aut pictoris aut sculptoris opere extrinsecus ornabatur. Late autem triginta cubitos erant: omnisque gyrus earum sex mensura stadiorum cum Antonia concludebatur. Totum autem sub dio spatium variabatur omnium quidem generum lapide stratum; qua ad secundum templum ibatur. Hæc de exteriori porticu, quæ Salomonis dicebatur Iosephus; de qua & alibi quoque his verbis: (c) Suavitati Regi ut Orientalem instrueret porticum: ea templi extima clauderat profunda walli & angustæ imminens, ac proinde subnixâ muro quadringentos alto cubitos, saxi constructo quadratis, valde candidis: eratque cuiusque saxi longitudo cubitorum viginti, sex vero altitudo, opus Salomonis Regis, qui primus integrum templum condidit. Hucusque ipse. Ex quibus etiam facile causam intelliges, cur post tot templo illatas clades, post denique ejusdem demolitionem (ut vidimus) ac restitutionem ab Herode factam adhuc porticus Salomonis remanserit etiam cum suo nomine integra: nimirum propter solidam firmiterque fundatam ac stabilitam tantæ structuræ molem, quam lapidibus inter se plumbo compactis, ferroque intrinsecus vinctis fuisse firmatam, alibi idem (d) auctor affirmat: ut non sit mirum, si post totius templi bustum temporibus Sedechiæ igne consumpti, porticus Salomonis remanserit adhuc integra.

(a) Ios. antiq. lib. 15. c. 14.

(b) Ios. antiq. lib. 15. c. 14.

(c) Ios. antiq. lib. 15. c. 14.

(d) Ios. antiq. lib. 15. c. 14.

Appellatur dicta porticus Salomonis a Iosepho interdum primum templum, aliquando prima porticus, quæ patebat etiam alienigenis. Per ejus atrium lapidibus nobiliter stratum, ad secundum (idem inquit Iosephus) templum ibatur cancellis septem saxeis ad tres cubitos altis, nimirumque grato opere factis: ubi aquis dispositis intervallis columnæ stabant, legem castimonie præmonentes, alia Græcis, alia Latinis litteris, in locum sanctum transire alienigenas non debere: Sanctum enim vocabatur alterum fanum, & quatuordecim gradibus ascendebatur a primo; & infra: Post quatuordecim autem gradus, spatium erat usque ad murum trecentis cubitis planum. Hinc rursus alii quinque gradus & scalæ ad portas ducebant; a Septentrione quidem atque Meridie octo, duæ vero ex Oriente. Paulo vero post de ornamento agens hæc ait: Portarum autem alia quidem auro & argento undique rectæ erant, itemque postes ac frontes: una autem extra templum ære Corinthio, quæ multum argento inclusus & inauratas honore superabat: & binæ fores quidem in singulis januis erant, tricenis cubitis alta, quinque denis etiam lata. Post introitum vero, ubi latiores stabant, tricenis utrimque cubitis excedat habebat, exemplo quidem turrium longas & latas, supra vero quam viginti cubitis celsas: singulas autem binæ columnæ duodecim cubitorum crassitudine sustinebant. Et aliarum quidem portarum magnitudo par fuit: quæ vero supra Corinthiam posita, quo mulieres conveniebant, ab Oriente aperiebatur, porta templi sine dubio major erat; quinquaginta enim cubitis surgens, quadraginta cubitorum fores habebat, ornatumque magnificentiore, quoniam crassiori argento & auro vestiebatur, quod quidem novem portis insuderat Tiberii pater Alexander. Hæc Iosephus de portis secundi, quod vocat, templi: ac paulo inferius agit de porta interioris templi, quod ad distinctionem prioris, quod Sanctum dixerat, Sacrosanctum appellat, dum ait: Ipsum vero templum in medio positum, hoc est, fanum Sacrosanctum, duodecim gradibus ascendebatur: & paulo post de portis: Prima vero ejus porta septuaginta cubitis alta erat, & viginti quinque lata, neque fores habebat; calum enim undique conspicuum lateque patens significabat: erantque totæ frontes inauratæ; & post aliqua, de porta interiori hæc ait: Interior vero porta tota inaurata erat, & circum eam auratus paries: desuper autem habebat auratus pampinos, unde racemi statura hominis pendebant: fores habebat auratas quinquaginta, & quinque cubitis altas, sexdecim vero latas: ad hæc auleum longitudo pari, hoc

CCLIII.

De portis Templi.

hoc est, velum Babylonium, &c. pergit agere de intima parte templi, quæ dicebatur Sancta sanctorum. Idem alibi de templi portis agens, hæc (a) ait: Januæ quidem templi altitudine cubitorum erant sexaginta, latitudine vero viginti, omnes deauratæ, & pene auro puro confectæ: hæc clauderent non minus quam viri ducenti diebus singulis, & relinquere eas apertas nefandum nimis erat. Hæc ipse. Eandem item templi portas Aristæas (b) admiratus, hæc de illis scribit: Portarum vero aspectus, & lapidum connexiones, & superliminarium mirum decus summa claritudine fulgent, utpote quæ nulla sumptuum parsimonia, ob magnificentiam cuncta abundantissime constructa fuerant. Hæc Aristæas.

His igitur de templi portis sic se habentibus; quænam ex his Speciosa porta diceretur, pervestigandum est. Constat in primis nullam de portis tertie partis templi, quod dicebatur Sacrosanctum, ad quod sacerdotes tantum accessum habebant, dictam esse Speciosam: nam per eam, auctore Luca, (c) constat non solum Petrum & Joannem, sed & claudum illum jam sanatum esse ingressos; reliquum est igitur, eam vel in porticu Salomonis, quæ (ut nuper est dictum) extima erat, vel in secunda porticu, quæ & secundum dictum templum, quod & Sanctum dicebatur, fuisse locatam. Porro de portis porticus Salomonis, licet nihil expresse a Iosepho dicatur: tamen dum agens contra Apionem (d) dicit claudi templum januis cubitorum sexaginta altitudine, & viginti latitudine; cum ea mensura nec secundæ, nec tertie templi porticibus conveniat; Primæ porticus, Salomonis dictæ, eas fuisse, affirmare necesse est. An vero ex his aliqua dicta fuerit Speciosa, ut aliqui existimarunt, res accuratius examinanda est. Existimavi aliquando, aliquam ex his quæ erant in ipsa fronte porticus Salomonis, fuisse portam illam Speciosam de qua agimus: id quidem ex eo deducens, quod fuisse olim illud in proverbium apud Hebræos (e): Cæcus & claudus non intrant in templum. Ob idque non licuisse, claudum hominem, in illud quod intratemplum erat, exponere. Verum cum de cæcis & claudis id non reperitur Moyse lege vetitum, constetque Iosephi (f) auctoritate cæcos in templum admitti, immo si essent ex genere sacerdotali, etiam inter sacerdotes residere, absque tamen amictu sacerdotali; & de claudis etiam nulla dubitatio esse videatur, eisdem intra templum admitti licuisse, ac multo magis intra atrium porticus Salomonis, quod (ut eodem auctore vidimus) etiam patebat Ethnicis: nihil est quod affirmare cogamur Speciosam portam fuisse in porticu Salomonis; præsertim cum nulla ex

CCLIV. De porta speciosa.

(a) Ios. antiq. lib. 15. c. 14.

(b) Ios. antiq. lib. 15. c. 14.

(c) 2. Reg. 5.

(d) Ios. antiq. lib. 15. c. 14.

(e) Ios. antiq. lib. 15. c. 14.

(f) Ios. antiq. lib. 15. c. 14.

Ann. Eccl. Tom. I.

illis æque celebretur, ac illæ quæ erant in secunda porticu, quam secundum templum Iosephus appellat, quarum ornatum mirificum prædicat.

Cæterum attentius, quæ ab eodem auctore scribuntur, consideranda sunt; parum enim sibi constare videri potest, dum (g) alibi (ut vidimus) fuisse templi portas decem, a Meridie quatuor, totidemque a Septentrione; ab Oriente duas affirmat; alibi (h) vero de iisdem agens, cum describit novum templum ab Herode restitutum, auctum, atque nobilitatum, manifeste tradit ternas tantum a Meridie, ex adverso totidem, & unam magnam ad Orientis partem fuisse locatam. Sed præstat ut ejsusmet verba redamus, quo certiora ac manifestiora habeantur hæc quæ dicimus: sunt ergo ejsusmodi: Post primum ambitum, interior non longo interstitio, secundus paucis gradibus scanis septem habebat lapideum, cum inscriptione quæ vetaret transgredi alienigenam, sub interminatione pæne capitis: hoc interius septem iam Austri no quam Septentrionali latere patebat januis ternis æque distantibus, ab Oriente vero una magna; per quam intrarent casti una cum uxoribus. Interiora autem sani mulieribus nefas erat ingredi. Tertium vero spatium intimum solis sacerdotibus accessibile. Hæc ibi; quæ non tantum, quod pertinet ad portarum numerum, pugnare videas cum superioribus dictis, sed & in eo quod mulieres per se sine viris intrare dixit, hic vero unam tantum ait fuisse portam ad Orientem positam, per quam castos viros una cum uxoribus intrare solitos tradit. Certe nec structuræ ratio pati posse videtur, ut in eodem frontispicio ad Orientem vergente duæ portæ fuerint inæquales constructæ; quarum altera tricenis, ut ait, cubitis alta, quinque denis lata, altera vero quinquaginta cubitis eminens esset: quam cum ejus templi portam majorem appellat, respectu cæterarum quas in eodem secundo templo positas dixit; illam ipsam esse mihi persuadeo, quam alibi idem auctor majorem appellans, locatam super eam, ab Herode seniore aquilam auream tradit (i); quam non fuisse extra templum in porticu Salomonis, efficax illa ratio persuadet, quod ibidem auctor affirmet, detraxisse e porta juvenes illos dictam aquilam auream, inspectante, ut ait, congregata in templum multitudine: adeo ut opus fuerit, tam audax facinus non foris, sed intra Salomonis porticum esse patratum. Denique quod spectat ad locum in templo fæminis tantum adscriptum; mediis parietibus a cæteris fuisse distinctum, nec unam, vel ab uno latere, sed plures ad eundem patuisse portas, idem Iosephus (k) non obscure significat, dum

CCLV. Idem cod. c. 6.

(b) Ios. antiq. lib. 15. c. 14. Ex Iosepho dubitatio.

(i) Ios. antiq. lib. 17. c. 8.

(k) Ios. antiq. lib. 15. c. 14.

C c 2 hæc

hæc ait : Necessario namque proprius locus religionis causa mulieribus destinatus muro discernebatur. Altera quoque porta opus esse videbatur : contra primam vero secreta erat ab aliis regionibus una porta Meridiana, & una Septentrionalis, quibus ad mulieres introibatur : per alias enim ad mulieres transire non licebat, sed nec suam portam interiecto muro transgredi licebat; patebat enim locus ille pariter indigenis atque hospitibus feminis religionis causa venientibus. Hæc ille.

CCLVI.

Ut autem quæ idem auctor inter se diversa ac plane contraria diversis in locis narrat aliqua ratione conciliari mutuo possint : accuratius considerandum est, quod adversus Apionem (a) agens; cum secundam porticam tribuat feminis mundis, tertiam vero masculis purificatis; in eodem secundo quod dicit templo, duplicem fuisse porticum, feminis alteram, alteram masculis destinamam, significare videtur : cum alias (ut vidimus) in eodem secundo templo, licet inter se separatos, viros, ac mulieres pariter agere consuevisse testetur; sicque priorem ejusdem loci porticum tributam esse feminis, posteriore denique viris æque mundis esse concessam: qua tantum ratione dici posse videtur, duas portas ejusdem templi ad Orientem vergentes esse positas, non in eodem frontispicio, sed alteram ipsarum in prima ejusdem loci porticu, alteram vero in secunda, prioremque ad aliam fuisse perviam; & quod major cæteris esset, viris ac feminis, ut ait, fuisse communem; ingressas vero hanc illas, per alias portas sua ingredi septa muro distincta, viros vero interiorem ejus loci adire porticum: & hoc ipsum esse, quod ait (b), Orientalem magnam portam castos simul intrare una cum uxoriibus, interiora autem fani mulieribus nefas ingredi: hacque item ratione effici potuisse, quod ait, fuisse ejusdem secundi templi decem portas, quarum tres primæ porticui ubi mulieres agerent, infervirent: Majoremque dictam postam fuisse ad Orientem, per quam tum ipsæ, tum viri æque transirent: duas reliquas, ut ait, alteram a Meridie, alteram a Septentrione privato illarum usui destinatas. Rursum vero in interiori porticu septem fuisse portas, sex a lateribus, ternas hinc inde positas; & unam quæ spectaret ad Orientem, quæ primæ ac majori portæ e regione posita esset: hancque fuisse illam Corinthiam, super quam Josephus Majorem portam locatam fuisse testatur; quam sic extra templum positam dicit, quod scilicet non esset in primæ illius templi porticu frontispicio, sed extra illud, nimirum in secunda porticu posita: nulla etenim ratio patitur, ut in prima esset

(a) Joseph. advers. Apion. lib. 2.

Loca Josephi elucidantur.

(b) Joseph. antiq. lib. 25. c. 14.

porticu, quæ minor altitudine & latitudine haberetur. Hæc de portis templi quod Sanctum dicebatur, quo tum viri tum femine purificati omnes convenire consueverant. De portis vero interioris templi, quod sacerdotes tantum adibant, nihil ad præsentem rerum tractationem.

CCLVII.

His visis, quænam dictarum omnium fuerit illa templi porta, quam Lucas Speciosam appellat, jam reliquum est ut dicamus. Cum enim cæterarum portarum duæ in primis omnium pulcherrimæ haberentur, Major illa, atque Corinthia: illa, quidem, quod (ut idem Josephus c) testatur crassiori argento & auro vestiretur; ista vero, quod ære Corinthio fabricata, multum (ut idem ait) argento inclusas & auratas honore superaret: Quænam harum dicta fuerit Speciosa: in eam libentius adducor sententiam, ut Corinthia illa, quæ pulchritudine cæteras antecelluit, appellata fuerit Speciosa: cum præsertim illi primæ suum videretur inditum esse nomen: nam porta Major nominata ab omnibus erat; cum ergo non ad portam Majorem, sed ad Speciosam claudum illum Lucas excubasse testetur; non de alia, quam de Corinthia cæteris pulchriore, intelligi posse videtur.

(c) Joseph. de bello Jud. lib. 6. c. 6.

Speciosa porta.

CCLVIII.

Claudus ille igitur ibi agens, cum a Petro & Joanne eleemosynam peteret; Petrus se nec aurum nec argentum, quod daret, habere excusans, apprehensa (d) manu ejus dextera, allevavit eum; & protinus, inquit Lucas, consolidata sunt bases ejus, & planta. Et exiliens stetit, & ambulabat, & intravit cum illis in templum ambulans, & exiliens, & laudans Deum. Et vidit omnis populus eum ambulantem, & laudantem Deum. Cognoscebant autem illum, quod ipse erat qui ad eleemosynam sedebat ad Speciosam portam templi: & impleti sunt stupore, & extasi in eo quod contigerat illi. Hæc Lucas. Negat se argentum & aurum habere quod tribuat. Cum enim rerum pretia deferrentur ad pedes Apostolorum: sicut a Christo unus ex omnibus delectus erat, qui oculos habens, quæ essent necessaria ad victum curaret; id ipsum factum ante electionem diaconorum ab Apostolis, par est credere. Non enim ob eam causam, quod Dominus dixisset (e): Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris; prohibiti erant Apostoli eadem secum ferre. Non igitur usuram rerum, sed pravum affectum, & temporalium rerum sollicitudinem a Christo esse interdictam, monstrant Augustinus (f), Hieronymus (g) & alii. Cæterum quod spectat ad Petrum, adeo pauperem sibi vivendi genus præscripsit, ut (quod ait Gregorius Nazianzenus in oratione de amore pauperum) lupinis famem urgentem expelleret. Sic

(d) Act. 3. Claudum a Nativitate Petrus sanatur.

(e) Mat. 10.

(f) Aug. de conf. Evang. lib. 2. cap. 3. (g) Hier. contra Pelag. 1. 2. & ad Hedib. ep. 150. q. 1. in fin.

igitur carens auro, abundans gratia, claudus restituit incolunitatem.

CCLIX.

Non impar sane miraculum claudi a nativitate a Petro sanitati restituti, est illi, quo Dominus cæco homini nato lucem reddidit: unde merito ab Evangelista accurate esse descriptum, intelligendum est. Quantumlibet enim prodigia ac signa ab Apostolis antehac facta esse testetur (a); tamen ab eo quod tam insigniter est editum ab Apostolorum Principe, cæteris prætermittis, narrationem instituit: ut tum rei gestæ, tum etiam personæ quæ gessit illam, innotesceret claritudo. Rursum vero quale mysterium contineretur eo miraculo, S. Ambrosius (b), & egregie quidem, paucis enarrat, sic dicens: Primum ergo signum mirabilium suorum Petrus fecit, claudus pedum restituendo vestigia. Diximus frequenter ipsum Petrum a Domino nuncupatum, sicut ait: Tu es Petrus & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam. Si ergo Petrus petra est, super quam edificatur Ecclesia; recte prius pedes sanat: ut sicut in Ecclesia fidei fundamentum continet, ita & in homine membrorum fundamenta confirmet. Recte, inquam, primum in Christiano pedes curat, ut jam non trepidus nec imbecillis possit supra petram Ecclesiam, sed robustus & fortis incedere. Hæc ipse. Jam vero (ut quid peractum sit, videamus) magna turba ob rei novitatem undique confluenta, cum ingressi templum fuissent Petrus & Joannes, redeuntes ad porticum Salomonis, illic populi frequentis corona vallabantur. Tunc Petrus, ea Christum annuntiandi arrepta digna occasione; haud propria, quin potius Christi virtute factum esse miraculum, est concionatus ad populum. Supervenientes (c) vero interea sacerdotes, & magistratus templi cum Sadducæis, & ægre ferentes tam Petrum quam Joannem docere populum, & ex mortuis resurrectionem prædicare, injecerunt in eos manus, inque carcerem detruserunt in crastinum; erat enim jam vespera: cum interim eorum qui Petri prædicationem audierant, numero quinque millia ad Christi fidem conversa essent. Sed hæc pluribus Lucas.

(a) Act. 2. Mysterium ex miraculo.

(b) Ambrosius in nat. Apost.

(c) Act. 4.

CCLX.

Sequenti vero die, (quod esset causa gravissima, quæ ad Synedrin, illud scilicet magnum Concilium septuaginta duorum seniorum, spectaret) habentur comitia, conveniuntque Principes sacerdotum & seniores, & Scribæ: nimirum (ut inquit Lucas d) Annas Princeps sacerdotum, & Caiphas, & Joannes, & Alexander, & quotquot erant de genere sacerdotali. Non sic quidem (ut aliqui putant) Annas hic nominatur Princeps sacerdotum, quod Caiphas, qui ante duos menses tempore mortis Christi, testimo-

(d) Act. 4.

nio Evangelistarum, summus Pontifex fuisse dicitur, ea functione privatus, reductus in ordinem fuerit, & loco ipsius Annas suffectus, dum non tantum sacerdotum Princeps, sed & primus omnium nominatur: sed quod dicto seniorum Concilio præset, eo nomine appellatur; & ea ratione, qua Christus ad eundem primum est ductus, eadem hic primo loco recensetur. At cum de his superius actum sit, eadem hic repetere, supervacaneum ducimus. Joannes vero, qui a Luca tertio loco ponitur, fuit Annæ Principis sacerdotum filius, qui in administratione rerum Judaicarum pollebat, cujus Josephus (e) meminit. Alexandrum vero qui quartus ordine numeratur, haud alium puto ab illo qui sicut ditissimus omnium Judæorum, ita etiam maxime pius erga Deum habebatur, ut idem Josephus (f) auctor est. Hic Alexander Lyfimachus, Alabarcha est cognomento dictus, quod illum magistratum Alexandria gessit (g), hic idem a Caio Imp. postea est conjectus in vincula, demum a Claudio ejus in Imperio successore solutus atque honorifice habitus. Hujus pater Tiberius appellatus (ut nuper vidimus) portas templi argento & auro sumptuosissime exornavit. Habuit Alexander filium, qui nomine avi Tiberius (h) nominatus, defertor paternæ religionis effectus, temporibus belli Judaici Romanis adversus Judæos adherens, ob insignem adversus eos navatam operam exercitui præfici meruit.

Annas comput concilii.

(e) Joseph. de bello Jud. lib. 2. c. 25.

(f) Joseph. antiq. lib. 20. c. 3. (g) Joseph. antiq. lib. 19. c. 4.

(h) Joseph. antiq. lib. 20. c. 3. & de bello Jud. lib. 6. cap. 1. in fin.

CCLXI.

Concilio igitur Judæorum magno Concilio, sistuntur judicio (i) Petrus & Joannes, jubenturque causam dicere, ac præsertim qua virtute vel nomine tantum miraculum edidissent, exhibito & illo, qui ante claudus a Petro curatus fuerat. Tunc Petrus libera voce, repletus Spiritu sancto (inquit Lucas) ita exorsus est: Principes populi, & seniores audite. Si nos hodie dijudicamur in beneficio hominis infirmi, in quo iste salvus factus est, notum sit omnibus vobis, & omni plebi Israel, quia in nomine Domini nostri Jesu Christi Nazareni, quem vos crucifixis, quem Deus suscitavit a mortuis, in hoc iste adstat coram vobis sanus. Hic est lapis, qui reprobatum est a vobis edificantiibus, qui factus est in caput anguli: & non est in alio aliquo salus. Nec enim aliud nomen est sub calo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri. Hactenus Petrus. Subdit Lucas hæc de iis, qui in eo erant Concilio congregati: Videntes autem Petri constantiam, & Joannis, comperto quod homines essent sine litteris & idiotæ, admirabantur, & cognoscebant eos quoniam cum Jesu fuerant; hominem quoque videntes stantem cum eis, qui curatus fuerat, nihil poterant contra-

(i) Act. 4. Concilio Judæorum sistuntur Petrus & Joannes.

tradidere. Jusserunt autem eos foras extra Concilium secedere: & conferebant ad invicem, dicentes: Quid faciemus hominibus istis? quoniam quidem notum signum factum est per eos omnibus habitantibus Hierusalem: manifestum est, & non possumus negare. Sed ne amplius divulgetur in populum, comminemur eis, ne ultra loquamur in nomine hoc ulli hominum. Et vocantes eos, denuntiaverunt ne omnino loquerentur, neque docerent in nomine Jesu. Petrus vero & Joannes respondentes, dixerunt ad eos: Si justum est in conspectu Dei vos potius audire quam Deum, judicate. Non enim possumus, quæ vidimus & audivimus, non loqui. At illi comminantes dimiserunt eos, non inveniētes quomodo punirent eos propter populum, quia omnes clarificabant id, quod factum fuerat in eo quod acciderat. Hucusque Lucas de rebus gestis in Concilio seniorum.

CCLXII.
(*) *Act. 4.*

Revertente (a) vero Petro una cum Joanne ad suos; cum ambo, quæ coram senioribus essent facta, narrassent; & univēsa quæ tum congregata in unum erat multitudo Deum laudasset, oransque petiisset ut Evangelii prædicatio magis magisque signis atque prodigiis illustraretur: factus est terræmotus, omnesque Spiritu sancto desuper veniente repleti sunt: eratque omnium sicut una voluntas idemque animus, ita temporalium bonorum usus communis: Quotquot enim (inquit Lucas) possessores agrorum, aut domorum erant, vendentes afferebant pretia eorum quæ vendebant, & ponebant ante pedes Apostolorum: & inter alios Barnabas Cyprius genere, agrum quem habebat vendens, attulit & ipse ejus pretium, ut cæteri, ad pedes Apostolorum.

De Barnaba.

Quod Barnabas præ cæteris, qui id ipsum præstiterunt, nominetur ab Evangelista, id in causa fuisse putatur, quod ipse ditissimus cum esset, non agellum quempiam, sed latifundium Christi causa vendiderit; hæc qui ejus res gestas scriptis mandavit Alexander (b) testatur: addens, eundem origine Cyprium, Hierosolymis habitasse, atque a Gamaliele una cum Stephanano ac Saulo sacris litteris imbutum fuisse; ad Christum demum venisse una cum ejus consobriano Joanne Mariæ filio, apud quem (ut vidimus) Christi nova Ecclesia coalescere cœpit. Sane Eusebius (c) & Epiphanius (d) inter antiquos Christi discipulos ipsum adnumerant: nec est quod de hoc aliqui dubitent ob eam causam, quod nondum Barnabas usque ad hanc diem omnia sua dimisisset, cum illa a Domino lex discipulis præscripta esset: Si quis non renuntiaverit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Nam & Joseph ab Arimathia nobilis Decurio, & ipse dives, erat disci-

(b) *Apud Metap. die 11. Maji.*

(c) *Euseb. lib. 2. cap. 1.*
(d) *Epiph. lib. 1. cap. 21.*

pulus Jesu, ut Matthæus (e) atque Joannes (f) testantur, animi enim affectu id implendum erat.

Quod vero tam Barnabas, quam & alii ad pedes Apostolorum rerum pretia posuisse dicantur: considerans hæc Joannes (g) Chrysoctomus: Magnus, inquit, honor: quandoquidem non in manus, sed ad pedes Apostolorum ponebant; & alibi iterum (h): Ponebant ad pedes Apostolorum: non ad manus ipsorum ponebant, sed ad pedes, declarando fidem, & pietatem, & reverentiam, quam habebant Apostolis; & quod majoris ducebant quod ab eis reciperentur, quam quod ab eis darentur dona. Hæc & alia plura in eadem sententiam differit. Accedere ad sanctorum virosum pedes venerationis: ergo, antiquus fuit Christianorum usus: unde illa dici vel scribi solita summissi animi obtestatio; Per vestigia vestra. Equidem idem qui supra Joannes Chrysoctomus, adiri monachos, ad eorumque provolvi vestigia suadet, cum ait (i): Ad eos abi, hospitare, accede, sanctos tangere pedes; multo namque honestius est illorum pedes tangere, quam aliorum caput. Dic enim mihi: Si quidam statuarum pedes apprehendunt, quoniam regiam tantum habent figuram: tu ipsum in se habentem Christum non pedibus tenebis, & salvus eris? Sancti sunt pedes, licet viles sint; inquinatum vero neque caput venerandum est. Sanctorum namque pedes magna potuerunt; quamobrem & ulciscuntur, cum pedibus pulverem excusserint. Hæc Chrysoctomus: Plura hic essent adducenda exempla, quæ in alium locum differimus magis accommodatum.

Post hæc vero S. Lucas (k) Ananiæ & Saphiræ ejus uxoris pavendum recenset interitum. Vendiderant agrum; cuius pretii, quod delaturi erant ad pedes Apostolorum dolosa calliditate mentientes, partem fraudarunt. Inquirunt quidem de crimine Petrus, detegit fraudem, sed Deus pœnam infligit. Videas ex his Petrum, sicut in cæteris, ita etiam in judiciaria potestate præferre primatum: primus quippe omnium ac solus inter cæteros de perpetrato peccato reos interrogat; quos convictos, mox a Deo dira pœna immissa consequitur. Hæc quidem tanta non casu sunt facta, sed ut experimento omni Ecclesiæ innotesceret, illum quem Petrus criminis arguit, Deum ejus iudicio annuentem, mox experturum ultorem. At Porphyrius, impius ac dolosus nugigerulus, eo demeritæ venit, ut hæc legens non erubuerit Petrum nimis levitatis arguere, quasi ipse in eos pœnam mortis infligeret. Sed S. Hieronymus (l) in primis quodnam fuerit illorum peccatum, ut tantam Dei iram mererentur, insinuans, demum Porphyrio garrienti respondet, sic dicens: Ananias & Saphiræ

(e) *Matth. 27.*
(f) *Joan. 19.*

CCLXIII.
(g) *Crysoct. in Act. bon. 11.*

(h) *Hom. 27. in ep. ad Corin.*

(i) *Chrysoct. ad pop. Antioch. bom. 59.*

CCLXIV.
(k) *Act. 5. De Ananias & Saphiræ interitu.*

(l) *Hier. ad De. met. epist. 8.*

dispensatores timidi, immo corde duplici, & ideo condemnati: quia post votum obtulerunt quasi sua, & non ejus cui semel ea voverant, partemque sibi jam alienæ substantia reservaverunt, metuentes famem, quam vera fides non timet; præsertim meruere vindictam, non crudelitatem sententiæ, sed correctionis exemplo. Denique & Apostolus Petrus nequaquam imprecatur eis mortem, ut stultus Porphyrius calumniatur, sed Dei iudicium prophætico spiritu annunciat, ut pœna duorum hominum sit doctrina multorum. Hæc Hieronymus. Origenes (a) quoque non putat adscribendum esse Petro interitum Ananiæ, ut ex ejus verbis paulo inferius demonstrabimus. Maximus (b) etiam hanc ipsos commeruisse iram ait, quia quod Deo promiserant, non reddiderunt: eadem Athanasius (c) tradit de voto, item & Gregorius (d), & alii. Porro non solum, quod quæ Deo voverant non præstiterint, eam meruerunt experiri a Deo sententiam, sed & quod (ut ingerit Petrus) mentiri sint Spiritui sancto. Nihil sane in Ecclesia, quæ est columna & firmamentum veritatis, tam infantum atque alienum inveniri potest, quam simulatio, cui (e) si semel tribuatur assensus, omnis Ecclesiastica disciplina turbabitur: meritoque tam in hos, quam etiam in Simonem Magum, qui dolose in fide agebat, Petrus disciplina vigorem exercuit.

(a) *Orig. tract. 8. in Matth.*
(b) *Apud Amb. Ser. 9. & apud Aug. de ver. Apost. ser. 25.*
(c) *Athanas. ser. de Pass. & Cruce.*
(d) *Greg. reg. lib. 1. Jud. 9. epist. 33.*
(e) *Di. finit. 27. cap. Nam fi.*

CCLXV.
Pœna ad salutem.

Cæterum hanc pœnam non ad supplicium sempiternum, sed ad expiationem peccati, ut sic salvi esse possent in futuro sæculo, a Domino esse illatam, Origenes existimavit, dum ait: Digni enim erant in hoc sæculo recipere peccatum suum, ut mundiores exeat ab hac vita, mundari castigatione sibi illata per mortem communem; quoniam credentes erant in Christum. Puto autem, quoniam audiens Ananias hæc verba, ideo cadens expiravit, quod non sustinuit reprehensionem Petri, sed cruciatus in se adeo est punitus ut etiam expiraret, verbis videlicet Petri catechizantibus animam ejus. Nec Petrum hic debemus existimare interfecisse Ananiam: sed illum non sustinuisse acrimoniam verborum Petri dicentis ad se: Ut quid replevit satanas cor tuum? Id ipsum Augustinus (f) agens contra Parmenianum sentire videtur, dum de Paulo sic ait: Quid ergo agebat Apostolus, nisi ut per interitum carnis, saluti spirituali consuleret? ut sive aliqua pœna vel morte corporali, sicut Ananias & uxor ejus ante pedes Apostoli Petri ceciderunt: sive per penitentiam, quoniam satana traditus erat, interimeret in se sceleratam carnis concupiscentiam. Hæc Augustinus. Cassianus (g) etiam hæc in eam sententiam: Invenimus sane etiam pro levioribus culpis nonnullos eamdem mortis ad-

(f) *Aug. contra Parm. lib. 3. cap. 1.*

(g) *Cassian. col. 6. c. 11.*

præfens excepisse sententiam; qua sunt & illi puniti, quos prædiximus extitisse sacrilega prævaricationis auctores: ut factum est in illo qui sabbato ligna collegerat, vel in Anania & Saphira, qui parum quid de substantia sua clam, infidelitatis errore, servaverant: non quod equalia fuerint pondera peccatorum, sed quia novæ transgressionis præsumptores reperi, debuerunt præbere cæteris, quemadmodum peccati, ita etiam pœnæ ac terroris exemplum: ut quisquis ea deinceps affectare tentasset, nosset sibi secundam eam formam qua illi damnati sunt, etiam si in præsentis supplicium differatur, in futuri iudicii examinatione reddendum. Hæc ille. His denique veluti corollarium addimus, quod Isidorus Pelusiota (h) ad Orionem monachum in hæc verba rescripsit: Non crudelitatis atque amentie fuit, vir studiosissime, quod sapientissimus Petrus eos qui peccaverant, morte affecit; verum præscientis doctrine multa hominum peccata præsanantis. Nam cum tunc Evangelii sementem facere inceperant, ac strum enata zizaniam conspexissent: sapienti consilio ea confestim evulserunt, ne una cum tritico aucta, futuro igni ad excisionem servarentur. Ad eundem enim modum divinus quoque Moyses, legem ab initio statim violatam perspiciens, etsi ob exiguum peccatum, sacris tamen cum obrui iussit, qui die sabbati ligna collegerat: Deum videlicet hanc sententiam tulisse scribens. Hucusque Isidorus: ac de his satis.

(h) *Isidor. lib. 1. epist. 181.*

Nunc vero quod ad dictam frequenter superius in communem usum bonorum collationem pertinet: non ejusmodi fuit, ut quicumque Christianus esse vellet, non aliter id consequi posset, nisi substantia rerum suarum prius vendita, Christo nomen dedisset; vel quod factus Christianus id ipsum præstare compelleretur, sic ut eadem vivendi norma cæteris omnibus, qui credituri essent, Christianis præscriberetur. Nam de Paulo (i) Apostolo constat, Corinthios per epistolam monuisse, sic eos indigentibus elemosynas impartiri debere, ne esset nimis profusa largitio: Non enim (ait) ut aliis sit remissio, vobis autem tribulatio, sed ex abundantia illorum inopiam suppleat. Sed hæc facta sunt ipso exordio nascentis Ecclesiæ, privato quodam Spiritus sancti impulsu, & quidem multis ex causis, atque in primis ut exultioris vitæ quoddam posteris imitandum formaretur exemplum. Inde enim quotquot religiosiorem vivendi normam sunt amplectati, & ad eamdem vivendi rationem cæteros perfectioris vitæ cupidos instituendos susceperunt, formam sumpsisse noscuntur. Unde S. Augustinus (k) suos alloquens clericos, ait: Quomodo

CCLXVI.
De renuntiatione.

(i) *2. Cor. 8.*

(k) *Aug. ser. 50. de diversis.*

modo autem vivere velimus, quomodo Deo propitio jam vivamus; quamvis de Scriptura sancta multa noveritis, tamen ad commemorandos vos, ipsa de libro Actuum Apostolorum lectio recitabitur; ut videatis ubi descripta sit forma, quam desideramus implere. Legit Lazarus diaconus, quæ in Actis Apostolorum scripta sunt capite quarto, & inter alia, verba illa: Multitudinis autem credentium erat cor unum, & anima una: nec quisquam eorum, quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat; sed erant illis omnia communia. Et quod paulo inferius habetur: Quotquot enim possessores agrorum, aut domorum erant, vendentes afferebant pretia eorum quæ vendebant, & ponebant ante pedes Apostolorum: dividebatur autem singulis, prout cuique opus erat. Quibus lectis, Augustinus eadem & ipse repetit; deque his ad suos præclaram habuit orationem. Eadem Basilius (f), ac denique omnes qui monachis selectas vivendi regulas præscripserunt.

(a) Basilius de reg. monach. eb.

CCLXVII. Adversus novatores.

Quid ad hæc impii, qui in Christianismo sectantes Epicurismum, his licet Apostolorum doctrina & exemplo firmatis ac stabilitis, adhuc tamen perfrecta fronte procacique animo non verentur in sanctas regulariter viventium institutiones obloqui atque furere? Sed de his alias uberius atque opportunius. Cæterum præter illa quæ dicta sunt, afferuntur insuper de distractione rerum temporalium in usum pauperum aliæ divini consilii rationes. Excitanda enim erat in Fideles vehemens persecutio, quæ non bona tantum, quæ haberent, auferret, sed & in ipsorum personas faveret. Sic igitur ut prima Ecclesiæ fundamenta nullo persecutionis impetu quaterentur, sed solida firmitate subsisterent, optime divina providentia disponente, consultum est, ut ejusmodi periculum Fideles rerum temporalium lucrofa jactura redimerent. Testis enim est Paulus, (g) divitiarum cupidus tentationibus facile superari, & laqueis diaboli irretiri. Narratis jam his quæ in Ananiam & Saphiram sunt divinitus acta, hæc subdit Lucas (b):

(b) 1. Tim. 6.

(c) Act. 5.

CCLXVIII.

Docent in templo Apostoli.

Per manus autem Apostolorum fiebant signa & prodigia multa in plebe. Et erant unanimiter omnes in porticu Salomonis. Locum illum licet fuisse constet extra templum, ut etiam pateret Gentilibus, tamen etiam frequentius templum appellatum esse ab Evangelistis invenies, quod eo ambitu universa templi constructio clauderetur. Exemplo igitur Domini Redemptoris, qui cum Hierosolymis esset docebat in templo, Apostoli etiam illic doctrinæ cathedram erexerunt: ad quam aludit Tertullianus (d), dum ait: Quid ergo Athenis, & Hierosolymis? quid Academia, & Ecclesiæ? quid hæreticis,

(d) Tertul. lib. de præscript.

& Christianis? Nostra institutio de porticu Salomonis est, qui & ipse tradiderat Dominum in simplicitate cordis esse querendum. Hæc Tertullianus. Addit Lucas: Cæterorum autem nemo audebat se conjungere illis: sed magnificabat eos populus. Magis autem augebatur creditum in Domino multitudo virorum, ac mulierum, ita ut in plateis ejicerent infirmos, & ponerent in lectulis ac grabatis, ut veniente Petro, saltem umbra illius obumbraret quemquam illorum, & liberarentur ab infirmitatibus suis. Concurrebat autem & multitudo vicinarum civitatum Hierusalem, afferentes agros, & vexatos a spiritibus immundis, qui curabantur omnes.

Cum vero non Petrus tantum, sed & cæteri Apostoli Hierosolymis essent: quidnam est, quod oculi omnium convertuntur in Petrum? quid ista in plateis agrorantium exhibitio, ut veniente Petro, umbra saltem illius obumbraret quemquam illorum, & liberarentur omnes non ab uno vel altero, sed ab omnibus, quibus tenerentur, morbis? Certe quidem non per Petrum tantum, sed per cæteros etiam Apostolos fieri solita signa & prodigia, idem (ut nuper vidimus) qui hæc scribit, testatur Lucas. Verum sicut inter omnes Apostolos Petrus a Christo primatus in omnes est auctus, ita etiam præclariora quadam & insigniora ab eo miracula edi concessit. Hinc solius Petri fuisse curare languentes umbra corporis transeuntis, satis Evangelista declarat. Nam si id cæterorum Apostolorum umbra præstitisset; quid tanta compressio in exponendis infirmis, quos Petri transeuntis umbra curaret? Unde Arator diaconus, qui heroico carmine eadem cecinit Acta Apostolorum, dum de his agit, hæc egregie:

Excute Petre gradus: tecum medicina salutis. Ambulat: adde viam: pes is est ad gaudia velox, In pedibus non esse moram: tua semita vita est. Si properas, jam nemo jacet: tu motibus umbra Corpora cuncta levas, atque hoc simul inscia voci Sumit turba tacens: quod cum rogat accipit unus. Querite, quos agit tantæ reverentia facti, Quid typicum res ista ferat: librisque volutis. Noscite quod soli concessa est gloria. Petro: Quæve sub hac specie lateant documenta videte, &c.

CCLXIX. Petri in miraculis prærogativa.

Quod

Quod etiam hic in umbra per Petrum agitur (nam in imagine pertransit homo) in cælo veritate præfari, idem pluribus verbis docet.

CCLXX. Sacrarum imaginum cultus in umbra Petri. (a) Clem. Alex. ad ver. Genes.

Quid insuper umbra Petri, nisi imago expressa corporis Petri? certe quidem non aliunde, quam ex ejusmodi imaginibus umbra formatis, picturam dixisse originem ferunt (a), ut ex his videas imaginum pium cultum in umbra Petri a Deo primitus in primori illa Ecclesia tot tantisque miraculis esse divinitus consecratum. Rursus vero nec illud prætermittimus (ex quo in rebus gestis mysteria latere noscuntur) quod cum eadem Deus virtutem umbræ Petri indiderit, quam & corpori Petri; illud certe typice expressum esse videtur, tantam a Deo Principi Apostolorum gratiarum copiam esse collatam, ut eadem dona Petri personæ concessa, sic in umbram transfunderent, ut eadem in successoribus, qui referunt personam Petri, feliciter propagari voluerit: nimirum ut quamvis non omnes æque sancti ac Petrus, sed ex ipsis aliqui moribus essent futuri dissimiles, tamen quia ejusdem gererent personam Petri, eandem etiam retinuerint a Deo illi traditam potestatem: scirentque omnes respectu Petri in honore habendos esse, qui umbram saltem Petri hac ex parte referrent.

CCLXXI. Apostoli conjuncti in carcere. (b) Act. 5.

Tantam Christi gloriam in Petro ac cæteris Apostolis divinitus illustratam invidentes Principes sacerdotum, furore quodam exagitati, injicientes in illos manus, in carcerem detulerunt. At Angelus Domini (inquit Lucas b) per noctem aperiens januas carceris, eduxit illos, justitque intrepide Evangelium prædicare: qui diluculo templum ingressi, coeperunt confluentem docere populum. Cum interim coacto Concilio seniores, ipsos qui adhuc in carcere detineri putarentur, Apostolos adduci jussissent: quæsi sunt in carcere, nec inventi licet clausum esset ostium: sed in templo eos prædicare Evangelium, nuntiatum est. Tunc qui sunt missi magistratus, ac ministri, absque aliqua sistant eos seniorum Concilio: cumque arguerentur spreti mandati, Petrus pro ceteris ex more ad facti excusationem magna animi libertate hæc in primis effatus ait: Obedire oportet Deo magis, quam hominibus. Aliisque verbis tum Christi gloriam, tum ipsorum in illum admittita exaggerans, peroravit.

CCLXXII.

Cum illi interim de inferenda illis nece inrent consilium: surgens Gamaliel legis peritus, jubens primum Apostolos foras ad modicum spatium temporis duci, in hæc verba sententiam dixit: Viri Israelitæ attendite vobis super hominibus istis quid acturi sitis. Ante hos enim dies extitit Theodas, dicens se esse aliquem sui consensu numerus virorum circiter Ann. Eccl. Tom. I.

quadringentorum: qui occisus est: & omnes, qui credebant ei, dissipati sunt, & redacti ad nihilum. Post hunc extitit Judas Galilæus in diebus professionis, & avertit populum post se, & ipse periit: & omnes, quotquot consenserunt ei, dispersi sunt. Et nunc itaque dico vobis, discedite ab hominibus istis, & fruite illos: quoniam si ex hominibus consilium hoc, aut opus, dissolvatur: si vero ex Deo est, non poteritis dissolvere illud, ne forte & Deo repugnare inveniamini. Consenserunt autem illi. Et convocantes Apostolos, cæsis denuntiaverunt ne omnino loquerentur in nomine Jesu, & dimiserunt eos. Et illi quidem ibant gaudentes a conspectu Concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Jesu contumeliam pati. Omni autem die non cessabant in templo, & circa domos docentes, & Evangelizantes Christum Jesum. Hæc Lucas. Ex quibus Josephus (ut dictum est superius) erratur: deprehenditur, dum Theodas res gestas ad tempora (c) Cuspii Fadi Judææ procuratoris refert, quem, ejusdem te- rificatione, anno quarto Claudii Imp. in provinciam missum constat, post annos undecim ab hoc tempore.

De Gamalielis consilio.

Error Josephi re- Josephus dargui- tur. (c) Jos. antiq. lib. 20. c. 2.

Cæterum non Gamalielis tantum auctoritate id affirmantis, & Lucæ hæc etiam describentis, sed & Domini testimonio, extitisse Theodam ante Christi passionem, Patres omnes consentiunt: locum enim illum Joannis interpretantes quo Dominus dicit (d): Omnes quotquot venerunt, fures sunt & latrones; de Theoda & Juda Galilæo intellexisse, pari consensione confirmant. Certe quidem nequaquam ad antiquiora tempora Dominum hæc dicentem respectum habuisse, facile potest intelligi, ne fugillasse cum pseudopropheta etiam probatos ac a Deo missos Prophetas calumniose ab aliquo dici posset: sed ad propinquiora tempora potius respexisse, & ut de rebus jam omnibus notis quæ explicatione non indigerent, ea locutum esse: nam de antiquioribus pseudopropheta nulla jam memoria erat, recens vero recordatio de his quos tum præfens sæculum infelici germinè propagavit: nam non modo Judas, ejusque successores, atque Theodas, sed & Herodes major, quippe qui ab Herodianis Christum haberetur, notari potuit. Sic igitur Joannes Chryostomus (e), Cyrillus (f) Alexandrinus, Isidorus (g) Pelusiota, & alii omnes hos secuti, Dominum de Theoda intellexisse, jure existimarunt. Porro Theoda facinus in hunc modum contigisse, Josephus describit (b): non piget enim rem superius alia occasione narratam, iterum rei argumento exigente, hic repetere:

(d) Joani. 10.

(e) Chryst. in Joan. hom. 59.

(f) Cyril. in Joann. lib. 3. epist. 119.

(g) Isid. lib. 3. epist. 119.

Apud Judæam, inquit, præstigiator quidam, nomine Theodas, persuasit magna De Theoda & Juda Galilæo.

D d

vulgi multitudini, ut assumptis suis facultatibus sequeretur se ad Jordanem fluvium: Prophetam enim se iactabat, pollicens scissuram se verbo Jordanem fluvium, ac facilem praebiturum transitum: raliq̄ue promissione permultos seduxit: At Fadus effecit ut nihil lucri facerent ex sua insipientia, missis in eos equitum turmis: qui ex improvise irruentes, ex his multos interemerunt, multos vivos ceperunt, & in his ipsum Theodam, cujus caput abscissum reportavit Hierosolymam. Haec de eo Josephus. At ex verbis Lucae Evangelistae majori inde oritur difficultas, quod de Theoda exemplum adducens, quasi rem nuper factam recentet: Ante hos dies, inquit, extitit Theodas. Tamen inferius cum post hunc dicat extitisse Judam Galilaeum tempore professionis, illius scilicet celeberrimae sub Quirino Praeside factae: hac quidem ratione ante annos trigintaquatuor Theodam vixisse, opus est dicere; quo modo igitur ante hos dies factum dicit, quod ante tot annos contigisse probatur? Quod vero in primis Theodam a Josepho descriptum existimarunt quotidiano esse ab illo de quo hic meminit Lucas: cum haec nulla auctoritate probentur, aequae rejicienda putamus: At magis placet ut idem sit, ante hos dies, quod, ante haec tempora, usitato dicendi modo: vel ut ille Lucae verborum sit sensus (a) dum ait: Post hunc extitit Judas Galilaeus *veri loco* *veri* sit positum, ut diceret. Ultra dictum Theodam extitit Judas Galilaeus, &c. sicque noluisse dicere, post Theodam extitisse Judam; sed potius post recensitum de Theoda quod nuper acciderat novum exemplum, illud addidisse de Juda quod antiquitus factum erat, cujus tamen recens erat memoria: nam (ut suo loco superius dictum est) adhuc Apostolorum temporibus illius sectatores supererant Galilaei. Sed haec relinquitur lectoris arbitrio: lectio certe mutare non praesumimus.

(a) Gang. in Act. Apost. post.

CCLXXV. De Gamalielle.

(b) Clem. recog. lib. 1. c. 9. & 10. (c) Beda in retract. in Act. Apost. c. 5.

Ceterum quod spectat ad Gamalielium: non praetermittimus dicere, ipsum fuisse Christianum, sed consilio Apostolorum sic occultum inter seniores, ut ea ratione melius consulere Ecclesiae posset, permanfisse, in libris Recognitionum Clementis (b) haberi, quos licet apocryphos citat Beda, (c) & haec eadem de Gamalielle recitat. Certe illum adhæsisse Christianis & inter Christianos esse professum, certum plane ejus rei indicium illud est, quod a Christianis apud Stephanum protomartyrem sepultus est. Cum enim divina revelante providentia, corpus sancti Stephani repertum est, una cum ipso etiam inventum corpus Gamalielis, qui olim cum ipsius Stephani, tum Sauli (postea Pauli) ac Barnabae magister fuerat. Habentur haec certa fide testata a Luciano

presbytero, in libello illo quem de Stephani protomartyris corporis inventione, cui praesens fuit, conscripsit. Quod vero eodem Luca auctore dictum est, Apostolos non nisi plagis affectos a Concilio fuisse dimissos; id plane nequaquam ex sententia Gamalielis esse factum, sed voluntate Caiphæ, Annæ, & Alexandri, in eisdem qui supra Clementis (d) nomine scripto commentario legitur.

(d) Clem. Const. lib. 5. c. 3.

His jam fortiter ab Apostolis superatis, alia arte aggreditur veritatis hostis diabolus vexare Fideles. Cum enim, quos adversus Ecclesiam concitaverat adversarios, jam victos prostratosque conspiceret: per eos qui intus in Ecclesia erant, longe periculosius certamen aggreditur; tentans nimirum, si admirabilem illam unitatem, mutuaque nusquam antea visam animorum concordiam aliqua posset dissensione turbare, ac dividere schismate. Sed quoniam usque progressus sit ejus conatus, Lucas (e) narrat his verbis: In diebus illis crescente numero discipulorum, factum est murmur Græcorum adversus Hebræos, eo quod despicere videntur in ministerio quotidiano viduarum; haec Lucas. Porro non sic in hoc loco accipiendi sunt Græci, quasi Gentiles, ad distinctionem Hebræorum: nam nondum gentilibus Christi Ecclesiae patebat ostium, quod Petrus postmodum referavit: sed quod (ut superius Philone auctore diximus) sicut in cæteris Orbis partibus, ita etiam in Græcorum regionibus Judæi agerent: cum alioqui etiam Lacædæmones nobiles in Græcia populi ab Abraham se originem ducere gloriarentur: id quidem eorum Regis ad Oniam Pontificem Judæorum perbreves litteræ scriptæ testantur his verbis.

CCLXXVI.

(e) Act. 6.

Prima discordia in ecclesia.

Incidimus in quandam scripturam antiquam, in qua invenimus cognationem intercessisse inter nostras origines, & nostrum quoque genus non esse alienum a posteris Abrahæ. Aequum igitur est ut cum fratres nostri sitis, peccatis a nobis quæcumque liberit; idem nos quoque faciemus, & res vestras tamquam nostras existimabimus, nostras item vobiscum communes habituri. Demoteles est, qui has vobis reddit litteras in pagina quadrangula scriptas, & obfirmatas aquilæ sigillo draconem tenentis unguibus. Haec continebat epistola, quam Josephus (f) suis de antiquitatibus libris intexuit; qui item recitat (g) Jonathæ Pontificis litteras in eandem fere sententiam ad Senatam Lacædæmoniorum conscriptas. In Jonia item Græcorum provincia quamplurimos habitasse Judæos, idem auctor (h) affirmat; quos M. Agrippa Orientis Praefectus, Augusti temporibus, a Gentilium indigenarum vindicavit injuriis, & patriis eos uti posse legibus absque impedimento, praec-

CCLXXVII.

(f) Joseph. antiq. lib. 12. c. 5. (g) Joseph. antiq. lib. 14. c. 9. (h) Joseph. antiq. lib. 16. c. 4.

praecipit. Idem Josephus scribens contra Apionem testatur, Judæos tam Antiochiaë habitantes in Syria, quam Ephesi in Asia, aliisque civitatibus nobilibus, fuisse eorum municipes; sic dicens: Qui Antiochiaë habitant Judæi, Antiocheni nominantur: Jus enim civium eis dedit conditor Seleucus. Similiter & qui in Epheso commorantur, & alia Jonia, cum civibus exinde natis eandem appellationem habent, hac praebentibus eis regni successoribus. Græci igitur dicebantur a Judæis qui in Græcia Hebræi agerent; Palæstinae vero indigenas, proprio nomine appellabant Hebræos, ut hic etiam Lucas fecisse cognoscitur.

Judæi Græci.

CCLXXVIII.

(a) Math. 27. Marc. 15.

(b) Act. 4.

(c) Act. 6.

De electione diaconorum.

CCLXXIX. Duplex mensa.

Quodnam vero fuerit hujusmodi ministerium, a quo Græcorum viduae videbantur exclusae: duplex reperitur de ea fuisse sententia. Existimarunt alii certas Hebræorum viduas mensarum servitio fuisse praefectas; nam & mulieres Domino ministrasse, testantur Evangelistae (a). Alii vero idem ministerium quotidianum esse putarunt ipsam eleemosynarum quotidianæ fieri solitam distributionem, ac in singulos partitionem, de qua Lucas (b) superius: *Deinde dabatur*, inquit, *singulis prout cuique opus erat*. Ceterum secundum priorem sententiam ministerium illud esse potius accipiendum, ea quæ inferius Lucas (c) scribit de electione septem diaconorum, facile persuadent, dum ait: *Convocantes autem duodecim multitudinem discipulorum, dixerunt: Non est aequum nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis. Considerate ergo fratres, viros ex vobis boni testimonii septem, plenos Spiritu sancto & sapientia, quos constituamus super hoc opus. Nos autem orationi, & ministerio verbi instantes erimus. Et placuit sermo coram omni multitudine. Et elegerunt Stephanum, virum plenum fide & Spiritu sancto, & Philippum, & Prochorum, & Nicanorem, & Timonem, & Parmenam, & Nicolaum advenam Antiochenum. Hos statuerunt ante conspectum Apostolorum: & orantes imposuerunt eis manus. Haec Lucas: cujus rei gestæ narratio etsi plana & facilis habeatur, aliqua tamen indiget discussione: ut illud in primis; quænam mensæ illæ fuerint, sacrae ne, an communes, quibus sunt praefecti diaconi.*

Si quis primitivæ illius nascentis Ecclesiae principia repetat, & discat consuetudinem; quænam fuerint illæ mensæ, cognoscat: nimirum eandem fuisse sacras aequae atque communes. Sicut enim Dominus ac Redemptor noster in ultima illa memorabili cœna (ut vidimus) utramque mensam una conjunxit, communem, & sacram, in quarum priori agnum ex more comederent, in altera vero mox consecuta sacratissimum suum corpus & sanguinem propinavit: ita etiam temporibus

Apostolorum eadem in Ecclesia consuetudo noscitur conservata, ut simul utramque mensam conjungerent. Est de his perspicuum Pauli Apostoli testimonium in prima, quam ad Corinthios (d) scribit, epistola, ut omnes notant illic interpretes. Cum enim ait: *Unusquisque suam cœnam praesumat ad manducandum: & alius quidem esurit, alius autem ebrius est*. Ecce cœna communis, hoc est, non sacra. Cum vero rursus inferius subdit post deductum exemplum cœnae Dominicæ, verbis illis: *Quotiescumque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis; mortem Domini annuntiabitis donec veniat, &c.* de mensa sacra intelligere, nullus poterit dubitare.

His igitur in hunc modum se habentibus; ministerium quotidianum nihil aliud fuit, quam ejusmodi mensis inservire, quæ quotidie parabantur. Unde Lucas: *(e) Erant perseverantes in doctrina Apostolorum, & communicatione fractionis panis, & orationibus; & paulo post: Quotidie quoque perdurantes unanimiter in templo, & frangentes circa domos panem, sumebant eibum cum exultatione, & simplicitate cordis*. Verum non communem tantum cibum per fractionem panis debere intelligi, Paulus docet, cum ait (f): *Panem, quem frangimus, nonne participatio corporis Domini est?* Facebat ergo sententia affirmantium diaconos mensis tantum communibus fuisse praefectos: Quos rogo dicant, quid tantum oportuit Apostolos adhibuisse studium in eligendis, qui prandia cœnasque pararent, ministris, ut non ex trivio quosque petitos viros, sed boni testimonii, plenos insuper Spiritu sancto & sapientia, eosdemque (ut tradit Epiphanius g) ex numero septuagintaduorum discipulorum accessitos eligerent: cum alioqui ad id quod majoris esset operis, nempe judiciorum praefectura, qui essent contemptibiles, si forte sapientes deessent in Ecclesia; Paulus (h) praeficiendos esse mandat. Quid insuper ad communium mensarum ministros instituendos, tantis opus fuisset religiosi ritibus, ut non nisi prævia communi omnium oratione, ac manus impositione, ad tale munus obeundum idonei censerentur? Tanti enim ponderis erat manus impositio, ut eodem ferme ministerio Paulus & Barnabas initiati fuerint ad Apostolatam (i).

Quod si communium tantum mensarum ministri erant; quomodo & aliquando Evangelii praedicationi illis est credita, ejus causa Apostoli a cæteris vacare muneribus cupierunt? certe Stephanum, & Philippum; qui Evangelicæ praedicationis causa Evangelista dici meruit, eo munere functos esse, nullus ignorat. Tanti ne etiam meriti, qui curarent cibaria, diaconi exquirendi essent, ut iisdem moribus, quibus Epi-

(g) Epiph. lib. 1. c. 21.

(h) 1. Cor. 6. Diaconi Sacrae Mensae Ministri.

(i) Act. 13.

(a) 1. Tim. scopi, absolutissimi esse deberent? nam Apostolus (a) Paulus eandem fere summam perfectamque morum integritatem a diacono æque exigit, atque ab Episcopo, sicut & Ignatius (b) ac Polycarpus (c) tradunt.

Hæc in re tam clara superflua fortasse videri possunt, sed tamen necessaria existimavimus ad refellendam quorundam (præsertim recentioris (d) hominis tamen Catholici) sententiam, affirmantium diaconos ab Apostolis electos, non fuisse ministros altaris. Sed etsi ex his satis ostensum sit hos errasse: adhuc tamen ad eos penitus confutandos, non alium quam qui diaconorum ministerium quodnam esset, oculis spectavit, adhibeamus testem, Ignatium inquam, qui iisdem temporibus (ut toties diximus) vixit; existimantes neminem fore adeo refractarium & impudentem, qui tanto testimonio obniti audeat. Ipse (e) igitur scribens ad Trallianos hæc habet: Oportet & diaconos ministeriorum Christi ministros per omnia placere: nec enim ciborum & potuum ministri sunt, sed Ecclesie Dei administratores: & inferius: Quid vero diaconi, quam imitatores angelicarum virtutum? qui purum & inculpatum ministerium illis exhibent (sacerdotibus scilicet) ut sanctus Stephanus beato Jacobo, Timotheus & Linus Paulo, Anacletus & Clemens Petro. Qui igitur his non obedit, atheos prorsus & impius est, &c. Rursus ad Heronem diaconum: (f) Nihil, inquit, sine Episcopis facito: sacerdotes enim sunt, tu vero sacerdotum minister: baptizant, sacrificant, eligunt, manus imponunt: tu vero illis ministras, ut S. Stephanus Jacobo, & presbyteris qui erant Hierosolymis. Hæc Ignatius. Plura in hanc sententiam coacervanda fuissent sanctorum Patrum testimonia, nisi hujus sanctissimi viri ac martyris, atque eorum quæ scripsit oculati testis, iterum atque iterum repetitam, firmiterque testatam asserptionem abunde sufficere existimarem. Quam vero ex his etiam arguatur (purus ille canon (g) sextæ Synodo affixus, quo dicitur, septem diaconos ab Apostolis electos non ministrasse sacris mysteriis, omnium eruditorum appello sententiam.

(e) Ignat. epist. 5. De vero diaconorum ministerio.

(f) Idem epist. 13.

(g) Sext. Synod. c. 16. apud Theod. Bals.

CCLXXII Dispensatio bonorum ecclesiarum diaconis creditur. Porro quod superius dictum est; septem diaconos mensis communibus etiam fuisse præfectos: non sic accipienda res est, ut (quod ministrorum mensarum est) cæteris accumbentibus, quæ ad cibum potumque pertinebant, illuc inferrent: sed quod ea, quibus cuique opus esset, elemosinas dividendo curarent: quod etiam usum retentum esse, S. Leo in sermone de S. Laurentio testatur, cum de ipso ait: Non solum ministerio sacramentorum, sed etiam dispensatione Ecclesiasticæ substantiæ præ-

eminebat. Id ipsum S. Prosper (b) de Tito diacono, qui Romæ pecunias pauperibus distribuens, interfectus est; tradit. Extat apud S. Gregorium (i) ipsa scripti formula, cum alicui committeretur diaconia. Rursus vero eosdem diaconos divitiis Ecclesiæ esse præpositos, ut ex eis ministrant pauperibus, affirmant Hieronymus (k) & Ambrosius, (l) qui ait diacono: Cum solueris auctori debitum, licet ut opera tua in beneficentiam & adjumenta hominum conferas, atque opem feras necessitatibus aut pecunia, aut officio, aut etiam quocumque munere, quod ul- late patet in vestro ministerio: pecunia, ut subvenias, debito obligatum liberet, &c. Adeoque erat diaconis commissæ cura rerum Ecclesiæ, ut adversus Episcopos eas dilapidantes se constanter erigerent. Est de his exemplum apud Gregorium (m) de Honorato archidiacono Ecclesiæ Salonitanæ. Porro diaconos non omnia ministeria Ecclesiastica per se obisse, sed alios complures habuisse ordine sub se positos ministros, ex his quæ idem sanctus Ignatius (n) scribit ad Antiochenos, satis exploratum habetur: dum ait: Saluto hypodiatonos, lectores, cantores, janitores, laborantes, exorcistas, confessores. Saluto custodes sacrorum vestibulorum diaconissas. Horum autem singulorum ordinum quænam fuerint munera, satis constare putamus, cum in Ecclesia eadem perseverent. Sed de laborantibus tantum, & diaconissis, hic obiter nonnulla dicenda sunt.

Quinam fuerint in Ecclesia ministri, qui dicti sunt laborantes, Epiphanius (o) dilucide satis explicat, dum ait: Laborantes, corpora eorum qui obdormierunt, obvolunt & cooperiunt. Alio nomine hos fossarios dictos esse, constat ex (p) Epistola incerti cujusdam auctoris ad Rusticum Narbonensem scripta. Quod vero spectat ad diaconissas: constat quidem post diaconorum electionem, viduas illas quæ præerant ministerio quotidiano, ab eo desisse ac cessasse, verum non penitus in ordinem esse redactas, sed aliis functionibus mancipatas: de quarum electione agens Paulus, non minus quam sexaginta annorum viduam, eligendam, eamque moribus probatam, præcepit. De muneribus quæ diaconissa obitura erat; sicut foribus, qua ingrederentur viri, janitores qui & ostiarum dicti sunt, præfecti erant; ita & portis mulieribus tantum patientibus præerant diaconissæ, quas (ut vidimus) appellat S. Ignatius sacrorum vestibulorum custodes: sicut enim in templo (quod dictum est) erant feminarum portæ, & loca orationis a viris sejuncta, sic etiam laudabilem illum morem in Christianorum ecclesiis fuisse translatum constat

(b) Prosper in chron. anno Domini 429. (i) Greg. lib. 9. in dist. 4. epi. 24. (k) Hieron. in Ezech. c. 48. (l) Ambros. lib. de offic. c. 15. (m) Greg. reg. lib. 2. epist. 13. (n) Ignat. epist. 12. (o) Epiph. in comp. doct. Laborantes & diaconissæ. (p) Extat apud Hieron. tom. 9.

CCLXXXIII. (o) Epiph. in comp. doct. Laborantes & diaconissæ. (p) Extat apud Hieron. tom. 9.

stat: sed de his agemus inferius. Cæterum erant & alia munera quibus diaconissæ fungerentur, de quibus hæc apud Clementem leguntur (a): Elige quæque diaconissam fidelem & sanctam, ad mulierum ministeria; nam accidit aliquando, cum in aliquorum domos diaconum ad mulieres mittere non potes, propter infideles: mittes igitur mulierem diaconissam, propter improborum cogitationes. Nam ad multos usus muliere diaconissa indigemus: ac primum, cum illuminantur mulieres, Episcopus ungit frontes ipsarum oleo sancto, deinde diaconissa eas abstergit: non est enim necesse mulieres aspici a viris.

(a) Clem. const. lib. 3. c. 15. (b) Epiph. bar. 79. Epiphanius (b) & ipse uberius de diaconissarum ministerio agit his verbis: Ministrarum quidem diaconissarum appellarum ordo est in Ecclesia, non ad sacrificandum, neque ut quicquam aggredi permittantur, verum reverentia gratia mulieris generis, aut propter horam laboris, aut visitationis affectionis, aut laboris: & quando nudatum fuerit corpus mulieris, ut ne a viris sacrificantibus aspiciatur, sed a ministrante muliere, cui præscribitur a sacerdote, ut curam gerat ad tempus indigentis mulieris in tempore denudationis corporis eius; ita ut ordo bonæ disciplinæ ac Ecclesiasticæ bonæ institutionis valde scientificè munitus sit in mensura regulæ. Quantumlibet prædicta diaconissæ curarent, non tamen erant ejusmodi, ut sicut diaconi, manus impositionem acciperent, vel aliquo sacramento initiatæ essent: nam sacrosancta Nicæna (c) Synodus ea ex causa eandem inter laicas adnumerat.

Rurum vero (ex quo in hæc incidimus) nec illud prætermittendum putamus, quod sicut diaconissarum mentio frequens est apud Ecclesiasticarum rerum scriptores, ita etiam in iisdem sæpe nomen presbyteræ, & aliquando etiam episcopæ reperitur: sed non sic quidem, ut supra diaconissas positæ aliquo fungerentur munere in Ecclesia; sed quod aliquando ob ætatem, viduæ seniores dicerentur presbyteræ, ut declarat canon undecimus Concilii Laodiceni posterioris translationis. Aliquando vero (quod frequentius usurpatum invenitur) dictæ esse presbyteræ reperiuntur, quarum viri in presbyteros electis, ipsæ interim vitam cælibem agerent: quo etiam sensu & illæ habentur episcopæ appellatæ, quarum viri fuissent in Episcopos postea consecrati; cum illæ ab ipsis divisæ spectata viverent sanctitudine: sicque ejusmodi nomina non ab aliquo Ecclesiastico ministerio accepta esse, sed potius a virorum ordinibus deducta, vulgari quodam usu potius, quam aliqua vera ratione, fuisse illis indita notantur; qua etiam denominatione interdum, quæ uxor fuisset viri qui ad diaco-

(c) Conc. Nic. c. 19. CCLXXXIV. Presbyteræ quæ essent & quæ episcopæ.

natum promotus esset, diaconissæ nominabatur; & subdiaconissæ, conjux viri illius qui ad subdiaconatus ordinem adscitus esset. Habes hæc omnia nomina expressa in Concilio Turonensi (d) secundo, ubi etiam agitur de episcopæ (e): sicque accipiendum quod scribit Gregorius (f) de presbyteræ. Est decretum Zachariæ (g) Papæ de non admittenda in contubernium presbyteræ; diacona, vel monacha; & Basilii epistola ad Pérageorium presbyterum de iisdem. Est item canon Antifiodorensis Concilii (h) quo inhibetur ne presbyteræ cum suo presbytero dormiat. Apud Athanasium (i) secundum Græcæ vocis etymologiam, presbyteræ, senior femina dicta est. Notat & Photius (k) in Nomocanone, tam ex Concilio Nicæno, quam ex Laodicensi & Chalcedonensi, prorsus diversam fuisse presbyteram a diaconissæ. Sed de his satis: jam eo, unde digressa est, revertatur oratio.

Quod vero Lucas recensendo singulorum septem diaconorum nomina, primum ordine ponat Stephanum, S. Augustinus (l) ex eo accidisse putavit, quod primum ageret inter diaconos: unde hæc ait: Inter diaconos nominatus primus, sicut inter Apostolos Petrus; idemque primicerius (m) diaconorum, & archidiaconus (n), ut a Luciano & aliis nonnullis tam Græcis quam Latinis appellatus habetur. Sed jam reliqua profsequamur, quæ hoc anno ab Apostolis, ac Petro præsertim, facta esse reperiuntur. Cæterum nemo prudens inficias ierit, non omnes res a Petro gestas profecurum esse Lucam Evangelistam, cum Acta Apostolorum conscripsit: immo & multa quæ essent maximi ponderis, ab eo fuisse prætermissa, Hieronymus (o) docet.

Hoc igitur anno, quo Redemptor noster Dominus Jesus Christus, consummato redemptionis humanæ mysterio, cælos ascendit: cum credentium in Christo numerus in dies magis magisque augetur: inter cætera quæ ad coagmentandam nascentem Ecclesiam sunt ab Apostolis salubriter instituta; Jacobus Alphæi, cognomento Justus, idemque frater Domini dictus, a Petro Apostolorum Principe ordinatur Hierosolymorum Episcopus, seditque annis vigintinovem: de quo Chrysofomus (p): Si quis, inquit, a me percontaretur, quomodo Jacobus sedem Hierosolymitanam accepit: responderem ego, hunc totius Orbis magistrum præposuisse Petrum. Porro ipsum ordinationis mysterium, quod consecrationem usitatori vocabulo dicere consuevimus, ab eodem Petro, Joanne, ac Jacobo fratribus esse consummatum, epistola quæ dicitur Anacleti (q) testatur, traditamque a Petro formam esse, ut non minus quam a tribus Episcopis, electus Antistes consecraretur.

(d) Concil. Turon. 2. c. 20. (e) Eodem Concil. c. 13. 14. (f) Greg. dial. lib. 4. c. 11. (g) Cod. manu-script. apud nos pag. 111. (h) Concil. Antifiod. can. 21. (i) Athanas. ad Virgin. (k) Photius in Nomoc. tit. 1. cap. 30. (l) CCLXXXV Stephanus archidiaconus. (m) Aug. ser. 94. de divers. (n) Aug. ser. 1. de Sanctis. (o) Lucian. ep. de ejus inventione. (p) Chrysof. in sol. in. Joan. hom. 87. (q) Anaclet. ad Episc. Ital. to. 1. Concil.

Id quidem hoc anno contigisse cum testatur Eusebius (a) de iisdem tribus Apostolis, qui Jacobum ordinaverunt, ex Clemente Alexandrino hæc recitat: Clemens in sexto libro *ὁμιλιῶν* de eo scribens sic refert: Petrum, & Jacobum, & Joannem, post Salvatoris ad caelos ascensum, cum essent a Domino summum dignitatis gradum adepti, non de gloria & honore contendisse inter se, sed uno consensu Jacobum Iustum Hierosolymorum Episcopum designasse. Idem etiam in septimo libro ejusdem operis, de eo præterea hæc memorat: Jacobo Iusto, Joanni, & Petro Dominus post ascensionem suam singularem quamdam imperitiam cognationem, quam illi reliquis Apostolis tradiderunt, reliqui autem Apostoli septuaginta discipulis, ex quibus unus erat Barnabas. Duos item Jacobos fuisse ferunt: unum cognomento Iustum, qui de templi fastigio præcepit dejectus, fullonisque veste casus occubuit; alterum, qui capite abscisso migravit e vita. Hæc Eusebius. Adversus eos autem qui dicunt tres fuisse Jacobos; & Alphæi dictum, diversum esse a Jacobo Iusto, quem audent etiam extra duodenarium Apostolorum numerum constituere; pluribus disputat S. Hieronymus in commentario adversus Helvidium scripto; nosque alias fusius: ad quorum refellendum commentum, modo fontem unde ista deduxerint, demonstrasse, confutasse est: ex pervulgato enim Clementis Romani nomine libro Recognitionum apocrypho id eos liquet esse mutatos.

Quod vero ad Jacobi ordinationis diem pertinet, in Martyrologio Bedæ facta ponitur vigesima septima mensis Decembris. Insignia quædam Episcopatus ejus, non tantum memoria, sed & usu ad posteriores esse delapsa, antiquorum scriptorum auctoritate exploratum habetur. Et quod in primis spectat ad ejus cathedram, hæc de ea scribit Eusebius (b): Jacobi Apostoli cathedram (qui primus erat ad Hierosolymitanæ Ecclesiæ Episcopatum a Salvatore & cæteris ejus Apostolis delectus, quemque fratrem Christi nuncupatum, divina perhibent eloquia) ad illud tempus servatam, Episcopi qui illic ordine successerunt, permagni æstimant: unde declarant perspicue, quemadmodum veteres Patres ad nostram usque ætatem sanctis viris, ob eorum veram erga Deum pietatem, debitam venerationem & tribuerint, & adhuc tribuere non cessent. Hæc de cathedra Eusebius.

Insuper ad Episcopalis dignitatis ornamentum, eundem Jacobum gestare in capite consuevisse laminam seu bracteam auream, Epiphanius (c), Hieronymus (d), ac cæteri pene omnes Ecclesiastici scriptores testantur: rationem autem ejus rei hanc affert Epiphanius (e), dicens:

Folium sive bracteam in capite gestare, ipsi licebat, quemadmodum relati fide digni viri Clemens & Eusebius in suis commentariis testati sunt. Sacerdos itaque est (velut dixi) Jesus Christus in æternum, secundum ordinem Melchisedech; simulque Rex juxta ordinem ex supernis, ut transferat sacerdotium simul cum lege: ex semine vero David propter Mariam sedens in throno in æternum, & regni ejus non erit finis. Oportebat enim ipsum nunc transferre ordinem tum sacerdotii tum regni; & paulo post: Largitus est autem sub se constitutis regnum, ut ne diceretur a parvis ad majora procedere. Manet enim thronus ipsius, & regni ejus non erit finis: & sedit super thronum David: ita ut regnum David una cum pontificatu traxerit, ac largitus sit servis suis, hoc est, Pontificibus Catholica Ecclesiæ. Hæc Epiphanius, cum pluribus superius monstrasset tum sacerdotium tum thronum David, ipsam regiam dignitatem una cum pontificio, in Ecclesiam suam, ac successores Pontifices in æternum permanuram transulisse. In signum igitur regalis sacerdotii (sic ipsum appellat Petrus f) ejusmodi capitis ornamentum gestare consuevisse Christianæ legis Pontifices, satis ex his quæ idem scribit, declaratum videtur.

Cæterum non Jacobum tantum ejusmodi regie dignitatis insignibus uti consuevisse, sed & cæteros Apostolos, par est credere: nam etiam hæc de singulis non scribantur, satis tamen ad rei veritatem demonstrandam esse videtur, quod non modo Jacobus, quem diximus, sed & Joannes Evangelista eo usus capitis ornamento perhibetur: testatur enim id Polycrates (g); Ephesiorum Episcopus in ea quam ad Victorium Romanum Pontificem scripsit epistola, in qua inter alia hæc leguntur: *His accedit Joannes, qui supra pectus Domini in cæna recubuit, qui sacerdos fuit, qui laminam auream gestavit, qui martyr & doctor extitit, qui tandem Ephesi morte consopitus occubuit, &c.* Recitant eadem ex eodem auctore Eusebius (h) ac Hieronymus (i). Erat autem ejusmodi capitis ornamentum sacerdotibus antiquæ legis a Deo olim concessum: quod in amplius ac perfectius Christianæ legis sacerdotium translatum est.

Ut igitur ejus repetamus originem: hæc in libro Exodi (k) scripta habentur: *Facies & Laminam de auro purissimo: in qua sculpsit opere cælatoris, SANCTUM DOMINO. Ligabisque eam vitta hyacinthina, & erit super iaram, imminens fronti Pontificis: ac rursum (l): Pones tiaram in capite ejus & laminam sanctam, super iaram, & oleum unctionis fundes super caput ejus: atque hoc ritu consecrabitur.* Et post multa (m): *Fecerunt & laminam sacræ venerationis de auro purissimo,*

De corona Sacerdotali.

(f) 1. Petr. 2.

CCLXXXIX. Ornamentum capitis Episcoporum.

(g) Apud Euseb. hist. lib. 5. c. 23. & Hieron. de Scrip. Eccl. in Polycr.

(h) Euseb. hist. lib. 5. c. 23. (i) Hieron. de Scrip. Eccl. in Polycr. CCXC.

(k) Exod. 28. De laminæ aurea.

(l) Exod. 29.

(m) Exod. 39.

rissimo, scripseruntque in ea opere gemmario, SANCTUM DOMINI: & strinxerunt eam cum mitra vitta hyacinthina. Idem in Levitico (a) his verbis: *Cydari quoque texit caput: & super eam contra frontem posuit laminam auream consecratam in sanctificatione, sicut præceperat Dominus.* Cum cæteris sacerdotibus uti cydari, seu mitræ, concessum esset; lamina tamen aurea ornari caput peculiare tantum erat summi Pontificis: quod ornamentum, corona etiam appellatur in divina Scriptura, ut cum dicitur (b); *Corona aurea super mitram ejus expressa signo sanctitatis.*

Josephus (c) autem cum agit de antiquitatibus Judæorum, quale fuerit ornamentum capitis summi sacerdotis, exacte describit, monstratque non tantum laminam auream, sed & coronam auream triplici ordine ducta mitram ornatam fuisse: sic enim ait: *Porro pileo (ita appellat cydarim, seu mitram, communem pariter cæteris sacerdotibus) utebatur, quali cæteri sacerdotes, super quem extabat alius consutis ex hyacintho variatus: hunc auream coronam triplici ordine circumdabat, in qua spectabantur caliculi aurei, quales videmus in herba quæ apud nos vocatur dactylus, apud Græcos herbarios hyoscyamus.* Qualisnam fuerit, quoque describit. *Ejusmodi corona, inquit, ab occipitio circa tempora utraque procedebat: nam frontem isti caliculi non ambiebant, sed lorum quoddam latum aureum, quod sacris characteribus Dei nomen incisum, habebat.* Hactenus ille de mitra summi Pontificis. Qualis autem esset illa qua cæteri sacerdotes utebantur, sic ait (d): *Supra caput autem gestabant pileum, non fastigiatum, neque totum caput comprehendentem, sed paulo plus quam medium: est autem tali apparatu, ut videatur vitta linea sepe in orbem replicata & consuta; quam superne alia tela integrit usque ad frontem descendens, & per superficiem verticis futurarum deformitatem occultans: hic adaptatur accurate, ne inter sacrificandum delabatur.* Cum ejusmodi mitræ essent byssinæ, aliquis tamen adhuc illis accedebat ornatus; nam in Exodo (e) sic legitur: *Fecerunt mitras cum coronulis suis ex bysso.*

Quid vero ejusmodi ornatus capitis significaret, Philo sic declarat (f): *Quod autem caput ejus perpetuo mitra tegitur, significat diadema regium, insignem potestatis, non summæ quidem, sed prerogative, ut loqui mirifica, &c.* Hieronymus (g) ad Fabiolam scribens de indumentis antiqui sacerdotii, omnia in Christo perfectius esse consummata demonstrat, aitque: *Habet cydarim & nomen Dei portat in fronte: diademate ornatus est regio.* Et inferius, qualis esset mitra communis o-

(a) Levit. 28. (b) Eccles. 45. CCXCII. (c) Joseph. antiq. lib. 3. c. 8. Corona triplex Summi Sacerdotis.

(d) Idem ibid. (e) Exod. 39. CCXCII. (f) Phil. lib. de profugis.

(g) Hieron. Epist. 128. Pontificum au rea Corona.

mibus sacerdotibus, exacte describit. Non prætermittimus dicere de Brachmanis sacerdotibus, quos testatur Philostratus (h) uti consuevisse mitra gemmis ornata, veste linea, baculo insuper & annulo. Porro non tantum hos, sed & alios summos sacerdotes Gentilium ornatos purpura, & tiara aurea in capite tectos fuisse, certum est. De summo sacerdote deæ Syriæ id ipsum testatur Lucianus in dea Syria: de Pontifice maximo Romanæ antiquæ superstitionis affirmat hoc ipsum Prudentius in Romano martyre, nimirum gestare consuevisse coronam auream. Sunt & alia plura de his exempla: sed hæc satis.

At ut de nostris agamus: ex institutione, immo & usu (ut vidimus) Apostolorum manasse certum est, ut Episcoporum Christianæ Ecclesiæ, quod regaliungerentur sacerdotio, tamquam Reges & sacerdotes mitra in sacris uterentur pretiosa: eam fuisse maximi pretii, satis Ammianus (i) Marcellinus demonstrat, dum agit de Mascizel tyranno in Africa; qui a Theodosio profligatus, ut aliquo modo sibi Theodosium conciliaret: *Militaria, (inquit) signa, & coronam sacerdotalem cum cæteris quæ interceptat, nihil cunctatus restituit, ut præceptum est.* De mitra S. Ambrosii Ennodius in Epigrammate de ipso scripto agit his verbis:

Serta redimitus gestabat lucida fronte
Distincta gemmis: ore parabat opus.

Ad sacerdotalem quidem coronam alludit Eusebius (k), dum panegyrica oratione sic exorsus ait: *Amici Dei, & sacerdotes, qui sacrosancto potere, indumento cælesti, gloria corona, divina unctione, & sancta Spiritus sancti stola circumvestiti.* Et Gregorius Nazianzenus (l) de se ipso dum est ordinatus Episcopus, cum ex fuga rediisset, hæc habet in Apologetico: *Idcirco me Pontificem unguis, ac podere, cingis, capitique cydarim imponis, atque spiritualis holocausti altari admoveas, &c.* Licet autem eodem nomine ejusmodi capitis Antistitis ornamentum, mitra, seu cydaris, tam apud sacerdotes antiquæ legis, quam novæ appellaretur: tamen fuisse diverso modo concinnatum atque dispositum esse videtur: sicut enim pristina illa forma quid mysticum præferebat; ita & sub nova lege, mitræ diversa figura, diversum etiam mysterium representat; ut qui agunt de Ecclesiasticis officiis ac ritibus, pluribus docent; quos consulat qui ea cupit: de his enim pluribus agere, ab instituto suscepto alienum esse putamus. At quoniam occasione Episcopatus Jacobi, ejusmodi de insignibus Episcoporum est suscepta narratio; plura alia de eodem

CCXCIII. Christianorum Pontificum Corona.

(i) Ammianus Marc. lib. 29.

(k) Euseb. hist. lib. 10. c. 4.

(l) Greg. Naz. Apol. 3.

eodem Apostolo essent dicenda, quæ ab antiquioribus Ecclesiasticis scriptoribus accepta, Eusebius, Epiphanius, Hieronymus, & alii referunt: sed ea nos ad martyrii tempus enarranda distulimus, cujus occasione ab iisdem sunt auctoribus scripta: ibi etiam de annis sedis ejus exactam afferemus rationem.

Quod vero S. Ignatius testetur (ut nuper vidimus, cum de ordinatione septem diaconorum egimus) Stephanum ministrasse Jacobo: si consenserimus Bedæ (a) dicenti ipsum ordinatum fuisse Episcopum Hierosolymorum vigesima septima mensis Decembris, plane ante ejus ordinationem illi ministrasse oportuit; cum Stephanus (ut dicemus) hoc eodem anno, vigesima sexta ejusdem mensis Decembris fuerit martyrio coronatus: at nec quidquam est absurdi, ut ante Episcopatum illi Stephanus ministraverit: quippe qui Apostolus atque sacerdos a Christo Domino jam institutus fuisset; quem & pro egregia spectataque sanctitate, etiam Christi hostes honore prosequerentur, ita ut (quod scribit Hegeppus b) concederent illi ingredi in Sancta sanctorum. Quod vero frater Domini esset, eundem cæteri Apostoli ac discipuli mirifice observabant.

Hoc igitur anno, iisdem Cofs. Domitio Ænobarbo, & Camillo Scriboniano, vigesima sexta mensis Decembris, S. Stephanus primus Diaconorum, primus omnium Christianorum martyrio coronatur. Rem gestam, nobile ejus certamen, ac triumphum egregium S. Lucas in actis (c) Apostolorum exacte conscripsit. Quod vero ad tempus spectat: cum diversæ ab his nonnullorum sententia: quænam sit quæ magis veritate nitatur, diligentiori studio in primis pervestigandum putamus. Fuit quorundam opinio, eodem ipso anno quo Dominus passus est, haud multo postquam est electus diaconus, Stephanum a Judæis occisum esse: idque ea tantum conjectura permoti sensere, quod Lucas mox post electionem diaconorum, de ejus martyrio narrationem instituat. Sed meminisse hi debent, quod cum idem auctor de ipso testetur, fecisse signa & prodigia multa in populo, nec vel unum ipsorum ante, eadem ipsa atque alia multa fuisse ab eodem prætermittam exploratissimum est. Qui ejus fuerunt sententiæ, etiam sunt opinati eundem Stephanum coronatum fuisse martyrio III. Nonas Augusti, quo die de illius corporis inventione, quæ contigit sub Honorio Imperatore mense Decembris, memoria annua agitur in Ecclesia. Sed ejus celebritatis aliam ab his plane diversam fuisse rationem, in nostris Norationibus (d) in Martyrologium Romanum nuper editis satis perspicue demonstravimus.

(a) Bedæ in Mar. 27. Decemb. Jacobus cultus ab omnibus.

(b) Apud Euseb. hist. lib. 2. c. 22.

CCXCIV. De martyrii Stephani tempore.

(c) Act. 6. 7. 8.

(d) Dio 3. Aug.

Rursum fertur Hippolyti (e) Thebani nomine de tempore necis Stephani ab his procul abhorrens sententia: nimirum ipsum anno septimo ab ejus electione, martyrio vita functum, eodemque tempore & Paulum a Christo vocatum. Adscribit hæc eadem Nicephorus (f) Evodio: quæ cum repugnet his quæ de se ipso idem Paulus scribit ad Galatas (ut suo loco manifeste monstrabimus) nihil est quod tam de his quæ de vocatione Pauli, quæ post necem Stephani facta est, quam de ejus martyrio ipsos auscultare debeamus. Existimavimus interdum in codices illa ipsam errorem vitio librariorum, ut pro septem mensibus, qui a Spiritu sancto misso usque ad martyrium Stephani intercurrunt, septem anni sint positi. Sane quidem tam Romanum (g) Martyrologium, quam cætera haud multo post ascensionem Domini Stephanum passum esse testantur: quorum omnium etiam (h) auctoritate expressum habetur, Pauli conversionem anno secundo ab ascensione Domini contigisse: quibus omnibus ea de septem annis sententia refellitur. Libentius igitur cum sanctis Patribus dicimus Stephanum passum esse dicta die vigesima sexta mensis Decembris, sub dictis Cofs. anno Domini trigesimo quinto per diem unum inchoato. Sed cum (ut præfati sumus) annos Domini una cum Cofs. more majorum a Kalend. Januarii auspiciemur; haud mirum videatur, si sub notato numero annorum Christi trigintaquatuor a nobis martyrium Stephani recensatur.

De die natali protomartyris Stephani, quo ex hac ærumnosa vita migravit ad Dominum, antiqui Patres haud aliter senserunt, quam profiteatur Ecclesia: ipsum scilicet passum esse post natalem domini diem (ut dictum est) vigesima sexta mensis Decembris: Natalem quippe diem ejus illum appellant Augustinus (i), Fulgentius (k) ex Græcis Gregorius Nyssenus (l), & alii. Nec est quod quis dicat, ea die vigesima sexta Decembris non ob martyrium, sed ob translationem reliquiarum ejus tunc factam (ut testatur epistola Luciani) agi solemnitate protomartyris Stephani: nam longe ante ipsius reliquiarum inventionem & translationem, celebritas natalis S. Stephani peragi in Ecclesia ea die consuevit, ut constat ex sermone nuper citati Gregorii Nysseni, quem haud dubium est claruisse ante ejus inventionem; ubi hæc ait: *Ecce diem festum ex die festo, & gratiam pro gratia accipimus. Hæc Dominus universi nos pavit; hodie Domini imitator. Quomodo hic? aut quomodo ille? ille hominem pro nobis induens: hic pro illo hominem exuens. Ille vitæ speluncam propter nos subiens: hic propter illum*

CCXCVI. (e) Apud Glyc. in 3. par. An. De tempore necis Stephani diversa opinio. (f) Niceph. hist. lib. 2. c. 3.

(g) Mart. Rom. Bedæ Usuar. Ato die 26. Decembr. (h) Martyrolog. Rom. Bedæ Usuar. Ato die 25. Jan.

CCXCVII. Natalis S. Stephani.

(i) Aug. serm. 98. Et 115. de diversis. (k) Fulg. hom. de S. Stephano. (l) Greg. Nyss. serm. de S. Stephano.

illum ex spelunca exiens. Ille pro nobis fasciis involutus: hic pro illo lapidatus, &c. Quæ ergo subit causa, ut ea die celebritas martyrii ageretur, nisi quod antiqua traditione ipsum eadem esse lapidatum die, accepit Ecclesia? Sed de tempore martyrii hætenus.

Unde autem oborta occasio fuerit necis Stephani, Lucas docet: quod scilicet cum ageret signa & prodigia magna in populo, concitavit in se odium Judæorum diversarum regionum, quarum collegia Hierosolymis omnium Judæorum metropoli erant; in quibus erudiebantur adolescentes, qui ex diversis provinciis confluabant, ut divinam legem addiscerent: Græcorum vero scientias vel nationum linguas haud licuisse publice tradi, Josephus (a) testatur. Erat Stephanus unus ex illis, & cum illis eodem usque (b) fuerat legis magistro Gamaliel: cumque Christi fidem libere fortiterque annuntiaret, atque eam miraculis consignaret; cum sodalium omnium ac discipulorum, tum præsertim Sauli Tarsensis synagogæ eorum, qui erant e Cilicia facile principis, in se impetum movit. Incentor enim omnium esse visus est Saulus, quod ipse in Judaismo (c) profecisset præ cæteris coætaneis suis, paternarum traditionum abundantius æmulator existens: qui nec a cæpto destitit, donec eundem lapidibus obrutum, sicque jam esse cognovisset extinctum.

De loco vero ubi lapidatus est Stephanus: ex relatione Gamalielis in Luciani epistola (d) legitur, lapidatum fuisse extra portam quæ vergit ad Aquilonem & ducit ad Cedar, quæ postea nomine S. Stephani appellata reperitur (e) alio nomine, porta Ephraim. Locus ille neque integro stadio distabat Hierosolymis; quem Eudoxia Augusta, nobilissima ecclesia ædificata, egregie illustravit, ut auctor est Evagrius (f), & Marcellinus (g). Lapis ille, super quem positus suscepit lapidum imbres, in ecclesiam Apostolorum ad montem Sion positam translatus, magna veneratione est habitus, ut Beda testatur (h).

Unum insuper ex lapidibus quo idem protomartyr Stephanus percussus est, a quopiam Christianorum collectum, postmodum in Italiam fuisse translatum, & Anconæ positum, ibique ea de causa in honorem martyris fuisse excitatam ecclesiam, ubi in ejus rei memoriam celebritas annua ageretur, testantur antiqua Martyrologia, quod & nos notavimus in Romano (i). Ad stipulatur his omnibus S. Augustinus (k) duobus sermonibus, quibus agit de miraculis ejusdem protomartyris, ac primum his verbis: *Ut de cæteris celeberrimis sanctorum locis taceam, & 32. de etiam ad Anconam Italia civitatem, ubi*

(a) Joseph. antiq. lib. 20. c. ult. (b) Lucian. epist. de inven. S. Stephani. (c) Galat. 2.

CCXCIX. De loco necis Stephani.

(d) Lucian. epist. de inven. S. Stephani. (e) Apud Bedam de locis sanct. c. 1. & Burchar. par. 1. c. 7. (f) Evagr. histor. lib. 1. c. 22. (g) Marcell. in Chron. CCC. (h) Beda de locis sanct. c. 3.

(i) Martyrolog. Rom. die 3. Augusti. (k) Aug. serm. 31. & 32. de diversis.

per gloriosissimum martyrem Stephanum multa miracula Dominus operatur, eadem circuitione perveni. Sed ideo alibi curari non potui, quia huic loco divina prædestinatione servabar. Sequenti vero sermone hæc habet: *Ut audiat charitas vestra: multum miror, & gaudeo vobis esse concessum, quoniam iste homo nec Anconæ curari potuit: immo potuit, sed propter nos factum non est, quia facillime fieri potuit. Sciunt multi quanta miracula per beatissimum martyrem Stephanum in ista civitate sunt. Et audite quod miramini. Memoria ejus antiqua ibi erat, & ipsa est ibi. Sed fortasse dicis: Corpus ejus nondum apparuerat; Memoria ibi unde erat? Latet quidem causa. Sed quid ad nos fama pertulerit, non tacebo charitati vestræ. Quando lapidabatur S. Stephanus, aliqui etiam innocentes, & maxime de iis qui jam in Christo crediderant, circumstabant: dicitur lapis venisse in cubito, & excussus inde venisse ante quemdam religiosum. Tulit illum & servavit. Homo erat de navigantibus: fors navigationis attulit illum ad littus Anconæ, & revelatum est illi ibi debere reponi lapidem illum. Ille obediens revelationi, & fecit quod jussum est. Ex illo cepit esse & memoria S. Stephani ubi est, nescientibus hominibus quid corrigisset. Verum autem intelligitur propterea ibi fuisse revelatum, ut ibi poneret lapidem, qui de cubito martyris excussus est: quia Græcè cubitum dicitur. Sed qui sciunt quæ ibi miracula sunt, ipsi nos doceant. Hæc Augustinus de lapide quo percussus est protomartyr.*

Quod vero ad erectam tunc temporis Memoriam martyris spectat, his jungimus quæ in epistola Martialis Apostolorum discipuli nomine prænotata ad Burdegalenses scripta (qualicumque sint) leguntur his verbis: *Dum altaria demonum in pulverem redigerentur, aram Ignoræ Dei ad consecrationem reservari jussimus: qua dedicata in nomine Dei Israel, & ipse testis Stephani, qui pro eo a Judæis passus est; non hominis cultum, sed Dei in ea frequentatis. Stephanus enim non Deus, sed amicus Dei fuit qui pro testimonio ejus animam suam posuit, cujus sanguine ipsa mensa est decorata. Rursum ne quid prætermittamus, legitur in Constitutionibus Apostolicis, quæ feruntur nomine Clementis (l), inter Christianorum ferias adnumerari natalem diem protomartyris Stephani.*

Qualis vero quantaque ex martyrio Stephani facta sit nostris rebus accessio, vel ex eo saltem quis considerare facile poterit, quod Augustinus sæpe testatur, precibus Stephani, Sauli expugnatam esse perfidiam: erat ipse consentiens neci ejus, & vestium lapidantium custos, quod

Memoria Stephani.

CCCL.

(l) Clem. Const. lib. 8. c. 39.

CCCII.

non tantum Lucas (a) affirmat: sed & ipse Paulus (b) ex Saulo conversus, agens aliquando suae fidei defensionem, hæc inter alia pro concione habuit, cum ad Deum conversus hæc dixit: Domine, ipse sciunt quia ego eram concludens in carcere, & cædens per synagogas eos, qui credebant in te: & cum funderetur sanguis Stephani testis tui, ego astabam, & conturbabam, & custodiebam vestimenta interficientium illum. Stephanus igitur Domini Jesu memor exempli, qui pro transgressoribus, cum esset in cruce, preces ad Deum fudit, dicens: Pater dimitte illis: non enim sciunt quid faciunt; & ipse his admonitus, postis genibus (inquit Lucas c) clamavit voce magna, dicens: Domine ne statuas illis hoc peccatum. Putas, inquit Augustinus (d), verba ista audivit Saulus? Audivit subsannans, sed irritis: & tamen ad orationem Stephani perinebat. Adhuc grassabatur, & jam pro illa Stephanus exaudiebatur: & alibi (e): Si Sanctus Stephanus non orasset, Ecclesia Paulum non haberet. Sed ideo erectus est Paulus, quia in terram inclinatus, exauditus est Stephanus. Hæc eadem quoque alibi (f) repetit.

CCCIII. Quæ vero pertinent ad sepulturam ejus, rem gestam his paucis Lucas (g) absolvit, dicens: Curaverunt autem Stephanum viri timorati, & fecerunt planctum magnum super eum. Hæc ille; sed apposite quidem antequam ageret de ejus funere, hæc verba præmisit: Facta est autem in illi die persecutio magna in Ecclesia, quæ erat Hierosolymis: & omnes dispersi sunt per regiones Judææ & Samariæ, præter Apostolos. His dictis, de sepultura quæ narravimus, subdit; ea nimirum ex causa, quod non ea die qua necatus est, sepultura traditus sit, id prohibentibus Judæis; sed postea cum ea, quam refert, facta est persecutio in Ecclesia. De sepultura ipsius hæc ex relatione Gamalieleis narrat Lucianus in ea, quam totus Christianus orbis recepit, epistola de inventione corporis ejusdem protomartyris, his verbis: Lapidatus est a Judæis & Principibus sacerdotum in Hierusalem pro Christi fide extra portam quæ est ad aquilonem, quæ ducit ad Cedar, ibi die ac nocte jacuit projectus, ut sepultura non daretur secundum mandatum impiorum Principum, ut a feris consumeretur corpus ejus. Ex Domini autem voluntate non tetigit eum unum ex his, non fera, non avis, non canis. Ego Gamaliel compatiens Christi ministro, & festinans habere mercedem a Domino, & partem cum sancto viro fidei, misi per noctem quantos poteram religiosos Christianos, & in Christo Jesu fideliter credentes, habitantes Hierusalem in medio Judæorum; & hortatus sum eos, & necessariam substantiam ministravi, ac persuasi

illis ire occulte ut portarent corpus ejus meo in vehiculo ad villam meam, hoc est, in Caphargamaliam (quod interpretatur villa Gamalieleis) viginti millia habens a civitate. Et ibi feci illi planctum fieri diebus septuaginta, & poni eum in meo monumento novo in Orientali theca: & præceptis meis, ut quæcumque necessaria erant pro ejus planctu, de meo darent. Hæcenus ille de sepultura Stephani.

Nec aliter quidem S. Hieronymus (h) planctum magnum, quem factum narrat Lucas in funere Stephani, nisi magnificentiam funeris, intelligendum esse ait, scribens ad Paulam his verbis: Quod Stephanus fecerint Hierosolymæ fratres planctum magnum: & utique planctus magnus non in plangentium exanimatione, ut tu putas, sed in pompa funeris & exequiarum frequentia intelligendus sit. Idemque alibi adversus Vigilantium ad Riparium (i) scribens: Ergo, inquit, martyrum innumera sunt reliquia? Et quid passi sunt Apostoli, ut immundum Stephani corpus tanta funeris ambitione præcederent, ut facerent ei planctum magnum, ut eorum luctus in nostrum gaudium converteretur? Hæc Hieronymus, superius ex Luciani epistola enarratis contentiens, qui etiam ex pluribus divinæ Scripturæ locis egregie monstrat, planctum magnum, funeris amplitudinem significare. Apud Rabbi Jacob in Turim Jora Degha capite trecentesimo quinquagesimo secundo legitur, adeo sumptuosa esse consuevisse funera Judæorum, ut interdum evenerit, ut qui fustissimis impensis impares essent, ad tempus fugam arripuerint. Qui autem hæc corrigenda curavit, tradit fuisse seniore Gamalieleem, qui vili funeris pompa voluit sepeliri, & inter alia, lineis tantum amictum sepultura mandari; quem & posteros esse imitatos affirmat, ut superius diximus.

Cæterum ipsorum Apostolorum exemplo adeo splendide per Gamalieleem curantium Stephani sepulturam, laudabilis in Ecclesia Dei in curandis defunctorum corporibus consuetudo permanit, ut eadem in primis aromatibus condirentur: unde Tertullianus (k): Si Arabia quaruntur, & sciant Sabæi pluri & carius suas merces (l) Greg. Christianis sepeliendis proficari, quam diis fumigandis. Gregorius (m) Nyssenus hæc in funere Meletii: Sindones multas, & panni serici, unguentorum & aromatatum largitas, liberalitas mulieris ornate & honestæ, &c. Gregorius (n) Nazianzenus non sine myrrha Cæsarium fratrem sepelivit. De qua etiam consuetudine pristina Prudentius agit his versibus (n): Candore nitentia clara Prætendere lintea mos est, Asperaque myrrha Sabæo Corpus medicamine servat.

& in fine:

CCCIV. (a) Pontius in Act. pass. S. Cypri. in fn. (b) Greg. Nyssen. orat. in fun. Meletii. (i) Hier. epist. 53. ad Rip.

(h) Hier. epist. 53. ad Rip.

CCCV.

(k) Tertullianus in apolog. (l) Greg. Nyss. orat. in fun. Meletii. (m) Greg. Naz. ad Sophr. epist. 18. (n) Prudentius in Catabem. hym. de defunctis.

Nos

Nos tuta fovebimus ossa
Violis ac fronde frequenti,
Titulumque & frigida sexa
Liquido spargemus odore.

CCCVI.

(a) Pontius in Act. pass. S. Cypri. in fn. (b) Greg. Nyssen. orat. in fun. Meletii. (c) Greg. Naz. orat. in fun. Cæsarii.

(d) Greg. Nyssen. orat. in fun. S. Macrinae. (e) Euseb. in vit. Const. lib. 4.

(f) Hieron. epist. 27. in funere S. Paulæ.

(g) Recit. Joan. Damasc. lib. de mor. just. reg.

(h) Chrysol. homil. 70. ad popul. Antioch.

(i) Chrysol. homil. 14. in 1. epist. Paul. ad Tim. & 59. ad popul. Antioch. & 4. in epist. Paul. ad Hebræos.

(k) Concil. Elber. c. 34.

Rursum vero accensis cereis, cantu profecti pompam funeris, apud Christianos antiquo usu receptum esse, multis habetur testatum exemplis; ut quod habet Pontius diaconus (a) de funere sancti Cypriani martyris his verbis: Inde cum cereis & scholaribus in area cujusdam Candidi procuratoris magno triumpho sepultum est. Quod insuper Gregorius Nyssenus (b) factum tradidit in funere Meletii, cum ait: Quomodo urrinque quasi ignei amnes continentibus facibus, tractu continuo perpetuoque fluentes, quoad oculi longissime prospicere solent, porrigebantur? Gregorius Nazianzenus (c) de matre sua in funere Cæsarii filii gestante faces, hæc habet: Cum multiplici hymnorum cantu deducitur, celebrique pompa ad martyrum sedem offertur, sanctisque parentum manibus honoratur, matre accensas faces gestante. Eadem plane cum agit de funere Constantii in oratione prima adversus Julianum Apostatam; hoc etiam idem qui supra Gregorius Nyssenus (d), cum meminit de funere S. Macrinae sororis, testatur: id ipsum Eusebius (e) in funere Constantini; sed & Hieronymus de funere S. Paulæ hæc ait (f): Translata Episcoporum manibus, & cervicem feretro subjicientibus, cum alii Pontifices cereos lampadesque, alii choros psallentium ducerent, in medio ecclesiæ speluncæ Salvatoris est posita. Athanasius (g) eadem feliciter & explicat & probat, cum ait: Si quis diem obierit, licet in aere deponatur inhumatus, ne miseris oleum & ceram, invocato Christo Deo, ad sepulcrum accendere: accepta enim Deo sunt plurimamque secum referunt retributionem: oleum & cera hominibus. 70. locustum est: incruentæ vero hostiæ oblatio, propitiatio est. Quid vero (h) Chrysostomus? Quid, ait, ardentes, quæso, lampades sibi volunt? nonne tanquam athletas eos comitamur? quid autem hymni? nonne glorificamus Deum, & illi gratias agimus, quia jam defunctum coronavit, & ab incertitudine sublatus penes se retinet? Idemque (i) alias laudatissimam Christianorum consuetudinem in celebrandis exequiis defunctorum sæpe commendat.

Sed quoniam nihil est tam sanctum, quod non possit humana pravitate perverti, veniit Synodus Elberina (k) ne accensis cereis super defunctorum sepulcra, eorum animæ inquietarentur. Sed qui noverit ex divina Scriptura quid sit mortuos inquietare, intelliget profecto a sancta Synodo non factum accensionem, sed defunctorum animarum superstitiosis ritibus evocationem esse prohibitam. Porro inquietare animas defunctorum, nihil aliud esse quam

carminibus magicis, aliisque superstitionibus adhibitis eas advocare, satis expressum habetur in libro Regum (l) ex persona Samuelis sic dicentis: Quare inquietasti me ut suscitarem? Consuevisse quidem & Gentiles ad sepulcra defunctorum faces accendere, Suetonius (m) tradit. Solicitari quoque solitas ab ipsis animas defunctorum, Plinius (n) plane significat, cum de communi illo loquendi usu pristino hæc ait: Cur ad mentionem defunctorum testatur memoriam eorum a nobis non sollicitari? Id quidem non alia de causa, nisi ob frequentem usum advocandi, ac (ut aiebant) sollicitandi seu inquietandi animas defunctorum, loquendi consuetudine receptum erat. Abstulit ergo SS. Synodus superstitionem facum accensionem ad sollicitandas animas defunctorum: sic & SS. Synodus Tridentina superstitionis numerum candelarum aliis ex causis interdixit. Incenso etiam thure defunctos honorari consuevisse; idque prætermisisse, piaculum grande existimatum esse, satis declarat Acta (o) sacrosanctæ Synodi Chalcedonenensis, ubi recitatur libellus accusationis adversus Dioscorum, oblatum ab Ischyryone diacono; quo inter alia datur crimini, quod ejus avaritia factum sit, ut in funere Peristeriæ pietissimæ feminæ, quæ sua legaverat sanctis locis, oblatio incensi (quantum ad ipsum pertinuit) fuerit prætermissa.

Cæterum quod de Stephani funere dictum est, non una die, sed pluribus, usque ad septuagenarium numerum, ipsum curatum esse: Apostolica traditione in Ecclesia etiam consuetudo illa probata videtur, ut item non una die tantum, sed pluribus, pia Christianorum officia, ac religiosa Fidelium illis persolverentur obsequia: unguentis enim primum delibuta cadavera remanere duorum vel trium dierum spatio insepulta consueverant: Quo tempore apud ipsa excubantes Fideles, sacras hymnodias cantantes, Deum laudabant, sacras hostiæ immolabant: ac postea ad sepulcrum ducebant: inde post sepulturam etiam psalmodiarum cantica repetebant. At cum multa de his sint exempla, quæ in medium adduci possent, satis illud esse putavimus, quod in Paulæ funere factum Hieronymus (p) narrat his verbis: Hebræo, Græco, Latino, Syroque sermone psalmos in ordine personabant, non solum triduo, donec subter ecclesiam clesiam & juxta specum Domini condere-tur; sed per omnem hebdomadam; cum illis qui venerunt, suum funus & proprias credentibus lacrymas. Et de sacrificiis offerri tunc solitis testis locupletissimus est S. Augustinus, dum agit de transitu matris. Rursus octava, vigesima, trigesima, quadragesima, ac sexagesima die agi consuevisse memoriam defunctorum, antiqui

(l) 1. Reg. 28.

(m) Suet. in Tib. c. 98. (n) Plin. lib. 28. c. 20.

(o) Concil. Chalced. Act. 1.

CCCVIII.

(p) Hier. epist. 27. Repetitæ memoriæ pro defunctis.

libri Rituales testantur. Itemque anniversaria die eadem pietatis officia repetere majores consuevissent, multa sunt certissima testimonia. Tertullianus (a) enim ait: Pro defunctis annua die facimus: & alibi (b): Pro anima ejus, inquit, oret, & refrigerium interim adpostulet ei, & in prima resurrectione consortium: offerat annuis diebus dormitionis ejus. Gregorius Nazianzenus (c) hæc item in eadem sententiam: *Alia quidem persolvimus, alia vero daturi sumus; anniversarios enim honores & commemorationes offerentes ii quidem certe qui superstites relinquuntur.* At vero ne in his diutius immoremur: exequiæ Christianorum ex traditione (ut vidimus) Apostolorum acceptæ, non tantum apud Fideles, sed etiam Christianorum hostes, sibi conciliarunt honorem ac reverentiam: nam Julianus Apostata, rerum nostrarum (d) acerbissimus inimicus, ejusmodi religiosum officium in suas partes transferre studuit; ut ex his videas, quantum homine illo perditio ac perverso sit infelicior, qui detrahens subfannat eadem atque irridet.

Sed occasio postulat, ut quæ his conjuncta esse videntur, de suffragiis ab Ecclesia pro defunctis exhiberi solitis, ex instituti ratione saltem paucis agamus. Res enim est non recens in Ecclesia adinventata, sed quæ ex iisdem Apostolicarum traditionum fontibus manat: quod Augustinus (e) his verbis constanter affirmat: *Orationibus vero sanctæ Ecclesiæ, & sacrificio salutari, & elemosynis, quæ pro eorum spiritibus erogantur, non est dubitandum mortuos adjuvari; ut cum eis misericordius agatur a Domino, quam eorum peccata meruerunt. Hoc enim a Patribus traditum universa observat Ecclesia, ut pro eis qui in corporis & sanguinis Christi communione defuncti sunt, cum ad ipsum sacrificium loco suo commemorantur, oretur, ac pro illis quoque offerri commemoretur.* Multa insuper in eadem sententiam locutus, reddit exactam omnium rationem. Quod igitur ait id a Patribus traditum; haud ab aliis, quam ab Apostolis, voluit intellexisse, secundum ea quæ idem scribit in libro de Baptismo (f) contra Donatistas, sic dicens: *Quod universa tenet Ecclesia, nec Conciliis institutum, sed semper retentum est non nisi auctoritate Apostolica traditum rectissime creditur.* Est videre hujus traditionis antiquiora vestigia apud Tertullianum (g), cum ait, oblationes pro defunctis non nisi ex traditione provenisse, qui & per quos faciendæ essent ejusmodi oblationes, sic alibi (h) declarat: *Repete apud Deum, pro cuius spiritu postules, pro qua oblationes annuis reddas. Stabis ergo ad Deum cum tot uxoribus, quot illa ratione commemoras, & offeres pro duabus, & commemorabis eas duas per sacerdotem.*

(a) Tert. de coron. milit. (b) Lib. de Monog.

(c) Greg. Nazian. orat. in fun. Casuar. (d) Epist. Jul. ad Ar. facium apud Sox. lib. 5. c. 15.

(e) Aug. serm. 32. de verb. Apost. De suffragiis pro defunctis.

(f) Aug. de bapt. c. 24.

(g) Tert. de coron. mil. c. 3.

(h) Tert. lib. de exhor. ad ca. sitatem.

CCCIX.

Sed ad quid ejusmodi oblationes, nisi ut per eas defuncti anima refrigerium a Deo consequatur? unde & alio in (i) loco: *Pro anima ejus (mariti videlicet) oret, & refrigerium interim adpostulet ei, & in prima resurrectione consortium, & offerat annuis diebus dormitionis ejus.* Hæc quidem ille non certe ex schola Montani tum primum aperta; nam quo pacto agens cum Catholicis, provocat eos ad totius Ecclesiæ traditionem inveteratam, quam consuetudo jam firmasset, ac fides obsignasset; si ea ex his essent, quæ in Orbis angulo, nempe in Phrygia, eo tempore Montanus docuisset? An Montani erant sectarii sanctissimi Episcopi Africani, qui ante Cyprianum vixerunt, vel ipse denique Cyprianus (k), qui adeo probasse leguntur offerri pro defuncti anima sacrificium, ut eo pietatis officio quempiam privasse, magnum esset illi supplicium intulisse? An ne Origenes (l) qui eodem vixit tempore, Montani assecla erat, qui tam egregie defunctorum suffragiis adstipulatur, sic dicens? *Memorias sanctorum facimus, & parentum nostrorum vel amicorum in fide morientium devote memoriam agimus, tam illorum refrigerium gaudentes, quam etiam nobis piam consummationem in fide postulantes: & paulo post: Celebramus nimirum, religiosos cum sacerdotibus convocantes, Fideles una cum clero, invitantes adhuc egenos & pauperes, pupillos & viduas saturantes, ut fiat festivitas nostra in memoriam requies defunctis animabus, quarum memoriam celebramus, nobis autem efficiantur in odorem suavitatis in conspectu æterni Dei.* Hæc Origenes.

Epiphanius (m) agens contra Aerium istæ impugnantem, eadem ex majorum indissolubili traditione fluxisse defendit, cum ait: *Profunt autem & preces pro illis factæ, etiam si totam culpam non abscedant, nempe mortalem. Verum enim vero, eo quod nos sæpe, dum in mundo sumus, fallimur & erramus, tum invitati, tum voluntarie: quo id quod perfectius est, significetur; & pro justis & peccatoribus memoriam facimus: pro peccatoribus quidem misericordiam Dei implorantes: & infra: Ecclesia necessario hoc perfecit, traditione a Patribus accepta. Quis autem poterit statutum matris dissolvere, aut legem patris? velut Salomon dicit: Audi, fili, sermones patris tui, & ne repudies statuta matris tue: ostendens per hæc quod & in scriptis & sine scripto docuit Pater & Filius & Spiritus sanctus. Mater autem nostra Ecclesia habet statuta in se posita, indissolubilia, quæ dissolvi non possunt.* Sed quam insigniter Joannes Chrysostomus (n) eadem hæc ab Apostolis esse instituta, sæpe testetur, ad populum Antiochenum, alloquens, ubi Petrus & Paulus præcipui Eccle-

CCCX. (i) Tert. de monogamia. Oblationes pro defunctis.

(k) Cyr. epist. 66.

(l) Orig. in Job. hom. 3.

CCCXI. (m) Epiph. bar. 77. Patrum de ea re consensio.

(n) Chrys. ad pop. Antioch. homil. 69.

Ecclesiæ vertices docuerunt, non nisi quæ ab ipsis ea accepisset Ecclesia repetens, ait: *Non temere ab Apostolis hæc sancita fuerunt, ut in tremendis mysteriis defunctorum agatur commemoratio: sciunt enim illis inde multum contingere lucrum, utilitatem multam. Cum enim totus constitit populus extensis manibus, sacerdotalis plenitudo, & tremendum proponitur sacrificium, quomodo Deum non exorabimus pro his deprecantes? Sed hoc quidem de his qui in fide migrarunt. Idem alibi (a) eadem prorsus repetit verba, & ex Spiritus sancti institutione factum ait (b), ut in sacro ac tremendo sacrificio diaconus clamet: *Pro his qui defuncti sunt in Christo.**

(a) Chrys. ad Philip. hom. 3. (b) Chrys. in Act. hom. 21.

Cyrillus quoque (c) Hierosolymitanus hæc de iisdem: *Cum hoc sacrificium offerimus, Missæ nempe, postea facimus mentionem etiam eorum qui ante nos obdormierunt: primum Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, ut Deus orationibus illorum & deprecationibus suscipiat preces nostras; deinde pro defunctis Patribus & Episcopis, denique pro omnibus oramus, qui inter nos vitam sancti sunt; maximum esse credentes animarum juvamen, pro quibus offertur obsecratio sancti illius & tremendi, quod in altare positum est, sacrificii. Quod exemplo monstrare volumus: scio enim multos dicere; *Quid juvat animam in peccatis ex hoc mundo decedentem, etiam si in hoc sacrificio mentio illius fiat? An enim si Rex aliquis, eos a quibus offensus est, in exilium pepulerit; postea vero illorum propinqui coronam aliquam conficientes, pro his qui sunt in supplicio exilibus, eidem offerrent: nonne condonationem aliquam suppliciorum ipsis dederit? Ad eundem modum & nos pro defunctis preces adhibentes, quamvis sint peccatores; non quidem coronam plectimus, sed Christum pro nostris peccatis maculatum offerimus, ut & nobis, & illis, eum qui est benignissimus, propitium reddamus.* Hæc Cyrillus, non aliunde quidem, quam ex traditione Jacobi ejusdem Ecclesiæ primi Episcopi, ut ex ejus liturgiâ suo loco monstrabimus.*

De eadem traditione Apostolica post alios & Joannes (d) Damascenus, qui eadem pro defunctis suffragia ad suum principium reducens, unde provenerint, monstrat his verbis: *Porro autem Verbi discipuli atque conspectores, a quibus Orbis universus captus est: illi, inquam, Salvatoris discipuli ac divini Apostoli, ut in tremendis ac puris vitamque afferentibus mysteriis, eorum qui cum fide diem extremum clausissent, memoria fieret, instituerunt; quod etiam firme atque constanter, ac sine ulla controversa Catholica & Apostolica Ecclesia ab extremis finibus ad extremos*

CCCXIII (d) Joan. Damasc. de Fidel. de fun. orat.

usque fines, ubi eo tempore ad hunc usque diem semper retinuit, ac tantisper dum mundus erit hic retinebit. Habes insuper (ut præmittamus magnam copiam auctorum hæc testantium) ejus rei usum in Ecclesia Apostolica ex traditione Apostolorum Romæ representatum ex epistola (e) Paulini ad Aletium S. Paulæ generum, cum in funere Ruffinæ uxoris defunctæ, in basilica Vaticana tanto theatro dignum spectaculum fuit ab eo exhibitum. At quid ibi ageretur, nisi quod eidem Ecclesiæ, quam Petrus & Paulus docuerunt, iidem tradidissent? in illa enim, velut thesauro, ac Apostolis collocatas sacras traditiones, & inviolabiliter custoditas, auctor est Irenæus (f): *Non insuper censenda est traditio Apostolica, quæ tot tantisque est comprobata miraculis? sunt ea plane innumera: quæ tum Gregorius Papa, tum alii fide probati auctores memoria prodiderunt. Sed quid divinitus facta miracula, nisi quod per ea divinum suffragium declaratur?*

Cum igitur Ecclesiastici tractatores, insignis nominis viri (ut vidimus) una eademque consensione firmiter asseverent, ex Apostolica traditione sacrificia & alia pietatis opera offerri consuevissent pro defunctis: necessario compellimur dicere, eosdem pariter ex Apostolica traditione affirmare, esse locum in quo post obitum animæ purgentur, donec ab omni peccati macula expiata reddantur. Si enim viventium suffragiis eas adjuvari ac liberari posse, Apostolica traditio (ut dictum est) docuit: sane non omnium Fidelium animas continuo post obitum in cælum recipi; nec item omnes in infernum mergi (pro quibus nulla sunt offerenda suffragia, cum nec illi his opus habeant, nec istis profint) certum est: sed tertium adhuc esse locum necesse est affirmare, quo illæ quæ adhuc venialium peccatorum inquinatæ sunt sordibus, & mortalium licet culpa exsolatæ, poenæ tamen temporariæ sunt obnoxia, detinentur. Ex his omnibus itaque esto ratum firmumque de Purgatorio fidem atque doctrinam ex Apostolorum traditione fluxisse. Multa ad hæc probanda, & confirmanda, essent ex divinis Scripturis in medium afferenda testimonia: at quoniam nostrum institutum est, doctrinam ex traditione, non traditionem ex doctrina deducere (nam id complures nostri temporis Ecclesiastici Orthodoxi scriptores feliciter præstiterunt) his in præsentiarum omisissis, illud unum, sed breviter tamen, præstabitur, ut Apostolicam traditionem Catholicæ Ecclesiæ usu receptam, & Patrum testimonio roboratam apertissime demonstremus.

Certum est enim, tam Latinos quam Græcos antiquos Patres testimonio pari ac consensione in unam eandemque sententiam

(e) Paulin. epist. 31.

(f) Iren. lib. 3. c. 3. & 4.

CCCXIV. Ex traditione doctrina.

CCCXV. De purgatorio.

tentiam conspirasse, animas solutas corpore, peccatis aliquibus obnoxias, poenis sic subjici, ut iis purgatae, aeternae tandem participes fiant beatitudinis: & licet de modo & loco quo id fiat, alius aliter senserit; quod tamen faciendum sit omnes aequae consentiunt. Ex antiqua Ecclesiae traditione Tertullianus (a), ut de re cujus nulla sit dubitatio, idem profiteretur: nam cum tractat illam sententiam Domini in Matthaeo (b): Non exies inde, donec reddas novissimum quadrantem, ait: Judex te tradat Angelo executionis, & ille te in carcerem mandet infernum, unde non dimittaris, nisi modico quoque delicto mora resurrectionis expensos; & infra: In summa, cum carcerem illum, quod Evangelium demonstrat, inferno intelligimus: & novissimum quadrantem, modicum quoque delictum mora resurrectionis illic luendum interpretatur: nemo dubitabit animam aliquid pensare penes inferos, salva resurrectionis plenitudine per carnem quoque. Haec ille. Sed nec praedictum Catholicae affert veritati si etiam, quod ait, id Montanus senserit. Non enim labefactatur veritas, si quis haereticus eandem interdum profiteatur. Cyprianus id ipsum plenissime docet, dum scribens ad Antonianum (c) haec ait: Aliud est, missum in carcerem non exire inde, donec solvat novissimum quadrantem: aliud statim fidei & virtutis accipere mercedem: aliud pro peccatis longo dolore cruciatum emundari & purgari diu igne: aliud peccata omnia passione purgasse. Est etiam ejusdem veritatis Origenes (d) qui eodem saeculo cum Tertulliano, & usque ad Cypriani tempus vixit, assertor, dum ait: Cum illuc venitur, si quis multa opera bona, & parum aliquid iniquitatis attulerit; illud parum tamquam plumbum igni resolvitur ac purgatur, & totum remanet aurum purum. Et si quis plus illuc plumbi detulerit; plus exurit, ut amplius decoquatur: ut etsi parum aliquid sit auri, purgatum tamen resideat. Quod si aliquis illuc totus plumbeus venerit: fiet de illo hoc quod scriptum est: Demergetur in profundum, tamquam plumbum in aqua validissima. Haec Origenes.

(a) Tertull. lib. de anima, c. 35. & cap. ult. (b) Mat. 5.

(c) Cyprian. epist. 52.

(d) Orig. in Exod. homil. 6.

CCCXVI. (e) Gregor. Nyss. orat. catech. 8.

Patrum illius quoque, quae ex peccato ingeneratae infederunt maculae per medicinam aliquam auferantur: propterea in praesentia quidem vita adhibitum est medicamentum virtutis ad haec curanda vulnera: quod si curari non possint, in futura vita reservatur curatio. Sed quo modo in corpore sunt affectionum quaedam differentiae, quarum aliae quidem facilius, aliae vero difficilius admittunt curationem; in quibus

& sectiones, & cauteria, & acerba medicamenta adhibentur ad tollendam affectionem, quae infedit corpori: tale quid etiam in posterum denuntiat futurum iudicium ad curandos morbos animae, quod pigris quidem & lentis minatur. Hieronymus (f) id etiam in haec verba: Sicut diabolus, & omnium negatorum, atque impiorum, qui dixerunt in corde suo, Non est Deus, cui credimus aeterna tormenta: sic peccatorum sine atque impiorum, & tamen Christianorum, quorum opera igne probanda sunt atque purganda, moderatam arbitramur & mixtam clementiae sententiam iudicis; ut scilicet non puniantur in aeternum: nam de his est instituta disputatio. Et in Oseam (g): Infernus, inquit, est locus, in quo animae recluduntur sive in refrigerio sive in poenis pro qualitate meritorum. & alibi (h): Peccatores qui confitentur rectam fidem, sed propter vitiorum sordes purgantibus se indigent flammis, idcirco nunc Dominus ad ignem iudicium vocare se monstrat, ut uniuscuiusque opus quale sit, ignis probet. Appellat (i) alibi purgatoriam poenam, baptismum ignis, quo (inquit) baptizabimur in futuro saeculo.

(f) Hieron. in Ose. cap. 14.

(g) Idem in Ose. cap. 14.

(h) Hieron. in Amos, c. 4.

(i) Hieron. in Matth. c. 7.

Ambrosius (k) de eodem baptismo, purgatorio scilicet igne, haec ait: Est etiam II. baptismum in Paradisi vestibulo, quod ante non erat; sed posteaquam peccator exclusus est, coepit esse romphaea ignea, quam posuit Deus; quae antea non erat, quando peccatum non erat: culpa coepit, & baptismum coepit, quo purificentur qui in Paradisum redire cupiebant, ut regressi dicerent: Transivimus (l) per ignem, & aquam: hic per aquam, illic per ignem: per aquam, ut abluantur peccata: per ignem, ut exurantur. Idem alibi (m): Cave ne ligna, cave ne stipulam ad iudicium Dei tecum deferas, quae ignis exurat: cave ne cum in uno aut duobus habeas quod probetur, in pluribus operibus deferas quod offendet. Si cuius opus arserit, detrimentum patietur; potest tamen & ipse per ignem salvari. Unde colligitur, quia idem homo & salvatur ex parte, & condemnatur ex parte. Idem dum ait (n) de ultimo exsolvendo quadrante, illum de iisdem poenis interpretatur.

CCCXV. (k) Ambrosius in Psal. 118. serm. 3.

(l) Psal. 65.

(m) Ambrosius in Psal. 118. serm. 20. in fine.

(n) Ambrosius in Luc. 6. 12.

At Augustinus (o) de his uberius caeteris agit in Enchiridio ad Laurentium, & de Civitate (p) Dei, ubi & falsas de his aliorum sententias refutat, idemque alius (q) plerisque in locis est ejusdem veritatis fidelis assertor: cuius singulas de his sententias hic recitare praetermittimus, ne nimia prolixitate legentibus molestiam afferamus, praesertim cum illae potissimum sint jam praemanibus omnium. Caeterum tantum abest ut penes quempiam antiquorum Orthodoxorum fuerit de eadem re aliqua dubitatio, ut potius laboran-

CCCXV. III.

(o) Augustinus in Enchir. c. 67. 68. 69.

(p) Augustinus de Civ. Dei li. 21. c. 13. & seq.

(q) Augustinus de Genes. contra Manich. lib. 2. c. 20.

Lib. de 8. quasi. q. 1. hom. 16. & aliis locis.

randum fuerit Patribus adversus nonnullos, qui crederent omnia peccata quantumvis capitalia, excepto tamen infidelitatis errore, eodem igne purgari posse: quos non tantum Augustinus citato loco, sed & Caesarius Arelatenensis Episcopus egregia sanctitate & eruditione Pater (hic, ut alibi notavimus (a), fama notissimus claruit temporibus Symmachi Papae longe ante Gregorii tempora) refellit sic dicens (b): Multi lectionem istam male intelligentes, falsa securitate decipiuntur, dum credunt, quod supra fundamentum Christi crimina capitalia adificata peccata ipsa per ignem transitorum possint purgari, & ipsi postea ad vitam aeternam pervenire. Intellectus iste, fratres carissimi, corrigendus est; quia ipsi se seducunt, qui sibi blandiuntur. Illo enim transitorio igne de quo dixit Apostolus: Ipse autem salutaris erit, si tamen quasi per ignem: non capitalia, sed minuta peccata purgantur; & post multa: Sed dicit aliquis; Non ad me pertinet quandiu moras habeam, tantum ut ad vitam aeternam perveeam. Nemo hoc dicat, fratres carissimi: quia ille ipse purgatorius ignis durior erit, quam quod potest poenarum in hoc saeculo aut videri aut cogitari, aut sentiri. Haec Caesarius. Plura his ac fere innumera addenda essent aliorum, qui postea claruerunt, testimonia Ecclesiasticorum scriptorum; sed non patitur ratio institui in his diutius immorari. Unum tamen sic habeto: omnium, qui post dicta tempora vixere Orthodoxi scriptores, usque in praesens, nullum reperiri, qui Apostolica traditione majorumque assertioni, ac denique tot saeculis praescriptae Ecclesiasticae consuetudini ausus sit contradicere; quin potius eandem Catholicam veritatem non tantum ex Patribus ratam atque firmatam, sed miraculorum editione divino calculo saepius comprobata, pronis manibus excipientes, sunt pie sancteque venerati. Adeo ut nulla habenda sit ratio, si Novantes & oeconomicae Ecclesiasticae inversores ab his aliter senserint. At haec jam satis ad Apostolicas traditiones, & Ecclesiae mores infinuandos, quibus nos atrinximus, esse putantes, ad ipsam rerum gestarum historiam, ad idque unde digressa est oratio, redeamus.

(a) In Martyrol. Rom. die 27. Augusti. (b) Caesarius hom. 7.

21

Die illa qua lapidatus est Stephanus, facta est (inquit Lucas c) persecutio magna in Ecclesia, quae erat Hierosolymis, & omnes dispersi sunt per regiones Iudaeae & Samariae praeter Apostolos. Est (d) qui dicat, eodem quo passus est Stephanus die Nicanorem, unum ex septem diaconis ac ducentos insuper Christianos a Iudaeis esse necatos; quod tamen haud tutum est affirmare, cum Graecorum Menologium de Nicanore testetur, tempore Vespasiani Imperatoris fuisse in Cypro occisum. Sed quod ad Nicanorem spectat, contentiosum funem non trahimus. Caeterum, quod attinet ad reliquos; complures post necem Stephani occisos esse, absque dubitatione aliqua affirmamus, testante haec potissimum Paulo coram Festo (e) Praefide & Agrippa Rege, cum suam causam peroraret, sic dicens: Multos sanctorum ego in carceribus inclusi, a Principibus sacerdotum potestate accepta: & cum occiderentur, detuli sententiam. Lucas autem haec omnia innuens potius quam describens duobus verbis (ut vidimus) rem totam absolvit, dum ait: Facta (f) est in illa die persecutio magna in Ecclesia, quae erat Hierosolymis. Praeterea, accidisse tunc temporis creditur quod ex relatione Gamalielis Lucianus (g) memoriae prodidit, de Nicodemus Christi discipulo sic dicens: Cognoscens Iudaei illum esse Christianum, amoverunt eum a principatu suo, & anathematizaverunt eum, & de civitate expulerunt. Tum ego Gamaliel, quasi persecutionem pro Christo passum, sustuli eum in meum agrum & alui, & vestivi usque ad finem vitae ejus, & defunctum honorifice sepelivi juxta domum Stephanum. Haec ille.

CCCXX. Sed cur tunc omnes Christiani Hierosolymis pulsi sint, Apostolis vero tantum quorum causa turbae omnes a Iudaeis fuerant concitatae, Hierosolymis manere concessum fuerit, admirari non desino. Tribuunt id alii (h) operae ac studio Gamalielis; cuius industria Apostoli servati fuerint. Adscribunt & alii non modestae, sed timori Iudaeorum: quippe qui timebant populi, quod erga illos propensior esset, tumultum atque seditionem. Sed mea sententia, neutra harum causa tanti ponderis fuisse videtur, quae magistratus adeo furore exagitatos, ac plane rabie effervescentes cohibere potuisset. Unde, id non nisi miraculo, & illius tantum virtuti existimo tribuendum, qui statuit (i) mare quasi in utre, & posuit terminos ejus arenam exignam, & dixit ei (k): Et sique hic venies, & non procedes amplius, & hic confringes rumentes fluctuos. Caeterum quod ad Apostolos pertinet: Apollonius (l) antiquus Theologus, agens adversus Cataphrygas, testatur se traditione accepisse, Salvatorem mandatum dedisse Apostolis, ne usque ad duodecim annos Hierosolymis decederent. Qui ergo haec praecipit, ut inter infensissimos hostes tamdiu versarentur, dedit etiam illis implere quod iusserat. Sed de hac re alibi: quae vero ad discipulorum dispersionem pertinent, rejicimus in animum sequentem, quo ea omnia facta esse noscuntur.

De persecutione in Christianos.

(e) Act. 26.

(f) Act. 8.

(g) Lucian. in epist. de inven. S. Stephani.

CCCXX.

(h) Occum. in Act. c. 8.

(i) Psal. 77.

(k) Job. 38.

(l) Apud Euseb. hist. lib. 5. c. 17. in fine.

I. Dispersio Discipulorum.

Sequenti anno Domini trigesimo quinto, Sulpitio Galba & Cornelio Sulla Coss. pulsus eiecitque post necem Stephani, qui erant Hierosolymis, Christianis; proficiscuntibus illis in diversas ac longe positas regiones, ac praedicantibus Evangelium, Ecclesia Dei feliciter propagatur. Non enim tantum (quod tradit hic Lucas a) dispersi sunt per regiones Judaeae atque Samaritae; sed Palaestinae fines egresses, externas quoque regiones peragrassae, ejusdem auctoris testimonio factis perfectum habetur: ait enim inferius (b): Illi quidem qui dispersi fuerant a tribulatione, quae facta fuerat sub Stephano, perambulaverunt usque ad Phoenicem & Cyprium, & Antiochiam, nemini loquentes verbum: nisi solis Judaeis. Insuper eorum, qui Hierosolymis pulsi sunt, ingens numerus migravit in Asiam; qui eo nomine caeteris Judaeis distincti sunt, nominatimque Hebraei advenae dispersionis: ad quos praecipue postmodum Petrus (c) Apostolus scribens epistolam, ejusmodi eam titulo praenotavit: Petrus Apostolus Jesu Christi electis advenis dispersionis Ponti, Galatia, Cappadocia, Asia, & Bithynia. Quod enim ad Galatiam pertinet: eos si-

(a) Act. 8.

(b) Act. 11.

(c) 1. Petr. 3.

S. E. C. I. Anno Urbis 786. Olymp. 203. an. r. An. C. 33. ANNO PERIODI GRAECO-ROMANAE 5526. 14. D. 15. Indi. 6. JESU CHRISTI 33. secundum Baronium 35. TIBERII IMP. 20.

I. Consules.

Ad num. 1. Coss. Serv. Sulpitius Galba, & L. Sulla Felix, ex Inscriptione Gruteriana pag. 1087. Galba, qui postea imperavit, dicitur etiam Servius a Tacito lib. 6. & a Dio. ne lib. 58. ubi hujus anni Consules laudant. Card. Norisius tamen in Epistola Consulari pag. 16. postquam retulit hunc Suetonii locum, in Galba cap.

Off. Serv. Sulpitius Galba, & L. Sulla Felix. Tabula Nolana. SER. SULPITIUS GALBA. L. SULLA FELIX. COS. Tessera gladiatoria apud Norisium in epistola consulari pag. 17. 18. & apud Fabretum Inscript. pag. 38. ubi III. NON. JUN. L. SULL. L. SULP. Semestris Lucii Sulpitii Galba consulatus, de quo Suetonius in vita Cap. VI. (Lucii enim tunc, non Servii praenomen ferebat) memorari videtur Norisio. De his Coss. Dio lib. LVIII. pag. 634. Anno insequenti, quum Sergius (lege Servius) Galba, is qui deinde Imperator factus est, & L. Cornelius Sulla, consulum nomen haberent. Suffectum Galba consulum hoc anno fuisse L. Salvium Othonem, patrem Othonis Imperatoris, docet Suetonius in vita Cap. VI. Evenitque, ut in eo ipse (Galba) L. Domitio patri Neronis, ipsi Salvio Otho pater Othonis succederet, velut praesagium insequentis casus, quo medius inter utriusque filios extitit Imperator. Tacitus Annal. lib. VI. Cap. XV. Servio Galba, L. Sulla Coss. Ad quem locum vide Joh. Friderici Gronovii notam. Facti Vindebonenses: Galba & Sulla. Prosper. Chronicon: Sulpicio & Sulla. Idatiani: Galba Libolo (depravata lectione) & Sylla. Pagius observat Galbam in Gruteriana Inscriptione pag. 1087. a Tacito, & Dione Servium non Lucium appellari, ideoque Lucii praenomen ei in Fastis non esse attribuendum, cui inhaeret Joseph Maria Stampa in continuatione Factorum post Sigonii Fastos. At in tessera apud Fabretum, quae consulatum Galba praefert, Lucii praenomen legitur; non immerito igitur Blanchinius Lucii praenomen in sua Chronologia retinuit. Num. II. Imperatoris nomen nec in Oriente, nec in Occidente tulisse Caium, scripsit Jo. Harduinus, in quo refellitur ab Ezechiele Spanhemio Dissert. 12. de praesentia & usu numismatum antiquorum pag. 395.

gnasse videtur Paulus (d) Apostolus, scribens ad Galatas, qui Hierosolymis quondam fuissent tempore passionis Christi, dum ait, eos sic objurgans: O insensate Galatae, quis vos fascinavit non obedire veritati, ante quorum oculos Jesus Christus proscriptus est, in vobis crucifixus? Ad ejusdem etiam dispersionis homines Jacobus Apostolus suam dedit epistolam ejusmodi inscriptione signatam: Jacobus Dei & Domini nostri Jesu Christi servus duodecim tribubus, quae sunt in dispersione, salutem.

Neque enim de alia dispersione, quam quae facta est post lapidatum Stephanum, tam Petrus quam Jacobus potuerunt intelligere: quandoquidem (ut antea dictum est, auctore Philone) Judaei cum nequam Palaestinae terminis continentur; sed longe lateque in Asia, Africa, & Europa, in cunctis fere provinciis Romano subiectis Imperio habitarent; cum nemine impellente, sed antiquitus eo sponte migrassent: numquam vel a Philone, aut Josepho, vel aliis qui res Judaicas sunt protecuti, dicti inveniuntur dispersi, aut ex dispersione collecti Judaei, sed coloni & indigenae. Etenim post illam tempore

4. Adoptatus a noverca sua, (nempe Galba) Livii nomen & Ocella cognomen assumpsit, mutato praenomine. Nam & Lucium mox pro Servio usque ad tempus Imperii usurpavit; ait: Ego mallem in Consulatu Lucium vocare (nempe Galbam) quod illud praenomen tunc ferebat, eodemque in publicis monumentis ejus anni designabatur. At cum in laudata Inscriptione atque a Tacito & Dione Servius, non vero Lucius appelleretur, manifestum est Lucii praenomen in Fastis ei attribuendum, non esse. Certe Romani saepe quibusdam nominibus vulgo insigniebantur, quibus tamen in publicis monumentis nuncupari non solebant. Sic Caius in Nummis saltem Latinis numquam Caligula vocatur: sic Gallienus Minor in Nummis eo nomine numquam appellatur.

(d) Galat. 3.

II.

III.

(*) 1. Cor. 15.

(b) Act. 2.

(c) Act. 4.

(d) Act. 5.

(e) Act. 6.

IV. (f) Athan. homil. de semente.

(g) Greg. Nyss. ser. de S. Stephano.

ore Sedechiae Regis illatam cladem, quantumvis dira ac gravia ab aliis finitimis Regibus sint passi Judaei, ac denique a Romanis subacti: numquam tamen ipsos e Palaestina pulsos, ac in externas Orbis provincias amandatos fuisse, aliqua est memoria apud antiquos historicos: ut nulla sit ratio, cur praedicti nominati sint Judaei dispersionis, nisi quod (ut dictum est) post necem Stephani, Hierosolymis pulsi, in diversas provincias, ut cuique libuit, commigrarint. Horum fuisse ingentem numerum, certum est: nam si quis omnium credentium habeat rationem; cogitetque tantum Apostolos (quod Lucas ait) Hierosolymis remansisse; inveniet profecto, multa millia Christianorum ea fuisse exturbatione dispersa.

Numerum autem sic collige. Antequam Christus caelos ascenderet, plusquam quingentos fratres Paulus (a) numerat, quibus ipsum apparuisse testatur. Post ejus ascensionem, prima Petri praedicatione facta est accessio circiter (b) trium millium. Rursum concionante eodem Petro (c) in porticu Salomonis, auctus est numerus credentium quinque millibus. Postea vero caeteros qui Christo crediderunt, Lucas (videtur fortasse ad fidem venientium multitudinem) numerare praetermisit. Sed novis editis signis atque miraculis, concionante iterum atque iterum Petro, quid ait? Magis (d) augebatur credentium in Domino multitudo virorum, ac mulierum. Ac rursus post verberatos Apostolos: Verbum Domini, inquit (e) crescebat & multiplicabatur numerus discipulorum in Hierosalem valde: multa enim turba sacerdotum obediebat fidei. Quocirca si horum omnium ratio habetur (licet certus credentium numerus definiri non possit) haud longius a vero numero ii inveniuntur aberrasse, qui ultra quindecim millia credentium in ea persecutione dixerint fuisse dispersa: ut nihil jam sit quod quis miretur, si in tam varias ac diversas provincias ea dispersione Fideles, testimonio Petri & aliorum, audiat esse profectos.

De hac ipsa discipulorum dispersione Athanasius (f) agens, ac fementi eam comparans: Habes, inquit, in Actis Apostolorum, post lapidatum Stephanum, discipulos dispersos, & quasi seminatos: non quod imbecillitate disjecti, sed fidei gratia ita divisi essent: sed enim ita dispersi, ut seminatio frumenta effecti ad panem supercrescerent, univervumque Orbem peragrantes, vivificae doctrinae virtutes efficacisque disseminarint. Agens de his item Gregorius Nyssenus (g) occasione Stephani protomartyris, eique haec omnia tribuens, sic ait: Quemadmodum periti athleta subcunctes corpus adversariorum, per quandam artificiosam agilitatem atque habilitatem, graviolem lapsum illis fruunt: Ann. Eccl. Tom. I.

ita magnus quoque Stephanus humi prostratus, gravem illam adversarii contusionem effecit. Hinc in orbem terrarum discipuli currere coeperunt: hoc omnes in partes sermonis divulgationis initium est: nam nisi ab illius caede populus Judaeorum in discipulos sevisset, forsitan solummodo Hierosolymis Evangelii gratia inclusa esset: nunc vero agitati a Judaeis, alius alio gentium per orbem terrarum dispersi sunt, undique per superiorum doctrinam diabolus exturbantes: hoc modo Samaria verbum recepit; hoc modo obiter in via salus Eunuchi a Philippo conficitur: ita magnum illud Ecclesiae instrumentum Paulus ira minisque a diabolo armatus, adversus ipsum armatorem vela vertit, ex omni eum exterminans orbe terrarum, ut nullum relinqueret locum fidei Christianae inaccessum; hinc Aegyptii, Syri, Partbi, & Mesopotamitae, Itali, Illyrici, Macedones Christum agnoscunt: & omnes utique gentes sermo percurrens ad fidem adducit. Haec ille.

Hac ipsa dispersione Ananias discipulus profectus Damascum, collegit Ecclesiam. Insuper colligere possumus, hoc quoque tempore Lazarum, Mariam Magdalenam, (b) Martham, & Marcellam pedisequam, (b) in quos Judaei majori odio exardescebant, non tantum Hierosolymis pulsos esse, sed una cum Maximino discipulo, navi abique remigio impositos, in certum periculum mari fuisse creditos: quos divina providentia Massiliam tradunt (i) appulisse: comitemque ferunt ejusdem nobilissimi Josephum ab Arimathaea Decurionem, quem tradunt ex Gallia in Britanniam navigasse, illicque post praedictum Evangelium diem clausisse extremum. Sed quis valeat singulorum hic recensere vias, & fructus numerare ex praedicatione collectos? Nam etsi nondum Gentibus referatum erat ostium Evangelii: tamen contribulibus Judaeis illud annuntiare, liberum erat, unde & Lucas: Igitur, inquit, qui dispersi erant, pertransibant, evangelizantes verbum Dei. Sed quid interim Hierosolymis? Saulus autem (inquit (k) Lucas) devastabat Ecclesiam: per domos intrans & trahens viros, ac mulieres, tradebat in custodiam. Qui enim non essent egressi cum caeteris, sed latebras domi quaesissent, a Saulo sollicita cura perquisiti ac teni ducebantur in carcerem, atque etiam necabantur. Ad haec ipse Paulus allusisse videtur, cum de se ait (l): Blasphemus fui, & persecutor, & contumeliosus. Nam non viros tantum, sed & mulieres trahebat, ac custodiae mancipabat. Haec prima in feminas persecutio a Saulo est excitata? quae etiam tempore Christi passionis abique aliqua offensione intrepida ipsum secuta ad Calvariae locum, steterunt juxta crucem fecuram,

V.

(i) Manuscript. hist. Angl. qui bab. in Vatic. biblioth.

VI.

(k) Act. 8. Sauli persecutio.

(l) 1. Tim. 1.

curæ, ac denique militarem custodiam irumpentes illæ adiere sepulcrum: Ut ex his facile videre sit, quanto animi furore ac rabie Saulus præ cæteris in Christianos sæviret. Sed hæc non aliunde melius quam ex suis ipsius verbis colligi possunt, cum coram Festo Præfide & Agrippa Rege sic est locutus (a): *Ego quidem existimaveram, me adversus nomen Jesu Nazareni debere multa contraria agere; quod & feci Hierosolymis, & multos sanctorum ego in carceribus inclusi, a Principibus sacerdotum potestate accepta: & cum occiderentur, detuli sententiam. Et per omnes synagogas frequenter puniens eos, compellebam blasphemare.* Sed non satis illi fuit, eos qui Hierosolymis essent, Christianos vexasse: addidit quippe, & in illos qui foris essent, etiam Judææ terminos positos, manus intulisse, eaque de causa a Principe sacerdotum accepisse litteras in Damascum. Sed hæc postea, cum jam quid amplius Hierosolymis in Christianos ageret, non inveniret: quare de his suo loco inferius agendum differimus.

(*) *Mat. 26.* pa Rege sic est locutus (a): *Ego quidem existimaveram, me adversus nomen Jesu Nazareni debere multa contraria agere; quod & feci Hierosolymis, & multos sanctorum ego in carceribus inclusi, a Principibus sacerdotum potestate accepta: & cum occiderentur, detuli sententiam. Et per omnes synagogas frequenter puniens eos, compellebam blasphemare.* Sed non satis illi fuit, eos qui Hierosolymis essent, Christianos vexasse: addidit quippe, & in illos qui foris essent, etiam Judææ terminos positos, manus intulisse, eaque de causa a Principe sacerdotum accepisse litteras in Damascum. Sed hæc postea, cum jam quid amplius Hierosolymis in Christianos ageret, non inveniret: quare de his suo loco inferius agendum differimus.

VII. Interea Philippus diaconus, qui unacum cæteris Hierosolymis pulsus erat; cum civitatem Samariam adisset, illic Evangelium prædicavit. Recens adhuc erat apud Samaritanos Christi memoria, in quem jam complures ex illis crediderant (b). Cæterum nemo existimet Lucam sibi esse contrarium, dum inferius (c) de dispersis discipulis agens, dicit eos nemini Dei verbum nisi solis Judæis annuntiasse, hic vero Samaritis etiam Evangelium prædicatum affirmat. Nam ibi sic de Judæis meminit, ut excludat Gentiles; de quibus tunc consultatio erat, an essent in Ecclesiam admittendi. Porro Samaritani etsi Judæis essent infensi, & diversam ab illis religionem excolerent: tamen non erant ejusmodi, ut appellarentur Gentiles; quippe qui a Judæis olim circumcisionem & legem acceperant, qua ex parte Judæorum nomine censentur, & a Gentilibus distinguebantur, ut apparet ex his quæ dixit Dominus (d): *In viam Gentium ne abieritis, & in civitates Samaritanorum ne intraveritis: sed potius ite ad oves, quæ perierunt domus Israel.*

VIII. Sed & in his illud attendendum, non vetitum esse Apostolis, Gentibus & Samaritis Dei verbum annuntiare; sed justum, ut potius, hoc est, prius illud Israelitis impertirent: sicut & de se Dominus ait (e). *Non sum missus nisi ad oves quæ perierunt domus Israel.* Cum tamen & Gentiles receperit, & Samaritas adierit, Philippus igitur primus omnium post ascensionem Domini prædicat Evangelium Samaritis: unde & fortasse consecutus est nomen Evangelistæ. Confirmat ratumque habet Deus opus ejus sequentibus signis:

(b) *Joan. 4.*
(c) *Mat. 23.*
(d) *Mat. 23.*
(e) *Mat. 23.*

Multi enim (inquit Lucas) eorum qui habebant spiritus immundos, clamantes voce magna, exhibant. Multi autem paralytici, & claudi curati sunt: adeo ut Samaritæ alacriter acciperent Evangelium: & inter eos Simon magus, populi illius seductor, cui omnes auscultabant, & dicebant eum esse Virtutem Dei magnam, cum tot tantisque signis se imparem, nec illis obniti posse videret, & ipse credidit, & a Philippo baptizatus, illi adhæsit.

Simon Magus credit.

Perferuntur hæc tam nova tamque grandia & admiranda Hierosolymam. Cumque audissent Apostoli qui ibi erant, quod recepisset Samaria verbum Dei, miserunt ad eos Petrum, & Joannem. Hæc vero cum de eorum legatione testetur Lucas (f) attentius sunt disquirenda: scilicet cur Petro Apostolorum Principi, ac Joanni fuerit opus injunctum. Samaritanorum quidem causa haud sane ita facilis erat, ut alii cuiquam quam Apostolorum Principi crederetur. Hinc admirabilis Dei sapientia patet, ut cui potissimum claves regni cælorum sunt traditæ, ipse primus, sicut postea Gentibus, ita modo Samaritis Ecclesiæ ostium referaret. De utroque enim (quod prius dictum est) præceptum Domini erat (g): *In viam Gentium ne abieritis, & in civitates Samaritanorum ne intraveritis.* Occasione enim dispersionis potius, quam ex Apostolorum consilio, penetraverat Samaritas prædicatio Evangelii: quam sic Deus signis atque miraculis comprobavit, ut tamen operis consummationem, nempe Spiritus sancti donum, in adventum Petri, a Petro impartendum differret: quod præ cæteris signis admirabantur Fideles: unde cum primum in Gentiles Petri prædicatione conversos descendisset Spiritus sanctus: *Obstupuerunt, inquit Lucas (h), ex circumcissione Fideles, qui venerant cum Petro: quia & in nationes gratia Spiritus sancti effusa est.* At mea quidem sententia, majori admiratione digna res erat, in Samaritanos descendere Spiritum sanctum, quam in Gentiles: nam hi, an esset Spiritus sanctus, ignorabant; illi vero impugnabant. Inter cæteras enim hæreses quæ in Samaritanos irrepserant (ut auctor est Epiphanius (i)) ea erat, quod Spiritum sanctum non admitterent, quam hæresim ut ab eorum mentibus auferret Dominus, loquens olim cum muliere Samaritana, visus est laborasse, dum eam recta fide imbuendo, ait: *(k) Spiritus est Deus: & eos, qui adorant eum in spiritu & veritate oportet adorare; quem locum, ut de divinitate Spiritus sancti irrefragabile testimonium, Ariani aliquando (ut tradit Ambrosius (l)) depravare, immo e codice prorsus eradere conati sunt.*

IX.

(f) *Mat. De Petri & Joannis legatione.*

(g) *Mat. 23.*

(h) *Mat. 10.*

(i) *Epiph. lib. 1. hæres. 39.*

(k) *Joan. 4.*

(l) *Ambros. de Spirit. sancti. lib. 2. c. 11.*

Opus igitur, quod non dico Philippus tantum, sed & Dominus aggressus fuerat,

rat, Petro Apostolorum Principi a Deo traditur consummandum. Quanti enim ab ipsis Samaritis præ cæteris miraculis, ejusmodi donum Spiritus sancti æstimaretur, factum Simonis testatur, qui non miraculorum virtutem, quam esse viderat in Philippo, est æmulatus (illa enim etsi non vera facere, magia tamen quoquo modo fingere potuisset); sed cum (ut ait Lucas) vidisset ipse Simon quia per impositionem manus Apostolorum daretur Spiritus sanctus, obulit eis pecuniam dicens (a): *Date mihi hanc potestatem, ut cuicumque imposero manus, accipiat Spiritum sanctum.* Ecce tibi cur divina providentia primum, ac subinde Apostolorum consilio factum sit, ut Petrus, qui primatum gereret inter Apostolos, præ cæteris una cum Joanne Samariam missus sit: nempe ut (quod muneris ejus potissimum esse videretur) quæ essent acta, cognoscere; ac non tantum illis Ecclesiam referaret, sed & clavibus sibi traditis cælum illis, unde Spiritus sanctus ad eos descenderet, aperiret. Quantæ hæc essent auctoritatis, vel ex eo saltem poterit quisque intelligere: quod cum, sententia Domini, Samaritæ eodem loco quo Gentiles æstimarentur: quantumlibet prædicatione Petri apertum postea fuerit ostium Gentibus, & quantumvis visibili omnibus signo in eisdem Spiritus sancti gratia descendisset; nihilominus in communi adhuc omnium Apostolorum consensu rogatur Petrus tantæ rei causam dicere, sicque quod factum erat consensu omnium comprobari: cum hic contra absque discrimine, quid esset de Samaritanis agendum, liberæ ejus dispositioni relinquatur. Honorificentissima plane hæc omnium est existimata legatio, & sola digna quæ Apostolorum omnium Principi crederetur, simulque Joanni, qui Petri comes individuus visus est.

(*) *Mat. 8.*

XI. Hinc videas quantopere hallucinentur Novatores, qui cæco furore in Petrum infanientes, illius primatui detrachere non erubescunt, eo quod a cæteris mittatur Apostolis: quasi inferioris numeri sit habendus is qui mittitur, ab eis qui miserunt illum. Sapiant ipsi hac ratione, & idem dicant quod Arius: Filium, quod a Patre sit missus, esse Patre minorem. Ignorare insuper convincuntur complura in Scriptura divina, & innumera quæ sunt de his profanis scriptis exempla: quibus satis superque perpicuum redditur, ad ea quæ maximi omnium visa sunt esse momenti peragenda, qui inter cæteros primatum gererent, legatos missos: cum ipsi non sic quidem mitti dicerentur, quasi a majore minoribus, & ut a domino subditi, sed quod rogarentur ob salutem omnium eam suscipere functionem. Subjiciam de his alterum ex veteri, alterum vero ex novo Testamento exemplum; addam & tertium ex auctore profano, ut res omni scripturarum genere testata reddatur. Legitur in primis in libro Josue (b) filios Israel, ut de re magna, ad investigandum de altari quod trans Jordanem crexerant filii Ruben & Gad & media tribus Manasses in terra Galaad, misisse Phineen, qui habebatur omnium princeps, & decem alios, qui in singulis decem tribubus primatum gerebant. Rursum simili huic urgente causa, ad perquirendum quid de Gentilibus, qui Christo crederent; agendum esset, num circumcidi deberent: tunc qui erant Antiochiæ Fideles, Paulum & Barnabam miserunt ad consulendum Apostolos Hierosolymam; quod (c) S. Lucas testatur in Actis. Sed quid profanus auctor, etiam in his quæ sunt Judæorum, Josephus (d) Judæus in hanc sententiam scribat, adducamus in medium: Judæos nempe, qui erant Hierosolymis, cum adversus Agrippam suum ipsorum Regem, necnon adversus Festum Præfidem causam haberent, misisse Romanam ad Neronem Imperatorem non solum ex primoribus Judæorum decem legatos, sed & cum eis Ismaelem summum Pontificem, & qui huic secundus ordine videbatur, Chelciam sacri custodem ærarii. Ecce quam invalidis & plane inefficacibus rationibus illi obnitantur in primatum Petri, cum omnium Principem eadem hæc ipsa potius declarare videantur. Sed hæc obiter, quod non sit nostrum consilium adversus ejusmodi homines disputare, quos sua ipsorum refellit inscitia.

XI. Refellitur objectio Novatorum.

(i) *Epiph. lib. 1. hæres. 39.*

(k) *Joan. 4.*

(l) *Ambros. de Spirit. sancti. lib. 2. c. 11.*

Venientes ergo Samariam Petrus & Joannes, oraverunt pro his qui baptizati erant ut acciperent Spiritum sanctum: *Nondum enim (inquit Lucas (e)) in quemquam illorum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine Domini Jesu. Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum sanctum.* Videre est ex his in primis, in Ecclesia Dei jam fuisse Hierarchicum ordinem institutum, ut non omnia omnibus indistincte, nulla ordinis habita ratione, licerent. Sic quippe Philippus diaconus credentes baptizat, ut tamen Apostolicum munus, ipsam manus impositionem Apostolis concessam, nequaquam usurpet. Unde S. Ignatius (f) ad Heronem diaconum scribens, hæc ait: *Nil sine Episcopis facito: Sacerdotes enim sunt, tu vero sacerdotum minister: baptizant, sacrificant, eligunt, manus imponunt: tu vero illis ministras.* Et ad Smyrnenfes (g) scribens, sic summam Ecclesiasticam Hierarchiam perstringens, ait: *Laici diaconis subijciantur, diaconi presbyteris, presbyteri Episcopo, Episcopus Christo, & ipse Patri.* Sed & Hieronymus agens contra Luciferianos, ejusmodi Hierarchicum ordinem in Ecclesia ex iisdem causis sic planius explicans, ait: *Quod si hoc loco quæris,*

(b) *Josue 22.*

(c) *Act. 15.*

(d) *Joseph. ant. lib. 10. c. 7.*

XII.

(e) *Act. 8.*

(f) *Ignat. epist. 13.*

(g) *Ignat. epist. 10. Hierarchicus ordo in ecclesia.*

vis, quare in Ecclesia baptizatus nisi per manus Episcopi non accipiat Spiritum sanctum, quem nos asserimus in vero baptis- mate tribui: discere hanc observationem ex ea auctoritate descendere, quod post ascensum Domini, Spiritus sanctus ad Apo- stolos descendit; & multis in locis i- dem factitatum reperimus ad honorem po- raris sacerdotii, quam ad legis necessita- rem. Alioqui si ad Episcopi tantum im- precationem Spiritus sanctus defluit; lu- gendi sunt qui in viculis, aut in castel- lis, aut in remotioribus locis per presby- teros & diaconos baptizati ante dormie- runt, quam ab Episcopis inviderentur. Ec- clesiae enim salus in summi sacerdotii di- gnitate pendet: cui si non exors quaedam & ab hominibus eminens detur potestas, tot in ecclesiis efficiuntur schismata, quot sacerdotes. Hæc Hieronymus de Ecclesia- stica Hierarchia, Domini & Apostolorum institutione formata.

XIII. Quæ ma- nus impo- sitio est tantum e- piscopi.

(a) Cypri- an. epist. 73.

(b) Hier. contr. Lu- ciferian.

XIV. De Sacra- mento confir- mationis.

Hæc quidem in Ecclesia perseverans, distincta cujusque gradus docet esse mi- nisteria; ipsamque manus impositionem, qua post baptismum confertur Spiritus sanctus, sicut olim tantum Apostolis, sic solum Episcopis esse concessam: & Apo- stolicæ institutionis exemplo, baptizatos manus impositionem ab Episcopis, sicut olim ab Apostolis, accipere. Unde agens de his Cyprianus (a) in epistola ad Ju- lianum, hæc ait: Quod deerat, id a Petro & Joanne factum est, ut oratione pro eis habita & manu imposita, invo- caretur & infunderetur super eos Spiritus sanctus: quod nunc quoque apud nos geritur, ut qui in Ecclesia baptizantur, præ- positis Ecclesiæ offerantur, & per nostram orationem ac manus impositionem Spiritum sanctum consequantur, & signaculo Do- minico consummentur. Hæc Cyprianus (b) Hieronymus (b) hæc in eadem sen- tentiam ex persona Luciferiani: An- nescis etiam Ecclesiarum hunc esse morem, ut baptizatis postea manus imponantur, & ita invocetur Spiritus sanctus? Exigis ubi scriptum sit? In Actibus Apostolorum. Etiam si scripturæ auctoritas non sub- esset, totius Orbis in hanc partem con- sensus instar præcepti obtineret: nam & multa alia, quæ per traditionem in Ec- clesiis observantur, auctoritatem sibi scri- ptæ legis usurpaverunt. Et paulo inferius ex parte Orthodoxi: Non quidem abnuo hanc esse Ecclesiarum consuetudinem, ut ad eos, qui longe in minoribus urbibus per presbyteros & diaconos baptizati sunt, Episcopus ad invocationem Spiritus sancti manum imponitur excurret.

Porro ejusmodi mysterium constat ab anti- quis esse appellatum Sacramentum: unde in Concilio Carthaginensi, ejusdem S. Cypriani tempore celebrato, hæc legun- tur dicta quinto loco a Nemesiano Epif-

scopo: Male ergo sibi quidam interpretantur, ut dicant quod per manus impositio- nem Spiritum sanctum accipiant, & sic recipiantur: cum manifestum sit utroque sacramento debere eos renasci in Ecclesia Catholica. Sic & Cyprianus (c) ad Ste- phanum Papam scribens, itidem Sacramen- tum appellat, a baptismo distinctum. S. Augustinus (d) etiam agens contra litteras Petilianæ, ac iterum agens de Baptismo (e) contra Donatistas, itemque alibi his (f) verbis utitur: Unctio spiri- tualis, ipse Spiritus sanctus est, cujus sacramentum est in unctione visibili. Et alibi (g): Continuo tulit illum ad presbyte- ros, baptizatus est, sanctificatus est, unctus est, imposita est ei manus: com- pletis omnibus sacramentis, assumptus est. Rursum vero ob eam causam, quod hujusmodi qui baptizati essent, eandem manus impositionem accipientes, signo Crucis etiam signarentur, idem sacramen- tum est appellatum Signaculum: ad quod Paulus (h) Apostolus allusisse videtur, dum ad Ephesos scribens, ait: Nolite contristare Spiritum sanctum Dei, in quo signati estis in die redemptionis. Eodem quoque nomine Cyprianus (i) nuper vi- dimus i) Signaculum Dominicum ipsum dicit. Sed & Cornelius (k) Papa scri- bens ad Fabium Episcopum Antioche- num, idem in eodem sensu Sigillum no- minat, dum de Novatiano schismatico a- gens, hæc ait: In lecto, in quo decum- bebat, aqua circumfusis, baptismum ac- cepit, si modo talem hominem baptismum accepisse dicendum sit: verum morbo tan- dem elapsus, neque cætera, quibus post ba- ptismum secundum Ecclesiæ canonem imbu- oportuerat, acquisivit, neque Domini si- gillo ab Episcopo obsignatus fuit: quo quidem neutiquam potitus, quomodo que- so, Spiritum sanctum adeptus est? Cle- mens etiam Alexandrinus, (l) agens de illo adolescente, qui a Joanne Evangeli- sta ad Christum conversus est, hæc in ean- dem sententiam: Ad extremum baptis- mi sacramento illuminavit: postea vero ubi si- gillo Domini (id est sacramento Confir- mationis) tamquam perfecta tutaque ani- mi ejus custodia, obsignasset, nonnihil de cura & observatione in eo instituendo si- scepta remisit. Hac eadem voce utitur quoque Ambrosius (m).

Adhuc insuper, quoniam non manus impositione tantum, ac signaculo Crucis, sed & sacra unctione ejusmodi sacramen- tum consummari solitum fuit: merito a nonnullis usitatori vocabulo Sacrum chrisma nuncupari consuevit. Tertullia- nus horum omnium sacrorum rituum tes- tis fidelis habetur, qui ait (n): Caro un- ditur, ut anima emaculetur: caro un- ditur, ut anima consecretur: caro signa- tur, ut anima muniat: caro manus im- ponitur, ut anima munitur: caro manus im-

(c) Cypri- an. epist. 72.

(d) Aug. cont. litt. Petil. lib. 2. c. 104.

(e) De ba- ptis. lib. 3. c. 16.

(f) Aug. in epist. 1. Joann. tract. 5.

(g) Aug. de divers. ser. 35.

(h) Ephe- s. 4.

(i) Cypri- an. epist. 73.

(k) Apud Euseb. lib. 6. c. 35.

(l) Apud Euseb. lib. 3. cap. 17.

(m) Ambr. de sacram. lib. 3. cap. 2.

(n) Ter- tull. lib. de resur- re. 1.

(o) Ter- tull. lib. de resur- re. 1.

positione obumbratur, ut anima Spiritu il- luminetur. Hæc ille. S. Cyprianus (a) iti- dem ait: Ungi quoque necesse est eum qui baptizatus est, ut accepto chrismate, hoc est, unctione, esse unctus Dei, & habere in se gratiam Christi possit. Porro autem Eucharistia, & unde baptizati unguuntur, oleum in altari sanctificatur. Hæc ille, qui & alibi (b) de eodem sacro chrisma- te agit uberius. De hoc quoque chrisma- te in ecclesia servari solito, hæc Opta- tus (c), cum nefaria scelera Donatista- rum recenset: Ampullam quoque chrisma- tis per fenestram, ut frangerent, justave- runt: & cum casum adjuvaret abjectio, non defuit manus angelica, quæ ampul- lam spiritali subvectione deduceret: pro- jecta casum sentire non potuit. Deo mu- niente, illæsa inter saxa cecidit.

(a) Cypri- an. epist. 70.

(b) Idem de operibus eard. & de unct. chris. contr. Parm. lib. 2.

(c) Optat. contr. Parm. lib. 2.

XVI. (d) Aug. cont. litt. Petil. lib. 2. cap. 140.

Sed & S. Augustinus (d) eadem sæpe utitur voce. Et eodem modo Prudentius in hymno nocturno, cum ait:

Cultor Dei memento Te Fontis & lavacri Rorem subisse sanctum, Et chrismate innovatum.

Et in Psychomachia his versibus:

Quis furor insanas agitat caligine- mentes?

Et paulo post:

Ut mitra cesariem cobibens aurata vi- rilem, Combibat infusum croceo religamine nar- dum, Post inscripta oleo frontis signacula, per quæ: Unguentum regale datum est, & chrisma perenne.

Idem in Apotheosi ex persona sacerdotis Juliani Apostatæ in hunc modum:

Lotus procul absit & unctus, Dixit.

Et paulo post de Juliano:

Ipse quoque exanimis posito diademate Princeps Pallet, & astantes circumspicit: ec- quis aluminis Chrismatibus inscripto signaret tempora. signo, Qui Zoroastræos turbaret fronte su- furros.

(e) Prud. in Sym. lib. 1. de pop. Romano.

Cœtibus aut magnis Lateranas currit ad ades, Unde sacrum referat regali chrismate signum.

Rursum vero Cyrillus (f) Hierosoly- morum Episcopus de eodem sacro chris- mate orationem habuit, ubi hæc inter alia reperuntur: Et nobis, postquam simi- liter ex aquis sacri lavacri ascendimus, datum est chrisma, quod imaginem gerit ejus, qui unctus est Christus; & post alia multa: Sanctum hoc unguentum, non am- plius est unguentum nudum, neque (si quis ita appellare malit) commune, postquam jam consecratum est; sed est chrisma Christi, quod adventu Spiritus sancti per ipsius divinitatem, energiam habet, quo frons & alii sensus corporis tui sym- bolice inunguntur: & corpus quidem isto visibili unguento perungitur, anima vero sancto vivificoque Spiritu sanctificatur. Multo plura his adderemus ex Dionysio, Clemente, exque decretis Romanorum Pontificum, ac sacris Conciliorum cano- nibus: nisi hæc satis esse videremus ad anti- quas sacrarum rerum traditiones ex insti- tuto insinuandas. Denique si quis hæc in re, quod ad unctionem spectat, auctori- tatem Apostolicam quærat; quid in idem argumentum S. Augustinus (g) dixerit, audiat: Quod, inquit, unversa tenet Ec- clesia, nec Conciliis institutum, sed sem- per retentum est, non nisi auctoritate Apo- stolica traditum rectissime creditur. Sic igitur tam in Orientali quam in Occiden- tali Ecclesia longe lateque ubique Christiana- rum gentium eam semper viguisse consue- tudinem, tum eorum tum etiam aliorum sanctorum Patrum testimonio confirmatur.

XVII. (f) Cyrill. cat. eccl. mystag. 3. Sacra- menti vir- tus.

(g) Aug. de bap- tismo contra Do- natist. lib. 4. c. 24.

Inter omnia hæreticorum antiquorum examina, solos notatos (h) invenimus No- vatianos, qui baptizatos non inungerent sacro chrismate; ea certe ex causa, quod (ut nuper vidimus) eorum auctor Novat- ianus a Cornelio Papa notatus est, quod in lecto baptizatus, necdum ejusmodi sa- cramentum ab Episcopo consecutus, vo- luerit fieri Episcopus, cum nondum Spi- ritum Sanctum acceperat. Cæteros autem scimus eadem charismata Ecclesiæ esse æmu- latorum: ut inter alios de Valentinianis, li- cet perditissimis hæreticis, tradit Irenæus (i), quod opobalsamo ungerent baptiza- tum. Sed de his qui foris sunt, nihil ad nos, qui hæc non aliunde quam ex anti- qua Apostolica traditione mutuati sumus: unde sanctus Basilius ad Amphilo- chium: Benedicimus aquam baptismatis, & oleum unctionis, insuperque ipsum qui baptiza- tur: Ex quibus scriptis? nonne a tacita & arcana traditione? Ipsam vero olei il- lationem quæ doctrina scripta docuit? At ter mergi hominem unde est? Reliqua item quæ circa baptismum fiunt, renuntiare

XVIII. (h) Theo- doret. ha- ret. fabul. lib. 3. de Novat.

(i) Iren. lib. 1. c. 18.

Apostoli- ca de his traditio.

facta.

fatanae & angelis ejus, ex qua sunt scriptura? nonne ex hac non publicata & arcana doctrina, quam in minime curioso ac sollicito silentio Patres nostri conseruauerunt? recte illi, utpote docti mysteriorum reuerentiam ac auctoritatem silentio custodire; & post nonnulla in eandem sententiam dicta, haec addit: Ad eundem modum etiam hi qui ab initio res Ecclesiasticas sanxerunt Apostoli & Patres in occulto ac silentio mysteriis auctoritatem conseruauerunt. Neque enim omnino mysterium est, quod ad populares ac vulgares aures effertur: haec est ratio cur aliqua tradita sunt citra scriptum, ut ne dogmatum cognitio negligetur, & in contemptum veniret apud vulgus propter consuetudinem. Haec Basilius (a).

(a) Basilius de Spiritu sancto.

XIX.

Conferrī autem eo mysterio Spiritum sanctum (etsi non eadem charismata, nempe linguarum, infundantur hodie in Ecclesia, aequae ac tempore Apostolorum) S. Augustinus (b) docet his verbis: Spiritus autem sanctus quod in sola Catholica Ecclesia per manus impositionem dari dicitur, nimirum hoc intelligi majores nostri voluerunt, quod Apostolus ait: Quoniam am charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis; & inferius: Neque enim temporalibus & sensibilibus miraculis attestantibus, per manus impositionem modo datur Spiritus sanctus, sicut antea dabatur ad commendationem rudis fidei, & Ecclesiae primordia dilatanda. Quis enim nunc hoc expectat, ut ii quibus manus ad accipiendum Spiritum sanctum imponitur, repente incipiant linguis loqui? Sed invisibiliter & latenter intelligitur per vinculum pacis eorum cordibus divina charitas inspirari, ut possint dicere: Quoniam charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est de caelis nobis. Haec Augustinus. Sed dicere non praetermittimus, aliud ab hoc distinctum esse ministerium sacrae unctionis, qua presbyteri recenter baptizatos unguunt in veritate; cujus meminerunt Ambrosius (c), Innocentius (d), & alii complures. His autem, quantum pertinet ad impositionem manuum, visis, caetera quae sunt ejusdem historiae prosequamur.

(b) Aug. de bapt. contra Donatist. lib. 3. c. 16. Dona spiritus eadem absque miraculis.

(c) Ambrosius de sacr. lib. 2. cap. 1. lib. 2. c. 7. lib. 3. c. 1. & de his qui imitantur. cap. 6. (d) Innocentius ad Decret. c. 3.

XX.

(e) Act. 8. De Simone mago.

Cum vidisset Simon (e) quia per impositionem manus Apostolorum daretur Spiritus sanctus, obtulit eis pecuniam, dicens: Date & mihi hanc potestatem, ut cuicumque imposero manus, accipiat Spiritum sanctum. Petrus autem dixit ad eum: Pecunia tua tecum sit in perditionem: quoniam donum Dei existimasti pecunia possideri. Non est tibi pars, neque fors in sermone isto: cor enim tuum non est rectum coram Deo. Penitentiam itaque age ab hac nequitia tua: & roga Deum, si forte remittatur tibi haec cogitatio cordis tui.

In felle enim amaritudinis, & obligatione iniquitatis video te esse. Respondens autem Simon, dixit: Precamini vos pro me ad Dominum, ut nihil veniat super me horum, quae dixistis. Haec de Simone Lucas. Sed quid praeterea de eodem Simone mago veteres scripserint, adducamus in medium. Justinus (f) martyr ejus gentilis (nam & ipse Samarita fuit) natum ipsum dicit in provincia Samaria vico, cui Gittan nomen est: testatur id ipsum Epiphanius (g). Hic igitur tantum abfuit, ut usus consilio Petri, de perpetrato scelere ageret poenitentiam; ut etiam, cum inde recessissent Apostoli, contra eos obniti, eorumque adversari doctrinae non dubitavit: & qui olim demerant Samaritanas, dicens se esse magnam Dei virtutem; Judaeos etiam iisdem artibus aggressus, quos videbat esse insensos Apostolis, ea usus occasione, se esse Dei Filium, illis suadere conatus est: scribit haec de eo Irenaeus (h) his verbis: Hic, inquit, a multis quasi Deus glorificatus est, & docuit semetipsum esse, qui inter Judaeos quidem, quasi Filius apparuerit; in Samaria autem, quasi Pater descenderit; in reliquis vero gentibus, quasi Spiritus sanctus adventaverit. Esse autem se sublimissimam virtutem, hoc est, eum qui sit super omnia Pater, & sustinere vocari se quodcumque eum vocant homines. Hic Selenem (*) quamdam, quam ipse a Tyro civitate Phoenices quaestariam cum redemisset, secum circumducebat, dicens hanc esse primam mentis ejus conceptionem, matrem omnium, per quam initio mente concepit Angelos facere & Archangelos. Hanc enim Ennojam exilientem ex eo, cognoscit quae vult pater ejus, digredi ad inferiora, & generare Angelos & Potestates a quibus & mundum hunc factum dixit: posteaquam autem generavit eos, haec detenta est ab ipsis propter invidiam, quoniam nolent progenies alterius cujusdam putari esse. Ipsum enim se in totum ignoratum ab ipsis: Ennojam autem eius detentam ab iis quae ab ea emissa essent Potestates & Angeli; & omnem contumeliam ab iis passam, ut non recurreret sursum ad suum patrem; usque adeo ut in corpore humano includeretur, & per secula veluti de vase in vas transfunderetur in altera muliebria corpora.

(f) Justin. orat. ad Anton. Pium.

(g) Epiphanius. haer. 21.

(h) Irenaeus lib. 1. cap. 20.

(*) alius Helenam.

XXI.

De Simone Helicenis.

Fuisse autem eam & in illa Helena, propter quam Trojanum contractum est bellum: quapropter & Stesichorum per carmina maledicentem eam, orbatum oculis; post deinde poenitentem, & scribentem eas quae vocantur palinodias, & in quibus hymnizavit eam, rursus vidisse. Transmigrantem autem eam de corpore in corpus ex eo ut semper contumeliam sustinentem, in novissimis etiam in fornice prostituisse: & hanc esse perditam ovem; quapropter & ipsum venisse, uti eam assumeret primam, & libe-

beraret eam a vinculis, hominibus autem salutem praestaret per suam agnitionem. Cum enim male moderarentur Angeli mundum, quoniam unusquisque eorum concupisceret principatum; ad emendationem venisse verum, & descendisse eum transfiguratum & assimilatum Virtutibus & Potestatibus & Angelis; ut & in hominibus homo appareret ipse, cum non esset homo; & passum autem in Judaea putatum, cum non esset passus. Prophetas autem a mundi fabricatoribus Angelis inspiratos dixisse prophetas: quapropter nec ulterius curarent eos hi qui in eum & Selenem ejus spem habeant, & ut liberos agere quae velint: secundum enim ipsius gratiam salvari homines, sed non secundum operas justas. Non enim esse naturaliter operationes justas, sed ex accidenti: quemadmodum posuerunt qui mundum fecerunt Angeli per hujusmodi praecepta in servitatem deducere homines. Quapropter & solvi mundum, & liberari eos qui sunt ejus, ab imperio eorum qui mundum fecerunt, repromisit. Igitur horum mystici sacerdotes libidinosae quidem vivunt, magias autem perficiunt, quemadmodum potest unusquisque ipsorum: exorcismis & incantationibus utuntur: amatoriam quoque, & agogima, & qui dicuntur paredri, & oniroponpi, & quaecumque sunt alia parerga, apud eos studio exercentur. Imaginem quoque Simonis habent factam ad figuram Jovis, & Selenae in figuram Minervae, & has adorant: habent quoque & vocabula aprincipis impiissimae sententiae Simone dicti Simoniani; a quibus falsi nominis scientia accepit initia, sicut ex ipsis assertionibus eorum adest dicere. Hucusque de Simone Irenaeus.

XXII. Discipuli Simonis.

(a) Irenaeus lib. 1. cap. 30.

(b) Theodoretus lib. haeret. fab. in Simone.

Idem S. Irenaeus mox ad ejus discipulos stylum convertit, Menandrum videlicet, Saturninum, Basilidem, Carporatrem, Cerinthum, Ebionem, Nicolaum, Cerdonem, & Marcionem: non ita quidem ut hi omnes eadem vixerint aetate cum Simone, sed quod ab eo doctrinam accepissent. Et licet quaedam addendo, vel mutando, novarum haeresum extitisse videri possent auctores: Etenim (idem inquit Irenaeus a) Simonis Samaritanorum magi discipuli & successores sunt: quamvis non constentur nomen magistrum, attamen illius sententiam docent. Christi quidem nomen tanquam irritamentum praeserentes, Simonis autem impietatem varie intrudentes. Addit his Theodoretus (b) Dolitheanos, Cleobanos, Gorthenos, Masbothaeos, Hadrianistas, Entychitas, Canistas, & alia portenta potius quam nomina. Hinc S. Ignatius scribens ad Trallianos, jure appellat Simonem primogenitum fatanae, dum ait: Fugite malas soboles diaboli, Simonem dico primogenitum sobolis ejus, & Menandrum, & Basilidem & totam illam ipsius malitiae collusivam.

Eosdem Simonis sectatores a nefandis suis operibus dictos fuisse Aentichitas, auctor est Clemens (c) Alexandrinus: tradit enim Epiphanius, eosdem execranda sacrificia ex mulierum menstruo & virorum femine admiscere consuevisse. Scribit adhuc de Simone Origenes (d), ipsum suos docuisse vitare martyrium, & indiscrete idola adorare. Libros etiam ab eo editos Contradictorios appellatos, adversus Christi fidem, testatur Dionysius (e). Caetera autem, quae tum ad Simonem, tum etiam ad ejus discipulos spectant, suo loco inferius dicemus: haec modo quae ad prava dogmata facere videbantur.

(c) Clemens cont. Celsum li. 7.

(d) Origenes cont. Celsum li. 6.

(e) Dionysius de divinis nomin. cap. 6.

Quoniam haec est (inquit Epiphanius f) prima haeresis quae post Christum intium accepit, & in nomine Christi non restitit, sed neque facili ductu, sed juxta adulterratam apud ipsos corruptionem praestigii multos seduxit. Videas ex his antiqui hostis nequitiam & fraudulentum dolum, iterum repetitum: quippe qui non in coelo tantum Dei aemulatus est gloriam, sed & in terra divinos sibi assumere honores studuit. Etenim cum jam virtute Crucis, idola in quibus coleretur, demolienda praenoceret, suasque vires summopere debilitatas & enervatas, quod saepius a corporibus obsessis pellereur, sentiret: nova molitur consilia, novaeque artes aggredditur. Tantae igitur Christi gloriae invidus, cum videret florentem Ecclesiam felicissime surgere, aliam huic similem quoque constare statuit: & ne quid minus haberet synagoga fatanae ab Ecclesia Christi; omnia quae in ea posita esse videret insignia, in suam quoquo modo transferre conatus, etiam & illa sua esse mentitus est. Cum enim in Christi nomine signa adeo miranda fieri, illudque celebre longe lateque reddi, & magis ac magis illustrari, atque in nomine sanctissimae Trinitatis Patris & Filii & Spiritus Sancti initiari credentes, sicque Ecclesiam coalescere, ac insigniter propagari videret: tum ipse, Simonem fuisse Christum, Dei virtutem magnam, eundemque ipsum prodiversarum gentium ratione Patrem esse, eundemque Filium, & Spiritum sanctum impudenter ac falso jactitare coepit. Et sicut Christi fuit redimere atque salvare quod perierat; ita ipsum ovis perditae salvatorem, & mundi redemptorem atque curatorem esse confinxit. Et quemadmodum ad hoc etiam Christus venerat, ut dissolveret (quod Joannes (g) Apostolus ait) opera diaboli: eodem modo illum adversus pravos angelos, qui Selenem matrem omnium caelo expulissent, bellum acturum in hunc mundum venisse, fallaciter simulavit. Et ne quid deesse videretur; pro miraculorum virtute magiam, & loco corporis & sanguinis Christi.

XXIII. (f) Epiphanius haer. 21. Aemulatio Diaboli.

(g) Joannes 1. 7.

si sacrificii, ipse ex sanguine & semine, quo cujusque corpus efficitur, execranda mysteria turpiter coagmentavit.

XXIV. Ac denique quod super Simonem Petrum a Christo (ut dictum est) Ecclesiam aedificatam vidisset ac firmiter stabilitam: idem humani generis hostis ipse suo noluit caruisse Simone, super quem impietatis omnia fundamenta jacta confurgerent. Hic enim haereticorum omnium princeps & auctor habetur, ex quo sunt caeterae haereses propagatae: Nam & ejusmodi patriarcha gloriari etiam possunt Novatores, quem ipsorum suorum dogmatum cognoscant auctorem. Simonis quippe prima vox fuit: *Per gratiam tantum salvari homines, & non secundum opera justa: & liberos esse sibi credentes, ut quae velint, possint agere*; prout modo recitavimus ex Irenaeo. Sed quid valeat fictio atque mendacium adversus certam, veram, ac Dei verbo declaratam solidam veritatem, quid in Christum diabolus synagoga satanae in Ecclesiam, quid denique Simon magus in Simonem Petrum, jam experimento mutui utriusque congressus perfectum est. Sed & ex perpetuitate discere satis vales, quodnam fuerit Dei consilium atque opus. Etenim licet multis palmitibus crescere coeperit Simonis haeresis; tamen tamquam adulterinae plantae haud sunt diutius vel longius propagatae: nam testatur Origenes (a) ex Dositheanis, qui caeteris Simonianis praestabant numero, suo tempore vix ad triginta fuisse reliquos.

XXV. Sed quod ad Simonem pertinet: non possunt hic non mirari magnopere divinum consilium, quo sic praeter caeteris Apostolis Petrum Apostolorum Principem missum esse Samariam certum est, ut primum omnium haeresiarum ipso ortus sui principio condemnaret: sicque Petri partes esse ostenderetur (ut praecipui veritatis custodis) adversus Catholicam fidem insurgentes haereticos, eorumque haereses Apostolica auctoritate damnare. Relinquens exemplo doctrinam Dominus consignatam, quam Catholica recepit, atque continuo usu & observantia probavit Ecclesia: nimirum sicut Petri id fuit ministerii, ita & Petri successor esse emergentes cognoscere haereses, eademque cum ipsarum auctoribus condemnare. Sed de his saepe inferius.

XXVI. Quod vero ad Samaritanos spectat: saltem eorum aliquam partem post discessionem Apostolorum ab eodem Simone fuisse seductam, ex his quae scribit (b) Justinus martyr, & ipse genere Samaritanus satis liquet: quippe quem ad illos compescendos implorasse constat auxilium Caesaris: quod idem ipse testatur, his verbis Tryphonem Judaeum alloquens: *Atque ista, inquam, quod nihil omnino, praeter-*

(a) Contra Celsum lib. 6.

(b) Just. de verit. Christi. vol. 1. Samaritae adhaerentur Simon.

quam ut vera loquar curem, dico, neminem profus veritus, quantumvis e vestigio in partes a vobis discepar: neque enim curam aut rationem aliquam popularium, etiam meorum, Samaritanorum dico, habui, scripto Caesarem compellans; cum imposturis seduci eos affirmarem, qui Simoni gentis suae mago parerent, quem Deum esse supra principatum & potestatem & virtutem omnem dicunt. Haud quidem puto alium a Simone mago impostorem fuisse illum, quem Samaritanos seducem Pilatus immisso equitatu disjecit una cum suis. Hujus rei gesta seriem Josephus (c) his verbis describit: *Interea ne Samaritani quidem tumultu caruere. Concitavit enim eos impostor quidam, pro nihilo ducens mendacium, & omnia comminicens ad populi gratiam; jubens ut convenirent in montem Garizim apud eam gentem sanctissimum, asseverans se illic eis ostensurum sacra vasa reposita, quae ibi Moyses deposuerit. Illi creduli, sumptis armis, Tiratbebam vicum insederunt, expectantes ibidem confluentes caeteros, ut magno agmine montem ascenderent. Sed Pilatus prior montis cliivum occupat equitibus suis & peditibus: qui praelio congressi cum Samaritis apud vicum collectis, alios fuderunt, alios in fugam compulerunt, multos etiam vivos captos abduxerunt, quorum praecipuos ac potentiores Pilatus multavit capite. Haec Josephus: quae tamen non hoc anno, sed paulo ante Pilati discessionem a magistratu contigisse, ejusdem auctoris testimonio declaratur.*

Petrus (d) igitur & Joannes, cum eaque dicta sunt, in Samaria operati essent; Hierosolymam reversuri, peragrantes Samariae regiones, iis qui in eis agebant, populis Evangelium praedicaverunt, ac demum se Hierosolymam receperunt. Philippus vero diaconus cum remansisset (Hierosolymam enim illi adire, minus, ut dictum est, liberum erat) ab Angelo admonitus, ire jubetur in occursum Eunuchi Candacis Reginae Aethiopum, viri potentissimi: quippe qui omnibus illius divitiis praefectus erat. Venerat hic Hierosolymam religionis ergo; ac rediens, dum in curru, cui insidebat, legeret Isaiam Prophetam, accurrens illi Philippus, cum tam idonea sese offerret occasio, ea arrepta, illi Christum annuntiavit, ac demum credentem sacro baptismate imbuunt: Cum mox divinus Spiritus ab oculis ejus Philippum rapiens, admirabili quodam modo transtulit in Azotum. Haec vero prolixius atque exactius S. Lucas scriptis suis perpetuae memoriae commendavit. Eusebius (e) in eadem recensenda historia, mea sententia, perspicue errasse videtur, dum hunc fuisse Gentilem, ac primum ex Gentibus baptizatum tradit: nam (ut ex ejusdem Lucae Actis apparet) nondum Gentibus

(c) Joseph. antiq. lib. 18 c. 5.

XXVII. (d) Act. 8. Dd eunuchus Reginae Candacis.

(e) Euseb. lib. 2. c. 1. in fin.

tibus ad Christi Ecclesiam erat aditus referatus, qui primo omnium patuit Cornelio Centurioni, ut suo loco dicemus inferius. Porro hunc fuisse profelytum ex Gentibus ad Judaeorum religionem adductum; caeteri omnes Ecclesiastici scriptores aequae consentiunt: ad Paschalem (a) enim celebratam, ad quam Hebraei omnes convenire soliti essent, Hierosolymam idem se contulisse putatur. Caeterum Aethiops antiquitus circumcissionem ab Aegyptiis didicisse (sic Judaeos, quod in Aegypto habitassent, appellans) testatur Herodotus, quem & Josephus (b) Judaeus citat. Quod enim ad Aethiopum religionem spectat: auctor est Strabo (c) eos primum colere Deum immortalem, qui omnium rerum causa sit; ac rursum alterum mortalem, qui nomine careat, nec sit cognitu facilis: ut ex his appareat eos cum Judaeis eadem pene sensisse, & a Christianis non adeo discrepasse: unde libenter imbibit Eunuchus de Christo Deo pariter & homine olim mortali doctrinam, quam etiam tum evidenti Isaiæ Prophetæ testimonio in ejus animum Philippus diaconus instillavit. Eodem constat auctore, ad sua quoque tempora feminas in Aethiopia regnare consuevisses, eademque esse Candaces appellatas; quae vero sua aetate viveret, virilem fanem fuisse mulierem, altero tamen oculo captam.

(a) Christi. in Act. hom. 19.

(b) Joseph. antiq. lib. 8. c. 4. (c) Strab. lib. 17.

XXVIII. Caeterum quod ad Eunuchum jam a Philippo baptizatum spectat: postquam rediit in Aethiopia, Christum palam illis praedicasse, Irenaeus (d) testatur his verbis: *Ipse Eunuchus credens, & statim postulans baptizari, dicebat: Credo Filium Dei esse Jesum. Qui & missus est in regiones Aethiopiae, praedicaturus hoc quod ipsum crediderat: Deum quidem unum per Prophetas praedicatum; hujus vero Filium fecisse, secundum hominem, adventum, & ut ovem ad victimam ductum, & reliqua quaecumque de eo Prophetæ dicunt.* Itemque in ejus persona impletum esse, quod olim cecinerat David (e): *Aethiopia praevieniet manus ejus Deo.* Eusebius (f) id in primis testatur, atque Cyrillus Hierosolymitanus (g), sicut & Hieronymus (h) cum ait: *Hoc testimonium Isaiæ, cum in Actis Apostolorum Regina Candacis Ann. Eccl. Tom. I.*

II. Caligula sit Imperator.

III. Obitus Pomponii Flacci Syriae Praefecti.

Eunuchus rheda veberetur, & legens non intelligeret, interpretante Philippo super passione & nomine Salvatoris, intellexit; & statim baptizatus in Agni sanguine, quem legebat, vir meruit appellari, & Apostolus genti Aethiopum missus est: & alibi admirans ait (i): *Nec sanctior sum hoc Eunuchus, nec studiosior: qui de Aethiopia, id est, de extremis mundi finibus venit in templum: reliquerat aulam regiam, & tantus amator legis divinaeque scientiae fuit, ut etiam in vehiculo sacras litteras legeret: & tamen cum librum teneret, & verba Domini cogitatione conciperet, lingua volveret, labis perfonaret, ignorabat eum quem in libro nesciens venerabatur. Venit Philippus, & ostendit ei Jesum, qui clausus latebat in littera. O mira doctoris virus! Eadem hora credit Eunuchus, baptizatur, & fidelis & sanctus factus est, ac de discipulo magister: plus in deserto fonte Ecclesiae, quam in aurato synagoga templo, reperit.* Hucusque Hieronymus: qui & de fontis situ, ubi iste Eunuchus est baptizatus, haec ait (k): *Bethsur in tribu Juda, sive Benjamin, & est hodie Bethsuron vicus, eunibus nobis ab Aelia Chebron, in vigesimo lapide; juxta quem fons ad radicem montis ebulliens, ab eadem in qua gignitur, sorbetur humo & Apostolorum Acta referunt, Eunuchum Candacis Reginae in hoc esse baptizatum a Philippo.* De eodem quoque Nicephorus (l) agit. Addam his, quae de eodem Eunuchus a Dorotheo (m) scriptis mandata sunt: ait enim: *Eunuchus Candacis Reginae Aethiopum in Arabia Felici, & in insula Taprobana, inque universa Erythra Evangelium Domini nostri Jesu Christi praedicavit. Ferunt & martyrium gloriose tulisse, ibique sepultum esse. Et cimiterium ipsius, munimentum insuperabile est Fidelibus, barbaros sceleratos fugans, morbos pellens, & sanationes operans usque ad praesentem diem.* Haec ille. Quod vero ad res Romanas pertinet (ut eas saltem leviter attingamus) hoc item anno, iisdem Consulibus (n), Tiberii crudelitas in Senatores adeo progressa est, ut jam qui magistratum gererent, magno labore reperirentur: putantur G g Oro-

(i) Hieron. epist. 103.

(k) Hieron. de lotis Hebr.

(l) Niceph. bibl. lib. 2. c. 6. 7. (m) Dorotheus in Synopsi.

XXIX.

(n) Tacit. Annal. lib. 6.

quot annos sine Consulibus Legatis habuisse Tiberium. Porro Em. Card. Norisius in Dissert. II. de Epochis Syro-Macedonum cap. 4. exhibet Pomponii Flacci Numisma, in cujus antica parte visitur laureata Imago Tiberii, & in averfa intra lauream legitur: ΕΠΙ ΦΛΑΚΚΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. ΕΤΑ ΒΠ. sub Flacco Antiochenisum. Anno LXXXII. Deducitur annus ille ab Era Antiochena Juliana, anno Periodi Graeco-Romanae 5445. Urbisque conditae DCCV. instituta, ut ibidem ostendi, ideoque nuncius ille Flacci anno Christi currenti paulo ante Flacci mortem percussus duo Flacci numismata cum annis Antiochenis LXII. & XCII. ab impostore quodam sine dubio conficta.

CHRISTI
35.

(a) Oros. lib. 7. c. 4. Quanta passi Romani ob contemptum veri Numinis.

Orosius (a) in ultionem contempti Christi numinis hæc illis obvenisse: quod scilicet (ut jam dictum est superius) agente ex relatione Pilati Tiberio, ut inter deos Christus recenseretur, Senatus rogationi illius restitisset. De Senatorum atque aliorum nece hoc anno iussu Tiberii perpetrata, hæc Tacitus: *Jacuit immensa strages; omnis sexus, omnis ætas, illustres, ignobiles, dispersi, aut aggregati, neque propinquis, neque amicis adfistere, illacrymare, nec visere quidem diutius dabatur. Sed circumjecti custodes, & in mœrorem cujusque intenti, corpora putrefacta adsectabantur, dum in Tiberim traherentur: ubi fluitantia, aut ripis appulsa, non cremare quispiam, non contingere. Interciderat fortis humane commercium vi metus: quantumque sævitia gli-*

JESU CHRISTI
ANNUS
36.

I. ANNO Domini trigefimosexto, Paulo Fabio Persico & L. Vitellio Nepote Coss. octavo Kal. Februarii, Saulus cum adversus Christianos, qui erant Damasci, litteras accepisset, & jam ad locum appropinquasset, cælitus luce perfluitus, & Christi voce perculsus, atque prostratus, a cœpto desistens, ad Christum convertitur. Rei gesta seriem Lucas (a) in Actis, & ipse Paulus (b) suam causam agens, diligenti studio est iterum prosecutus. Hæc autem facta esse hoc ipso anno, nempe secundo ab ascensione Domini, Romana (c) Ecclesia profitemur. Non enim illis assentimur, qui eodem anno quo lapidatus est Stephanus tradunt Paulum ad Christum conversum: neque in illorum imus sententiam, qui id factum dixerunt anno septimo a Domini passione; quorum opinionem refellimus, cum actum est de martyrii Stephani tempore: ubi etiam cum perspicue ostendimus, non Augusti mense (ut aliqui existimarunt) sed vigesima sexta Decembris Stephanum consummasse martyrium; nulla prorsus ratio persuadet, ut non nisi post dies qui medii sunt a nece Stephani, usque ad conversionem Pauli, id acciderit: quandoquidem multa interim facta esse noscuntur, quæ tam brevi temporis spatio minime arctari possunt: nimirum persecutio excitata adversus discipulos, rursus Sauli studia in illis perquirendis qui essent domesticis latebris occulti, Ananæ in Damascum profectio, illicque ab eo edita Evangelii prædicatio, Ecclesiæ collectio ac propagatio: qui hujus rei fama etiam Hierosolymis divulgata moverit summum Pontificem, ut ad Christianos ibi agentes exturbandos, Saulum, jam satis sua spon-

(a) Act. 9.
(b) Act. 22. 26.
(c) Mar. Rom. 2. 5. Janu. De conversione Pauli.

TIBERII IMP.
19.

sceret, miseratio arcebat. Hæc Tacitus. Dio (b) vero hæc addit: *Tanius sub Tiberio Senatorum (ne reliquos dicam) numerus perit, ut sorte ducti provinciarum Præfecti, Prætorii quidem per triennium, Consulares per sexennium præfuerint, cum non suppeterent successores; eadem & Suetonius (c). Porro hoc ipso anno idem Tiberius in Imperium egressus Caium Caligulam nepotem suum, eo nimirum consilio (ut ferebatur) quod sciret Caium pessime victurum; sicque sua facinora Caji gravioribus flagitiis occultarentur, ac reliqua pars Senatus post mortem suam interficeretur: hæc idem sub prædictis Coss. recitat Dio (d). Atque hætenus de his, quæ hoc anno facta cognoscuntur: frequentem jam aggrediamur.*

TIBERII IMP.
ANNUS
20.

te ad id incitatum, mitteret. His si addas quæ ante Pauli conversionem facta recenset Lucas, nimirum prædicationem Philippi Samariæ, Petri & Joannis illuc accessum, ac deinceps reditum Hierosolymam, denique Candacis Eunuchi baptismum: certe longiori opus fuisse temporis spatio ad ea omnia, quæ dicta sunt, perficienda, nemo prudens negare posse videtur: ea enim, antequam Paulus acciperet epistolam iturus Damascum, facta esse, Lucas plus satis declarasse visus est: quippe qui cum enarrasset quæ a Saulo adversus discipulos gesta sunt Hierosolymis, cum nihil esset quod impediret, quo minus cætera quæ ab eodem sunt facta, persequeretur; ne nimis remota tempore postea simul jungeret, functus optimi historici munere, earum rerum quæ prius contigissent, historiam (temporis accurata habita ratione) contexuit. Hæc si quis attentiori animo velit disquirere; his quæ dicta sunt de Pauli conversionis tempore, æque consentiet. Huic sententiæ de conversione Pauli facta anno secundo, adstipulatur etiam (d) Oecumenius.

Sed huic statutæ a nobis sententiæ, post primam editionem, auctoritate Joannis Chrysoptomi, adversati sunt præstantissimi pietate atque doctrina Academici Herbipolenses, intercurrentibus inter nos de ejusmodi quæstione familiaribus litteris: cum affirmet ipsi, anno superiori, Galba & Sulla Coss. Paulum ad Christum esse conversum. Urgebat ex illis meus Nicolaus Serarius (quem ob egregiam eruditionem, & validum ab eo susceptum patrocinium Catholicæ fidei, plurimi facio) testificatione Chrysoptomi in homilia de Principibus Apostolorum Petro & Paul-

(d) Oecum. in Act. Apost. cap. ult.
II. Obediſſio de Tempore conversionis Pauli.

CHRISTI
36.

lo ita dicentis de ipso Paulo: *τρίηκοντα πέντε ἔτα' ἔλεσε τῷ κυρίῳ μετὰ πνεύματος προθυμίας: Quæ verba longe aliter quam Vossius, ita vertit: Trigintaquinque servavit Domino cum promptitudine animi. Videat ipse Vossius, qui aliter sic reddidit: Trigintaquinque viros summa ad servendum alacritate Domino mancipavit. Quod igitur numerandi sint ex sententia Chrysoptomi trigintaquinque anni a conversione Pauli usque ad obitum, quem contigisse constat anno Domini sexagesimonono: plane ante præsentem annum ipsum ad Christum conversum esse necessario affirmandum esse videbatur. Sed dico oportere ex ejus quidem sententia, numerum illum trigintaquinque annorum; quem ipse vult expletum, non ab anno superiore, sed ab eo qui ipsum præcedit, deducere, ut anno obitus ejusdem Pauli congrueret: quod quidem absurdissimum esset, ante Christi mortem numerare annos Pauli conversionis.*

III. Dilutio obiectorum.

Nec est quod jure quis dicere possit, triginta quinque illos annos non expletos esse intelligendos, sed novissimum eorum inchoatum per menses quinque & dies quatuor: nam ne sic quidem satis intercedit temporis ad numerum illum annorum explendum. Cæterum nec est quod quis sententiam illam Chrysoptomi de trigintaquinque annis inviolabili fide servandam esse existimet: siquidem idem ipse Chrysoptomus alibi vix triginta annorum spatium eidem Paulo a conversionis tempore usque ad obitum tribuit: accipe, rogo, quæ ipse dicat homilia quarta de laudibus Pauli hæc verbis: *Vix triginta annorum spatium & Romanos, & Persas, & Parthos, & Medos, & Indos, & Scythas, Ann. Eccl. Tom. I.*

SÆC. I. ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5527.
Anno Urbis 787.
Olymp. 204. an. 2.
An. C. 34.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5527.
© 15. C. 2. 16. Indi. 7.
JESU CHRISTI 36. secundum Baronium 36.
TIBERII IMP. 20.

I. AD num. I. Coss. Paullus Fabius Persicus & L. Vitellius, ut ostendit Card. Norisius

[1] Coss. Paullus Fabius Persicus & L. Vitellius. In tabula Fratrum Arualium, Tiberii Claudii temporibus apud Gruterum pag. CXVI. CXVII. memoratur: *Paullus Fabius Persicus*. Item in alia Fratrum Arualium Tabula in hortis Barberinis, quam edidit Sponius Miscell. pag. 6. occurrit *Fabius PERSICUS*. Dio lib. LVIII. pag. 636. *Vicesimo anno imperii, quum frequens (Tiberius) in Albano & Tusculi esset, in urbem non venit. Sed consules L. Vitellius, & Fabius Priscus (mendose pro Persicus) decennium (nempe ludos decennales) nuncupaverunt, tanquam ei, ut Augusto usitatum, tunc imperium Prorogarent*. Frontin. de Aquæductibus: *Fabio Persico, L. Vitellio Coss.* Tacit. Annal. lib. VI. Cap. XXVIII. *Paullo Fabio, L. Vitellio Coss.* Suetonius in Vitellio Cap. II. *Lucius (Vitellius) ex consulatu, Syria Præpositus. Legatus in Syriam missus est. A. V. 788. Christi Domini 35. Fasti Vindebonenses: Vitellio & Persico. Idatiani: Persico & Vitellio Pulo. Prosperi Chronicon: Prisco & Vitellio. Vide Norisii epistolam consularem A. D. 34. pag. 19.*

TIBERII IMP.
20.

& Sauromatas, & Sarracenos, & omne prorsus humanum genus sub jugum mitteret veritatis, &c. Quibus cum eum videas non esse sibi constantem; nihil est quod quis figere pedes, aut inniti valeat dictæ Joannis Chrysoptomi de tempore conversionis Pauli assertæ sententiæ. Quamobrem concedendum Ecclesiasticæ antiquitati, veterique assentiendum traditioni, publicis tabulis consignatæ, annis singulis in ecclesiis singulis publico præconio indici solitæ; nimirum contigisse conversionem Pauli anno secundo a Domini ascensione. Sed qui refragantur, & anno superiori eam volunt esse peractam, sic numerant annos duos ab ascensione Domini, ut primum annum ultima Decembris die terminent, secundum vero a Kalendis Januarii inchoent, absolvantque ipsum vigesima quinta ejusdem mensis, quæ memoria ejusdem conversionis agit; sicque totum spatium temporis duorum annorum; periodo dumtaxat octo mensium & dierum viginti claudant. At meminisse oportet, longe ante Dionysium Exiguum, qui (ut Cassiodorus testatur) primus extitit auctor eo modo numerandi annos Domini, scripta & lecta esse in Ecclesia Martyrologia: quibus cum definiatur, anno secundo ab ascensione Domini Paulum esse conversum, utique affirmandum est annum integrum intercurrisse, sequentis vero menses octo diesque viginti evolutos esse. His satisfactum sit nostris fratribus Herbipolensibus, quorum luculentam ipsam ac maxime piam eruditamque lucubrationem adversus oblatrantes Novatores ac nugatores de duodecim Apostolis nuper editam (ut par est) laudabimus semper. Jam vero nostra profequamur. G g 2 Quod

in epistola Consulari, ubi & ait, postremum perperam a Baronio *Nepotem* appellari, quod non adverterit, apud Onuphrium hanc vocem *Nepos* originem Consulium ab avis indicare, ideoque pro eorumdem Consulium cognomine accipi non debuisse.

Tiberius Imperii Augustei Vicennalia dedit, ut scribit Dio lib. 58. & legitur in Collectione Historiarum apud Scaligerum pag. 339. Vide dicta in disert. Hypatica hoc anno.
Obitus Philippi Herodis Ascalonitæ filii, de quo anno Christi XXXVII, huc revocandus.

II. Vicennalia Tiberii.
III. Obitus Philippi Herodis filii.

IV. Quod ad Pauli conversionis & rei gestæ historiam pertinet: illud quidem vehementer admiror, qualis quantave etiam apud hostes fuerit Judaicæ religionis observantia. Cum enim inimicitia, odia, atque bella conflata essent inter Aretam Regem Damasci, atque Herodem; fueritque (ut Josephus (a) est auctor) diutius conflictatum, nec inter eos pax composita esset: nihilominus tantum sibi juris vendicabat apud externos, immo & apud hostes summus Pontifex in his quæ ad religionem spectare viderentur, ut non tantum quæ ad decimarum pertinerent collectionem, sed quæ summi esse imperii viderentur, sibi sumens, daret litteras ad synagogas Damasci, ut qui reperti essent Judæi Christo credentes, vineti Hierosolymam ducerentur. Utinam tanta saltem, etsi non ampliori (ut par esset) apud Christianos Principes Christiana religio, summumque omnium regale Christi sacerdotium hodie auctoritate polleret, quanta apud Reges externos, ac denique hostes, cultus Judaicus habebatur. Infelicia enim nostra tempora, hæc me, invitum licet & præter morem, exclamare compellunt. Sed jam cætera quæ ad Paulum spectant, cujus gratia a Luca hujusmodi est instituta narratio, ordine profequamur.

(a) Joseph. antiq. lib. 18. c. 7. Digna consideratio.

V. Cum autem Lucas agens de nece Stephani, Saulum appellet adolescentem, hic vero virum nominet: cumque non nisi (ut vidimus) anni unius ac mensis spatium ab eo tempore usque ad conversionem ejus intercesserit: historica veritas persuadet ac postulat, ut accuratius de ejus ætate agamus. Quod antequam faciamus, illud in primis monendum putamus: quod habet Latina versio; *Secus pedes adolescentis*: loco adolescentis, legi Græce *νεανίας*: cujus quidem vocis si vis exprimitur, non tam ætate adolescentem, quam audacem, vehementisque animi, quique magnus sibi sumat spiritus, virum significat, ut notat Budæus, & alii. Admonet quidem S. Augustinus (b), consulenda esse interdum Græca exemplaria, unde aliqua sunt in Latinum suboscure translata, quo certior de divina Scriptura possit sensus haberi: ac tum præsertim, cum inter legendum in eodem auctore aliqua diversitas reperitur, ut hic videmus accidere. Audacem plane virum ea voce Lucas ibi significavit, qui hic eundem spirantem minarum & cædis virum fuisse describit. Quot vero ætatis annos ageret Paulus, cum ad Christum conversus est hoc anno, dictis Consulibus, pervestigemus.

De ætate Pauli.

(b) August. de doctr. Christ. li. 2. c. 14. 15.

VI. Scribens ipse Paulus ad Philemonem dum Romæ esset, anno secundo sui carceris (ut suo loco dicitur) se ipsum senem dicit, cum ait: *Paulus senex, nunc autem & vinculus Jesu Christi*. Erat ille annus Nero-

nis Imperii quartus (ut suo loco aperiemus) cum eam scripsit epistolam, ab hoc vero tempore anni vigintiquatuor tantum; quæ ratione si dixerimus, Paulum, cum se esse senem ait, fuisse sexagenarium; numerando eos annos ab ipsius natali usque ad quartum Neronis annum, quo illam scripsit epistolam; dicere opus esset, ipsum ad Christum conversum esse anno suæ ætatis trigesimoquinto. Cæterum de ætate Pauli certiores nos reddit Joannes Chrysostomus: qui sua homilia quam scripsit de Principibus (c) Apostolorum, ubi agit de utriusque martyrio, tradit eundem capite cæsum quievisse anno suæ ætatis sexagesimo-octavo: qua ratione affirmare opus est (quod diximus) ad Christum esse conversum annum agentem trigessimum quintum, atque posthac vixisse usque ad decimum-tertium Neronis annum, & Consulatum Capitonis & Rufi (quo cum Petro martyrio triumphasse dicemus) annis trigintatribus. Licet enim dicta homilia annos triginta-quinque numerare dicatur Joannes Chrysostomus a tempore ejus conversionis usque ad obitum: at id quidem minime posse consistere, nuper docuimus; ejusdemque aliter alibi asserentis auctoritate demonstravimus haud adeo constantem eam esse Chrysostomi assertionem, ut clavum figere sit necesse: cum in cæteris maxime quidem & ad amissim (ut dicunt) inter se consentiant quæ scribit Chrysostomus, cum his quæ de se tradit Apostolus in epistola ad Philemonem; & cum se dicit senem, fuisse ætatis sexaginta annorum. Ex his itaque satis perspicue colligitur, Paulum natum esse Lentulo & Pisonæ Cos. anno elapso a natali Domini; atque hæc satis de ætate illius.

De annis prædicationis Pauli.

(c) Habetur tom. 5. edit. Paris. in addit.

Hac occasione operæ pretium existimamus, de loco in quo natus est, paulo attentius perquirere: cum hæctenus ea opinio invaluisse videatur, ut Gischalæ Judææ oppido natus sit: idque auctore S. Hieronymo (d) omnibus affirmantibus, cum ait: *Paulus Apostolus, qui antea Saulus, extra numerum duodecim Apostolorum, de tribu Benjamin, & oppido Judææ Gischalis fuit: quo a Romanis capto, cum parentibus suis Tarsum Ciliciæ commigravit*. Sed an hæc subsistant, veraque sint, exacte est disquirendum. Constat quidem fuisse Gischalam (e) oppidum Galilææ, sed munitissimum: quod Titus (ut Josephus (f) testatur) non sine labore expugnavit. Cum ergo Hieronymus natam Gischalæ Paulum, capto a Romanis oppido illo, cum parentibus migrasse Tarsum dicat: quoniam, rogo, tempore accidit, ut Gischala a Romanis caperetur, ut inde Paulus Tarsum migraret? Sane quidem Judæam a Romanis primum Pompeio duce subactam fuisse constat, Antonio & Cicerone Cos. Olympiade centesima septuagesima-

VII.

(d) Hieron. de script. Eccl. cap. 5. De Pauli patria.

(e) Joseph. de bell. Jud. lib. 4. cap. 4. (f) Idem. eodem.

ima-mona, anno secundo, ut tradunt Josephus (a) & Eusebius (b); ab Urbe condita (ut habet Dio) sexcentesimo nonagesimo-primo, ante annos ab hoc tempore nonaginta-sex: rursusque Judæis rebellantibus sub Nerone, eandem provinciam a Vespasiano ac Tito esse perdomitam. Cum ergo neutrum tempus minori ætati Pauli possit aptari, hæc manifesti redarguntur erroris; & fabulam potius esse convincitur; quo nomine ipse quidem S. Hieronymus eam appellat, dum in commentario in epistolam Pauli ad Philemonem, ad finem hæc ait: *Quis sit Epaphras captivus Pauli, talem fabulam accepimus: Aveni parentes Apostoli Pauli de Gischali regione fuisse Judææ; & eos, cum tota provincia, Romana vastaretur manu, & dispergerentur in Orbem Judæi, in Tarsum urbem Ciliciæ fuisse translatos; parentum conditionem adolescentulum Paulum secutum*. Hæc Hieronymus. Sane quidem commentum id totum, fabulaque merito dicenda: nam regnante Herode seniore, sub quo Paulus natus esse videtur, Archelao deinde eidem succedente, regnoque in tetrarchias diviso, nullam vel levam a Romanis Judææ oppida passa sunt contumeliam: nam subdita illis parebat provincia in omnibus, & per Romanos magistratus administrabatur: nulla ergo fuga vel dispersio Judæorum illis temporibus potuit contigisse, qua Paulus adolescentulus Tarsum cum parentibus sit coactus migrare. Si ergo natus est Gischalæ, spontanea profectioe potius ipsum cum parentibus suis Tarsum migrasse oportuit.

VIII. Paulus non Gischalæ, sed Tharsus.

(a) Act. 22. (b) Epiphanius hæres. 30.

(c) Hieron. de script. Eccl. cap. 5. De Pauli patria.

Sed nec id quidem admittimus, quod eidem Paulo repugnet: nam cui, quæso, magis quam ipsi Paulo, quo natus sit loco aperte testanti, credendum? Ipse quidem pro concione hæc est locutus: *Ego sum vir Judæus, natus in Tarsu Ciliciæ, nutritus autem in ista civitate, secus pedes Gamalielis eruditus, &c.* Recitat hæc Lucas (c) in Actis. Quid his clarius dici potuit? Certe quidem Epiphanius (d) disputans contra Ebionæos, qui Paulum dicebant fuisse origine Græcum, factum vero postea profelytum: eundem natum Tarsu, sed ex Judæis affirmat; de Gischala vero ne verbum quidem: cum alioqui ipse Paulus se non tantum Judæum ex Judæis, sed & inter Judæos, ad conciliandum sibi Judæorum animos (quod multis argumentis alias fecerat sæpe) gloriose professus esset. Si igitur parentes Pauli Gischala Tarsum aliquando migrarunt; id voluntaria factum discessione (ut de multis aliis contigisse Philo testatur, cum tradit totum jam pene Orbem coloniis Judæorum esse repletum) vel si aliqua belli occasione evenit, id facile accidere potuit sub Antiocho Illustri, ut Epiphanius

(c) affirmare videtur. Quod vero se civitate Romana donatum fuisse dicat: opportunius suo loco de ea re inferius agemus. Hæc modo satis de ætate Pauli atque natali solo.

Rursus vero quod ad veritatem historiæ pertinet: & illos errasse certum est, qui dixerunt, Paulum tunc temporis, cum a Christo vocatus, mansit tribus diebus (ut ait Lucas f) non videns, nec manducans, nec bibens, raptum fuisse ad tertium cælum, & audivisse illa arcana verba, quæ essent ineffabilia, ut de se ipsemet testatur, scribens ad Corinthios (g); nam cum ipse illa contigisse dicat ante annos quatuordecim a tempore quo illam scribebat epistolam; sane quidem non hoc quo conversus est anno, sed post octennium ea facta esse, affirmare necesse est: nam ab hoc anno usque ad tempus illius epistolæ, annos vigintiduos intercurrisse, suo loco inferius aperte demonstrabimus.

(e) Epiphanius hæres. 30.

IX. Vifonis Pauli tempus.

(f) Act. 9.

(g) 2. Cor. 11.

Fuit Ambrosii (b) sententia, cum Paulus ad Christum conversus, ab Anania Damasci est baptizatus, ex Saulo fuisse Paulum nominatum: sic enim ait: *Ubi pluvia super eum lavacri celestis influxit, necatur blasphemus, necatur persecutor, necatur & Saulus: vivificatur Apostolus, vivificatur justus, vivificatur & Paulus. Usque adeo autem perdidit veterem cum actibus hominem, ut cum moribus mutaret & nomen*. Hæc Ambrosius, & Augustinus (i) in eam sententiam: *Hinc, inquit, & ipse primo Saulus: postea Paulus, id est, primo superbus, postea humilis: Saul enim dictum est nomen Sauli: nostris quia Rex superbus & infrenis fuit. Non quasi jactantia aliqua sibi nomen mutavit Apostolus, sed ex Saulo factus est Paulus, ex superbo modicus*. Hæc & alia plura multis in (k) locis in eadem fere verba eundemque sensum de Saulo in Paulum mutato idem scriptis tradidit. Sed & de ea re cæteri Ecclesiastici antiqui scriptores quid senserint, ac demum quæ nobis magis probetur sententia, videamus. S. Hieronymus (l) quando ejusmodi mutationem nominis fieri contigit, & qua ex causa, hæc ait: *Audacter itaque faciam, si forte vere, de Actibus Apostolorum suspiciones meas affirmans. Legimus (m) in eis, quod Spiritus sanctus Antiochiæ dixerit: Separate mihi Barnabam & Saulum in opus ad quod assumpsi eos. Tunc jejunantes & orantes, imponentesque eis manus, dimiserunt illos. Qui cum Seleuciam Syria descendissent, & navigantes Salaminam Cyprus, quæ nunc Constantia dicitur, pervenissent, haberentque secum in ministerio Joannem (propter quem postea edificatorium Ecclesiæ jurgium concitatum est) & omni insula peragrata, Paphum usque venissent; invenerunt quemdam magum pseudopphetam, nomine Bar-Jeu, cum Pro-*

X. De Pauli nomine ex Saulo.

(b) Anbr. ser. 21. edit. Rom.

(i) Aug. tract. 72. su. 2. 3. 4.

(k) Aug. serm. de Apost. Paul. de spiritu & litter. ex eodem.

apud Bed. in epist. ad Rom. c. 2. & in epist. 1. ad Corinth. cap. 11.

(l) Hier. in epist. ad Philem. Act. 13.

CHRISTI
36.

consule Sergio Paulo, viro prudente: qui accitis Barnaba & Saulo, desiderabat Dei sermonem ab eis audire. Resistente itaque mago, & a fide recta Sergium depravante: Saulus (ait Scriptura) qui & Paulus, repletus Spiritu sancto, intuens in eum dixit: O plene omni dolo & omni fallacia, fili diaboli, inimice omnis iustitiæ, non desinis subvertere vias Domini rectas? Et nunc ecce manus Domini super te, & eris cæcus, non videns Solem usque ad tempus. Confestimque cecidit super eum caligo & tenebræ; & circumiens quærebat qui ei manum daret. Tunc Proconsul, cum vidisset factum, credidit, admirans super doctrinam Domini. Et cum a Papho navigasset Paulus & qui cum eo erant, venerunt Pergen Pamphiliæ. Diligenter attende, quod hic primum Pauli nomen incepit. Ut enim Scipio, subacta Africa, Africani sibi nomen assumpsit; & Metellus, Creta insula subjugata, insigne Cretici suæ familiæ reportavit; & Imperatores nunc usque Romani Adiabeni, Partici, Sarmatici nuncupantur: ita & Saulus ad prædicationem Gentium missus, a primo Ecclesiæ spolio Proconsule Sergio Paulo victoriæ suæ trophæa retulit, erexitque vexillum, ut Paulus diceretur e Saulo. Si vero & interpretationem nominis quæras; Paulus in Hebræo, mirabilem sonat. Hucusque Hieronymus.

XI.

Porro hæc quidem non omnibus probantur, cum a modestia & humilitate Pauli abhorrere videantur: quippe qui cum sæpe contesteretur se minimum Apostolorum, nec dignum esse eo nomine, seque abortivum, peccantiumque omnium primum esse affirmet, nulla patitur ratio, ut ex adepta victoria insigne gloriæ nomen sibi more Gentium vendicaverit. Quin potius (si verum esse dixerimus, non antea, sed tunc primum ex Saulo Paulum nominatum, cum Proconsulem ad veritatem vindicavit) ea inditi nominis causa potius putanda est; ut idem Paulus Proconsul, quod Romani libertis de se optime meritis, vel aliquibus ex clientibus, vel hospitibus, aliisque sæpe impartiri familiæ cognomen consueverunt; Saulo id ipsum cognomen suum, Paulus scilicet, quod etiam Æmiliorum familiæ fuit, quo sibi magis arctiusque eo vinculo Apostolum devinciret, indiderit, sicque Paulum dici voluerit; quod quidem cognomen ab habitudine corporis, quod idem sit Paulus, quod Parvus, olim Æmiliorum quoque adhæsisse familiæ tradunt (a): ob idque a Paulo minime respuendum. Cæterum Joannes (b) Chrysoctomus istud ipsum nomen non ab hominibus, sed a Deo inditum esse, ut olim Patriarchis, ac denique Petro, qui dictus est Cephas, Jacobo & Joanni, qui cognominati sunt Boanerges, existimavit. Sed neque id, sta-

(a) Notat. Sigon. de nom. Rom.
(b) Chrysoctom. de conversione S. Paul. tom. 3.

TIBERII IMP.
20.

tim ut ad Christum conversus est, fieri voluit, ut ex Sauli nomine qui persecutor fuisset, agnosceretur: sed tunc demum, cum jam ex prædicatione, quisnam esset, probe satisque cognitus esset. Origenes (c) vero pluribus de his agens, in eam proclivior visus est esse sententiam, ut asserat, sicut multis aliis Judæorum, utrumque proprium illi nomen esse impositum; nempe quod ut Judæo ex tribu Benjamin, Sauli nomen fuerit inditum; & quia Romanus, Romano nomine, Paulus fuerit appellatus. Qui ergo (ut de se statatur) factus est omnibus omnia, ut omnes lucrifaceret; dum apud Hebræos versatur, Hebraico nomine Saulus maluit appellari; suscepto postea ad Gentiles Apostolatu, Romano nomine usus, Paulus potius voluit nominari. Hæc Origenes pluribus.

His visis, cuique liberum linquimus, ut quam magis veritati consentientem putarit, sequatur sententiam. Certe quidem cum a tempore congressus cum Sergio Paulo Proconsule Saulus primum Paulus appellatus invenitur, nec posthac aliquando nomine alio quam Pauli sit dictus: facteri quodammodo cogitur, tunc illi Pauli nomen fuisse inditum: non ea quidem ratione, quam ex Hieronymo recitavimus: sed quia potius (quod diximus) a Sergio Paulo, amicitia gratia, familiæ suæ cognomine fuerit nobilitatus: sicut (ne longe petamus exemplum) Josephus Judæus in Judaico bello (d) captus, liberatus, ac civitate donatus a Tiro, Flaviæ quoque familiæ cognomine ab eodem insignitus est, ut Flavius Josephus sit appellatus: sicque (quod Lucas ait) & Saulus dictus sit Paulus; eoque ipse cognomine Romanæ familiæ sit libentius usus, quod & ipse Romanus civis jure municipii natus esset, ut Evangelium prædicaret in Gentibus: atque sic Gentilitio nomine (factus nimirum (e) cum Gentibus tamquam Gentilis) maluerit appellari; cum de cætero etiam in minimis (ut multis constat exemplis) nullam præmitteret occasionem, quam ad propagationem Evangelii conducere posse videret: quod nobis magis probatur, quam quod Origenes ait, eadem duo nomina ab exordio, cum circumcisionis tempore Judæi solerent indere nomina, fuisse imposita, quod Judæus pariter esset atque Romanus; cum non sit exemplum, vere Judæos, (ut taceamus de profelytis) jungere consuevisse Hebræorum nominibus nomina Romanorum: filius enim Herodis Aristobulus ex profelytis primus reperitur qui filium nomine Romano vocarit Agrippam, dictum & avi nomine quoque Herodem. Sed de his satis.

Quod vero pertinet ad Pauli tunc temporis res gestas Damasci, postquam ab Anania est initiatus sacro baptismate; Lucas

XIII.
Paulus prædicat Damasci

(c) Orig. in. pref. epist. ad Rom.

XII.
Cur denique Paulus.

(d) Joseph. in Vit. sua in fine.

(e) I. Cor. 9.

CHRISTI
36.

cas eas his verbis narrat: Fuit autem cum discipulis, qui erant Damasci, per dies aliquot. Et continuo ingressus in synagogas prædicabat Jesum, quoniam hic est Filius Dei. Stupebant autem omnes, qui audiebant, & dicebant: Nonne hic est, qui expugnabat in Hierusalem eos, qui invocabant nomen istud; & huc ad hoc venit, ut vinclos illos duceret ad Principes sacerdotum? Saulus autem multo magis convalescebat, & confundebat Judæos, qui habitabant Damasci, affirmans quoniam hic est Christus. Hæc Lucas: quem reliqua Pauli, ut professionem ejus in Arabiam, egressum Damascum, & post annos tres ejus accessum Hierosolymam (quæ omnia idem Paulus (a) de se ipso scribit ad Galatas) prætermisisset, certum est: cum mox post hæc narrata, ad ea quæ Hierosolymis ab eo sunt facta, stylium convertat. sed de his anno sequenti agemus. Cæterum ne quid omisisse videamur, quod ad conversionis Pauli historiam pertineat: addimus de loco illo prope Damascum posito, ubi ipsi Christus apparuit: ille quidem Christianis cognitus fuit; cum ut posteros innotesceret, ad tantæ rei perpetuam memoriam conservandam, nobili ecclesiæ desuper structa illustratus fuerit; ad quam Augustinus (b), agens de Pauli conversione, alluisse videtur, cum ait: Hodie in illis regionibus etiam ipsa loca testantur quod tunc gestum est, & nunc legitur, & creditur.

(a) Galat. 1.
(b) August. serm. 14. de conversione S. Pauli. XIV. Alii persecutores missi a Judæis.

Porro non Paulus tantum ad Christianos vexandos est missus Damascum; sed alii quoque in alias regiones a Principibus sacerdotum ad vexandam & infamandam Ecclesiam, quasi impietate refertam, sunt

JESU CHRISTI
ANNUS
37.

I. Præsenti anno, qui numeratur Domini trigessimus primus C. Cestio Gallo & Servilio Ruffo Cofs. Paulus cum jam Damasci primo Evangelium prædicasset, in Arabiam profectus, iterum est reversus Damascum. Hæc enim idem ipse Paulus scribens ad Galatas testatur his verbis (a): Cum autem placuit ei qui me segregavit ex utero matris meæ, & vocavit per gratiam suam ut revelaret Filium suum in me, ut evangelizarem illum in gentibus: continuo non acquievi carni & sanguini, neque veni Hierosolymam ad antecessores meos Apostolos, sed abii in Arabiam: & iterum reversus sum Damascum: deinde post annos tres veni Hierosolymam videre Petrum, &c. Lucas vero, his de Arabia & triennii temporis spatio prætermisisset, tantummodo infidias Judæorum in illum fabricatas, ejusque clan-

(a) Galat. 1.

TIBERII IMP.
20.

missi legati. Nam cum Luca auctore sit dictum, eos qui Hierosolymis expulsi sunt Fideles, in omnes profectos regiones; eos quidem etiam nondum Gentilibus, Judæis tamen Christum annuntiare non prætermisisset constat, & longioribus spatiis ea occasione Evangelium propagasse. Quod Principes sacerdotum indigne ferentes, rursus in eos novam persecutionem excitarunt. Hæc licet a Luca fuerint prætermisisset; tamen Justinus martyr, quicum esset Samaritanus, res Judæorum præ cæteris calluit; per occasionem, dum de aliis differit; in Judæos persecutores inventus, hæc ait (c): Non enim alie nationes tantum iniquitati in nos & in ipsum Christum patrata sunt obnoxia, quantum vos: quibus etiam pessima voluntatis erga justum illum fuisset occasio. Posteaquam enim illum unicum irreprehensibilem & justum hominem in crucem egistis, cujus vobiscum sanitas eis provenit qui per ipsum ad Patrem adeunt; cum eum cognovissetis resurrexisse a mortuis, atque in celum conscendisse, sicut Prophetæ prædixerant; tantum abest ut respicientes penitentia de malis commissis duceremini, ut etiam viros eximios Hierosolymis deletos in terram omnem tunc legaveritis, dicentes, hæc sectamque Christianorum nullius nominis culticem, & existisse; atque ea contra nos sermonibus spargentes, quæ cuncti, qui nos non norunt, jactant. Hæc Justinus. Quo autem anno ejusmodi per Orbem fuerint missæ legationes, licet non explicet; non antea tamen eas missas esse putamus, quam cum per dispersos ubique discipulos Evangelii prædicatio late diffusa est.

(c) Justin. de ver. Christ. relig.

TIBERII IMP.
ANNUS
21.

destinum discessum Damasco, & Hierosolymas accessum recenset (b): quæ quidem Judæorum in Paulum molitiones non cum primum recessit Damasco, iturus in Arabiam, sed cum illuc reversus est, antequam iterum inde recessisset, contigerunt: quod & sancto Hieronymo (c) magis probari videtur: ratio enim ipsa nullo modo patitur, ut unde clanculum recessit, eo manifeste rursus accesserit.

Eodem anno L. Vitellius, cum præteriti anni Consulatum gessisset, Proconsul in Syriam mittitur: cui cum etiam subjaceret Palæstina, Iustrans ex more provinciam, Hierosolymam petens, honorificentissime a Judæis exceptus, de illis optime meritis est: quæ vero in eos contulerit officia ac beneficia Josephus in hæc verba describit (d): Vitellius autem in Judæam profectus, pervenit hic

(b) Act. 9.

(c) Hier. in epist. ad Galat. r. 1.

II.

(d) Joseph. antiq. lib. 18. c. 6.

Hierosolymam in ipsa festiuitate quam Pascha dicimus: ubi exceptus honorificentissime, remisit civibus totum vectigal fructuum venalium, & stulam cum ornata pontificio permisit in templo aservari a sacerdotibus, quemadmodum & olim hoc jus habuerant: sed eo tempore deponebatur in Antonia (sic dicta turris prope templum edificata) ob hanc causam: Hyrcanus Pontifex huius nominis primus, extructa prope templum turri; degebat in ea majorem temporis partem: & quoniam hanc stulam habebat in sua custodia, qua nemo praeter illam utebatur, recepturus privatam habitum, eo loci illam deponerat. Idem mos fuit etiam successoribus ipsorum posteris. Herodes autem regnum adeptus, turrim hanc opportuno loco sitam, magno sumptu exaedificatam denominavit ab amico Antonio; & stulam, ita ut ibi reposita est, detinuit, ratus eo magis obnoxium se habiturum populum. Idem fecit Archelaus filius ejus & successor; cujus regno in provinciam mutato, Romani simul & Pontificia stola possessionem nulli sunt; in cella ad hoc ipsum structa reposita, & ob signata sigillo Pontificum, atque custodiam sacri ararii, Praefecto castelli accedente ibi lucernam quotidie. Hanc autem festimo ante festum die Praefectus exhibebat Pontifici: qua purificata indutus sacrorum tempore, sequenti die rursus reponerat in cellam, ubi antea condita fuerat; id fiebat singulis annis ter jejunii tempore. Vitellius autem in nostrorum sacerdotum po-

testatem eam stulam tradidit, volens securum esse Praefectum, quoniam illa reponatur, aut quomodo proferatur in usum Pontificum. Hoc gratificatus genti, & in locum Josephi Caiphae Pontificis subrogato Jonatha Anani Pontificis filio, iter fecit versus Antiochiam. Hucusque Josephus, de quibus alias supra: caetera autem de rebus gestis ejusdem Vitellii adversus Pilatum, quamvis superiori capitulo ab eo recensentur, tamen quia post haec facta esse noscuntur, suo loco, anno scilicet sequenti, agemus.

Quod vero ad Caipham spectat; satis perspicuum est ex his quae dicta sunt, ejus summum sacerdotium usque in praesentem annum perdurasse, & Annam, quem Ananum appellat, alterius functionis dictum esse Pontificem, prout superius, cum de his fufus actum est exacte monstravimus. Caeterum ipsum Caipham, vitae pertaxum, mortem sibi conscisse, apud Clementem (a) legitur. Neque vero tantum ipsum, sed & Annam male perisse, Nicephorus (b) tradit; sed de Anna inferius. Post haec de Vitellio recitata, Josephus (c) de Philippi Tetrarchae obitu agens, haec subdit: Tunc etiam Philippus Herodis frater diem suum obiit, anno Tiberii Principatus vigesimo, cum ipse praefuisset triginta septem annis Trachonitidi, & Gaulanitidi, ac Batanae; de cuius vitae institutione dictum est superius. Obiit autem Juliade, & illatus in monumentum quod ante sibi construxerat, magni-

III.

I. Agrippae carcer.

Anno Domini trigesimo octavo, Coss. Q. Plautio Plautiano & Sex. Papinio Gallieno: Agrippa Judaeus, filius Aristobuli, Herodis senioris nepos, cum aliquandiu Romae versatus esset in officiis primum Drusi, inde vero Caii, Tiberii Imperatoris nepotum, delatione liberti sui Eutychi, quod mortem Tiberio, & Imperium Caio precatus esset, eodem Tiberio agente in Tusculano, mancipari vinculis jubetur: ubi per sex menses usque ad eisdem Tiberii obitum mansit. Haec pluribus Josephus (a) enarrat: quomodo vero, mortuo Tiberio, solutus vinculis, Judaeorum regnum sine consecutus, suo loco dicemus. Antehac autem idem Agrippa Herodem (b) Tetrarcham apud Tiberium judicio postularat: qui ejus accusationem, quod in Herodem esset propensior, non suscepit. Eodem quoque anno cum Pilatus occasione impostoris (c) cujusdam, qui Samaritanos armaverat, immisso milite, majore ex parte illos occidisset; a magistratibus Samaritanorum apud Vitellium, Syriae Praesidem, patratæ caedis accusatur: qui sic reus constitutus, dum ejus causa-

II. (c) Joseph. de her. Jud. li. 2. c. 8.

Eodem quoque anno cum Pilatus occasione impostoris (c) cujusdam, qui Samaritanos armaverat, immisso milite, majore ex parte illos occidisset; a magistratibus Samaritanorum apud Vitellium, Syriae Praesidem, patratæ caedis accusatur: qui sic reus constitutus, dum ejus causa-

SÆC. I. Anno Urbis 789. Olymp. 203. an. 4. Au. C. 36.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5529. 17. AG. 18. P. 31. MART. Indict. 9. JESU CHRISTI 36. secundum Baronium 38. TIBERII IMP. 23.

I. Consules.

[1] Ad num. I. Coss. Sex. Papinius Alleniur, & Q. Plautius, ut ostendit Card. Norisius in Epistola Consulari pag. 23. ubi demonstrat Plau-

SÆC. I. Anno Urbis 788. Olymp. 203. an. 3. Au. C. 35. ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5528. 16. B. 17. Indict. 8. JESU CHRISTI 35. secundum Baronium 37. TIBERII IMP. 22.

I. Consules. II. Quinta Quinquennialia Imperii Proconsularis Tiberii.

[1] Ad num. I. Coss. C. Cestius Gallus & M. Servilius Nonianus, ut ostendit Card. Norisius in epistola Consulari. Imperii Proconsularis Tiberii quinta Quinquennialia in hunc annum incidunt. Mediobarbus tres Tiberii Nummos producit Tribunitia Potestate xxxvii. quæ hoc anno cepit, insignitos, in quorum altero Quadriga triumphalis, in altero glo-

bus cum temone, in tertio templum pulcherrimum cernuntur: quæ hujus festivitatis indicia. Suspiciabatur Angellonus triumpho Tiberii memoriam hoc anno renovatam fuisse: qua in sententia plane confirmatus esset, si annis Decennialibus & id genus festis additis rerum antea gestarum memoriam in nummis refricari solitam intellexisset. Mediobarbus exhibet duos Tiberii Nummos Tribunitia Potestate xxxvi. præcedenti anno inchoata notatos, in quorum altero visitur templum, in altero globus cum temone, ad designandam nempe sapientem Imperatoris administrationem. Quare cum certum sit Tiberium anno præcedenti Vicennialia dedisse, liquet currenti anno similes Nummos ob similem festivitatem percussos, & aliqua templa horum solennium occasione, aut ædificata aut dedicata, qui mos postea invaluit.

[1] Coss. C. Cestius Gallus, & M. Servilius Nonianus. Vide Norisii Epistolam Consulare ad A. D. 35. Tacitus Annal. lib. VI. cap. XXXI. C. Cestio, M. Servilio Coss. Facti Vindebonenses: Camerino & Noniano. Prosperi Chronicon, & Facti Idatiani: Gallo & Noniano. De Caio Cestio consulari Plinius lib. XXXIV. Cap. VIII. Hic forte est Cestius Gallus, C. Cestii Galli hoc anno consulis filius, qui A. V. 819. Christi 66. Syriae praefes erat; qui consul successit fuit, sed quo anno, ignoratur. Vide de Cestio Gallo Norisium in cenotaphis Pisani Dissert. II. Cap. XVI. pag. 334. & in Epochis Syro-Maced. Dissert. I. cap. III. pag. 51. & ex eo multa affert Pagius ad A. D. 66. n. 11. A. D. 67. n. XXX.

gnifice ac sumptuose funeratus est: & quia sine liberis decesserat, ditionem ejus Tiberius provinciae Syriae attribuit, ita tamen, ut tributa in ea tetrarchia collecta servarentur, intra ipsius regionis terminos. Haec de obitu Philippi Josephus; quæ post adventum Vitellii in provinciam, non anno superiori, quo, mente Augusti

JESU CHRISTI ANNUS 38.

TIBERII IMP. ANNUS 22.

vigesimum Tiberius annum auspiciatur, sed praesenti, quo desinit, facta esse, necesse est affirmemus. Quod vero spectat ad annos triginta septem, quibus ipsum tetrarchiae praefuisse dicit: quam aperte in errorem labatur, consule quæ superius dicta sunt, cum de Herodis obitu adum est.

ageretur, in ordinem redactus est, inque ejus locum ab eodem Praeside ad procurationem Judææ Marcellus ejus amicus mittitur. Verum non ejus tantum criminis Pilatum reum fuisse, certum est; quippe qui (ut Philo (d) testatur) solitus esset sententias vendere, cuncta rapere, injurias inferre, innocentes punire, tormentis cruciare, ac demum morte eosdem afficere, atque id genus alia patrare. Rursus si fidem adhibendam putamus Aristi Longini Centurionis a Metaphraste (e) recitatis, constat ejusdem crudelitate eundem Centurionem una cum duobus militibus, quod Christum libere confiterentur, fuisse capite truncatos, ac etiam post mortem ignominia affectos. Porro Vitellio (f) Praesidi visum est Pilatum Romam mittere, ut ibi coram Imperatore suam causam ageret, & apud Caesarem obiecta dilueret. Contigit autem ejus profectio anno sequenti: quo antequam pervenisset, Tiberius ex hac vita sublatus est. Quæ vero de ipso reliqua sunt, suo loco dicemus, agemusque simul de ejusdem miserando interitu.

(d) Phil. de legat. ad C. 11.

(e) Metaphr. die 15. Martii.

(f) Joseph. antiq. li. 18. c. 5. in fin.

H h Se-

SÆC. I. Anno Urbis 789. Olymp. 203. an. 4. Au. C. 36.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5529. 17. AG. 18. P. 31. MART. Indict. 9. JESU CHRISTI 36. secundum Baronium 38. TIBERII IMP. 23.

I. Consules.

[1] Ad num. I. Coss. Sex. Papinius Alleniur, & Q. Plautius, ut ostendit Card. Norisius in Epistola Consulari pag. 23. ubi demonstrat Plau-

tium per errorem Plautianum a Baronio, aliiisque cognominari, & priorem Consullem non Gallienum, ut a Baronio, Onuphrioque vocatur, sed Allenium dictum esse. Tiberius Imperii Caesarei septima Quinquennialia celebravit. Mediobarbus pag. 67. Nummos hujus Imperatoris describit, Tribunitia Potestate xxxviii. hoc anno inchoata insignitos, in quorum uno visuntur Quadrigæ triumphales; in altero templum elegantissimum, & in alio globus cum temone; quæ horum solennium indicia.

II. Septima Quinquennialia Imperii Caesarei Tiberii.

[1] Coss. Sex. Papinius Alleniur & Q. Plautius. In Patavina inscriptione Papinii cognomen Gallieni est, sed Alleniur legendum esse monet Norisius in epistola consulari ad hunc annum. Tacitus Annal. lib. VI. Cap. XI. Q. Plautius, Sex. Papinius consules sequuntur. Plinius lib. X. cap. 11. Q. Plautio, Sex. Papinio Coss. Facti Vindebonenses; Alleniur & Plautio; Idatiani Emiliano & Plautio. Prosperi Chronicon; Gallieno & Plautiano.

I. Tiberii obitus. **S**equitur annus Christi trigesimus nonus, qui habuit Consules Cn. Proculum, & Pontium Nigrinum: quo Tiberius Augustus anno suae ætatis septuagesimo octavo cum imperasset (ut ferunt) annis viginti duobus, mensibus sex, & diebus viginti, ex hac vita migravit decimo septimo Kalend. Aprilis, relicto Caio Caligula nepote ex Germanico Imperii herede; quomodo autem hæc se habuerint, Suetonius (a), Tacitus (b), & alii (c) fusius narrant; licet ab his discrepans Dio (d) Cassius dicat eum defunctum septimo Kalend. Aprilis, vixisseque annos se-

SÆC. I. ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5530.
Anno Urbis 790.
Olymp. 204 an.
An.C. 37. **JESU CHRISTI 37. secundum Baronium 39.**
CALIGULÆ IMP. I.

I. AD num. I. Coss. Cn. Acerronius Proculus, & C. Pontius Nigrinus, ex Dione lib. 58. & Tacito lib. 6. Annal.
II. Tiberius XVII. Kalend. Aprilis seu die XVI. Martii, Suetonio in Tiberio cap. 16. & Tacito lib. 6. Annal. testibus, supremum diem obiit, cui Caius Caligula Germanici filius successit. Quare erravit Dio lib. 58. qui ait, Tiberium mortuum die vigesima sexta Martii, & imperasse annos XXII. menses VII. ac dies totidem, non vero, ut

[1] Coss. Cn. Acerronius Proculus, & C. Pontius Nigrinus. Lapis Gruterianus pag. XVIII. 8. DED. XVI. KAL. MART. CN. ACERRONIO. ET. PONTIO. NIGRINO. COS. Kalendarium Antianthium NIO C. PONTIO. COS. Inscriptio vetus in Lusitania reperta, & a Didaco Vincentio a Vidania explicata, & a Fabretto recusa, Inscript. pag. 674. n. 13. CN. ACERRONIO. PROCULO. C. PETRONIO PONTIO NIGRINO. COS. En aliud Pontii nomen, quod jamdiu delituerat. Tacitus Annal. lib. VI. cap. XLV. Neque enim multo post supremi Tiberio consules Cn. Acerronius, C. Pontius magistratum occipere &c. Dio lib. LVIII. pag. 638. CN. Proculo Pontio Nigrino Coss. Tranquillus in Tiberio Cap. LXXXIII. Cn. Acerronio Procule, C. Pontio Nigrino Coss. Fasti Idatiani, Vindebonenses, & Prosperi Chronicon: Procule & Nigrino. Tiberio hoc anno XVII. Kal. Aprilis Miseni demortuo, Caius Caligula successit, qui una cum Claudio per aliquot menses Consulatum gessit. Dio lib. LIX. pag. 644. narrat, a Caligula Imperio suscepto, Senatam voluisse, ut Proculus & Nigrinus statim abdicarent, & Caligula in reliquum anni tempus, consul fieret, quod recusavit: Sed quum sex mensibus ii (Proculus & Nigrinus) (ad hoc enim tempus consulatum acceperant) consules fuissent, ipse deinde consulatum iniiit, collega adsumpto Claudio patruo. Is Claudius ad id usque tempus in equestri ordine vixerat, & ab eo missus legatus ad Caium post mortem Tiberii, tunc primum annos jam na'us quadraginta sex, Senator unaque Consul factus est. Suetonius in Caio Cap. XV. Patrum Claudium equitem Romanum ad id tempus, collegam sibi in consulatu assumpsit. Per duos tantum menses, ac XII. dies Consulatum hoc anno gessere, ex Kalendis nimirum Juliis ad Idus Septembris: Dio ibidem pag. 645. Hac in consulatu egit Caius, quem gessit duos menses, ac dies XII. reliquam Semelstris temporis partem iis, qui jam ante ad id designati fuerant, tradidit. Sed qui fuerint hi successi consules ignoratur.

[2] IN nummis Tiberii trigesima octava ejus Tribunicia potestas legitur, quam non est prætergressus, conjungiturque cum Consulatu quinto; id confirmat etiam vetus cippus inter Donianas inscriptiones, nuper vulgatas, cl. xi. n. 85. ubi legitur.

VIRG
II. CAESAR. AUG.
PONTIF. MAXIM.
TRIB. POT. XXXVIII
COS. V. IMP. VIII.

ptuagintaseptem, menses quatuor, & dies novem, imperasseque annis vigintiduoibus, mensibus quinque, diebus tredecim. Cæterum numerando annos Tiberii ab obitu Augusti sequenti die, affirmare opus est imperasse annis vigintiduoibus, & mensibus septem, minus quatuor diebus: nam ille decimanona Augusti vita functus est, Tiberius vero decimafexta Martii. Qualis autem Caius fuerit, Seneca (e) ad Albinum hac una sententia declarat: Hunc inquit, mihi videtur rerum naturam edidisse, ut ostenderet quid summa vitia in summa fortuna possent.

Dum

perperam legitur in Epitome, annos XVII. menses V. dies XIII. Regnavit enim annos XXII. menses VI. dies XXVI. Quod si Tiberii anni ab eo tempore, quo Imperii Collega dictus, numerentur, regnavit annos viginti quinque, menses sex, dies novemdecim, ut ex Clemente Alexandrino lib. 1. Stromatum colligitur, ubi tamen per errorem annos viginti sex habet. Caligula Kalendis Julii currentis anni, Claudio patruo Collega, Consul successus processit, ut habet Suetonius in Claudio cap. 7. & in Caio cap. 17. ubi tamen juxta antiquas editiones, quas Baronius secutus est, male legitur, Caium primum Consulatum ex Kalend. Janu. gessisse: legendum enim, ex Kalend. Jul. ut jam inter omnes convenit. Consulatus iste Caligulae juxta primam Consulatum Cæsareorum regulam capeffitus Octaviani Augusti exemplo.

(e) Seneca lib. de consol. ad Alb.

II. Adventus Vitellii Jerosolymam.

Dum hæc Romæ aguntur, Vitellius Syriae Præses ad bellum paratus Arabicum adversus Aretam Regem, assumptis duabus legionibus, & levis armaturæ militibus, atque equitum auxiliis missis a sociis Regibus, properans versus Petram, pervenit Ptolemaidem. Cumque vellet per Judæam exercitum ducere, occurrerunt ejus regionis principes, deprecantes transitum: Neque enim patrios ritus permittere dicebant, ut inferantur ullæ imagines, quales Romana signa habebant pleraque. Quorum precibus ille flexus, mutavit sententiam de itinere proposito: missoque per Magnum campum exercitu, ipse cum Herode Tetrarcha & amicis ascendit Jerosolymam sacrificaturus Deo in festivitate, que tunc instabat, publica. Quo postquam ventum est, honore summo exceptus a populo, hæsit ibi triduo: & interim a Jonatha in fratrem ejus Theophilum pontificatum transtulit. Quarta die acceptis litteris de obitu Tiberii, populum sacramento adegit in fidem Cæsi novi Principis: revocatasque ex itinere copias in hiberna dimisit; ipse vero Antiochiam repetiit. Hæc Josephus (a).

(a) Joseph. antiq. li. 18. c. 7.

III.

Interea Romæ Agrippa, Aristobulo Herodis filio natus, cum a Tiberio detineretur in carcere, jussu Cæsi solutus est: quem (b) elapsis non multis diebus accersitum ad se domum, tonderi, vestemque mutare præcepit: imposito deinde in ejus caput diademate, tetrarchiæ quæ Philippi fuerat, Regem constituit, adjecta Lyſania quoque tetrarchia; & pro ferrea catena, dedit auream pari pondere: sicque nobilitatus mansit Romæ usque in annum sequentem. Judæi igitur in hunc modum novo aucti sunt Rege. Hæc omnia ex Josepho.

(b) Joseph. antiq. li. 18. c. 8. in fin.

IV.

Hic idem annus, qui tertius a Pauli conversione numeratur, ille ipse est quo idem Paulus Damasco Hierosolymam venit, cujus adventum scribens ad Galatas (c) his verbis meminit: Deinde post annos tres veni Hierosolymam videre Petrum, & mansi apud eum diebus quindecim. Sive ergo dictos tres annos a reditu de Arabia, sive a conversione ad Christum numeres, parum interesse videtur. Lucas enim cum nihil de ejus accessu in Arabiam scribat; quasi rei nullius mementum. Ann. Eccl. Tom. I.

(c) Galat. 1.

V.

Ad num. II. Philippus Herodis Antipæ frater anno Christi XXXIV. e vivis excessit. Josephus enim lib. 18. Antiquit. cap. 6. postquam de Vitellii Hierosolymam adventu locutus est, ait: Tunc etiam Philippus Herodis frater diem suum obiit anno Tiberii Principatus vigesimo, cum ipse præfuisset triginta septem annis Trachonitidi & Galanitidis ac Patanae, & quia sine liberis decesserat, ditionem ejus Tiberius Provincia Syria attribuit. Ex quo annus mortis Herodis Magni ejus patris magis innotescit. Si enim Philippus anno Christi XXXIV. quo Tiberius viceffimum Imperii inchoavit, mortuus est, patri successerat

ti & modici temporis, nullam habuisse illius rationem, ac merito prætermisisse videtur. Nec est quod quis jure dicere possit, antequam proficisceretur in Arabiam, Hierosolymam venisse (quasi id Lucas significet, cum illius accessum in Arabiam prætermisit.) Nam ipse de se testatur, se antea abisse in Arabiam, quam ad antecessores Apostolos Hierosolymam veniret. Quænam vero obvenerit occasio recedendi Damasco, ac Hierosolymam proficiscendi, Lucas (d) his verbis declarat: Cum autem impleverunt dies multi (nempe triennium) consilium fecerunt in unum Judæi, ut eum interficerent. Nota autem facta sunt Saulo insidiæ eorum. Custodiebant autem & portas die ac nocte, ut eum interficerent. Accipientes autem eum discipuli ejus nocte, per murum dimiserunt eum, submittentem in sporta. Hæc Lucas. Eadem & ipse Paulus ad Corinthios (e) scribit his verbis: Damasci Præpositus gentis Aretæ Regis, custodiebat civitatem Damascenorum, ut me comprehenderet: & per fenestram in sporta dimissus sum per murum, & effugi manus ejus. Cum enim (ut nuper dictum est) acre bellum inter Romanos & Aretam Regem conflatum esset; facile fuit dicto Regi ac ministris ejus a Judæis Pauli hostibus suaderi de Paulo, quod civitatem ac regionem, alterius prætextu occasionis, idem venisset exploraturus: quippe qui non modo Damascum, sed & Arabiam, in quam vis belli converti videbatur, invisere abisset: sicque Regis ministri adeo in eum concitati, omni studio invigilarint ut eum caperent, atque necarent.

Cum ergo (inquit Lucas f) venisset in Hierusalem, tentabat se conjungere discipulis, & omnes timebant eum, non credentes quod esset discipulus. Barnabas autem apprehensum illum duxit ad Apostolos: & narravit illis quomodo in via vidisset Dominum, & quia locutus est ei, & quomodo in Damasco fiducialiter egerit in nomine ejus. Timor quippe ille cæterorum discipulorum plane significat, tum primum post suam conversionem Paulum Hierosolymam concessisse: nam si (ut nonnulli putarunt) jam antequam in Arabiam proficisceretur, Hierosolymam venisset; H h 2 quæ-

anno Juliano XLII. Baronius in Annalibus Philippi mortem in annum Christi XXXV. confert, quod existimet, Josephum indicare, eam non contigisse, nisi postquam Vitellius Hierosolymam advenit. Quæ tamen ratio non procedit: Josephus enim, antequam Philippi mortem narret, ait Vitellium jussisse Pilatum Romam proficisci, responsurum apud Cæsarem ad objecta per Judæos crimina; quæ tamen profectio ante annum Christi XXXVI. suscepta non est. Josephus itaque ordinem temporis plerumque non servat, & Historicum agit, non Chronologum.



quænam timoris nova causa illos afficere potuisset, quem jam ante Christianum esse experimento novissent? Cur vero Damasco fugiens, Hierosolymam contenderit, ubi majus sane periculum sibi imminere, intelligere potuisset, quippe qui fuisse paternæ legis desertor videretur & transfuga: nulla sane alia causa se ad hoc fuisse impulsam, quam ea scilicet, ut ipsum Petrum Principem omnium Apostolorum inviseret, ipsemet testatur; sic enim ait (a): Deinde post annos tres veni Hierosolymam videre Petrum, & mansi apud eum diebus quindecim. Non (inquit S. Hieronymus b) ut oculos, genas, vultumque ejus aspiceret; utrum macilentus, an pinguis; adunco naso esset, an recto; & utrum frontem vestiret coma, an (ut Clemens in Periodis ejus refert) calvitium haberet in capite. Nec puto Apostolica fuisset gravitatis, ut post tantam triennii præparationem, aliquid humanum in Petro voluerit aspicere. Sed his oculis aspexit, quibus & modo in epistolis suis videtur: his oculis Paulus vidit Cepham, quibus nunc a prudentibus quibusque Paulus ipse conspicitur; quod si cui non videtur, cum superiori sensu jungat hæc omnia: quod nihil Apostoli sibi contulerint. Nam & quod jussus sit ire Hierosolymam: ad hoc esse ut videret Apostolum, non discendi studio, qui & ipse eundem prædicationis haberet auctorem, sed honoris priori Apostolo defendendi. Hucusque S. Hieronymus.

VI. Item S. Ambrosius (c): Dignum, inquit, fuit ut cuperet videre Petrum: quia in epist. primus erat inter Apostolos, cui delegata Galat. verat Salvator curam Ecclesiarum. Rursum Chrysostomus: Ascendit, ait, velut ad majorem & seniore. Et paulo post: Vides quam majorem benevolentiam habuit erga Petrum? hujus enim causa peregrinationem susceperat, & apud eundem commoratus est. Hæc & dico frequenter, & memoria retineri volo: ut si quæ audieritis, quæ ab eo adversus Petrum dicta videbantur; ne quis suspectum habeat Paulum Apostolum: veluti cum dicit: Restitui Petro. Neque hæc verba putet esse simulatis aut contentionis: nam honorat virum, & diligit plus omnibus, nec ob ulium aliorum Apostolorum narrat se ascendisse Hierosolymam, sed propter hunc solum. Hæc ipse. Porro non id actum tantum (ut dictum est) benevolentiae causa, qua erga cæteros quoque Apostolos æque affectus erat; sed honoris, cum sciret Petrum a Christo omnibus esse præfectum: Theodoretus (d) sic ait: Etenim cum Paulus humana doctrina non indigeret, ut qui ab universorum Deo illam accepisset: tamen Apostolorum Principi honorem, quem par est, tribuit. Item Oecumenius (e): Per tot tantaque certamina abiit, ut videret Petrum tanquam majorem, aut etiam

(a) Galat. 1. (b) Hier. in epist. ad Galat. 1. (c) Ambrosius in epist. ad Galat. 1. (d) Theodoretus in epist. ad Galat. 1. (e) Oecumenius in epist. ad Galat. 1.

maneret causa honoris, quem Petro deferrebat.

VII. Illa etiam videtur Paulus fuisse impulsus causa veniendi Hierosolymam videre Petrum, ut cum aggressus esset prædicare Evangelium, illud cum Petro conferret: sicut cum prædicaturus Evangelium Gentibus, iterum Hierosolymam venit, ut illud a cæteris probaretur revelationem: quod ipse profitetur his verbis (f): Deinde post annos quatuordecim, iterum ascendi Hierosolymam cum Barnaba, assumpto & Tito. Ascendi autem secundum revelationem: & contuli cum illis Evangelium, quod prædico in Gentibus, seorsum autem iis, qui videbantur aliquid esse: ne forte in vacuum currerem, aut cucurrissem. Quocirca cum Paulus ob has causas illuc pervenisset; sed adhuc memoria eorum quæ ad versus Ecclesiam gessisset, a discipulis timeretur: a Barnaba (g) introducit ad Apostolos: ex antiquo enim familiaritatis usu, quæ inter utrumque olim, cum ambo una cum Stephano (h) a Gamaliele, erudientur, intercesserat, præ cæteris Barnabas id facere aggressus est, nempe, ut (quod ait Lucas) apprehensum eum duceret ad Apostolos, non autem omnes: nam idem Paulus cum de eodem suo Hierosolymam agit (i) adventu: Præter Petrum, ait, alium Apostolum vidi neminem, nisi Jacobum fratrem Domini. Quibus (inquit Lucas k) narravit quomodo in via vidisset Dominum, & quia locutus est ei, & quomodo in Damasco fiducialiter egerit in nomine Jesu. Et erat cum illis intrans & exiens in Hierosolem, & fiducialiter agens in nomine Domini. Loquebatur quoque Gentibus, & disputabat cum Græcis: illi autem querebant occidere eum. Quod cum cognovissent fratres, duxerunt eum Cæsaream, & dimiserunt Tarsum. Hæc Lucas de Paulo, qui (ut testatur (l) spatio tantum dierum quindecim Hierosolymis hæsit. Hæc autem facta esse hujus anni exordio, antequam Tiberius Imperator extremum vitæ diem clauderet; quæ paulo post dicentur, non obscure indicabunt.

VIII. Qualis autem esset præfens status Ecclesiæ, Lucas (m) his verbis significat: Ecclesia quidem per totam Judæam, & Galilæam, & Samariam habebat pacem, & edificabatur ambulans in timore Domini, & consolatione sancti Spiritus replebatur. Tam optata igitur & tam opportuna a Deo præstita Ecclesiæ suæ tranquillitate, Petrus optime usus est: quippe qui Hierosolymis egressus, regiones circumpositas peragrans (quod sui muneris erat universi gregi prospicere) Ecclesias visitabat. Id quidem Lucas (n) paucis his tantum verbis significat, subdens: Factum est autem, ut Petrus dum pertransiret universos deveniret ad sanctos, qui habitabant Ly-

(f) Galat. 2. (g) Act. 9. (h) Act. 9. (i) Act. 9. (j) Act. 9. (k) Act. 9. (l) Galat. 1. (m) Act. 9. (n) Act. 9.

dæ, &c. Intentus enim ipse Lucas (ut apparet) miracula insigniora a Petro edita memoriæ commendare, cæteras ejus res gestas in hac lustratione provinciæ obvolutas silentio prætermisit, & inter alia institutionem Ecclesiæ Antiochenæ; quam hoc ipso anno ab eo fuisse erectam, majorum testificatione facile demonstrabimus. Permulta enim, præter hæc, alia quoque gravissima fuisse a Luca prætermissa, S. Hieronymus (a) manifeste fati testatur his verbis: Nec mirum esse, si Lucas hanc rem tacuerit, cum & alia multa, quæ Paulus sustinuisse se replicat, historiographi licentia prætermiserit: & non esse contrarium, si quod alius ob causam dignum putavit relatu, alius inter cætera dereliquit. Denique primum Episcopum Antiochenæ Ecclesiæ Petrum fuisse accepimus, & Romam exinde translatum: quod Lucas penitus omisit. Hæc Hieronymus.

IX. Cæterum quod spectat ad Ecclesiam Antiochenam hoc anno a Petro institutam, & septem annis ab eodem administratam: non aliunde certius quam ab eisdem Ecclesiæ antiquioribus monumentis Eusebius Cæsareæ Episcopus, & sedi Antiochenæ proximus accepisse videtur, quod ait (b): Olympiade ducentesima tertia anno quarto, antequam Tiberius moreretur, Petrum Antiochenam fundasse Ecclesiam, ibique cathedralam adeptum fuisse: sunt hæc ejus verba sub hoc anno: Petrus Apostolus Antiochenam Ecclesiam fundavit, ibique cathedralam adeptus sedit. Hæc habet editio Parisiensis a Michaeli Sonnio elaborata, & Basileenses diversis temporibus editæ. Verum quod additur numerus quo sedit, annorum viginti-quinque: in Eusebii Chronicon mendum irrepisse certum est: cum constet ejusdem Eusebii testimonio, non nisi septem annis eam curasse Ecclesiam: nam inferius anno secundo Claudii Imperatoris de eodem Petro sic ait: Cum primum Antiochenam fundasset Ecclesiam, Romam proficiscitur. Ibi vere ponitur numerus annorum vigintiquinque, quibus Romæ eum sedisse ostendit. Porro quamvis

IV. Ad num. VIII. & seqq. Imperium Romanum jam ab Apostolorum temporibus in Provincia distributum videtur. Oriens, inquit Petrus de Marca lib. 1. cap. 4. par. 2. in dispositione Imperii Romani eas Provincias omnes complectitur ab ipso Vespasiani temporibus, quæ a Thracia per Ægyptum & Asiam Minorem usque ad Euphratem & Tygrim pertinent. Ha Provincie quinque Diocæsibus comprehendebantur, Thraciæ, Ponticæ, Asiaticæ, Orientali, & Ægyptiacæ, quæ Magistratibus sibi præfatis parebant. Ubi quando dicit, quinque Diocæsibus, respicit Præful doctissimus ad posteriora tempora, quibus Thracia, Pontus, Asia, Oriens, & Ægyptus Diocæsibus Imperii vocatæ sunt, quod primo contigit sub Constantino Magno, qui Imperium Romanum sub variis Præfatis Prætorio ordinavit, & Provincias

De Ecclesia Antiochena. (a) Hier. ad Galat. 2. (b) Euseb. in Chron. Petrus Antiochenam fundat Ecclesiam.

Romam eo anno pervenisset; tamen non nisi sequenti, qui est tertius Claudii, Ecclesiæ Antiochenæ subrogatum ponit Evodiam: usque enim ad illud tempus Petrum illam administrasse Ecclesiam, nulli dubium esse potest. Cæterum de septem annis sedis Antiochenæ non tantum Eusebius, sed & liber Pontificalis (c), qui tamen falso adscribitur Damaso, & Gregorius (d) Papa, atque alii testati sunt; ut cum hic ad Eulogium Episcopum Alexandrinum scribens, hæc habet de sede Antiochena: Ipse firmavit sedem, in qua septem annis, quamvis discuburus, sedit.

X. Sicut enim idem Petrus (ut dictum est) ad eos qui Samariæ in Christum crediderant, ab Apostolis est missus, quod res esset magni ponderis, & Apostolorum Principe digna legatio videretur: ita etiam, cum ex his qui post necem Stephani dispersi fuerunt discipuli (ut testatur Lucas (e) venissent Antiochiam, Judæis Evangelium prædicantes, & (quod accidit etiam Damasco) multos Judæorum convertissent ad fidem, atque Ecclesiam collegissent: omnium Apostolorum sententia (ut æquum est credere) factum est, ut Petrus Apostolorum Princeps, totius Syriæ principi civitati atque metropoli, cui & Palæstina, ipsaque Hierosolyma subjaceret, præficeretur Episcopus. Majores enim in instituendis sedibus Ecclesiarum, non aliam inesse rationem, quam secundum provinciarum divisionem & prærogativas a Romanis antea stabilitas, quam plurima sunt exempla. Sed satis modo erit, unum vel alterum huc in præsentiarum afferre: ac in primis illud haud longe petitum de sede Antiochena: quæ quantumlibet a Petro ante Alexandrinam fuerit instituta; tamen quoniam præfectura Alexandrina Augustalis dicta, ab Augusto eo nomine insignita, magnificentissime præ cæteris ab eodem fuerit nobilitata (quod in nostris Notationibus (f) ad Romanum Martyrologium pluribus diximus) longe præstabat Syriæ præfecturæ: ea de causa factum apparet, ut quamvis sedes Antio-

(c) Lib. Pontif. in Petro. (d) Gregorius in regis. lib. 6. in dist. 15. epist. 37. (e) Act. 11. Petrus Episcopus Antiochenus. (f) Die 20. Octob. d. in Artemio.

PRÆFECTUS PRÆTORIO ORIENTIS,
& sub ipso Diœceses quinque.

<p>V. Provincia subiecta Præfecto Prætorio Orientis.</p>	<p>ORIENTIS. Sub Diœcesi Orientis, Provincia XV.</p> <p>Palæstina, Phœnice, Syria, Cilicia, Cyprus, Arabia, Iauria, Palæstina Salutaris, Palæstina II. Phœnice Libani, Euphratensis, Syria Salutaris, Osrhoena, Mesopotamia, Cilicia secunda.</p>	<p>ÆGYPTI. Sub Diœcesi Ægypti, Provincia VI.</p> <p>Libya superior, Libya inferior, Thebais, Ægyptus, Arcadia, Augustanica.</p>	<p>ASIAE. Sub Diœcesi Asiae, Provincia X.</p> <p>Pamphylia, Hellepontus, Lydia, Pisidia, Lycaonia, Phrygia Pacatiana, Phrygia Salutaris, Lycia, Caria, Insulæ.</p>	<p>PONTI. Sub Diœcesi Ponti, Provincia X.</p> <p>Galatia, Bithynia, Honorias, Cappadocia prima, Paphlagonia, Pontus Polemonia- cus, Hellenopontus, Armenia I. Armenia II. Galatia Salutaris.</p>	<p>THRACIÆ. Sub Diœcesi Thraciæ, Provincia VI.</p> <p>Europa, Thraciæ, Hemimontis, Rhodope, Moesia II. Scythia.</p>
--	--	--	---	---	--

PRÆFECTUS PRÆTORIO ILLYRICI,
& sub ipso Diœceses dua.

<p>VI. Provincia subiecta Præfecto Prætorio Illyrici.</p>	<p>MACEDONIÆ. Sub Diœcesi Macedoniae, Provincia VI.</p> <p>Achaia, Macedonia, Creta, Thessalia, Epirus vetus, Epirus nova.</p>	<p>ET DACIÆ. Sub Diœcesi Daciae, Provincia V.</p> <p>Dacia Mediterranea, Dacia Ripensis, Moesia prima, Dardania Prævalitana, Pars Macedoniae Salutaris.</p>
---	---	--

PRÆFECTUS PRÆTORIO ITALIÆ,
& sub ipso Diœceses tres.

<p>ITALIÆ. Sub Diœcesi Italiae, Provincia XVII.</p> <p>Venetia, Æmilia, Liguria, Flaminia & Picenum An- nonarium, Tuscia & Umbria, Picenum Suburbicarium, Campania, Sicilia, Apulia & Calabria, Lucania & Brutii, Alpes Cottiarum, Rhætia prima, Rhætia secunda, Samnium, Valeria, Sardinia, Corfica.</p>	<p>ILLYRICI. Sub Diœcesi Illyrici, Provincia VI.</p> <p>Pannonia secunda, Savia, Dalmatae, Pannonia prima, Noricum Mediterraneum, Noricum Ripense.</p>	<p>AFRICÆ. Sub Diœcesi Africae, Provincia VI.</p> <p>Byzacium, Numidia, Mauritania Sitifensis, Mauritania Cæsarensis, Tripolis, Africa Proconsularis.</p>
--	---	--

PRÆFECTUS PRÆTORIO GALLIARUM.
& sub ipso Diœceses tres.

<p>VII. Provincia subiecta Præfecto Prætorio Gallia- rum.</p>	<p>HISPANIÆ. Sub Diœcesi Hispaniæ, Provincia VII.</p> <p>Boetia, Lusitania, Gallæcia, Tarracoenfis, Carthaginensis, Tingitania, Balears.</p>	<p>GALLIARUM. Sub Diœcesi Galliarum, Provincia XVII.</p> <p>Viennensis, Lugdunensis prima, Germania prima, Germania secunda, Belgica prima, Belgica secunda, Alpes Maritimæ, Alpes Penninæ & Graiæ, Maxima Sequanorum, Aquitania prima, Aquitania secunda, Novempopuli, Narbonensis prima, Narbonensis secunda, Lugdunensis secunda, Lugdunensis tertia, Lugdunensis Senonia.</p>	<p>BRITANNIARUM. Sub Diœcesi Britanniarum, Provincia V.</p> <p>Maxima Cæsarensis, Valentia, Britannia prima, Britannia secunda, Flavia Cæsarensis.</p>
---	---	--	---

VIII. Is Imperii ordo utcumque ex antiqua Provin-
ciarum dispositione desunt, ut monumenta. Antiquitatis tam prophanæ, quam Ecclesiasticæ perferuntur tam facile innotescet. Nam ut obser-
vat Petrus de Marca lib. 4. cap. 1. paragr. 31. cum
in Imperio Provincia contributa essent cuidam ci-
uitati primaria, qua Metropolis dicebatur, apud
quam Magistratus subiectorum causas iudicabant,
& quo propterea populi frequentius conveniebant,
quod singulari quodam iure civitates a matrice
penderent, Apostoli itidem Episcopos in civitatibus
constituerunt, eo videlicet ordine, ut penderent
ab Episcopo in Metropoli sive urbe primaria, &c.
Id colligitur ex Paulo in Epistola ad Titum
cap. 1. ubi scribit: Reliqui te Creta, ut constituas
per civitates Presbyteros, sicut & ego disposui tibi.
Per Presbyteros olim quoque significabantur E-
piscopi, ut observant Ambrosius, Chrysostomus,
& ipsemet Paulus hoc loco intellexit, cum
immediate addat nomen Episcopi. Reliquit ergo
Paulus Titum in Creta insula, quæ & una fuit
ex Provinciis Macedoniae, ut legitur in notitia
Imperii, idque, ut ibidem per civitates ordi-
naret Episcopos, quod ad Metropolitam in sua
Provincia spectat, juxta Canonem IV. Concilii
Nicani, qui licet electionem omnibus Provin-
ciæ Episcopis adscribat, & consecrationem (si
plures Provinciales Episcopi adesse nequeant)
tribus præsentibus tradat perficiendam, absen-
tibus quoque pari modo per scripta assentien-
tibus, attamen in eo Canone additur, ut firmi-
tas eorum qua geruntur, per unamquamque Pro-
vinciam Metropolitanam tribuatur episcopo. Quæ ver-
ba ita interpretatur Lupus, ut sicut ad Romanæ
Reipublicæ normam Ecclesiæ Provincias ordina-
runt Apostoli, ita & Nicænum consequenter sta-
tuerit, in quavis Provincia esse Episcopum Me-
ropolitam, eumque unicum, cui & electorum
Provincialium Episcoporum, aliorumque om-
nium per Provinciam agendorum competat con-
firmatio. Quod ex facto Pauli corroborari potest,
qui instituto in Creta insula Tito ut Metropo-
litana auctoritate civitatibus ad fidem noviter
conversis Episcopos constitueret & ordinaret,
factum est, ut Gortyna Cretæ Metropolis jus
illud subsequenter seculis retinuerit, ut inquit
Schelstratius in parte 1. Antiquæ illust. Dissert. 1.
cap. 3. art. 1. ubi Diœceses & Provincias in Im-
perii Notitia memoratas exhibet, & ex quo hæc
exscriptissimus.

IX. Porro in tribus majoribus Imperii civitatibus
instituta sunt tres potissimæ dignitatis Ecclesiæ,
& Exar-
cherum.

& præcipua Sedes Patriarchicæ. Nicænum Con-
cilium antiquam consuetudinem ab Apostolis or-
tam servari mandavit Canone VI. Antiqua con-
suetudo servetur per Ægyptum Libyam, & Pen-
tapolim, itaut Alexandrinus Episcopus horum o-
mnium habeat potestatem; qui & urbis Roma pa-
vilitas mor est. Similiter & apud Antiochiam, ubi
trium Sedium Patriarchalium in præcipuis Im-
perii urbibus auctoritas firmatur, quam Leo I.
Epist. 53. ad Anatolium instituto Apostolorum
Principis Petri adscribit, & stabilem permanere
præcipit. Et quia sub Præfecto Prætorio Ori-
entis quinque erant Diœceses amplissimæ Imperii,
ut videre est in Notitia superius descripta, &
in Diœcesi Ægyptiaca institutus fuerat Patriar-
chatus Alexandrinus, ac in Orientali Antioche-
nus, restabant tres Orientis Diœceses longe ab
Italia sitæ, quæ sicut a suis Vicariis regebantur,
ex earum civitatibus præcipuis, ita & Aposto-
los permoverunt, ut simile quoddam Patriar-
chali regimen instituerent, quod Nicænum Con-
cilium salvum voluit Canone VI. ex pervetu-
ta consuetudine Ecclesiastica argumentum defu-
mens. Cum enim Alexandrino juxta formam
Romani Patriarchatus jus suum attribuisset: Si-
militer, inquit, & apud Antiochiam ceterasque
Provincias, suis privilegia serventur ecclesiis. Per
ceteras Provincias, inquit Lupus, Vir eruditissi-
mus, in illius canonis expositione, intelligit
præsertim tres Diœceses Autocephalas ab omni Pa-
triarchali potestate liberæ & exemptas, habentesque
Præsertim potestate pari gaudentem in sub-
jectis sibi Provinciis, nempe Diœcesim Asiaticam
sub Ephestino, Thracicam sub Hecraclensi, Pon-
ticam sub Primatu Cæsarensi. Tres itaque erant
Orientis Diœceses Autocephalæ, nec Patriarchis
Alexandrino vel Antiocheno subjectæ, quæ suis
Synodis & Exarchis administrandæ remanserunt.
Postea Patriarchatus Cpolititanus institutus, &
in Concilio Chalcedonensi statutum, ut tres Ex-
archatus Asiæ, Cappadociæ, & Thraciæ Cpo-
litano Episcopo subicerentur, ut in Annalibus
explicatur. Parte alia Juvenalis quinto Ecclesiæ
seculo Patriarcha dictus, eique Palæstinae, prima
Phœnicia & tertia Arabia cessere, eo, quo in
iisdem Annalibus explicatur, modo.

X. Ex Nilo Doxopatrio, Tract. de V. Thronis
Patriarchalibus anno MXLIII. ad Rogerium Si-
ciliæ Regem scripto antiquarum Metropoleon no-
titia quedam hauriri potest, licet in eo non
contineantur omnes Metropoles & Diœceses,
prout præcise exitere initio Ecclesiæ & institu-
tarum

X.
Notitia.
Antiquarum
Metropoleon.

tarum Sedium Patriarchalium. Refert illum Al-
latus in Opere de Consensu Ecclesiarum Orientalis & Occidentalis, ex quo cum Schelstratio laudato art.4. hæc excerpti, ut pateat, quot Metro-
polititas & Episcopos sæculo Ecclesiarum undecimo Patriarchæ Orientis sub se habuerint, quot Patriarcha Hierosolymitanus contra Sedis Apo-
stolicæ iudicium usurparit, & quot Episcopus Cpolititanus ex Patriarchatu Romano iniuste avulserit. Non solum enim tres Exarchatus sibi subiecit; sed & integram Illyrici Dioccesim & totam Siciliæ Provinciam, quæ primis Ecclesiarum sæculis Patriarchatu Romano parebant in jus suum transcripsit. Ad hæc via sternetur ad intelligentiam urbium & Metropoleon, quarum frequens mentio tam in Conciliis, quam etiam in Annalibus.

XI. Antiochenus, inquit Nilus Archimandrita, co-
gnomento Doxopatrius, possidebat universam A-
chatus Antiochenus ad hæc usque tempora Catholicum ordinans mit-
tit, Romogreos vocatum, & Persiam, & Ba-
bylonem, cui nunc nomen Bagda est: eo etiam
mittebat Antiochenus Catholicum in urbem Irenu-
polim Irenupoleos dictum, & Armenias, & Abas-
giam, & Iberiam, & Mediam, Chaldaeam &
Parthiam, & Elamitas, & Mesopotamiam. Ha-
bet itaque Metropoles XIII.

- I. Metropolitim Tyri, qua sub se habet Episco-
patus XIII.
- II. Tarsis, habet Episc. VI.
- III. Edessa, habet Episc. XI.
- IV. Apamea, habet Episc. VII.
- V. Hierapoleos, habet Episc. XI.
- VI. Bosphri, habet Episc. XX.
- VII. Anazarbi, habet Episc. IX.
- VIII. Seleucia, habet Episc. XXIV.
- IX. Damasci habet, Episc. XI.
- X. Amida, habet Episc. VIII.
- XI. Hagtopoleos, habet Episc. V.
- XII. Daras, habet Episc. X.
- XIII. Emese, habet Episc. IV.

Habet præterea & alias Metropoles, qua sub
se nullos habent Episcopos, numero octo, qua cum
prius essent Episcopatus aliis Metropolitanis obno-
xia, in dignitatem Metropolitanam provecta sunt;
decretumque, ne aliis Metropolitanis subderentur,
sed tantummodo Patriarcha Antiocheno, & quem-
admodum ubique Metropoles per se caput essent, &
quod ante non erant Episcopatus, nullos sub se
habent Episcopos, quemadmodum Metropoles, &
sunt numero octo: I. Beryti. II. Hestupoleos, qua
ex Throno Damasci abscissa est. III. Laodicea. IV.
Samosatovum. V. Martyropoleos. VI. Mopsuestia.
VII. Adana VIII. Pompeiuleos. Adhuc etiam Antio-
chenus habet ingentes Archiepiscopatus octo: I.
Berræam. II. Chalcedonem III. Agaballam. IV.
Seleuciam Pieria. V. Anasartbam, qua & Theo-
dorus dicitur. VI. Palton. VII. Gabulam. VIII.
Balaamam. Præter hos habet & alios archiepisco-
patus tenues & liberos V. I. Salamiam. II. Ber-
cum. III. Rhason. IV. Agatem. V. Barcuforum.
Etha Ecclesia omnes Throno Antiocheno subdun-
tur.

XII. Alexandrinus etiam totam Libyam possidebat,
Patriarchatus Antiochenus & Marmaricam usque ad Tripo-
lim Africanam, necnon universam Egyptum, &
Palaestinam ipsam, in qua est Ierosolyma. Habet
itaque & ipse Provinciam primam Stammica, in
qua prima Metropolis est Pelusium varios sub se
habens Episcopatus; & secundam Provinciam
Stammica, in qua est secunda metropolis Leonto,
habens diversos Episcopatus; & primam Provin-
ciam Egypti, in qua Alexandria, qua caterarum
caput, & secundam Provinciam Egypti, & Pro-
vinciam Arcadia, in qua tertia est Metropolis
Ozircus, habens sub se varios Episcopatus; & se-
cundam Provinciam Thebaidis, in qua est Metro-
polis Ptolemæis, habens sub se episcopatus diver-
sos; & Provinciam Libyæ, in qua est Metropolis

Darico, habens nonnullos Episcopatus: adhuc
habet & aliam Metropolitim Alexandrinus, qua
fuerit septima Marico, & octavam Tonem in se-
ptimo Nili ostio sitam. Septem enim ostia Nilus
in mare infunditur, in quibus varia civitates
jacent. Ha itaque octo Alexandrini Metropoles,
qua varios sub se Episcopatus habent; quamvis
sint & alia quinque nullis Episcopatibus conspi-
cua, nempe Damiatæ, Maris rubri, Pharas, Aret,
..... omnes simul XIII. Erant Alexandrino
& alii Throni diversi, sed post Severi hæresim a
Severianis sublatis sunt, quemadmodum & omnis
ditio Ierosolymitana, ipsaque Ierosolyma, omnesque
alia Sedes, qua nunc sunt sub Ierosolymitano Pa-
triarcha, &c.

Thronus Ierosolymitanus ex Diocesi ac potestate
Alexandrinæ (verius dixisset Antiocheni) avul-
sus in dignitatem elatus per se caput aliarum Ec-
clesiarum extitit, & tribus aliis Thronis facul-
tate par. Sancitum nihilominus est, post Antio-
chenum honore frui, & referri in Diptychis, & mitan-
Sedem occupare. Nomenque sibi Patriarcha Ierosoly-
mitanus habuit, licet antea episcopus esset sub
Casarensi Palaestina, cum illius Metropolis Cas-
area esset, & Casarea Ierosolyma, tamquam qua
Casarea Episcopatus erant, subderentur. Habuit
vero & alias Metropoles, qua varios Episcopatus
sub se habebant, nempe secundam Scythopolim sive
Bajan, tertiam Petram, quartam Bosram, si-
ve Arabiam. Habet præterea & Archiepiscopatus
nemini obnoxios XXV. nullis Episcopatibus nobiler,
& qui subjacent Throno Ierosolymitano.
I. Diopolim sive Georgiopolim.
II. Ascalonem.
III. Joppem.
IV. Gazam.
V. Anthedonem.
VI. Diocletianopolim.
VII. Eleutheropolim.
VIII. Neapolim.
IX. Schafsen.
X. Jordanem.
XI. Tiberiadem.
XII. Diocæsaream.
XIII. Maximianopolim.
XIV. Caperoliadem.
XV. Myrum.
XVI. Gadaram.
XVII. Nazaret.
XVIII. Thaborium montem.
XIX. Cyriacopolim.
XX. Adriam.
XXI. Gabalam.
XXII. Eliam.
XXIII. Pharas.
XXIV. Helenopolim.
XXV. Montem Sinæ.

- XIII. Antiochenus in dignitatem elatus per se caput aliarum Ec-
clesiarum extitit, & tribus aliis Thronis facul-
tate par. Sancitum nihilominus est, post Antio-
chenum honore frui, & referri in Diptychis, & mitan-
Sedem occupare. Nomenque sibi Patriarcha Ierosoly-
mitanus habuit, licet antea episcopus esset sub
Casarensi Palaestina, cum illius Metropolis Cas-
area esset, & Casarea Ierosolyma, tamquam qua
Casarea Episcopatus erant, subderentur. Habuit
vero & alias Metropoles, qua varios Episcopatus
sub se habebant, nempe secundam Scythopolim sive
Bajan, tertiam Petram, quartam Bosram, si-
ve Arabiam. Habet præterea & Archiepiscopatus
nemini obnoxios XXV. nullis Episcopatibus nobiler,
& qui subjacent Throno Ierosolymitano.
I. Diopolim sive Georgiopolim.
II. Ascalonem.
III. Joppem.
IV. Gazam.
V. Anthedonem.
VI. Diocletianopolim.
VII. Eleutheropolim.
VIII. Neapolim.
IX. Schafsen.
X. Jordanem.
XI. Tiberiadem.
XII. Diocæsaream.
XIII. Maximianopolim.
XIV. Caperoliadem.
XV. Myrum.
XVI. Gadaram.
XVII. Nazaret.
XVIII. Thaborium montem.
XIX. Cyriacopolim.
XX. Adriam.
XXI. Gabalam.
XXII. Eliam.
XXIII. Pharas.
XXIV. Helenopolim.
XXV. Montem Sinæ.

Nunc itaque possidet a Deo conservatus Thronus
Constantinopolitanus, quem primus vocatus An-
dreas fundavit, primum Episcopum in eo consti-
tuent, cum adhuc urbs Byzantium esset, partem chatus
non minimam Asia, Europaque, ut infra indica-
vimus. Qua sunt circa Adriaticum mare ab Illy-
rico usque ad Propontidem, in qua est Constanti-
nopolis, indeque usque ad Cherfonem & Chaza-
riam & Chaldiam, & Gorthiam, & Abasgiam,
& Iberiam, & Alaniam; namque in eam a Pa-
triarcha Metropolita mittuntur. Sed & omnes Istria
adiacentes civitates ipsi subiciuntur. Necnon &
Danubii fluminis & Cappadocia urbes, & partes
Armenia, & Cyclades insula, & reliqua omnes,
qua sub sunt Imperio Constantinopolitano, multa
illa quidem; & maxima insula dua, Creta & Eu-
bœa, in qua est Eurypus: sed & Peloponesus, &
Gracia: namque Cyprus sui juris est, ut supra me-
moravimus. Quinimo & in magnam Russiam a
Patriarcha Constantinopolitano Metropolita mitti-
tur. Sunt itaque Provinciae & Metropoles Constani-
nopolitano subiectæ in Oriente, Occidente, & in
aliis Regionibus hæc:
I. Cæ-

CHRISTI
39.

C A I I I M P .
I .

chena ante Alexandrinam a Marco nomi-
ne Petri erectam, fuerit instituta: tamen
illi postposita habetur. Sic etiam quo-
niam inter omnes Orientales præfecturas,
Syriæ Proconsulatus præstabat: cum ejus
provincia metropolis esset Antiochia; in-
de etiam accidit, ut prima omnium An-
tiochena Ecclesia haberetur: & quantum-
vis Hierosolymorum Ecclesia prima om-
nium origine temporis, & nobilitate re-
rum in ea consummatarum merito dici pos-
set, cæterisque ea de causa, quæ in O-
riente essent, Ecclesiis jure præferenda
videretur; illi tamen subiceretur.

XI. Secundum eandem quoque (ut appa-
ret) rationem, non ipsa Hierosolymorum
Ecclesia est instituta metropolis Palaestina,
sed quod totius illius provinciae metropo-
lis Casarea maritima a Romanis esset effecta,
illic etiam sedes metropolitana ejusdem pro-
vinciæ est decreta, servato tamen aliquo Hier-
osolymorum Ecclesiæ honore. Habes id per-
spicue declaratum ex his quæ S. Hieronymus
(a) ex Apologia Joannis Episcopi Hierosoly-
mitani missa ad Theophilum Alexandrinum,
Ann. Eccl. Tom. I.

- I Casarea Cappadocia habens Episcopatus VIII.
- II Ephesus Asia habens Episc. XXXIV.
- III Heraclea Thracia habens Episc. XXV.
- IV Ancyra Galatia habens Episc. VIII.
- V Cyzius Helleponti habens Episc. XII.
- VI Sardes Asia habens Episc. XXV.
- VII Nicomedia Bithynia habens Ep. XII.
- VIII Nicaea ejusdem Bithynia habens Episcopa-
tus VI.
- IX Chalcedon ejusdem Provincia sine subditis.
- X Side Pamphilia habens Episc. XVI.
- XI Sebastia secunda Armenia habens Episcopa-
tus VII.
- XII Amasia Helenoponti habens Ep. VII.
Cujus Episcopatus erat & ipsa Iberia.
- XIII Meliteno Armenia habens Ep. IX.
- Ex quibus est & Episcopatus Cucufus, quo in
exilium missus est Aurea Lingua Joannes.
- XIV Tyana secunda Cappadocia habens Episcopa-
tus III.
- XV Gangra Paphlagonia habens Ep. III.
- XVI Thessalonica Thessalia habens Ep. VIII.
- XVII Claudionopolis Honoriadis habens Episcopa-
tus V.
- XXVIII Neocæsarea Ponti Polemoniæ habens Ep-
iscopatus VII.
- XIX Pisinus secunda Galatia habens Episcopa-
tus VII.
- XX Myra Lycia habens Episc. XXXIII.
- XXI Stauropolis Cavia habens Ep. XXVI.
- XXII Laodicea Phrygia Pacatiana habens Episco-
patus XXI.
- XXIII Synada Phrygia Salutaris habens Episcopa-
tus XX.
- XXIV Iconium Lycaonia habens Ep. XV.
- XXV Antiochia Pisidia habens Ep. XXI.
- XXVI Perge sive Syleum Pamphyliæ habens Epi-
scopatus XVII.
- XXVII Corinthus Peloponesi habens Ep. VII.
- XXVIII Athena Gracia habens Ep. XI.
- XXIX Moccus Cappadocia habens Ep. IV.
- XXX Creta habens Episc. X.
- XXXI Rhegium Calabria habens Ep. XIII.
- XXXII Patra Peloponesi habens Ep. V.
- XXXIII Trapezus Lazica habens Ep. XV.
- XXXIV Larissa Gracia habens Ep. XVII.

ad Pammachium scribit, dum sic ait ex verbis
illius: Responde mihi: Ad Alexandrinum
Episcopum Palaestina quid pertinet? Nā
fallor, hoc ibi decernitur (in Concilio Ni-
cæno scilicet) ut Palaestina metropolis Cæ-
sarea sit & totius Orientis Antiochia.
Hæc ille. Cæterum longe ante Nicænum
Concilium Cæsaream Palaestine metropo-
lim esse institutam, ipse canon (b) Con-
cilii Nicæni non obscure significat, cum
sic ait: Quia consuetudo obtinuit, & an-
tigua traditio, ut Alia episcopus hono-
retur: habeat honoris consequentiam, sal-
va metropolis propria dignitate. Hæc e-
rat Cæsarea, quæ, auctore Josepho (c),
maxima omnium Judææ provinciae civita-
tum erat. Sic igitur (ut dictum est) An-
tiochena Ecclesiæ, quæ potissima tunc
temporis haberetur, Petrus, quod inter
Apostolos primum ageret, curam suscep-
it: cujus quidem institutionis memoriam
antiquitus Ecclesia Catholica anniversaria
celebritate peragere consuevit vigesima-
cunda Februarii (d).
(a) Marty-
rol. Rom.
& alia ea
dic.

- XXXV. Naupactus Nicopoleos habens Episcopa-
tus IX.
- XXXVI Philippopolis Thracia habens Episcopa-
tus X.
- XXXVII Trajanopolis Rhodopes habens Episcopa-
tus VII.
- XXXVIII Rhodos Cycladum ins. habens Episcopa-
tus XII.
- XXXIX Philippi Macedonia habens Episcopa-
tus VII.
- XL Hadrianopolis Hemimonti habens Episcopa-
tus XI.
- XLI Hieropolis Phrygia Pacatiana habens Episco-
patus IX.
- XLII Rhodestoluna seu Disra Hemimonti habens
Episcopatus V.
- XLIII Dyrachium habens Ep. IV.
- XLIV Smyrna Asia habens Ep. V.
- XLV Syracusa Sicilia habens Ep. XXI.
- XLVI Catania, qua cum Syracusani esset Episco-
patus, propter S. Leonem in Archiepiscopatus di-
gnitatem provecta est.
- XLVII Ammorum Phrygia habens Ep. V.
- XLVIII Camuchus Armenia habens Episcopa-
tus VIII.
- XLIX Cotyatum Phrygia habens Ep. XIII.
- L Sancta Severina Calabria habens Ep. V.
- LI Mitylene Lesbi insula habens Ep. VI.
- LII Nova Patra Gracia habens Ep. IV.
- LIII Theba Gracia habens Ep. III.
- LIV Serra Thessalia habens Ep. LVII.
- LV Eonit.
- LVI Corcyra.
- LVII Mesembria.
- LVIII Amastris Ponti.
- LIX Chona Phrygia.
- LX Pompeopolis.
- LXI Atalia a Syleo avulsa.
- LXII Paranoxia a Rhodo avulsa.
- LXIII Lacedæmonia a Patris Peloponesi avulsa.
- LXIV Madyta ab Heraclea avulsa.
- LXV Abydus a Gizeo avulsa, &c.
- Hæc omnia ex Nilo Doxopatrio lib.5. de
Thronis Patriarchalibus, ubi ultra prædictas
Metropoles sub Cpolitano, XXXV. alias nume-
rat. Et hæc de statu Ecclesiæ Orientalis secu-
lo XI.

XII. Deinde quod pertinet ad eandem Ecclesiam Antiochenam: dissimulare non possumus, quod ex recentioribus quidam, (a) *Omphr. in addit. in Platin.* nullam prorsus habens rationem antiquorum Patrum & Ecclesiasticae antiquae traditionis, quae sunt omnium stabilita, consensu, invertens, & inaudita hactenus ac nova statuens, affirmare conatus est, Antiochenam Ecclesiam post Romanam fuisse à Petro institutam; ea tantum ratione persuasus, quod tam ex Actis Apostolicis, quam ex epistola Pauli ad Galatas (b) constare ait, Petrum numquam ex Judæa accessisse. Sed ubi hæc Lucas; & quo in loco Paulus affirmat? nullibi prorsus: nisi forte dicere velit; quoniam neuter horum de accessu Petri Antiochiam meminisset, idcirco e Judæa non recessisse probari. Levis admodum, atque nullius plane ponderis argumentatio, sed peculiaris nostrorum temporum Novatoribus, qui in promptu habent ut negent quidquid in Scripturis non reperitur expressum. Sed quis est qui dubitet de rebus gestis Apostolorum permulta a Luca esse prætermis- sa? quod cum ex multis aliis, tum etiam ex Pauli epistolis (ut suis locis videbi- mus) sæpe demonstrabitur. Certe quidem si quis historiae Actorum a Luca scriptorum assuevit, atque ea omnia recta temporis ratione digessit: invenisse certum est, ipsum in scribendis Actis Apostolorum illud iniis- se consilium, ut res, quibus præfens non adfuit, vel on nino silentio obvolutas re- lineret, vel plurimum annorum spatia u- nius fere periodi sententia perfringeret; quibus vero interfuit, cunctas singillatim atque exacte conscriberet.

XIII. At quam ratione idem auctor ipsum Eusebium suæ cogit adstipulari sententiæ, qui tam expresse Antiochenam sedem hoc anno fundatam esse ab eodem Apostolo Petro testatur? Nec certe curandum, si ea Eusebii assertio in aliquibus exemplaribus, haud tamen in antiquis (ut experti sumus) desideretur: nam eadem ejusdem Eusebii testificatione firmissime testata habentur. Cum enim constans sit, tam traditio- ne quam scriptis, Petrum Antiochenam Ecclesiam annis septem administrasse; pa- reatque (ut vidimus ejusdem assertione) ipsum anno secundo Claudii, cum primum Ecclesiam Antiochenam fundasset, Romam esse profectum: ex necessaria propemodum assumptione dicendum est, hoc ultimo an- no Tiberii (ut ejusdem Chronicon ha- bet) ab eo fuisse sedem Antiochenam e- rectam: ac rursus (ut pluribus suo loco dicetur) eundem ipsum anno secundo Claudii, non prius, ex Oriente Romam esse profectum. Ex his igitur in primis con- futatur quod dicitur, Petro ante suum, carcerem mirus licuisse erigere Ecclesiam Antiochenam, quod Lucas Petri acta pro- secutus, de ea re nihil omnino dixerit:

At certe quidem vidimus, hoc potissi- mum anno, Petrum bene usum Ecclesiæ pace, peragraffe omnes Ecclesias in Syria erectas. Quid enim aliud sibi volunt illa Lucae (c) verba: *Factum est autem, ut Petrus dum pertransiret universos, deve- niret ad sanctos, qui habitabant Lyddæ, &c.* An putandum, qui universas tunc in- visit Ecclesias, Antiochenam præterisse, quæ maxima omnium haberetur? Illuc enim (ut idem tradit Lucas d) complures ex persecutione facta sub Stephano commigra- rant; & licet idem dicat eos nemini locu- tos esse verbum, nisi Judæis; non putet quis fuisse exiguum, ac plane contemnen- dum numerum Judæorum Antiochiæ agen- tium: nam illorum qui a Seleuco civitate donati fuerant, ingentem plane fuisse numerum, eosdemque nobilissimos fuisse, utpote ex æquo cum Gentilibus ejusdem civitatis municipes, & qui eadem jura possiderent; Josephus (e) agens contra Apionem testatur: quod quidem jus, nec dirutis Hierosolymis, & Judæorum rebus funditus pene collapsis, a Vespasiano fuis- se sublatum, contra nitentibus licet cæte- ris Gentilibus civibus Antiochenis, idem auctor affirmat (f): æneis enim tabulis hæc scripta erant privilegia Judæorum, quas Titus (g) indelebiles servari voluit. Erat autem adeo ingens Judæorum Antio- chiæ degentium numerus, ut tempore belli a Tito illati, cum Syri & Palæstini Gen- tiles, qui apud se essent Judæos occide- rent, vel saltem vinculis manciparent: Antiocheni quantumlibet in eos animo essent inlenso, tamen propter eorum mul- titudinem ab illorum invasione abstinuissè, crediti sint (h). Hæc ergo diximus, ad insinuandum quod licet apertum non es- set ostium fidei Gentibus, tamen ex Ju- dæis Antiochenis nobilis potuit colligi Ec- clesia Antiochiæ, cui peculiariter præfes- set Petrus Apostolus. Cum vero post re- feratam Gentilibus fidei januam, major ex illis fieret in dies ad Christianam fidem accessio; tunc evenit quod idem Lucas tra- dit (i) ut illuc Barnabas Hierosolymis mit- teretur. Nihil ergo repugnat, quin antea a Petro, ex his qui erant in circumcissione credentes, erecta fuerit sedes Antiochena.

Eadem quoque facilitate illa ratio con- futatur, qua dicitur Petrus a Paulo visi- tatus post triennium Hierosolymis, & non Antiochiæ; ubi nonnisi post annos qua- tuordecim ab eo tempore quo Hierosoly- mis illum primo convenit, postea nactus est; quando ea inter ipsos amica alterca- tio facta est, ut idem Paulus scribit ad Galatas (k). At quanti nam ponderis hæc objectio? An quia Paulus Hierosolymis Pe- trum hoc anno reperit, mansitque (ut ait) apud eum diebus quindecim, impedimen- to necessario esse potuit, ne ipse perrexe- rit Antiochiam, eamque stabilierit Ecclē- siam:

XIV.

(c) *Act. 9.*

(d) *Act. 11.*

De Juædis Antiochiæ habitantibus.

(e) *Joseph. contra Apion. lib. 2.*

(f) *Joseph. ant. lib. 2. c. 3.*

(g) *Joseph. de bello Jud. 1. 7. cap. 24.*

(h) *Joseph. de bello Jud. 1. 2. c. 20.*

(i) *Act. 11.*

XV. Dilutio obiecto- rum.

(k) *Gal. 1. 2.*

(a) *Act. 9.*

XVI. Quomodo Petrus crexit Se- dem Antioche- nam.

siam: cum præsertim (ut vidimus ex a- ctis Lucae a) hoc ipso anno idem Petrus Hierosolymis egressus, universos invisit qui erant in Syria, Christianos? Huic quidem simile illud est: Paulus post annos quatuor- decim Petrum nactus est Antiochiæ: ergo quod tunc temporis Petrus illic erat a- gens, numquam ante alias illum adiit civi- tatem; neque hoc, quo posuimus, sed illo potius tempore Antiochenam ille ere- xit Ecclesiam. Sed quid hæc his nostris ob- stant, quo minus hoc anno Petrus sedere cœperit Antiochiæ, tenueritque eam se- dem usque ad annum secundum Claudii? Quæ ratio cogit, ut cum Paulus post an- nos quatuordecim Petrum convenerit An- tiochiæ, non ante tempus illud Petrus fe- derit Antiochiæ, sed tunc primum ibi a- geret ejus civitatis Episcopum? Sed rele- gamus seriem rerum gestarum. Cum enim (ut dictum est) Petrus eidem sedi præ- fuisset Episcopus annis septem, anno se- cundo Claudii Romam venit, ubi mansit ad illud usque tempus, quo Claudii edicto Judæi Roma sunt pulsi: tunc enim Pe- trus reversus in Orientem, non Hieroso- lymam tantum, sed etiam profectus est Antiochiam, tuncque illic eum Paulus con- venit; sicque cum hæc omnia magna in- ter se consensione cohæreant, nulla est quæ ex his jure oriri possit obiectio.

Sed & illud exactius perquiramus, quod maxime omnium ad hujus historiae veri- tatem intelligendam conferre posse vider- tur: Quidnam proprie sit, quod dicitur Petrus fundasse Ecclesiam Antiochenam, in eaque annis septem sedisse. Errant, mea sententia, qui existimarunt ad hoc opus fuisse ut Petrus perierit Antiochiam, & ibi jugiter permaneret annis septem. Nam si præsentia Petri quamlibet Ecclesiam pri- mariam effecisset; tot essent numerandæ sedes Patriarchales, quot a Petro fuerunt Ecclesiæ institutæ: fuisse namque earum immensum plane numerum, nemo puto inficias irit. Cum vero ex adverso sedes Alexandrina, in qua aliquando fuisse Pe- trum, certa aliqua assertionem nequaquam monstrari potest, post Romanam sedem omnium maxima ab eo fuerit instituta: plane perspicue intelligi posse videtur, non præsentiam Petri, sed ejus potissimum requisitam esse auctoritatem ad constituen- dam sedem aliquam Patriarchalem. Modo igitur, ut dicamus a Petro fundatam seu erectam sedem Antiochenam; non est in- telligendum, quod ibi Petrus primo præ- dicaverit Evangelium: id enim factum esse ab illis qui post necem Stephani pulsi Hierosolymis sunt, discipulis, Luca testi- monio (quod diximus) exploratum satis atque perspectum habetur: Sed accipien- dum est, sic a Petro fundatam dici Ec- clesiam Antiochenam; quod scilicet illi a Petro præcipua dignitas sit collata, ut

Orientalium sedium maxima diceretur, & esset; nam si ante Petrum alii prædicave- re discipuli Evangelium Antiochiæ, a qui- bus jactum videretur Ecclesiæ fundamen- tum; quamvis Petrus & Paulus postea iis- dem Evangelium prædicassent, certe hac ex parte fundatores dici non poterant, se- cundum quod idem Paulus ad Romanos scribens ait (b): *Sic prædicavi Evange- lium hoc, non ubi nominatus est Christus, ne super alienum fundamentum edificarem.* Quod si quoquo modo, quia Petrus post alios Antiochiæ Evangelium prædicavit, fundasse eam Ecclesiam dicendus esset; ni- hil certe hac de causa tribuendum amplius Petro quam Paulo, cum & ipse ibidem eadem in re egregiam operam navaverit. Etenim quod ad hoc spectat, non plus Pe- tro, Ignatius scribens ad Magnesianos, quam Paulo tribuit, affirmans ab utroque esse fundatam Ecclesiam Antiochenam. Quamobrem ut a Petro peculiariter dici possit (quod tradunt omnes) fundatam esse Ecclesiam Antiochenam: dicendum est, Petrum primo erexisse, seu instituisse se- dem Patriarchalem Antiochenam: Ad quod agendum (si velimus & hoc dicere) nulla profecto incubuit necessitas ut Pe- trus abierit Antiochiam; cum ubicumque ageret, id sua, qua pollebat, Auctoritate præstare potuisset.

Sic igitur erecta atque fundata a Petro Ecclesia Antiochena, omnium quæ hæcte- nus erectæ fuissent Ecclesiæ præcipua at- que potissima, nullius certe nisi Aposto- lorum omnium Principis potuit sedes esse. Hierarchicus enim ordo, quem Chri- stus in sua Ecclesia servari voluit (de quo præter illa quæ diximus, plura dicturi su- mus) haud pati posse videtur, ut in- prima sede alius quispiam quam primus Apostolus sederet Episcopus. sed quod sedere dicimus, neminem adeo rudem pu- tamus, ut cum dictum sit Petrum sedisse Antiochiæ annis septem (tot enim nu- merantur ab ejus institutione usque ad Ro- manam sedem firmiter stabilitam) num- quam velit per illud spatium temporis i- psum Antiochia recessisse: sicut cum fer- tur eundem sedisse Romæ annis viginti- quinque, numquam eo tempore profes- tum alio esse contendant. Nam cui non- tantum unius civitatis, sed totius Chri- stiani orbis onus incumberebat, ac sollicitu- do eum simul urgebat; quique omnibus prospicere, omnes (si posset) invisere, instituere, monere, hortari ac denique universum gregem sibi creditum pascere tenebatur; quonam pacto, illis præsertim temporibus, cum fides Christiana a Gen- tibus atque Judæis ubique vexaretur, u- nius civitatis, licet amplissimæ, valuit angustiis contineri; & non potius (quod ab eo factum hoc anno ex Luca vidimus) circumiens regiones, universas adiret Ec-

(b) *Rom. 15.*

XVII.

Quomodo annis se- ptem præ- fuit Pe- trus An- tiochiæ.

clesias? Sic igitur accipiendum est Petrum annis septem præfuisse Episcopum, sedi Antiochenæ; quod donec alia ab eo sedes, nempe Romana quam maximam omnium esse voluit, esset erecta, ipse Petrus sit dictus Episcopus Antiochenus, inde vero Episcopus Urbis fuerit appellatus.

XVIII. His igitur de sede Antiochena elucidatis: omnia quæ frustra objici possunt de Petro, quod non fuerit his temporibus Antiochiæ (licet & id falsum esse dixerimus) vel quod non integris annis septem ibidem sederit, irrita prorsus casaque redduntur. Quod vero ab Eusebio (a) post expletam functionem ipsius septem annorum sedis Antiochenæ dicatur Evodius primus Episcopus Antiochenus; hoc ille monstrat, quod post Petrum Apostolum primus hic sederit: ex his enim quæ ab eodem auctore antea dicta sunt, hæc de Evodio in necessariam ducuntur consequentiam: quæ etsi essent obscuræ, satis ab Ignatio (b) declarantur, qui eisdem sedis fuit Episcopus; cum ad eandem Ecclesiam Antiochenam sic scribit: *Memento Evodii beatissimi Patris vestri, qui primus post Apostolos gubernacula vestra Ecclesiæ sortitus est.* Non ergo primus Evodius est institutus Episcopus Antiochenus; sed post Apostolos, nempe Petrum (pluralem numerum pro singulari, ut assolet, ponens) eum ordinatum, dicit Episcopum. Sic primus igitur Evodius est dictus Episcopus Antiochenus, quod a Petro primus eam rexit Ecclesiam licet ordine, esset dicendus secundus: sed alia etiam ratione primus: quod qui post Petrum est creatus ejus civitatis Episcopus, non proprie nec in omnibus possit dici Petri successor: translata enim semel Romam Petri sede, ille re vera tantum dicendus erat Petri successor, qui post ejus obitum successus est in locum ipsius Romanus Episcopus. Qui vero, post eum Ecclesiæ Antiochenæ est præfatus Antistes, nequaquam summæ omnium sedis est jus consecutus: hoc enim personæ conjunctum, ipse Romanæ, quam erexit, Ecclesiæ contulerat: sicque hac ex parte Evodius novus & primus sedis Antiochenæ Episcopus habebatur.

(a) Eusebius in Chron. Quomodo Evodius primus Episcopus Antiochenus. (b) Ignatius epist. 12.

XIX.

Dilutio obiectorum.

Sed & ex his ipsis adversus contraria, afferentem instamus. Si (quod nec quicumquam hactenus negare visus est) Evodius anno tertio Claudii (ut ponitur ab Eusebio) est creatus Episcopus primus Antiochenus; quam ratione quoque jure dici potest, Petrum post erectam Romanam Ecclesiam, iterum Claudii edicti occasione in Orientem reversum, instituisse seu fundasse eam Ecclesiam, quæ multo ante jam habebat Episcopum ordinatum? Vel quo modo illic sedit, ubi jam ex sententia ipsius & omnium, se-

debat Evodius? An fortasse dicendum, quod Petrus Evodium, ut ipse federet, in ordinem redegit, vel una cum eo sedit, vel eo defuncto (quod non probatur) successit in locum Evodii? Has omnes nonnisi inanes esse nugas, quis non intelligit? At fortasse dicet, sic Petrum fundasse Ecclesiam Antiochenam dici debere, quod eam tunc sedem Patriarchalem instituerit, non tamen quod ipse in ea sederit. Sed hac stante sententia, negandum est, quod in hanc diem Græci omnes, & inter eos Joannes Chrysostomus (c) ejus Ecclesiæ olim presbyter, ac Latini pariter una eademque consensione suis ipsorum scriptis professi sunt, Petrum Apostolorum Principem Antiochiæ sedit Episcopum: quinimmo multo eum tempore illic sedit, idem Chrysostomus his verbis significat: *Petrus, cui claves regni calorum dedit, cujus arbitrio & potestati cuncta permisit; hunc hic longo tempore jussit commorari: quamobrem universo Orbi ex altera parte civitas nostra respondet.* Hæc ipse. Alii usque ad annum septimum sedit dixerunt: quod tam Eusebius (ut dictum est) quam Latini omnes, qui numerant annos sedis Antiochenæ, testantur; licet ex Græcis unus tantum Nicephorus (d) ponat annos duos.

XX. Sed quoniam neminem negaturum existimo Petrum non tantum instituisse sedem Antiochenam, sed & in ea etiam sedit Episcopum: quo modo rogo, eodem tempore Romæ & Antiochiæ sedit, qui Romanam sedem semel instituens, illic sedit ab omnibus traditur annis vixingitiquinque? Tot igitur annos a Romana Petri sede quis minuat necesse est, quot Antiochenæ Petri sedi dederit; ac etiam totidem sedem Romanam vacasse annos, æque affirmare opus sit. Insuper dicere Petrum una cum Evodio sedit, qui numquam usque ad obitum cessasse inveniri poterit, habendum esset monstrum: sicut si quis etiam dixerit, sic sedit annis septem Antiochiæ, ut etiam eo tempore, licet absens, Romæ per corepiscopos sedere non desierit. Primo enim casu, idem esset unam Ecclesiam duos habere presidentes Episcopos, quod in uno corpore duo esse capita: secundo autem, unum caput duobus corporibus esse insitum; sic enim accipiendum esset, uno eodemque tempore Romæ sedit, & Antiochiæ, nimirum in utraque Ecclesia unum caput visibile ostentare, & contra hierarchicum Ecclesiæ ordinem, monarchiam uno tantum loco consistentem, duorum locorum diversitate disjungere; nec unam esse sedem quæ summa omnium prædicetur, sed duas æque sublimes: eo enim nomine illum oportuit præfuisse Ecclesiæ Antiochenæ; cum alioqui negari non possit,

(c) Chrysostomus, homil. de transl. sancti Ignatii.

(d) Nicephorus, in Chron.

XX.

possit, Petrum sua auctoritate, qua universi gregis pastorem agit, omnibus Christiani orbis Ecclesiis præsidere. Qua ratione si diceremus eodem quoque modo Petrum præfuisse Ecclesiæ Antiochenæ: cum sic æque cujusque civitatis Ecclesiæ Petrus quoque esset dicendus Episcopus; nequicquam præ cæteris vindicare sibi posset Ecclesia Antiochena. Vide, obsecro, per quos anfractus, ac loca devia, planeque in via, ducenda sit hujusmodi de sede Antiochenæ Ecclesiæ disputatio: quo omnem aditum mendacio undique occultum esse ostremus.

XXI.

Septem anni sedis Antiochenæ.

Nec illud confutare prætermittimus (licet ut res nullius plane momenti dissimulari absque aliquo veritatis præjudicio possit) quod dicitur, impossibile fuisse, Petrum, antequam Romam migrasset, sedit septem annis Antiochiæ; eo quod a tempore quo Petrus Antiochenam sedem instituisse traditur, usque ad tempus anni secundi Claudii, quo elapsus & carcere Romam venit, non amplius (ut qui adversatur affirmat) quam anni quinque intercedant. Sed ut patenter ostremus hæc affirmantem, in annorum supputatione manifestissime decipi; redigamus annorum numeri rationem ad calculum. Eusebius (ut dictum est) ponit Ecclesiam Antiochenam fundatam a Petro anno ultimo Tiberii Imperatoris, Olympiade ducentesima tertia, anno quarto: rursus vero Olympiade ducentesima quinta, anno secundo, quo ab eo adscribitur Claudii Imp. secundus annus, ab eodem ponitur Petri Romam profectio. Numerando igitur ab anno quarto dictæ ducentesimæ tertiæ Olympiadis usque ad annum secundum ducentesimæ quintæ, septem colligi annos, quis non videt? unum videlicet ducentesimæ tertiæ, quatuor ducentesimæ quartæ, ac duos ducentesimæ quintæ Olympiadis. Sicque septem saltem inchoati numerantur anni a tempore institutionis sedis Antiochenæ, usque ad Petri Romam versus profectioem: immo plenos esse numerandos septem annos sedis Antiochenæ, inferius suo loco, cum de Evodio successore erit sermo, apertius demonstrabimus.

XXII.

(a) Apud Euseb. li. 5. c. 17. De sententia Apollonii.

Nec est denique quod quis objiciat post hæc omnia confutata, de Apollonii (a) antiqui Theologi sententia, ex traditione majorum (ut ait) accepta; qua dicitur, Salvatore mandatum suis dedisse Apostolis, ne ad duodecim annos Hierosolymis decederent: quasi non licuerit Petro proficisci Antiochiam. Sed profecto majoris esse fidei Acta Apostolorum a Luca conscripta, quavis auctoritate majorum, nemo negat. Certe quidem ante illud tempus Petrum & Joannem Hierosolymis recessisse, ac Samaritam petiisse; quin & ipsum Petrum (ut vidimus) Syriam Palæstinam, visitan-

do Ecclesias, peragrassæ; immo (ut suo loco monstrabimus) eundem ante dictum tempus e carcere ab Angelo liberatum, non tantum Hierosolymis, sed e Judæa etiam excessisse, ex iisdem Actis certum exploratumque habetur; adeo ut omnis prorsus de duodecim annorum mora sententia Apollonii confutetur. Si enim id Dominus jussisset, haud putandum contra Domini præceptum Apostolos Hierosolymis profectos esse. Sed quantumlibet ab Apollonio dicta, vera esse dixerimus; eadem secundum illam Domini sententiam essent accipienda, qua dixerat, ac iisdem Apostolis præceperat, ne in vias Gentium abirent, nec in civitates Samaritanorum intrarent; & tamen (quod dictum est) constat, Petrum cum Joanne Hierosolymis recessisse, ac Samaritam aditum referasse, & Gentium regiones peragrassæ: ut appareat, eo tenuisse Christi jussionem atque mandatum, ut Apostoli ante omnia Judæis, quorum erant promissiones, intenderent, quo etiam sensu accipienda sunt quæ de se ipso Dominus dixerat (b): *Non sum missus nisi ad oves quæ perierunt domus Israel.* At de his hactenus.

(b) Matth. 15.

XXIII. His igitur levibus de Antiochena sede obiectionibus confutatis, brevi compendio De erectis quæ fufus dicta sunt colligentes, dicimus, one sedis Ecclesiam Antiochenam hoc potissimum anno a Petro Apostolorum Principe institutam, eundemque septem eidem præfuisse annis, quousque scilicet Romanam Ecclesiam erigens, una cum persona, omne summum Pontificii jus in eam transtulit: idque ratum ac firmum haberi etiam majorum traditione, sacrarum antiquorum Ritualium attestationse librorum, confirmatione vetustissimi commentarii de Romanis Pontificibus, qui fertur nomine Damasi: his insuper adtipulari Romanos Pontifices (quamvis gratior ea illis sententia videri potuisset, qua asseritur, Romanam Ecclesiam fuisse a Petro primitus institutam) post Anacleum (c), Antherum (d), atque Marcellum (e), quorum scriptorum fides adducitur in controversiam, etiam cæteros, quorum scriptorum fides nulla in re vacillat, nempe Leonem (f) Magnum, Gelasium (g), Pelagium (h), Gregorium (i), atque alios Romanæ sedis Episcopos: junge his Hieronymum (k) id ipsum iterum profitentem, Isidorum, Bedam (l), Adonem (m): & alios his recentiores ferre innumeros. Sed (quod omnibus præstat) hæc ipsa Romanorum Conciliorum decreta sunt firmata ac prorsus stabilita; ut jam ab iis dissentire, maxime temerarium debeat judicari. Est quippe canon Concilii Romani sub Damaso, quod continet Collectio Cresconiana (est in nostro codice numero 236.) qui habet hæc verba: *Tertija vero sedes apud Antiochiam beatissimi*

(c) Anacleum.

(d) Antherum.

(e) Marcellum.

(f) Leonem.

(g) Gelasium.

(h) Pelagium.

(i) Gregorium.

(k) Hieronymum.

(l) Bedam.

(m) Adonem.

in Chron.

CHRISTI
39.

Apostoli Petri habetur honorabilis: eo quod illum primitus quam Romanam venisset, habitavit: & illic primum nomen Christianorum novellæ gentis exortum est. Hæc ibi. Eadem repetita habentur in Concilio septuaginta Episcoporum Romæ sub Gelasio Papa habito.

XXIV.
Epilogus
de sede
Antioche-
na dicto-
rum.

Sic igitur traditione, Conciliorum auctoritate, sanctorum Patrum assertione, rata firmaque sunt quæ de Ecclesia Antiochena sunt dicta: a quibus dissentientes, in aperta mendacia ac plane portentosa incidere sit necesse: quale in primis est, id vel le negare, quod est in confesso apud omnes, tenuisse Petrum Romanam sedem usque ad obitum annis vigintiquinque; tot enim annos ex his minuas necesse est, quot tribueris sedi Antiochenæ, si hanc post Romanam ab eo constitutam, & in ea annis septem sedisse fatearis. Rursum (quod absurdum est dicere) fateri compelleris, Romanam sedem Antiochiam fuisse translata. Et si velis dicere, Petrum sic erexisse sedem Antiochenam, non tamen ut deserit esse Romanus Episcopus: tunc dicere opus esset, non unam in una Ecclesia universali (ut par erat) summam sedem instituisse Pontificiam, sed plane duas, Romanam, & Antiochenam; sicque (quod turpe monstrum referat) unum summum caput duobus fuisse junctum corporibus, immo & alteri eorum duo simul capita fuisse conjuncta (quod diximus) Petrum videlicet, & Evodium, qui Antiochiæ tunc sedebat. Quod si dicas, nequaquam Antiochiæ sedisse Petrum; sed tantum hoc illi præstitisse, ut quæ primitus fuisset ab aliis instituta, eadem a Petro aucta fuerit privilegio, ut Patriarchalis Ecclesia diceretur. At quam causam, rogo, in Ecclesia Catholica celebrari consuevit antiquitus anniverfaria solemnitate cathedra Antiochena, si in ea Petrus non sedidit? Si dicas id agi, quod a Petro fuerit instituta in ea Ecclesia sedes Patriarchalis: cur, inquam, si hanc causam prætexis, non magis Alexandrinæ sedis annua celebritas agitur, quæ majori quam Antiochena ab eodem Petro aucta est dignitatis amplitudine? Vides igitur mendaciam latebras quaquaverfium quæritans, & effugium undique captans, manifestæ tamen lucis veritate redargui.

XXV.

Facessat itaque de sede Antiochena recenter asserta sententia: sed quod antiqua traditio docuit, quodque Patres testati sunt, ac semper tenuit & hætenus tenet & observat Ecclesia, maneat firmum, ac suo robore inconcussum, nec ullo novitatis labefacteretur accessu: ipsam scilicet Antiochenam sedem primitus a Petro esse erectam atque institutam, in eaque sedisse septem annis: exinde vero Romanam eandem transfulisse, ac firmiter stabilisse, sedisseque in ea usque ad susceptum in cruce pro Christi fide martyrium;

CAII IMP.
I.

non tamen quod semper Romæ permanferit; quippe qui universi gregis cura adstrictus, ut omnibus prospiceret, officio & consilio non deerrat: sicut (quod etiam antea diximus) eundem annis septem, præfuisse Ecclesiæ Antiochenæ, non sic accipiendum de locali situ, ut nunquam loco motus, semper eo tempore sederit, sed potius auctoritate præfuerit: nec sic quidem, ut ejus civitatis & provinciæ ambitu illius potestas fuerit circumscripta; sed sic sedisse dicatur, ut Apostolica præfectura & potestate in omnes Ecclesias sibi a Christo collata, universum gregem pastorali regimine gubernaret. Sic videas Petrum his temporibus nunquam fere eodem loco consistere; sed ut opus esse videret, peragrarè provincias, invisere Ecclesias, ac denique omnes quæ sunt universalis præfecturæ functiones, pastorali sollicitudine exequi ac consummare; unde Lucas (a): *Factum est, inquit, ut Petrus dum pertransiret universos, deveniret ad sanctos, qui habitabant Lyddæ.* Intentus enim ipse Lucas (ut dictum est) præclariora quæ a Petro sunt facta miracula recensere, unico tantum verbo involvit potius quam explicavit innumeras fere res gestas Petri, & inter alia, quam proxime diximus institutionem Ecclesiæ Antiochenæ.

Quidnam, quæso, sibi volunt verba illa: *Dum pertransiret universos.* Nisi (ut diximus) quod eam Petrus nactus occasionem pacis Ecclesiæ, quæ ubique gentium collectæ erant, Ecclesias visitavit? Non enim de aliis Apostolis id scribit Lucas, sed de Petro, cujus tantum muneris fuit universo gregi prospicere: ut ex his etiam, sicut & multis aliis superius adnotatis, luce clarius Petri in Ecclesia primatum inspicias. Unde Chrysostomus (b) in hæc Lucae verba: *Factum est, cum Petrus pertransiret universos. Quemadmodum, inquit, dux in circuitu obambulans, considerabat qua pars sit coadunata, quæ ornata, quæ suo adventu egeat. Vide ubique illum circumcursare, & primum inveniri. Quando eligendus Apostolus, hic primus: quando loquendum Judæis, non esse Apostolos ebrios: quando curandus claudus: quando concionandum, hic præ aliis est: quando agendum contra principes: quando contra Ananiam: quando ab umbra sanationes fiebant, hic erat. Et ubi erat periculum, hic; & ubi moderatio: ubi autem tranquillitate res plena, communiter omnes: sic non exigit honorem maiorem. Iterum quando fieri miracula opus erat, ipse profilit; & hic iterum ipse per se laborat, ac iter facit.* Hæc Chrysostomus. Cum igitur visitaret Ecclesias Petrus, quis dubitat Antiochiam perrexisse, & cuncta quæ opus erant, composuisse? Quam diu autem illic Petrus

XXVI.
Petri mu-
nus omnes
Ecclesias
visitare.(b) Chry-
sost. hom.
21. in Act.
Apost.CHRISTI
39.

trus manserit, quantumve insumperit temporis in invisendis cæteris, quæ in Palestina & Syria erant, Ecclesiis: quantum ex his quæ Lucas in Actis scribit, colligere licuit; dicendum videretur, non mi-

JESU CHRISTI
ANNUS
40.

I. **S**equenti anno Domini quadragesimo, M. Aquilio Juliano & P. Nonio (a) Asprenate Coss. Agrippa qui anno superiori a Caio Augusto tetrarchiæ Philippi Rex fuit ordinatus, Roma recedens, rediit in Judæam, ut Josephus (b) testatur, dum ait: *Altero deinde anno principatus Caji Cæsaris, Agrippa petiit veniam navigandi in suum regnum, ordinandi illud gratia, reverfurumque se hoc peracto pollicitus.* Sed quid cum navi Alexandriam primum delatus esset, illi contigerit, Philionem (c) hæc narrantem audiamus: *Discedenti autem in suum regnum Caius suavit, ne a Brundisio solveret petiturus Syriam, quod navigatio ea longa esset atque difficilis: uteretur potius compendiarie per Alexandriam, expectatis Etesis: ajebat enim Ægyptias onerarias celerrimas, & gubernatores harum egregios, qui more aurigarum certantium rectum cursum teneant. Paruit ille, ut domino consulenti utilia. Cumque descendisset Putcolos, & naves Alexandrinæ in portu paratas ad solvendum invenisset; prospera navigatione usus, post paucos dies inexpectatus & improvisus apulit; jussis gubernatoribus, cum sub vesperam Pharus se proferret, vela contrahere, & ibi circa ipsum in salso manere usque ad crepusculum, ac noctu demum portum subire: ut excedens, omnibus jam dormientibus, nemini conspectus perveniret ad suum hospitium. Tanta ille venit cum modestia: volens, si fieri posset, omnibus insitis urbem excedere: non enim visenda bu-*

SÆC. I.
Anno Urbis 791.
Olymp.
204. an. 2.
An. C. 38.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5531.

Ⓞ 19. E. 21. P. 6. APRIL. Indiæ. 11.

JESU CHRISTI 38. secundam Baronium 40.

CAII IMP.
I.

nori quam biennii temporis spatio ea omnia consummasse; quæ igitur post hæc persequitur Lucas, inferius suo loco dicemus.

CAII IMP.
ANNUS
2.

jus causa venerat, quam ante adierat, Romanam navigaturus ad Tiberium; sed quærebatur compendiosum ad suos reditum. Hæc ille; subdit deinde:

At Ægyptii rumpebantur invidia, quod ipsis est nativum vitium; & alienam felicitatem suam interpretabantur infortunium; tum etiam ob inveteratam cum Judæis similitudinem, ægre ferebant extitisse Judæorum Regem quempiam, haud aliter, quam si ipsi avito regno exturbarentur singuli. Rursumque miserum Flaccum Ægypti Præfectum irritabant, incitando ad eandem invidiam his vocibus: Tua pernicies erit hic advena: majore quam tu splendore & fastu scriptus est; omnes in se convertit spectantes satellitum argenteis clypeis & inauratis armis nitidum. Et quid opus erat venire ad alienam provinciam, cum posset in suam ditionem tuto deduci classibus? nam etiam si Caius permitteret, atque adeo cogeret, debuerat deprecari banc protectionem, ne sua felicitate officeret Præsidi, suo splendore obscurando ejus gloriam. His ille auditis, magis etiam turgebat, quam antea: palam quidem socium & amicum simulans, quod timeret Imperatorem, a quo missus erat: privatim tamen odium & emulationem aperiens, & ex obliquo eum contumeliis appetens, quando id non audebat in faciem. Nam urbanam multitudinem otiosam segneque, nec alia re occupatam quam garrulitate, convitiis passus est Regi maledicere, sive ab ipso Præside fuerit exortum obloquendi principium, sive alios etiam buc-

II.
Quid Alex-
andrini
in Agrippam.

CALIGULÆ IMP. 2.

[1] AD num. I. Coss. M. Aquillius Julianus, & Consul. P. Nonius Asprenas, ut ostendit in Prolegomenis ad Dissertationem Hypaticam, numer. xv.

[1] Coss. M. Aquillius Julianus & P. Nonius Asprenas. Vetus lapis inter Antii rudera effossus, nunc in ædibus Capitolinis, nusquam editus.
M. AQUIL.
Y: NONIO ASPREN.

Dio lib. lxx. pag. 646. Anno insequenti consules ex his, qui dudum designati fuerant facti sunt M. Aquillius Julianus, & P. Nonius Asprenas. Frontinus lib. i. art. xlii. C. Cæsar qui Tiberio successit, cum parum & publicis usibus & privatis voluptatibus septem ductus agrarum sufficere viderentur, altero imperii sui anno, M. Aquilio Juliano, P. Nonio Asprenate Coss. A. V. C. DCCLXXXVIII. duos ductus inchoavit. Item lib. ii. Aquilio Juliano & Nonio Asprenate Coss. Fasti Idatii, Vindebonenses, & Prosperi Chronicon; Juliano & Asprenate. Vide Norisii Epistolam Consularem ad hunc annum.

impulerit, per eos qui non gravatim offerunt ad talia suam ministerium: qui occasione nacti, totos dies traducebant in gymnasio sermonibus scurrilibus, jactantes in eum dictoria: nonnumquam etiam mimographorum & id genus poetarum ludicris carminibus abutebantur ad prodendam obsecantem ingenti, ad talia magis quam ad honestas artes prompti ac dociles; alioqui Praeses indignatus objurgasset, multassetque arrogantem maledicentiam. Immo etiam si Rex non fuisset, familiaris tamen Caesaris, non debuerat habere aliquod honoris privilegium? quae certe argumenta sunt manifestissima, Flaccum ejus maledicentiae fuisse conscium. Nam qui castigare, aut saltem cohibere volens, non cohibuit, satis apparet quod permisit.

III.
Delusus
in Carraba
ba Rex
Judaeorum.

Ubi vero vulgus incompotum occasionem peccandi accepit, non facile desistit, novis erratis prora cumulans. Erat quippe quidam insanus, nomine Carrabas, non ex illo conspicuo furiosorum genere, sed leviore correptus insania. Is interdum nocturne nudus oberrabat per compita, nec astum nec frigus devitans, puerorum & adolescentum ludibrium. Hunc miserum propulsum ad gymnasium, in superiori loco statuunt, ut spectari posset ab omnibus: moxque capiti diadema imposuerunt papyraceum, pro paludamento corpori stercem induunt, pro sceptro frustum arundinis humo sublatum quidam ei dedit in manum: sic ornatum regis insignis, & in Regem transformatum, more histronico, adolefcentes peritiae in humeris gestantes stipabant pro satellitio: tum alii salutatum accedebant, alii sibi reddi jura petebant, alii consulebant eum de Republica; post haec acclamatum est a circumstantibus, magna voce Marim appellantis, quod nomen Agrippam Syrum genere, & regnare in bona portione Syriae. His auditis, immo visis, Flaccus cum debuisset illum insanum conjicere in carcerem, ne illusoribus praeberet materiam petulantiae; atque etiam ipsos subornatores, quod Regem Caesaris amicum, a Senatu Romano honoratum ornamentis praetoris, ausi sint apertis obliquisque contumeliis laceffere: non solum eos non castigavit, sed ne cohibere quidem dignatus est; licentiam dans malisosis, & quicquid videbat audiebatque dissimulans. Hactenus Philo de his quae in Regem Judaeorum Agrippam facta sunt Alexandriae: quae quidem si quis attentiori consideratione perpendat atque examinet, & altius causam repetendo disquirat, profecto nescio quid vehementi admiratione dignum inveniet. Ecce tibi novus post Christum, idemque primus atque novissimus Rex Judaeorum, qui regnarit Hierosolymis (filius enim nequaquam Rex Hierusalem fuit) quam insigniter est illusus in Carraba; quorum Rex verus idemque Christus olim sub Pilato re-

gio habitu illusorie personatus est, atque derisus ab illis, qui Barrabam sibi dari petentes, in Christum crucis supplicium conclamantur. Magna sane rerum gestarum ac nominis convenientia: immo fortasse idem Carrabas quod Barrabas, sed pro B, K; errore librarium est Graece scriptum. Sed praesentem ludum luctus ingens secutus est, quem post recensita idem Philo (a) mox aggreditur enarrare, his scilicet verbis:

Quod ubi sensit populus, non dico ullum civilem & bene moratum, sed vulgus curiosum otio segnitieque per totam vitam deditum, tumultibus omnia miscere solitum, aggressi rem invidiosam, confluxerunt summo mane in theatrum, redempto jam Flacci favore, quem ille miser ambitione corruptus venditabat, nullo respectu securitatis vel suae, vel publicae: & unanimiter conclamantur, dedicandas esse in prosuchis statuas (ipsis scilicet synagogis Judaeorum) petentes licentiam numquam prius auditi facinoris. Quod intelligentes (sunt enim ad nequitiam ingeniosissimi) commenti sunt ad praetextum nomen Caesaris, quod hunc non liceat in jus vocari. Quid igitur tunc egit Praeses provinciae? Cum sciret civitatem habere incolarum duo genera, nostros homines, & illos alteros, totamque Aegyptum similiter: & quod non minus quam decies centena millia Judaeorum habitent Alexandriam, totamque regionem, quanta patet a Catabathmo Libyae usque ad terminos Aethiopiae; & hunc conatum adversari his omnibus, nec esse e Republica removeri patrias consuetudines: neglectis his omnibus, permisit dedicationem fieri, cum liceret ei pro potestate afferre plurima remedia, vel saltem expedire amica consilia. At ille, ut injuriarum conscius ac socius, quo plus poterat, eo magis seditionem accendebat, & quantum in se fuit, Orbem replevit bellis civilibus: nec enim obscurum erat quod fama occupatarum prosucharum apud Alexandriam exorta spargenda esset per omnes Aegypti praefecturas, inde propaganda in gentes orientales, pariterque ab ora maritima & Mareotide, quod est initium Libyae, usque ad Occidentem, & nationes tractus illius. Judaeos enim una regio non capit, propter hominum multitudinem: quoniam plurimas ac fortunatissimas urbes in Europa Asiaeque provinciis ac insulis incolunt, pro metropoli habentes sanctam civitatem, in qua templum altissimo Deo sacratum est; avitas autem & proavitas sedes colentes tamquam patriam ubi natum educatique sint. In quibusdam etiam mox ut condita sunt, migraverunt in conditoris cujusque gratiam. Et metuendum erat ne per hanc occasionem Judaei ubique molestantur a suis civibus, si quid novaretur circa prosuchas & ritus patrios. Et post aliqua: Er-

IV.
Clades
Judaeorum
Alexandrinorum.

V.

Judaeorum
im-
mensa ca-
lunitas.

Ergo postquam is contra legem conatus visus est Praesidi succedere prosuchas tollenti: ut ne nomen quidem reliquum sineret, rursus aggressus est alia nostra instituta pessumdare: ut his abscissis, quibus solis nostra vita sustinetur tamquam sacra anchora, ademptoque jure civitatis, in calamitatis incidere maximas, desituti omni praesidio. Post paucos enim dies edictum proposuit, in quo nos appellabat inquilinos & exteros, ne causae quidem dicendae potestatem faciens, sed indicatos condemnans: quo quid potest esse magis tyrannicum? Ipse sibi usurpabat partes delatoris, amici, testis, iudicis, poenarum exactoris. Tertium quoque scelus addidit, non contentus duobus prioribus, passus quolibet in Judaeos tamquam bello captos saevire: qui nacti licentiam, quid fecerunt? Quinque sunt urbis regiones denominatae a primoribus litteris: harum duae dicuntur Judaicae, quod in his plurimi Judaei habitent, quamvis & in aliis non pauci sparsim habeant domicilia. Quid igitur fecerunt? e quatuor litteris expulsos Judaeos concluserunt in unius partem angustissimam. At illi, quod plures essent quam is locus eos caperet, egrediebantur ad littora, & monumenta, & sterquilina, exuti rebus suis omnibus. Inimici vero, facti in desertas domos impetu, praedas, tamquam jure belli partas, dividebant: effractisque Judaeorum officinis, quae tum propter luctum mortis Drusilla clausae fuerant, hinc quoque plurima egresserunt in usus proprios. Sed minus nocuerunt rapinae, quam abrupa negotiatio: cum creditores amissent pignora, nec sterneretur ullus agricola, nauta, negotiator, opifex exercere artes solitas. Ita non simplex eis parabat pauperies, vel quod una die spoliabantur suis facultatibus, vel quod non dabatur quaquam facere more solito. Haec quamvis molesta, videbantur tamen tolerabilia, collata cum ceteris. Et post multa haec sequuntur:

VI.

Fames &
exces
Judaeorum.

Post domos direptas, exaltis habitatoribus, atque ita desolatas partes urbis pleraeque, tamquam obsessi undique ab inimicis, & oppressi gravi rerum victui necessitatarum, inopia inspectanteque parvos liberos & uxores ante ora sua fame desicere, inducta per adversarios (nam de cetero felix amona erat ubique, & flumen stagnationibus justis arva inundarat largiter, & campi frugiferi frumenti copiam magnam protulerant) jam egestatis impatientes, quidam ad cognatorum & quondam amicorum aedes ibant, praeter solitum petiti stipem necessariam: alii generosiores, aspernati mendicorum fortunam, ut illiberalem, prodibant in forum, tantum ut sibi suisque cibos emerent miseri: mox enim a vulgo seditioso correpti sunt, oc-

Ann. Eccl. Tom. I.

cisque: corpora quoque horum per totam urbem raptata, ut ne ad sepulturam quidem ullum membrum fieret reliquum. Eadem rabie perierunt & alii plurimi, novis crudelitatis formis excogitatis per effertam in mores belluinos plebeculam. Nam ubicumque Judaei conspicerentur, aut saxis coniectis enecabantur, aut inflictis fustibus, nec statim plagis letalibus appetebantur, ne accelerata morte cito eriperentur cruciatibus. Alii ferociores abusi praesenti licentia, contemptis hebetioribus, arma acceperunt efficacissima, ignem ferrumque; & multos gladiis confecerunt, nec pauciores concremaverunt. Interdum familias integras, maritos cum uxoribus, parvulos cum parentibus in medio foro exurebant immaniter, nec senium, nec teneram aetatem miserati, nec ejus innocentiam: & quoties ligna deerant, collectis sarmentis, non tam igne quam fumo necabant eos, quo diutius morerentur & miserius: quorum cadavera semiustulata conferam jacebant & promiscue triste horrendumque spectaculum. Quod si lignatores sarmenta inferrent rardius, impositos lignea supellectili urebant, ejus dominos, subrastra pretiosiore, viltori utendo pro lignis vulgaribus ad rogos extruendos. Multos etiam vivos in alterum pedem fune injecto trahabant, interim insultando calcibus, excogitato genere mortis acerbissimo: nec in extinctos remittebant iram, gravius saeviendo in cadavera propemodum per omnes urbis angiportus raptata, donec lacerata cute cum nervis & carnibus & frustis sparsim in aspero solo haerentibus minutim concerperentur. Pergit post haec Philo his verbis:

VII.
Judaei
flagris
caesi.

Interea quidam eorum tamquam in teatro se indolere simulabant ad talia spectacula: ceterum qui vere dolebant suorum vicem, cognati, amicieque, confestim poenas dabant intemptivae (ut inimicis videbatur) misericordiae, arreptique flagris cadebantur, & post omnia tormenta quae poterant excipere corporibus, tandem in crucem agebantur. Postquam autem Flaccus perfodit omnium Judaeorum parietes, & nihil intactum reliquit, in eorum perniciem immane quiddam commentus est, novarum semper inventor injuriarum: nam e senatu nostro (quem Augustus servator optime de nobis meritis instituit, ceu publicum Judaeorum consilium, missis super ea re litteris ad Maximum designatum Aegypti Praesidem) triginta octo comprehensos in suis privatis aedibus confestim vinciri jussit: traductosque egregia pompa per medium forum senes, reductis in tergum manibus, ligatos partim loris, partim ferreis catenis induxit in theatrum: spectaculum miserabile, nec illi temporis aut loco deberit: statutosque coram inimicis eorum sedentibus ad majorem ignominiam jussit nudatos flagellari tamquam

Kk

Jcc.

scelestos & nocentissimos; ut conficissis verberibus, aliquot mox ut inde sunt elati, exbalarint animam: reliqui desperata salute cum diuturno morbo conficissis sunt. Quod facinus etsi alias deprehensum est, nihilominus hic quoque declarabitur. Ex dicto senatu tres, Evodius, Tryphon, Andron, bonis spoliati fuerant, direptis eorum adibus, uno impetu: nec id latuit Præsidem; didicerat enim, accitis nostris magistratibus, quasi acturus de concordia: & tamen quamvis sciret spoliatos fuisse, verberabat in conspectu eorum qui spoliarent: ut alteris calamitatem geminaret, addito ad paupertatem cruciatu corporis; alteri duplicem voluptatem caperent, ex concessis sibi alienis opibus, & inimicorum ignominia.

VIII. Dicam parvum quiddam, quod an inter tanta mala dicendum sit, dubito; sed quamvis parvum, non parvum tamen indicat malitiam. Est in illa urbe flagrorum diffe-
rentia, pro eorum conditione qui caduntur: aliter enim Ægyptii flagellantur ab aliis: Alexandrini vero virgis caduntur ab Alexandrinis lictoribus, quos vocant Spatephoros: hunc morem & in nostris hominibus servarunt superiores Præsides, & ipse quoque Flaccus primis sui magistratus temporibus. Est certe non parvum quoddam solatium & in cruciatu remissionis nonnihil, quando res ita ut sunt finiuntur, nec augetur malitiose molestia. Sed cum accedit odium, nihil æquitati relinquitur. An non fuit iniquissimum, cum de plebe Alexandrina Judæi liberalibus & civilibus flagris punirentur, si quando viderentur commeriti; magistratus senatoresque honoratos vel ipsis appellationibus hac parte inferiores haberi suis subditis, & ex æquo cum Ægyptiorum obscurissimis maximam flagitiorum penam luentibus corpore? Prosequitur deinde eadem, sic dicens:

IX. Omitto dicere, quod etiam si peccassent gravissime, debuerat habere temporis rationem atque reverentiam, & differre multationem in aliud. Nam bonis Præsidentibus, & recte non insolenter administrantibus Republicam, mos est, in neminem damnatum animadvertere, donec solemnes celebritates, natalitiaque Augustorum festa præterierant. At ille per hos ipsos dies injustis penis affligebat homines innoxios: An non poterat postea, si voluisset, easdem ab illis exigere? Sed properabat, urgebatque negotium, ut turbis adversariorum gratificaretur, ratus eo modo se impetraturum eorum favorem ad exsequenda consilia que agitabat animo. At qui novi, quosdam jam crucifixos, instante tali festo, de cruce depositos, & ad sepulturam ex more cognatis redditos; quandoquidem decebat vel ad mortuos redire aliquem fructum ex Imperatoris natalibus, simulque celebritati suum sacrum honorem servari. At iste non mor-

tuos deponi de crucibus, sed vivos crucifigi jubebat: quibus ipsum tempus non quidem absolutionem, brevem tamen dabat veniam, & poenæ procrastinationem: nihilominus ante flagellabantur in medio theatro, & igne ferroque torquebantur, spectaculis distributis in hunc modum. Mane usque ad horam tertiam quantavoc Judæi flagellabantur, suspendebantur, loris alligabantur, damnabantur, per mediam orchestra ducebantur ad supplicium; deinde post hæc tam præclara exempla edita inducebantur saltatores, mimi, tibicines, aliæque ludicra sceniorum certaminum. Qui iuste tibi queri videris, Philo, de cæsis ac crucifixis Judæis festis diebus: revoca in memoriam quid ante annos sex actum sit Hierosolymis ipso die Paschatis in Jesum Christum, quem, obnitente licet Pilato Præside, Judæi tui ea die crucifixerunt. En sanguis iustus exquiritur. Sed quæ hæc secuta sint, narrare pergit his verbis:

X. Quid multis? excogitata est secunda vastatio, ut militaris quoque multitudo in nos armaretur per occasionem novæ calumniæ, quasi Judæi haberent arma in adibus. Accitus itaque a Præside Castus Centurionum fidiissimus: jubetur assumpto a sua cohorte audacissimo quoque, in domos eorum irrumpere, scrutari num quid armorum ibi lateat. Properavit ille mandata exequi. At Judæi non præmoniti, primum obstupuerunt, uxoris ac liberis eos complectentibus, effusis in lacrymas metu captivitatibus; hoc enim malum expectabant reliquum. Ut vero audierunt a quodam e scrutatoribus, Quo reposuisti arma? respirarunt paululum, & intima quæque aperientes ostendebant, partim lati, partim gementes; læti, quia coarguebantur calumniæ: solliciti primum, quia tanta calumniæ tam facile contra eos vel fingerentur, vel crederentur: denique quia mulierculæ incluse, numquam e conclavi egredi solite, & virgines præ pudore declinantes etiam aspectum familiarium, tunc non solum ignotis, verum etiam militari ferocia spectabantur pavide. Nihilominus accurata facta scrutatione, non inveniebantur ista que solent esse in armamentariis, galeæ, lorica, clypei, conti, gladii, neque balistæ, arcus, fundæ, sagittæ, jaculæ, immo ne cultri quidem apti quotidianis culinæ usibus. Unde statim apparuit victus simplicitas, nihil delicatum aut magno emptum in cibos admittentium, ex qualibus fere nascitur saturnitas, & ex hac porro petulantia malorum initium: quin & Ægyptiis paulo ante arma dempta fuerant per Bassum quemdam a Flacco jussum id curare; & inferius:

XI. Totum id negotium dolus erat Flacci pertinaciter nobis infensi, & vulgum exasperantis in nos, non parcendo vel mulieribus. Nam non solum in foro, sed &

XI. Quid infit per Flaccus in Judæos.

in medio teatro, tamquam captivæ corripiebantur, & ob quamvis calumniam in scenam traherentur non sine gravissimis contumeliis: deinde cognito eas esse alterius generis, dimittebantur: multas quasi judæas comprehendebant, priusquam rem diligentius dispicerent. Quoties autem nostræ comperiebantur, ex spectatoribus facti tyranni & domini, jubebant eis carnes suillas afferri: quas quotcumque metu tormentorum gustabant, sine alia majore vexatione dimittebantur: quæ vero sibi temperabant, tortoribus tradebantur ad cruciatum maximos: quod fuit exitum argumentum earum innocentie. Hucusque Philo de injuriis per Flaccum illatis in Judæos Alexandrinos: prosequitur isthæc etiam in libro quem scripsit de legatione ad Caium, ubi de ignominia synagogis illata pluribus agit. Sed quid his additum sit, audi.

XII. Hoc item anno secundo Imp. (ut ex eodem auctore colligitur) post morte sublato a Caio Tiberium Drusi filium, Tiberii Imper. nepotem, & ex testamento decretum collegam Imperii; post occisum Macronem, cui acceptum ferebat Imperium, necatumque spontanea morte M. Silanum focerum; Caius disruptis quibus ab impetu scelestioris vitæ videbatur retineri habitis, eo flagitii atque insanie pervenit, ut divinos æmulatus honores, deus ab omnibus coli vulerit, ut Suetonius

(a) Sueton. in Caio. 22. (b) Dio lib. 59. (c) Philo lib. de legat. ad Caium.

(a) Dio (b), ac ceteri testantur; sed futius Philo, qui & quanta passi sint Judæi id facere renuentes, pluribus scribit; & de status illatis in synagogas Alexandriæ, agit his verbis (c): Proseuchas quotquot diruere incendere non poterant, quod accolerentur magna Judæorum frequentia, alio modo perdidit, una everfis moribus & ritibus. Nam effigies Caji statuerunt in omnibus, in maxima vero ac celeberrima sublimem quadrigis abeneis: idemque tam præpostero studio, ut cum non carent novis quadrigis, veteres æruginosas, auribus, caudis, pedibusque mutilatas e gymnasio raperent, olim dicatas (ut fertur) Cleopatra, quæ fuerat ultimæ hujus nominis Regiæ proavia: qua in re quantum crimen sit admissum, cuius puto perspicuum. Numquid enim decorum erat vel novas dedicari quæ fuissent femine? numquid vel viriles vetustas adeo, aut qualescumque, alienas tamen, & jam ante dicatas alteri? Et cum istis talibus donariis non verebantur ne offenderent Imperatorem iracundum, & omnes honores sibi deposcentem egregie splendidos atque magnificos? At illi ob hoc præclare factum laudem sperabant insuper, majoremque gratiam, quod proseuchas in nova phana verterent, auferentque consecratorum Caio templorum numerum, non tam in ejus honorem, quam ut odium suum exatirarent omnifariis nostræ nationis cladibus. Id-

Ann. Eccl. Tom. I.

que liquet argumentis certissimis: primo quia nullis Regum, quos circiter decem in trecentis annis deinceps annumerant, ullam in proseuchis dedicarunt effigiem aut statuam, quamvis hos sui generis deos censerent, appellarentque titulis. Hæc & alia Philo pluribus, quæ ea de re, ut tanta mala ab Ægyptiis in Judæos illata averteret, publica Romam ad Caium est defunctus legatione, de qua agemus suo loco, anno scilicet sequenti.

XIII. Hæc quidem adversus Judæos Alexandria gesta non latebant Caium: qui cum sic ab Ægyptiis deliniretur, ut Deus appellaretur; ratus etiam illos quod dicerent credere, cuncta avide accipiebat. Quod cum Ægyptii cognovissent; quid per dies singulos contra Judæos gereretur, quotidianis actis transmissis, omnia illi significare curarunt: quæ (ut ait Philo) Caius libentius lætatur, quam ullum poema, vel historiam. His quippe officiis Flaccus Ægypti Præficus gratiam Caji promereri studebat, quam olim temporibus Tiberii Imp. vehementer demerisset, quod (ut idem testatur Philo d.) unus fuisset ex his quorum infidiis Caji mater delata perierat. Cæterum injuriæ memor Cæsar, hoc eodem anno, autumnii tempore, quo Judæi agunt scenopægiam, missis Basso Centurione Alexandriam, eundem Flaccum in convivio discumbentem offensum, ac captum, Romamque perductum, multatum bonis in Andrum insulam relegavit: quem haud post multum temporis, missis militibus, occidi præcepit. Hæc pluribus Philo, eodem quem in Flaccum scripsit libello.

XIV. Quod spectat ad Judæos; non casu quidem est factum, ut permitteret Deus tam immanem bestiam in eos sævire. Peccatum quippe illorum, quo Christum Deum crucifixerunt, scriptum (quod ait Prophetæ) stylo ferreo in ungue adamantino, in ipsos clamans, meritas exposcebat poenas. At sunt hæc initia dolorum, & divina ultionis in Judæos præludia; quæ in Ægypto hoc anno cœpta, in aliis orbis terrarum provinciis, ubi Judæi agerent, in dies magis magisque aucta, atque eorum magno dolore propagata, ne ipsa quidem immani atque asperrima Hierosolymorum excisione finem acceperunt. Agemus ex instituto de his, sequentibus annis, singula recensentes quæ ad eam rem spectare videbuntur. Nunc ad Agrippam Regem revertamur, quem Alexandriam appellentem, consilio Flacci Præsidis (ut dictum est) Alexandrini magno excepere ludibrio. Huic Alexandria discedenti, Judæi (e) qui ibi erant, dederunt ad Caium libellum supplicem de his quæ ab Alexandrinis patiebantur.

XV. Cum autem (f) venisset in regnum Agrippa, Herodis Tetrarchæ cupiditates

K k 2

(d) Philo in Flac.

Flacci finis.

XIV. Judæorum ultio incipit nunquam desitura.

(e) Philo in Flac. (f) Joseph. de bell. Jud. lib. 2. c. 8. in fin.

XV. Herodes in Agrippam quid molitur.

CHRISTI
40.

per invidiam suscitavit. Irritabat autem eum maxime in spem regni Herodias uxore, exprobrans ei fœcordiam, & dicens, quia per hoc quod noluerat ad Cæsarem navigare, careret potestate majore: nam cum Agrippam ex privato Regem fecisset, quomodo dubitaret illum ex Tetrarcha eodem honore donare? His adductus Herodes, venit ad Cajum. *Agrippa vero* (inquit Josephus a) *cognita eorum mente ac apparatu, ipse quoque se accinxit ad resistendum; & quam primum eos e porta solvisse didicit, ipse etiam Romam misit Fortunatum suum libertum ad Imperatorem cum muneribus & litteris scriptis contra Herodem; simulque mandavit, ut per occasionem amplius cum Principe super hoc negotio differeret. Qui subsequens Herodem, & secunda navigatione usus, tantummodo a tergo relictus est, quod tum primum illo ad Cæsarem admissio supervenit, litterasque reddidit; uterque enim Puteolos appulit; & Cajus tum forte apud Bajas repertus est. Itaque Cajus simulac ab Herode salutaris est (priorem enim eum admiserat) simul Agrippa perlegit litteras accusantes Herodem, quod prius cum Sejano conspirasset in Tiberium, & nunc iterum Artabano Partho faveret contra Caji novum imperium. Argumento erat ipsius Tetrarchæ apparatus, qui in armamentariis suis haberet tantum armorum, quantum instruedis virorum septuaginta millibus sufficeret.*

XVI. *Qua re Cæsar commotus, percontatus est Herodem, vera ne essent quæ nuntiarentur de armorum numero. Quo annuente (neque enim vera negare poterat) satis approbatam putans defectionem, ademptam illi tetrarchiam ad Agrippæ regnum adiecit, pecuniam quoque ejus donans Agrippæ iudici: Herodem vero perpetuo damnavit exilio apud Lugdunum urbem Gallia. Cognito deinde sororem Agrippæ esse Herodiadem, pecuniam ei propriam concessit: & ratus non libenter fore marito calamitatis sociam, in Agrippæ gratiam se illi parsurum promisit. Ad hæc illa: Tu quidem Imperator, ut tua majestate dignum est, loqueris: sed mihi conjugalis amor impedimento est, quo minus fruar hac indulgentia: non enim æquum censeo, ut cui secundæ fortuna fui sociæ, cum nunc in adversa deseram. At ille indigne ferens tam excelsum animum in femina, ipsam quoque cum Herode expulit, & bonæ ejus Agrippæ largitus est. Atque hæc fuit vindicta, quam Deus intulit tum Herodiadi, fratris successus indigne ferenti, tum Herodi ad obsequendum vaniloquentiæ uxoris nimis facili. Hæc omnia Josephus: qui parum sibi constans, alibi de bello (b) his diversa narrat: nimirum Agrippam secutum esse Herodem Romam ad*

(a) Joseph. de bello Jud. lib. 2. c. 8 in fine.

CAII IMP.
2.

Cajum; itemque Herodem una cum uxore fugisse in Hispaniam: hunc secutus Herodesippus (c), addit, Herodem mærore animi consumptum interiisse. Porro hujus divinæ plane in Herodem & Herodiadem ultionis causam si quis altius petat, non in Agrippæ felicitatis invidiam eam rejiciet; sed tum ob Joannem Baptistam immaniter occisum, tum etiam ob Christum ab eo (pretium ac male habitum, hæc ipsos passos esse, neminem puto non intelligere. Quod vero pertinet ad Agrippæ Regis Romam adventum sequenti anno potius contigisse, ex Philone (d) colligitur.

Eodem quoque anno (quantum intelligitur ex Lucæ (e) Actis) accidit, ut Petrus Apostolus jam biennio institutas (ut dictum est) Ecclesias visitans, venerit ad Christianos, qui Lyddæ collecti erant: est Lydda (f) civitas ad littus maris mediterranei sita, quæ ipso exordio belli Judaici a Cestio (g) est incensa, restaurata denique, appellata est Diospolis. De ea vero quam illic Petrus egit tum temporis, curatione paralytici, Lucas (h) hæc narrat: *Invenit autem ibi hominem quemdam nomine Aeneam, ab annis octo jacentem in grabato, qui erat paralyticus. Et ait illi Petrus: Aeneam sanet te Dominus Jesus Christus: surge, & sterne tibi. Et continuo surrexit: & viderunt eum omnes, qui habitabant Lyddæ & Saronæ: qui conversi sunt ad Dominum. Non est autem Saronæ nomen oppidi, sed regionis Cæsariæ Palæstinæ usque ad oppidum Joppem pertingentis: Campestris enim, Saronas interpretatur, locus pascendis gregibus aptus: qui (inquit S. Hieronymus) (i) juxta soli qualitatem, Petro prædicante, fidei continuo fructus germinavit.*

Mortua interim Joppe Tabitha sanctissima femina Christiana: Cum (inquit Lucas k) prope esset Lydda ad Joppem, discipuli audientes quia Petrus esset in ea, miserunt duos viros ad eum, rogantes: *Ne pigriteris venire usque ad nos. Exurgens autem Petrus venit cum illis. Et cum, advenisset, duxerunt illum in cœnaculum (illic enim Tabitha mortua posita erat) & circumsteterunt illum omnes viduæ stantes & ostendentes ei tunicas, & vestes, quas faciebat illis Dorcas (quod est idem quod Tabitha.) Ejecit autem omnes foras, Petrus ponens genua oravit: & conversus ad corpus, dixit: Tabitha surge. At illa aperuit oculos suos: & viso Petro, resedit: Dans autem illi manum, erexit eam. Et cum vocasset sanctos, & viduas, assignavit eam vivam. Notum autem factum est per universam Joppem: & crediderunt multi in Domino. Factum est autem ut dies multos moraretur in Joppe, apud Simonem quemdam co-*

(c) Hez. sip. de ex. cid. Hiero. fol. lib. 2. c. 5.

(d) Philo de leg. ad Caium.

XVII.

(e) Act. 9. (f) Hier. de locis Hebraicis, & epist. 77.

Petrus quid Lyddæ. (g) Joseph. de bello Jud. lib. 2. c. 23.

(h) Act. 9.

(i) Hier. de locis Hebraicis.

XVIII.

(k) Act. 9. De Tabitha ad vitam revocata.

CHRISTI
40.

riarium. Hæc Lucas: cujus cum (ut vidimus) sit usitata locutio, ut cum multis dies dicit, longioris temporis moram

JESU CHRISTI
ANNUS
41.

I. **A**nnus Christi quadragesimus primus, qui sequitur ordine temporis, a Dione consignatur Consulatu Caji Augusti iterum & L. Apronii Cæsari. Sed antequam ad rerum gestarum hujus anni narrationem veniamus; pauca hic de ordine Consulatum horum temporum dicturi sumus. Nescimus quo consilio, Fastos Consulares (a) alii invertentes, ponant anno superiori horum Consulatum, & Consulatus ejus anni in hunc rejiciant. Certum quem in his sequamur, præter Dionem, auctorem vel antiquiorem vel fideiorem invenimus neminem. Quod si Suetonius, non semel tantum Caium gessisse Consulatum, sed & quater, dicat his verbis (b): *Consulatus quatuor gessit: primum ex Kalendis Januarii per duos menses, secundum ex Kalendis Januarii per triginta dies, tertium usque in Idus Januarii, quartum usque ad septimum Idus ejusdem; singulis plane sui Imperii annis ipsum Consulatum ordinarium esse creatum significans: non ab eo discrepat Dio, qui & ipse testatur anno septingentesimo nonagesimo ab Urbe condita, post Consulatum Proculi & Nigrini, ipsum deinceps quotannis Consulatum gessisse. Eo vero anno, quo Imperium adiit, cum iidem Proculus & Nigrinus Consules creati invenirentur, post sex menses ipse cum Claudio patruo iniit Consulatum: sed non ponitur is Consulatus in Fastis, quod suffectus potius quam Consul ordinarius haberetur. Cæterum, non omnes illi anni quatuor Caji Consulatu notantur ab eodem Dione & aliis, sed duo ultimi a suffectis Coss. Unde autem id acciderit, non invenimus: cum præsertim ejusdem Dionis (c) auctoritate constat, ordinarios Consules qui ab anni exordio cœperint, solitos semper dare nomen anno, etiam si paucis diebus eo munere functi, cæteris postea suffectis cesserint: constatque testimonio Taciti (d), quantumvis criminoforum Consulatum & Reipublicæ rebellium nomina e Fastis expungi haud solita. Sed missis his; quæ de rebus gestis hoc anno reperuntur, agamus.*

(a) Dio lib. 43.

(b) Tacit. lib. 3. Annal. cum agit de Pisoni.

(c) Dio lib. 59.

(d) Dio lib. 59.

II. Hoc igitur anno, iidemque Coss. Petrus monitu divino, primus omnium, Gentilem hominem Cornelium Centurionem baptizans, ceteris Gentibus aditum ad Ecclesiam referavit. Quo autem ordine hæc facta sint, Lucas, ut rem maximi ponderis, diligentiori studio scriptis manda-

CAII IMP.
2.

significet; ea de causa, quæ subdit inferius de Cornelio Centurione, in sequentem potius annum rejicienda putamus.

CAII IMP.
ANNUS
3.

vit; atque quisnam fuerit iste; qui primus omnium ex Gentibus sacro meruit initiari baptismate, egregie aperit. Cornelium quippe ait nomine nuncupatum, professione militem, munere Centurionem cohortis Italicae. Nec dubium ejus nationis illos fuisse milites, ex qua cohors tota erat denominata, nempe Italos: Centurionem vero e Romano nomine, Romanum etiam genere fuisse, conjectura facile persuadet: erantque cohortium nomina, sicut & legionum, quæ etiam denominatae (e) sæpe reperiuntur a provinciis, ex quibus milites delecti essent.

Non tamen opus fuit ut Italica cohors (quod multi perperam sunt opinati) legionis Italicae esset; sicut nec necesse erat ut Italica legio nonnisi ex Italicis militibus constaret: nam ex aliis interdum nationibus suffici solitæ erant legiones: cuius rei probandæ causa, antiquam inscriptionem lapidis sepulchralis hinc describam (f).

D. M. GN. POMPEIO. POMPEIANO. EQUO. PUBLICO. TRIBUNO. LEGIONIS. III. ITALICÆ, PRÆFECTO. COHORTIS. AFRORUM. IN POMPEJA. CLEOBULA. ET. CLEOPATRA (FRATRI. KARISSIMO)

His addenda essent quæ in hanc sententiam libro se cundo scribit Vegetius, cum agit de officio Præfecti legionis. Non est ergo quod quis existimet cohortem, quam Lucas nominatam dicit Italicam, unam fuisse ex cohortibus legionis Italicae primæ, secundæ, vel tertiæ (tot enim erant ejus nominis legiones:) nam post hæc tempora, prima Italica a Nerone, secunda & tertia a Marco Aurelio Antonino institutæ esse noscuntur: id etenim Dio (g) manifeste testatur: quo etiam auctore (h) liquet Judæam provinciam ad hibernam fuisse traditam legioni Ferratæ vocabulo insignitæ, quæ & Sexta (quod eo ordine scripta esset) dicta erat; in qua Cornelius Centurio ducebat ordinem in una cohortium, quæ appellabatur Italica: ab Augusto enim ea legio sic ibi locata, nunquam recessisse reperitur usque ad Neronis tempora, quando alio est mandata, nempe in Armeniam; iterum vero reddita Syriæ, ac inde a Mutiano ducta est in Ita-

(e) Observat. Pan. vin. lib. de Imper. Rom.

III.

(f) Roma in adibus Cavaleriis.

(g) Dio lib. 59. (h) Dio lib. 59.

CHRISTI
41.CAII IMP.
3.

Italiam contra Vitellium. Sic igitur non a legione, sed a natione inditum est cohorti nomen, ut Italica diceretur: cum alioqui si fuissent ex legione Italica, potuissent non esse Itali.

IV. Qualis vero Cornelius Centurio fuerit, quibusve compositis moribus, Lucas quoque sic describit (a): *Vir autem quidam erat in Caesarea, nomine Cornelius, Centurio cohortis, quae dicitur Italica, religiosus, ac timens Deum cum omni domo sua, faciens elemosynas multas plebi, & deprecans Deum semper. Quoniam duce vel monitore affectus fuerit Evangelicam veritatem, docet his verbis: Is vidit in visu manifeste, quasi hora diei nona, Angelum*

SÆC. I. ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5532.
Anno Urbis 792.
Olymp. 204. an. 3.
An. C. 39.

© 20. D. 2. P. 29. MART. Indi. 12.

JESU CHRISTI 39. secundum Baronium 41.

CALIGULÆ IMP. 3.

I.
Consuler.

[1] AD num. I. Coss. Caius Aug. II. & L. Apronius Casianus, ut in Dissert. Hypatica loco citato monstravi adversus Onuphrium, in Fastis, qui hunc Consulatum in annum præcedentem confert, & anno præfenti Julianum & Asprenatem profertur. Em. Card. Norisius in Epistola consulari mihi dicata ait, me recte ostendisse in Suetonio cap. 17. loco horum verborum, ex omnibus duos novissimos conjunxit, legendum esse, ex omnibus tres ordinarios conjunxit, scilicet Consulatus, additque Card. Norisius, me scripsisse, Frontinum lib. 1. de Aquæductibus diversam epocham annorum Urbis secutum esse, quando ait: *Caius Casar altero Imperii sui anno M. Aquilio Juliano, & P. Nonio Asprenate Coss. anno U. C. DCCXC. duos ductus inchoavit.* Sed facilius responsio est, inquit Card. Norisius, alterum annum Caji Cæsaris initium sumere anno Urbis DCCXC. Christi XXXVIII. die XVI. Martii, quo ineunte aquæductus illos inchoavit, Juliano & Asprenate Coss. & quidem anno Urbis DCCXC. qui die XXI. Aprilis exibat, succedente anno DCCXCI. Et quamvis Frontinus diversam a Varroniana epocham forte usurpaverit, id non colligitur ex laudato testimonio, quod perperam pro opinione Onuphrii adducitur, cum veræ sententiæ apertissime suffragetur: neque enim annos Urbis mensis Decembris, sed Aprilis compleri certum. Ita Card. Norisius. At Frontinum diversam a Varroniana epocham usurpasse,

[1] Coss. Caius Aug. II. & L. Apronius Casianus. Vide Norisii epistolam consulari ad hunc annum. Nummi Caligulae TR. P. II. COS. II. & TR. P. III. COS. DES. III. Dio lib. LIX. pag. 640. Post hæc (Caius) iterum Consul. . . . gestoque per triginta dies Magistratu, ac sex mensibus L. Apronio Collega concessis, abiit consulatu, successore Sabinio (lege Sanquinio) Maximo, tum præfecto Urbis. Domitius Afer Cajo inscriptionem posuit, quod annum jam agens vicefimum septimum, alterum consulatum gereret, idem Dio lib. LIX. pag. 654. qui paulo post habet, abrogasse Caium Consulibus magistratum, quod ferias in natali suo non indixissent. Nonnulli putant, ex Kal. Julii ad Kal. Septemb. hoc anno Cn. Domitium Corbulonem, consulem fuisse, ac triduo post successum a Cajo Domitium Afrum. De Cn. Domitii Corbulonis consulatu Dio pag. 651. Fasti Idatii: Cæsare II. & Casiano. Prosperi Chronicon: Cæsare II. & Saturnino. Fasti Vindebonenses: Cajo Cæsare II. & Casiano.

Dei introeuntem ad se, & dicentem sibi: *Corneli. At ille intuens eum, timore correptus, dixit: Quis es Domine? Dixit autem illi: Orationes tuæ, & elemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu Dei. Et nunc mitte viros in Joppem, & accersit Simonem quemdam, qui cognominatur Petrus: hic hospitatur apud Simonem quemdam coriariam, cujus est domus juxta mare: hic dicit tibi quid te oporteat facere. Et cum discessisset Angelus, qui loquebatur illi, vocavit duos domesticos suos, & militem tuentem Dominum ex his qui illi parebant. Quibus cum narrasset omnia, misit illos in Joppem.*

Sed

se, suo loco demonstravi, non quidem ex laudato testimonio, ex quo id inferri non potest, sed ex aliis argumentis. Præterea jam Viris doctis observatum, Historiæ Augustæ Scriptores annos Urbis a Kalendis Januariis & Consulibus inchoare. Quare locus Frontini laudatus mendosus est, legendumque, anno Urbis condita DCCIXC. loco anno Urbis condita DCCXC. ut ibidem ostendi; Frontinus enim annum Urbis DCCIXC. aspicatur anno Christi XXXVIII. quo secundum computationem Varronianam anno Urbis DCCXCI. coepit. Mirum porro, Onuphrium in Fastis, ubi alios Consulatus a Frontino memoratos annis suis accurate reddit, quique ideo ejus annos Urbis numerandi rationem animadvertat, scribere Frontinum annum Urbis DCCXCII. vocare alterum annum Caji Cæsaris. Nam hoc Frontinus dicere non potuit, si epocham Urbis biennio tardius, quam Varro inchoavit, quod ipsemet Onuphrius agnovit, ut mox diximus. Cæterum cum is Caji Consulatus ad nullam Consulatum Cæsareorum regulam revocari possit, non dubito, quin ad illum anno Christi tricesimo quinto, quo adhuc Privatus erat, aut saltem tantum e familia Cæsareæ, a Tiberio Augusto designatus fuerit in quartum annum. Ut enim testatur Dio lib. 57. sub illius anni Consulibus, Tiberius Antii nuptias Caji Caligula celebravit. Nam ne harum quidem nuptiarum causa Romam venire volebat. Quemadmodum itaque Caligula, ubi Imperium adeptus, Claudium patrum, qui postea imperavit, in quartum annum iterum Consulatum designavit, ut infra dicemus ex Suetonio in Claudio cap. 7. sic Tiberius Augustus eodem honore Caligulam affect; ique Imperator factus Tiberii exemplum secutus est. Neque alia hujus Cæsaris Consulatus ratio esse potest, licet de ea designatione Historiæ Augustæ Scriptores taceant.

CHRISTI
41.CAII IMP.
3.

V. Sed quid interim Petrus? *Postera, inquit, die iter illis facientibus, & appropinquantibus civitati, ascendit Petrus in superiora ut oraret circa horam sextam.* Antiquus plane Hebræorum mos erat, ut Deum precaturi, loca superiora conscenderent. Ante enim quam templum ædificaretur, in excelsis montibus immolare consueverunt, secundum illud Regum (a): *Populus imolabat in excelsis: non enim ædificatum erat templum.* Habetur (b) de Christo, qui ascendebat in montem solus orare: & de Christi Ecclesia (c): *Cum introissent in cœnaculum, ascenderunt ubi manebant Petrus, & Joannes, & alii.* De Paulo quoque constat (d), synaxim fecisse Troade in superiore domus parte: nam liquet de tertio cœnaculo prolapsum esse auditorem Eutychem adolescentem. Et (quod præterieramus) de Judith habetur, (e) fecisse sibi secretum cubiculum in superioribus domus suæ. Sed ad Petrum redeamus: *Qui (inquit Lucas) cum esuriret, voluit gustare. Parantibus autem illis, cecidit super eum mentis excessus, & vidit cælum apertum, & descendens vas quoddam, velut linteum magnum, quatuor initiis submitti de cælo in terram, in quo erant omnia quadrupedia, & serpentina terræ, & volatilia cali. Et facta est vox ad eum: Surge Petre, occide, & manduca. At autem Petrus: Absit Domine, quia numquam manducavi omne commune & immundum. Et vox iterum secundo ad eum: Quod Deus purificavit, tu commune ne dixeris. Hoc autem factum est per ter: & statim receptum est vas in cælum.* Hæc Lucas.

VI. Quidam autem sibi voluerit cælitus ostensa visio, plane exitus declaravit; ita ut humana interpretatione non videatur indigere: nimirum eo mysterio, Ecclesiam ex Gentibus colligendam esse, significatum. Illæ quidem erant, de quibus olim dixerat Dominus (f): *Alias oves habeo, quæ non sunt ex hoc ovili: & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet unum ovile, & unus pastor;* quæ & agnorum nomine, quod posteriores in Christo natæ sint, designatæ, divina institutione Petri curæ commissæ fuerunt, cum illi dixit: *Pasce oves meas: pasce agnos meos.* Tunc quippe eos pascere coepit, cum illis pasci jubetur, ac dictum est ei: *Occide, & manduca;* sicut & Dominus de se ipso, dum cibaret verbo Samaritanam, quod æque palceretur, ait ad suos: *Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis.* Merito igitur non alicui aliorum Apostolorum, sed Petro tantum divinitus est apertum mysterium; quia nonnisi ipsi præceptum fuerat: *Pasce oves meas: pasce agnos meos.* Cumque idem ipse Petra a Domino fuerit cognominatus; uterque paries, Judæorum scilicet & Gentium populus, in ædificatione Ecclesiæ hac una

(f) Joan. 18.

Visionis mysterium.

simul erat petra jungendus. Hæc cum sint plana, omnibusque perspicua; videamus quidnam symbolicis illis signis, quod linteum quatuor submittebatur initiis, quodque tertio factum sit, significetur.

Licet non interpretis, sed historici fungamur munere: tamen quia res sunt hujusmodi, quæ ad Gentium spectant conversionem, & collectionem Ecclesiæ, cujus gratia scribendorum Annalium ratio est potissimum instituta; quid de ea re Patres scripserint, hic intexere, utile duximus. Per linteum quippe, quod tinea non corrumpitur, & nitore splendet, Ecclesiam significari non habentem maculam, neque rugam, Ambrosius (g), Augustinus (h), ac cæteri denique Patres sunt interpretati, & ut omittamus singulorum citare sententias, satis sit adducere S. Augustini verba: *Fortassis (inquit ille) quæritur etiam quare linteum erat, in quo erant illa animalia? Non utique sine causa. Novimus enim quod linteum tinea non consumit, quæ vestes alias corrumpit. Excludat unusquisque de corde suo corruptiones malarum concupiscentiarum, atque ita incorruptibiliter firmetur in fide, ut pravis cogitationibus tanquam tinea non penetretur, si vult ad sacramentum illius linteæ pertinere, quo figuratur Ecclesia. Quare ter de cælo submitsum est? quia ipse omnes Gentes, quæ pertinent ad quatuor partes orbis terræ, quæ disseminatur Ecclesia, quam significabant quatuor lineæ quibus vas illud connectebatur, in nomine Trinitatis baptizantur; in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti credentes innovantur; ut*

perineant ad societatem communionemque sanctorum, &c. Eadem quoque Cyrillus Alexandrinus (i), Gregorius (k), & alii.

Immundæ autem & feræ bestię, erant Gentes omnes Deum verum ignorantes, ut quæ turpibus ferisque imbutæ moribus, nec mansuere, nec pie recteque vivere noverant: idque Dominus, cum præceptum dedit de non vescendis immundis, plane per ea Gentes significans, sic docuit dicens (l): *Separate ergo & vos jumentum mundum ab immundo, & avem mundam ab immunda: ne polluatias animas vestras in pecore, & avibus, & cunctis quæ moventur in terra, & quæ vobis ostendi esse polluta. Eritis mihi sancti, quia sanctus sum ego Dominus, & separavi vos a ceteris populis, ut essetis mei.* Sic igitur quod separasset eos a Gentibus, ab immundis præcipiens animalibus abstinere, per ea Gentes significatas esse monstravit. Has Petrus piscator, idemque venator, verbi cassibus prehendere, easque sic jubetur occidere, ut melioris vitæ vivificaret usura; hæcque metro canens Arator diaconus, in fine ait:

Non deerit tua fama locis. Petrus omnia prendens

Beth.

VII.

(g) Ambrosius in Natali. Apost.

(h) Augustinus de div. ser. 26.

Ecclesiæ typus.

(i) Cyrillus in Levit. lib. 7. (k) Gregorius Moral. lib. 33. c. 26.

VIII. Gentiles per bestias significati.

(l) Leviticus 20.

Bethsaida satus urbe fuit: quæ nomine (Hebræo) Venatorum est dicta domus. Quam veterus ab illa Ecclesia venator adest, qui cuncta peragrans, Cinxit, & ad fidei collegit vestigia Gentes. Prædictum enim fuerat ab Hieremia (a) non solum de piscatione, sed & de veneratione Apostolorum. Sed jam, quod est reliquum historiæ, prosequamur.

Suscipiente Cornelio missa legatione, Petrus divino monitu cum illis Cæsaream petiit, Cornelium convenit, & quæ ille de sua salute acceperat divina responsa cognovit. Cumque tum ipsum, tum ceteros qui aderant, Evangelica imbueret disciplina: Adhuc loquente Petro (ait Lucas) cecidit Spiritus sanctus super omnes, qui audiebant verbum. Et obstupuerunt ex circumcissione Fideles, qui venerant cum Petro: quia & in nationes gratia Spiritus sancti effusa est. Audiebant enim illos loquentes linguis, & magnificantes Deum. Tunc respondit Petrus: Numquid aquam quis prohibere potest, ut non baptizentur hi, qui Spiritum sanctum acceperunt sicut & nos? Et iussit eos baptizari in nomine Domini Jesu Christi. Tunc rogaverunt eum ut maneret apud eos aliquot diebus. Hæc Lucas. Quæ autem post hæc facta sunt a Cornelio, Metaphrastes (b) describit: quæ cum antiquiori careant auctore, ac proinde de fide vacillant, libentius prætermittimus. Porro factum fuisse, sed post Zachæum, Cornelium Episcopum Cæsareensem, Romanum Martyrologium (c) testatur: quod & apud Clementem (d) legitur; licet sine auctore (e) alibi feratur creatus Episcopus Ilii.

Cæterum Cornelii domum in Ecclesiam Christi fuisse conversam, & adhuc Hieronymi tempore extitisse, ipsemet S. Hieronymus (f), S. Paulæ navigationem ac iter relegens, tradit, dum ait ipsam Cæsareæ invisisse domum Cornelii, jam Christi factam ecclesiam. Verum enim vero quod spectat ad res Petri Cæsareæ gestas: multa alia sunt in apocryphis Recognitionum libris, nomine Clementis insignitis; quæ ut mendaciis conferta, indigna sane existimamus, quæ una cum his, quæ vera certaque ac in omnibus denique habentur explorata, jungantur. Quantumlibet enim Clemens Romanus res ab eodem Petro gestas scripsisset, eas tamen ab Ebionæis hæreticis fuisse depravatas, auctor est Epiphanius, qui ait de illis (g): Utuntur autem & alii libris, nimirum Circuitionibus Petri appellatis, per Clementem scriptis, multa corrumpentes in ipso, & pauca vera relinquentes, vel ut ipse Clemens ipsos per omnia redarguit in epistolis Encyclicis, quæ in sanctis ecclesiis leguntur. Hæc Epiphanius. Testatur id ipsum Ruffi-

nus (h), qui existimavit eos esse etiam depravatos ab Ariantibus, seu Eunomianis. Quamobrem merito liber ille a Patribus tam Græcis quam Latinis invenitur esse proscriptus, ab Epiphanio (i), Athanasio (k), Philastrio (l), Gelasio (m) & aliis. Cæterum eisdem esse libros Recognitionum Clementis, cum his quos ab aliis Circuitus seu Periodos appellatos esse constat, nulla est dubitatio.

Quæ autem post hæc Cæsareæ ab Apostolo Petro facta, Hierosolymis, cum illic idem Petrus est reversus, contigerint Lucas (n) sic scribit: Audierunt autem Apostoli, & fratres qui erant in Judæa, quoniam & Gentes acceperunt verbum Dei. Cum autem ascendisset Petrus Hierosolymam, disceptabant adversus illum qui erant ex circumcissione, dicentes: Quare introisti ad viros præputium habentes, & manducasti cum illis? Quisnam fuit horum omnium inventor & instigator? nullus quidem Apostolorum, sed qui post Simonem primus omnium fuit hæresiarcha Cerinthus. Id sane Epiphanius (o) testatur his verbis: Hic quidem unus ex his fuit qui resistit sancto Petro, quando venit ad S. Cornelium, quando acceperat ipsum dignus factus visione Angeli, & Petrus dubitavit, & vidit visionem lintei, & quæ in ipso erant, & audivit a Domino, ut nihil inquinatum & immundum diceret: Hic igitur, ubi Petrus reversus est in Hierusalem, multitudinem circumcisorum commovit, dixitque quod ingressus esset ad viros præputium habentes. Fecit autem hæc Cerinthus, priusquam in Asia prædicaret prædicationem suam, & in profundius perditionis suæ baratrum incidere. Nam cum ipse circumcissus esset, adversandi videlicet gratia contra Fideles in præputio, per circumcissionem venabatur prætextum & occasionem. Cum autem Dominus semper curam hominum habuerit, & claritatem veritatis in filiis veritatis muniverit, & sancto Petro Apostolo dederit, ut & ipsum & socios redarguerit; manifesta facta est Cerinthi amentia. Dixit enim S. Petrus: Ego eram in civitate Joppe, &c. Recitat dicta a Petro tunc Hierosolymis repetita: ac demum post hæc: Verum, inquit, hæc tunc quidem tractata sunt & commota a prædicto pseudoapostolo Cerintho; quemadmodum etiam alias tum ipse, tum socii ipsius excitaverunt in ipsis Hierosolymis, quando Paulus rediit cum Tito, & hic dixit quod viros præputium habentes secum duxisset. Hæc Epiphanius.

Cæterum admiranda plane visa est omnibus Petri modestia: qui cum potestate sibi tradita, unico tantum verbo omnes illas potuisset dirimere controversias, illa in præsentiarum omiſſa, perinde ac si ex æquo cum sociis causa agenda esset, non-

nisi ratione eorum obiectioni satisfacendum putavit. Hæc namque considerans & admirans S. Gregorius, scribens ad Theodotum Patriciam (b) post multa de prærogativis Petro concessis enarrata, hæc addit: Et tamen idem Apostolorum primus tanta donorum gratia repletus, non ex potestate, sed ratione respondit, causam per ordinem exposuit: & inferius: Si enim cum a Fidelibus culparetur, auctoritatem quam in sancta Ecclesia acceperat, attendisset: respondere poterat, ut pastorem suum oves, quæ ei commissa fuerant, reprehendere non auderent. Sed si in querela Fidelium aliquid de sua potestate diceret, profecto doctor mansuetudinis non fuisset. Hæc Gregorius. Cum igitur Petrus cunctarum a se gestarum rerum rationem exactam petentibus reddidisset: Qui aderant (inquit Lucas) his auditis tacuerunt & glorificaverunt Deum, dicentes: Ergo & Gentibus penitentiam dedit Deus ad vitam.

Ex hoc namque tempore ostio fidei jam Gentibus reserato, non Petrus tantum, & Apostoli ceteri, sed ex discipulis complures, qui hæctenus non nisi Judæis prædicaverant Evangelium ex tunc cum occiso Stephano dispersi fuerant, Gentibus etiam Christum annuntiare cœperunt, ut idem Lucas (b) subdit his verbis: Et illi quidem, qui dispersi fuerant a tribulatione quæ facta fuerat sub Stephano, perambulaverunt usque Phœnicem, & Cyprum, & Antiochiam, nemini loquentes verbum nisi solis Judæis: Erant autem quidam ex eis viri Cyprii, & Cyrenæi, qui cum introissent Antiochiam, loquebantur & ad Græcos, annuntiantes Dominum Jesum. Et erat manus Domini cum eis: multusque numerus credentium conversus est ad Dominum. Hæc Lucas: quæ autem post hæc narrare pergit, quoniam alio tempore facta sunt, opportunius suo loco inferius referemus; cetera tamen, quæ hoc eodem anno facta esse noscuntur, hic secundum rationem Annalium describemus.

Hoc eodem anno, Olympiade ducentesima quarta, anno tertio, Matthæus Evangelista primus omnium (ut auctor est Eusebius c) Hebræico sermone Evangelium scripsit. Sed quod ad tempus spectat, his contradicere videtur Irenæus, (d) cum ait: Postquam surrexerit Dominus noster a mortuis, & induit sunt Apostoli superveniente Spiritu sancto virtutem ex alto, de omnibus adimpleti sunt, & habuerunt perfectam agnitionem: exierunt in fines terræ, ea quæ a Deo nobis bona sunt, evangelizantes, & caelestem pacem hominibus annuntiantes, qui quidem & omnes pariter habentes Evangelium Dei. Ita Matthæus in Hebræis ipsorum lingua scripturam edidit Evangelii, cum Petrus & Paulus Romæ evangelizarent, & fun-

darent Ecclesiam. Hæc Irenæus. Sed utra horum auctorum sententia probetur verior, diligentiori studio perquiramus. Si igitur Irenæi verba eo sensu quis putet esse accipienda, ut non nisi post Petri, ac demum Pauli Romam adventum, Matthæum Evangelium scripsisse dicat; magna quomodo profecto inde sequerentur absurda; siquidem Paulus non ante tertium Neronis annum Romam accessit, anno scilicet Domini, secundum a nobis initam rationem, quinquagesimo nono. Quod si ex sententia Irenæi velimus, non ante dictum tempus a Matthæo scriptum esse Evangelium; illud in primis quod est in confesso apud omnes, negare opus esset, Matthæum primum omnium Evangelistarum scripsisse Evangelicam historiam: siquidem non Marcus tantum, sed & Lucas ante Matthæum Evangelium scriptis mandasset: quandoquidem (ut ex his quæ inferius suis locis dicentur, apparebit) ante adventum Pauli Romam, uterque edidisset suum Evangelium reperitur. Sic igitur, si id Irenæo concedimus, affirmandum esset Matthæum non primum omnium, sed tertium ordine Evangelium scripsisse: quod non ceterorum omnium tantum, sed & ipsius Irenæi repugnat sententiæ, dum & ipse, sicut & alii omnes, Evangeliorum scriptores recensens, primo loco Matthæum numerat. Rursum & illud quod omnes æque confirmant, irritum redderetur ac falsum, nimirum Matthæum, antequam Apostoli in diversas Orbis provincias proficiscerentur, Evangelium scriptis tradidisset: siquidem ante adventum Pauli Romam fuisse divisos per Orbem terrarum Apostolos nulla est dubitatio. Cæterum, quod spectat ad Irenæi sententiam: cum dicat tunc a Matthæo Evangelium scriptum esse: cum a Petro & Paulo Romana Ecclesia fundaretur: non sic accipiendam esse putamus ejus verba, ut non nisi post Pauli Romam adventum id factum esse voluerit significare; sed potius intellexisse, ipso initio foundationis Romanæ Ecclesiæ, a Matthæo Evangelium esse conscriptum, cum scilicet Petrus Romam accessit, & tantæ molis erigendæ posuit fundamentum; quod factum est post quatuor annos, anno scilicet secundo Claudii Imp. Dominique quadregesimo quinto. Nec enim sic Irenæum de Paulo meminisse credimus, quasi non ante Pauli Romam adventum Matthæus scripserit: sed communi potius tum ipsius, tum ceterorum Patrum usu loquendi, cum de Romanæ Ecclesiæ foundatione sit mentio, Paulum æque ac Petrum nominasse: non quod Paulus eodem quo Petrus tempore Romam venerit, ac simul cum Petro primum fundamentum jecerit; sed quod desuper ædificaverit, ac denique eamdem Ecclesiam una cum Petro sanguine consecraverit.

Ann. Eccl. Tom. I.

L I Di.

L I Di.

L I Di.

nisi ratione eorum obiectioni satisfacendum putavit. Hæc namque considerans & admirans S. Gregorius, scribens ad Theodotum Patriciam (b) post multa de prærogativis Petro concessis enarrata, hæc addit: Et tamen idem Apostolorum primus tanta donorum gratia repletus, non ex potestate, sed ratione respondit, causam per ordinem exposuit: & inferius: Si enim cum a Fidelibus culparetur, auctoritatem quam in sancta Ecclesia acceperat, attendisset: respondere poterat, ut pastorem suum oves, quæ ei commissa fuerant, reprehendere non auderent. Sed si in querela Fidelium aliquid de sua potestate diceret, profecto doctor mansuetudinis non fuisset. Hæc Gregorius. Cum igitur Petrus cunctarum a se gestarum rerum rationem exactam petentibus reddidisset: Qui aderant (inquit Lucas) his auditis tacuerunt & glorificaverunt Deum, dicentes: Ergo & Gentibus penitentiam dedit Deus ad vitam.

Ex hoc namque tempore ostio fidei jam Gentibus reserato, non Petrus tantum, & Apostoli ceteri, sed ex discipulis complures, qui hæctenus non nisi Judæis prædicaverant Evangelium ex tunc cum occiso Stephano dispersi fuerant, Gentibus etiam Christum annuntiare cœperunt, ut idem Lucas (b) subdit his verbis: Et illi quidem, qui dispersi fuerant a tribulatione quæ facta fuerat sub Stephano, perambulaverunt usque Phœnicem, & Cyprum, & Antiochiam, nemini loquentes verbum nisi solis Judæis: Erant autem quidam ex eis viri Cyprii, & Cyrenæi, qui cum introissent Antiochiam, loquebantur & ad Græcos, annuntiantes Dominum Jesum. Et erat manus Domini cum eis: multusque numerus credentium conversus est ad Dominum. Hæc Lucas: quæ autem post hæc narrare pergit, quoniam alio tempore facta sunt, opportunius suo loco inferius referemus; cetera tamen, quæ hoc eodem anno facta esse noscuntur, hic secundum rationem Annalium describemus.

Hoc eodem anno, Olympiade ducentesima quarta, anno tertio, Matthæus Evangelista primus omnium (ut auctor est Eusebius c) Hebræico sermone Evangelium scripsit. Sed quod ad tempus spectat, his contradicere videtur Irenæus, (d) cum ait: Postquam surrexerit Dominus noster a mortuis, & induit sunt Apostoli superveniente Spiritu sancto virtutem ex alto, de omnibus adimpleti sunt, & habuerunt perfectam agnitionem: exierunt in fines terræ, ea quæ a Deo nobis bona sunt, evangelizantes, & caelestem pacem hominibus annuntiantes, qui quidem & omnes pariter habentes Evangelium Dei. Ita Matthæus in Hebræis ipsorum lingua scripturam edidit Evangelii, cum Petrus & Paulus Romæ evangelizarent, & fun-

darent Ecclesiam. Hæc Irenæus. Sed utra horum auctorum sententia probetur verior, diligentiori studio perquiramus. Si igitur Irenæi verba eo sensu quis putet esse accipienda, ut non nisi post Petri, ac demum Pauli Romam adventum, Matthæum Evangelium scripsisse dicat; magna quomodo profecto inde sequerentur absurda; siquidem Paulus non ante tertium Neronis annum Romam accessit, anno scilicet Domini, secundum a nobis initam rationem, quinquagesimo nono. Quod si ex sententia Irenæi velimus, non ante dictum tempus a Matthæo scriptum esse Evangelium; illud in primis quod est in confesso apud omnes, negare opus esset, Matthæum primum omnium Evangelistarum scripsisse Evangelicam historiam: siquidem non Marcus tantum, sed & Lucas ante Matthæum Evangelium scriptis mandasset: quandoquidem (ut ex his quæ inferius suis locis dicentur, apparebit) ante adventum Pauli Romam, uterque edidisset suum Evangelium reperitur. Sic igitur, si id Irenæo concedimus, affirmandum esset Matthæum non primum omnium, sed tertium ordine Evangelium scripsisse: quod non ceterorum omnium tantum, sed & ipsius Irenæi repugnat sententiæ, dum & ipse, sicut & alii omnes, Evangeliorum scriptores recensens, primo loco Matthæum numerat. Rursum & illud quod omnes æque confirmant, irritum redderetur ac falsum, nimirum Matthæum, antequam Apostoli in diversas Orbis provincias proficiscerentur, Evangelium scriptis tradidisset: siquidem ante adventum Pauli Romam fuisse divisos per Orbem terrarum Apostolos nulla est dubitatio. Cæterum, quod spectat ad Irenæi sententiam: cum dicat tunc a Matthæo Evangelium scriptum esse: cum a Petro & Paulo Romana Ecclesia fundaretur: non sic accipiendam esse putamus e-

Ann. Eccl. Tom. I.

L I Di.

L I Di.

(a) Hier. 16.

IX. Cornelius cum suis baptizatur.

(b) Metaph. 13. Septemb.

(c) Mart. Rom. 2. Febr.

(d) Clem. Const. lib. 7. c. 46.

(e) Orat. de Apost. apud Me. rap. die 19. Junii.

X. Domus Cornelii. (f) Hier. ep. 27.

(g) Epiph. hares. 30.

(b) Rufinus in Apolog. pro Orig. Hier. in Apolog. adversus Rufin.

(i) Epiph. hares. 30. (k) Athan. in Synopsi.

XI.

(l) Philast. de haresi.

(m) Gelast. in Conc. Rom.

(n) Ath. 11.

(o) Epiph. hares. 28.

De gentium acceptatione mota quaestio.

(a) Greg. lib. 9. epist. 39.

XIII. Apertum ostium gentibus.

(b) Ath. 11.

(c) Euseb. in Chron. (d) Irenæus lib. 3. c. 1.

De Matthæi Evangelio.

XII. Petri modestia.

XVI. Diverſa ab his, de tempore Matthæi Evangelii, eſt Nicephori (a) aſſertio, ſic dicentis: *Primus Matthæus Hebræis ſulutifero verbo prædicato (quandoquidem alio ad Gentes maturabat) ſermone patrio Evangelium ſuum quintodecimo poſt Chriſti aſcenſionem anno ſcripſit; atque eos relinquens, abſentiam ſuam ſcripto compenſavit.* Hæc ille. Sed erroris arguitur, dum putavit Apoſtolos non ante decimumquintum annum ab aſcenſione Domini ad Evangelii prædicationem per Orbem fuiſſe diviſos: quod plane falſum eſſe, ſuo loco demonſtrabimus. Ad hæc, illud eſt conſcriptum antequam ad externas provincias Evangelium prædicaturi proficiſcerentur Apoſtoli, nulla eſſe poteſt dubitatio: nam Bartholomæum profecturum ad Indos, Matthæi Evangelium deſcriptum ſecum detuliſſe, illiſque reliquiſſe, teſtantur Euſebius (b) atque Hieronymus (c). Eandem enim Matthæum inſiſſe rationem ſcribendi Evangelium; ut profecturus ad Gentes, eiſdem quos prædicatione Evangelica imbuiffet, ſcriptum a ſe Evangelium relinqueret, Euſebius (d) tradit his verbis: *Matthæus cum jam antea Hebræis verbum Dei prædicaffet, ſimulac in animo habuit ad Gentes proficiſci, Evangelium ſuum patrio ſermone conſcripſit, & quod illis, a quibus deceſſit, deſeſſe, dum præſens apud eos eſſet, videbatur, illud ſedulitate & labore ſcribendi omnibus ſuis quaſi numeris explevit.* Hæc Euſebius. Porro non in ipſo prociſctu profectioſis Matthæus Evangelium ſcripſiſſe putandus eſt, ſed cum primum reſerato divinitus Gentibus aditu ad Eccleſiam (quod hoc anno factum eſſe diximus) de profectioſe ad Gentes conſilium inierunt atque ſermonem habuerunt Apoſtoli. Sic igitur, de tempore quo ſcriptum eſt Matthæi Evangelium, Euſebio potius quam ceteris aſſentimur.

XVII. Tantum vero opus aggreſſum eſſe Matthæum, Judæis, qui crediderant, expoſcentibus, tradit Joannes Chryſoſtomus; (e) verum & id injungentibus ei Apoſtoliſ, Epiphanius (f) teſtatur his verbis: *Matthæus enim primus incepit Evangelium annuntiare; huic enim commiſſum erat ac impoſitum ut Evangelium prædicaret ab initio; & paulo poſt: Hic itaque Matthæus Evangelium ſuſcipere dignus judicatur; & juſtiſſimum hoc erat. Oportebat enim a multis peccatis converſum, & a telonio diverſum, in exemplum nobis futurorum ſalvati ab eo, qui ob ſalutem generis humani venit, ac dixit, Non veni vocare juſtos, ſed peccatores ad penitentiam; & ex telonio educto, atque ab iniquitate converſo, ſalutis prædicationem exhiberi, quo ab ipſo diſcerent homines adventum benigniſſi in Syntatis. Hæc Epiphanius. Athanaſius (g) de eodem ſic meminit: *Evangelium ſecundum**

(a) Niceph. hiſt. lib. 2. c. 45. Ratio Matthæi ſcribendi Evangelium.

(b) Euſeb. hiſtor. lib. 5. c. 10. (c) Hier. de ſcrip. Eccl. in Panteno c. 36. (d) Euſeb. hiſt. lib. 3. c. 18.

(e) Chryſ. hom. 1. in Mat. (f) Epiph. hæref. 51. Judæis exiſgentibus Matthæus Evangelium ſcripſit.

(g) Athanaſ. in Synop.

Matthæum ab ipſa Hebraica dialecto conſcriptum eſt, & editum Hieroſolymis; & interpretante Jacobo fratre Domini ſecundum carnem expoſitum eſt. De eodem Tertullianus (b) magna cum laude meminit, ſic dicens: *Matthæus fidiffimus Evangelii commentator & comes Domini, non aliam ob cauſam, quam ut nos originis Chriſti carnis compotes faceret, ita exorſus eſt: Liber generationis, &c.* idque eo conſilio factum eſt, ut qui ad Hebræos ſcriberet ſecundum carnem Chriſtum expectantes, eum jam veniſſe, & ex Abraham ſtirpe & ſemine David exortum in primis eſſe monſtraret.

Porro quod primum omnium Matthæi Evangelium eſſet editum, exſcriptum illud fuiſſe ab Apoſtoliſ, non tantum Bartholomæi, ſed & Barnabæ ſuadent exempla: hic quidem quantumlibet una cum Paulo Apoſtolatum accepiffet ad Gentes, ſecum tamen tuliſſe Hebraicum Evangelium a Matthæo conſcriptum, & apud ſe ſemper habuiſſe, atque una cum eo ſepultum fuiſſe, certiffimum eſt: reſoſſo enim Barnabæ corpore anno quarto Zenonis Imperatoris, una cum eo illique inherens inventum fuiſſe Evangelium ſecundum Matthæum Hebraice conſcriptum, hiſtoricorum illorum temporum vera aſſertione conſtare, ſuo loco dicemus. Cum igitur Matthæi Evangelii plura exſcripta eſſent exemplaria, Nazaræi illud etiam naſti ſunt: erant enim complures, qui cum ex Judæis facti eſſent Chriſtiani, & cum Evangelio Legem etiam eſſe ſervandam contenderent, ab Eccleſia ejeſti ſunt: Cæterum hi Evangelium Matthæi, quod ſemel acceperant, aliquandiu illibatam incorruptumque ſervarunt; de his enim Epiphanius (i) ſic ſcribit: *Habent autem Matthæi Evangelium perfectiffimum Hebraice; apud ipſos enim hoc clare, quem admodum ab initio ſcriptum eſt, Hebraicis litteris adhuc ſervatur.* Sanctus Hieronymus (k) iſtud ipſum ex Hebraico fonte ſe deſcripſiſſe teſtatur: ſic enim in primis, cum agit de Matthæi Evangelio, ſcribit: *Porro ipſum Hebraicum habetur uſque hodie in Caſarienſi bibliotheca, quam Pamphilus martyr ſtudioſiffime conſecit: mihi quoque a Nazaræis, qui in Beræa urbe Syria hoc volumine utuntur, deſcribendi facultas fuit. In quo animadvertendum, quod ubicumque Evangeliffa, ſive perſona ſua, ſive Domini Salvatoris, veteris Scripturæ teſtimoniis utitur, non ſequatur Septuaginta tranſlatorum auctoritatem, ſed Hebraicam: idem alibi: In Evangelio quo utuntur Nazaræi, quod nuper in Græcum de Hebræo ſermone tranſtulimus, quod vocatur a plerique Matthæi authenticum, homo iſte, &c.*

Quod ad Ebionæos ſpectat: eſti Matthæi uterentur Evangelio; depravatum illud

XVIII. Evangel. Matthæi exſcriptum ab Apoſtoliſ.

(i) Epiph. hæref. 29. (k) Hieron. de ſcrip. Eccl. in Mat. & comment. in Mat. c. 12.

XIX. lud

lud ab eis fuiſſe, inſuper & mutilatum, Epiphanius (a) docet: nec hoc tantum Nazaræi, & Ebionæi (b), ſed Cerinthus & Carpocras Matthæi Evangelium deſcripſerunt: ſed eo plane abuſi, e genealogia Salvatoris a Matthæo contexta ſic Chriſti humanitatem tantummodo didicerunt, ut divinitatem negarent. Quod vero Beda (c) Evangelium Matthæi, quo Nazaræi utebantur, non eſſe adnumerandum inter apocrypha exiſtimavit: (forte taſſe quod in decreto Gelafii nulla de eo, ſicut de cæteris, habeatur mentio) haud facile aſſentimur: nam cum Hieronymi teſtimonio in plerique locis ab eo citatis appareat nonnulla in eo diverſa ferri ab his quæ reperiuntur in Matthæi Evangelio quo Eccleſia utitur; periculofum eſſe putamus, id in aliam quam in apocryphorum claſſem referre, cum nonniſi una poſſit veritas eſſe. Atque haſtenus de Matthæi Evangelio.

XX. Sub hac eadem Olympiade ducentefima quarta, anno tertio, Pilatum olim Judææ Procuratorem miſeranda morte interiiſſe, Euſebius ſcribit his verbis: *Pontius Pilatus in multas incidens calamitates, propria ſe manu interfecit, ut ſcribunt Romani hiſtorici.* Hæc Euſebius: aſſerimur idipſum Caſiodorus in Chronico. Viennæ autem in Galliis id contigiſſe cum multi referant, Ado (d) ejuſdem civitatis Epifcopus in hunc modum rem ſcribit: *Pilatus, qui ſententiam damnationis in Chriſtum dixerat, & ipſe perpetuo exilio Vienna recluſus; tantique ibi irrogante Caio languoribus coarctatus eſt, ut ſua ſe tranſverberans manus, multorum malorum compendium moriſ celeritate quaſerit:* ſunt hæc verba Oroſii (e), licet ipſe de Vienna nihil. Quod vero recentiorum Græcorum (f) aliqui dicant Pilatum de nece Chriſti a Maria Magdalena Romæ judicio poſtulatam, ut commentum reſellimus. Cæterum de ejus interitu omnes æque conſentiant, ipſum ſumma deſperatione actum, ſibi necem intuliſſe.

XXI. Hoc eodem anno (ut ex Joſepho col. Ann. Eccl. Tom. I.

II. Ad num. XXI. Baronius loquens de Petronio, qui hoc anno Vitellio in Præfecturam Syria ſuceſſit, ait: *Sciendum eſt fuiſſe equeſtris ordinis, militia clarum, qui & ſub Auguſto (ut de eo teſtatur pleribus Strabo) adverſus Æthiopes copias duxerat: cæterum eum humili loco natum, ad equeſtrem perveniſſe dignitatem, auctor eſt Valerius Maximus lib. 4. cap. 7. Sed, ut obſervat Card. Norſius in Cenotaphis Piſanis Caſi & Lucii Cæſarum pag. 331. Baronius hunc Petronium Syria Præfidem cum aliis ejuſdem gentis conſundit, & temporis diverſitate non adnotata ex tribus Petroniſ unum facit. Petronius, cujus meminit Valerius Maximus, ab eodem nuncupatur L. Petronius; qui vero Syria præfuit, dicebatur P. Petronius, ſeu Publii prænomine ferebat, ut liquet ex Philone in libro de Legatione ad Caium. Petronius ſecundus Ægypti Præfectus*

(a) Epiph. hæref. 30. (b) Epiph. ibid. inſeruiſſus.

(c) Beda in Luc. c. 11. A quibus Matthæi Evangelium corruptum.

(d) Ado. in Chron.

(e) Oroſ. lib. 7. c. 5. (f) Niceph. lib. 2. cap. 10. Cæſaren. in comp. hiſt.

ligitur (f) amoto Vitellio a Syria præfectura, Petronius a Caio ad eam provinciam adminiſtrandam ſubrogatur: cui ipſe (cum ab omnibus coli ut deus vellet, ac ne Jovi quidem cederet, quippe (g) qui de inferendo Jovi Olympii ſimulacro Romam, deque illius effigie in ſuam mutanda, conſilium iniſſet) in mandatis dedit ut ſuam ſtatuum Hieroſolymis in templo locaret: quæ tamen reſa Petronio in annum ſequentem dilata eſt, ut idem auctor teſtatur his verbis: *Caius autem indigne ferens a ſolis Judæis ita ſe deſpici, Legatum in Syriam mittit Petronium ſucceſſurum Vitellio, jubetque ut cum valido exercitu invadat Judeam: & ſi ſponte id admittant, ſtatuum in templo Dei collocaret: quod ſi detrectent, bello devictos imperata facere adigat. Is ſumpta adminiſtratione rerum Syria, dedit operam, ut exequerentur mandata Caſariſ: contractiſque quantum poterat auxiliis, cum duabus legionibus hibernavit apud Ptolemaidem, primo vere bellum illaturus: quod & Caio ſignificavit per litteras, quæ collaudata ejus induſtria, hortatus eſt eum ad agendum gnæviter, & frangendam bello gentis contumaciam. Hæc Joſephus. Sed ut quis fuerit iſte Petronius intelligatur: ſciendum eſt fuiſſe equeſtris ordinis, militia clarum, qui & ſub Auguſto (ut de eo teſtatur pleribus Strabo b) adverſus Æthiopes copias duxerat: cæterum eum humili loco natum, ad equeſtrem perveniſſe dignitatem, auctor eſt Valerius Maximus (i).*

XXII. Jam vero quænam proxima cauſa indignationis Caſi in Judæos præceſſerit, ut de colofſo in templo erigendo conſilium inierit, atque decreverit: Philo (k), id Capitoniſ Quaſtoris litteris adſcribens, edocet: *Is, inquit, in Judæa præeſt exigendis tributis, inſenſus provincialibus: pauper enim eo profectus, nunc illis fraudatis, ditatus & accuſationem metuens, decrevit eos prævenire, & calumniis veras criminationes avertere, caſu quodam nactus occaſionem. Jamniam urbem Judææ cum*

subrogatus fuit ab Auguſto in locum Cornelli Gallii anno Urbis DCCXXVIII. ex Dione lib. 53. Strabo a Baronio laudatus lib. 17. ſcribit Legatos Candacis Reginae Æthiopum juſſos a Petronio Cæſarem adire: itaque in Samam profecti Cæſarem invenerunt in Syriam progredi paratentis: quod contigit anno Urbis DCCXXXIV. ex Dione lib. 54. At Petronius Syria Præſes Provinciam adhuc tenebat anno primo Claudii, nempe ſextageſimo ſexto ab eo anno, quo Caius Petronius (ſic a Dione lib. 54. nominatus) ab Auguſto profectus Ægypto datus fuerat. Tres itaque Petronii diſtinguendi.

Clariffimus Toſnardus ſcripſit ad me, extare in Gaza Regia varia Numiſmata epocha Antiochena ſignata, & inter ea unum Claudii Aug. in quo legitur ΕΠΙ ΠΕΤΡΟΝΙΟΥ q. id eſt, cha Antiochena exche-plicatur.

(f) Joſeph. antiq. lib. 18. c. 11.

(g) Suet. in Caio c. 22. Dio lib. 59. Caius ut Deus vult coli.

(b) Strabo lib. 17. (i) Valerius Max. lib. 4. c. 7.

(k) Philo de leg. ad Caium. Concitatur Caius in Judæos.

primis frequentem populo colunt promiscue, Judæi quidem pars maxima, nonnulla tamen etiam alienigenæ, qui malo fato subreperunt e finitimis regionibus: & cum sint inquilini, faciunt indigenis negotia, semper aliquid molesto adversus ritus Judaicos. Hi cum audirent ab advenis quantopere Caius pro deo coli cupiat, & quam infensus univere Judæorum geni sit; rati se nactos occasionem fruendis insidiis, ex tempore aram excitant e materia vilissima, luto formato in lateres, tantum ut molesti essent civibus: sciebant enim non laturos violari leges patrias, quod & secutum est. Conspicati enim & indignati regionis sacratæ ritus sacros sic aboleri, coorti eam sustulerunt de medio. Adversarii vero mox Capitonem adiverunt, qui fuit auctor totius hujus tragediæ. Is lucrum sibi oblatum existimans, cuius jamdudum cupidus erat, scribit Caii, exaggerando rem, & amplificando.

Capitonis opera Caius in Judæos impellitur.

XXIII.

His cognitis ille, ut opulentus & magnificus, jubet pro altari lateritio subverso in Jamnia, poni colossum inauratum in ipso templo urbis primariæ, consultoribus usus optimis & sapientissimis, Helicone veteratore scurræ nobili, & Apelle quodam tragædo, qui prius ætatis florem, ut fertur, venditaverat, tum vero fastidius se in scenam contulerat. Scenici autem, quorum est negotium & studium ut iheatis placeant, profligato pudore, probis & turpitudini sunt deditissimi: quibus artibus Apelles pervenit in consistorium ordinem: ut posset consulere Caius, alterum quomodo canendum, alterum quomodo ludendum salibus, omnia cura justitiæ tuenda, pacisque publicæ. Ita Helicon mancipium scorpionis simile Judæos petebat veneno Aegyptiaco. Apelles vero Ascalonio, nam inde oriundus erat. Est autem Ascalonitis perpetua similitudo cum finitimis Judæis sacrae terræ incolis. Verum illi bonorum consiliorum boni auctores paulo post impietatis suæ mercedem invenerunt; alter a Cato vinculis ferreis compedibus propter alia crimina, tortusque in rota ex intervallo sæpius, sicut quidam morbi solent stans diebus recurrere; Helicon vero in-

chenam Usserius in Annalibus Veteris Testamenti cum anno Periodi Julianæ 451. copulat; qui in annum Periodi Græco-Romanæ 544. convenit, quia, inquit, eo anno Pompeius Syriam in formam Provinciæ redegit, ut testatur Appianus pag. 244. & Antiochi nulla ratione habita, ab Antiochenis pecunias accipiens, civitatem fecit aurovov & suo jure uti permisit, ex Porphyrio in Græcis Eusebianis Scalligeri pag. 217. Verum enimvero, licet Syriam eo anno juris Romani factam esse in dubium revocari non debeat, in Græco Porphyrii nihil quoad tempus autonomiæ Antiochiæ concessæ habetur. Hæc Porphyrii verba Latine reddita: Philippus & Seleucus frater ejus & filius Grypi Antiochus, &

perfectus a Claudio Germanico Cæsare propter alias itidem culpas infamæ capitis. Sed ista post acciderunt. Littera a Cajo de statua dedicanda scriptæ sunt non temere, sed quantum fieri potuit accuratissime. In eis imperatum est Petronio Syriæ provinciæ Præsidi, ut ripensis exercitus, contra irruptiones Orientalium Regum & nationum opposit, dimidium ab Euphrate adversus Judæos duceret, ut prosequerentur statuum: non quo augustior dedicatio fieret, sed ut confestim periret si quis obstitet. Et paulo post:

XXIV. Petronius Maurus agit.

Cæterum Petronius, perlectis litteris, hærebatur anceps consilii: quippe qui nec detrectare poterat præ metu, non ignarus illum ne moram quidem latuum æquo animo, nedum tergiversationem. Nec rem agredi putabat tutum ac facile. Sciebat enim Judæos non unam, sed mille, si fieri posset, mortes subituros citius quam sustinerent vetitum aliquid facere. Omnes enim gentes libenter servant ritus patrios, sed Judæi præ ceteris. Cui enim leges suas credant oraculis proditas, easque discant a pueritia, in animis circumferunt barum expressas imagines, & semper intuendo admirantur ut honestissimas: alienigenas quoque harum observatores amplectuntur pro suis civibus, afros autem earum ac vituperatores habent pro hostibus; & in tantum abhorrent a quavis re suis legibus vetita, ut omnibus fortunis felicitatibusque humanis ad prævaricationem adduci nequeant. Sed nihil religiosius quam templum colunt, vel hoc argumento, quod certissima mors proponitur ultra septem interius penetrantibus: nam intra exterius accipiunt undecumque venientes suæ gentis homines. Hæc secum reputans Petronius, rem cunctanter agrediebatur, ratus [ut erat] facinus audax: advocatisque tamquam in animæ consistorium rationibus omnibus, scrutabatur singularum sententias: quas consentientes inveniebat, nihil in sacris novandum; primum quia sic jus naturæ pietatisque postuleret; deinde propter imminens periculum, non solum a Deo, verum etiam a læsis irritisque hominibus. Illud quoque cogitabat, quam populosa esset hæc natio, non ut alia com-

Antiochus filius Antiochi ab anno tertio 171. Olympiadis inchoantes inter se decertarunt. Et vitæ Antiochus ad Parthos profugit, & novissimo Pompeio seipsum tradidit, ut ab ipso reducendus in Syriam. Ille autem accepta ab Antiochenis pecunia, hujus quidem curam non habuit, sui juris autem civitatem esse permisit. Era tamen Antiochena in eo Petronii Nummo notata, ea est quæ Juliana vocatur, & deducitur a prima Julii Cæsaris dictatura, ideoque ab anno Periodi Græco Rom. 544. annusque XC. inchoatur autumno anni Christi XII. quo Claudius Imperium iniit. Quare Petronius anno quidem Christi XXXIX. præfecturam Syriæ iniit, sed post biennium Nummus ille percussus.

comprehensa unius regionis spatia, sed totum pena Orbem passim incolens: diffusa est enim per continentes provincias omnes atque insulas, adeo ut non multo pauciores sint indigenis. Tam multas hostium myriadas in se provocare, an non periculosa videri poterat alea? ne forte illis per omnes terras conspirantibus, & ad vim arcendam certatim in unum confluentibus, bellum exoriretur insuperabile: absque eo quod ipsam Judæam innumera multitudo incoletet, viri tum corpore valentissimi, tum animo fortissimi; parati prius generasam mortem oppetere, quam deserere mores ac ritus patrios, quantumvis calumniatorum opinione barbaros, cum revera sint liberales ac nobiles.

XXV. Rationes differendi præcepta Caii.

Terror etiam erant Transseptatenses copia: nam Babyloem & multas alias satrapias a Judæis teneri non aurius solum, sed & oculis compertum habebat: quod singulis annis sacra pecunia missaretur. inde in templum primitiarum nomine, quamquam per vias difficiles & asperas, qua tamen illis via regia viderentur, ad pietatem recta properantibus. Hæc Philo; qui mox subdit: Merito igitur timens, ne cognita hæc nova dedicatione, subito expeditionem susciperent, & hinc atque inde coorti, junctis copiis, inclusos in medio clade ingenti afficerent; retardabatur talibus cogitationibus: sed in diversum trahabatur contrariis: Dominum hæc jubere juvenem, utile judicantem quicquid ipsi collibuerit:

JESU CHRISTI
ANNUS
42.

- I. Anno Christi quadagesimo secundo. Caius solus tertium Consul Fastis. Consularibus adscribitur: non quidem id data opera, ut qui collegam habere sperasset; sed (ut testatur Dio. a) quod ei, qui designatus fuerat, mortuo, tam brevi spatio in concione alius subrogari non potuerit. Cæterum ab eodem auctore Pomponius secundus Consul eodem anno creatus nominatur; suffectus ne in locum Caii, qui Consulatum tenuit tantum (ut Suetonius (b) tradit) usque ad Idus Januarii, an ordinarius fuerit electus in locum demortui Consulis designati, non liquet.
- II. Hoc igitur anno, non antea (ut alii putant) Philo Judæus una cum collegis a Judæis Alexandriæ agentibus legatus ad Caium Imperatorem mittitur: ab Alexandrinis vero alii adversus eos sunt missi legati (inter quos Apion grammaticus, Judæorum infensissimus hostis) ad eundem Imperatorem. Rem gestam summatim sic Josephus (c) complectitur: Cum inter Judæos & Græcos Alexandriam habitantes exorta esset seditio; terti ab utraque parte delecti legati ad Caium missi ad Caium.

& semel decreta exequi contemnentem quamlibet noxia [ut qui præ superbia perverciaque transfiliens hominis terminos, in deos se ipse referat] impendere sibi capitale periculum, sive imperata faceret, sive non; sed si pareat, cum bello, cujus eventus anceps sit: sui jussa detrectet, certissimam a Cajo perniciem. Ad bellum promiores erant multi Romani adjutores in administratione rerum Syriacarum, quod scirent in se primum secuturum Principem, ut auctores inobedientia. Dabatur spatium deliberandi, dum pararetur statua: nam neque transmissa fuit ex Italia, Deo volente [opinor] & suos occulto favore protegente ab injuria: neque jussus est e tota Syria lectissimam sumere: alioqui præpropere violatis legibus, exortus fuisset repentinus tumultus, priusquam experiri posset utile consilium: nam subitaneus casus ingruentes vim rationis bebetant. Itaque Petronius in propinquo jubet parari statuum; & accitis a Phœnicia peritissimis artificibus; præbet materiam, officina Sidone instituta. Hæc Philo de his quæ hoc anno hæctenus sub silentio gesta Judæos latebant. Cætera vero ut contigerunt, suo loco dicemus. Hæc enim de Judæorum ærumnis ad Annales Ecclesiasticos pertinere quis dubitat? nam his Dei vindicta in Judæos Cæsarem appellantes & Christum negantes, Caji furore progredi armata, numine impellente, conspiciuntur.

CAII IMP.
ANNUS
4.

se sunt. Apion vero, Alexandrinorum legationis princeps, multa in Judæos factavit crimina, interque cetera, quod Cæsarem non prosequerentur dehitis honoribus: nam cum quam late patet orbis Romanus, Cajo extruantur templa & altaria, & pari honore colatur cum ceteris: numinibus: solos istos turpe putare dedicare illi statuas, aut jurare per nomen Cæsaris. His acerbe invecito Apione, nullifque aliis quæ ad exasperandum Caium facerent; Philo e Judæorum legatis prior, vir per omnia clarissimus, Alexandri Alabarchæ frater, & non imperitus philosophia, parabat causam suæ gentis agere. Sed repulsus est a Cæsare, jubente illum abire, & per iracundiam vix temperante ab injuria. Qua propter ejectione conditio; conversus ad Judæos affectatores: Nunc, inquit, oportet bono esse animo, quando Caius iratus est: nunc enim Deus contra illum aderit. Hæc Josephus. Sed ipsum tamen errare certum est, dum ait ternos legatos ab utraque parte missos; cum ipse Philo, qui unus ex legatis fuit, quinque a Judæis esse missos.

III.

fos testetur: qui & egregium commentarium de sua ad Caium legatione conscripsit; ex quo aliqua ad historiam spectantia decerpta hic intexere, nec inutile nec injucundum fore duximus. Cum ergo venissent Romam, quid egerint post frustra tentatam gratiam Heliconis apud Imperatorem viri præcipui, sic scribit Philo (a): Placuit offerri Cato libellum continens lib. de leg. tem summam calamitatum, & earum de ad Caium. precationem: id erat ferme compendium supplicationis prolixioris, quam per Agrippam Regem paulo ante miseramus: nam is forte fortuna venerat Alexandriam, navigaturus in Syriam in suum regnum, quod ab imperatore acceperat. Sed ignorabamus etiam tum quam falleremur. Ex quo enim primum oram solvimus, putabamus nos inventuros reddentem jura judicem: at ille erat hostis implacabilis, alliciens, ut tum videbatur, vultu hilari, & appellationibus comibus. Exceptos enim nos primum in Campo Martio, cum e maternis hortis exiret, resalutavit, & dextera innuit se propitium: missoque ad nos Romulo, qui legationibus admittendis præerat, pollicitus est se cogniturum nostram causam per otium: ita ut tota corona circumstantium gratulareretur nobis, tamquam voti compotibus, atque etiam nostrates quotquot ex aspectu de rebus judicant. Ego vero, qui plus per ætatem & eruditionem sapere videor, suspecta habebam illa quæ exhiberant alios. Sic enim cogitabam: Quid sibi vult, quod cum tot adsint legationes propemodum ex omnibus, Orbis regionibus, ait se nos solos auditurum? nec enim ne-

(d) Philo (a): Placuit offerri Cato libellum continens lib. de leg. tem summam calamitatum, & earum de ad Caium. precationem: id erat ferme compendium supplicationis prolixioris, quam per Agrippam Regem paulo ante miseramus: nam is forte fortuna venerat Alexandriam, navigaturus in Syriam in suum regnum, quod ab imperatore acceperat. Sed ignorabamus etiam tum quam falleremur. Ex quo enim primum oram solvimus, putabamus nos inventuros reddentem jura judicem: at ille erat hostis implacabilis, alliciens, ut tum videbatur, vultu hilari, & appellationibus comibus. Exceptos enim nos primum in Campo Martio, cum e maternis hortis exiret, resalutavit, & dextera innuit se propitium: missoque ad nos Romulo, qui legationibus admittendis præerat, pollicitus est se cogniturum nostram causam per otium: ita ut tota corona circumstantium gratulareretur nobis, tamquam voti compotibus, atque etiam nostrates quotquot ex aspectu de rebus judicant. Ego vero, qui plus per ætatem & eruditionem sapere videor, suspecta habebam illa quæ exhiberant alios. Sic enim cogitabam: Quid sibi vult, quod cum tot adsint legationes propemodum ex omnibus, Orbis regionibus, ait se nos solos auditurum? nec enim ne-

SÆC. I. Anno Urbis 793. Olymp. 204. an. 4. An. C. 40.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5533.

21. CB. 3. P. 17. APRIL. Indi. 13.

JESU CHRISTI 40. secundum Baronium 42.

CALIGULÆ IMP. 4.

I. Consules.

[1] A D num. I. Coss. Caius Aug. III. solus Consulatum gessit juxta quartam Consulatum Cæsareorum regulam, propter nempe bellum Britannicum, ex quo redux, ovans Romam Natali suo ingressus est, inquit Suetonius in Ca-

[1] Coss. Caius Augustus III. solus; nempe sine collega. Nummi cum TR. POT. III. COS. III. Caius Cæsar Lugduni tertium Consulatum solus iniiit, quod defunctum sub Kalendarum diem collegam rescisse absens non poterat, inquit Tranquillus in vita cap. XVII. Dio item lib. LIX. pag. 658. 659. Itaque consule eum tertium, nemo tribunus plebis, aut prator ausus fuit convocare Senatam; Collegam enim Caius non habebat, non quidem (sicut putant quidam) quod data opera, id ab eo factum, sed illo qui designatus fuerat, mortuo, tam brevi spatio in concione, alius ei subrogari non poterat. Mox vero: donec nuntiatum est Roma, die duodecima Caium magistratu se abdicasse, tunc accepto consulatu ii qui designati erant, officio suo functi sunt. Qui fuerint autem hi consules, Dio non tradit; Pighius, Ex Prid. Id. Jan. L. Cellium Publicolam, & M. Cocceium Nervam; Ex K. Jul. Sex. Junium Celerem & Sex. Nonium Quintilianum, Consules fuisse tradit. Facti Vindebonenses & Idatiani habent: Cato Cæsare III. solo. Prosperi Chronicon; Cæsare & Juliano.

scit nos esse Judæos, contentos si æquaremur cæteris: cæterum prærogativam sperare apud alienigenam juvenem & liberæ potestatis dominum, non procul absuerit ab insania: atque utinam judicem præstet partibus, non patronum illis, nobis adversarium. Hæc reputans, trepidabam, inquietus noctu & interdium. Ita mentem me, gementemque (nec enim tutum erat interpellari Principem) alius casus inopinatus repente perterruit, non parti Judæorum, sed universis periculum afferens.

Veneramus ex Urbe Puteolos, Caium secuti: descenderat enim ad mare, morabaturque circa eum sinum, nunc hanc villam visendo, nunc aliam, quæ multa ibi sunt & splendida. Nos vero de agenda nostra causa sollicitos, quippe qui accersere expectabamus continuo, accedii quidam suffusus trepidisque oculis obviens & anhelus: cumque paululum seduxisset (adstabat enim quidam in proximo) Audis ne, inquit, novi quidpiam? Simulque conatus rem eloqui, fetu oborto impeditus est: deinde rursus exorsus narrare, iterum atque tertio fuit ad eundem modum inhibitus. Nos vero conspectu ejus territi, obsecrabamus indicaret quamobrem venisset: non enim venisse propalam flendi gratia: quod si quid esset dignum lacrymis, faceret nos earum participes, assuetos jam calamitatibus. Tandem ille, crebro singultiens: Perii nobis templum. Jubeat Caius poni sibi colossum in adytis intimis, adscito in titulum Jovis cognomine. Nobis vero attonitis miraculo, & in vestigio præ stupore harentibus (muti enim stabamus & enerv-

IV. De statua in templo inrenda nuntium.

V. De statua Caji locanda in Templo.

ves, defectis corporis viribus) supervenerunt alii doloris ejusdem nuntii: deinde omnes simul conclave ingressi, & inclusi, deplorabamus fortunam privatam atque publicam, suggerente dolore querimonias: nihil enim calamitosi loquacius. Tadebat enim, ac pœnitebat, quod ad deprecandum injurias, quas quotidie pateremur, medio hiemis trajecissemus vasta maria, ignari nobis imminere tempestatem in terris longe sæviorum jactatione maritima. Hæc ille, qui dehinc quam percontati erant a nunciis tanti mali causam, & de rebus gestis Janniæ, deque litteris ad Petronium scriptis de statua in templo locanda (quod nos suo loco superius diximus) acceperunt, enarrat. At licet quod Janniæ factum esset, cunctis innotescere potuisset; tamen quid Caius in Judæos statuisset, hæcenus latuisse videtur: Petronius enim, qui non nisi tranfacta hieme consilium Caji detegere, ejusdemque jussionem aperire, scriptis ad Caium litteris (ut vidimus) statuerat; adventiente jam statuto tempore, rem in hunc modum, ut idem nuntii retulerunt, & Philo descripsit, aggressus est.

Dum statua colossæa Sidone pararetur; honoratiorum Judæorum sacerdotes & magistratus evocat, indicaturus eis Caji mandata, simulque suasurus ut patienter ferant jussa domini, & caverent mala imminentia: paratum enim esse robur exercitus Syriaci ad edendas per totam eorum regionem strages maximas: putabat enim si horum præmolliret animos, posse per eos moveri ad obsequium ceteram multitudinem. Sed valde sua opinione deceptus est: percussit enim ad primum ejus rei mentionem, tamquam in præsentem calamitate, obmutuere, quasi e fonte profundendo lacrymas, capillos barbasque vellendo cum lamentis hujusmodi: In quo nimis beati senescendo pervenimus, ut quod nemo majorum unquam vidit, nos spectaremus: quibus tandem oculis, & hos enim prius abiiciemus cum ærumnosa vita & miserabili, quam tantum nefas inspicimus, quod nec auditus, nec mens sustinet. Interea qui in sancta urbe ceteraque regione famam hujus conatus audierant, velut de communi sententia coorti, tesseram dante dolore publico, profecti sunt uno agmine, desertis oppidis, castellis, & ædibus; continuatoque itinere venerunt in Phœniciam, ubi tunc agebat Petronius. Id Petroniani quidem conspicati cursim ei renuntiaverunt caveret sibi a turbis, infestum agmen existimantes: moxque nullis stipata satellitiis multitudo Judæorum, ceu nubes, repente supervenit, totam Phœnicem occupans; ut miraculo esset nescientibus gentis frequentiam. Ac primum tantus clamor cum fetu planctuque sublatus est, ut hebetaret aures præsentium; nam & postquam desit,

durabat ejus sonitus. Secutæ sunt compellationes ac preces, quales dictare solent calamitosa tempora. Erant autem distribuiti in sex ordines, seniorum, juniorum, puerorum: rursus alia parte anuum, mulierum, virginum. Ubi vero Petronius in loco superiore conspectus est, universi ordines velut ad unum edictum humi procumbunt, supplices cum ululatu quodam febili: jussique surgere, & accedere propius, vix tandem surrexerunt, & conspersi multo pulvere, deflucetisque lacrymis accedebant, reductis in tergum more damnatorum ambabus manibus.

Tum Senatus (ipsum scilicet Concilium septuagintaduorum seniorum, Synedrin appellatum) stans sic locutus est: Inermes (ut vides) adsumus, ne quis nos dicat venire hostiliter: manus autem pro armis a natura datas retro fleximus otiosas; præbemus & corpora ad certos ictus ferre volentibus. Uxores, & liberos, familiasque adduximus: supplices tibi, & per te Cajo advolvimur, domi relicto nemine, orantes ut aut omnes servetis, aut omnes internecone deleatis. Sumus, Petroni, & natura pacis cupidi & studio, ad quam nos trahit cura alendorum liberorum ex nostris laboribus. Cajo Imperium adepti, primi ex tota Syria gratulati sumus, Vitellio, cujus successor es, tunc in nostra urbe degente, qui super hac re litteras acceperat, & a nobis ad cæteras civitates fama latum nuntium pertulit: primum nostrum templum excepit pro Imperio Caji victimas; ut primum aut etiam solum prævareretur religione patria. Decedimus urbibus, cedimus privatis ædibus & possessionibus: suppellectilem vel pretiosissimam ultro vobis in prædam offerimus, eo animo, ut nos putemus non dare, sed accipere. Unum pro his omnibus petimus, ne quid in templo noveretur, utque servetur tale, quale a majoribus nobis est traditum. Id si non impetramus, necandos nos præbemus, ne videamus viri quod est morte gravius. Audimus, pedestres equestresque adversus nos parari copias, si dedicationem impediamus. Nemo ita insauit, ut servus se opponat domino: libenter jugulabimur, cadant, mactent, frustratim concidant; sine certamine ac suo sanguine agant quicquid libet victoribus. Quid opus est exercitu? Nos ipsi egregii sacerdotes immolabimus victimas; adducemus ad templum mulieres, uxoricidæ; fratres sororesque fratricidæ; pueros, puellasque innocentem ætatem, puericidæ (tragicis vocabulis utendum est in tragicis calamitatibus). Deinde in medio eorum stantes abluti cognato sanguine (nam talia lavacra ad inferos properantibus conveniunt) admiscebimus & proprium, nosmetipsos jugulando insuper. Morientium hoc mandatum erit ultimum: ne Deus quidem nos accuset, quem utrius-

VI. Quid Judæi supplices ad Petronium.

utriusque rationem habuerimus, & Imperatori debita reverentia, & sacrarum legum custodia, id fiet, si vitam hanc vendam contempserimus.

VII.

Audivimus priscam fabulam e Græca literatura profectam, tantam vim fuisse Gorgonei capitis, ut hac visa, homines confestim verterentur in saxeos: id quamquam fabulosum videatur, negari tamen non potest simile quiddam magnos nec opinatos casus efficere. Ita domini mortem affert, aut quiddam morti proximum. Putas, Petroni, si (quod absit) aliqui nostrates viderent in templum deduci statuam, non in saxa mutatum iri, oculis stupentibus, & per singula membra sopito naturali motu corporis? Extremum, Petroni, hoc erit nostrum votum æquissimum: non contentimus ne imperata facias: dilationem tantum petimus; & oramus supplices, ut nobis liceat legatos ad dominum mittere. Fortassis impetrabimus, ne religio cælestis numinis, ne leges sanctissima aboleantur, neve ultimis etiam posthabeamur gentibus, quibus sui ritus manent incolumes; ne decreta ejus avi proavique temerentur, nostros mores approbantia, diligenterque confirmantia: Forsan his auditis fiet mollior: Non semper eadem sunt voluntates Principum, iratorum vero vanescunt celerime. Petiti sumus calumniis, permittite adhibeamus remedium: Durum est injudicatos damnari. Si nihil impetramus; quid vetat, ne quæ nunc vult, tunc faciat? Ante missam legationem noli præcidere spem tot millium, non de lucro, sed de pietate contententium, immo & de lucro: quod enim homini lucrum est sanctitate utilius? Hæc tum dicta sunt magna contentione magnoque desiderio ab honoratissimis, singulientibus & anhelis, lacrymis simul ac sudore fluentibus, ut jam Petronio ceterisque miserationem moverent: erat enim mitis ingenio, & verbis factisque flexibilis; & videbantur æquum postulare: aspectu quoque nihil erat miserabilius. Hac tenus Philo.

VIII. Christia-
norum er-
ga Judæos
officia.

Sed quid tum qui erant ex Judæis Christo credentes? Par est credere, contribulibus suis, ea accepta occasione, ad memoriam revocasse execrandum facinus in Christum innocentissimum, & de omnibus optime meritum, perpetratum: quod illum primum abjecissent, ac in crucem agendum sic clamassent: Tolle hunc, crucifige. Nam & illud ipsum crucis Christi volebatur tempus, nempe Paschale, quo fruges in Judæa maturæ jam erant ad messem, cum hæc coram Petronio facta sunt; ut idem Philo paulo inferius tradit: Paschali enim tempore manipulus spicarum (a) offerebatur. Adjecisse insuper, quod cum Christum negantes, se non nisi Cæsarem habere Regem contestati essent, iuste modo digneque Cæsarem sibi iratum,

(a) Levit.
23.

experirentur. Ac denique, quod qui contempserunt, carceri mancipassent, ac flagellis subjecissent salutis viam admonentem Petrum; Petronium adire, pedibusque illius advolvi & colla subicere cogentur. Adhuc etiam addidisse, hæc ipsa & his majora a Christo prædicta fuisse: nimirum abominationem desolationis in templo esse videndam, civitatem sanctam expugnandam, templumque excidendum. Hæcque & alia id genus commemorasse, non quidem insultantes, sed commiserantes, & cum fletibus flentes: sicut olim Ruben fratribus suis (b) calumnias patientibus in Ægypto, & hæc loquentibus; Merito hæc patimur, quia peccavimus in fratrem nostrum, videntes angustiam animæ illius, dum deprecaretur nos, & non audivimus: idcirco venit super nos ista tribulatio, dixerat: Nunquid non dixi vobis: nolite peccare in puerum: & non audistis me? En sanguis ejus exquiritur. Eisdemque rursus tunc summis a Deo precibus contendisse putamus (ut olim Hieremias, Daniel, & alii viri sancti fecere) ne tam cito de rebellante sibi populo vindictam sumeret, sed adhuc expectaret, si forte admitti sceleris poenitentes, viam salutis ingredientes (quod fecerant plurimi) Christum, quem eiecerant, avidius reciperent, ac prædicarent. Quorum precationibus etiam factum existimamus, ut Caji consilium irritum redderetur & flagellum imminens differretur.

(b) Genes.
42.

IX.
Petronii
consilium
Judæis
utile.

At vero quid tum Petronius (ut quod narrandum suscepimus, finiamus) decreverit, Philo persequitur: Habita igitur, inquit, consultatione cum assessoribus: animadvertens partim nutare & ambigere qui modo rigide adversati fuerant, partim præjudicare, & miserationem non dissimulare; gaudebat eorum voluntatibus: & quamvis nosset iram Imperatoris implacabilem, & naturalem sævitiam; tamen videbatur afflatus aura quadam philosophiæ, pietatisque Judaicæ; sive jam ante vir doctus ex litteris aliquid hauserat, sive ex quo præfecturam adeptus est provinciarum Asiæ Syriæque in quibus oppidatim degunt Judæi plurimi; sive suapte natura erat ad res cognitum dignas docilis. Solet autem Deus bonis viris bona suggerere consilia, tum ipsis, tum Republicæ commoda: quod tunc quoque contigit. Quid igitur decretum est? Ne properarent opifices, sed darent operam ut statua summo expoliretur artificio, & quantum fieri posset exprimerent exemplaria laudatissima, quo sit durabilior: Nam opera extemporanea non temere diuturna fieri; accurata aeternam ferre molus. Cæterum legationem mittere, non est concessum Judæis: nec enim ipsis tutum esse rem committere domino, qui possit omnia.

Interim

X.
Prætextus
Dilatationis.

Interim postulatis nec annui nec renui placuit, quod utrumque periculosum esset, sed litteras ad Caium mitti sine accusatione Judæorum, dissimulatis eorum supplicationibus: causam autem dilata deditio- nis referri in opifices, quibus necesse sit dari certum spatium temporis: eas moras afferre posse amplioris dilationis occasionem, & forasse tandem ipsum Caium exorari se passurum. Erant enim tum maturatione segetes; & imminendum erat ne deplorata religione, homines quoque vitam contemnerent, & vastatis agris suasmet fruges late per campos collesque incendere. Sollicitabat etiam cura colligendorum fructuum tum arboreorum tum arvalium. Ferebatur enim, constituisse Imperatorem navigare in Ægyptum Alexandriam: nec videbatur verisimile, tantum Principem per altum mare se objectaturum periculis, vel propter comitantis classis magnitudinem, vel propter curam corporis, facilius iter circumventi per Asiam & Syriam: sic enim quotidie fore illi copiam vel conscendendi naves, vel exscendendi, præsertim ducendi longas, non onerarias, quibus ora legitur utilius: sicut onerariis per altum sit velificatio. Erat igitur opus, pabulum & annonam parari per omnes urbes Syriæ, præcipue maritimas: expectabatur enim ingens multitudo terra marique ventura, non solum ab Urbe atque Italia, sed & ab intermedis provinciis, partim honoratorum, partim militarium, equitum, peditum, navalium nec minor servorum numerus quam militum: & requirebatur non tantum modus necessarius, verum etiam Cæso digna rerum copia. Eas litteras postquam perlegit Imperator, daturus putabatur veniam, atque etiam prudentiam laudaturorum qui moras necerent, non in Judæorum gratiam, sed propter convectationem fructuum. Ea sententia comprobata, scriptæ sunt litteræ, & expeditis nuntiis traditæ assuetis itinerum compendio.

XI.
Caius in
Petroni-
um com-
movetur.

His acceptis, ille inter legendum excandescibat, vultu præferens iracundiam. Ubi vero desit; complois manibus, Euge Petroni, inquit, non didicisti audire Imperatorem, tumens continuatis hæc magistratibus? Videris ne ex fama quidem Caium nosse, quem experieris non multo post. Cordi tibi sunt leges Judæorum, gentis mihi inimicissimæ; Principis mandata negligis? Timuisti multitudinem? quasi non haberes militum copias formidatas Orientalibus, atque adeo ipsis Parthorum Regibus. Sed miseratus es? Ergo minus apud te valuit Caius, quam misratio? Causaris messem? tibi brevi sine excusatione ferro caput demetetur. Causaris collectionem fructuum in adventum nostrum parandorum? scilicet si Judæa fieret sterilis, deerant finitimæ provincia, quæ victum præberent, unius inopiam suppletura suis Ann. Eccl. Tom. I.

proventibus. Sed cur tempero a manibus? cur meam voluntatem enuntio? Ille mercedem accepturus, cladem suam primus sentiat. Desino minari; irasci non desino. Tum brevi mora interjecta, cuidam ab epistolis dictat responsum ad Petronium, laudans in speciem ejus providentiam, & in prospiciendis futuris solertiam: vehementer enim timebat Præsides, quod illis promptum esset res novas moliri, præsertim in magnis provinciis apud magnos exercitus, qualis est ad Euphratem tractus Syriæ. Delinito igitur per litteras homine, ad tempus iram regebat implacabilem. Deinde mandatum addidit, ne ullam curam præverteret dedicationis negotio: jam enim messes convectæ esse poterant, & cessabat illa seu vera, seu affectata excusatio. Nec multo post advenit Agrippa Rex, more suo Caium salutaturus, plane ignarus epistola Petronii, quidve Caius rescriptisset: conspiciebat tamen statim e vultu nubilo, eum latentem iram coquere: retrahabatque intra se, ne quid magnum aut parvum dicto factove commiserit, quod illum offenderet: cumque nihil inveniret, colligebat id quod erat, irasci eum aliis: ac rursus cum animadverteret illum torve in se solum intueri, metuebat; & sæpius volens rogare, cobibuit se, ne forte minus alio tendentes, temeraria curiositate in se converteret.

XII.

Tunc Caius, ut erat callidus ex aspectu deprehendere cogitationes hominum, postquam vidit timentem hæsitantemque. Dubitas, inquit, Agrippa? hæc tibi ego dubitationem excimam. Tam diu mecum versatus, ignoras me oculis non minus quam voce loqui solere? Boni honestique cives tui, qui soli ex omni hominum genere dedignantur Caium habere pro Deo, videntur jam mortem sibi per contumaciam querere; dum me jubente in ipsorum templo consecrari Jovis simulacrum, populariter ex urbe agrisque occurrerunt specie supplicum, sed re vera mandatum meum proculcaturi. Plura intonaturus erat: cum Rex anxius, & præ metu per singula momenta colore mutato, rubicundus, luridus, lividus, a vertice ad calcem horrore corripitur; & tremore membra quatiente, solutisque nervis collapsus fuisset, ni eum sustentassent proximi: qui jussi, domum illum retulerunt nil sentientem, & subitanea vi male sopitum, ac stupidum. At Caius magis etiam exasperabatur in gentis odium: Si Agrippa, inquit, familiaris & amicissimus, plurimisque devinctus beneficiis, tantum tribuit patriis ritibus, ut ne verbo quidem eos violari ferat, sed deliquit pene exanimatus sit: quid expectandum est ab aliis, qui nihil habent quod se in diversum retrahant?

XIII.

Agrippa vero tota die, partemque insequentis maxima, gravi sopore pressus, sui

M m com-

compos non erat, Tandem sub vesperam, paululum erecto capite, egregue diuctis palpebris, caligantes etiamtum circumferebat oculos, circumstantium facies vix dum noscitant: rursumque somno redditus, jam auior quiescebat, ut apparebat e respiratio-ne & corporis habitu. Aliquanto post ex-perrectus sciscitabatur: Ubi nunc sum? num apud Caium? adest ne ipse dominus? Res-ponsum est: Bono sis animo; domi es; Cai-us non adest: satis dormisti; erige te in cubitum, agnosce presentes, omnes sunt do-mestici, amici, liberi, famuli, dilecti & tui amantissimi. Tum vero cepit respici-cere, singulos condolere aspiciens. Cumque medici iussissent turbam secedere, ut unctio-nibus & cibo tempestivo corpusculum ejus rescerent: Scilicet, inquit, curandum est vobis de parando mihi victu delicatiora: au non sufficit misero famem pellere usu re-rum vilissimarum simplicissimarumque? quas ipse non admitterem, nisi lavis quadam spes-me teneret extremi auxilii ferendi genti infelicitissima. Hanc cum lacrymis locutus, necessario cibo contentus fuit sine opsonis: ac ne vinum quidem sibi misceri passus, aquam tantum gustavit: Habet, inquit, mi-ser venter quod repoiscebat debitum: mihi quid faciendum, nisi Caius suppliciter in-terpellandus de rebus presentibus? Sum-pitque tabellis, scribit has litteras:

Agrippæ dolor non minuitur.

XIV. Agrippæ libellus supplicis ad Caium.

Ne coram te appellem, metus obstat, domine, ac reverentia, quod & minus ter-rear, & tanta majestate, sem attonitus: hæc litteræ melius preces meas indicabunt, quas supplex pro verbis offero. Omnibus morta-libus, Imperator, a natura inditus est a-mor patriæ, & legum patriarum religio: id quod non est opus ut te doceam, pium erga patriam, & leges ejus colentem ex a-nimo. Cuique sua, etiam si non sint, vi-dentur honestissima, nimirum quæ affectu magis quam ratione judicantur a singulis. Equidem (ut nosti) Judæus natus sum, natale solum mihi sunt Hierosolyma, ubi altissimi Dei templum sanctissimum situm est; avos proavosque Reges habui, & ex his aliquot etiam summos Pontifices; quam illi digni-tatem plures faciebant, quam regiam: rati quanto Deus autestat homini, tanto ponti-ficatum regno excellentiorem: ad illius e-nim curam divinas res, humanas ad hujus pertinere. Huius genti, patriæ, templo cum sem tot modis conjunctissimus, pro cunctis deprecor: pro gente, ne a vera persuasio-ne transire cogatur ad contrariam, cum jam inde ab initio vestram familiam persancte coluerit: quatenus enim licet salvas patriæ pietatis legibus, hac parte nulli genti ce-dit in tota Europa & Asia; vota pro in-columitate Imperii tui faciendo, dona offe-rendo, mactando victimas, non solum in-celebritatibus publicis, verum & quodidia-nas: atque ita non tam ore linguaque factat suam pietatem erga Casares, quam re ipsa

declarat propensissimum erga illos animum, Pro sancta vero civitate, patria mea, hæc afferre licet: eam esse metropolim non unius regionis Judææ, sed & multarum, propter colonias inde olim deductas, vel proprias in finitimam Ægyptum, Pœnicen, Syriam tum citeriorem, tum eam que Cœle cognominatur, vel longius in Pamphi-liam, Ciliciam, pleraque Asia partes usque Bithyniam, & Ponti sinus intimos: pari modo in Europæ Ibesaliam, Bœtiam, Macedoniam, Ætoliam, Atticam, Argos, Corinthumque Peloponnesi partes præcipuas. Nec tantum continentes provinciæ plene sunt coloniis Judaicis, sed & insu-larum celeberrimæ Eubœa, Cyprus, Creta, ne quid dicam de Transcaphratisensibus: ex-cepta enim parva parte Babylonis, aliarum-que præfecturarum, omnes urbes que bonum agrum habent, a Judæis incoluntur. Itaque si exorat mea patria tuam clementiam, præ-ter ipsam alias civitates demererebatur plu-rimas, sitas in diversis Orbis tractibus, Asia Europa, Africa, insulares, maritimas, me-diterraneas.

XV. Judæi ubi que sparsii.

Convenit autem tua fortuna amplissime, collato in unam beneficio, plurimas devin-ciri alias, ut per omnes Orbis partes de-cantetur tua gloria, & gratiarum actiõ-nibus laudibusque ubique omnia perstrepan-t. Amicorum aliquot patrias integras civitate Romana donasti; & qui modo servi fue-rant, fecisti aliorum dominos; nec magis gaudent hoc beneficio qui fruuntur, quam ejus auctores. Ego quoque scio me habere herum & dominum, sed inter amicos cen-se-ri dignitate paucis secundum, benevolentia nemini, immo primum potius, vel quia mihi est hereditaria, vel quia maximis cumula-ta beneficiis: non audeo tamen patriæ mea petere, non dico civitatem Romanam, sed ne libertatem quidem aut immunitatem; pe-to gratiam ipsi utilissimam, tibi autem in-noxiam: quæ enim est subditorum major fe-licitas, quam habere propitium Principem? Hierosolymis primum audita est, Imperator exoptata tua successio, e sancta civitate, diffusa est ejus fama ad finitimas provin-cias; digna est que impetret tuam gratiam. Quemadmodum enim maximi natu filii ho-noratores sunt, quod primi faustum patris matrisque nomen parentibus dederint: eod-emi modo quoniam primæ Orientalium hæc civitas te Imperatorem consulat, æquum est ut a te tractetur liberalius, aut cer-te ne sit deteriorè conditione quam cæte-ræ. Hactenus pro patria deprecatus; pos-tremas pro templo preces adhibeo.

XVI.

Hoc templum, Cai domine, jam inde ab initio nullam unquam admisit manu-factam effigiem, cum sit Deo domicilium; pictorum enim atque statuariorum opera sunt sensibilibus deorum imagines: illum autem invisibilem pingere aut fingere, nefas duxerunt nostri majores, Agrippa tuus

XVII. De Tem-plo ab om-nibus honore habito.

tuus avus invisit hoc templum & honora-vit: Augustus quoque per litteras iussit undecumque illuc mitti primitias, insti-tuto ibi etiam quotidiano sacrificio: ho-noravit id & tua proavia. Non Græcus, non barbarus, non Rex, Satrapave ullus vel infensissimus, non seditio, non bellum, non captivitas, non vastatio, non alia res ulla unquam tantam cladem intulit, ut contra veterem morem effigies manufa-cta in id importaretur: quomvis enim in-fensus haberet accolos, semper tamen sua religione tutum fuit, ut sacratum condi-tori patrique rerum omnium. Sciebant en-im violationem ejus expiatam sepe gra-vissimis calamitatibus. Quamobrem veri-ti sunt jacere impietatis semina, ne sibi perniciem inde meterent. Nec est opus externis testibus, cum possim tibi citare domesticos.

XVIII. Romano-rum Prin-cipum er-ga Tem-plum offi-cia.

M. Agrippa tuus avus maternus Judæam, Herode avo meo regnante, adiit, nec gravatus est a mari ad metropolim me-diterraneam ascendere: cumque spectasset templum, & decoros ritus sacerdotum, pu-ritatemque civium, delectatus est specta-culo ut mirifico & ineffabili, adeo ut in-ter familiaria colloquia nihil tunc in ore haberet aliud, quam laudes templi, eiuf-que ornamentorum. Ergo quamdum hæst ibi in Herodis gratiam, accedebat id quo-ridie, oblectans animum contemplatione sa-cri apparatus, & sacrificiorum ordine, ve-rendaque majestatis in summo Sacerdo-te sacro cultu ornato, præsentemque cæ-teris. Dein ubi templum donis honoravit, & civibus indulgit quantum potuit salvis vestigialibus; laudato Herode, ipse vicis-sim laudatus plurimum, ad mare deductus est, prosequentibus non unius civitatis po-pulis, & flore frondeque illum ob pietatis admirationem aspergentibus.

XIX. Tiberii studium erga Ju-dæos.

Quid alter tuus avus Tiberius Cæsar? nonne manifeste eandem voluntatem habuit? certe per viginti tres annos, in quibus imperavit, antiquissimam religionem tem-pli servavit incolumem immotamque modis omnibus: & possum quiddam in laudem ejus proferre, quamvis mille sub ipso ja-ctatus casibus; sed amica est & tibi quo-que grata veritas. Pilatus erat Procurator Judææ: hic non tam in gratiam Tibe-rii, quam in odium populi, auratos cly-peos dedicavit intra sanctam urbem in Herodis regia, nulla insignes imagine, nec habentes quicquam veritum: tantum titulus continebat nomen dedicantis, & ejus cui dedicabantur. Id ubi divulgatum est in populam; advocatis viris quatuor regis filii, fortuna dignitateque regia præditis, reliquisque hujus familia, at-que optimatibus cæteris, orabant ut tol-leretur illa clypeorum novitas, nec viola-rentur ritus patrii, conservati a superio-ribus Regibus & Imperatoribus. Cumque

ille adversaretur rigide, ut erat pervi-vaci duroque ingenio: conclamatum est: Desine seditiones bellaque ciere, desine pacem profigare: Non honoratur Impera-tor per legum contumeliam: noli hunc injuria prætextum querere: Tiberius nihil vult temerari in nostris ritibus: aut ostende illius edictum, vel epistolam, aliudve si-mile; aut da, ut te omisso, per legatos oremus dominum. Id vero cum magis exas-peravit, veritum ne si mitteretur legatio, cætera quoque detegeret ejus crimina, venditatas sententias, rapinas, injurias, clades, tormenta, crebras cædes indem-natorum, crudelitatem severissimam. Iratus igitur homo iracundus, anceps erat ani-mi; quod neque demere semel dedicatas res auderet, nec subditis gratificari vel-let, non ignorans Tiberii talibus in re-bus constantiam.

XX. Pro Judæ-is Tiberi-us rescri-pit.

Quod ubi viderunt optimates, & ani-madverterunt, eum ponitè cepti, quam-vis dissimularet; scripserunt Tiberio lit-teras humili deprecatione plenssimas; qui cognito quid dixerit Pilatus, quid mina-tus sit, non est opus ut dicam quantum ex-canduit, quamvis non commoveretur teme-re: res ipsa iram ejus indicat. Confestim, nihil procrastinans, scribit litteras, valde objurgando ejus audaciam, jubendoque ut sine mora clypeos tolleret; & translati sunt Cæsaream maritimam, ab Augusto proavo suo denominatam, quo in ei sacro templo dedicarentur, sicut factum est; ita con-sultum fuit & Imperatoris honori, & ci-vitatis antiquis moribus. Tunc dicabantur clypei nulla picti effigie, nunc colossæ statua: tunc in privatis Procuratoris ad-i-bus; nunc (ut fertur) ponetur in intimo Sanctuario, quod semel quotannis Pontifex introgreditur jejunii tempore, tantum odores incensurus, & ex more vota factu-rus, ut felix annus & pax contingat omni-bus hominibus. De cætero si quis non dico plebeius Judæus, sed sacerdos, vel summo proximus, immo is ipse Pontifex, si duo-bus anni diebus, vel eadem die ter qua-terve introiverit, capite luet absque venia. Tantam religionem adytorum voluit esse le-gislator, ut hæc sola inaccessa intactaque servarentur. Quam multos sacrificios putas ultro mortem obituros, si videant importari stuatam? Equidem puto illos, jugulatis uxori-bus & liberis, postremo se ipsos macta-turos super domesticorum cadavera. Hæc sunt decreta Tiberii.

XXI. Augustus favet Ju-dæis.

Quid proavus tuus, omnium quotquot unquam fuerunt Imperatorum optimus, pri-mus ob virtutem & fortunam Augustus co-gnominatus, qui pacem terra marique dis-fudit usque ad extremos Orbis terminos? nonne postquam audivit ab his quos de hoc templo percontabatur, nullum ibi esse si-mulacrum manu factum, quod visibili for-ma naturam invisibilem exprimeret, reli-

giose admiratus est? quippe qui non sum-
mis labris philosophiam gustaverat, sed
plerumque in conviviis, quae fere quo-
tidiana erant, memoria retractabat quae a
philosophis didicerat, aut ex doctorum viro-
rum, quos domi aiebat, consuetudine: nam
caena tempus ut plurimum tribuebatur eru-
ditis fabulis, ut non solum corpus, verum
& anima suis reficeretur deliciis. Huius
Augusti proavi tui cum possim exempla
proferre aliquot, contentus ero duobus. Pri-
mum cognito quod negligenter sacrae pri-
mitiae, per litteras mandavit provinciarum
Asiae Procuratoribus, ut sinerent Iudaeos
solos in synagogis coetus facere: non enim
haec esse Bacchanalia, vel seditionum
conventiculaturbandae pacis causa, sed scho-
las iustitiae temperantiaeque in quibus stu-
dium virtutis floreat: primitias vero quot-
annis conferri, unde fiant sacrificia, mis-
se in hoc sacra legatione ad templum Je-
rosolymas. Deinde edicit, ne quis sit im-
pedimento Iudaeis coetus collectae facien-
tibus, aut, Hierosolymas eas mittentibus
more patrio. Haec enim etsi non his verbis,
in eam tamen sententiam mandata sunt per
litteras. Subjiciam exemplum unius episto-
lae, quo facilius credas, domine: quam
C. Norbanus Flaccus scribit, indicans
quid ipsi Caesar significaverit. Epistola
verba sunt haec:

Litterae
Norbani
Procons.
pro Judae-
is-

C. Norbanus Flaccus Proconsul, Ephē-
sorum magistratibus salutem. Caesar mihi
scripsit, Iudaeos, ubicumque sint, antiquo
more suos coetus facere, conferreque pecu-
nias quas mittant Hierosolymas: hos non
vult vetari. Ideo vos certiores facio, me
jubere ita fieri. Haec Norbanus. Subdit
vero Agrippa:

XXII.
Augustus
erga De-
um Judae-
orum pro-
pensior.

An non haec manifesta fides, Impera-
tor, voluntatis Caesaris, quam pie fue-
rit affectus erga templum nostrum, dum
permittit Iudaeos in publico celebrare suos
conventus propter primitiarum collationem,
ceteraque pietatis officia? Est & aliud ar-
gumentum priore non minus, ex quo li-
quet Augusti sententia. Jussit e suis ipsius
redditis offerri quotidie victimas rite
in holocaustum altissimo Deo: quae hodie
quoque offeruntur, videlicet taurus, & agni
duo: quas Caesar altari destinavit, quam-
vis sciret ibi nullum simulacrum esse vel
in occulto, vel in propatulo: nihilominus
tantus Princeps, cogitatione philosophiae
nulli secundus animadvertit necessum esse
ut in terris eximium sanum dicaretur in-
visibili Deo sine ulla effigie, ubi homines
cum bona spe vota faciunt. Hoc magistro
usq. proavia tua Julia Augusta, ornavit
templum hoc aureis pialis, & calicibus,
alisque donis plurimis ac pretiosissimis. Cur
tandem, cum nullum ibi esset simulacrum?
Imbecilliores sunt mentes mulierum, & ni-
hil nisi sensibile possunt percipere: at il-
la sicut ceteris rebus totum sexum, sic haec

quoque superabat, eruditione meditationeque
asssecuta quod natura negaverat; & virilem
rationem adeptam, in tantum evasit perspi-
cax, ut intelligibilia magis quam sensibi-
lia cerneret, & haec umbras illorum esse
censeret. Cum igitur habeas, domine, tot
exempla domestica optima erga nos volun-
tatis majorum tuorum, a quibus prognatus,
& ad hoc rerum fastigium proventus es, serva
quae illi ad unum omnes conservarunt. Depre-
cantur pro nostris legibus Imperatores apud
Imperatorem, Augusti apud Augustum, avi
proavique apud nepotem, plures apud unum:
tantum non dicentes: Noli decreta nostra,
quae in hanc usque diem manserunt, fa-
cere irrita. Etenim ut nihil infustum an-
tiquationem eorum sequatur, tamen incer-
titudine futuri temporis non sint securos
esse vel audacissimos, modo ne sint plane
contemptores numinis.

Si vellem numerare quae in me contuli-
sti beneficia, dies me deficeret, nec opus
est id me obiter facere: sed ut ego taceam,
res ipsae loquuntur. Exemisti me ferreis vin-
culis; quis nescit? Obsecro, Imperator,
ne me astringas gravioribus: illa par-
tem premebant corporis, at haec vereor ne
totam onerent animam. Impendentem mihi
metum mortis depulisti: & metu praemor-
tuum ceu redivivum excitasti e funere.
Velis, Imperator, hoc beneficium esse per-
petuum, ne tuus Agrippa vitam abrumpat:
alioqui videbor servatus, non ut viverem,
sed ut novis calamitatibus insignis more-
rer. Donasti mihi regnum, qua sorte nul-
la inter mortales felicior: id cum prius
unam regionem non excederet, adunxisti
mihi mox majorem alteram, Trachonitum
& Galileam. Ergo cum superflua ditone
me auxeris, domine, noli adimere quae sunt
necessaria: noli productum in lucem claris-
simam, rursus in tenebras altissimas abjice-
re. Libenter cedo isti splendori, & pri-
stinam fortunam deprecor. Unum peto pro
cunctis ceteris, incolunitatem ritus patrii.
Quid enim de me loquentur vel tribules,
vel universi homines? Alterutrum enim se-
quetur: aut ut appeller meorum proditor,
aut ut inter tuos amicos post haec non habeam:
quo utroque quid potest esse infelicius?
Nam si adhuc in amicis numeror, proditi-
onis insimulabor, si nec patriam jam in-
dennem, nec templum intactum praestite-
ro. Nam vos praepotentes soletis amicorum
ad Imperatoriam opem confugientium rebus
consulere. Quod si qua in re animo tuo
molestus sum; noli me vincere, ut Tiberius:
sed ne toties vincula timeam, jube mox
interimi: quid enim mihi vita opus est,
cui spes unica salutis fuit in tua benevo-
lencia? Haec Agrippa; subdit Philo:

XXIII.

Agrippa
recolit ac-
cepta be-
neficia.

Has litteras obsegnatas mittit Caio: &
inclusus domi expectabat anxius de even-
tu, sollicitusque ne illum interpellaret parum
commode: nam non mediocris periculi jecerat
aleam,

XXIV.

aleam, nimirum de libertate saluteque non
solum terram sanctam incolentium, verum
etiam omnium in toto Orbe dispersorum
Iudaeorum. Illa inter legendum nunc offen-
debatur, quod coepa non succederent; nunc
fledebatur, vel jure ipso causa tam bonae,
vel adjunctis precibus, & Agrippam partim
laudabat, partim incusabat: vitio vertebat,
quod tribules suos nimis diligeret, solos con-
tumaciter avertentes ipsius consecrationem:
laudabat, quod non celaret suam sententiam;
id quod agebat indicium generosi animi. Mit-
tigatus igitur, ut videbatur, respondit clemen-
tius, & Agrippa donavit ceu maximam gra-
tiam, ne fieret dedicatio. Simulque jussit
scribi P. Petronio Syriae Praefidi, ne quid in
Iudaeorum templo novaret. Ne autem soli-
da esset ea gratia, terrorem admisit, sic
scribens:

XXV.
Quid Cai-
us ad Pe-
tronium.

Quod si extra unam metropolim in fini-
tims urbibus quicumque volentes aliarum
templave, aut statuas, imagineve, mihi,
meisve ponere, vetiti fuerint: quisquis
obstiterit, plectatur continuo, aut ad me
mittatur. Haec Caius ad Petronium; per-
git Philo: Id vero nihil aliud erat, quam
seditionum initium bellorumque civilium,
& gratia, quae videbatur concessa simpli-
citer, obliqua quadam abrogatio. Nam
adversarii magis in odium Iudaeorum, quam
in Caii honorem, repleturi putabantur to-
tam regionem anathematibus; hi contra vio-
lari suos ritus in conspectu suo non passu-
ri, etiam si essent patientissimi: ut Caius,
si quis se moveret, severe puniens, rur-
sum in templo dedicari juberet statuas
suas. Sed divina providentia iustissimi
numinis factum est, ut nemo finitimum
quicumque moveret, occasionemque praeberet:
quamvis ne accusatione quidem vel medio-
cri expectata, imminabant casus gravissi-
mi.

XXVI.
Caii in-
constan-
tia.

At quid haec quies profuit? dicat ali-
quis: nec enim Caius quiescebat cum ce-
teris, iam penitens concessa gratia, re-
suscitantque pristinam concupiscentiam. Nam
jussit Romae fieri alium colossum aereum in-
auratum, omisso illo Sidonio, ne quem
motum excitaret in populo; utque navibus
transportatum per silentium, repente clam,
priusquam sentiretur, in templo poneret.
Id autem facturum erat obiter in Aegyptum
navigans: tenebatur enim miro visenda
Alexandriae desiderio; magna cura profe-
ctionem instituens, ut ibi diu degeret, ra-
tus consecrationem suam, quam somniabat
in hac una civitate posse succedere, atque
inde huius religionis exemplum manaturum
ad minores ceteras, propter situm ejus ur-
bis in regione opportunissima. Solent enim
minores vel homines, vel civitates, ad ma-
jorum emulationem se componere. Et erat
alioqui etiam inconstans ingenio; ut mox
penitens, si quid boni fecisset, irritum in-
fectumque id cuperet, ut fieret molestior

ac nocentior. Verbi gratia victos solvit
aliquot, mox nihil commertito vincit de-
mo, omni spe adempta jam miseris; alios
damnavit exilio, mortem expectantes,
non quod conscirent sibi capitalem culpam,
aut quavis poena dignam vel levissimam, sed
ob nimiam iudicis inclementiam despera-
bundos; irati se evasisse, lucro imputa-
bant exilium, quo non minus gaudebant,
quam alii reditu in patriam. Sed non mul-
to post, nihil novi molientes, insulas tam-
quam natale solum incolentes, ferentisque
fortiter infortunium, submissis militibus
occidit universos, luctum inopinatum in
Urbe afferens familiis nobilissimis. Quod
si quibus donavit pecuniam, postea repe-
tebat, non ut mutuatiq. cum faenoribus
faenoribus, sed ut furivam cum maximo
damno eorum qui acceperant: non enim sa-
tis erat miseris donata reddere, sed om-
nia sua bona supererogabant sive patrimo-
ni hereditatumque jure quae sita, sive in-
dustria propria. Qui vero maxime proba-
tos & caros ei se putabant, alio modo
multabantur suaviter pretextu amicitiae,
ingentes sumptus faciendo in repentinis
& inconsideratis profectioes, atque in con-
vivia: aliquando enim facultates omnes
in unam cenam infumebantur, ita ut opus
esset mutuum accipere a faeneratoribus: tan-
tum erat splendoris & magnificentiae; quo
factum est, ut quidam avertentur ejus
gratias, ut non modo inutiles, sed dam-
nosus etiam, & incestricas insidiosas.

XXVII.

Haec fuit ejus morum inaequalitas, at-
que inconstantia, praesertim erga Iudaeos
sibi exosos maxime: quorum profectas,
exorsus ab Alexandria, sibi usurpavit,
& replevit statuas effigiem suam referenti-
bus, nemine non cedente ipsius auctorita-
ti atque violentiae. Supererat unum san-
ctae civitatis templum cum jure asyli; id
conabatur in suum proprium templum de-
mutare cum titulo NOVI JOVIS ILLU-
STRIS CAII. Quid ais? Tu cum sis ho-
mo; etherem & caelum quavis insuper, non
contentus Imperio tot provinciarum, insu-
larum, gentium? Deo in terra nihil vis
relinquere? non agrum, non civitatem,
non sanum quidem tam modicum illi dedi-
catum ex oraculis, ut ne hic supersit ul-
lum vestigium, monumentumve pietatis ac
religionis vero Deo debita? Egregiam
de te spem facis humano generi. Ignoras
te aperire fontes malorum cunctorum, dum
moliris quae nec facere nec cogitare fas est?
Legati
rursum ca-
Libet commemorare hic & illa quae vidimus
usam a-
audivimusque quando ad Reipublicae nostrae
gunt apud
causam agendam acciti sumus. In primo
Caium.

Legati
rursum ca-
Libet commemorare hic & illa quae vidimus
usam a-
audivimusque quando ad Reipublicae nostrae
gunt apud
causam agendam acciti sumus. In primo
Caium.

catam in dubium, ubi ageretur de tam multis Judæorum Alexandrinorum millibus: citare horum adversarios, vicissim partes audire ad clepsidrarum numerum: consultare cum assessoribus, palam præferre sententiam justissimam. At ille cum herili supercilio se gessit ut tyrannus inclementissimus. Nam his omissis quæ modo dixi, acersit curatores duos hortorum Mæcenatis & Lamiæ, qui & inter se & urbi propinqui sunt, in quibus jam tribus diebus quatuordecim habitaverat, ubi nobis presentibus agenda erat totius gentis fabula. Jubeat villas omnes sibi aperiri; velle enim se singulas diligenter inspicere. Tum nos introducti, ad primum conspectum eum reverenter adoravimus, & imperatoris Augusti appellatione salutavimus. Ille resalutavit tam comiter, ut de vita, nedum de causa, desperaremus. Ringendo enim rogavit. Vos ne estis illi diis invidi, qui me omnium confessione deum declaratum soli aspernamini, multumque ubique innotinatum colere? Simulque sublatis in cælum manibus, erupit in vocem quam ne audire quidem fas est, nedum perloqui verbis. totidem, ac mox exorta est adversa partis ingens latitudo, quod hoc audito jam rum se victores in hac causa fore ominarentur: itaque gestiebant & exultabant præ gaudio, deorum omnium ei acclamantes cognomina. His appellationibus humanam naturam excedentibus gaudentem conspicatus Isidorus Iycophanta amarulentus: Magis, inquit, detestareris, domine, homines istos, eorumque tribules, si scires eorum erga te impietatem atque malevolentiam: omnibus enim pro salute tua votivas cadentibus victimas, isti soli non sustinuerunt sacra facere: Cum dico isti, de cunctis Judæis loquor. Exclamavimus unanimiter: Domine Cai, calumniis petimur, immolavimus hecatombas, libatoque ad aram sanguine, carnes domum non retulimus ad epulas, ut quorundam est mos, sed integras victimas exurendas sacro igni tradidimus, idque ter: primum, quando successisti in Imperium: iterum, quando gravem illum morbum evasisti, cui totus Orbis condoluit: tertio, votum pro victoria Germanica. Esto, inquit, sacra fecisti, sed alteri, nec pro me: quid igitur prodest? mihi certe non sacrificastis. Ibi nos horror perstravit hac nova voce attonitos, qui se in cute quoque exeruit.

XXVIII. Ille interim villas obibat, inspectans aulas & conclavia in imis adibus & in coenaculis quorundam locorum reprehendens vitia, & mandans quid mutari vellet in melius: nos vero assectabamur eum, sursum deorsum protrusi, & cavillis conticisque petiti ab adversariis, non aliter, quam histriones in scenis; nam hoc quoque negotium erat quedam fabula. Judex personam accusatoris sumpsit; accusatores a-

XXVIII. Caius de esu Porcinæ carnis compellat Judæos.

gebant nequam judicem, similitatis, non veritatis memorem. Sub tanto autem accusatore simul atque iudice necessarium est silentium. Nam hoc quoque quoddam defensionis genus est, præsertim quando nihil est gratum respondere poteramus, linguam cohibente ritu patrio, orique claustra impo-nente: Ubi vero quedam mandata dedit de adificiis, serio graviterque interrogavit: Cur abstinetis a porcina? Ad hanc percontationem rursus risus magnus adversariorum exortus est, partim gaudentium, partim ut festivo falsoque dicto arridentium, & sic quoque captantium dominicam gratiam: adeo ut quidam e famulitio moleste ferrent tam contemptum eos se coram Principe gerere; quo presente vel subridere, periculosum sit aliis, præterquam admodum familiaribus. Cumque nos respondissemus, esse mores alibi alios, & adversariis itidem ut nobis interdictum usum rerum quarundam; alius vero quidam subjecisset, multos ne agmina quidem vesci ubique parabili: ridens ille, Recte, inquit, insuavis est enim. His magis irridebamur ipsi anxii.

XXIX. Haud dubium legati Judæorum, sic respondentibus de his qui abstinere ab esu agnorum, fugillarunt Ægyptios. Thebanos enim agnis temperasse, nec apud eosdem oves solitas immolari, tradit Herodotus (a). Ad hæc spectare arbitramur quod in Genesi (b) scriptum legitur, Josephum dixisse: Detestantur Ægyptii omnes pastores ovium. Contra vero idem scribit Herodotus, capraros in honore fuisse apud Ægyptios. At sicut ab esu ovium, ita & caprarum eos abstinuisse, his verbis testatur Juvenalis (c):

— Lanatis animalibus abstinet omnis Mensa: nefas illic foetum jugulare capella.

Ad hæc item spectat quod habetur in Exodo (d), respondisse Moyse Pharaoni, dicenti sibi: Ire & sacrificare Deo vestro in terra hac. Non potest ita fieri: abominatones enim Ægyptiorum immolabimus Domino Deo nostro? quasi minus licuisset oves in Ægypto immolare, vel hircum, vel bovem; quod ea animalia (ut idem testatur Herodotus) sacrosancta apud Ægyptios haberentur: ob quam causam subdit Moyse: Quod si mactaverimus ea que colunt Ægyptii, coram eis: lapidibus nos obruent. Sed ad Philonem revertamur, qui hæc pergit narrare de Caio:

Tandem non sine stomachatione: Cupio scire, inquit, quod jus illius civitatis præterdatis. Nobis vero exorsis orationibus, cum ex primo gustu intelligeret afferri quedam non contemnenda, & allaram iri vehementiora: abruptis sermonem, & cursu se in magnam aulam proripuit: obambulantemque iussit claudi fenestras vitro candido.

XXIX. Ægyptii abstinere esu ovium

(a) Herodotus in Euterpe. (b) Genes. 46.

(c) Juvenalis Saty. 15.

XXX. Quæ religio Caii Judæis.

Idem, simili specularibus lapidibus, quibus lux admittitur, ventus & Sol excluditur. Postea ad nos lenta gradu accessit, & moderatius jam rogavit: Quid dicitis? Nobis autem deinceps rem in compendium contrahentibus, rursus procurrit in aliud cubiculum, ubi tabulas antiquæ picturæ jubebat reponi. Cumque ad hunc modum causæ nostræ actio interrumpere, immo frustatum concideretur: lassus desperante, nec aliud quam mortem expectante, vix animi compotes præ anxietate, suppliciter ad Deum verum confugimus, ut nos e falso nominati Dei minis eriperet. Qui nos miseratus, furorem ejus mitigavit. Itaque deposita jam ferocia, tantum hoc præfatur: Homines isti non tam mihi videntur mali quam miseri; quia sibi persuaderi non sinunt, me esse naturæ divinæ participem: abiit, simulque nos iussit abscedere.

XXXI. Legati malorum timore pressi.

Postquam hoc non tam iudicium quam carcerem & theatrum effugimus (nam quasi in theatro exhibebamur, subsannabamur, & irridebamur supra modum: nec secus quam in carcere cruciabamur, ferebamurque tormenta totius animæ, dum blasphemias in Deum, & contra nos comminationes Imperatoris tam potenter audiremus, unam ob rem infensi & implacabilis, quod insana cupiditati, qua deus haberi amebat, solos Judæos assensuros non putabat, ac ne posse quidem ei subscribere) vix respiravimus: non quod amore vitæ mortem horreremus, quam quidem ut immortalitatem arripissemus, si quidem profuturum existimassemus nostris legibus: sed quod sciremus nostrum exitium fore non solum inutile Republicæ verum ignominiosum etiam (nam legatorum infortunium solet imputari his a quibus miseri sum) ea de causâ emerissemus aliquando e miseris. De cetero enim solliciti eramus, quid decreturus, quidve pronuntiaturus esset: quomodo enim poterat causam pernoscere, qui multas ejus circumstantias ne audire quidem dignatus fuerat? An non erat onerosum, a nobis quinque legatis pendere omnes Judæos, quotquot usquam habitant? Si enim gratificaretur nostris inimicis, quænam alia quiesceret civitas? quænam iniquis parceret? quænam pro secula relinqueretur incolumis? quænam jura servarentur Judæis patrio jure viventibus? Imminabant subverso, jactura, naufragiumque privilegiorum, quæ gens ea habebat in singulis civitatibus. Tot curis oppressi, succumbebamus miseri: nam qui nobis favere antea videbantur, prorsus desperaverant: quapropter cum ad illum accessissemus, subdixerunt se præ metu, quod bene scirent demeritiam hominis generis se pro deo. Diximus in summa causam odii, quo Caius nationem Judæorum prosequeretur: superest ut dicamus eam, qua usi sumus apud eum, palinodiam. Hactenus Philo, cetera desunt.

XXXII. Quod autem pertinet ad Apionem, u-

num pro Alexandrinis legatum: huic non satis fuit coram Caio, atque compluribus aliis, in Judæos orasse; quin etiam ipsum pro Alexandrinis & Ægyptiis adversus Judæos Alexandria agentes, ac denique (ut verius loquar) omnes, commentarium conscripisse, sciendum est, illudque calumniosum, atque adeo confertum mendaciis & blasphemis, ut nil odiosius eo videri possit, potissimum miseris Judæis. Erat hic Ægyptius, extrema ejus parte quæ (a) O-

De Apione Gram. Legato pro Alexandrinis.

(a) Josephus contra Apionem lib. 2.

(b) Plinius in præf. ad hist. Plinius Sententia.

(c) Gellius lib. 5. c. 14.

(d) Josephus lib. 2. contra Apionem.

Hæc de Apione breviter recensuisse volumus, quod impiæ in res Judaicas ab eo prolata calumnia, in Christianos etiam, quod ex Judæis progeniti essent, sunt illapsæ, Gentilibus Fideles æque carpentibus, & diceris exagitantibus, quod caput aini adorarent, prout Tertullianus (e) & alii antiquorum, qui calumniam refellunt, suis scriptis prodidere; hujus quidem concinnator strophæ fuit Apion, qui hæc inter alia execranda est commentus de Judæis, sic dicente Josepho (f): In hoc enim sacrario Apion præsumpsit dicere a-

XXXIII. Calumnia Apionis in Judæos.

(e) Tertullianus in Apolog. c. 16.

(f) Josephus lib. 2. contra Apionem.

(g) Tacitus lib. 2.

ac dignum facere tanta religione: & hoc affirmat esse depulatum, dum Antiochus Epiphanes & expoliasset templum, & illud caput invenisset ex auro compositum, multis pecuniis dignum: hæc Josephus, qui aperti mendacii procacem hominem redarguit; cuius rei suspicionem Cornelium Tacitum invexisse, idem putavit Tertullianus; dum ille egregie mentitus, dixit (g) Judæos effigiem aini silvestris, qui aquam monstraverit in deserto, in penetralibus consecrasse. Sed de his alias.

XXXIV. Quod vero spectat ad legationem Philonis ac sociorum pro Judæis Alexandrinis susceptam: quem finem sortita fuerit, haud satis liquet; nisi quod Caio sequentis an-

ni exordio nece sublato, quæ ab illo in Judæos Alexandrinos, vel in templum de colosso in eo erigendo statuta fuerant, omnino irrita facta esse intelligimus. Verum antequam ad alias res gestas styllum convertamus, illud dissimulare non possumus, quod hæc omnia de rebus gestis Caji atque Petronii adversus Judæos, aliter a Josepho narratur, quam ex Philone sunt superius recitata. Neminem tamen putamus adeo imprudentem, qui in his non Philoni potius acquiescendum, ut antiquiori, & qui hæc oculis spectavit, existimet, quam Josepho, qui hoc tempore plane infans, natus erat annos tantummodo tres, quippe qui (ut ipse de se testatur) genitus fuerit anno primo ejusdem Caji Imp. Hæc oportune ob oculos legentium ponimus, ac perspicue inspicienda proferimus, sicut & de aliis ejus erroribus superius fecimus; ut non adeo quis miretur, si interdum videat eundem auctorem ab Evangelistis longe dissentire, cum nec Philoni consentiat, in re præsertim tam certa, & auctoris qui interfuit, fide testata.

Nam quod primum occurrit: ecce tibi, tradit Philo, Judæos semel tantum convenisse Petronium in Phœnicia agentem mensis tempore: Josephus (a) vero, tempore ferendorum agrorum, idque iterum accidisse, & Ptolemaide primum, inde Tiberiade Petronium convenisse affirmat. Rursum, alio argumento esse scriptas a Petronio litteras ad Caium, atque diverso ab eo quod narrat Philo, Josephus significat. Demeritam insuper Caji gratiam ab Agrippa occasione convivii, cum idem scribat Josephus; longe aliter per Philonem rem se habere facile cognoscimus. Reddita denique a Caio ad Petronium litteras diversas plane ab his quas Philo vere nos docuit, ipsum asserere, nemo non videt. Caium vero antea occisum esse, quam ab eo scriptæ litteræ ad Petronium pervenirent, quod & ipse ait; quis, quæso, esse commentum, ex iis quæ ex Philone recitavimus, non intelligit? Ex his igitur aliisque ejusdem auctoris superius notatis erroribus, quam vacillet talis historici fides, & quam leviter nonnulli qui veritatem historicam vix summis labiis attingerunt, eidem plurimum tribuant, omnes facile judicabunt. Cæterum nos tam de eo quam cæteris auctoribus eam ducimus habendam esse rationem; ut non idcirco, quod iterum atque iterum erroris arguantur, cætera ab eis scripta rejiciamus: sed cunctis exacte discussis, ea nobis probentur, quæ non facile improbari possint; veritatemque dixisse putemus eos qui aperti mendacii convinci nequeant.

Quod insuper ad Philonem spectat; ne quis errore labatur: constat ipsum legatum bis agentem, iterum venisse Romam; primum quidem una cum quatuor sociis,

Josephus erroris arguitur.

XXXV. In quibus Josephus a Philone discrepat. (a) Jos. Antiq. lib. 18. c. 11. & de bello Jud. lib. 2. c. 9.

tempore Caji Imperatoris; rursus vero tempore Claudii, ut his S. Hieronymus (b) indicat verbis: *Aut hunc sub Caio Caligula Romæ periclitatum, quo legatus gentis suæ missus fuerat; cum secunda vice venisset ad Claudium, in eadem urbe locutum esse cum Apostolo Petro, ejusque habuisse amicitias, &c.* Non præsertim dicere: eundem a Philone conscriptum librum de legatione ad Caium, alio etiam titulo fuisse prænotatum, nempe, de virtutibus, ut Eusebius (c) scribit: sed per antiphrasim, ut putatur, fuit idem titulus inditus. Sed an fuerit Philo Christianorum studiosus nec ne, agemus de his inferius. Cæterum Alexandrum illum Alabarcham, quem Josephus (d) germanum Philonis fuisse dicit, fuisse una cum Caiapha summo sacerdote adversus Apostolos, ex Actis (e) Apostolorum superius significavimus: eodem ipsum in illos fuisse animo potius quam illis studuisse, quivis facile conjiciet; præsertim quod nullis scriptis ipsorum expressè meminerit, cum pluries daretur occasio: verum, cum dicat Hieronymus, Petrum habuisse amicum, & de Christianis Alexandrinis scripsisse, sub nomine Essæorum, aliud de eo nos opinari suadet. Scimus tamen Photium in Bibliotheca de Philone dixisse, ipsum de Christianæ legis clarissima luce ad Judæismi tenebras defecisse. Sed quo auctore id post annos octingentos sexaginta iste prodit, quod a nullo antiquorum Patrum scitum est? Quamobrem eadem facilitate qua asseritur, confutatur: nec enim tantæ ipse æstimationis in Ecclesia Dei fuit, ut illud, *Ipse dixit*, satis sit ad irrefragabilem illi auctoritatem conciliandam: quem frequenter gravissime errasse, sæpe inferius suis locis demonstrare contingat.

Cæterum quod pertinet ad reliquas res Judaicas: admiratione equidem dignum est, quantopere Judæos hoc tempore ultio divina vexarit, non tantum his perturbationibus tum in Ægypto tum etiam in Syria agentes exagitans, sed trans Euphratem apud Babylonem habitantes maxima omnium clade afficiens: qui vero Babylonem male habitii fugerunt Seleuciam, conspirantibus simul Syris cum Græcis illic agentibus omnes supra quinquaginta milia virorum ex improviso occisi sunt; adeo ut ne ullus quidem evaserit, nisi quem amici aut vicini servavit misericordia. Hæc Josephus (f) pluribus. Lentis velut passibus in eos indignatio divina procedens, sic primum & eos qui sub Romano Imperio, & qui apud externas nationes essent afflixit. Peccaverunt quidem in Christum non tantum qui Hierosolymis habitabant Judæi, sed & cæteri omnes qui ex diversis Orbis partibus ad Paschale festum illuc ex more confluerant, omnes æque

(b) Hieron. de script. Eccl. c. 11.

(c) Euseb. hist. lib. 2. c. 5.

(d) Jos. Antiq. lib. 18. c. 10.

(e) Act. 4.

XXXVII. Clades Judæorum.

(f) Jos. Antiq. lib. 18. c. 12.

in eum insanientes, & cruci affigendum clamantes, & a Pilato istud ipsum clamoribus extorquentes. Cæterum quoniam, qui Hierosolymas ac Judæam habitabant Judæi, longe gravius deliquisse videbantur, quod tamdiu admoniti Christi miraculis, tantam gratiam contempnissent, nec Apostolorum prædicatione respuissent, gravioribus relinquuntur plectendi suppliciis, illis ipsis scilicet quæ in eos obventura. Christus ante prædixerat: vasa enim illa iræ Dei in ipsos effundenda ac penitus consummanda, ad tempus dilata, divino consilio servabantur, ut interim ex his aliquid per Evangelii prædicationem salvi fierent, sicut est in Psalmis (a): *Dedisti metuentibus te significationem, ut fugiant a facie arcus: ut liberentur dilecti tui.*

(a) Psal. 59.

JESU CHRISTI
ANNUS
43.

Anno Domini quadragésimo tertio, & Sentio Saturnio, Kal. Februarii idem Caius Augustus anno suæ ætatis vigesimo nono, conjuratione Cassii Chereæ & Cornelii Sabinii Tribunorum Prætorianorum militum, occiditur, cum imperasset annis tribus, mensibus decem, & diebus octo, numerando a die obitus Tiberii Imperatoris, ut testatur Suetonius: (b) licet Dio (c) annis tribus, mensibus novem, & diebus viginti octo ipsum Imperium tenuisse dicat. Sed longius aberrat Josephus (d), dum Caji Imperio tantum tribuit tres annos atque sex menses: qui tamen rem gestam cæteris fusius est (e) prosecutus: quem consulat, qui ea plenius scire cupit; pro instituto autem ad certam temporum rationem exquirendam accommodato, hæc satis esse putamus. *Occisi igitur (inquit Suetonius) cadaver ejus clam in hortos Lamianos asportatum, & tumultuario rogo semiam bustum, levi caspite obrutum est: postea per sorores ab exilio reversus erutum, crematum, atque sepultum. Satis constat, priusquam id fieret, hortorum custodes umbris inquietatos; in ea quoque domo, in qua occubuerat, nullam noctem sine aliquo terrore transactam, donec ipsa domus incendio consumpta sit. Perit & una uxor Cæsonia, gladio a Centurione confossa, & filia parieti illisa.* Hæc Suetonius. Porro tam Caius, quam qui eum præcessit Tiberius, non sunt recepti in numerum Imperatorum, quorum Consules in juramentis & votis concipiendis mentionem facere consueverunt, ut auctor est Dio (g).

Post Caium vero Tiberius Claudius Drusus (h) Germanicus, Drusi Neronis & Antonie filius, Livie Augustæ nepos, Ann. Eccl. Tom. I.

(g) Dio lib. 60.

(h) Suet. in Claudio c. 12. c. 10.

Sed consideratione quoque digna res est, xxxviii. Deum optimum maximum eodem tempore, quo in Judæos gladium iræ suæ cepit exercere, Gentes sibi conciliare cœpisse, illisque (ut vidimus) ad salutem per baptismum aditum referasse, cum Petrum in primis tam patenti divinitus ostentâ visione de illis admonisset. Sed quo magis magisque ex Gentibus colligenda propagaretur Ecclesia: quem ad hoc opus elegerat, Paulum adhuc Tarfi agentem, & (quod dictum est de Hieremia (b)) quasi sagittam electam adhuc in sua pharetra latitantem, Deus ad faciendam (quod habet Psalmus c) vindictam in nationibus, & increpationes in populis, educere in medium festinavit: sed hæc anno sequenti.

CLAUDII IMP.
ANNUS
I.

annos natus quinquaginta, factione Prætorianorum militum capeffit Imperium, tenuitque annos tredecim, menses octo, & dies viginti. Quomodo autem Caio de medio sublato, excussus sit omnis timor quem Judæis intulerat; & quonam pacto regnum olim Agrippæ a Caio delatum, eidem a Claudio sit confirmatum & auctum; & qua ratione tumultus ac turbæ adversus Judæos Alexandria agentes, quorum causa (ut vidimus) Philo cum sociis ad Caium Romam legatione functus est, ejusdem Claudii litteris hoc ipso primo anno sui Imperii compressæ sint atque sedatæ, Josephus (i) in hæc verba describit: *Claudius porro ablegatis militibus quicumque suspecti esse poterant, edictum proposuit, quo Agrippam in regno per Caium ante concessio confirmabat, collaudans simul ejus operam & industriam: addita insuper Judæa & Samaria, quod olim ad ejus avi Herodis regnum pertinuissent; hæc igitur velut familiæ debitas restituit: Abilam autem, & finitimam ejus dittonem in Libano, quæ Lysania fuerat, adjunxit de suo. Fœdus deinde Regis cum Romano populo in æs incisum est in Urbis foro medio; & paulo post: Dimisit etiam Alexandrum Lysimachum Alabarcham, veterem amicum, & olim procuratorem suæ matris Antonie, quem Caius iratus vinxerat; cujus filio Marco Berenice desponsata fuerat, Agrippæ filiu.*

Per idem tempus, quod morte Caji, Judæi qui erant Alexandria animos sumpserunt, & jam ad arma ventum esset: idem Claudius per epistolam mandat Ægypti Præfidi, ut seditionem illam compestat; & ad preces Agrippæ Regis mittit edictum Alexandriam & in Syriam. Hæc cum scribat Josephus, dicatque ad hæc agenda persuasum

Claudii Imperium.

(i) Joseph. Antiq. lib. 19. c. 4.

III. Tumultus Alexandrii sedati.

sum Claudium non tantum Agrippæ, sed & Herodis Regum precibus fuisse: non quidem Herodes hic ille putandus est Tetrarcha, jam (ut vidimus) redactus in ordinem, & multatus exilio; sed alius Herodes Rex Chalcididis, ejusdem Agrippæ Regis frater, ut idem Josephus (a) inferioris declarat. Eiusdem quoque Herodis, Agrippæ fratris, meminit Dio (b) his verbis: Agrippæ regnum auxit, honores Consulares tribuit, fratrique ejus Herodi prætoriam dignitatem & principatum quemdam concessit; in Senatūque ingredi eos, ac gratias ipsi Græce agi mandavit; hæc Claudii actiones laudatæ erant ab omnibus. Sed jam quodnam tunc pro Judæis edictum a Claudio datum sit, hic describamus; est autem hujusmodi.

(a) Joseph. antiq. lib. 20. c. 1. in fin.
(b) Dio lib. 60.

IV. Edicta pro Judæis.

Tiberius Claudius Cæsar Augustus Germanicus Trib. potest. edicit. Quoniam cognitum habemus Alexandrinos Judæos jam inde ab initio jus ejus civitatis ex æquo cum Alexandrinis cæteris consecutos a Regibus, sicut patet ex instrumentis super hoc conscriptis, & constitutionibus regis, post adjectamque Imperio nostro per Augustum Alexandriam mansisse illis sua jura inte-

gra, conservata per missos illo diversis temporibus Præsides, nullamque de eorum jure controversiam extitisse, cum Aquila præfuit Alexandria: permittimusque eis ab Augusto, ut in defuncti Ebnarchæ locum, alium suis suffragiis substituerent, ut quisque in suis ritibus maneat, neque cogatur religionem patriam deserere: cæterum Alexandrinos concitatos contra concives suos Judæos Caji Cæsaris temporibus, propter insolentem illius insaniam; dum contra patriam gentis religionem, pro Deo coli ab eis postulat, & recusantibus insensus est: Volo inconcussa esse jura eorum a Caji insaniam, eisque jus esse perseverandi in patriis ritibus. Subeoque utramque partem, quoad fieri potest, dare operam ne quid turbatum commoveatur: idque proposito hoc edicto, ita statuo. Atque hæc erant, quæ in illo edicto continebantur. In reliquum orbem Romanum tale missum est:

Tiberius Claudius Cæsar Augustus Germanicus Pont. Max. Consul designatus secundum, edicit. Petentibus a me Agrippa & Herode Regibus mihi amicissimis, ut permitterem Judæis in Imperio nostro de-

V. Aliud Claudii pro Judæis edictum.

SÆC. I. Anno Urbis 704. Olymp. 205. an. I. An. C. 41.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5534.

22. A. D. 4. P. 9. APRIL. Indi. 14.

JESU CHRISTI 41. secundum Baronium 43.

CLAUDII IMP. I.

I. Consules. II. Caligula interitus.

[1] AD num I. & seq. Coss. Caius Aug. IV. & Cn. Sentiur Saturninus. Summus hic Consulatus a Caligula juxta secundam Consulatum Cæsareorum regulam; in hunc enim annum ejus Quinquennalia incidebant. Sed nono Kalendas Februarias, ut habet Suetonius in Caligula cap. 38. occisus est. Vixit annis XIX. imperavit triennio, & X. mensibus, diebusque VIII. inquit Suetonius. Idem habent, quoad Im-

perii durationem, Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromat. Tertullianus adversus Judæos, Eutropius, Cassiodorus, & Zonaras. Ex quo patet, hos Auctores, quorum duo priores Dionysii coætanei, initium Imperii Caligulae exordiri a die XVI. Martii anni Christi XXXVII. qui ideo Tiberii emortalis fuit, non vero dies XXVI. Martii, ut perperam Dio. Male etiam in Annalibus scriptum, Caligulam Kalendis Februariis interfectum; illud enim Antiquis adversatur, & præterea Josephum scripsisse, regnasse Caium annis tribus mensibus sex. Id enim in Josepho Typographi tantum errore legitur; cum in Græco habeatur, τρι ημισια μηνων διατριβας, id est, annos tres, menses octo, qui tamen locus corruptus est, prætermisit enim sunt menses decem & loco dies octo, Librarius scripsit, menses octo. Caligulae succedit Claudius ejus patruus [2].

[1] Coss. Caius Aug. IV. & Cn. Sentiur Saturninus. Nummi cum TR. POT. IV. COS. IV. Caius septimo Idus Januarii abdicavit; alique successit. Eo paucis post diebus, scilicet IX. Kal. Februarias interfecto, & Claudio a militibus in Imperatorem acclamato, Consul, inquit Dio initio lib. LX. pag. 665. quum aliquando missis Tribunis plebis ei (Claudio) dixissent, ne principatum capesseret, sed sub populi, senatusque & legum potestate esset; postquam a suis etiam militibus deseri se viderunt, ipsi quoque assensu sunt, ac imperium ei decreverunt. Qui fuerint hi consules Dio non prodit; sed in fine lib. LX. necem Caji describens ait, Pomponium secundum consulem, ad pedes ejus assedisse, eoque demisso capite deosculatum esse, moxque Caium a Cherea obtruncatum. Q. Pomponium alterum ex consulibus, dum Caius interfectus est, memorat Josephus Antiquit. lib. XIX. cap. IV. n. 5. novæ editionis; & lib. II. de bello Judaico Cap. XI. narrat, Senatū post necem Caji Sentiur Saturnino, & Pomponio secundo Coss. mandasse curam Urbis tribus legionibus. Suetonius in vita cap. LX. Et Senatus in asserenda libertate adeo consensit ut Coss. primum non in Curiam, qua Julia vocabatur, sed in Capitolium convocarent. Eadem habet Dio. Postremus Caji consulatus recensetur a Plinio lib. XI. cap. XXXVII. Facti Vindebonenses: C. Cæsare IV. & Saturnino. Prosperi Chronicon: Cæsare II. (pro IV.) & Saturnino. Facti Idatii: Cæsare IV. & Antonino. Successum Caio abdicanti Pomponium secundum Factorum concinnatores tradunt.

[2] Baronius hic agit de Petronio. Porro P. Petronius Turpilianus a Caio Caligula successor missus est L. Vitellio A. D. 39. neque confundendus est cum aliis Petroniis, qua de re Norisus in Cenotaphiis Pisani Dissert. II. cap. XVI. §. XIII. pag. 331. & de Epochis Syro-Maced. Dissert. 3. cap. IV. pag. 152. ac in epistola de nummo Herodis Antipæ, pag. LVII. Et successit Vibius Marsus A. D. 42.

gentibus uti suo jure quemadmodum antea, sicut & Alexandriam habitantibus concessimus: libenter precibus eorum annuimus, non deprecatorum tantum causa, sed quia ipsos dignos judicamus hoc nostro beneficio, propter servatam populo Romano fidem & amicitiam. Equissimum igitur censeo, nullam ne Græcam quidem urbem negare illis jus suum: quandoquidem & sub dno Augusti principatu conservatum eis fuit integrum. Licebitque in posterum Judæis per totum nostrum Imperium sparsim habitantibus, uti majorum suorum moribus: Quos jam nunc moneo, ut hac nostra gratia contenti, modestius se gerant, neque conspiciant religiones externarum gentium: suis autem suo arbitrato vivant legibus. Atque hoc meum edictum civitatibus, colonis, & municipiis Italicis, ac provincialibus per magistratus publicari volo, ad Reges quoque atque dynastas transmitti non minus triginta continuis diebus ita proponendum, ut ab omnibus humani statantibus possit perlegi.

VI. (a) Joseph. antiq. lib. 19. c. 5. Judæi Romæ cohibiti.

His edictis Alexandriam (a) & per totum Imperium dimissis, Claudius Cæsar declaravit quomodo in Judæos animatus fuerit. Hæc cum a Josepho scribantur concessa esse Judæis, qui tum Alexandriæ, tum etiam in cæteris Romani Imperii provinciis agerent: iis tamen qui Romæ essent, quod frequentissimus esset populus, non eadem sunt jura concessa: sed hoc Claudii Imperii exordio primum cohibiti, demum (ut suo loco dicemus) Urbe sunt pulsati. Dio (b) enim sub Claudii anni primi Consulibus hæc ait: Cum Judæi adeo iterum Romæ frequentes fierent, ut difficulter sine tumultu propter multitudinem Urbe possent exigi, non eiecit quidem eos, patriis tamen legibus vitam tolerantibus non passus est convenire. Nec certe mirum: nam & cætera conventicula abolevit. Et quia intelligebat (inquit idem auctor) nihil profici, si qua re vulgo interdiceretur, nisi vita quoque ejus quotidiana transformaretur; cauponum tabernas, in quas coeuntes potabant, demolitus est: edixitque ne quis carnem elixam, aut aquam calidam venderet; in quosdamque contra delinquentes animadvertit. Sic igitur conjurationes timens, omnino conveniendi simul occasionem quacumque ex causa amputavit.

VII. Reditus Agrippæ.

Post hæc vero (inquit Josephus) mox Agrippam ad curam sui regni misit, auctum majoribus honoribus, commendatumque per litteras Præsibus provincialium, simul & procuratoribus omnibus. Ille autem, ut re bene gesta, magna celeritate reversus est: & quamprimum pervenit Hierosolymam, votiva sacrificia persolvit, nihil mittens eorum que lege præscripta sunt. Unde & multos Nazaræos tonderi mandavit: & catenam auream a Caio donavit. Ann. Eccl. Tom. I.

natam, pondere parem illi ferrea, qua regias manus vinxerat, monumentum adversa fortunæ mutata in prosperam, suspendit in sacrario super Gazophylacium: qua doceret spectatores & sublimia posse corrumpere, & Deum valere omnia erigere de novo. Omnes enim admonebantur per hanc catenam consecratam, quod Agrippa levi de causa privatus dignitate, sit vinculus, pauloque post compedibus solutus, splendidiorem quam ante principatum adeptus sit: eam esse naturam rerum humanarum omnium, ut celsissima quæque prolabantur facile, rursumque inclinata restituantur in pristinum fastigium. Rite igitur votis Deo redditis, Agrippa Theophilum Anani filium submovit a summo sacerdotio, & Boethi filium Simonem cognomine Cantharam in ejus locum substituit. Et post pauca: Constituto deinde pontificatu, Rex Hierosolymitis benevolentiam gratiam retulit, remisso eis tributo quod soliti erant in singulas aedes pendere: decorum putans, si non pateretur se vinci amore mutuo. Quomodo autem in gratiam Judæorum, Jacobum fratrem Joannis occiderit, & Petrum detruserit in carcerem, dicemus anno sequenti, quo ea contigisse noscuntur. Nam cum ante Paschale tempus occisus ab eo Jacobus fuerit, atque Petrus carceri mancipatus: non patitur temporis ratio, ut istæc omnia hoc primo anno Claudii facta fuerint: cum necdum eo anni tempore, ad navigationem minus idoneo, Agrippa Roma recessisse putandus sit; cum præsertim illic ob dicta negotia obeunda, diutius eum apud Claudium detineri oportuerit.

VIII.

Quid insuper hoc primo anno Claudii, cum Petronio Syriæ Præsidi nondum successum esset, egerit Agrippa Rex apud eundem adversus Dorentes pro temerata patria religione, idem Josephus (c) his verbis describit: Paulo post, Dorentes quidam juvenes natura temerarii, religionis specie, posuerunt in Judæorum synagoga statuari Cæsaris: quod Agrippam vehementer commovit ad iracundiam, quod ea res perditum iret instituta patriæ. Quare sine mora ad Petronium Syriæ Præsidem profectus, questus est de Dorensium audacia: qui & ipse non minus, agre ferens hoc facinus ut impium, novatoribus illis asperius scripsit in hanc ferme sententiam.

(c) Jos. antiq. lib. 19. c. 5. Dorentes tumultu.

IX.

Publius Petronius, Legatus Tiberii Claudii Cæsaris Augusti Germanici, magistratibus Dorensium. Quoniam tam audax est quorundam vestrum insolentia, ut etiam contra edictum Claudii Cæsaris Aug. Germanici, quo Judæi permittuntur suis legibus vivere, synagogam eorum profanaverim, illata Cæsaris statua, quod religio nisi ipsorum non est licitum: atque hoc factum non Judæorum tantum pietas laesa est, sed.

Petronii litteræ ad Dorentes.

sed numen etiam Caesaris, cui rectius in proprio templo statua poneretur, quam in alieno, maxime in synagoga: cum iustum sit, & Imperatoris iudicio comprobatum, ut sui quisque loci sit dominus: ne mea decreta commemorem post contemptam auctoritatem Caesaris, qui Iudaeis non tantum religionem permisit, verum etiam eorum civitatis ius cum Graecis cobabitantibus. His ergo de causis, eos qui contra edictum Augusti ausi sunt talia, indignanter etiam propriis magistratibus, haec furore populi, non suo consensu facta esse asseverantibus; iubeo per Centurionem Vitellium Proculum ad me duci, rationem redditorum. Magistratus autem hortor, ut si videri volunt his consensum suum non accepisse, Centurioni fontes indicent, dentque operam ne quid turbae aut rixae oriatur, quam quidam captare videntur: cum contra ego & mihi carissimus Rex Agrippa nihil aequo curemus, quam ne ulla Iudaeis deus occasio excitandi tumultus, defensionis praetextu. Quo autem melius cognoscatis quanam sit super hoc negotio voluntas Augusti, adiunximus ejus edictum apud Alexandrinis propositum: quod jam ante satis notum omnibus, carissimus Rex Agrippa mihi sedenti pro tribunali recitavit, ius suum postulans, & ut suis beneficium Caesaris maneat incolome. Quamobrem iubeo, ut in posterum nullam quararis seditionum materiam, & caeleste numen suis quisque colat ritibus. Hucusque Petronius: qui ita rem curavit, ut admissum erratum corrigeretur, & in posterum caveretur, ne quid tale quisquam audeat. Atque haec Iosephus. Porro in locum Petronii in Syriae provinciam subrogatus est Marfus: cujus praefectura tempore quae gesta sint, dicemus suis locis inferius.

X.

Quod ad res pertinet Ecclesiasticas: referat semel aditu Gentibus ad Christi fidem, Antiochia primum ex Gentibus magna facta est accessio Fidelium ad Ecclesiam, adeo ut ibi primum Christianum nomen exortum fuerit, & feliciter propagatum: quibus vero progressibus haec facta sint, Lucas (a) his verbis significat: Erant autem quidam ex eis viri Cypri, & Cyrenaei, qui cum introissent Antiochiam, loquebantur & ad Graecos, annunciantes Dominum Jesum. Et erat manus Domini cum eis: multusque numerus credentium conversus est ad Dominum. Pervenit autem sermo ad aures Ecclesiae, quae est Hierosolymis, super istis: & miserunt Barnabam usque ad Antiochiam. Qui cum pervenisset, & vidisset gratiam Dei, gavisus est: & hortabatur omnes in proposito cordis permanere in Domino: quia erat vir bonus, & plenus Spiritu sancto, & fide. Et apposta est multa turba Domino. Profectus est autem Barnabas Tarsum, ut quaereret Saulum: quem cum invenisset, per-

(a) Act. 11. Profectus Ecclesiae Antiochiae.

duxit Antiochiam. Et annum totum conversi sunt ibi in Ecclesia: & docuerunt turbam multam; ita ut cognominarentur primum Antiochia discipuli, Christiani. Haec Lucas: caetera autem quae postea narrat, quando sint facta, suo loco dicemus.

In sede igitur Petri, in ipsa Antiochena Ecclesia, a Petro erecta, a discipulis aucta, a Barnaba multiplicata, & Pauli praedicatione cumulatiflime secundata, felicissimum nomen Christianorum est inchoatum. De his Ignatius (b) ad Magnesianos, nempe de nomine Christiano jam ante oraculo propheticum praedicato, haec ait: Simus itaque digni cognomento quod accepimus. Qui enim alio nomine appellatur praeter hoc, hic non est Dei, nec accepit prophetiam loquentem de nobis (c): Et vocabitur tibi nomen novum, quod os Domini nominavit, & erit populus sanctus. Antiochie enim primum discipuli appellati sunt Christiani, cum Petrus & Paulus Ecclesiam fundarent, haec Ignatius. Joannes Chrysothomus (d) de eodem munere Antiochena Ecclesiae concessa haec ait: Sicut Petrus inter Apostolos primus Christum praedicavit; sic inter civitatis haec prima, tamquam coronam quamdam admirabilem, Christianorum tulit appellationem. Et alibi sic alloquitur Antiochenos (e): Vos autem, si quidem ali-

XI. De nomine Christiano.

(b) Ignat. ep. 6.

(c) Isa. 62.

(d) Chryst. ho. 3. ad pop. Antioch.

(e) Idem hom. 7. in Matth.

quod de honore certamen oriatur, omni ambitione contentiditis, ut vel universo praefideatis Orbi, illo scilicet vobis privilegio blandientes, quod haec prima civitas Fidelibus Christianorum nomen imposuit. Qua vero occasione pristinum nomen Discipulorum sit mutatum in Christianorum, S. Athanasius (f) hanc asfert causam: Omnes, inquit, qui credebant in Domino nostro Jesu Christo, non Christiani, sed Discipuli tantummodo vocabantur. Et quia multi novorum dogmatum auctores exiterant, doctrina obviante Apostolica, omnes sectatores suos Discipulos nominabant, nec ulla erat nominis discretio inter veros falsosque Discipulos, sive Christi, sive Dosithei, sive Iudae cujusdam, sive Joannis sectatores, qui se quasi Christi Ecclesiae fatebantur, quin potius uno Discipulorum nomine ferebantur: Tunc Apostoli convenientes Antiochia (sicut horum, Luca narrante, Acta testantur) omnes Discipulos uno nomine, id est, Christianos appellant, discernentes a communi Discipulorum vocabulo, & ut divini per Isaiam oraculi sermo completeretur, quo ait: Servientibus mihi vocabitur nomen novum. Hanc ergo ab Apostolis traditam de novis utendis nominibus formam Ecclesia tenens contra diversos haereticos (ut sanae fidei ratio postulat) diversis edidit nominum novitates. Haec ille. Porro deductum esse nomen Christianum a Christo, & Christi a chrismate, regali nempe unctione, nemo est qui ignoret. De

XII.

(f) Athanasius in disput. contra Arium. Cur ex discipulis dicti sunt Christiani.

XIII.

(*) Greg. Nyss. de prof. Chri.

Christiani unde.

(b) Just. in orat. ad Anton. Piam.

(c) Tertullianus in Apolog. cap. 5.

(d) Suetonius in Claudio cap. 25. Lucianus in Philop.

XIV.

(e) Epiphanius haer. 27. Christianorum diversa nomina.

De hujus nominis excellentia cum tam multa magnaue a sanctis Patribus sine praedicata; unam hanc tantum Gregorius Nysseni (a) sententiam scriptam hic referre contenti erimus: Participatione, inquit, Christi, Christiani appellationem sortiti sumus: ita & per consequens convenit, omnium quoque sublimium nominum nos adhaerere communionem & societatem quemadmodum in catena, qui cum qui in extremitate est anulum attraxerit, eos qui continenter inter se cobarent, per unum attraxerit. Ceterum qui adversus Gentiles, hujus nominis originis ignaros, Ecclesiastici tractatores egerunt, aliunde ejus nominis interpretationem deducere consueverunt. Occasione enim, quod Gentiles homines, Christianos corrupto vocabulo Chrestianos, & Christum, Chrestum (quod nomen usitatum reperitur apud Romanos) nominare consueverunt; inde etiam ejus nominis interpretationem ex Graeca voce χριστός, quod est, bonum, & commodum, sunt accupati: de cujus vocis significatione haec Suidas: χριστός est charitate, sed non necessitate: χριστός oleo unctus, & Christus Dominus Deus noster. Nec aliam sane ob causam Justinus (b) martyr in oratione ad Antoninum Pium sic ait: Chrestiani enim esse deserimur: atqui χριστός, hoc est, commodum & bonum, odisse, injustum est: sic enim esse legendum, ea quae in eadem sententiam scribit Tertullianus, (c) declarant, dum sic ait: Quae accusatio vocabulorum, nisi si aut barbarum aliquod sonat vox nominis, aut infaustum, aut maledicum, aut impudicum? Christianus vero (quantum interpretatio est) de unctione deducitur. Sed & cum perperam Chrestianus pronuntiatur a vobis (nam nec nominis certa est notitia penes vos) de suavitate vel benignitate compositum est. Oditur ergo in hominibus innocuis etiam nomen innocuum. Et Lactantius: Sed exponenda, inquit, hujus nominis ratio est propter ignorantiam errorem, qui cum immutata littera Chrestum solent dicere, &c. sic item legendum esse apud Suetonium (d), prout apud Lucianum etiam legitur, qui eodem vixit tempore, certum est.

Quod vero ad haereticos spectat: etsi (ut vidimus) ad distinctionem aliarum sectarum Apostoli Christianum nomen credentibus indiderunt: tamen haud multo post & istud ipsum iidem amulati sunt haeretici, qui suos sectatores, Christianos etiam appellare consueverunt. Fecisse id primum inveniuntur Carpocratiani, ut auctor est Epiphanius (e). Licet vero pecciliare propriumque nomen credentium fuerit, ut Christiani appellarentur: tamen aliis quoque nominibus, quibus antea ab iisdem Apostolis, nominati repe-

riuntur, & frequentius dicti Fratres: quae nomenclatura saepe usus est Christus (f), & Apostoli frequentius, idemque per severavit in Ecclesia; sic & Fraternitas, ipse Christianorum coetus dictus reperitur. Cujus nominis, cum infamarentur a Gentilibus, Tertullianus (g) rationem reddidit in haec verba: Sed & quod Fratres nos vocamus, non alius opinor, infamant, quam quod apud ipsos omne sanguinis nomen de affectatione simulatum est. Fratres autem etiam vestri sumus iure naturae, matris unius, etsi vos parum homines, quia mali fratres. At quanto dignius fratres & dicuntur & habentur, qui unum patrem Deum agnoverunt, qui unum spiritum biberunt sanctitatis, qui de uno utero ignorantiae ejusdem ad unam lucem expaverint veritatis? Sed eo fortasse minus legitimi existimamur, quia nulla de nostra fraternitate tragœdia exclamat, vel quia ex substantia familiari fratres sumus, quae penes vos fere dirimit fraternitatem. Itaque quia animo animaque miscemur, nihil de rei communicatione dubitamus. Omnia indiscreta sunt apud nos, praeter uxores: in isto loco consortium solvimus in quo solo ceteri homines consortium exercent, qui non amicorum solummodo matrimonia usurpant, sed & sua amicis patientissime subministrant; ex illa, credo, majorum & sapientissimum disciplina Graeci Socratis & Romani Catois, qui uxores suas amicis communicaverunt, quas in matrimonium duxerant liberorum causa, & alibi, creandarum, nescio quidem an invitatis: quid enim de castitate curarent, quam maritum facile donaverant? O sapientiae Aethiopiae, o Romanae gravitatis exemplum. Le-

(f) Matth. 23. Luc. 22. Joan. 20. 21.

(g) Tertullianus in Apolog. cap. 59.

(b) Athenagoras orat. pro Christianis.

(i) Justinus & Minucius Felix cum eadem Gentibus calumniam illatam refellunt. Ex Platonis enim Republica erat illa ipsorum fraternitas: qui sicut concives omnes fratres appellat (l), sic aequae & uxores inter eos voluit esse communes.

(k) Minutius in Octavio.

XV.

Rursum vero, qui olim Christiani, idem nominabantur Sancti: unde Paulus ad Romanos Christianos scribens (m): Omnibus, qui sunt Romae, dilectis Dei, vocatis Sanctis & alibi (n): Profectus Hierusalem ministrare Sanctis; & illud: (o) Salutant vos omnes Sancti: itemque (p): Salute omnem Sanctum: vel cum ait coram Agrippa Rege (q): Multos Sanctorum ego in carceribus inclusi. Lucas itidem (r): Factum est, ut Petrus dum pertransiret universos, deveniret ad Sanctos, qui habitabant Lydda. Eo Christiani nomine usi sunt posteri, Ignatius, dicti Sancti Philo (ut dicemus suo loco, cum de Ecclesiis).

(l) Clemens Alex. lib. 5. Strom. & Lact. lib. 2. c. 21.

(m) Rom. 1. Hierusalem ministrare Sanctis; & illud: (n) Rom. 15.

(o) 2. Cor. 13.

(p) Philip. 4.

(q) Act. 26.

(r) Act. 9.

(s) Christiani dicti Sancti.

fenis agemus) Polycarpus, Tertullianus, & alii. At demum obtinuit usus, ut illi tantummodo Sancti in Ecclesia dicerentur, qui eminentiori probatorique fulgerent morum sanctitudine. Apud Græcos autem (ut auctor est Plutarchus a) Hosii, hoc est, Sancti, honoris causa dicebantur sacerdotes. Nominabantur etiam olim Christiani, Credentes: cujus nomenclaturæ plura sunt exempla. Itemque Fideles (b): quod nomen ad posterum dilapsum est, & frequentius usurpatum, præsertim Romæ, ubi (ut auctor est S. Ambrosius c) qui baptizati sunt, Fideles nominari consueverunt: videasque in usitatis ejusdem Ecclesiæ precibus Christianos fere semper appellari Fideles. Unde & Pontius diaconus in Vita Cypriani: *Quid, inquit, Christiana plebs faceret, cui de fide nomen est?*

(a) Plutarch. de oraculor. defect. in fin.
(b) Ephef. i. Coloss. i. Tim. 4.
(c) Ambros. de sacram. lib. 1. c. 11.

XVI.

Judæi vero ignominie causa, quod Dominum nostrum in titulo causæ cruci affixo Nazarenum appellatum noscent, Christianos Nazarenos nominare consueverunt, a Nazareth oppidulo Galilææ, de quo Nathanael aliquando (d): *A Nazareth potest aliquid boni esse?* Unde Tertullus (e) causam agens Judæorum adversus Paulum coram Felice Procuratore Judææ, hæc ait: *Invenimus hunc hominem pestiferum, & concitantem seditiones omnibus Judæis in universo Orbe, & auctorem seditionis seditæ Nazarenorum. Quod nomen cum dimanasset ad posteros Judæos, ea vocem in die iidem maledicebant Christianis, & Christo, ut Hieronymus (f) tradit his verbis: Ipse bonus pastor posuit animam suam pro ovibus suis, & contempsit eam; qui abominationi est genti Judæorum, cui ter in singulos dies sub nomine Nazarenorum maledicunt in synagoga suis. Licet Epiphanius (g) dicat Judæos id fecisse in hæreticos, qui Nazareni vocati, legem una cum Evangelio servabant; sic enim ait: Non solum Judæi hos odio habent; sed exurgentes mane & meridie & circa vesperam, ter in die, quando preces perficiunt in synagogis suis, detestantur ipsos, ac execrantur, dicentes: Maledic Deus Nazarenis. Verumtamen cum ex Apostolorum Actis perspicue appareat omnes Christianos a Judæis æque dictos esse*

(d) Joan. 1.1.
(e) Act. 24.
(f) Hieron. in Isai. c. 49.

(g) Epiph. hæres. 29.

Ad num. XVIII. Baronius, qui vitiosam vulgari editionum Eusebii scripturam secutus est adventum Thaddæi & Abgari Edessenorum Regis sanationem currenti Christi anno retulit; in quo tum ab Edessenorum publicis Actis, tum ab Eusebio longe discedit. Quippe in Actis illis discrete scribitur, statim post Ascensionem Christi hæc gesta esse: *Post ascensum Jesu Christi, Judas qui etiam Thomas dictus est, Thaddæum Apostolum unum ex septuaginta ad Abgarum misit. Idipsum repetit Eusebius in lib. 1. cap. 13. ubi etiam docet, hæc gesta esse Principatu Tiberii Augusti. Corrupta itaque vulgata lectio Eusebii, ut recte vidit Valesius in Notis Eusebianis, & loco horum verborum, ἐπεὶ δὲ ταῦτα*

Nazarenos; ad ipsos Christianos potius, quam ad hæreticos eo nomine nuncupatos, eam pertinuisse blasphemiam existimamus.

At sicut credentium Christo fuit nomen peculiare, ut Christiani dicerentur; ita & iidem cognomen est inditum, ut & Catholicis nominarentur. Cum enim (ut vidimus) & hæretici Christiano nomine jactanter gloriarentur: ad distinguendos veros a falsis, Catholicum est cognomen inventum, & id quidem temporibus Apostolorum: nam eorum auctoritate, vera Dei Ecclesia in eorum Symbolo Catholica est cognominata, ut ea discriminatione nominis ab hæreticorum conventiculis cognosceretur esse distincta. Agens Pacianus (b) adversus Novatianos, hæc ait de Catholico nomine: *Christianus mihi ad Sympt. Novat. nomen est: Catholicus vero cognomen: illud me nuncupat: istud ostendit: hoc probor: inde significor. Et si reddenda postremo Catholici vocabuli ratio est, & exprimenda de Græco interpretatione Romana: Catholicus, ubique unum, vel (ut doctiores putant) obedientia omnium nuncupatur: & paulo post: Ergo qui Catholicus, idem obediens: qui obediens, idem est Christianus: atque ita Catholicus Christianus est. Hæc Pacianus. Sed de Catholico nomine alias sæpe, deque Christiano nomine modo satis. Jam reliqua prosequamur.*

XVII. Christiani dicti Catholici.

(b) Pacian. ad Sympt. Novat.

Eodem anno quadragesimotertio a Christi natali (ut Eusebius (i) auctor est) Thaddæus, unus ex septuaginta duobus discipulis, Edessam Syriæ profectus, Abgarum (*) Regem, atque populum Edessenum ad fidem convertit: hæc autem ut facta sint, Eusebius his verbis describit: *Postquam Jesus assumptus fuit: Judas, qui & Thomas dicebatur, Thaddæum Apostolum, unum ex septuaginta, ad Abgarum misit: qui eo profectus, ad Tobiam Tobie filium divertit. Ubi vero fama de illo passim manasset, & miraculis ab eo editis esset conspicuus; Abgaro nuntiatum est, Apostolum illum a Jesu, sicut per litteras antea scripserat, adventasse. Cæpit ergo Thaddæus per virtutem & potentiam Dei, cuius vis morbo & languori medicari; sic ut omnes in magnam traduceret admirationem. Simulatque Abgarus magnas incredibileque res gestas & miracula ab eo edita audivisset,*

XVIII. (i) Euseb. lib. 1. c. 13. in fin. (*) Abgarum.

De conversione Edessæ.

τοσοῦτον ἔτι οὐκ ἔρα id est, gesta sunt hæc anno quadragesimo tertio, legendum τοσοῦτον ἔτι τοσαύτων ἔρα, hoc est, anno quadragesimo ac trecentesimo, ut in quibusdam manuscriptis habetur. Qui annus CCCXL. juxta Edessenos proficitur ab anno Periodi Græco-Romanæ 5182. ab initio nempe Regni Seleuci, & ab eodem anno quo Seleucidarum epocha cæpit. Ex quo intelligimus, & Thaddæi adventum in urbem Edessam; & Abgari Regis sanationem conferri in annum Eræ vulgaris XXIX. quo Antiqui Christum & passum esse & a mortuis resurrexisse crediderunt, ex quo & ea opinio antiquissima demonstratur.

set, & quo pacto per nomen & virtutem Jesu Christi quemvis morbum depelleret; confestim secum cogitare capit, illum eundem esse de quo Jesus per epistolam ita significaverat: *Postquam receptus fuero ad eum qui misit me, quemdam ex discipulis meis mittam ad te, qui te morbo afflicto remearet, & ad integram valetudinem restituat. Accersito igitur Tobia, apud quem diversabatur, dixit: Accipit virum quemdam præpotentem Hierosolymis huc accessisse, qui domi tuæ jam commoratur, multasque in nomine Jesu facit curationes. Hic respondit: Sane quidem, domine, hospes qui huc advenit, apud me est, & multa edit miracula. Tum ille: Adduc eum, inquit, ad me. Tobias autem recta ad Thaddæum se conferens, dixit illi: Abgarus hujus loci Princeps, ubi me ad se acciverat, iussit ut te ad ipsum deducerem, quo morbo, qui eum cruciat, curationem adhibeas. Et Thaddæus: Eamus, inquit, quoniam ad eum re vera missus sum.*

XIX.

Post hæc ergo primo mane Tobias, assumpto secum Thaddæo, perrexit ad Abgarum. Ut autem venit, cum jam proceres Abgari ei præsto adstiterent, ex templo in ipso ingressu magnum quoddam & illustre visum in vultu Thaddæi Apostoli elucere, Abgaro cernebatur: quod cum Abgarus conspiceretur, supplex Thaddæum adoravit. Admiratio, omnes qui aderant, amplexa est: illi enim visum, quod soli Abgaro apparuit, minime cernebant. Qui etiam a Thaddæo sciscitabatur: *Tu ne vere discipulus es Jesu Filii Dei, qui sic mihi per litteras pollicitus est: Mittam ad te quemdam ex discipulis meis, qui omnem morbi tui agritudinem levet, & tibi iisque vitam largiatur? Cui Thaddæus: Quoniam, inquit, magnam fiduciam in Domino Jesu, qui misit me ad te, collocasti; ob eam causam ad te missus sum. Et rursus: Si fides, quam in illum contuleris, magis magisque creverit; mentis tuæ postulata tibi, ut credideris, evenient. Ad quem Abgarus: Sic, inquit, in illum credidi, ut vellem maxime Judæos, qui eum cruci affixerunt, exercitui ad eam rem collecto, prorsus e medio tollere, si Romanorum Imperium non esset meo instituto impedimento. Et Thaddæus: Dominus noster, inquit, & Deus Jesus Christus voluntatem sui Patris explevit: quod ubi ab illo factum fuit, ad Patrem denuo assumptus est.*

Congressus Thaddæi cum Abgaro.

XX.

Cui Abgarus, Et ego, inquit, in illum credidi, & in Patrem ejus. Tum Thaddæus: *Propterea, inquit, in nomine ipsius Domini Jesu manum super te pono. Quod ubi fecerat, e vestigio morbo & calamitate qua dicebatur, relevatus est. Abgarus, igitur magnopere propterea miratus, quod sicut de Jesu auribus acceperat, sic per discipulum ejus & Apostolum Thaddæum, qui illum absque medicamento & herbis inte-*

gra valetudini restituisset, re ipsa comperiebat. Atque non modo hunc, sed Abdum etiam filium Abdi, podagra doloribus oppressum, ad pristinam valetudinem reduxit. Qui cum Thaddæum adiret, abiecit se ad pedes illius: cujus manum cum corpori suo haberet impostam, quod ei in optatis erat, assecutus, penitus convalescit. Complures item alios illorum concives idem Apostolus ex morborum molestiis eripuit, magnas res gessit & cum primis admirabiles: verbum Dei passim divulgavit. Post ista Abgarus: *Tu Thaddæe, inquit, virtute Dei hæc facis, nobisque magnam excitas admirationem: verum deinceps de adventu Jesu, quo pacto contigerit, & de ejus potentia, & qua tandem virtute fecitaverit ea que fama & creber hominum sermo ad nos pertulit, mihi, quæso, oratione explica.*

Et Thaddæus: *In presentia, inquit, silebo: sed quoniam ad verbum Dei prædicandum missus sum, eras mihi omnes civitates tuas congrega, & inter illos palam verbum Dei exponam, ipsamque vitam sermonem inter eos disseminabo: atque adeo de adventu Jesu qua ratione acciderit, de ejus ad terras missione, & cur a Patre in mundum missus sit, uberius disseram. Quin etiam de virtute rerum ab illo gestarum, de mysteriis quæ in mundo locutus sit, qua vi & potentia ipsa transegit, de nova & inaudita ejus prædicatione, de abiectione & contemptu sui ipsius, de humilitate exterioris hominis, qui cuiusque oculis patebat; quo pacto etiam se ipsum dejecerit, mortem obierit, atque adeo divinitatem aliqua ex parte imminuere visum sit; qua a nefariis Judæis perpeffus, quomodo in crucem actus, qua denique ratione ad inferos descenderit, maceriamque que longo ævi spatio integra & immota constitisset, diruperit; ut surrexeritque post triduum, & mortuos, qui multis sæculis obdormissent, excitaverit; quatenus etiam solus descenderit ille, sed cum ingenti multitudine ad Patrem suum ascenderit; quo pacto ad dexteram Dei Patris cum gloria in cælis assideat; quemadmodum cum splendore & potentia ad sententiam de vivis & mortuis ferendam venturus sit, aperte explanabo. Abgarus ergo præcepit, ut prima luce, civis sui in unum convenirent, Thaddæum concionantem attente audituri. Paulo post, auro tum rudi celato, tum rudi & informi illum donari mandavit. At ille respuit, sic fatus: *Si nostra prorsus dereliquimus, quo modo accipiemus aliena? ista quadragesimotertio anno post Christum natum gesta sunt. Que sane non absque fructu & utilitate ex Syriaca lingua ad verbum conversa, opportune sunt in hunc locum conclusa. Hæc Eusebius, a quo tamen in eo S. Hieronymus (a) dissentit, quod hunc Thaddæum non ex septuaginta duorum discipulorum, sed ex duodenario Apostolorum numero fuisse tradit.**

XXI.

(a) Hieron. in Matth. c. 10.

JESU CHRISTI
ANNUS
44.

Sequitur annus Domini quadragesimus quartus, adnotatus consulibus (a) Claudio Augusto secundum & C. Licinio Largo: quo Jacobus Apostolus filius Zebedæi, Joannis frater ab Agrippa Rege Judæorum occiditur. Rem gestam Lucas summam complexus, hæc ait (b): *Eodem tempore misit Herodes Rex (sic enim appellat Agrippam cognomento Herodem.) manus ut affligeret quosdam de Ecclesia. Occidit autem Jacobum fratrem Joannis gladio.* Hæc enim facta esse hoc anno ante Paschale tempus, superius ostendimus. Erat Agrippa Rex Judæicæ religionis observantissimus, ut liquet ex his, quæ tum a Philone, tum a Josepho de ipso sunt scripta, quæ a nobis suis locis sunt superius recitata: quamobrem perfacile fuit Judæis, Christianæ fidei hostibus, ipsum adversus Christi Ecclesiam concitare. Hic ergo diverso plane a priore consilio rem aggredditur. Prima enim post necem Stephano illatam concitata in Ecclesiam persecutio omnes Christi fideles exagitavit, præter Apostolos; qui (ut ex Luca vidimus) expulsis cæteris, soli permitti sunt Hierosolymis agere: quæ vero hoc anno ab Agrippa est conflata vexatio in ipsos tantum Ecclesiæ vertices, sanctos Apostolos, est furore bacchata: ratus nimirum ille, si fundamenta convelleret, omnem desuper molem constructam parvo dirutum iri negotio. Sic igitur cum induisset in animum, & (quod Lucas ait) misisset manus, ut affligeret quosdam de Ecclesia, a Jacobi nece rem crudeliter auspiciat. Quod vero ad ipsum Jacobum pertinet: cum Hispaniarum Ecclesiæ (c) omnes ex æquo profiteantur, eundem Apostolum antea in Hispanias esse profectum, illicque primum prædicasse Evangelium, & aliquot collegisse discipulos: nihil amplius quod de ea re dicamus habemus, quam quæ sunt a nobis in Martyrologio Romano (d) notata, quæ consulat qui hæc cupit. Hic enim tantum agere de ejus martyrio, in animo est; quod eo clarius atque celebrius reputatur, quod primus inter Apostolos tantam gloriam promeruisse cognoscitur. Haud dubium est ante aciem ipsum dimicando stetisse, qui primus omnium strenue fortiterque verbi gladio pugnans gloriosus occubuit.

Quæ vero martyrium ejus præciserint, ex Clemente Alexandrino libro septimo *Stromateum* hæc Eusebius (e): *De isto Jacobo Clemens dicto libro historiam plane memorabilem inserit, eamque narrat, quasi ex traditione majorum acceptam: nimirum eum ipsum qui Jacobum in judicium adduxisset, cum testimonium Christo illum*

CLAUDII IMP.
ANNUS
2.

tam libere perhibentem cerneret, ea re commotum, se esse Christianum ingenue confessum esse. Igitur ambobus una ad supplicium ductis hunc inter eundem a Jacobo postulasse veniam sibi concedi. Jacobum autem paululum rem animo complexum, dixisse: Pax tibi. Illumque osculatum esse: & sic tandem utrumque securi percussurum vitam deseruisse. Hæc ex Clemente Eusebius. Sunt & alia plura, quæ licet incerto auctore scripta (f) ferantur, non tamen prorsus contemnenda putamus: nam quod habent de conversione magorum, Phileti & Hermogenis, alii plerique ad stipulantur; horum namque meminit Paulus ad Timotheum (g) scribens: *Scis, inquit, hoc quod aversi sunt a me omnes, qui in Asia sunt, ex quibus est Philetus & Hermogenes.* De Phileto etiam sequenti capite in hæc verba, de hæreticis loquens: *Sermo eorum ut cancer serpit: ex quibus est Hymenæus, & Philetus, qui a veritate exciderunt, dicentes resurrectionem esse jam factam, & subverterunt quorundam fidem.* Sicut enim Simon magus, licet initiatus esset sacro baptismo, tamen ad magiam reversus, contra Apostolos bellum inivit, ita etiam & dicti magi Philetus & Hermogenes fecisse visi sunt, dum primo per Jacobum ad fidem conversi, inde vero a fide excidentes, adversus Ecclesiam pugnantes, hæresim statuerunt. Quod vero aliorum relatione sanctus Hieronymus (h) recitat immolatum Jacobum die secunda Paschatis; haud constare posse videtur: nam ex his quæ sanctus Lucas scribit, erroris arguitur, dum ait (i), Herodem necis Petri cupidissimum, ab ea tamen abstinuisse usque ad dies Azymorum elapsos. Religiosorem quidem hac ex parte Agrippa cæteris Judæis se præbuit: nam illi ipso Paschatis die Christum (ut dictum est) in crucem agendum curarunt; hic vero, quod dies essent Azymorum, a nece Petri Apostoli abstinentium putavit. Sed quibus persuasionibus eum detruserit in carcerem, de ejus nece spectaculum post dies Paschales populo exhibiturus; idem Lucas (k) rem gestam fufus profecutus, his verbis describit.

Videns autem Herodes quia placeret Judæis, apposuit ut apprehenderet & Petrum. Erant autem dies Azymorum. Quem cum apprehendisset, misit in carcerem, tradens quatuor quaternionibus militum ad custodiendum, volens post Pascha producere eum populo. Et Petrus quidem servabatur in carcere: oratio autem fiebat sine intermissione ab Ecclesia ad Deum pro eo. Acceptat a Claudio Agrippa non regnum tantum plurium provinciarum accessibus au-

CHRISTE
44.

auctum, sed jus etiam in res sacras, nimirum in templum & sacerdotium: sicque non solum ex animi sui sententia summos Pontifices dimovet & creat; sed arbitratus se (quod prædixerat Dominus) obsequium præstare Deo, Apostolorum verticem Petrum, quasi novis dogmatibus sollicitantem populum, e medio tollere festinat. Magno sane terræmotu Ecclesia Christi tunc concuti visa est, dum ipsa petra in Ecclesiæ fundamento locata, tanta agitatione quassari conspiceretur. Hinc tum juges illæ Fidelium omnium (quod & mirandum est) pro Petro ad Deum preces effusæ. Nam etsi alios complures Apostolorum carceri mancipatos sæpe legamus; de nullo tamen ipsorum universam Dei Ecclesiam adeo sollicitam fuisse reperimus, sicut de Petro, utpote communi omnium

Ann. Eccl. Tom. I.

CLAUDII IMP.
2.

parente atque pastore. Sed audivit Deus orationem eorum, & vinculum suum non desepexit.

*Cum enim (inquit Lucas) producturus eum esset Herodes, in ipsa nocte erat Petrus dormiens inter duos milites, vinculus catenis duabus: Et custodes ante ostium custodiebant carcerem. Unde, quæso, tanta hæc diligentia, & tam exquisita custodia? Jam alias ante decennium Judæi experimento didicerant, Angelum (a) Domini Petrum (a) *Act. 5.* ac ceteros Apostolos simul vinctos eduxisse de carcere, timens igitur Herodes, ne quod semel factum erat, iterum eveniret, stulte admodum tot artibus Dei consilium ac sapientiam eludere conatus est. Sed quid eum ille qui reprobat consilia (b) Principum? *Ecce (inquit Lucas) Angelus Domini adstetit; & lumen resulsit in habitaculo;**

IV.
(b) Psal. 21.
Petrus ab Angelo liberatur.

SÆC. I. ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5535.
Anno Urbis 795.
Olymp. 205. an. 2.
An. C. 42.

☉ 23. G. ☽ 5. P. 25. MART. Indiæ. 25.

JESU CHRISTI 42. secundum Baronium 44.

CLAUDII IMP. 2.

[1] Off. Claudius Aug. II. & Caius Cæcina Largus, ut ostendit Card. Norisius in Epistola Consulari.
Cæcina nomen familiae, Largus vero cognomen est.

[1] Off. Claudius Aug. II. & Caius Cæcina Largus. Kalendarium Antiatinum..... CLAUDIO CÆSARE AUG. CÆCINA. LARGO. COS. Nummi cum TR. P. IMP. COS. II. Dio lib. LX. pag. 671. Consulatam (quando Numidæ perdomiti sunt) gerebat cum Claudius, collegam habens C. Largum. Ante Kal. Januarias hujus anni jam Consul. II. Claudius designatus fuerat. Gruteriana Inscrip. pag. CLXXXVIII. 3.

TI. CLAUDIUS
DRUSI. P. CÆSAR.
AUG. GERMAN.
PONT. MAX. TRIB.
POTESTATE. COS.
DESIG. II. IMP. II.

Duæ aliæ huic similes leguntur apud Reinesium classe secunda, n. III. IV. & antequam Tribuniciam potestatem secundam iniret, quæ in diem XXII. Januarii æræ vulgaris 42. incidebat. Igitur hi lapides sculpti sunt anno vulgari 42. Inscripti in porta aurea Ravennati, apud Pighium ad annum Urbis 794.

TI. CLAUDIUS. DRUSI
F. CAISAR. AUG. GER.
MANICUS PONT. MAX.
TR. POT. II. COS. II. DE
SIG. III. IMP. III.

Sponius pag. 267. ex Guichenonii Historia Sabaudia tom. I. pag. 75. corruptum venustate lapideam præfert, qui talis est.

IN HON.
TI. CLAUDII. DRUSI F. CA....
PONT. MAX. TRIB. POT. II.
COS. DES.....

Supplendum: *Design. III.*
Nummi Claudii cum TR. P. (prima) IMP. COS. II. Claudii editum pro Judæis, apud Josephum Antiq. lib. XIX. cap. V. n. 3. novæ editionis, ita incipit: *Tiberius Claudius Cæsar Augustus Germanicus, Pontifex Maximus Trib. Pot. consul creatus iterum edicit Græ. Fasti Vindebonenses: T. Claudio II. & Longo (pro Largo): Idatiani, Claudio II. & Largo. De Cæso Cæcina Largo, vide Norisium in Epistola consulari.*

culo; percussoque latere Petri, excitavit eum, dicens: Surge velociter. Et ceciderunt catenæ de manibus ejus. Dixit autem Angelus ad eum: Præcingere, & calceas te caligas tuas. Et fecit sic. Et dixit illi: Circumda tibi vestimentum tuum, & sequere me. Et exiens sequebatur eum, & nesciebat quia verum est quod fiebat per Angelum: existimabat enim se visum videre. Transientes autem primam & secundam custodiam, venerunt ad portam ferream, quæ ducit ad civitatem: quæ ultro aperta est eis. Et exeuntes processerunt vicum unum: & continuo discessit Angelus ab eo. Et Petrus ad se reversus, dixit: Nunc scio vere quia misit Dominus Angelum suum, & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Judæorum.

Errant, mea sententia, qui putant Herodianum carcerem hunc, in quem detrusus est Petrus, extra Hierosolymitanam civitatem fuisse positum in suburbis, eo quod dicat Lucas de Angelo & Petro e carcere educto: Venerunt ad portam ferream, quæ ducit ad civitatem: quæ ultro aperta est eis. Nescientes Hierosolymam civitatem usque ad tempus hujus, de quo est sermo, Agrippæ Regis, duplici fuisse circumdatam muro; ipsum vero Agrippam & tertium addere aggressum esse, sed non abfolvisse. Cum igitur Petrus e carcere ab Angelo ductus per portam ferream ingressus sit civitatem; dicere possumus carcerem Herodianum inter primum & secundum murum extitisse. Cæterum Josephus

(a) Jos. de bello Jud. li. 6. c. 6. (a) tam in primo quam in secundo muro testatur fuisse erectas munitissimas turres; in quarum unam, ad delinquentes coercendos mancipatam, Petrus coniectus, ac vincus, fuit a militibus custoditus. Nisi potius affirmare velimus (quod magis placet) portam ferream fuisse ostium carceris, non portam civitatis: ex quo pateret aditus ad civitatem: non quod esset extra civitatem positus carcer; sed sicut & Josephus frequenter civitatem solet appellare eam Hierosolymorum partem quæ media est sita inter montem Sion & templum, ita Lucas eodem sensu dicat portam ferream ducere ad civitatem, hoc est, in eam civitatis ampliore regionem, quæ communi loquendi usu proprie civitas diceretur; carcerque situs esset vel juxta templum in ea fortasse munitissima turri quæ dicebatur Antonia, vel alio aliquo loco extra civitatem (ut dictum est) non tamen extra mœnia totius urbis posito.

Angelus igitur Petrum e carcere non ad fugam, sed ad triumphum velut educens, non foras, sed intra civitatem, per portam quæ ferrea dicta est, quamvis clausam, sed divina virtute referatam, perduxit; ut sic liber pastor relictus, sollicitum de se gregem inviseret. De hac fer-

rea porta Petro patefacta hæc Arator dicit (b):

Ferrea quid mirum si cedunt ostia Petro?
Quem Deus æthereæ custodem deputat aulæ,
Ecclesiæque suæ faciens retinere cacumen,
Infernum superare jubet, &c.

Venit ergo (inquit Lucas) ad domum Mariæ matris Joannis, qui cognominatus est Marcus, ubi erant multi congregati, & orantes. Pulsante autem eo ostium januæ, processit puella ad videndum, nomine Rhode. Moris quidem fuisse antiquis appendi malleum januis ad signum dandum, testatur Plutarchus de Curiositate: Sed pergit Lucas: Et ut agnovit vocem Petri, præ gaudio non aperuit januam, sed intro currens nuntiavit stare Petrum ante januam. At illi dixerunt ad eam: Insanis. Illa autem affirmabat sic se habere. Illi autem dicebant: Angelus ejus est. Petrus autem perseverabat pulsans. Cum autem aperuissent ostium, viderunt eum, & obstupuerunt. Annuens autem eis manu ut tacerent, narravit quo modo Dominus eduxisset eum de carcere, dixitque: Nuntiate Jacobo & fratribus hæc. Et egressus abiit in alium locum. Hæc Lucas de liberatione Petri: cujus vincula, velut nobilissimæ victoriæ gloriosa trophæa, omnium fere sanctorum Patrum egregiis celebrata præconis, in Ecclesia sunt perpetua memoria consecrata.

De Petri enim vinculis Augustinus (c) in illa verba: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Dignus certe, inquit, qui ædificandis in domo Dei populis lapis esset ad fundamentum, De Petri columna ad sustentaculum, clavus ad regnum. De hoc ait sermo divinus: Et ponebant infirmos suos, ut umbra saltem transirentis Petri obumbraret eos. Si tunc opem ferre poterat umbra corporis, quanto magis nunc plenitudo virtutis? Si tunc supplicantibus proderat aura quadam pertransientis, quanto magis gratia nunc permanentis? Merito per omnes Christi Ecclesias auro pretiosius habetur ferrum illud pœnalarum vinculorum. Si tam medicabilis fuit obumbratio visitantis, quanto magis catena vincientis? Ut umbra, inquam, transientis Petri obumbraret eos. Si inanis quadam species vacuæ imaginis habere potuit in se vim salutis; quanto magis de corpore meruerunt attrahere salubritatis ferreo pondere sacris impressa. membris vincula passionis? Si ad præsidia supplicantium tam potens fuit ante martyrium, quanto magis efficax post triumphum? Felices illi nexu, qui de munitis & compedibus in coronam mutantis; Apostolum contingentes, martyrem reddiderunt

(b) Arat. in Ast. A. post. lib. 1.

Petrus in-visit suos.

VII. (c) August. de sanct. ser. 20. De Petri vinculis.

runt. Felices catenæ, quæ nudatis penis, ossibus inharerent, vivas reliquias de sanguinis sudore, jam attrita carne, rapuerunt; tactusque membrorum cruciatus sui sanctificat instrumentum; in quo dum afflictio crescit ad penam, causa penæ proficit ad gloriam. Felicia vincula, quæ reum suum usque ad Christi crucem non tam condemnatum, quam consecratum, miserunt. Hæc Augustinus de vinculis Petri: licet non de illis quibus hoc anno vincus est Hierosolymis (nondum enim ea reperia fuerant, quæ temporibus Theodosii Junioris Aug. in lucem sunt prodita) sed de illis quibus Romæ est detentus in carcere, antequam crucis subiret supplicium.

At de his quibus vincus est Hierosolymis, tandem Romam translatis, hæc cecinit Arator diaconus (a):

VIII. (a) Arator in Ast. lib. 1.

Ex Vinculis Petri libertas.

manet omne per ævum
Pignoris hujus apex, & sideris obtinet insur,
Corpore quod Petrus sacravit, & Angelus ore.
His solidata fides, istis tibi Roma catenis
Perpetua salus: harum circumdata nexu
Libera semper eris; quid enim non vincula præstant,
Quæ tetigit qui cuncta potest absolvere? &c.

Quomodo autem hæc ipsa Petri vincula fuerint asservata, fideliter custodita, ac denique inventa, Metaphrastes (b) ex antiquioribus monumentis in lucem prodidit: ea enim in manus devenisse cujusdam ex Agrippæ familiaribus, sed in Christum credentis, sicque per manus per quatuor delata sæcula fuisse, ac tandem patefacta, tradit. Sed de eorum inventione agemus suo tempore. Postquam igitur Petrus sic lapsus, Ecclesiam quæ collecta erat in domo Mariæ (ut vidimus) visitasset, aliaque complura, quæ paulo post recentebimus, peregrisset; Romam versus direxit iter; atque hoc ipso secundo anno Claudii Imperatoris, sed in fine ipsius, Romam veniens, ac prædicans Evangelium: eam erigere cepit Ecclesiam. Sed enim quomodo hæc singula facta sint; enarratis prius quæ antea contigerunt, temporum ordine referemus.

Quid interim sic elusus Herodes? Ait Lucas (c): Facta autem die, erat non parva turbatio inter milites, quidnam factum esset de Petro. Herodes autem cum requisisset eum, & non invenisset, inquisitione facta de custodibus, jussit eos duci: Ad supplicium scilicet: eos enim jussu Herodis fuisse suffocatos, auctor est Petrus (d) martyr Episcopus Alexandrinus: Propter quos, inquit, nulla culpa in Petrum refertur; licebat enim eis, viso quod

(d) Petr. Alexan. can. 13. apud Theop. Balz.

Ann. Eccl. Tom. I.

est factum, effugere: sicut nec imputatur Christo mors infaniam. Hæc ipse. Quid vero post hæc Agrippa egerit, sic narrat Lucas: Descendensque a Judæa in Cæsaream, ibi commoratus est. Erat autem iratus Tyriis, & Sidoniis. At illi unanimes venerunt ad eum, & persuaso Blasto, qui erat super cubiculum Regis, postulabant pacem eo quod alerentur regiones eorum ab illo.

Mirabitur certe aliquis ejusmodi appendicem ad historiam de Petro ab Angelo de carcere in libertatem vindicato, a Luca additam; qui causam irarum Agrippæ in Tyrios ac Sidonios ignoravit: quam illam esse existimamus, quod cum Petrus ab Angelo liberatus, Hierosolymis recessisset, in eas Palæstinæ maritimas regiones venit, ac ibi positas invisit Ecclesias atque composuit; nam & unum ex his qui ipsum sequebantur, presbyterum Sidoniis dedit Episcopum, aliaque in aliis ejusdem & adjacentis regionis locis multa tanto Apostolo digna constituit: hæc autem ex antiquioribus chartis Metaphrastes (e) in hæc verba descripsit: Liberatus a vinculis, cum ab Hierosolymis venisset Cæsaream Stratonis, & ex iis qui sequebantur eum presbyteris, Episcopum ei constituit, venit Sidonem; ubi cum multis curasset, & Episcopum constituit, venit Berythum: in qua etiam cum unum eorum qui sequebantur, ordinasset Episcopum, venit Biblym: deinde Tripolim, ubi apud Marsuam virum quemdam prudentem dixerit; quem cum Fidelibus, qui erant Tripoli Phœnicia, Episcopum constituit, venit Orthosiam: deinde Antandrum; deinde in insulam quæ dicitur Aradus: inde Balaneas: & illinc Panta: deinde Laodiceam; in qua cum multos, qui morbis laborabant, & vexabantur a dæmonibus, curasset, Ecclesiamque congregasset, & Episcopum constituit, venit Antiochiam Syriæ civitatem. Sicque in hunc modum relegit auctor loca ad quæ Petrus accessit, cum liber e carcere Hierosolymis egressus, eam Syriæ partem Antiochiam usque peragravit: eamque fuisse causam existimamus, quod Cæsaream se Agrippa contulerit, & in Tyrios ac Sidonios comotus fuerit. Quæ vero post hæc Lucas subinfert de ejusdem Agrippæ obitu, suo quo contigerunt tempore enarrabimus:

Idem qui supra auctor addit, tunc Antiochia profectum Petrum in Cappadociam venisse, Tyanamque ejusdem provincie civitatem divertisse, indeque abiisse Ancyram Galatiæ; illic mortuum suscitasse, baptizasse credentes, instituisse Ecclesiam; ordinatoque Episcopo, Synopem & Amaseam Ponti civitates concessisse; ac subinde Gangram Paphlagonum, postea vero Claudiopolim, ac inde Nicomediam & Nicaeam Bithyniæ civitates petiisse: post hæc rediisse Antiochiam, inde

O o 2 Hic-

X. De Petri itinere.

(e) Metaphr. die 29. Junii. Sur. tom. 3.

XI.

Hierosolymam. At nos quod ad Hierosolymam spectat, secus sentimus; quin potius eum Romam versus iter direxisse, asseveramus. Sed & errat, dum ante festum Paschale, post solum Petrum a vinculis, ea contigisse scribit. Nam post Paschales dies Petrum esse liberatum, Acta testantur. Nec est quod dici possit, hæc sequenti anno facta fuisse: nam (ut omnes consentiunt) hoc anno secundo Claudii Petrus Romam advenit. Auctor ille quidem (mea sententia) quæ diversis temporibus a Petro sunt facta, in unum colligens, imprudenter in hoc unum tempus rejecit. Cæterum nulla est dubitatio, eas provincias non tantum a Petro fuisse visitatas, sed & Ecclesias in eis institutas, & Episcopos ordinatos: nam & Prochorum Nicomediæ ab eo datum Episcopum, & alios alibi, idem auctor testatur.

XII. Nec prætermittimus dicere, eundem Petrum Apostolum Byzantiis etiam & aliis ejusdem provinciæ locis primos dedisse Episcopos. Id enim egregie proficitur Agapetus Papa illis litteris quas de Menna a se ordinato Episcopo Constantinopolitano scripsit ad Petrum, quæ postea fuerunt in Quinta (a) Synodo recitata; in quibus hæc leguntur: *Et hoc dignitatis suæ (Mennæ scilicet) addere credimus, quod a temporibus Petri Apostoli, nullum alium unquam Orientalis Ecclesiæ suscepit Episcopum manibus nostræ sedis ordinatum. Et forsitan ad demonstrationem laudis ipsius, vel ad destructionem inimicorum, insians res tanta provenit, ut illis ipse similis esse videatur, quos in his quandoque partibus Apostolorum primi electio ordinavit.* Hæc Agapetus: cujus auctoritatem, in Synodo præsertim oecumenica recitatam, majoris esse ponderis existimamus, quam recentiorum Græcorum, ut Nicephori, vel aliorum, qui dixerunt eas Ecclesias ab Andrea Apostolo institutas, ab

II. [1] Ad num. XIII. & seq. Quo anno Apostolorum divisio facta, incertum quemadmodum & utrum Apostoli ad omnia mundi climata perrexerint. Aliqui Scripturæ sacræ Interpretes aiunt, in loco Marci cap. 16. v. 15. *omnem creaturam, vel omnem terram* in Epistola Pauli ad Roman. cap. 10. v. 18. dici per synecdochen, ita ut maxima pars pro toto usurpetur, vel hyperbolicam esse locutionem innuentem quantum paucorum industria valuerit. Sunt tamen, qui propagatam ubique terrarum Evangelii notitiam Apostolorum ævo scribant, quod multo sincerius, in proprio nimirum sensu, Apostoli verba intelligantur. Quod si quis dicat, non potuisse Apostolos transire in novum Orbem, & in Pervanas ac Mexicanas regiones, respondet Torniel-

[1] Jacobum ab Agrippa martyrio coronatum hoc anno nonnulli dicunt, qui occisum post annos undecim a passione Domini tradunt; qui vero post annos novem, ipse necem in annum æræ christianæ 42. conjiciunt. Judæorum Pascha anno Ch. 44. fuit die 11. Aprilis. Menna Græcorum de Jacobo agunt die xxx. Aprilis; Martyrologia vero Ecclesiæ Occidentalis vetustissima die xxv. Julii.

eodemque Episcopos illis datos: quod recentiores Græcorum in Menologio, & uterque Nicephorus, ille Episcopus Constantinopolitanus in Chronico, & alter cognomento Callixtus (b), tradiderunt. Porro constat non fuisse Byzantium primam sedem ejus provinciæ institutam, sed Heracleam. Unde Gelasius Papa ad Episcopos Dardaniæ, agens adversus Acacium: *Cuius, inquit, sedis Episcopus? cujus metropolitana civitatis Antistes? Nonne parochia Heracleensis Ecclesiæ?* &c. Sed de his hætenus.

Antequam vero de Petri Romam agamus adventu, operæpretium existimamus & de cæterorum Apostolorum in diversas Orbis provincias profectio paulo fufius atque accuratius agere: ac primum, quo potissimum anno eadem acciderit, diligentiori studio perquirere. In his pervestigandis plurimum laboris subimus, multumque temporis insumimus: sed quem secure sive ex Græcis, sive ex Latinis auctoribus sequeremur, invenimus neminem. Nam nulla in primis ratio habenda est apocryphi illius scripti, quod Melitonis (c) Sardenfis Episcopi nomine circumfertur, quo proditur, anno secundo ab ascensione Domini, Apostolos per Orbem divisos, in externis provinciis Evangelium prædicasse: neque enim hæc nostra confutatione indigent, quæ ex Actis Apostolicis perspicue refelluntur. Apollonii vero, quod Eusebius (d) recitat, testimonium, inhibuisse Christum Apostolis, ne ante annum duodecimum a sua ascensione recederent Hierosolymis; an solida firmitate subsistat, superius dixisse meminimus: sed id diligentius expendendum. Ex ejus namque sententia dicendum esset, non ante annum quartum Claudii Imperatoris Apostolos in provincias abiisse: cæterum omnium testimonio certum exploratumque habetur, jam anno secundo

XIII. De divisionis Apostolorum tempore.

(c) Apud Bed. in re tract. in Act. Apost. c. 8.

(d) Euseb. hist. lib. 5. c. 17.

IV. Americam cum aliis Orbis partibus habitatis, præsertim cum Asia, qua late patet ad occultis semitis continuari, aut brevi aliquo freto distingui: in medio Oceani cursu non rarâ insulas esse, quasi scalarum vice per has vias ferri & homines & bruta potuisse, aut naufragio præter spem in vastissimas illas plagas appellari; nec forsitan defuisse Angelorum obsequia; cum Angelis de prædicatione Evangelii cura, Deo jubente, fuerit, & Actorum cap. 16. v. 9. de Paulo dicatur: *Vir Macedo quidam erat stans, & deprecans eum, & dicens: Transiens in Macedoniam adjuva nos;* ubi Interpretes Angelum Macedonico in habitu fuisse communiter asseverant.

secundo ejusdem Augusti, Petrum Apostolorum Principem venisse Romam. Rursum ejusdem Apollonii sententia confutari posse videtur Marci Evangelistæ auctoritate: quem cum constat scripsisse Evangelium anno sequenti, ut suo loco inferius demonstrabimus; se illud scriptis consignasse post divisos in orbem terrarum Apostolos, illis verbis in fine (a) positus, satis aperte significat, quibus ait: *Illi autem profecti prædicaverunt ubique, Domino cooperante, & sermonem confirmante, sequentibus signis:* qua ratione saltem biennio ante tempus ab Apollonio definitum, Apostolos in Orbis provincias esse profectos, liquido satis apparet.

XIV. Cum igitur ante sequentem annum, quo Marcus suum scripsit Evangelium, Apostolos jam per mundum divisos fuisse constet; nec ante præsentem annum id contigisse ex Actis Apostolorum satis perspectum habeatur: necessario fateri cogimur, hoc ipso secundo Claudii anno id factum esse. Sicut enim post necem Stephani, universi qui erant Hierosolymis discipuli dispersi sunt (ut ait Lucas b) præter Apostolos: ita etiam secunda hac in Ecclesiam excitata persecutione, occisique Jacobo Apostolo, & Petro eodem supplicio condemnato, sed divina virtute elapso, factum esse Apostolorum dispersionem, seu potius dicere velimus dispersionem, par est credere; cum enim quo loco in Judæa consisterent, persequente illos Agrippa, non haberent; a Judæis sic pulsi, ad externas gentes, ut divina fuerat revelatione Petro demonstratum, sunt profecti. Unde Joannes Chrysostomus (c) in hanc sententiam: *Apostoli, inquit, prædicaverunt Judæis, longoque temporis spatio casti & flagellati in Judæa manentes, ac demum ab ipsis propulsi, in Gentes profecti sunt.* Quod ad diem pertinet, decimaquinta Julii in aliis Martyrologiis (d) ejus rei perpetua memoria consecrata reperitur. His itaque de tempore profectiois Apostolorum in provincias enarratis; quid, cum profecturi essent, communi consilio coeuntes statuerint, aperiendum est.

XV. Sane quidem etiam ab Agrippa excitata vexatio Apostolos compulsi externas quærere regiones: tamen de prædicando Evangelio Gentibus jam tunc Apostolos inisse consilium diximus, cum divina prævia revelatione, ostensa Petro lintei cælitus demissi visione, apertum est Ecclesiæ ostium Gentibus. Ea etiam occasione (ut vidimus) Matthæus primus omnium Evangelium Judæis Palæstinis, quos relicturi essent, Hebraice conscripsit. Tunc etiam Catholicae fidei consulti, quid singuli essent prædicaturi Gentibus, ne ulla ex parte aliqua vel apparens inter eos in annuntiatione Evangelii diversitas esset; quosdam fidei canones, quibus uni-

(a) Marci 16.

(b) Act. 8.

(c) Chrys. hom. 70. in Mart. c. 22.

(d) Bed. Usuard. & alii ea die.

versam Christianam fidem perstringentes firmarent ac stabilirent, constituerunt: quos proprio nomine Dei Ecclesia nominare consuevit Symbolum Apostolorum: vel quod singuli ex eis ad eum perficiendum attulerint suum Symbolum: qua ratione ante necem Jacobi dicendum est illud esse confectum: Vel quoniam qui Christiani essent, eo Symbolo, velut tessera militari data dignosci possent. De his enim agens Rufinus hæc ait (e): *Discessuri Apostoli ab invicem, normam prædicationis in commune constituerunt; ne forte alii ab aliis abducti, diversum ali-* (e) Rufin. in præf. in pres. expof. Symb. Apostolorum.

quid his qui ad fidem veniebant exponerent. Ergo omnes in uno positi, & Spiritu sancto repleti, breve istud futuræ (sicut diximus) prædicationis indicium, conferendo in unum quod sentiebat unusquisque, componunt, atque credentibus hanc auctam esse regulam statuunt. Symbolum autem hoc multis & justissimis ex causis appellare voluerunt. Symbolum enim Græce indicium dici potest, & collatio, hoc est, quod in unum conferunt. Id enim fecerunt Apostoli in his sermonibus, in unum conferendo unusquisque quod sentit.

XVI. Indicium autem vel signum idcirco dicitur, quia illo tempore (ut Paulus Apostolus dicit, & in Actis Apostolorum refertur) multi ex circumcisissimis Judæis simulant se esse Apostolos Christi, & lucrum alicujus vel veniris gratia ad prædicandum proficisciebantur, nominantes quidem Christum, sed non integris traditionum legis nuntiantes; idcirco ergo istud indicium posuere, per quod agnosceretur is qui Christum vere secundum Apostolicas regulas prædicaret. Denique & in bellis civilibus hæc servari ferunt; quoniam & armorum habitus par, & vocis sonus, & sermo unus est, atque eadem instituta bellicandi; ne qua doli subreptio fiat; symbola discreta unusquisque dux suis militibus tradit, quæ Latine signa vel indicia nominantur: ut si forte occurrerit quis, de quo dubitetur, interrogatus symbolum, prodatur si sit hostis, an socius. Idcirco denique hæc non scribi chartulis atque membranis, sed retineri cordibus tradiderunt; ut certum esset, hæc nomenem ex lectione, quæ interdum pervenire etiam ad infideles solet, sed ex Apostolorum traditione didicisse. Discessuri ergo (ut diximus) ad prædicandum, istud & unanimitatis & fidei suæ indicium Apostoli posuere: non sicut filii Noe discessuri ab alterutrum, turrem ex latere cocto & bitumine construentes, cujus cacumen ad cælum usque pertingeret: sed munimenta fidei, quæ starent adversus faciem inimici, ex lapidibus vivis & margaritis Dominicis adificantes: quæ neque venti impellerent, neque flumina subverterent, neque tempestatum ac procellarum turbines per-

permoveant. Merito igitur illi ab invicem separandi, turrim superbia edificantes, linguarum confusione damnati sunt, uti ne unus quidem posset advertere proximi sui loquelam: isti vero qui turrem fidei construebant, omnium linguarum scientia & agnitione donati sunt; ut illud peccati, hoc fidei probaretur indicium. Hucusque Ruffinus.

XVII. Hieronymus (a) de eodem hæc ad Pamachium: Symbolum fidei & spei nostræ quod ab Apostolis traditum, non scribitur in charta aut atramento, sed in tabulis cordis carnalibus, &c. Itemque apud Augustinum hæc leguntur: Quod Græce Symbolum dicitur, Latine Collatio nominatur: Collatio ideo, quia collata in unum totius Catholice legis fides, Symboli colligitur brevitate; cuius textum vobis modo, Deo annuente, dicemus. Petrus dixit: Credo in Deum Patrem omnipotentem. Joannes dixit: Creatorem cæli & terræ. Jacobus dixit: Credo & in Jesum Christum Filium ejus unicum Dominum nostrum. Andreas dixit: Qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria Virgine. Philippus ait: Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus. Thomas ait: Descendit ad inferos; tertia die resurrexit a mortuis. Bartholomæus dixit: Ascendit ad cælos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis. Matthæus dixit: Inde venturus est judicare vivos & mortuos. Jacobus Alphæi: Credo & in Spiritum sanctum, sanctam Ecclesiam Catholicam. Simon Zelotes: Sanctorum communionem, remissionem peccatorum. Judas Jacobi: Carnis resurrectionem. Matthias complevit: Vitam æternam. Amen. Hæc Apud Augustinum (b): quamvis an sit ille sermo S. Augustini, a quibusdam revocetur in dubium: sed cuius sit, nihil interest, cum de singulis duodecim Apostolorum distinctis elogiis suppetant etiam aliorum testimonia. Nam de iisdem singulorum Apostolorum sententiis hæc etiam S. Leo Papa (c) ad Pulcheriam Augustam: Ipsius Catholici Symboli brevis & perfecta confessio, quæ duodecim Apostolorum totidem est signata sententiis, tam instructa sit in munitione cælesti, ut omnes hæreticorum opiniones solo possint gladio detruncari. Eadem Venantius (d) Fortunatus, & alii (e) tradunt.

Singulorum Apostolorum singularæ sententiæ.

(b) Aug. de temp. serm. 115.

(c) Leo epist. 96.

(d) Venant. Fort. in prefat. expof. Symbol.

(e) Albin. Elacc. de Offic. Eccl. c. 22. Raban. de inst. cleric. lib. 2. c. 56. & alii.

XVIII. Conc. Chalced. Ephes. Constantinop. 2. & aliorum.

(g) Ruffin. de expof. quod in diversis Ecclesiis aliqua in his Symbol. in prefat.

Hoc ipsum Symbolum Catholica Ecclesia semper adeo est venerata, ut in SS. Conciliis œcumenicis (f) quasi basis quædam & fundamentum totius structuræ Ecclesiasticæ confueverit in primis recitari. De Romana autem Ecclesia, quam sincere & illibate illud absque alia aliqua additione servaverit, Ruffinus hæc dicit (g): Illud non importune commendandum puto, quod in diversis Ecclesiis aliqua in his verbis primo scilicet Symbolo invenimur

adjecta: in Ecclesia autem urbis Romæ hoc non deprehenditur factum: pro eo arbitror, quod neque hæresis ulla illic sumfit exordium, & mos ibi servatur antiquus apud eos qui gratiam baptismi suscepturi sunt, publice, id est, Fidelium populo audiente, Symbolum reddere: & utique adjectionem unius saltem sermonis eorum quæ præcesserunt, non admittit auditus: in cæteris autem locis (quantum intelligi datur) propter nonnullos hæreticos addita quadam videntur, per quæ nonnullæ doctrinæ sensus videatur excludi. Hæc Ruffinus. Et Vigilius (h) contra Eutychem de veritate Symboli citans Romanam Ecclesiam, sic ait: Universitas profitetur credere se in Deum Patrem omnipotentem, & in Jesum Christum Filium ejus Dominum nostrum. Huic capitulo ob id iste calumniatur: Cur non dixit: In unum Deum Patrem, & in unum Jesum Christum Filium ejus, juxta Nicæni decretum Concilii? Sed Romæ & antequam Nicæna Synodus conveniret, a temporibus Apostolorum usque ad nunc, & sub beatæ memoriæ Cælestino, cui iste rectæ fidei testimonium reddidit, ita Fidelibus Symbolum traditur: nec præjudicant verba, ubi sensus incolumis permanet.

(h) Vigil. lib. 4.

Hoc igitur Symbolum Apostolicum non solum cunctis ad baptismum venire cupientibus, primum omnium traditur, & ab eisdem proxime baptizandis exigitur, sed assidue a quolibet Christiano recitandum esse, admonet Augustinus (i), dum ait: Cum autem tenueritis Symbolum, ut non obliviscamini, quotidie dicite quando surgitis, quando vos collocatis ad somnum: Reddite Symbolum vestrum, reddite Domino, commemorare vos, vos ipsos non pigeat repetere, bona est repetitio, ne subrepat oblivio. Ne dicatis; Dixi heri, dixi hodie, quotidie dico, teneo illud bene. Commemora fidem tuam; inspicere te: sit tamquam speculum tibi Symbolum tuum; ibi te vide, si credis omnia quæ te credere confiteris, & gaude quotidie in fide tua. Sint divitiæ tuæ, sint quotidiana quodammodo indumenta mentis tuæ. Numquid quando surgis, te vestis? sic & commemorando Symbolum tuum, vesti animam tuam ne forte eam nudet oblivio. Hæc Augustinus. Ambrosius (k) item de eodem hæc in eadem sententiam: Symbolum quoque specialiter debemus, tamquam nostri signaculum cordis, antelucanis horis quotidie recensere: quo etiam, cum horremus aliquid, animo recurrendum est. Quando enim sine militiæ sacramento miles in tentorio, bellator in prælio? Hæc tenus de Symboli institutione & ejus usu.

XIX.

(i) Aug. hom. 42. Quantæ efficaciz Symbolum Apostol.

(k) Ambros. lib. 3. de virginib. 4. tom. Rom. edit. fol. 357.

His igitur sic ab Apostolis institutis, & sicut Symbolo, ita etiam aliis absque scriptis traditionibus Ecclesiæ impartitis, diviserunt sibi ad quas singuli proficiscerentur

XX.

(a) Hæc dicitur tom. 2. Bibliosb. (b) Socrat. lib. 1. c. 15. & alii eorum scilicet. Spiritus Sancti instinctu facta divisio Provincia-rum. (c) Chrysofost. in Act. Bed. Oecumen. Glossæ & alii.

(d) Act. 13.

(e) Act. 8.

XXI.

(f) Act. 16. Spiritus Sanctus in omnibus confultor.

rentur orbis terræ provincias. Omitimus hic recensere quæ de ea re in pseudo-Prochoro (a) commenta leguntur; ex quo fortasse acceperunt, qui sorte provincias tradunt esse divisas, ut Socrates (b) scribit, & alii. Nec illis assentimur dicentibus, pro ratione linguarum muneris impertiti, cuique illam esse tributam provinciam: quasi velint Apostolos, essi linguarum omnium donum accepissent, peculiari tamen alicujus provincie eorum quemque usum fuisse sermone. At sicut non admittunt Patres (c), post acceptum Spiritum sanctum, qui illos doceret omnia, ac cuncta suggereret, Apostolos res agendas tanti præsertim ponderis forti commississe: ita eosdem omnes omnibus linguis æque locutos esse consentiunt. Dicimus ergo, aliarum exemplo rerum quæ ab ipsis sunt gesta, hæc eadem omnia de divisione provinciarum Spiritus sancti speciali instinctu esse peracta. Si enim de Paulo & Barnaba antequam simul mitterentur ad prædicandum Gentibus Evangelium, dixit (quod habet Lucas d) Spiritus sanctus: Segregate mihi Saulum & Barnabam in opus ad quod assumpsi eos. Quomodo non magis, cum omnes mittendi essent Apostoli, quo singuli profecturi essent, declaravit idem Spiritus sanctus? Quin etiam cum singulorum ordinationes nonnisi præcedentibus prophetiis & specialibus admonitionibus Spiritus sancti (ut suo loco dicemus) ab Apostolis fieri consueverit: numquid in tanto tantæque molis negotio eum consulere neglexerunt? Si insuper ad hominem unum baptizandum missus est Angelus (e) ad Philippum, & quo iturus esset admonuit: numquid cum ad totius humani generis salutem mittendi essent Apostoli, quo singuli profecturi essent, Dominus per Angelum vel aliter divinitus desit demonstrare? Omnia divinus ille Spiritus moderabatur, neque sine illius instinctu aliquis illorum quicquam agere præsumebat, quamvis animo concepisset. Hæc cum pluribus sint exemplis monstrata, adhuc accipe quæ de Paulo ac sociis scribit Lucas (f): Trans-euntes autem Phrygiam, & Galatiæ regionem, vetati sunt a Spiritu sancto loqui verbum Dei in Asia. Cum venissent autem in Mysiam, tentabant ire in Bithyniam: & non permisit eos Spiritus Jesu. Cum autem pertransissent Mysiam, descenderunt Troadem: & visio per noctem Paulo ostensa est: Vir Macedo quidam erat stans, & deprecans eum, & dicens: Transiens in Macedoniam, adjuva nos. Ut autem visum vidit, statim quasi visum proficisci in Macedoniam, certi facti quod vocasset nos Deus evangelizare eis. His ergo & aliis exemplis admoniti, dicimus, singulos Apostolorum in eas Orbis regiones esse amandatos, ad quas Spiritus sanctus privato instinctu voluit eos proficisci.

De hac item Apostolorum professione hæc Justinus (g) martyr: Hierosolymis duodecim viri profecti sunt in mundum, atque hi quidem indocti, & minime eloquentes: Dei autem virtute humano generi denunciaverunt, a Christo missos se esse qui cunctos Dei verbum docerent. Et Joannes Chrysofostomus, de iisdem agens, hæc ait (h): Peragrarunt Apostoli orbem terrarum, & infirmum invenientes, ad sanitatem reduxerunt, & in ruina positum ad stabilitatem revocarunt, non arcus tendentes, sed regnum celorum possidentes; non habentes humana solatia, habentes autem Dominum Deum suum: Ego enim, inquit, vobiscum sum usque ad consummationem sæculi. Peragrarunt univrsam orbem terrarum oves simul cum lupis. Quis vidit? quis unquam pastor oves mittit in medio luporum? sed magis si viderit lupos, congregat oves. At vero Christus e contrario fecit: oves ad lupos; & vulnerata a bestiis non sunt, sed magis lupi ad ovium mansuetudinem conversi sunt; & post multa: Mira virtus erat, piscatorem, publicanum, pellionem nudis præceptis mortuos suscitare, morbos expellere, mortem abigere, philosophorum linguam mutam facere, rhetorum ora confringere, apud Principes, & Reges versari, barbaris, Græcis, & univrsalo humano generi imperare: nam & hoc illi verbo profecerunt; hæc Chrysofostomus.

XXII. (g) Justin. in orat. ad Antonin.

(h) Chrysofost. ad ver. Gentiles. Dei virtus in prædicatione Apostolorum.

XXIII.

Sed quæ essent in totius terrarum orbis vastissima illa silva monstra ferarum atque portenta, quæ nec fingere satis potuit scriptorum Gentilium vanitas, ad quæ perdomanda e Galilea piscatores sunt missi: ut in præsentia dicere prætermittamus de singularum gentium superstitione, accipe quæ de complurium illarum moribus Theodoretus (i) summarim collegit (licet ante eum Hieronymus sit fufius profectus libro secundo contra Jovinianum scripto) Persicæ, inquit, nationes, quæ jam pridem Zaradæ legibus regebantur, matrum, filiarum, sororum connubiis susque deque commixtæ, remque justissimam arbitrantur, id quod erat facinus injustissimum, audita piscatorum lege & accepta, Zaradæ leges ut iniquitatem maximam conculcarunt, Evangelicamque protinus temperantiam complexæ sunt: quisque prius, edocente illo, didicerunt mortuorum corpora canibus depascenda volucrisque porrigere; tunc jam, cum cæperunt in Christum credere, ab ejusmodi immanitate abhorrent, & mortuos suos terræ infodiunt: neque curant Principum leges, quibus id fieri prohibetur, neque tortorum sevitiâ perhorrescunt: magis enim timent Christi judicium; cumque præsentia cuncta irrideant, somnare magis ge vixerunt.

(i) Theodoret. de curat. Grav. car. affect. lib. 9.

Subactæ ab Apostolis gentes Christi lege vixerunt.

gis gaudent que non videntur, eaque de- num reverentur & timent. Has itaque no- vas leges acceperunt a promulgatoribus Galilæis; quique non timerunt Romano- rum potentiam, sese ultro crucifixi hominis imperio subdiderunt. Atque ut hi Romanis legibus viverent, neque Augustus ipse im- petravit, neque Traianus, qui Persarum regna subvertit: & tamen Apostolorum monumenta Persæ homines, tamquam cæ- litus allata fuerint, venerantur; & pau- lo post:

XXIV. Massagetæ miserrimos esse homines arbi- trati, qui alio mortis genere quam violenta nece decumberent; quique idcirco legem de mactandis senibus comedendisque vule- runt: postquam piscatorum leges futurum- que acceperunt, abominabiles illas dapes ac hostias pertæsi sunt. Tibareni quoque soliti olim seniores de aliis rupibus dare præcipites, legem iniquissimam consciderunt, Evangelica lege accepta. Neque amplius Hyrcani, neque Caspii ipsi alunt canes ho- minum cadaveribus, neque Scythæ una cum mortuis hominibus vivos infodiunt, quos olim viventes illi dilexerant. Tantam mo- rum mutationem piscatorum leges invehere potuerunt. Hæc pauca ex multis insinua- se fati credimus, ut ex his qualis esset tunc orbis terrarum facies intelligatur, ma- gisque Christi potentiam admiremur, qui per paucos abjectosque homines, tot Orbis monstra domuerit, ac suo jugo nec tan- tum corpore, sed animo ea ipsa subege- rit. Cum autem complures ex Gentibus frenum Romani Imperii accepissent; tamen nec vi nec suasionibus adigi potuerunt, ut Romanis legibus viverent: Nam (quod idem auctor addit) neque Æthiopes, qui sunt

(a) Euse- bius in Chronico. (b) Hier. de Script. Eccl. in Petro. (c) Iren. lib. 3. c. 1. (d) Tertul. de præsen- ti. (e) Hip. pol. apud Pruden. in Perisse- ph. (f) Cypri- ande unit. Eccles. (g) Arnob. advers. Gentes, in Psal. 106. (h) Lactant. lib. 4. c. 22.

XXV. Sed ut in quas singuli sunt profecti pro- vincias, tandem cognoscamus: quæ ea de

re a sanctis Patribus vel aliis scripta repe- rimus, in medium afferemus. Ac in pri- mis de Petro dicendum, quem hoc anno secundo Claudii Imp. venisse Romam, com- munis omnium sententia est: id enim Eu- sebius in Chronico in primis testatur, id ipsum S. Hieronymus, ac denique ceteri omnes qui de ea re historiam conscripse- runt. Hæc enim habet Eusebius (a): An- no secundo Claudii, Petrus Apostolus, cum primum Antiochenam fundasset Ecclesiam, Romam proficiscitur; ubi Evangelium præ- dicans, viginti quinque annis ejusdem ur- bis Episcopus perseverat: & Hierony- mus (b): Petrus post Episcopatum Antiochenis Ecclesiæ, & prædicatio- nem dispersionis eorum qui de circumcisi- one crediderunt in Ponto, Galatia, Cap- padocia, Asia, & Bithynia, secundo Clau- dii anno ad expugnandum Simonem magum Romam pergit, ibique viginti quinque an- nis cathedram sacerdotalem tenuit, usque ad ultimum annum Neronis: eadem de tem- pore & reliqui omnes conscripserunt: ut nulla de his rellicta sit dubitatio, vel pe- nes eos contradictio. Sicut & de eisdem Petri Romam adventu eadem omnes fere rerum Ecclesiasticarum veteres scriptores & confirmarunt, & perpetuis monum- entis decorarunt; ut Irenæus (c), Tertul- lianus (d), Hippolytus (e), Cyprianus (f), Arnobius (g), Lactantius (h), Optatus (i), Hieronymus (k), Ambrosius (l), Augustinus (m), Severus (n), Pru- dentius (o), Philastrius (p), Orosius (q), Prosper (r), Maximus (s) Tauri- nensis, Petrus (t) Chrysofologus, Arator (u), ac ceteri Latinorum, qui de rebus Ecclesiasticis commentarios ediderunt: ex Græcis vero Papias (x), Caius (y), Dio- nysius (z) Corinthiorum, Petrus Alexan- drinus (a), Eusebius (b), Chrysosto- mus (c), Cyrillus (d) Alexandrinus, Theo- doretus (e), Sozomenus (f), & ceteri juniores: ac denique, ne in re toto cæ- lo perspicua laboremus, id ipsum SS. œ- cumenicæ Synodi, idem etiam Romani Pontifices suis epistolis, Imperatores suis edictis: ac (ut unico tantum verbo rem absolvam) tanta de Petri Romam adventu memoria, omni scripturionum genere me- ruit consecrari, adeo ut nec cuiusvis per- frictæ frontis hæreticus, vel schismaticus, eorum qui ante nostrum sæculum vixe- rint, ausus fuerit de eo vel leviter qui- dem dubitationem movere.

Sic igitur ad totius mundi principem civitatem princeps Apostolorum mittitur, & ad primariam urbem Orbis primus pa- stor jure dirigitur: de quo hæc S. Leo (g): Cum duodecim Apostoli, accepta per Spiritum sanctum omnium locutione lin- guarum imbuendum Evangelio mundum, distributis sibi terrarum partibus, susce- pissent: beatissimus Petrus princeps Aposto- lici

(i) Optat. contra Parmen. lib. 2. (k) Hier. de Script. Eccl. (l) Ambros. serm. in natal. A. post. & alibi. (m) Aug. serm. 7. in natal. A. post. & alibi. (n) Sever. hist. lib. 2. (o) Prud. in Perisse- ph. (p) Philast. de hærese. 30. (q) Oros. lib. 7. c. 6. (r) Pros- per de præd. lib. 4. c. 13. (s) Max. ser. 1. & 5. in nat. A. post. (t) Petr. Chrysol. serm. in natal. A. post. (u) Arator apud Euseb. lib. 2. c. 13. (x) Caius apud Euseb. lib. 2. c. 24. (y) Dion. apud Euseb. lib. 2. c. 24. (z) Dion. apud Euseb. lib. 2. c. 24. (a) Pet. Alexand. can. 3. (b) Euseb. lib. 2. c. 13. (c) Chry- stom. de Petro & Paulo. (d) Cyrila. epist. ad Calcedin. XXVI. (e) Theodo- s. lib. 1. har. fab. in Si- monem, & ceteri. (f) Sozom. lib. 4. c. 14. (g) Leo serm. 1. in nat. Aposto- lici

De Petro Romam missio.

Hi ordinis ad arcem Romani destinatur Imperii: ut lux veritatis, quæ in omni- um gentium revelabatur salutem, effica- cius se ab ipso capite per totum mundi cor- pus effunderet. Cujus autem nationis ho- mines in hac urbe non essent, aut quæ us- quam gentes ignorarent quod Roma didi- cisset? Hic conculcanda philosophiæ opi- niones: hic dissolvenda erant terrenæ sa- pientiæ vanitates: hic confutandi dæmo- num cultus: hic omnium sacrilegiorum im- pietas destruenda, ubi diligentissima super- stitione habebatur collectum quicquid us- quam fuerat vanis erroribus institutum. Ad hanc ergo urbem tu beatissime Aposto- le Petre venire non metuis; & consorte gloria tuæ Paulo Apostolo altarum adhuc Ecclesiarum ordinationibus occupato, sil- vam istam sumentium bestiarum, & tur- bulentissima profunditatis oceanum, con- stantior quam cum supra mare gradereris, ingrederis. Nec mundi dominam times Ro- nam, qui in Caipha domo expaveras sa- cerdotis ancillam. Numquid autem judi- cio Pilati, aut sevitiæ Judæorum, minor erat vel in Claudio potestas, vel in Ne- rone crudelitas? Vincebat ergo materiam formidinis vis amoris; nec estimabatur ter- rori cedendum, dum horum salutem consu- lis, quos susceperas alendos. Hunc ergo intrepida charitatis affectum iam tunc pro- fecto conceperas, quando professio tui a- moris in Dominum trine interrogationis est solidata mysterio. Nec aliud ab hac men- tis tue intentione questum est, quam ut pascendis eum quem diligeres, ovisbus ci- bum, quo ipse eras opimatus, impenderes. Augebant quoque fiduciam tuam tot signa miraculorum, tot dona charismatum, atque experientia virtutum. Jam populos, qui ex circumcissione crediderant, erudieras: jam Antiochenam Ecclesiam, ubi primum Christiani nominis dignitas est orta, fun- daveras. Jam Pontum, Galatiam, Cappa- dociam, Asiam, atque Bithyniam legibus Evangelicæ prædicationis impleveras: nec aut dubius de propectu operis, aut de spa- tio tuæ ignarus ætatis, trophæum Crucis Christi Romanis arcibus inferebas. Hæc Leo: Et Arnobius in illud Psalmi: Posuit terram fructiferam in saluginem; hæc i- tem ait: Sed per Petrum in salugine lit- zerarum positam Romam, fecit eam fructum afferre; & infra: Posuit desertum ab a- quis, quæ peccata lavant: Posuit in sta- gna aquarum: Abundant aquæ baptisma- tis, martyrum poenitentia, elemosynarum abundantia in deserto isto, quod ante Petri adventum siccum fuit & aridum, hoc nunc exultans est, cum constitueret in eo ci- vitas Ecclesiæ, in qua quotidie seminantur agri, & plantantur vineæ, ut fiant fructus natiuitatis, quos benedixit Deus, & fecit ut multiplicarentur. Hæc Arnobius de institu- tione Ecclesiæ Romanæ facta per Petrum.

Quod vero ad rei gestæ historiam per- tinet: quibus itineribus, quibusve locis comitatus Petrus Romam advenerit, ne- minem qui describat, invenimus, præter unum Metaphrastem (a), qui Petri iter Antiochia Romam relegens, ordinatas e- tiam ab eo Ecclesias in via summam re- censuit. Sed quod certo auctore ea scri- pta careant, & in multis fide vacillent, haud in omnibus probantur: ut cum ait, ante dis- cessionem Antiochia altercatum esse cum eo Paulum, tumque contigisse quoddam Paulus scribit a Galatas. Sed eas disensiones longe post hæc tempora factas esse, suo loco dice- mus. Siceciam cum auctor ait, Paulum & Si- lam a Petro inventos esse Corinthi: ceterum Paulum & Silam alio tempore simul coisse, ex Actis Apostolorum suo loco monstra- bimus: Vel cum dicit, Cornelium Cen- turionem a Petro Episcopum Ilii ordina- tum; cum ex his quæ superius dicta sunt, constat ipsum Cæsariensi Ecclesiæ in Pa- læstina fuisse a Petro præfectum. His igitur aliisque ab eo scriptis offensus, li- bentius ea hic referre abstinui. Quod vero idem auctor dicit, Petrum a Christo admonitum, venisse Romam ad Simonem magum confutandum; res est quæ altio- ri indiget inspectione; agemus de ea fu- sius suo loco inferius. Porro venisse una cum Petro Antiochia Romam Marcum in primis, qui postea ab eodem Petro ac- ceptum scripsit Evangelium; Apollina- rem, qui ab eodem postmodum Raven- nati est præfectus Ecclesiæ; Martialem, qui est inde missus ad Gallias; Rufum Capuæ factum Episcopum, Pancratium Tauromenii; Marcianum Syracusis datum Episcopum, & alios cum eis, eorumdem Acta testantur: licet de Marciano & Pan- cratio jam antea, cum adhuc Petrus mo- rareretur Antiochiæ, in Siciliam fuisse mis- sos, Metaphrastes (b) affirmet; cujus e- tiam testificatione habetur expressum, Pe- trum in Italiam navigantem, in Siciliam appulisse.

De ceteris locis, ad quæ Petrus Romam venturus divertit; nobilia in iis remanse- runt antiquitatis vestigia, sed traditione potius quam scriptura firmata. Nam (ut omittamus de singulis dicere, quæ non- dum nobis explorata habentur) est Nea- poli in Campania percelebris memoria, ubi idem Princeps Apostolorum; cum Neapolim navigio delatus esset, una cum suis Missam celebravit. Tradunt insuper ipsum Neapoli solventem, vi ventorum delatum esse Liburnum, indeque Pisas proxime positas conscendisse, ibique ex more incruentum sacrificium obtulisse: quem locum, tantæ rei memoria celebrem, a posteris summo honore habitum esse constat: Inde vero Romam venisse: licet in aliquibus manu scriptis, qui- bus res gestæ Marci Episcopi Atinæ nar-

XXVII. Petri iti- nerarium haud cer- tæ fidei. (a) Meta- phr. dia- 29. Junii.

(b) Meta- phr. dia- 29. Junii.

rantur, Petrum pedestri itinere Neapoli Romam venisse, & Atinam ad Marcum gentilem suum Galileum hominem divertisse, scriptum habeatur. Sed de rebus tam antiquis & incertis quid potissimum affirmare debeamus, non satis constat. De Romana vero Ecclesia a Petro instituta, cui & Episcopus praefuit, dicemus anno sequenti, quo id fieri contigit. His vero sic de Petro narratis, jam de caeteris est agendum Apostolis, & ad quas orbis terrarum partes quisque eorum accesserit (quantum licet antiquorum scriptorum auctoritate) reliquum est ut eo dicamus ordine, quo a Luca (a) eorum nomina recensentur in Actis : ac primum de Joanne est instituenda narratio.

(a) Act. 1.

XXIX.

Joannes igitur Zebedaei filius, frater Jacobi, migravit in Asiam, Minorem scilicet; easque provincias, in quibus & Petrus (ut vidimus) Evangelium praedicaverat, & Ecclesias complures erexerat, praedicatione Evangelicae veritatis excoluit. Una vero cum Joanne profectam esse sanctissimam Dei genitricem Mariam Virginem, & Ephesi apud eum habitasse, epi-stola synodica (b) sacrosancti Concilii Ephesini ad Clerum Constantinopolitanum data, non obscure ab illo sancto Episcopo-rum coetu significatur, dum illic agitur de damnatione Nestorii his verbis: Quare & Nestorius impia haereseos instaurator, in Ephesorum civitate, quam Joannes Theologus & sacra Virgo Deipara Maria quandoque incoluerunt, constitutus, a sanctorum Patrum & Episcoporum coetu ultro se ipsum abalienans, maleque conscientiae reatu impeditus, ad illum sese adjungere non audens; post trinam citationem, sacra Synodi sententia, divinoque sanctorum Patrum judicio condemnatus, omnique sacerdotali dignitate exutus est. Magdalenam etiam una cum Lazaro Ephesi egisse, aliqui (c) tradiderunt: sed his de Magdalena repugnant quae superius dicta sunt. At quae de migratione Dei genitricis Ephesum sunt narrata, ab Epiphanio

(b) Act. Ephes. ca. 2. cap. 26. edit. Peltan.

(c) Notation. in Mart. Rom. die 22. Julii.

Ad num. XXIX. Quod dicitur, D. Joannem in Asiam migrasse, & una cum eo beatissimam Virginem profectam esse, Patresque Concilii Ephesini indicare eam Ephesi apud D. Joannem habitasse; ex epistola Synodica ad Clerum Constantinopolitanum data, deduci non posse, Combesius in Notis ad Nicetæ Paphlagonis Orationem in Joannem Theologum, quae extat prima parte Auctuarii novissimi Graecorum Patrum, observavit. Verba ejusdem Epistolae hoc modo a Baronio in Annalibus referuntur: Quare & Nestorius impia haereseos instaurator, in Ephesorum civitate, quam Joannes Theologus & sacra Virgo Deipara Maria quandoque incoluerunt, constitutus, a sanctorum Patrum & Episcoporum coetu ultro seipsum abalienans, &c. Sed versio illa Peltani, quam Baronius secutus est, parum sincera. Patres enim tantum dicunt: In Ephesorum civitatem veniens, in qua Joannes Theologus, & Dei-

III. B. Virgo cum D. Joanne in Asiam non migravit.

(d) haud facile admittuntur, qui ait: Equidem cum Joannes in Asiam instituerit profectorem, nusquam dicit scripturam quod abduxerit secum sanctam Virginem. Haec ipse, certum complura tradita habentur sine scriptis. De profectioe vero Joannis in Asiam meminerunt Origenes (e), Eusebius (f), Gregorius (g) Nazianzenus, Joannes (h) Chrysostomus, qui ait (i): Corpore autem habitavit Asiam, ubi antiquitus omnes philosophorum sectae philosophatae sunt: idcirco is locus daemonibus obnoxius est, & admodum formidabilis. In medio autem inimicorum claruit; illorumque fugata caligine, arcem evertit ad Arianam munitissimam. Complures ibi erexit Ecclesias, quarum sic meminit Tertullianus (k): Habemus & Joannis alumnus Ecclesias: nam & Apocalypsin ejus Marcion respuit; ordo tamen Episcoporum ad originem recensentis, in Joannem stabit auctorem. Septem enim illae in Asia positae, quarum ipse meminit in Apocalypsi, ab eo fundatae traduntur; nimirum Ecclesia Ephesi, Smyrnae, Pergami, Thyatirae, Sardis, Philadelphiae, & Laodiceae.

(d) Epiph. haer. 78.

(e) Orig. lib. 3. in Genes.

(f) Euseb. hist. lib. 3. c. 1.

(g) Greg. Nazian.

(h) Joann. Chrysos. lib. 3. in 1. Apoc.

(i) Joann. Chrysos. lib. 1. in rem.

(k) Tertull. lib. 4. contra Marcion.

XXX. Ecclesia Ephesina.

(l) Iren. lib. 3. c. 3. in fin.

(m) Prochor. c. 7.

(n) Jul. Capit. in Gallien.

(o) Metaphr. die 5. Septembr.

Sed quod pertinet ad Ecclesiam Ephesinam: a Paulo fundatam, a Joanne curatam esse, auctor est Irenaeus (l). Multa sunt quae in pseudo-Prochoro de Joanne in Asia gestis, ac praesertim Ephesi, scripta leguntur, sed prorsus commentitia ac fabulosa, indigna plane quae hisce chartis nostris inferantur: ut inter alia plura, quae habet de templo Dianae (m) Ephesiae Joannis virtute prostrato: nam constat integrum permanisse usque ad Gallieni Imperia, quando (ut auctor est Julius Capitolinus) a Gothis est expilatum & concrematum. Porro res ab eo gestas in Phrygia, ac praesertim Hierapoli, ubi permansit usque ad Philippi adventum, recitat Metaphrastes (o). Caeterum Joannem non semper in Asia permanisse, sed & alias Orientis regiones Evangelium praedicando peragrasse, multa sunt testimonia. Ad Parthos enim ascendisse, titulus

para Virgo. Ubi margini adscriptum, quasi supplendo: Aliqui subintelligunt, aliquando habitaverunt; alii, ades habent. At eos parum in lingua Graeca versatos dicit Combesius, addens, Patres intelligere, sic vocatam majorem Ephesiorum Ecclesiam a suis Patronis & Tutelaribus. Ita certe Cyrillus auctor est in Apologia ad Theodosium, Epiphaniusque haereseos LXXVIII. n. XI. ferio impugnans, qui sorores spirituales domi retinerent, seque ea in re Johannis exemplo tuentur qui Domini iussu ad se eam accepisset, certa quadam dispensatione; subjungitque Epiphanius: Praeterea postquam illud ita gestum est; & ad sese illam accepit, non amplius apud ipsum permansit. Paulo post ait: Ac cum Joannes interrim in Asiam profectus sit, nusquam tamen B. Virginem itinervis comitem secum illum habuisse significat. Sed inquit Baronius: Complura tradita habentur sine scriptis. Verum illud de quo agitur,

ius sua ipse prima epistola, quae olim ad Parthos inscripta legebatur, facile monstrat. Sed adhuc superiores Orientis partes penetrasse, & Bafforas Christiana fide imbuisse, accepimus certa ac fide digna relatione religiosissimorum (a) Patrum Societatis JESU, qui nostris temporibus ad Indos Evangelicae praedicationis causa profecti, haec ex ejusdem populi a majoribus accepta traditione didicerunt. Haec de Joanne. De Jacobo autem ejus germano nihil est quod dicamus, quem (ut vidimus) ante profectorem Apostolorum ad Gentes, ab Herode Agrippa constat esse necatum.

(a) Ex literis ab ipso scriptis. anno Domini 1555.

XXXI.

(b) Orig. lib. 3. in Genes.

(c) Euseb. hist. lib. 3. c. 2.

(d) Greg. Nazian. or. in Arian.

De Andreae praedicatione.

(e) Chry. sol. lib. 3. c. 39.

(f) Niceph. histor. lib. 2. c. 39.

(g) Niceph. lib. 3. cap. 6.

IV.

B. Magdalena nunquam Ephesi fuit.

Andreas, qui sequitur ordine, ad Scythas missus traditur ab Origene (b) & Eusebio (c). In Graeciam vero inde descendisse, & in Epirum venisse, testatur Gregorius Nazianzenus (d), atque Chrysostomus (e); sed ex junioribus Graecis Nicephorus (f) haec de Andreae peregrinatione: Sorte, inquit, ea provincia obtigit, ut ad Gentes mitteretur, in Cappadociam scilicet, Galatiam, & Bythiniam: quibus peragratis, ad eam quoque accessit quae Antropophagorum dicitur, & ad Scytharum solitudines, ad utrumque Pontum Euxinum oraesque Septentrionales, ad ipsum quoque Byzantii solum; deinceps Thraciam, Macedoniam, Thesaliam, & Achaiam peragravit: in quibus provinciis omnibus longo tempore sermonibus divinis, prodigiisque mirificis Christum glorificans, tandem a Proconsule Aegae in crucem est actus: & alibi (g): Thraciam, Macedoniam, & Euxinum provincias sortitus, Byzantii Christum praedicavit: & cum a Zeuzippo tyrannidem ibi tenente ad necem quaereretur, Argypopolim transiit, atque ibi biennium conventus agens, per multos ad Christum fidem perduxit: caeterum sacra in eo loco Ann. Eccl. Tom. I.

fundata ade, & Stachi Episcopo creato, Synopem conscendit. Sed fide nutant haec ob apertum mendacium de Zeuzippo tyranno: nullus enim incumbebat tempore Claudii tyrannus in Thracia; quam provinciam Praeses summa pace moderabatur. Rursum vero Nicephorus (b) Episcopus Constantinopolitanus haec in eandem sententiam: Primus, ait, Andreas Apostolus praeco Byzantiis fuit Evangelii: extruxit aedem in qua precibus piis imploraretur Deus, ultra regionem Argypopolis; & ordinavit Episcopum Stachim, cujus meminit Apostolus ad Romanos (i). Ecclesiam quoque Nicæae in Bithynia fertur erexisse (k) illicque Callixtum primum Episcopum ordinasse. At haec ex apocryphis accepta sunt; nam eas Ecclesias a Petro esse erectas, superius est demonstratum. Scribit Sophronius (l), Andream non tantum missum ad Scythas (quod testantur caeteri) sed ad Sogdianos, Sacos, & Aethiops: idque ipsum affirmat Dorotheus (m). Philippus quintus ordine Asiam Superiorem Evangelio traditur (n) excoluisse, demum Hierapoli annos natus octoginta septem Martirium subiisse: quod & Joannes Chrysostomus (o) tradit: eundemque aliquam partem Scythiae peragrasse, & una cum Bartholomaeo aliquo temporis spatio Evangelium annuntiassse ferunt (p). Apud Isidorum (q) legitur, Philippum Galles etiam Christiana fide imbuisse, quod & in Breviario Toletano, institutionis S. Isidori legitur. Sed Galatis loco Gallis, esse restituendum, diximus in Notationibus ad Romanum Martyrologium.

(b) Nicephorus in Chron.

(i) Rom. 16.

(k) Abas. in Andrea.

(l) Apud Hier. de Scrip. Eccl.

(m) Dorotheus in Synops.

(n) Niceph. lib. 2. c. 39. die 15. Novem.

(o) Chry. sol. lib. 3. de 12. Apostol.

XXXII. De Philippo Apolito.

(p) Idem qui supra Nicaph. & Metaphr.

(q) Isid. de vit. & obitu sanct.

(r) Origen. in Genes. lib. 3.

(s) Euseb. lib. 3. cap. 1.

XXXIII. De Thoma Apolito.

(t) Greg. Nazian. bon. ad Arian.

Thomas Apostolus in primis ad Parthos profectus est, ut auctor est Origenes, (r) & Eusebius (s). Eundem Indos penetrasse, tradit Gregorius (t) Nazianzenus Pp 2

Asia insulam exponunt, ubi postquam ad sepulcrum S. Joannis Evangelista ebulliens inde manna admirantes, lacrymis perfuderunt, postquam se septem Dormientibus, & Maria Magdalena ibidem requiescenti commendaverunt. Sed Sanctimonialis Hildensheimensis ejusdem sancti confanguinea, quae longe ante Anonymum illum S. Praefulis vitam & peregrinationem ad Terram sanctam descripsit, nullam mentionem habet de B. Magdalena: inde, inquit, ambulaverunt in illum locum, ubi septem Dormientes requiescunt, & inde ambulaverunt ad Joannem Evangelistam in loco specioso secus Ephesum. Quare verba illa de B. Magdalena perperam in illud Itinerarium vel ab Anonymo, vel ab alio quopiam Scriptore inserta [1].

tur, nusquam nisi tantum Interpretis errore. Graeci in Menais die xxvi. Septembris inquit accepisse Joannem in Cruce Deiparam in sua, illique ministrasse usque ad ejus dormitionem, & postea sortitum fuisse Asiam Provinciam. Quae sit ratio, cur illam tardius adierit, curaturus Ecclesiam, quam jam Paulus fundaverat, ut auctor est Irenaeus. Ex quibus colligitur, quam inconsiderate a quibusdam scriptum, Magdalenam etiam Ephesi una cum Lazaro egisse; ab aliisque additum, eam ibidem pio sine quiete, auctoritate praefertim Anonymi; qui describens peregrinationem S. Willibaldi primi Eistetenensis Episcopi circa annum septingentesimum octogesium sextum demortui ait: Tabentes salo artus apud Ephesum.

[1] Recentiores fere omnes adhuc in ea sunt sententia, ut Jacobus Alpha sit idem ac Jacobus frater Domini. Graeci hos distinguunt; Jacobum Alpha faciunt unum ex duodecim Apostolis, & Jacobum fratrem Domini, Episcopum Hierosolymitanum; quam sententiam amplexi sunt Aethiopes, & Syri, uti animadvertit Jo: Baptista Cotelerius in notis in lib. II. Constitut. Apostolic. Cap. I. v. pag. 175, qui tamen monet, a Latinis duos Jacobos agnosci, utrumque Apostolum, unum Alphaei, & alterum Zebedaei filium.

nus. In Æthiopiā quoque perrexisse, testatur Joannes Chrysoſtomus (a), cum ait: *Thomas de albat Æthiopas*. Thomæ adſcribitur (b) quod ait Theodoretus, Parthos, Perfās, Medos, Brachmanos, Indos, aliasque nationes finitimas Chriſti Evangelium ſuſcepisse. Ad Taprobanam quoque inſulam venisse, Nicephorus (c) tradit: qui tamen apocrypha quædam de Thoma abire ad longe poſitos populos detrectante, & Dōmino illi apparente cum ſcribat, ab iis nos abſtinuimus. Sunt alia incerti auctoris tamen Joannis (d) Chryſoſtomi, ſed falſo nomine inſignita, quibus fertur, Thomam tres illos magos qui Chriſti præſepe adiere, baptiſmo initiari, ac ſocios in prædicatione Evangelii ſecum duxiſſe: id ipſum apud Sophronium (e) æque legitur & alios. Qui apud Indos reperti ſunt Chriſtiani in regione Narſingenſium, firma certaue traditione affirmant Thomam Apoſtolum in illis regionibus Evangelium prædicariſſe, Eccleſias erexiſſe, ac cætera quæ ad Chriſtianorum institutionem pertinent conſummariſſe. Id ipſum profiteri qui in Indiæ regione Changanore dicta & aliis adjacentibus locis agunt, Oſorius Silvenſis (f) Episcopopus, qui res Indicas luculentissime ſcripſit, teſtatur.

Bartholomæus in Majorem Armeniam profectus, Lycaonas ejus provinciæ populos veritatem Evangelicam docuit, & ad pietatem inſtituit, ut eſt auctor Chryſoſtomus (g). Albanos inſuper Chriſtiana fide imbuiffe, tradit Sophronius (h): ceterioremque Indiam penetraſſe, Origenes (i) teſtatur; id ipſum Socrates (k) quoque & alii. Certam fidem de his fecit Pantænus philoſophus Chriſtianus qui peregrinatus ad Indos, memoriam de Bartholomæi prædicatione virentem adhuc reperit: quin & Matthæi Evangelium ab ipſo, antequam illuc proficiſceretur, deſcriptum, ibi inventum, ac acceptum ſecum detulit, cum Alexandriam rediit. Id Eusebius (l), Hieronymus (m), & alii recentiores, qui ab his ipſis acceperunt, affirmant.

Matthæum ad Æthiopiā miſſum eſſe auctor eſt Socrates (n), ex Origene (o) puto, qui id ipſum tradit. Quæ de ipſo ſcribit Nicephorus (p), ut commentitia prætermittimus. Qui ſequitur nomen ordine Jacobus Alphæi, frater Domini idemque Juſtus dictus, non legitur in externas profectus eſſe provincias: ſed qui (ut vidimus) Hieroſolymorum creatus eſſe Episcopopus, ne Judæi, quorum causa munus illud ſuſceperat, omnino derelicti haberentur, loco conſtitit, nec ſicut cæteri ad Gentes in diverſas Orbis partes abire permiſſus eſt. Tanta enim eum tamque conſpicua ſanctitate effulſiſſe tradunt, ut quamvis Judæorum magiſtra-

tus in cæteros ſævirent Apoſtolos, ipſi tamen nullum negotium faceſſerent, ſed honore potius proſequerentur: id quidem non Hegeſippus (q) tantum Apoſtolorum temporibus proximus, ſed & Joſephus (r) Judæus teſtatur, dum ait, tanta eum apud univerſum populum æſtimatione claruiſſe, ut propter illatam ipſi necem exiſtimaverint Hieroſolymam exciſam, & Judaicum populum acerbiffima omnium clade afflictum eſſe. At de ejus vitæ institutione, plura inferius, cum de ejus martyrio ſuo loco agemus.

Sed quod ad præſentem ſpectat inſpectionem: qui putarunt Jacobum Alphæi dictum, a fratre Domini eſſe diverſum: in alias & ipſum, ut ceteros, provincias amandatum tradunt; idque nullius proprius auctoris certo teſtimonio, ſed ex animi arbitrio, ut feciſſe videtur Nicephorus (s): & licet ipſe primo de duobus tantum Jacobis ſententiam aſtruat; tamen dum de Jacobi Alphæi rebus geſtis atque martyrio agit, refert quædam mirum in modum inter ſe diſcrepantiæ, atque proſus abhorrentia ab his que Hegeſippus fideliffimus auctor de eodem Jacobo, uno eodemque cum fratre Domini, ſcriptorum egregiis monumentis poſteriorum memoriæ commendavit; ac tertium, quempiam Jacobum videtur introducere. Fuit quidem ante Nicephorum quorundam ſententia, tres fuiſſe Jacobos in Evangelio recenſitos, Jacobum ſcilicet Zebedæi, alium dictum Alphæi, tertium vero fratrem Domini, cognomento Juſtum: qui hæc tradiderunt, tertium quem diximus Jacobum, extra numerum duodenarium Apoſtolorum imprudenter quidem nimis conſtituunt. Sed ſatis ad ejus ſententiæ conſutationem eſſe videtur, ſi unde eſt deducta, repetatur origo. Ex rejectis enim illis Clementis nomine ſcriptis Recognitionum libris de tribus Jacobis auctoritas ſemel ſumpta, in nonnullos eſt inconſultiſſime propagata. Putarunt aliqui eandem ſententiam ex ejuſdem Clementis (t) Conſtitutionibus, ſed apocryphis, roborari, dum hæc ibi ex perſona Apoſtolorum recitata habentur: *Nos ergo, qui digni facti ſumus ut eſſemus teſtes adventus ejus cum Jacobo fratre Domini, & aliis ſeptuagintaduobus, & ſeptem diaconis, &c.* quibus verbis volunt Jacobum fratrem Domini extra numerum Apoſtolorum conſtitutum. Sed mea ſententia, magis eadem verba Jacobum monſtrant incluſum: nam cum extra numerum ſeptuagintaduorum Jacobus illic poſitus recenſeatur, plane conſtat inter duodecim adnumeratum: alioqui (quod abſurdum eſt dicere) non tantum non inter Apoſtolos, ſed neque inter diſcipulos Jacobus frater Domini locum haberet. Unde (ut ex his patet) quod ibi Jacobus ſingulariter nominetur, non

XXXV.

XXXVI.

(t) Clem.

Conſtit.

lib.2.c.59.

non eſt factum ut e numero duodenario excluderetur; ſed potius ſecundum energiam quamdam, quod frater eſſet Domini, nominatus.

XXXVII. Ceterum ſi attendamus ea quæ de his Patres dixerunt, omnis dubitationis tolleretur ſcrupulus. Nam S. Hieronymus (a) in Iſaiam, cum illorum recitat ſententiam qui quatuordecim numerabant Apoſtolos, & poſt duodenarium numerum Jacobum fratrem Domini & Paulum addebant; agens (b) contra Helvidium, duos tantum fuiſſe Jacobos, alterum Zebedæi, Alphæi alterum, eodemque Majorem & Minorem dictos, aliisque differentiis inter ſe diſtinguit, affirmat, ac probat. Sed an non plus ſatis Paulus Apoſtolus (c) monſtrat Jacobum fratrem Domini unum ex duodecim fuiſſe, cum ſcribens ad Galatas ait: *Alium Apoſtolorum vidi neminem, niſi Jacobum fratrem Domini?* Eusebius (d) item ex Clemente Alexandrino nonniſi duos Jacobos fuiſſe tradit, dum ſic ait: *Duos item Jacobos fuiſſe ferunt, unum cognomento Juſtum, qui de templi ſanctuario præceptis deſectus, fullonis veſte caſus occubuit: alterum, qui capite abſciſſo migravit e vita.* Sed agamus de cæteris.

(b) Idem adverſ. Helvid.

(c) Galat. 2.

(d) Euseb. hiſt. lib.2. c.2.

XXXVIII.

De Simone Apoſtolo.

(e) Hieron. in epiſt. ad Galat. c.4. & contra Helvid.

(f) Beda in retract. in Act. Apoſt. & in Martyrolog.

(g) Iſidor. de vit. & obitu ſanct. c.82. & 83.

(h) Niceph. lib.2.c.40. Dorotheus in Synopſi.

(i) Aug. de unit. Eccl. c.15.

(k) Sal. vian. de provind. Dei lib.7.

(l) Metaphr. die 29 Junii.

XXXIX.

(m) Auguſt. epiſt. 162.

teri Afros a Romana Eccleſia Evangelium accepiſſe: ſic enim ait, diſputans contra Donatiſtas: *Cum ſe videret & Romanæ Eccleſiæ, in qua ſemper Apoſtolica ca-*

thedra vigit principatus, & cæteris terris, unde Evangelium ad ipſam Africam venit, per communicatorias litteras eſſe conjunctum &c. Innocentius Papa ſcribens ad Decentium, nonniſi a Petro miſſos eſſe dicit in Africam, qui populum illum imbuerent Evangelio. Gregorius Papa (n) itidem, ad Dominicum Episcopopus Carthaginenſem ſcribens, hæc habet in eadem ſententiam: *Scientes præterea unde in Africanis partibus ſumpſerit ordinatio ſacerdotalis exordium, laudabiliter agitis quod ſedem Apoſtolicam diligendo, ad officii veſtri originem prudenti recordatione recurritis.* Sed unde digreſſi ſumus, revertamur. Quod ad Simonem pertinet: errare certum eſt illos (o), qui hunc ipſum in unum conſtant cum Simeone, qui Jacobi frater, eidem in ſede Hieroſolymitana eſt ſubrogatus Episcopopus: quem Eusebius ex Hegeſippo plane ab illo diſtinctum eſſe demonſtrat, dum illum Mariæ Cleophæ & Alphæi filium eſſe dicit. Beda (p) aliquando errore lapſus, quod pu-

taffet duos illos unum eſſe Simonem, ſe ipſum correxit. Sed de eadem controverſia, necnon de Judæ nomine eidem indito a nonnullis, agemus inferius opportuniore loco pluribus.

Judas vero, qui & Thaddæus eſt dictus, & ipſe in Meſopotamia Evangelium prædicariſſe dicitur (q), multaque egiffe in Arabia & Idumæa, aliisque adjacentibus regionibus. Sed ſicut de Simeonibus, ita etiam de Thaddæis duobus videtur facta conſuſio: nam quem in Syriam Edeſſam ad Abgarum Regem miſſum tradit Eusebius (r), illum ex numero ſeptuaginta duorum fuiſſe affirmat; quem tamen fuiſſe Apoſtolum ex numero duodecim, multi ſunt arbitrati, & inter alios Hieronymus (f) & Beda (t); qui quod prius dixerat, retractavit. Duos Thaddæos æque ponunt Nicephorus (u) atque Dorotheus.

Matthias, qui in locum Judæ eſt ſubrogatus, in Æthiopiā poſt Judæam Evangelii causa profectus eſſe traditur: id quippe Sophronius (x), Nicephorus (y), & alii eos ſecuti dixerunt. Sed de diviſione & profectioe Apoſtolorum ad prædicandum Evangelium Gentibus, hæcenus: res ſane eſt perdifficilis inveſtigatu, ac potius (mea ſententia) brevitate tractanda quam fabulis involvenda, atque commentis exaggeranda.

Quod vero pertinet ad res ab ipſis geſtas, poſtquam ab invicem ſemel ſeparati ſunt: res quidem æque perobſcura eſt. Cum enim Apoſtolorum nomine tam facta quam ſcripta reperiantur eſſe ſuppoſititia; nec, ſi quid de illis a veris ſincerisque ſcri-

Africana Eccleſia a Petro erec-ta.

(n) Greg. regiſt. lib. 3. epiſt. 32.

(o) Sophron. & auctor. de vit. & obitu ſanct.

(p) Beda in retract. in Act. Apoſt.

XL. De Thaddæo apos. (q) Niceph. hiſt. lib.2.c.4.

(r) Euseb. lib.2.c.13.

(s) Hieron. in Mat. c.10.

(t) Beda in retract. in Act. Apoſt.

(u) Niceph. hiſt. lib.2. c.40. Dorotheus in Synop.

XLI. De Matthia Apoſtolo.

(x) Sophr. apud Hier. de ſcrip. Eccl.

(y) Niceph. hiſt. lib.2.c.40.

XLII. Acta di-verſorum Apoſtolorum.

scriptoribus narratum sit, integrum & incorruptum omnino remanserit: in desperationem plane quamdam animum dejiciunt, posse umquam assequi quod verum certumque subsistat. Age vero, de his orationem pro viribus instituas, & quæ de Apostolis apocrypha, vel omnino rejecta scripta esse probantur, in medium adducamus. Atque in primis inter hæc adnumerandum est Itinerarium nomine Petri Apostoli, quod appellatur Clementis, sive quod Recognitionum titulo inscribi solet, aut quod Athanasius in Synopsi Clementinam appellat. Rursum extabant Actus nomine Andreae, Actus nomine Thomæ, Actus nomine Philippi, Actus Pauli & Theodoti: quos omnes Gelasius (a) censura proscripsit. Addit Athanasius (b) Circuitus Joannis. Agens de his Philastrius (c), factitatum ab hæreticis tradit, ut falsa Acta Apostolorum nomine scripserint: sed & Manichæi, quæ ab Andreae discipulis de rebus gestis a Ponto in Græciam scripta erant, alia addentes, alia vero detrahentes, corruerunt.

(a) Gelas. in Conc. Rom. de lib. apocryphis. (b) Athanas. in Synopsi. (c) Philast. de hæres. c. 89.

XLIII. Tractans Innocentius (d) Papa de his commentitiis Apostolorum Actibus, auctores qui eos confixerunt, prodit, dum ad Exuperium scribens hæc ait: *Cetera quæ sub nomine Matthiæ, sive Jacobi Minoris; vel sub nomine Petri & Joannis, quæ a quondam Leucio scripta sunt, vel sub nomine Andreae, quæ a Nexocharide & Leonide philosophis, & sub nomine Thomæ, & si qua sunt alia, non solum repudianda, verum etiam noveris esse damnanda; at de his quæ ad dictum impostorem Leucium spectant, hæc Gelasius (e): Libri omnes quos fecit Leucius discipulus diaboli, apocryphi; fuisse hunc secta Manichæum, atque actus Apostolorum scripsisse, Augu-*

(e) Gelas. in decret. de lib. apocryphis.

V. Ecclesia Africana ab Apostolis non instituta.

Ad num. XXXVII. Schelstratus Bibliothecæ Vaticanæ Præfector in Dissert. de Ecclesia Africana cap. 2. demonstrat, nullam in Africa Ecclesiam per Apostolos institutam fuisse; idque non tantum Donatistas; sed & antiquos Patres communi consensu docuisse Tertullianum lib. de vealandis Virginibus, ubi Italiæ, Græciæ, aliarumque regionum Ecclesias, quas transmarinas vocat eas esse dicit, quas & ipsi Apostoli, vel Apostolici viri condiderunt: illis opponens Ecclesias Africae, has vocat posteras illas, innuere volens post Apostolos institutas, prout clare indicat, cum Hæreticos Afros libro de Præscriptionibus ad Ecclesias Apostolicas remittit. Nec Salvianus a Baronio citatus contrarium tuetur. Cum enim lib. 7. de Providentia, pleraque de Afris & eorum civitate primaria Carthagine tanquam omni vitiorum cœno inquinata dixisset, cum illius incolæ fornicatione, adulterio, & sodomia feodatos descripsisset, quod se de Afris hoc Apostolum Paulum testatum ait de Romanis tam fœda, omnium consensu, perpetrantibus; ac subdit: *In urbe Christiana, in urbe Ecclesiastica, quam quondam Apostoli instituerant, quam passim suis Martyres coronarant, viri in semetipsis faminas profitebantur, &c.* Ubi per civitatem illam Salvianus non intelligit Carthaginem,

sinus (f) eos refellens testatur. Ceterum longe ante tempora Manetis hæresarchæ, ab ipsis fere Apostolorum temporibus conficta sunt falsa Acta Apostolorum: nam de Encraticis hæc scribit Epiphanius (g): *Uruntur & scripturis primo loco quæ dicuntur Andreae, & Joannis Actiones, atque Thomæ.* Rursum Circuitus Petri ab Ebionitis depravatos esse, idem auctor testatur (h): sed non hæc tantum præsumserunt, verum etiam & alia falsa Acta Apostolorum scripserunt, multaque in eis adversus Paulum Apostolum mendacia coacervarunt, ut idem Epiphanius (i) scribens contra Ebionæos tradit his verbis: *Actus vero Apostolorum alios esse dicunt, in quibus habentur multa impietate ipsorum referta.* Sequitur dicere de his quæ in Paulum scripserunt. Priscillianitas hæreticos etiam falsa Acta Apostolorum commentos esse, eaque Memoriam Apostolorum titulo prænotasse, auctor est Oronius (k).

(f) Aug. de fide contra Ma. nich. c. 4. & 38. (g) Epiph. hæres. 47. (h) Epiph. hæres. 30. (i) Epiph. ibid. (k) Oros. epist. ad Aug. de errorib. Priscillian.

XLIV. Præter autem rejectas illas Recognitiones Clementis, quæ hæctenus extant, feruntur etiam Abdiam Babylonii nomine Vitæ quadam Apostolorum, itemque sub Prochori nomine Actus Joannis Evangelistæ, necnon incerto auctore Passiones Apostolorum: quo titulo a Seleuco (puto potius Leucio Manichæo) fertur esse liber conscriptus, de quo hæc habentur posita in libello de Nativitate S. Mariæ, qui Hieronymo falso adscribitur: *Quidam, inquit auctor, Seleucus (seu Leucius) qui Passiones Apostolorum conscripsit, hunc libellum composuit. Sed sicut de virtutibus eorum & miraculis per eos factis vera scripsit, de doctrina eorum plura mentitus est. Legi manuscriptam (l) epistolam nomine Meliti Episcopi Laodicensis qua significatur a præ-*

(l) in Bibliothec. Vat. nu. 234.

dicto Leucio conficta esse trium tantum Apostolorum Acta, nimirum Joannis, Andreae, & Thomæ.

XLV. Rursum quæ Lini nomine scripta habentur Passio Petri Apostoli, Manicheismo reperitur infecta, ut suo loco inferius perspicue demonstrabimus. Sed qua ratione ea omnia vel his similia Augustinus refellat, audiamus: disputans enim contra Marcionitam, sic ait (a): *Sane de apocryphis istæ posuit testimonia, quæ sub nominibus Apostolorum Andreae Joannisque conscripta sunt: quæ si illorum essent, recepta essent ab Ecclesia, quæ ab illorum temporibus per Episcoporum successiones certissimas usque ad nostra deinceps tempora perseverat; & alibi contra Faustum agens (b): Legunt, inquit, scripturas apocryphas Manichæi, a nescio quibus sutoribus fabularum sub Apostolorum nomine scriptas: quæ suorum scriptorum temporibus in auctoritatem sanctæ Ecclesiæ recipi mererentur, si sancti & docti homines, qui tunc in hac vita erant, & examinare talia poterant, eos vera locutos esse cognoscerent.* Vides igitur, quantum cum periculo prodenda veritatis, absque delectu res gestæ Apostolorum legantur ac recitentur; & quam sit difficile e tot mendaciorum lacunis puram defæcatamque haurire veritatem: Ut merito os Domini is dicendus sit, qui (ut Propheta (c) ait) mundum ab immundo, & pretiosum a vilis noverit separare: ac jure in his legendis, Apostoli (d) sententia servanda sit, dicentis: *Omnia probate: quod bonum est, tenete.*

(a) Aug. contra ad. ver. legis lib. 1. c. 20. (b) Aug. contra Faustum lib. 22. c. 19. (c) Hier. de script. Eccl. in Pe. 1. c. 10. (d) Hier. de script. Eccl. in Pe. 1. c. 10.

XLVI. Sed ex quo semel de his agere cœpimus: recensitis jam his quæ de rebus gestis Apostolorum sunt falso supposita, eas etiam enarremus, quæ Apostolorum nomine sunt editæ descriptiones. Et ut ab his quæ Principi Apostolorum adscriptæ sunt, auspiciemur: Petri nomine (inquit Hieronymus (e) feruntur quinque libri, quorum primus Actum Petri inscribitur, alius Petri Evangelium, tertius Prædicationes Petri, quartus Apocalypsis, quintus Liber Judicii: recenset eisdem Eusebius (f): Clemens (g) Alexandrinus tam ex eo qui Petri prædicatio, quam eo qui dicebatur Petri Apocalypsis, fragmenta recitat, & post ipsum Origenes. In aliquibus ecclesiis Palestinæ, in die pascheves, quædam recitari solita ex Petri nomine edita Apocalypsis, auctor est Sozomenus (h). Qui inscriptus erat commentarius, Evangelium Petri, primus omnium Serapion (i) Episcopus Antiochenus, quod hæreses contineret, & ab hæreticis probaretur conscriptus, ipso Fidelibus interdixit. Eum vero librum, cujus erat titulus, Judicium Petri, Rufinus existimavit eundem esse cum eo qui inscribitur, Liber Pastoris, de quo susus suo loco dicendum. Cujus vero est inscriptio, Doctrina Petri, ab Origene (k) rejicitur.

(e) Hier. de script. Eccl. in Pe. 1. c. 10. (f) Euseb. hist. lib. 3. c. 3. (g) Clem. Alex. lib. 6. Strom. Orig. in Joann. c. 13. apud Euseb. lib. 5. c. 11. (h) Sozom. hist. lib. 7. c. 20. (i) Euseb. lib. 5. c. 10. (k) Orig. in Pe. 1. c. 10.

Pauli quoque nomine multa fuere supposita: ac primum Evangelium, itemque Apocalypsis, quæ damnat Gelasius (l); ea enim occasione, quod Paulus interdum dicat, *Secundum Evangelium meum; falsum nomine Pauli fuit editum Evangelium.* Sed & quod scribens ad Corinthios (m) se a Deo revelationes accepisse testatus sit, & ad Galatas (n) etiam suam citet revelationem: ejus quoque nomine Revelationes sunt editæ: qui quidem commentarius rursus quasi e terra revulsus, Theodosii (o) Imperatoris temporibus apparuit; sed quod fabulas contineret hæreticorum, est rursus oblivione sepultus. A Caianis hæreticis confictum fuisse librum, quem dicebant, Ascensum Pauli, occasione inventa, quod idem Apostolus se dicat ascendisse usque ad tertium cælum & audivisse arcana verba, testatur Epiphanius: quo libro Gnosticos hæreticos usos esse, idem affirmat. Actus insuper Pauli, tamquam ab eo scripti ferebantur, quorum meminit Origenes (p). Neque vero hæc edita solummodo Pauli nomine sunt; sed & aliæ, ultra canonicas, additæ fuerunt: epistolæ, nempe tertia ad Corinthios tertia ad Thessalonicenses, & rursus alia ad Laodicenses titulo prænotata: sed de hac alias.

XLVII. Scripta nomine Pauli. (l) Gelas. in decret. de lib. apocryphis. (m) 2. Cor. 11. (n) Galat. 1. (o) Sozom. lib. 7. c. 19.

Joannis quoque Apostoli nomine editi sunt ab hæreticis commentarii, ut alia Revelationes longe diversæ ab his quæ totius Catholicæ Ecclesiæ sunt receptæ consensu: quas a Cerintho esse confictas auctor est Caius (q). Libellus itidem de Transitu Virginis, ejusdem nomine esse vulgatus traditur, atque refellitur (r). Andreae Apostoli nomine etiam constat fuisse editum Evangelium quod Gelasius (s) damnat. Sub titulo Thomæ Apostoli item fuit ab hæreticis scriptum Evangelium, quod respuit Athanasius (t), & alii. Thomæ etiam nomine inditam Apocalypsim, una cum dicto pseudo-Evangolio Gelasius (u) aspernatur. Insuper & Bartholomæi Apostoli nomine usi hæretici, Evangelicam confixerunt historiam, quam æque cum cæteris idem Gelasius rejicit. A Dionysio (x) citatur sententia Bartholomæi; unde autem eam acceperit, ignoramus. Jacobi Alphæi quoque nomine hæctenus pseudo-Evangelium circumferunt, quod jam olim ab eodem Gelasio proscripsum est. Adhuc etiam Matthæi titulo editus erat liber de Infantia Salvatoris; qui a Valentinianis hæreticis, secundum ea quæ scribit Ireneus (y), putatur fuisse conscriptus; damnatur & idem a Gelasio (z). Philippi Apostoli itidem nomine inscriptum fuisse pseudo-Evangelium, quod utebantur Gnostici hæretici, auctor est Epiphanius (*). Nec vero pepercerunt Thaddæo, cujus quoque nomine pseudo-Evangelium pervulgarunt, quod æque cum cæteris Gelasius improbat. Matthiæ itidem

(p) Orig. in Joan. tom. 27.

XLVIII. Aliorum Apostolorum nomine edita scripta.

(q) Caius in dialog. (r) Aug. serm. 35. de sanct. (s) Gelas. in decret. de lib. apocryphis. (t) Athanas. in Synopsi. (u) Gelas. ubi sup. (x) Dionysius de myst. Theolog. (y) Ireneus lib. 1. c. 17. (z) Gelas. ubi sup. (*) Epiph. hæres. 26.

icidem falso nomine ediderunt Evangelium commentitium, quod idem ille Pontifex merito damnat: ejus meminit Origenes (a), Eusebius (b), & Clemens Alexandrinus (c), eidem tribuuntur Traditiones illæ, quarum meminit Clemens Alexandrinus (d), & Eusebius (e). At vero neque desit inscribi Barnabæ spurium a spuris & obscenis iisdemque hæreticis Evangelium: quod una cum eo quo Valentiniani (f) hæretici & Sabelliani (g) usi sunt pseudo-Evangelio, quod dicebatur Ægyptiorum, nomine (credo) Marci confictum, detestatur summo jure Gelasius. Ad hæc, Stephani quoque nomine nobilitatas Revelationes ediderunt, quas idem qui supra Gelasius condemnat.

Addedunt & Gnostici librum titulo Stirpis Mariæ, horrendis confarcinatum mendaciis, ut Epiphanius (h) docet. Sed quod omnia superat genera portentorum, Caijani hæretici (ut de his scribunt Epiphanius (i) & Theodoretus (k) nomine Judæ proditoris, quem laudabant, pseudo-Evangelium composuere. At vero non singulorum tantum Apostolorum hæretici sua ipsorum scripta, sed & communi omnium nomine consignarunt: ferebatur enim volumen, cujus erat titulus Doctrina Apostolorum; quod Athanasius (l) damnat: Itemque liber, qui dicebatur, Sortes Apostolorum; & alius, Laus Apostolorum: quos proscribit Gelasius: ea autem commentos esse Cerinthianos, Ebionitas, Valentinianos, Gnosticos, & alios hæreticos, sed præ cæteris Manichæos, constat: de quibus, præter illa, quæ Cyrillus (m), Augustinus sæpius agens contra ipsos & alii testati sunt, hæc S. Leo (n): *Apostolicas paginas, quædam auferendo, quædam inferendo violaverunt Manichæi ipsi, confingentes sibi sub Apostolorum nominibus, & sub verbis Salvatoris ipsius multa volumina falsitatis.* Idemque (o) de his ad Turibium Episcopum Asturicensis scribens, hæc ait: *Apocryphæ autem scripturæ, quæ sub nominibus Apostolorum multarum habent seminarium falsitatum, non solum interdiciendæ, sed etiam penitus auferendæ sunt; atque ignibus concremandæ. Quamvis sint in illis quedam quæ videantur habere speciem pietatis; numquam tamen vacua sunt venenis; & per fabularum illecebras hoc latentiter operantur, ut mirabilium narratione seductos, laqueis cujuscumque erroris involvant.* Hæc S. Leo de apocryphis ab hæreticis per Hispanias sparsis: quibus etiam adnumerat S. Hieronymus Ascensionem Isaïæ, & Apocalypsin Eliæ, ab iisdem hæreticis promulgatas, de quibus hæc ait: *Apocryphorum deliramenta, conticeant, quæ ex occasione hujus testimonii ingeruntur Ecclesiis Christi. De quibus vere dici potest, quod sedeat diabo-*

(a) Orig. hom. 1. in Lucam.
(b) Euseb. lib. 3. c. 25.
(c) Clem. Alex. Strom. lib. 7.
(d) Clem. Alex. Strom. lib. 2. c. 3.
(e) Euseb. lib. 3. c. 23.
(f) Clem. Alex. Strom. lib. 3.
(g) Epiph. hæref. 62.
(h) Epiph. hæref. 26.
(i) Epiph. hæref. 38.
(k) Theod. lib. 1. hæret. fabul.

(l) Athan. in Synopsi.

(m) Cyrill. Cateches. 6.
(n) Leo serm. 4. de Epiph.

(o) Idem Leo epif. 93. c. 15.

lus in insidiis cum divitibus in apocryphis, ut interficiat innocentem. Et iterum: *Insidiatur in apocrypho, quasi leo in spelunca sua: insidiatur ut rapiat pauperem.* Ascensio enim Isaïæ & Apocalypsis Eliæ hoc habent testimonium. Et per hanc occasionem, multaque bujuscemodi, Hispaniarum & Lusitanie deceptæ sunt mulierculæ onerata peccatis, quæ ducuntur desideris variis, semper addiscentes, & numquam ad scientiam veritatis pervenientes, ut Basilidis, Balsami, atque Theauri, Barbelonis quoque & Leufiboræ, ac reliquorum nominum portenta susciperent. Hæc Hieronymus (p).

Sed quid amplius? Non tantum (ut vidimus) Apostolorum nomine aspidum, ova (quod aiunt) fovenda supposuerunt, sed Christi Redemptoris nostri quoque nomine librum de Magia ad Petrum & Paulum Apostolos scriptum fuisse, quidam sive hæretici, sive Gentiles fuerint, horrende plane ac nefarie mentiti sunt: quos (q) Augustinus turpissimi ac patentissimi mendacii arguit, dum sic ait: *Ita isti desipiunt, ut in illis libris, quos eum scripsisse existimant, dicant contineri eas artes, quibus eum putant illa fecisse miracula, quorum fama ubique percrebuit. Quod existimando, se ipsos produnt quid diligant, & quid affectent; quandoquidem Christum propterea sapientissimum putant fuisse, quia nescio quæ illicita noverat, quæ non solum disciplina Christiana, sed etiam ipsa terrena Reip. administratio iure condemnat. Et certe quætales Christi libros legisse se affirmant, cur ipsi nulla talia faciunt, qualia illum de libris talibus fecisse mirantur? Quid quod etiam divino iudicio sic errant quidam eorum qui talia Christum scripsisse, vel credunt, vel credi volunt, ut eosdem libros ad Petrum & Paulum dicant tamquam epistolari titulo prenotatos? Et fieri potest, ut sive inimici nominis Christi, sive qui ejusmodi execrabilibus artibus de tam glorioso nomine pondus auctoritatis dare se posse putaverunt, talia sub Christi & Apostolorum nomine scripserint: in qua fallacissima audacia sic excæcati sunt, ut etiam a pueris, qui adhuc pueriliter in gradu lectorum Christianas litteras norunt, merito rideantur. Cum enim vellent tale aliquid fingere Christum scripsisse ad discipulos suos, cogitaverunt ad quos potissimum scribere potuisse facile crederetur; tamquam ad illos, qui ei familiariter ad hæssissent, quibus illud quasi secretum digne committeretur: & occurrit eis Petrus, & Paulus. Credo quod pluribus locis simul eos cum illo pictos viderunt; quia memorata Petri & Pauli etiam propter eundem Christo passionis diem celeberrimum solemniter Roma commendat. Sic omnino errare meruerunt, qui Christum & Apostolos ejus non*

(p) Hieron. in Isai. 64.

L. Christi nomine Scripta conficta.

(q) Aug. de consens. Evang. lib. 1. c. 9. & 10.

Mos pingendi cum Christo Apostolos.

in sanctis Codicibus, sed in pictis parietibus quaeserunt. Nec mirum si a pingentibus fingentes decepti sunt. Toto enim tempore quo Christus in carne mortali cum suis discipulis vixit, nondum erat Paulus discipulus ejus, quem post passionem suam, post resurrectionem, post ascensionem, post missum de celo Spiritum sanctum, post multorum Judæorum conversionem, & mirabilem fidem, post lapidationem Stephani diaconi & martyris, cum adhuc Saulus appellaretur, & eos qui in Christum crederant, graviter persequeretur, de celo vocavit, & suum discipulum & Apostolum fecit. Quomodo igitur potuit libros, quos, antequam moreretur, eum scripsisse putari volum, ad discipulos tamquam familiarissimos, Petrum & Paulum, scribere, cum Paulus nondum fuerit discipulus ejus? Hæc & alia Augustinus ad eam imposturam arguendam. Hisce igitur omnibus tam de Christo Domino, quam de ejus Apostolis, hæreticorum quicquid simul collectis, & in angulum velut rejectis; jam expeditiori ad reliqua, quæ ad historiam pertinent, parata via, alacrius ad cursum orationis habenas laxemus.

II.

(a) Hier. de Scrip. Eccl. in Petro.
(b) Metaphr. die 29. Junii. De adventu Simonis Magi in urbem.

(c) Just. Apolog. pro Christ. ad Antoninum Pium.

Ut unde digressi sumus, ad Petri scilicet Romam hoc anno adventum, revertamur: Hieronymus (a) ea de causa ipsum Romam venisse testatur, ut Simonem magum magis suis populo illudentem expugnaret. Metaphrastes (b) his consentiens, hæc scribit: *Virus est et Dominus in visione, dicens: Surge Petre, vade ad Occidentem: opus enim habet ut tuis illustretur facibus: & ego ero tecum.* De accessu vero Simonis magi ad Urbem, deque divino, quem sibi magicis artibus comparavit, honore; Justinus philosophus pro Christianis coram Antonino Pio Imperatore causam perorans, hæc ait (c): *Simon quidam Samaritanus, in vico cui nomen Githon est natus: hic sub Claudio Cæsare efficacium demonum arte in Imperiali urbe vestra Roma, propter magicas quas exhibuit virtutes, deus habitus est, & statua apud vos veluti deus honoratus: quæ statua in anne Fibri inter duos pontes est erecta, Latinam hanc habens inscriptionem, SIMONI DEO SANCTO: ac Samaritani prope omnes, ex aliis autem nationibus perpauca, illum quasi primum deum esse consentientes, adorant quoque: & post multa hæc de eodem: Nec satis fuit malis demonibus ante adventum Christi fabulari de filiis quos Jovi affingunt: sed postquam apparuit inter homines natus, & celebratus est. juxta Prophetarum vaticinia, videntes eum expectatum, & per fidem agnitum in omnibus gentibus, rursum (quod supra diximus) commentum sunt alios, quos vulgo adorandos proponerent, ut Simonem & Menandrum Samaritanos: qui magicis artibus*

multos ad fraudem seduxerunt, etiam nunc huic errori obnoxios. Nam (ut jam diximus) in vestra urbe terrarum domina sub Claudio Cæsare Simon magus Senatam populumque Romanum in tantum admiratione sui stupefecit, ut haberetur pro deo, & receptus in deorum numerum honoraretur dicata sibi statua.

Irenæus (d) eadem his affert verbis: *Cum adhuc magis non credidisset Deo, & cupidius intendit contendere adversus Apostolos, uti & ipse gloriosus videretur in urbe Simone, & universam magiam adhuc amplius inscrutans, ita ut in stuporem cogeret multos hominum: quippe cum esset sub Claudio Cæsare, a quo etiam statua honoratus esse dicitur propter magiam: hic igitur a multis quasi deus glorificatus est, &c.* Rurfus etiam Tertullianus (e) in Apologetico Romanis exprobrat, quod inter ceteros homines inter deos relatos, Simonem magum statua donatum, Sancti Dei titulo insignita, adoretur: sic enim ait: *Cum Laurentinam publicum scortum, velim saltem Laidem, aut Phrynen, inter Junones & Cereses ac Dianas adoratis; cum Simonem magum statua, & inscriptione, Sancti Dei, inauguratis, &c.* Post hos Eusebius (f) relegens quæ tum a Justino tum Irenæo sunt dicta de Simonis artibus, Apostoli Petri virtute sæpe repressis, ac demum Romæ, quo eum est persecutus, extinctis, hæc ait: *Quapropter neque impia Simonis contra Christum conjuratio, neque alterius cujusquam eorum qui tum in lucem prodierunt Apostolorum temporibus, se sustentare poterat: nam illustre veritatis lumen, & divinus ille sermo, qui modo Dei aspirante numine, in humanum genus splendorem suum effuderat, inque terris quasi pubescens viguerat, & cum propriis ac suis Apostolis versatus erat, omnes id genus conatus strenue evicit profigavitque.*

Etenim (ut exemplo rem illustremus) prestigiator ille, quem antea posuimus, velut a divino & admirabili fulgore oculis mentis penitus præstrictis, exemplo (cum jam antea in illis sceleribus, quæ nefarie & perditè consiverat, a Petro Apostolo in Judæa manifeste deprehensus fuisset) longissimum iter terra marique instituens, ab Oriente ad Occidentem usque, quasi profugus vagatus est: istumque vivendi modum solum sibi ex sententia fore arbitratus, sic tandem ad urbem Romam profectus (cum jam ibi diabolica vis & potentia ad hominum perniciem excubans, magno subsidio illi veniret) brevi summo institutum eo perduxit, ut ab illis statua in ejus venerationem erecta, honoraretur ut deus. Cæterum ista non ad longinquum temporis spatium ex sententia illi processerunt: nam e vestigio, sub ipso Claudii Imperio, benigna & propitia Dei totius hujus uni-

LII. (d) Iren. lib. 1. c. 20. Quanto in urbe Simone honore affectus.

(e) Tertul. in Apolog. c. 13.

(f) Euseb. lib. 2. c. 12. & 14.

LIII.

verfatis rectoris erga humanum genus pro-
videntia, fortem ac prepotentem & reli-
quorum omnium Apoftolorum propter vir-
tutis amplitudinem facile principem Petrum
Romam versus, ad ejusmodi pestiferam vi-
ta humane corruptelam delendam, quasi
manu deduxit. Qui quidem ut generosus
& strenuus Dei dux, divinis armis obte-
tus manibusque, eximiam & pretiosam tam-
quam mercaturam veri luminis mente sola
comprehensit, ab Oriente ad Occasum usque
deportavit: ipsamque regni celorum pre-
dicationem, celestem scilicet lucem, & sa-
lutarem animarum doctrinam palam divul-
gavit. Sic ergo cum divinus sermo ad Ro-
manos pervenisset, vesana Simonis poten-
tia extincta est, & homo ipse actu tum
una penitus profligatus. Hucusque de Si-
mone mago & Petri ad Urbem adventu
Eusebius.

Petrus
Romam
missus ad
debelland-
um Si-
monem.

LIV.
Onuphri-
um fugit
lat au-
tor.

Sed licet statim Simonem profligatum
dicat; non tamen hac eo sunt sensu ac-
cipienda, ut tunc sub Claudio ex aere,
quem volatu petierat, desuper lapsus, ca-
dens, in terram extinguitur fuerit: sicut ex
recentioribus aliquis deceptus esse vide-
tur, scribens Simonis lapsum temporibus
Claudii accidisse: quod non aliunde pro-
bare nifus est, nisi ex eo (ut diximus)
quod Eusebius statim post Petri adventum
ad Urbem, Simonem esse profligatum de-
scribit. Sed qui fugatus est tempore Clau-
dii Simon, sub Nerone, qui Magis ad-
dictissimus, eos ab extremis usque Orbis
partibus perquirebat, iterum Romam pe-
tiit, novisque artibus, nempe Icario volatu,
populum in sui admirationem adducere
sibi conciliare studuit. Sane Suetonius (a) a Nerone tradit exhibitum in
spectaculis Icarium volatum; quem quidem
neminem sine magia attentare pre-
sumpsisse, par est credere: quae enim de
Dædali & Icaro volatu a poetis sunt scri-
pta, esse poeticas fisiones, neminem dubi-
tare putamus. Ut haec vero mortalis ho-
mo usu probaret, non sine magicæ artis
experimento adduci potuisse, facile credi
potest: sed quod magia pollicebatur, di-
vina resistente virtute, irritum esse factum,
monstravit eventus. Volatum igitur illum
Simonis, tempore Neronis contigisse, &
non Claudii, Philastrius (b) in primis te-
statur; id ipsum Severus (c), Hegefippus
(d) ille junior, qui scribit de excidio Hie-

(a) Sueton.
in Nerone.
c. 12.
Sub Ne-
rone la-
pius Simo-
ne.

(b) Phila-
str. lib. de
heres. in
Simone c.
30.
(c) Sever.
lib. 2. hist.
(d) Hege-
fip. lib. 2.
c. 2.

VI.
Simon Ma-
gus a Ro-
manis con-
secratus
non est.

A num. LIV. ad LIX. Statuam cum hac in-
scriptione, SIMONI DEO SANCTO, Simoni ma-
go positam fuisse, post Justinum Eusebius, Cy-
rillus, & alii referunt. Non defunt tamen Viri
eruditissimi, qui Justinum hominem Græcum er-
rore deceptum putant, eumque cum vulgarem
ac passim extantem epigraphen legisset, SEMO-
NI DEO SANCTO, Simonem pro Semone acce-
pisse. Certe, inquit Valesius, in Animadvers.
Eusebianis lib. 2. cap. 13. statua illa quam in in-
sula Tiberina viderat Justinus, non ita dudum
effossa est cum hac inscriptione; SEMONI SAN-

rofolymorum, Maximus (e), liber (f)
de Pont. Rom. qui fertur nomine Dama-
si, Prosper (g) Aquitanus, Gregorius
(h), Nicephorus (i), & alii recentiores
omnes, uno excepto Metaphraze (k),
qui ad Claudii potius quam ad Neronis
tempora rem gestam referre visus est: sed
sicut in aliis multis ibi a se positus errare
eum certum est, ita & in his esse hal-
lucinatum constat. Porro rei gestæ seriem
suo loco narrabimus, eamque certioribus
rationibus declaratam firmatamque redde-
mus.

(e) Max.
ser in na-
tal. Apost.
(f) Pontif.
in Petro
(g) Prosper
de promif.
c. 13.
(h) Greg.
Turon. lib.
1. c. 15.
(i) Nice-
ph. hist.
lib. 2. c. 36.
LV.
De Statua
Simonis
& titulo.
(k) Meta-
phr. die
29. Junii.

Hic vero cum actum sit de statua inter
duos pontes (nimirum in insula Tiberi-
na, quæ & Æsculapii dicta est) Simoni
titulo divinitatis dicata: opportune occur-
rendum putamus quorundam virorum, e-
ruditorum tamen, de ea re dubitationi;
in quorum mentes irrepsit aliquando scrupu-
lus, an quæ a Justino ac cæteris Pa-
tribus de statua Simoni ibidem loci dica-
ta sunt dicta, vere subsistant, ac veritati
innitantur. Ut autem res adeo antiqua,
tot tantorumque scriptorum illustrata ac
probata testificatione, revocaretur in du-
bitationem, ejusmodi præcessit occasio.
Ante annos puto quinque, Gregorio XIII.
Rom. Pontifice, in eadem insula Tibe-
rina, e ruderibus lapis est effossus, tali in-
scriptione notatus: servatur hætenus idem
in horto religiosorum Mendicantium in ea-
de m insula posito:

SEMONI SANGO DEO FIDIO SACRUM
SEX. POMPEIUS S. P. F. COL. MUSSIANUS
QUINQUENNAEIS DECUR. BIDENTALIS
DONUM DEDIT

præfert lapis ipse basim, super quam sta-
tua locata esset, sed exigua; nec enim
cum valde angusta sit, capax fuisse vi-
detur alicujus simulacri humanæ stature
similis. Ex hac igitur inscriptione, tali
loco reperta, dubitatio ejusmodi animos
illorum pulsavit: num nominis similitu-
dine Justinus sit lapsus, ut Simoni mago
dedicatum esse simulacrum existimaret;
quod Semoni Sango deo Fidio legebatur
in scriptum. Sed antequam ulterius pro-
grediamur; ut hæc elucidemus, aliqua ad
explicationem ejusdem inscriptionis afferam-
us.

LVI.

Quinam fuerint dii Semones, ex Var-
rone

GO DEO FIDIO. Sanguis, Deus erat apud Sabi-
nos, qui pactis & foederibus præerat, a sancien-
do dictus. Unde etiam Deus fidius vocabatur a
fide; quin etiam per eum jurare soliti erant
Romani. Fefellerunt forsan Justinum Samarita-
ni quidam, qui statuam illam Simoni Samarita-
no positam fuisse ei persuaserunt. Quasi vero
Romani magum ac præstigiatores adhuc viven-
tem consecrassent; aut quasi Deum adjecto
epitheto Sanctum vocaverint. Justinus itaque aut
nominum vicinitate aut falsa relatione decep-
tus.

(a) Ful-
gent. de
priso ser.
(b) Varro
de ling.
Latin. lib.
4.
(c) Proper-
tius lib. 4.
de Herc. in
su.

rone Fulgentius (a), sic explicat: Semones
dici voluerunt deos, quos nec celo dignos
adscriberent ob meriti paupertatem, sicut
Priapus, Hippocæ, Vertunus: nec terre-
nos eos deputare vellent, pro gratia ve-
neratione, sicut Varro in Myflag. ait: Se-
moneque inferius derelicto, deum depinna-
to attollam orationis eloquio. Hæc Fulgen-
tius. Sanguis vero Sabina lingua Hercules
dicebatur, ut auctor est idem Varro (b):
idemque in antiquis lapidibus Sanguis scri-
ptus reperitur, sicut & in inscriptione
Reatina: SEMIPATRI SANGCO; & Proper-
tius (c):

Sic Sanguem Tatiae composuere Cures.
& Ovidius.
Quarebam Nonas Sango Fidio ne refer-
rem.

Legimus & inscriptionem lapidis nuper re-
pertum in Quirinali, in hortis Clericorum
regularium, apud ecclesiam sancti Silve-
stri, his litteris exaratam, qua Sanguem
dici, & distinctum esse Sanguem a San-
cto, quo nomine etiam Herculem dictum
volunt, facile potest intelligi.

SANGO SANCTO SEMON.
DEO FIDIO SACRUM
DECURIA SACERDOTUM BIDENTALIIUM
RECIPERATIS VECTIGALIBUS.

(d) Gell.
lib. 16. cap.
6.
(e) Dionys.
lib. 2.

Sed de Sacerdotio Bidentalium consule
Gellium (d). De ara erecta Romæ Semoni
Sango meminit Dionysius (e) Halicarnas-
sæus; cui numini (ait Verrius) propter
viam sit sacrificium, quod sit proficiend-
di gratia: in quo mos erat, ut si quid
ex epulis superfuisset, igne consumere-
tur, ut Macrobius admonet.

LVII.

Cæterum quod ad diluendam concita-
tam falsam suspicionem pertinet: nulla
quidem vel levis saltem suspicio Justinum
animum movisse potuit, ut vel conjectu-
ra aliqua opinaretur Simoni mago simu-
lacrum illud esse dictatum, quod Semoni
Sango ea erat inscriptione sacrum. Et
ut omittamus dicere de diversorum no-
minum differentis; jam cunctis notissimum
erat, neminem inter deos fuisse recens
recipiendum, nisi ex S. C. nec absque
ejusdem auctoritate licuisse cuiquam rem
sacram facere, statuas vel aras erigere.
Quamobrem cum nec nomen Imperato-
ris, nec Senatus (ut in cæteris) sed
cujuspiam tantum illius collegii sacerdot-
is magistratu fungentis, donum illud of-
ferentis, esset nomen expressum: nulla
potuit in Justinum animum suspicio ascen-
dere, ut Simoni mago in deorum nu-
merum recepto ea fuerit statua conse-
crata.

LVIII.

Ad hæc: Quonam pacto, quæso in his
Justinus decipi potuit, qui non tantum
Ann. Eccl. Tom. I.

Gentilium philosophiæ, sed & ipsorum
theologiæ eruditione non leviter tinctus,
vel mediocriter imbutus, sed egregie
excultus & apprime eruditus erat, ut
plane declarant ejus commentarii non-
modo ad Antoninum Pium, & ad Sena-
tum Romanum, sed ad Gentiles ipsos
sermo exhortatorius scriptus? Sed & quo-
modo idem ipse non ea de Simone ma-
go plus certo Romæ diu multumque ver-
satus explorata habuit, quæ non in an-
gulo, vel coram ejus rei ignaris locu-
tus est, sed ad ipsum Romanum Impera-
torem, ac filios Cæsares, necnon Roma-
num Senatum conscripsit? Vel quonam
pacto tam aperte testatus, a Senatu po-
puloque Romano Simonem deum habi-
tum, & statuam honestatam, cum hæc mox
subdit? Quocirca ut sacer quoque Senatus
& populus Romanus una vobiscum postu-
lata hæc nostra cognoscant; petimus ut
si quis inter eos doctrinis illius detineat-
ur, vero cognito, fraudem erroris effu-
gere valeat; & statuam, si vultis, ab-
olete. Hæc ipse Justinus. Nunc vero
dicant, velim, qui suspicantur eum de statua
Semonis Sangi esse deceptum: numquid
inter duos pontes tantum, an in uno
Urbis loco simulacrum ejusmodi viseba-
tur, cujus cultus & superstitio ab ipsis
fere Urbis cunabulis a Sabinis illata,
cum nomine creverat? certe fuisse etiam
in Quirinali ejusdem idoli cultum, secun-
da, quam posuimus, inscriptio, demon-
strat. Quid ergo Justinus unum ab Im-
peratore & Senatu petit abolendum,
cum plura in Urbe essent ejusdem
idola, eodemque nomine simulacra nota-
ta? Sic enim Romæ creverat superstitio
ut Dio (f) de his Claudii temporibus a-
gens, hæc dicat: Omnes jam ædes, om-
nia opera statuarum & donariorum essent
plena, &c.

Dilutio
obiecto-
rum.



(f) Dio l.
60.

LIX.
Simon ut
Jupiter
coli vo-
luit.

Hæc ipsa itaque etfi ad tollendam om-
nem de ea re suspicionem satis super-
que videri possint; adhuc tamen & alia
subinferimus. Jam vidimus, per Semo-
nem Sanguem Gentiles Herculem intelle-
xisse: cujus simulacrum sic consuevisse ef-
figiari, ut a cæteris diis distinctum absque
ulla alia inscriptione, ipso solo intuitu
facile cujusnam esset, ab omnibus cogno-
sci posset, omnes credo etiam intellige-
re. Cæterum non in imagine Herculis,
sed Jovis Simonem, & scortum suum
Helenam in Minervæ effigiem formatam
adorari solitos, auctor est Irenæus (g), qui
sic ait. Imaginem quoque Simonis habent
factam ad figuram Jovis & Selenæ (ali-
ter Helenæ) in figuram Minervæ, & has
adorant. Augustinus (h) eadem in hæc
verba: Jovem se credi volebat, Minervam
vero meretricem quamdam Selenem, quam si-
bi sociam scelerum fecerat; imagineisque
& suam & ejusdem meretricis discipulis
suis

(g) Iren.
lib. 1. c. 20.
in fine.

(h) August.
ad Quod.
vult deum
de heres. 1.

his praebebat adorandas, quas & Romae
tamquam deorum simulacra auctoritate pu-
blica constituerat: in qua urbe beatus Apo-
stolus Petrus eum vera omnipotentis Dei
virtute extinxit. Hæc Augustinus: ex
quibus omnis plane suspicio tollitur, ut
in imagine Semonis Sangi dei Fidii, Her-
culis scilicet, potuerit Justinus decipi,
qui probe noverat, Simonem gentilem
suum (nam & ipse Samaritanus erat) in
effigie Jovis coli. Sed de his fatis.

Agens Orosius de Petri hoc anno in
URBEM adventu, multa simul bona tunc
Romæ divinitus esse concessa testatur: &
inter alia admiratione quiddam dignum,
scilicet quod hoc ipso anno secundo
Claudii (ut auctor est Dio a) accidit
de Camillo Scriboniano Præfecto Dalma-
tiæ; quo adversus Claudium rebellante,
& milites ad defectionem sollicitante, ip-
sa signa militaria, Aquilæ dicta, sic
solo affixa manserunt, ut nulla vi mili-
tum dimoveri loco possent. Quo prodigio
immutatus militum animus, in auctorem
seditionis arma convertit: sicque ingens
bellum civile excitatum, ex insperato di-
vinitus fuit sedatum. Itaque (inquit O-
rosius b) propter adventum Apostoli Pe-
tri, & tenera Christianorum germina,
visandum adhuc pauca ad sanctæ fidei pro-
fessionem erumpentia, hanc exorientem ty-
rannidem, & confurgens istud civile bel-
lum neget quisquam divinitus fuisse com-
pressum, qui præteritis temporibus de com-
pressione bellorum civilium simile probavit
exemplum? Addit & id genus alia: quibus
& adjicere potuisset (& ea quidem in-
signia) quæ hoc ipso anno facta esse Dio
(c) testatur: nimirum Mauros primum a
Suetonio, inde a Cneo Sidio admirabili
quodam modo aqua divinitus impartita (li-
cet magis res sit adscripta) fuisse peni-
tus sub Romana ditione redactos: quan-
do eandem Mauritaniam in duas provin-
cias, Tingitanam, & Cæsariensem, Clau-
dii Imperator divisit, eisque equestris
ordinis præfecit Romanos homines, Jam
& paulo ante Sulpitius Galba Catos vi-
cerat; & inter alia ejus victoriæ insi-
gniâ, Aquilam militarem, quæ sola e

(a) Dio lib. 60. Suet. in Claudio c. 13. Plin. lib. 3. ep. 16.
(b) Oros. lib. 7. c. 7.
(c) Dio lib. 60.

VII. Imperante Claudio fames sæpe grassata est.

Ad num. LXII. & seq. Romæ secundo Im-
perii Claudii anno, ut prodit Dio lib. 68. ingenti
fame exorta, Imperator, ut copia alimen-
torum prospiceret, portum Ostiæ extruxit, opus
agre post undecim annos absolutum, quamvis con-
tinuis triginta hominum millibus sine intermissione
operantibus, inquit Suetonius in Claudio cap. 20.
Porro de ea fame hoc anno agit Dio, non
quod revera tunc inceperit, sed quod magis ea
tunc sævierit. Mediobarbus enim Nummus hu-
jus Imperatoris exhibet inscriptum: TI. CLAU-
DIUS CÆSAR. AUG. Cernitur vas frumentarium
spicis repletum. In postica: PON. M. TR. P.
IMP. COS. DES. IT. S. C. Nummus superiori an-
no percussus, cum præsentis Consul iterum fue-
rit. Existimavit Baronius hanc famem, eam

Variana clade supererat, ab hostibus vin-
dicarat. Quo item tempore & P. Gabi-
nus Marfos superavit. Hæc omnia Dio
(d). Sed his, quasi levibus, non attendi-
mus.

Cum vero Romam pervenisset Petrus,
antequam Gentilibus Evangelium prædi-
casset, ad contribules suos divertisse Ju-
dæos, existimamus. Incolebant illi regio-
nem Transiberinam jam ab Augusti tem-
poribus, ut auctor est Philo (e), cui &
Ethnici scriptores consentire videntur, ut
Martialis (f), & alii, quorum superius
mentio facta est. Cæterum ubi Petrus E-
vangelium prædicans Gentilibus Roma-
nis innotuit, non amplius apud Judæos
permisus est agere, sed a Pudente sena-
tore, qui Christo credidit, in domum
suam exceptus est, quæ erat in Vimina-
li, ubi postea Titulus est erectus, Pasto-
ris nomine nuncupatus. Quæ autem ab eo
post hæc acta sint; quomodo scilicet ver-
bi Dei prædicatione complures ad Chri-
sti fidem convertit, atque Romanam ere-
xit Ecclesiam: sequenti anno, quo id fie-
ri contigit, suo loco fusus enarrabimus;
interea vero reliqua hoc anno gesta re-
censere pergamus.

Hoc igitur eodem anno secundo
Claudii Imperatoris, universus terrarum
orbis ingenti fame vexatur, illa nimirum
quam prænuntiavit apud Antiochenos
Christianus Agabus propheta, de quo sic
scribit Lucas (g): In his autem diebus
supervenere ab Hierosolymis propheta
Antiochiam: & surgens unus ex eis, no-
mine Agabus, significabat per Spiritum
famem magnam futuram in universo orbe
terrarum, quæ facta est sub Claudio. Hæc
Lucas. Scimus Eusebium (h), & qui eum
est secutus, Orosium (i), & complures
alios asserere, dictam de fame Orbis cla-
dem incidisse in annum quartum Claudii
Imperatoris: re tamen accurate perpe-
cta, secundo potius quam quarto ejus-
dem Imp. anno eam contigisse comperi-
mus. Dio enim Cassius (k), qui ex Ur-
bis Fastis Romanam historiam per singu-
los annos contexit, nullam aliam sub
Claudii Imperio factam esse famem recen-
set,

esse, quam prænuntiavit Agabus Propheta, de
qua Lucas Act. II. & Suetonius in Claudio
cap. 18. Sed regnante Claudio, fames sæpius
grassata est. Prima fames contigit anno Imperii
Claudii primo & secundo, ut mox dixi. Extat
apud Mediobarbum in Numismatis Imperatorum
Claudii Nummus inscriptus, TI. CLAUDIUS CÆ-
SAR. AUG. Cernitur vas frumentarium. In po-
stica, PON. M. TR. P. IMP. COS. II. S. C.
Qui Nummus ad ostendendam Principis provi-
dentiam hoc anno, quo secundum Consulatum
gessit, percussus; quemadmodum, quem jam re-
tuli, anno superiori. Propagata ea fames in an-
num sequentem, ut indicat Nummus ab eodem
Mediobarbo exhibitus, in quo habetur, TI.
CLAUDIUS CÆSAR AUG. Repræsentatur vas fru-
men-

(d) Dio
ibidem.
LXI.
Petrus
Romæ a-
pud Pu-
dentem.
(e) Philo
de legat.
ad Caium.
(f) Marti-
al. l. 2. Epi-
gr.

LXII.
De fame
totius or-
bis.
(g) Act. II.

(h) Euse-
bius in
Chron.
(i) Oros.
lib. 7. cap.
6.

(k) Dio
Cass. hist.
lib. 60.

set, nisi hoc secundo anno Claudii, quo
egregiam ab Imperatore dicit navatam,
operam, ne Urbs fame periret: tunc e-
nim Romanum portum extruendi initum,
ab eo esse consilium tradit: commendat
& Suetonius (a) ejusdem Imperatoris in-
annona procuranda solertiam. Sic igitur,
Dione auctore, quem magis con-
sentire Actis a Luca conscriptis reperi-
mus, hoc ipso anno secundo Claudii eam
ab Agabo propheta anno præterito præ-
dictam totius Orbis famem referimus.

(a) Sueton.
in Claudio
c. 18.

Meminit & ejusdem tam dire famis Jo-
sephus (b) his verbis: Cum enim per id
tempus civitas gravi fame premeretur, &
multi perirent alimentorum inopia; Regi-
na Helena ex suis alios misit Alexandriam,
comparaturos vim magnam tritici, alios
in Cyprum, qui copiam ficuum passarum
inde adveherent: quibus omnibus brevi re-
versis, cibos egenis distribuit, atque hoc
beneficio memoriam immortalē sibi apud
nostram gentem peperit. Filius quoque ejus
Izates, comperto quanta fame laboraret
ille populus, multum pecunie misit Hiero-
solymitanorum primatibus. Hæc Josephus,
qui de eadem Helena quam Adiabenorū
dicit fuisse Reginam, quomodo una cum
filio ad Judæorum religionem transierit,
paulo superius prolixam recenset historiam.

LXIII.
(b) Joseph.
ant. lib. 20.
c. 2.
De munici-
fientia
Helena
Reginæ A-
diabeno-
rum.

(c) Oros.
lib. 7. c. 6.
Ad in-
Chron. &
alii.

(d) Joseph.
ant. lib.
20. cap. 2.

LXIV.
Quomodo
Helena
ad Judæos
transiit.

Verum, quoniam Paulus Orosius (c) &
alii eum fecuti, eandem Reginam ejus-
que filium ad Christianam fidem conver-
sos esse testantur; utriusnam partis sint
potiora jura, est exacte pervestigandum.
Ut igitur res ipsa certior habeatur, quo-
modo a Josepho (d) describatur, in pri-
mis hic recitemus.

Per idem tempus, inquit, Adiabenorū Re-
gina Helena & Izates ejus filius ad re-
ligionem Judæorum se contulerunt propter
talem causam. & infra: Eo tempore, quo
Izates apud Spasini castrum agebat, Ju-
dæus quidam mercator, Ananias nomine,
familiaritatem nactus regiarum mulierum,

mentarium. In postica, PON. M. TR. P. IMP.
P. P. COS. III. S. C. Secunda fames anno quar-
to Claudii exorta, ut Eusebius in Chronico &
Orosius lib. 7. testantur. Ea in sequentes annos
etiam propagata, ut liquet ex Josepho lib. 20.
Antiquit. cap. 2. ubi ait, Helenam Adiabeno-
rum Reginam Hierosolymam venisse, cum per
id tempus civitas gravi fame premeretur, & mul-
ti perirent alimentorum inopia. Quod anno sexto
Claudii accidisse, eodem anno ostendam. Tertio
Eusebius in Chronico juxta editionem Scalige-
ri anno Abrahami 2065. qui Kalendis Octobris
anni Christi XLVII. inchoatur, ait: Fames fa-
cta in Grecia, modius sex drachmas vendatus
est. Tum anno x. Claudii Eusebius habet: Ma-
gna fames Roma, de qua fuse Orosius citatus,
qui ait, eam decimo Claudii anno grassatam
esse. Denique Tacitus lib. 12. Claudio IV. & Or-
sio Cos. anno nempe Claudii undecimo, ait:
Fragum quoque egestas, & orta ex eo fames, in
prodigium accipiebatur. Porro fames ab Agabo

docebat eas veri Dei cultum ritu Judæi-
co: per has deinde cum Izata innotuisset,
ipsum quoque in eandem opinionem tradu-
cit: accitumque a patre in Adiabenam comi-
tatus est, magnis precibus pertractus.
Forte autem acciderat, ut etiam Helena
ab alio quodam Judæo instituta, leges di-
vinitus traditas complecteretur. Izates
porro novus Rex postquam in Adiabenam
reversus offendit fratres & cognatos in vin-
culis, tulit id ægerrime. Et cum occide-
re hos, aut victos servare, vetaret piæ-
tas: contra, affectos injuria dimittere,
parum tutum videretur, ne quando de vin-
dicta cogitarent: partem eorum una cum
propriis filiis Romam ad Claudium Cæsa-
rem misit; partem ad Artabanum Parthum,
futuros utrobique obsides. Cognito deinde
quod mater multum delectaretur Judæorum
moribus, dedit operam ut & ipse ad eam
religionem transfret. Cumque existimaret
se non esse perfectum Judæum, nisi circum-
cideretur, paratus erat & hoc facere.
Quod postquam mater rescivit, conabatur
impedire, periculosum esse dicitans: Mul-
tum enim eam rem alienaturam subditorum
animos, si eum ad externos ritus descen-
dere cognoscerent; neque ullo pacto laturus
Judæum in regio solio. Sic illa ali-
quantisper cupiditatem ejus retinuit. Rex
cum Anania contulit consilium: qui ma-
tris sententiam comprobans, minatus est se
eum relicturnum, nisi ab hoc proposito des-
isteret: timere enim se, ne si occulta per-
ferrentur in vulgus, ipse abriperetur, da-
turus penas, ut auctor omnium, qui non
docenda Regem docuerit. Licere autem e-
riam absque circumfione Deum pie colere,
si Judæorum instituta placeant: in hoc ma-
gis sitam religionem, quam in circumfio-
ne corporis: daturumque Deum veniam, si
necessitate coactus signaculum id omitteret,
metu ne qua exoriatur subditorum defe-
ctio. His verbis tum persuasit Regi quod
voluit.

Ali-

prædicta pertinet ad annum Claudii quartum,
ut Eusebius in Chronico & Orosius lib. 7. cita-
ti. Quod ita intelligendum, ut eo anno coepe-
rit, annoque Claudii sexto, quo Helena Re-
gina Hierosolymam venit, adhuc sævierit. Pe-
tavius lib. 11. de Doct. Temp. cap. 12. inquit,
famem illam, de qua Josephus, eandem non ef-
se cum ea quæ Act. 11. memoratur, quod prior
vivo adhuc Agrippa Rege; post annum tertium
Claudii mortuo, serpsit; & Josephus ubi de
quinto Claudii anno locutus est, referat famem
incidisse, cui opitulata est Helena Adiabenorū
Regina. Sed, ut recte vidit Usserius in Annal.
Veteris & Novi test. eadem fames, quæ anno
Claudii quarto cepit, duobus insequentibus an-
nis Hierosolymam adhuc afflixit, ideoque una
eademque censenda cum fame, cujus Lucas in
Actis Apostolorum meminit. Vide dicta anno
sexto Claudii.

Vibius Marfus Petronio in administranda Pro-
vincia Syria successit, ut colligitur ex Josepho
lib.

LXV. De conversione regis ad Judaismum.

Aliquanto autem post (nondum enim cupiditas hæc exciderat) alius quidam Judæus e Galilæa profectus, Eleazarus nomine, legis valde peritus habitus, eum ad rem perficiendam impulit: ad salutandum enim Regem admissus, cum eum offendisset legentem sacra Moysis volumina; Nescis, inquit, o Rex quantam injuriam legi, & per hanc Deo facias: nec enim satis est decreta ejus nosse, sed præstat imperata ejus facere. Quamdiu manebis incircumcisus? Si numquam legisti legem circumcidi jubentem, nunc certe lege, ut scias quanta sit impietas eam omittere. His auditis, Rex non distulit negotium; sed secedens in aliud cubiculum, accito chirurgo, fecit quod jussus est. Deinde accessit matre & Anania, indicavit eis quid actum sit: quos continuo stupore ac metu non mediocri corripuit, ne si res perveniret ad vulgi notitiam, Rex principatum amitteret, non ferentibus populis imperium viri alienis religionibus dediti: sibi quoque videbant imminere periculum, ut conscis & auctoribus ejus consilii. Sed Deus providit, ne eveniret quod illi timuerant: nam ex multis periculis & ipsum Izatem eripuit, & ejus liberos, & in rebus dubiis & desperatis incolumitatem eis expediens, & ostendens quod ad se respicientibus, sibi que uni fidentibus, pietatis fructus integer maneat. Hæc Josephus, qui & subdit de accessu eorum. Hierosolymam ad templum hoc ipso anno, quo famæ illa magna ingrebat.

LXVI. Certe dum hæc tecum reputo, & altercationes illas inter eos de circumcissione, necessaria esset necne, mente considero; illæ ipsæ mihi visæ sunt, quæ inter Apostolos diu agitatae fuerunt usque ad Concilium Hierosolymis celebratum, de quo suo loco dicemus. Nec quemquam

Petronio lib. 10. Antiquit. cap. 6. a qua eum removit Claudius Aug. post mortem Agrippæ Senioris, substituto in ejus locum Cassio Longino, ut testatur Josephus initio libri vigesimi. Antiquit. ubi ait, Claudium hoc memoriæ Regis amici tribuisse, a quo vivo adhuc per literas sepe rogatus fuerat, ut Marsum amoveret ab administratione rerum Syriae. Tacitus tamen lib. 11. Annal. scribit, anno, quo Ludi seculares celebrati, anno nempe Christi XLVII. Marsum in Syria Legatum copiis præfuisse. Hinc factum, ut ex recentibus Historicis alii Josephum, alii Tacitum errasse scribant. Toinardus tamen V. C. mecum communicavit Caji Cassii Longini Marci successoris Nummi, qui Josephum adversus Tacitum tuetur: legitur enim in eo annus Antiochenus XCIV. Deducta ea epocha ab anno Urbis DCCV. percussaque Nummus ille anno Urbis DCXCVIII. aut infrequenti, anno nempe Christi XLV. aut XLVI. Erravit itaque Tacitus, nisi forsan copia militares Vibio Marso permixtae fuerint; Syriae vero executio Longino concessa; quod de Cincio & Corbulone factum, Tacitus lib. 15. notavit. Baronius in Annalibus initium Marci in annum præcedentem confert, & in ejus sine con-

signando Josephum sequitur, non advertens Josepho Tacitum contrarium esse. Em. Card. Norisius in Dissert. III. de Epochis Syro-Macedonum pag. 155. ubi eundem nummum exhibet, Tacitum & Josephum de annis Syriacis regiminis Marci inter se non discrepare ostendit, quod Tacitus uno Historiæ filo varia ibidem narret. Præterea demonstrat Cassium Longinum anno Urbis conditæ DCCXCVIII. qui exorditur anno Christi XLV. in Vibii Marci locum subrogatum fuisse, quod Josephus loco citato scribat, defuncto Rege Agrippa Claudium Imp. misisse successorem Marso Cassium Longinum, & Agrippa Rex anno Christi XLIV. mortuus fuerit, ut eo anno cum Baronio num. II. dixi. Cæterum Præfectura Cassii Longini haud diuturna fuit: Tacitus enim lib. 12. ad annum Urbis DCCCIV. laudat T. Vinidium Quadratum Præsidem Syriae, qui ideo anno Christi LI. jam eam Præfecturam gerebat. Hunc tamen non nisi librariorum errore T. Vinidium appellatum fuisse demonstrat Card. Norisius citatus pag. 157. tam ex MS. codice Biblioth. Medicæ, quam ex egregia inscriptione in qua appellatur C. Ummidius Durinius Quadratus, de quo anno LX. agemus.

Judæorum unquam reperi, qui absque circumcissione posse salvari quempiam affirmaret, lege (a) expresse dicente: Masculus, cujus præputii caro circumcisa non fuerit, delebitur anima illa de populo suo: quia pactum meum irritum fecit. Hæc (inquam) ipsa me in eam partem magis adducunt, ut existimem hos (ut scribit Orosius) fuisse Christiana fide imbutos. Verum nec id quidem auderem omnino affirmare; præsertim cum unde id acceperit Orosius, non invenerim: eadem enim recitans Eusebius (b), nihil præter quod a Josepho est dictum, apponit. De eadem Helena idem scribit Josephus (c): struxisse sibi ac filio honorificum sepulcrum, tribus pyramidibus nobilitatum, tertio stadio ab urbe Hierosolymitana distitum: quæ (dictu certe mirabile) post tot clades ac funera Hierosolymorum, adhuc temporibus Constantini, immo & Theodosii, extabant integra. Nam de his Eusebius (d): Helena vero, cujus apud hunc scriptorem fit mentio, columella illustres illa quidem & eximia in suburbis Æliæ civitatis cernuntur. Et S. Hieronymus (e), cum agit de Paula: Ad læviam, inquit, Mausoleo Helena derelicto, quæ Adiabænorum Regina in fame populum frumento juverat, ingressa est Hierosolymam.

Ea igitur urgente fame, qui erant Antiochiæ Christiani, collectas pecunias ad Christianos qui erant in Judæa, per Barnabam & Saulum miserunt. Tenebantur quidem majori inopia adstricti Christiani, qui in Palæstina erant, cæteris omnibus: nam in ea quæ post necem Stephani in eos est excitata, persecutione, loco pulsi; si quæ illis residua erant bona amiserunt: de his enim meminit scribens Paulus (f) ad Hebræos, cum ait: Rapinam bonorum

(a) Genes. 17.

(b) Euseb. 1.2. hist. cap. 11.

(c) Joseph. ant. lib. 20. c. 2. Sepulchrum Helenæ & filii.

(d) Euseb. 1.2. c. 11.

(e) Hier. ep. 27.

LXVII. De collecta facta Antiochiæ.

(f) Hebr. 10.

vestrorum cum gaudio suscepistis. Quorum causa idem Apostolus postea, cum esset in Macedonia, ab Ecclesiis collectam item exegit. De hoc itaque pio fraternæ charitatis officio ab Antiochenis exhibitio, hæc scribit Lucas (a) post rellatam ab Agabo prænantiatam famem: Discipuli, inquit, prout quis habebat, proposuerunt singuli in ministerium mittere habitantibus in Judæa fratribus: quod & fecerunt, mittentes ad seniores per manus Barnabæ & Sauli. Quod vero mox post hæc narrata, de Jacobi martyrio & Petri carcere Lucas subdat historiam; non sic accipiendum quis putet, ut ante advenit fames illa: sed quod meminisset de Agabi prophetia; de ea ab illo prædicta, quæ sequenti anno subsecuta est, fame, adjunxit historiam.

LXVIII. Vfus collationum in ecclesia.

(b) Leo serm. 2.3. de collecta.

(c) Serm. 5. dilectissimi, satis fiat. Apostolicis institutis: & quia die Dominica prima est futura collectio, omnes vos devotioni voluntariae præparate, ut unusquisque secundum sufficientiam habeat in sacratissima oblatione consortium. Consuevit namque die Dominico collecta fieri in Ecclesia ex Apostolica institutione: Paulus enim eam regulam præscripsit Corinthiis, dicens (d): De collectis autem, quæ sunt in sanctos, sicut ordinavi Ecclesiis Galatiæ, ita & vos facite. Per unam sabbati, &c.

(d) 1. Cor. 16.

LXIX. Cum vero ejusmodi laudabilis consuetudo Constantinopoli exolevisset, Joannes Chrysostomus diligentius restituendam curavit, dum de ea re insignem habuit (e) orationem; quæ etiam more majorum Dominico esse faciendam die præcepit: idemque etiam meminit de antiquo ecclesiæ rum usu, qui hactenus perdurabat, ut & in ecclesiis essent Gazophylaciæ, in quibus oblatæ pecuniæ conderentur, quæ a Cypriano (f) Corbona nuncupantur, qui de his ait: Locuples & dives es, & Dominicum celebrare te credis, quæ Corbonam omnino non respicis. In quos usus collatæ elemosynæ infunderentur, subdit his verbis: Cumque universa quæ dantur, pupillis & viduis conferantur, dat illa, quam oportebat accipere. Paulinus (g) mensam appellat locum in ecclesia positum ad recipiendas Fidelium elemosynas;

(e) Chrysostom. 1. ser. de elemos. & de collat. Gazophylaciæ in Ecclesiis.

(f) Cyprian. lib. de oper. & elemos.

(g) Paulinus. epist. 32.

qui de eorum usu agit his verbis: Hoc exemplo, dilectissimi, cavere debemus, ne damnum animæ & dispendium salutis ad eamur, negligentes in ecclesia postquam a Domino mensam indigentibus, quam despicientibus oculis intuemur, aut aridis manibus præterimus: & paulo post: Non pariamur ergo mensam Domini & nobis vacuam, & egentibus inanem relinquere, & visui stare tantum, non usui.

LXX. Sed ante hos omnes Justinus (b) martyr hæc quoque de collatæ pecuniæ usu: Quod ita colligitur, apud Præpositum depositum, atque ille inde opulatur pupilis, & viduis, & his qui propter morbum vel aliam aliquam causam egent, quippe in vinculis sunt, & peregrine venientibus in hospitibus: & (ut simpliciter dicam) indigentium is omnium curator est. Sed & Tertullianus (c) de iisdem agit in hæc verba: Neque enim pretio ulla res Dei constat: etiam si quod arca genus est, non de ordinaria summa, quasi redemptæ religionis congregatur: modicam unusquisque stipem mensura die, vel cum velit, si modo velit, & si modo possit, apponit: nam nemo compellitur, sed sponte confert. Hæc quasi deposita pietatis sunt: nam inde non epulis, nec potaculis, nec ingratis voratris dispensatur, sed egenis alendis humanisque, & pueris & puellis re ac parentibus destitutis, jamque domesticis senibus, item naufragis, & si qui in metallis, & si qui in insulis, vel in custodia, dumtaxat ex causa Dei sectæ, alumni confessionis suæ sunt. Sed ejusmodi vel maxima dilectionis operatio notam nobis inurit penes quosdam: Vide, inquit, ut invicem se diligunt. Hucusque Tertullianus.

(b) Justin. orat. ad Anton. Pium. Pecunia oblata in sum erogabatur.

(c) Tertull. in Apolog. c. 39.

LXXI. Erant itaque (ut dictum est) ejusmodi Gazophylaciæ in quotidianum pauperum usum destinata: ceterum si quæ nova necessitas emerisset, quæ consuetarum elemosynarum collationem excederet: tunc Episcopus novam inter Fideles collectam indicebat. Est de his exemplum Cypriani (k) Episcopi Carthaginensis, qui quantumlibet (ut nuper vidimus) haberet in usum pauperum in ecclesiâ paratam Corbonam ad elemosynas excipiendas, novam tamen superveniente casu de Christianis a barbaris captis pecunia redimentis, collectam indixit; cujus exemplo id ipsum ceteri collegæ Episcopi præstitere: ex qua ingentem vim pecuniarum collectam misit ad redimendos captivos, ut ejus epistola ad fratres coepiscopos scripta testatur.

(k) Cyprian. epist. 60.

LXXII. Cum vero postea jam ardens illa charitas Christiana tepesceret: cum aliqua urgeret necessitas, sic indicebatur collecta, ut etiam veluti jure regio exigeretur compellerenturque laici ad ejusmodi præstandam collationem. Est enim de his exemplum apud S. Gregorium Papam (l) 7. epist. ult.

(l) Gregor. regist. lib. 7. epist. ult.

fic ad Constantiam Mediolanensem Episcopum pro Philagrio scribentem: *Indicavit præterea dictus portitor, quod collecta facta inter alios civitatis Januensis habitatores, ipse dare pariter compellatur: & miramur, quod qui magis misericordia dignus est, vobis presentibus prægraverur. Quod si ita est, denuo ab eo per quemlibet vestra sanctitas non permitat. Quia eum quem cecitas sua gravat, inhumanum nimis est in collatione affligere: cui, si esset magna necessitas, debuit ex collatione misereri.* Hæc Gregorius. Ad hæc spectat illud Concilii Turonensis (a) decretum, quo Episcopi in hunc modum voluerunt pauperibus esse consultum: *Ut unaquæque civitas pauperes & egenos incolas alimentis congruentibus pascat secundum vires: ut tam vicini presbyteri quam cives suum pauperem pascant: quo fiet, ut ipsi pauperes per civitates alienas non fatigentur.* Hæc canon.

(a) Concil. Turon. 2. c. 3.

LXXIII. Sed ut ad proposita de collecta Hierosolymam perferenda redeamus: perduravit ea pia consuetudo in Ecclesia Catholica, ut majorum exemplo, Christiani ex pluribus locis ad eos qui Hierosolymis essent egentes, mitterent elemosynam. Quam quidem laudabilem consuetudinem ad Theodosii tempora perdurantem nequissimus Vigilantius est conatus evertere: quem ardentis zelo Hieronymus (b) redarguit; qui & inter alia: *Hæc in Judæa, inquit, usque hodie perseverante consuetudine, non solum apud nos, sed & apud Hebræos; ut qui in lege Domini meditantur die ac nocte, & partem non habent in terra nisi solum Deum, synagogarum & totius Orbis foveantur ministerii.* Sed de collectis jam satis.

(b) Hieron. ad Vigilant.

LXXIV. Nunc ut ad reliquas res gestas Orientalis Ecclesiæ redeamus: vidimus, auctore Luca (c), tempore ingentis illius famis quæ universum pervasit Orbem (quam anno secundo Claudii, non autem quarto, ut multi opinati sunt, contigisse, superius demonstravimus) Barnabam (d) & Saulum in Judæam Antiochia missos esse, ut collectam deferrent pecuniam Christianis in Judæa habitantibus: quos eo peracto officio, iterum Antiochiam reversos esse, assumpto secum Hierosolymis Marco; ac denique admonente Spiritu sancto, communi illius Ecclesiæ consensu, accepta manus impositione, ad prædicandum Evangelium mancipatos, Lucæ Acta testatur. Hæc autem eodem anno secundo Claudii, quo profecti sunt Hierosolymam, contigisse, veritati magis consentaneum esse videtur; nec eos diutius Antiochiæ esse moratos. Nam cum Lucas ibi tradat, eos Antiochiæ annum integrum, antequam Hierosolymam peterent, esse versatos: si redeuntes illuc, longiori tempore ibidem permansissent, æque (quod prius fecerat) id di-

(c) Act. 11. 12. & 13. De Apostolatu Pauli & Barnabe.

xisset, ut par est credere. Sed audiamus ipsum: *Barnabas, inquit, & Saulus reversi sunt ab Hierosolymis expleto ministerio, assumpto Joanne, qui cognominatus est Marcus. Erant autem in Ecclesia, quæ erat Antiochia, propheta & doctores, in quibus Barnabas, & Simon, qui vocabatur Niger, & Lucius Cyrenensis, & Manabem, qui erat Herodis Tetrarchæ collataneus, & Saulus. Ministrantibus autem illis Domino, & jejunantibus, dixit illis Spiritus sanctus: Segregate mihi Saulum & Barnabam in opus ad quod assumpti sunt. Tunc jejunantes, & orantes, imponentesque eis manus, dimiserunt illos. Et ipsi quidem missi a Spiritu sancto abierunt Seleuciam, & inde navigaverunt Cyprum.* Hæc Lucas. Eo quidem tunc ipso ritu tum Saulum tum Barnabam initiatos esse Apostolatu, nemo est qui dubitet: unde Chrysostomus (e) de Paulo: *Ordinatur in Apostolum, ut cum potestate prædicet.* Quoniam vero iidem super numerum: duodenarium ad Apostolatum fuerunt allesti, ea de causa idem Paulus (f) se abortivum nominat, hoc est, extra numerum: tradit enim Suetonius (g), Senatores illos appellari vulgo solitos abortivos, qui supra numerum per gratiam in Senatuum allegebantur. Cum itaque quibus ritibus initiarentur qui mittendi essent Apostoli, Lucas satis expressisse videatur; necessarium nobis & ex institutione incumbit, de ejusmodi Apostolicis institutionibus ab Ecclesia postea usu receptis atque servatis, paulo fufius agere.

(e) Chry. post. in Act. Apost. hom. 27.

(f) 1. Cor. 15.

(g) Suet. in Octav. c. 35.

Et quod in primis occurrit: cum ejusmodi ordinationem factam dicat Lucas momente Spiritu sancto; multis constat exemplis, hæc officia non nisi precedentibus divinis revelationibus ab Apostolis peragi solita; unde Paulus (h) ad Timotheum scribens, eadem illa quæ in sua ipsius ordinatione præcesserant, in memoriam revocans, ait: *Noli negligere gratiam, quæ in te est, quæ data est tibi per Prophetiam, cum impositione manuum presbyterii; & iterum: Hoc præceptum commendo tibi, secundum præcedentes in te prophetias.* Cujus quidem gratiæ nec Ecclesia postea expertus fuit, quoties humana affectio cessavit & gratia; unde Joannes Chrysostomus (i): *Tunc quidem nihil fiebat humanum: sacerdotes enim ex prophetia veniebant; & ita quidem ut pridem fiebat, ita & nunc fiet etiam, quoties ab humana passione alieni, hujusmodi electiones celebramus; cum nihil omnino seculare, nihil temporale intruente, neque ad gratiam, neque ad odium facimus.*

LXXV.

(h) 1. Tim. 5. Ordinationes quales fieri solite ab Apostolis.

(i) Chry. post. hom. 5. in 1. epist. ad Timoth.

LXXVI. Iisdem infuper sacris Apostolicis institutionibus stabili firmaque a cunctis regula observanda proponitur, quæ & hæcenus in Ecclesia Catholica inviolabili observatione tenetur, qua potissimum Catholici ab hæreticis discriminantur: nimirum, ut cujus-

LXXVI. Apostolatus non spontaneus.

jusvis meriti atque præstantiæ vir fuerit, non sua sponte prædicationis munus suscipiat; sed donec ab Ecclesia mittatur, ab eaque sacris functionibus initiatur, sicque initiatus, prædicationi Evangelii mancipetur, expectet. Ecce tibi Paulus (ut modo de Barnaba taceamus) quantumlibet a Deo Patre & Christo ejus Filio ad ob-eundum munus Apostolatus esset electus (quod & ipse a) testatur sic dicens: *Paulus Apostolus non ab hominibus, neque per hominem, sed per Jesum Christum & Deum Patrem; & ut in ejus electione ac probatione universa ostendatur Trinitas operata, vero certoque Spiritus sancti suffragio ad idem ministerium assumi jussus: idem ipse tamen qui tantus erat, nisi ab Ecclesia sacris initiatus antea ritibus, ab eademque missus, non est profectus.*

(a) Galat. 1.

LXXVII. De ordinibus & officiis Ecclesiasticis.

(b) Tert. exhort. ad castit.

(c) Act. 8.

Ejusmodi sacra functio qua quis in aliquem Ecclesiasticum ordinem cooptatur, Ordinario a majoribus dici consuevit, Ordinesque gradus illi, quos sic initiati pro distinctione munerum Ecclesiasticorum assequi consueverunt: vox ipsa tam in veteri Testamento quam novo frequentius usurpata, & ad discriminationem laicorum adhibita est. Sicut enim olim non tantum apud Judæos, qui divina lege regerantur, sed apud Gentiles ipsos, inter sacra atque profana, & inter sacros & non sacros viros distinctio est semper adhibita: ita & in Ecclesia Christi idem naturali & divino jure probatus usus permanit, Christi Domini nostri in primis auctoritate firmatus, ac penitus stabilitus, dum e fidelis populo Apostolos duodecim, & discipulos septuaginta duos electos eisdem sacris functionibus mancipavit. Quod & constat ab Apostolis esse factum, dum liquet ab eis ordinatos Episcopos, Presbyteros, atque Diaconos: sicque ut ministeriorum, ita & nominum est facta distinctio; ac primum generalis illa, laicorum, & clericorum. Laici enim communis populus dictus est: nam *laicos*, idem esse apud Græcos quod apud Latinos populum, omnes intelligunt; & *κλήρικον*, idem esse quod forem; nomen ab Apostolis acceptum: nam & Petrus (b) de Juda: *Sortitus est, inquit, sortem ministerii hujus.* Idemque (c) ad Simonem magum, munus imponendi manus ab eodem Petro pecunia exposcentem: *Non est, inquit, tibi pars, neque fors in sermone isto.* Idemque clerus, qui est a populo communi distinctus generali nomine Ordinis appellatur. Unde Tertullianus (d): *Differentiam, inquit, inter ordinem & plebem constituit Ecclesiæ auctoritas, & honor per ordinis confessum sanctificatus a Deo: sanctificatus aut a Deo honorem per ordinis confessum tributum, quod in ordine Ecclesiastico esset secundum diversos gradus officiorum distinctio, & honoris prerogativa, adeo*

Annal. Eccl. Tom. I.

ut generalis ordo clericorum in plures esset distinctus ordines, quibus singulis esset specialis adscripta functio, & ministerium attributum. Et licet in novi Instrumenti divinis scripturis non nisi de Episcopis, Presbyteris, ac Diaconis ab Apostolis ordinatis mentio habeatur; aliorum quoque ordinum ab illis institutos esse ministros, nullus certe negare poterit, qui Ignatii (ut taceam modo de Dionysio, atque Clemente, quorum scripta in controversiam adducuntur, de quibus alias pluribus) epistolas legerit, quas nullo profus dissentiente, Catholica semper suscepit Ecclesia. Cum enim eodem tempore, quo Apostoli, ipsum vixisse constat; quas recenset institutiones Ecclesiasticas, haud ab aliis quam ab ipsis Apostolis traditas esse atque probatas, nemo jure inficiabitur.

Ignatius (e) igitur ejusmodi numerat Ecclesiasticos ordines & officia, sic scribens ad Antiochenos: *Saluto, inquit, sanctum Presbyterorum collegium; saluto sacros Diaconos: & paulo post: Saluto Hypodiatonos, Lectores, Cantores, Janitores, Laborantes, Exorcistas, Confessores: saluto Custodes sacrorum vestibulorum, &c.* hæcque omnia ministeria ex Apostolica institutione fluxisse, satis demonstrat, dum superius eisdem Antiochenos allocutus, hæc ait: *Pauli & Petri fuistis discipuli: ne perdati depositum.* Porro Ignatius inter illa non ordines tantum, sed & officia quadam recensuit Ecclesiastica, nempe Cantorum, & Laborantium: sed sicut non omnes recensuit ordines, ita etiam nec officia: nam idem scribens (f) ad Polycarpum, de Curfore eligendo, ejusdemque ab illis distincto ministerio, hæc ait: *Decet, beatissime Polycarpe, Concilium cogere sacrosanctum, & eligere si quem vehementer dilectum habetis & impigram, ut possit divinus appellari Curfor, & hujusmodi creare, ut in Syriam profectus, laudibus celebret impigram charitatem vestram.*

LXXVIII. Ordines Ecclesiastici.

(f) Ignatius epist. 11.

Si tantam videmus esse adhibitam diligentiam in Curfore deligendo, qui Episcoporum ad Ecclesias perferret litteras; quid in sacris ipsis ordinibus Ecclesiasticis ab illis factum putamus esse censendum? Cæterum ejusmodi munus postmodum non fuisse per se distinctum, sed in-junctum Lectoribus, Acolythis, ac Subdiaconis, Cyprianus (g) demonstrat, dum ad suos scribens, hæc ait: *Quoniam oportuit me per clericos scribere (scio autem nostros plurimos absentes esse, paucos vero qui illic sunt, vix ad ministerium quotidiani operis sufficere) necesse fuit novos aliquos constituere, qui mitterentur. Fecisse me autem sciatis Lectorem Saturnum, & Hypodiatonum Optatum confesorem: idemque (h) alibi per Acolythum se ad*

LXXIX.

(g) Cyprianus epist. 24. De ministris Tabellariis.

(h) Cyprianus epist. 55.

R r Cor-

Cornelium Papam litteras dedisse significat. Quodnam vero fuerit Laborantium officium diximus superius, cum de Diaconis actum est; horum scilicet muneris fuisse curare corpora defunctorum. Addit Gelasius (a) alia etiam officia Ecclesiastica, nempe Notariorum, ac Defensorum munera, quibus probatis clericis ad superiores ordines aspirare licebat: idemque meminit de Acolythi ordine, qui praetermittitur ab Ignatio; ait enim: Si his omnibus, quae sunt praedicta, fulcitur; continuo Lector, vel Notarius, aut certe Defensor effectus, post tres menses existat Acolythus.

LXXX. Septem ordines Ecclesiastici.

(b) Apud Euseb. hist. li. 6. c. 33.

(c) Cypri. epist. 55.

(d) Concil. Roma. c. 7.

(e) Concil. Carthagini. c. 2. & seq.

(f) Ignatius ad Smyr. epist. 10.

(g) Ignatius epist. 7.

LXXXI.

(h) Tertul. de praescript. 47. Ecclesia sine ordinum distinctione qualis.

rum temerariae, leues, inconstantes: nunc neophytos collocant, nunc saeculo obstrictos, nunc apostatas nostros, ut gloria eos obligent, quia veritate non possunt: nusquam facilius proficitur, quam in castris rebellium, ubi ipsum esse illic, promereri est. Itaque alius hodie Episcopus, cras alius: hodie Diaconus, qui cras Lector; hodie Presbyter, qui cras laicus: nam & laicis sacerdotalia munera injungunt. Haec ipse adversus Gnosticos talia facitantes.

LXXXII.

Sacri vero ordinis institutio non a recentioribus tantum, sed ab antiquioribus etiam sacramentum est appellatum: unde Tertullianus (i), cum agit de emulatione diaboli: Qui ergo, inquit, ipsas res, de quibus sacramenta Christi administrantur, tam emulante affectavit. Apud Cyprianum (k) item haec verba leguntur: Docetur quae sit baptismi & caeterorum sacramentorum stabilitas: nam baptismum repeti, Ecclesiastica prohibent regula: nemo sacros ordines semel datos iterum renovat. Augustinus (l) iterum in hunc modum, cum agit de baptismo & ordinibus sacris: Si enim, inquit, utrumque sacramentum est, quod nemo dubitat: cur illud non amittitur, & istud amittitur? Neutri sacramento factenda injuria est. Et alibi (m) saepius haec repetit. At Gregorius Nyssenus (n), dum de vi sacramentorum agit, haec de ordinatione sacerdotum: Eadem item vis etiam sacerdotem augustum & honorandum facit, novitate benedictionis: a communitate vulgi segregatum. Cum enim heri a tempore superiori unus e multitudine ac plebe esset, repente redditur praecipuus, praeses, doctor pietatis, mysteriorum latentium praesul; eaque contingunt ei, cum nihil corpore vel forma mutatus, sed quod ad speciem externam atinet, ille sit qui erat, invisibili quadam vi ac gratia invisibilem animam in melius transformatam gerens.

(i) Tert. de praescript. c. 40. & ibi scholion Pamellii Ordinis Sacramentum. (k) Apud Cyprian. de ablut. ped. (l) Lib. 2. contra ep. Parm. c. 13. (m) De bono conjugio. c. 24. (n) Gregor. Nyss. orat. de baptis.

Quibus autem ritibus sacris haec fierent, aliqua saltem ex parte adumbrata habentur a Luca (o) in ordinatione Pauli & Barnabae, de qua agimus; cum sacrificium in primis atque jejunium praecessisse demonstrat. Nam quod habet Latina versio, Ministrantibus illis, Graece (ut scripsit Lucas) legitur, λειτουργοι, id est, Sacrificantibus. Certe quidem non sine sacrificii incrementi ministerio ejusmodi sacras ordinationes solitas celebrari, antiqui omnium Ecclesiarum Rituales libri significant. Subsecutam ad consummationem mysterii manus impositionem, eadem Acta declarant: quod & in aliorum ordinatione saepius factitatum esse multis Paulus demonstrat exemplis; ut cum scribit ad Timotheum (p) dicens: Noli negligere gratiam, quae in te est, quae data est tibi per prophetiam, cum impositione manuum presbyterii. Ac rursum (q): Admoneo te, ut

LXXXIII. Sacri ritus in ordinatione exhibiti. (o) Act. 13. (p) 1. Tim. 4. (q) 2. Tim. 1.

refusces gratiam, quae est in te per impositionem manuum mearum. Itemque cum dicit (a): Manus cito nemini imponeris. Tradi solere per manus impositionem Spiritum sanctum, nec ignoravit Simon magus, cum Petrum & Joannem allocutus, sic dixit (b): Date & mihi hanc potestatem, ut cuiuscumque imposuero manus, accipiat Spiritum sanctum.

Ceterum ejusmodi ritus imponendi manus super eos quos sacris officiis manciparent, exemplum ex antiqua lege Apostoli accepisse videntur. Nam sicut ipsos Testamento mutatos esse Apostolos Hieronymus docet his verbis (c): Et ut sciamus traditiones Apostolicas sumptas de veteri Testamento: quod Aaron, & filii ejus, atque Levitae in templo fuerunt, hoc sibi Episcopi, & presbyteri, & diaconi vendicant in Ecclesiam. Ita etiam eos hujusmodi manus imponendi sacram functionem inde deduxisse constat: nam imponendas esse manus ab Aaron & filiis ejus supra reos qui sacerdotio Levitae initiarentur, in divinis legibus (d) satis habetur expressum. Verum quantum umbrae atque figurae veritatis praestat, tanto uberiori gratiarum affluentia in novi sacerdotii ordine haec sunt ab Apostolis ministrata, & ab Ecclesia Catholica ex Apostolica institutione retenta: sane quidem ex Apostolorum traditione Episcoporum ordinationes in Ecclesia fieri, S. Cyprianus (e) confirmat.

Porro eundem ritum impositionis manus Pontificum, diabolus emulus operum Dei in idololatriae superstitionis Pontifices olim transtulit, ut auctor est Livius (f) qui agens de Numae ordinatione, super caput ejus ab Augure sacerdote esse manus impositas tradit. Unde jure queritur Tertullianus (g), multa quae sunt ex lege divina statuta, a diabolo in superstitionis cultum esse transulsa, eaque enumerans ait. Hujus sunt partes invertendi veritatem, qui ipsas quoque res sacramentorum divinum in idolorum mysteriis emulatur. Tingit & ipse quosdam utique credentes, & fideles suos: expiationem delictorum de lavacro reponit, & sic adhuc initiat Mithrae: signat illic in frontibus milites suos, celebrat & panis oblationem, & imaginem resurrectionis inducit, & sub gladio redimit coronam. Quid? quod & summum Pontificem in unis nuptiis statuit? habet & virgines, habet & continentem? Ceterum si Numae Pompilii superstitiones revolvamur, si sacerdotalia officia, insignia, & privilegia, si sacerdotalia ministeria, & instrumenta & vasu ipsorum sacrificiorum, ac piacularum & votorum curiositates consideremus: nonne manifeste diabolus morositatem illam Judaicae legis imitatus est? Qui

(a) 1. Tim. 5.

(b) Act. 8.

LXXXIV. Antiquus usus imponendi manus.

(c) Hier. ad Evagrium epist. 85.

(d) Exod. 29.

(e) Cypri. epist. 68. LXXXV.

(f) Liv. de cond. 1. li. 1.

(g) Tertul. de praescript. c. 40.

Emulatus diabolus Sacrus ritus.

ergo ipsas res, de quibus sacramenta Christi administrantur, tam emulante affectavit exprimere in negotiis idololatriae, utique & idem & eodem ingenio gessit, & potuit instrumenta quoque divinarum rerum, & sanctorum Christianorum sensum de sensibus, verba de verbis, parabolae de parabolis profanae & amulae fidei attemperare. Haec Tertullianus: quae descripsisse volumus adversus eos qui calumniam faciunt Catholicis Christianis, quod a Gentilium superstitione sacros ritus acceperint: quos ut (vidimus) ex divinis legibus sumptos, Apostolica traditione servandos accepit Ecclesia. Quod si vero aliqua ex illis non habeantur in antiquis Scripturis divinis expressa; satis constat non omnia illis esse scriptis tradita, sed complura traditione esse commissa.

Sed quid? Non licuit quae apud Gentem superstitione cultu impie agerentur, eadem expiata sacro ritu ad pietatem transferre, ut majori diaboli contumelia, quibus ipse coli voluerit, Christus ab omnibus honoraretur? ut inter alios fecisse constat magnum illum Gregorium, ob praeclearas ab eo res gestas cognomento Thaumaturgum, qui Gentilium ferias superstitionibus cumulas, in festa ac celebritates sanctorum martyrum commutavit, ut his verbis Gregorius (h) Nyssenus significat, dicens: Descendit rursus ad urbem, & omni circa regione undique peragrata & perlustrata, additamentum & quasi corollarium studii erga numerum divinum instituebat; apud omnes ubique populos sanciens, ut nomine eorum qui pro fide decertassent, dies festi atque solemnes conventus celebrarentur: cumque alii in alium locum corpora martyrum deduxissent, per amplexarium circuli ambitum congregati letabantur, in honorem martyrum ferias agentes. Et paulo post: Cum animadvertisset, quod propter corporis voluptates simplex & imperitum vulgus in errore simulacrorum permaneret: quo maxime id quod praecipuum est interim in iis assequeretur, nempe ut vanis superstitionibus relicti, ad Deum converterentur; permisi eis, ut in memoriam sanctorum martyrum sese exhilararent & oblectarent, atque in letitiam effunderentur.

LXXXVI. Gentilitii ritus in Ecclesiam aliquando translati.

In eodem sensu Theodoretus (i) de Gentilium feriis in honorem Martyrum pie sancteque translatis haec addit: Directorum templorum materia, templis arisque martyrum excitationis, expiata est: suos enim mortuos Dominus noster in templa pro diis vestris induxit: ac illos quidem casus gloria, vanosque reddidit; suis autem martyribus honorem illum dedit. Pro Pandis & Diastis & Dionysis, hoc est, Jovis, Liberique patris solemnitatibus

(h) Greg. Nyss. orat. de vita S. Thaumaturgi.

In eodem sensu Theodoretus (i) de Gentilium feriis in honorem Martyrum pie sancteque translatis haec addit: Directorum templorum materia, templis arisque martyrum excitationis, expiata est: suos enim mortuos Dominus noster in templa pro diis vestris induxit: ac illos quidem casus gloria, vanosque reddidit; suis autem martyribus honorem illum dedit. Pro Pandis & Diastis & Dionysis, hoc est, Jovis, Liberique patris solemnitatibus

LXXXVII. (i) Lib. 1. Evang. veter. lib. 8. Quomodo gentiana sancta fiant.

Petro, Paulo, Thoma, Sergio, Marcello, Leontio, Antonino, Mauritio, aliisque sanctis martyribus solemnitates populari epulo peraguntur. Ea quippe licentia, quae deorum delubra in ecclesias Christianorum sunt laudabiliter commutata, alii quoque ritus Gentilium a nobis benedictionibus expiati, divino sunt cultui consecrati. An non id Apostolorum exemplo? Nonne (a) Paulus Athenis cum esset, superstitionis aram Ignoto Deo dicatam, super quam impietatis victimae caedebantur, in veri Dei cultum (quantum licuit eo tempore) mira quadam prudentia visus est transfuisse? Rursum si quae idolo immolata essent, non vetuit idem Apostolus (b) Fidelibus manducare, nisi cum ex ea re frater infirmus scandalum pateret: *Omnia quidem, inquit (c), sunt munda: sed malum est homini, qui per offendiculum manducat.* Extincto autem penitus jamdiu superstitionis idolorum cultu, cum omnis simul cessasse videtur occasio offendiculi; cur aliquibus ex illis uti non liceat: cum praesertim non privato usu, sed communi totius Ecclesiae consuetudine aliquid commune cum Ethnicis usurpatur?

Sed quoniam in hac semel incidimus, aliqua obiter dicamus de his quae apud Hebraeos aequae ac Gentiles, ac demum Christianos, aliquando servata esse reperiantur. Commune cum his fuit Gentilibus (d), ut in sacris veste candida uterentur. Cadavera aspicere, sicut antiquae legis Sacerdotibus, ita & Pontifici maximo superstitionis Gentiliciae, id testante Dione (e), vetitum erat. Baculi, annuli, mitrae usus communis fuit Christianis Episcopis & Orientalibus aliquibus sacerdotibus, quorum meminit Philostratus. (f) Primitias etiam a Gentilibus solitas diis offerri, sicut a Judaeis Deo vero, auctor est Censorinus (g). Nefas fuisse Diali Flamini fermentum farinae admixtum attingere, sicut Paschali tempore Judaeis, & mortuum tangere, tradit Gellius (h). Insuper sicut Flamen quotidie feriatu (i) erat; ita & quod clerici quotidie Deo vacare debeant, feriati sunt dies singuli, ob idque iidem Feriae nomine, dies singulos nominare consueverunt. Offerre & vovere decimas apud Gentiles etiam, sicut Judaeos, observatum invenies apud Dionysium (k). Jejunia ab iisdem Gentilibus adhiberi solita ad divinum numen placandum, idem auctor (l) affirmat: utque ipsi quoque haberent regale sacerdotium, constituiebant Regem, qui etiam sacerdotio fungeretur, & ea de re Rex sacrificio (m) diceretur. Non licuisse Pontifici aliquem occidere, sicut nec sacerdotibus veri cultus, apud Suetonium (n) testatum reperies. Ne in creandis Sacerdotibus fors adhiberetur, vel pre-

tium, utque iidem essent ab urbanis negotiis liberi, aequae a Gentibus ac ab ipsis Christianis observari solitum, Dionysius (o) tradit. Auspicari diem a media nocte iisdem commune (p) fuit. Bigamiam in sacerdotio Pudicitiae fuisse vetitam, auctor est Livius (q): laudatam ab iisdem monogamiam, toleratam bigamiam Valerius (r) tradit. In dedicatione templorum multa fuisse Gentilibus cum pietatis cultoribus similia, ex Suetonio (s) intelliges. Nuptias consensu parentum contractas, esse legitimas, caeteras clandestinas improbatas, sicut apud Christianos servatur apud Romanos judiciali sententia esse definitum, in Livio (t) facile invenies. Vigiliis insuper anniversarias habes apud Suetonium (u). Lustralem aequam, asperionem (x) sepulcrorum, lumina (y) in iisdem parare, sabbato (z) lucernam accendere, cereos in populum distribuere (a), & ut ad sacram mensam accedentes omnes ex animo odia dimitterent, & inimicis reconciliarentur, habetur expressum apud Valerium (b). Sunt & alia fortasse plura quae in praesentiarum memoriam effugiunt, quae iisdem (ur diximus) rationibus pie sancteque a Christianis absque ulla superstitione servantur. Sed de his modo satis.

Hoc quoque anno Domini quadragesimo quarto, Claudii vero secundo, (quo ut dictum est) Paulus, momente Spiritu sancto, segregatus in Evangelium, Apostolatus munere insignitus est raptus ad tertium caelum mixta illa, Deo revelante, cognovit, quae non fas est homini loqui. Haec omnia anno hoc contigisse, ex his quae ipsemet scribit ad Corinthios (c), colliguntur dum ait: *Si gloriari oportet (non expedit quidem) ventam ad visiones, & revelationes Domini: Scio hominem in Christo ante annos quatuordecim, sive in corpore, sive extra corpus, nescio, Deus scit: raptum huiusmodi usque ad tertium caelum. Et scio huiusmodi hominem, sive in corpore, sive extra corpus, nescio, Deus scit: quoniam raptus est in Paradisum: & audivit arcana verba, quae non licet homini loqui.* Haec de his ipse. Quae cum facta dicat annis quatuordecim ante id tempus quo posteriorem illam ad Corinthios scribebat epistolam; ipsamque scriptam constat (ut suo loco fusius explicabimus) anno Domini quinquagesimo octavo, Neronis vero secundo: satis certum exploratumque habetur, hoc ipso anno Christi quadragesimo quarto, Claudii vero secundo, eundem Paulum tam mirificis esse a Deo auctum muneribus, quibus eum corroborari voluit, antequam tanti ponderis munus obiret. Quenam autem illa fuerint quae audivit vel vidit: ne frustra investigando laboraret humana praesumptio; ineffabilia esse dixit. Verumta-

(o) Dionys. lib. 2.
(p) Censor. de die natal. c. 19.
(q) Liv. de. cad. 1. lib. 10.
(r) Valer. lib. 2. c. 2.
(s) Suet. in Vesp. c. 7.
(t) Liv. de. cad. 1. lib. 10.
(u) Suet. in Vesp. c. 7.
(x) Juvenal. Satyr. 6. & alii.
(y) Suet. in Octav. c. 98.
(z) Senec. lib. 14. c. 15.
(a) Macrobr. in Saturnal. (b) Valer. Max. lib. 4. c. 23.
(c) 2. Cor. 12.

tamen (quantum ex his quae scribit ad Galatas *) consequi possumus, gentium conversionem inter alia ipsi esse ostensam putamus, qui ad gentes ab Apostolis esset mittendus Apostolus; quod postea, cum iterum una cum Barnaba & Tito Hierosolymam venit, est feliciter adimpletum; unde merito se illum ascendisse secundum acceptam revelationem testatur his verbis: *Deinde post annos qua-*

JESU CHRISTI ANNUS 45.

Sequenti anno, qui secundum a nobis in initam rationem numeratur a Christo nato quadragesimus quintus, Claudio Augusto (a) tertium & L. Vitellio Coss. durante tamen adhuc anno secundo ejusdem Claudii Imperii, decimo quinto Kalend. Februarii a Petro Apostolorum Principe Romana Ecclesia instituitur, ac sedes in ea Pontificia erigitur. Ea quippe dies in tantae rei perennem memoriam anniversaria celebritate consuevit antiquitus celebrari: qui quidem pristinus usus non in Urbe tantum, sed & universo Christiano orbe in annos singulos repetitus (licet interdum alicubi praetermissus, sed restitutus b) in hodiernum usque sanctissime perseverat. In antiquis (c) enim sanctae Romanae Ecclesiae Ritualibus libris haec preces ea die recitari solitae erant: *Omnipotens sempiternus Deus, qui ineffabili sacramento Apostolo tuo Petro principatum Romae urbis tribuisti, unde se Evangelica veritas per tota mundi regna diffunderet: praesta, quaesumus, ut quod in orbem terrarum ejus predicatione manavit, universitas Christiana devotione sequatur.* Inerat (d) & privata sacra praefatio ad ejus diei solemnitatem accommodata, in sacris Missis solita recitari. Antiquiora quoque Martyrologia ejusdem rei plenissimam fidem adstruunt: ac denique sanctorum Patrum (e) conciones, quas in ejusdem diei celebritate in Ecclesia perorarunt, tantae rei egregia monumenta, celeberrimum fuisse ejus diei sacrae cultum apud omnes Christianos, indicant. Universali enim Ecclesiae consuetudine antiquitus praescriptum est, ut ejus diei, qua quis alicui sedi fuerat praefectus Episcopus, anniversaria solemnitas ageretur: eundemque morem tam in Orientali quam etiam in Occidentali Ecclesia viguisse, plurima de eo scripta exempla testantur, quae alibi adnotavimus (f). Sed qua die universalis Ecclesiae Episcopus sedi Romanae praeficitur, eadem ab universis quoque Ecclesiis merito celebratur. Quantumlibet autem a caeteris Apostolis, quin & ab ipso Petro aliae pluresque fue-

(*) Galat. 2.
(a) Dio lib. 64.
(b) Pauli Papa IV. diplom.
(c) Breviar. veter. Roman.
(d) In sacra S. Gregorii.
(e) Aug. serm. 15. 16. de sanctis & al. sum.
(f) Not. in Martyrolog. Rom. die 18. Januarii.

tuordecim (a quoniam tempore illi sint numerandi, suo loco dicemus) iterum ascendit Hierosolymam cum Barnaba, assumpto & Tito. Ascendi autem secundum revelationem: & contuli cum illis Evangelium quod praedico Gentibus. Sic igitur eodem anno, quo praedicandi Evangelii munus Paulus suscepit, tam insignes revelationes accepit.

PETRI ANNUS 1. CLAUDII IMP. ANNUS 3.

rint in Christiano orbe Ecclesiae instituta: unam tantum numero omnes efficiunt, eandemque Catholicam dici debere, Apostoli Symbolo docuerunt; de qua & Ignatius (g): *Una est, inquit, Ecclesia, quam suis sudoribus & laboribus fundaverunt Apostoli a finibus terra usque ad fines in sanguine Christi: & Irenaeus (h): Ecclesia in universum mundum disseminata, quasi unam domum habitans, & similiter credit his, videlicet quasi unam animam habens, & unum cor, & consonanter haec praedicat, & docet quasi unum possidens os. Nam etsi in mundo loquela dissimiles sunt, sed tamen virum traditionis una & eadem est: & neque haec quae in Germania sunt fundata Ecclesiae aliter credunt, aut aliter tradunt, neque haec quae in Hiberis sunt, neque haec quae in Celtis, neque haec quae in Oriente, neque haec quae in Aegypto, neque haec quae in Libya, neque haec quae in medio mundi constituta: sed sicut Sol creaturae Dei in universo mundo unus & idem est, sic & lumen seu praedicationis veritatis ubique lucet, & illuminat omnes homines, qui volunt ad cognitionis veritatem venire, &c. Tertullianus (i) de his haec in eandem sententiam: *Apostoli primo per Judaeam contestata fide in Jesum Christum, & Ecclesiis institutis, dehinc in Orbem profecti, eandem doctrinam ejusdem fidei nationibus promulgarunt, & proinde Ecclesiae apud unamquamque civitatem condiderunt: a quibus traducem fidei, & semina doctrinae, caeterae exinde Ecclesiae mutuatae sunt, & quotidie mutantur, ut Ecclesiae fiant. Ac per hoc & ipsa Apostolica deputantur, ut soboles Apostolicarum Ecclesiarum. Omne genus ad suam originem censeatur, necesse est. Itaque tot ac tantae Ecclesiae, una est illa ab Apostolis prima, ex qua omnes. Sic omnes primae, & omnes Apostolicae, dum unam omnes probant unitatem. Communicatio pacis, & appellatio fraternitatis, & contestatio hospitalitatis, quae jura non alia ratio regit, quam ejusdem sacramenti una traditio: & paulo post de ejusdem unitatis principio: *Si haec ita sunt; constat proinde omnem do-***

(g) Ignat. epist. ad Philadel.
(h) Irenae. lib. 1. c. 3.
(i) Tertul. de praescript. c. 10.

CHRISTI 45.

PETRI I.

CLAUDII IMP. 3.

Strinam, qua cum illis Ecclesiis Apostolicis matricibus & originalibus fidei conspiceret, veritati deputandam, id sine dubio tenentem, quod Ecclesiae ab Apostolis, Apostoli a Christo, Christus a Deo suscepit. Hae ille.

III. Vna ecclesia Apostolica Romana.

Porro licet omnes ab Apostolis Ecclesiae institutae, eo sensu Apostolicae dictae sint, ut Ephesiorum, Corinthiorum, Thessalonicensium, & aliae fere innumerae; ac secundum ea quae ab eodem auctore dicta sunt, & caetera quae ab iisdem sunt propagatae, etiam Apostolicae dici debeant: tamen ejusdem sententia, quod Ecclesia una est, Apostolicam etiam unam esse confiteri necesse est: quae cum sit toto Orbe diffusa, optime divino consilio pro-

visum est, ut alicubi ejus caput certo loco consistat: ne cum de fide aliisque rebus ad statum religionis Christianae spectantibus oboritur controversia, in multas scindi, quae unitatis compagine juncta una erat, necesse sit. Si igitur ex Apostolicis omnibus una est constanda, atque una demonstranda Ecclesia; eam non alterius esse posse, quam ejus qui inter Apostolos primatum gerebat, nemo non videt, nisi qui sua ipsorum malitia excacantur & offunduntur, & (quod est in Psalmis a) oculos habent, & non vident. Audi quam plane, quam distincte haec omnia tibi suggerit Cyprianus (b) Hoc erant (inquit) utique & ceteri Aposto-

(a) Psal. 113. (b) Cyp. de unit. Eccles.

IV.

tonius in Vitellio testetur, eum cum Claudio Principe duos Consulatus ordinarios gessisse, certumque sit, Claudii Augusti in quarto Consulatu Collegam fuisse, & ter Consulatum tunc processisse. Sumtus is Consulatus a Claudio juxta primam Consulatum Caesareorum regulam, & in hunc annum dilatus, quod praecedenti secundum Consulatum ante Imperium sibi destinatum, gesserit. Claudius in Britanniam ivit ab Aulo Plautio accersitus, & aliquam ejus partem subegit.

II.

Quo anno Petrus Romanam venit.

Eusebius in Chronico, Petri in urbem Romanam adventum refert anno secundo Claudii, quam

686 C. I. Anno Urbis 796. Olymp. 205. an. 3. An. C. 43.

ANNO PERIODI GRAECO-ROMANAE 5536.

24. F. 6. P. 14. APRIL. Indict. I.

JESU CHRISTI 43. secundum Baronium 45.

CLAUDII IMP. 3.

I. Consul.

AD num. I. & seqq. Coss. Claudius Aug. III. & L. Vitellius II. Baronius Vitellium sine nota numerali profertur; cum tamen Suc-

[1] Coss. Claudius Aug. III. & L. Vitellius II. Jam designatus fuerat Claudius anno superiore. Calendarium Antiatinum: TI. CLAUDIO CAESARE AUG. COS. . . L. VITELLIO II. Lapis Gruterianus pag. CLXXXVIII. 4. cum Claudii TRIB. POT. III. COS. III. IMP. III. Doniana Inscriptiones, Cl. I. n. 55. D. K. FEBR. TI. CLAUDIO. CAES. III. L. VITELLIO II. COS. Item Cl. II. n. 86. TI. CLAUDIUS. DRUSI. F. CAESAR. AUG. GERMANICUS. PONTIFEX MAXIMUS. TRIBUNIC. POTEST. IV. COS. III. IMP. VII. P. P. Dio lib. LX. pag. 676. Claudius III. Consul. Deinde pag. 679. (de apparatu belli apud Britannos) Claudius, accepto nuncio res urbanas ac milites etiam Vitellio collega suo (cui consulatum itidem, ut sibi ad sex menses dederat) mandavit; & in Britanniam iter mari suscepit. Ex Donianis Inscriptionibus Cl. III. n. 1. patet, hoc anno Claudium jam consulatum quartum designatum fuisse. Inscriptio haec est. PRO SALUTE TI. CLAUDI. CAESARIS. AUG. PONTIF. MAX. TR. POT. III. COS. III. DESIG. IV. Perperam porro in notis ad hunc locum, Inscriptio haec Tiberio Augusto adscribitur. Sed de hoc Imp. Claudii consulatu uberius infra ad A. D. 45.

An inter successores hujus anni Consules, Cn. Hosidius Geta & L. Vagellius enumerandi sunt? Extat aenea tabula apud Reinesium, pag. 475. & emendatior inter Donianas inscriptiones pag. 84. n. 66. ubi. Cn. HOSIDIO GETA. L. VAGELLIO COS. X. CAL. OCTOB. Item in eadem tabella subjicitur: CUM S. C. QUOD. FACTUM EST HOSIDIO. GETA. ET L. VAGELLIO. COS. CLARISSIMUS VIRIS X. K. OCT. AUCTORE D. CLAUDIO. Forte pro L. VAGELLIO, in tabula legitur L. VITELLIO. Cn. Hosidius Geta, eodem anno quo Mauri a Svetonio Paulino perdomiti (fuit fuerant anno aerae vulgaris 42.) ut Dio lib. LX. pag. 670. auctor est, bellum iterum in eos movit, qui ad angustias redacti, ultro pacis condiciones acceperunt: quod contigit Claudio cum Caio Calpurnio Largo, Coss. Idcirco verosimilius est, Cn. Hosidium consulatum suffectum fuisse A. D. 43. Claudio tertium consule, aut si mavis A. D. 47. Fasti Vindebonenses. T. Claudio & Vitellio. Idiatiani: Claudio III. & Vitellio. Vitellius primum consulatum gesserat A. D. 34. Hinc apud Suetonium in vita A. Vitellii Cap. II. L. Vitellius A. Vitellii Imp. pater cum Claudio duos ordinarios consulatus, censuramque gessisse dicitur. Qui suffecti hoc anno consules fuerint, non omnino certum. Pighius suffectos fortasse putat Q. Curtium Rufum, & Vispanium Lanam, Quid sit autem apud Suetonium in Vita cap. XIV. ubi narrat, Claudium tertium consulatum gessisse, novo circa Principem exemplo in locum demovui suffectum, ignorare me fateor, quis consul sit initio anni vita functus, cui hoc anno Claudius suffectus fuerit. Tillemontius Histor. Imp. tom. I. pag. 213. & 612. contendit, consules suffectos hoc anno fuisse Decimum Haterium Agrippam & C. Sulpicium Galbam, quod inscriptionis verba apud Onuphrium in Fastis ad A. V. 775. & apud Gruterum pag. CI. I. TI. CLAUDIUS. CAESAR AUGUSTUS. GERMANICUS. PONT. MAX. TR. POT. III. COS. III. IMP. III. P. P. DEDICAVIT. ad Claudium, non ad Tiberium pertineant; recte id quidem; sed A. D. 43. Consules suffecti non fuerunt Decimus Haterius Agrippa & C. Sulpicium Galba: nam, ut ex ipsa Inscriptione patet, Claudius Imp. aram dedicavit, quae vota erat Pietati Augusta, ex S. C. quod jam pridem factum erat P. Haterio Agrippa, & C. Sulpicio Galba Coss. nempe A. D. 22.

CHRISTI 45.

PETRI I.

CLAUDII IMP. 3.

(a) Cant. 6. De unitate Ecclesiae firma assertio.

possoli, quod fuit Petrus, pari consortio praediti & honoris & potestatis: sed exordium ab unitate proficiscitur. Primatus Petro datur, ut una Christi Ecclesia & cathedra una monstraretur. Et pastores sunt omnes, sed grex unus ostenditur, qui ab Apostolis omnibus unanimi consensione patitur. Quam unam Ecclesiam etiam in Cantico (a) canticorum Spiritus sanctus ex persona Domini designat, & dicit: Una est columba mea, perfecta mea, una est matris tuae, electa genitricis tuae. Hanc unitatem qui non tenet, tenere se fidem credit? Qui Ecclesiae renititur & resistit; qui cathedram Petri, super quam fundata est Ecclesia, deserit; in Ecclesia se esse confidit? quando & beatus Paulus Apostolus hoc idem doceat, & sacramentum unitatis ostendat, dicens: Unum corpus, & unus spiritus; una spes, vocatio, vestra, unus Dominus, una fides, unum baptisma, unus Deus. Quam unitatem firmiter tenere & vindicare debemus, maxime Episcopi, qui in Ecclesia praesident; ut Episcopatum quoque ipsum unum atque indivisum probemus. Nemo fraternitatem mendacium fallat, nemo fidei veritatem perfida praevagatione corrumpat. Episcopatus unus est, cuius a singulis in solidum pars tenetur. Ecclesia quoque una est, quae in multitudinem latius incremento fecunditatis extenditur. Quo modo Solis multi radii, sed unum lumen; &

rami arboris multi, sed robur unum tenent; radice fundatum: & cum de fonte unum rivum pluri defluunt; numerositas licet diffusa videatur exundantis copiae largitate, unitas tamen servatur in origine. Avelle radium Solis a corpore, divisionem lucis unitas non capit: ab arbore frange ramum, fractus germinare non poterit: a fonte praecide rivum, praecisus arescet. Sic & Ecclesia Domini luce perfusa, per Orbem totum radios suos porrigit, unum tamen lumen est quod ubique diffunditur, nec unitas corporis separatur: ramos suos in universam terram copia ubertatis extendit: profluentes largiter rivos latius expandit: unum tamen caput est, & origo una, & mater una, fecunditatis successibus copiosa: illius fetu nascimur: illius lacte nutrimur, spiritu ejus animamur. Haec & alia Cyprianus.

V.

Qui & haec eadem uberius profectus, iterum atque iterum monstrat hanc unam Ecclesiam in Petri cathedra cognoscendam. Unde idem scribens ad Cornelium Romanum Pontificem, haec ait (b): Post ista, adhuc insuper pseudo-Episcopo sibi ab haereticis constituto, navigare audent & ad Petri cathedram, atque ad Ecclesiam principalem, unde unitas sacerdotialis exorta est; a schismaticis & profanis litteras ferre; nec cogitare eos esse Romanos, quorum fides (Apostolo praedicante) laudata est, ad quos perfidia habere non

(b) Cyp. epist. 55. De Romana Ecclesia.

quam sententiam secutus est Baronius. Sed ut inquit Valesius in Notis ad Eusebium lib. 2. cap. 16. sententia haec refelli videtur ex Actibus Apostolorum; ex quibus constat, Petrum in Judaea ac Syria semper mansisse usque ad ultimum annum Agrippae Regis. Qui cum Hierosolymis Petrum in vincula conjecisset, paulo post, divina eum insequente justitia, extinctus est Caesarea, ut refert Lucas. Quam igitur anno quarto Claudii mortuus sit Agrippa, ut inter omnes convenit, Petrus ante hunc annum Romam proficisci non potuit. Sed Auctor Chronici Alexandrini adventum Petri in urbem Romam adhuc tardius refert. Scribit enim Paulum venisse Hierosolymam ob controversiam de Circumcisione, anno sexto Claudii; eoque anno celebratum esse Concilium Hierosolymitanum, Apostolis nondum a se invicem disjunctis. Itaque ex ejus sententia Petrus non ante annum VII. Claudii Romam profectus est. Denique Lactantius lib. de Mortibus Persecutorum cap. 2. ait, Petrum, cum jam Nero imperaret, Romam venisse, quae opinio verosimilior videtur. Neque enim in Chronologia Pontificia Eusebio magna fides habenda, ut inferius ostendemus.

Præstat hic Lactantii citati verba in medium afferre: Apostoli per annos XXX. usque ad principium Neroniani Imperii per omnes Provincias & civitates Ecclesiae fundamenta miserunt. Cumque jam Nero imperaret, Petrus Romam advenit, & editis quibusdam miraculis, quae virtute ipsius Dei data sibi ab eo potestate faciebat, convertit multos ad justitiam, Deoque templum fidele ac stabile posuit. Ex his viginti quinque annis, qui ad praedicationem omnium Apostolorum ex aequo pertinent, orta videtur opinio de XXV. annis, qui vulgo tribuuntur S. Petro in Sede Romana. Qui Claudio imperante Petrum Romam venisse volunt, coguntur duplicare profectioem ejus in Urbem & duplex item ejus cum Simone mago certamen commissi, primo quidem temporibus Claudii, dein Principatu Neronis; quod tamen a nullo Veterum proditum, ut ait Baluzius in Notis ad Lactantium. Hanc etiam sententiam tumentur Papebrocius in Conatu Chronico-Historico ad Catalogum veterum Pontificum, & Ludovicus Du-Four in Observationibus MSS. ad Chronologiam Pontificiam, quas mecum pro sua benevolentia communicavit (1).

III. Nerone imperante Petrus Romam venit.

[1] DE Evangelio S. Marci, quando & qua lingua scriptum sit; de ejus item Martyrio, & Liturgia, consule Bollandianos socios ad diem XXV. Aprilis pag. 344. & seqq. item de ejus evangelio Remigium Ceillierum in Historia Auctorum Ecclesiasticorum tom. I. pag. 351. & sequentibus. De capite ultimo S. Marci, præter ea quae affert Baronius, vide Remigium Ceillierum in Historia auctorum Ecclesiasticorum tom. I. pag. 356. De Liturgia item, quae S. Marco tribuitur, ut & Petro, Matthæo, Joanni Evangelistæ, Jacobo, & aliis, consule collectionem Liturgiarum Orientalium Eusebii Renandotii.

(a) Cypri. ep. 52. non possit accessum. Et ad Antonianum de Cornelii Papæ ordinatione (a): Factus est, inquit, Cornelius Episcopus de Dei & Christi ejus judicio, de clericorum pene omnium testimonio, de plebis quæ tunc adfuit, suffragio, & de sacerdotum antiquorum & honorum virorum collegio; cum nemo ante factus esset, cum Fabiani locus, id est, cum locus Petri & gradus cathedra sacerdotalis vacaret. Hæc ipse pluribus.

VI. Rursum vero eum debere dici Catholicum, qui eidem Romanæ Ecclesiæ, Petri sedi communione conjungitur; illum vero esse habendum hæreticum, qui ab ejusdem cathedræ est communione divisus, idem Cyprianus sæpe testatur: nam ad Cornelium (b) Papam hæc de his quos optabat ejusdem Pontificis communioni conjungere: Scimus nos hortatos eos esse ut Ecclesiæ Catholicæ radicem & matricem agnoscerent & tenerent. Et ad Antonianum (c) eodem argumento: Scripsisti etiam ut exemplum earundem litterarum ad Cornelium collegam nostrum transmitterem; ut deposita omni sollicitudine, jam sciret te secum, hoc est, cum Catholica Ecclesiâ communicare. Quo contra, hæreticum habendum esse qui cum eodem Romano Pontifice non communicat, scribens ad Magnum (d), multis significat, & præsertim cum dicit: Ecclesiâ una est, quæ una & intus esse & foris non potest. Si enim apud Novatianum est, apud Cornelium non fuit. Si vero apud Cornelium fuit, qui Fabiano Episcopo legitima ordinatione successit, & quem præter sacerdotii honorem martyrio quoque Dominus glorificavit; Novatianus in Ecclesiâ non est, nec Episcopus computari potest. Hæc ipsa longe ante Cyprianum, Irenæus (e): Quoniam, inquit, valde longum est, in hoc tali volumine omnium Ecclesiarum enumerare successiones: maximæ & antiquissimæ & omnibus cognitæ, a gloriosissimis duobus Apostolis Petro & Paulo Romæ fundatæ & constitutæ Ecclesiæ, eam quam habet ab Apostolis traditionem, & annuntiatam hominibus fidem, per successiones Episcoporum pervenientem usque ad nos, indicantes, confundimus omnes eos, qui quoquo modo, vel per sui placentiam malam, vel vanam gloriam, vel per cæcitatem & malam sententiam, præterquam oportet, colligunt. Ad hanc enim Ecclesiâ, propter potentioris principalitatem, necesse est omnem convenire Ecclesiâ, hoc est, eos qui sunt undique Fideles: in qua semper ab his qui sunt undique, conservata est ea, quæ est ab Apostolis traditio. Hæc Irenæus.

(b) Cypri. ep. 76. (c) Iren. lib. 3. c. 23. His insuper addimus quæ Optatus (f) Milevitanus de cathedra Petri egregie sane in hanc sententiam locutus est: Igitur negare non potes, scire te in urbe Romana Petro primo cathedram Episcopalem esse locatam, in qua sederit omnium Apostolorum caput Petrus, unde & Cephas est appellatus: in qua una cathedra unitas ab omnibus servaretur, ne ceteri Apostoli singulas sibi quisque defenderet; ut jam schismaticus & peccator esset, qui contra singularem cathedram alteram collocaret. Ergo cathedra unica, quæ est prima de dotibus. Sedit prior Petrus, cui successit Linus, &c. Et post recensitam successionem Romanorum Pontificum, ea ratione vincit schismaticos esse extra Ecclesiâ Catholicam, quod nullus ipsorum Episcopus eidem Romanæ cathedræ communicet. Ac tandem hæc contra eisdem schismaticos: Unde est ergo, ait, quod claves regni vobis usurpare contenditis? Et contra cathedram Petri vestris præsumptionibus & audacis sacrilegio militatis? Et inferius: Igitur de dotibus supradictis cathedra est (ut supra diximus) prima, quam probavimus per Petrum nostram esse. Ac paulo post: Et per cathedram Petri, quæ nostra est, & ceteras dotes apud nos esse. Eadem quoque ratione S. Hieronymus (g) hæc ad Damasum: Ego nullum primum nisi Christum sequens, beatitudini tue, id est, cathedræ Petri communione consocior: super illam petram edificatam Ecclesiâ scio. Quicumque extra hanc domum agnum comederit, profanus est. Si quis in arca Noe non fuerit, peribit regnante diluvio. Et paulo inferius: Quicumque tecum non colligit, spargit: hoc est: qui Christi non est, Antichristi est. Et sequenti rursum (b) epistola: Ego interim clamito: Si quis cathedræ Petri jungitur, meus est. Et adversus Rufinum (i): Fidem suam quam vocat? eam ne, qua Romana pollet Ecclesiâ? an illam, quæ in Origenis voluminibus continetur? Si Romanam responderit: ergo Catholici sumus, qui nihil de Origenis errore transfulimus.

VII. Hæc igitur cum Hieronymus sæpius repetat & inculcet, & primatus Petri & Ecclesiæ Romanæ sit fidelis assertor: jam quomodo illa sint ejusdem auctoris accipienda verba, quibus adversarii struunt calumnias, satis perspicuum esse potest: dum sic (k) ait de his quæ ad ordinem spectant: Quid facit, excepta ordinatione, episcopus, quod presbyter non faciat? Nec altera Romanæ urbis Ecclesiâ, altera totius Orbis existimanda est: Et Gallie, & Britannia, & Africa, & Persis, Et Oriens, & Judæa, & omnes barbara nationes unum Christum adorant, unam observant regulam veritatis. Si auctoritas quaritur, Orbis major est Urbe. Ubicumque fuerit Episcopus, sive Roma, sive Eugubii, sive Constantinopoli, sive Rhegii, sive Alexandria, sive Tanis; ejusdem meriti, ejusdem est sacerdotii. Potentia divitiarum & paupertatis humilitas vel sublimiorum

ma Petro primo cathedram Episcopalem esse locatam, in qua sederit omnium Apostolorum caput Petrus, unde & Cephas est appellatus: in qua una cathedra unitas ab omnibus servaretur, ne ceteri Apostoli singulas sibi quisque defenderet; ut jam schismaticus & peccator esset, qui contra singularem cathedram alteram collocaret. Ergo cathedra unica, quæ est prima de dotibus. Sedit prior Petrus, cui successit Linus, &c. Et post recensitam successionem Romanorum Pontificum, ea ratione vincit schismaticos esse extra Ecclesiâ Catholicam, quod nullus ipsorum Episcopus eidem Romanæ cathedræ communicet. Ac tandem hæc contra eisdem schismaticos: Unde est ergo, ait, quod claves regni vobis usurpare contenditis? Et contra cathedram Petri vestris præsumptionibus & audacis sacrilegio militatis? Et inferius: Igitur de dotibus supradictis cathedra est (ut supra diximus) prima, quam probavimus per Petrum nostram esse. Ac paulo post: Et per cathedram Petri, quæ nostra est, & ceteras dotes apud nos esse. Eadem quoque ratione S. Hieronymus (g) hæc ad Damasum: Ego nullum primum nisi Christum sequens, beatitudini tue, id est, cathedræ Petri communione consocior: super illam petram edificatam Ecclesiâ scio. Quicumque extra hanc domum agnum comederit, profanus est. Si quis in arca Noe non fuerit, peribit regnante diluvio. Et paulo inferius: Quicumque tecum non colligit, spargit: hoc est: qui Christi non est, Antichristi est. Et sequenti rursum (b) epistola: Ego interim clamito: Si quis cathedræ Petri jungitur, meus est. Et adversus Rufinum (i): Fidem suam quam vocat? eam ne, qua Romana pollet Ecclesiâ? an illam, quæ in Origenis voluminibus continetur? Si Romanam responderit: ergo Catholici sumus, qui nihil de Origenis errore transfulimus.

VIII. Hæc igitur cum Hieronymus sæpius repetat & inculcet, & primatus Petri & Ecclesiæ Romanæ sit fidelis assertor: jam quomodo illa sint ejusdem auctoris accipienda verba, quibus adversarii struunt calumnias, satis perspicuum esse potest: dum sic (k) ait de his quæ ad ordinem spectant: Quid facit, excepta ordinatione, episcopus, quod presbyter non faciat? Nec altera Romanæ urbis Ecclesiâ, altera totius Orbis existimanda est: Et Gallie, & Britannia, & Africa, & Persis, Et Oriens, & Judæa, & omnes barbara nationes unum Christum adorant, unam observant regulam veritatis. Si auctoritas quaritur, Orbis major est Urbe. Ubicumque fuerit Episcopus, sive Roma, sive Eugubii, sive Constantinopoli, sive Rhegii, sive Alexandria, sive Tanis; ejusdem meriti, ejusdem est sacerdotii. Potentia divitiarum & paupertatis humilitas vel sublimiorum

Communicatio cum Romana ecclesiâ quemque probat catholicum.

(g) Hier. ep. 57.

(b) Idem. ep. 58. (i) Hier. Apol. advers. Ruf.

(k) Hier. ep. 85. Obiectio solvitur, & elucidatur locus S. Hieronymi.

rem vel inferiorem Episcopum non facit: ceterum omnes Apostolorum successores sunt. Sed hæc quidem dicit ipse de his quæ sunt muneris sacerdotii: in qua quidem functione, sicut nihil præter ordines plus Episcopus quam presbyter habet, ita multo minus nihil est quod plus alio quilibet Episcopus sibi vendicat. Verum quanto plus cæteris ipse S. Hieronymus Romano Episcopo deferat, superius ipsiusmet loca recitata declarant. Sed institutum de Catholici nominis signo orationem profequamur.

IX. S. Ambrosius etiam & ipse uno signo e sede Petri petito, ex ipsius, inquam, Romanæ Ecclesiæ communicatione, qui veri Catholici habendi essent, esse solitum investigari, demonstrat, dum hæc de Sartyro fratre scribit: Advocavit ad se Episcopum, nec ullam veram putavit nisi veræ fidei gratiam: percontatusque ex eo: Utrum cum Episcopis Catholicis, hoc est, cum Romana Ecclesiâ conveniret? &c. Augustinus (a) item ex Petri cathedra per successionem Romanorum Pontificum demonstratam, Catholicos discriminat ab hæreticis; & id ipsum adversus schismaticos (b), Donatistas, Catholicos occinere docuit. Una igitur hac tessera, hoc uno symbolo, hoc uno denique rogato & reddito nomine, qui Catholici essent, quive hæretici, semper innotescere consueverunt: nempe, ut ille absque alia controversia Catholicus censendus esset, qui se Romanæ Ecclesiæ communicare profiteretur; ac ille contra esset conclamandus hæreticus, qui ab eadem Petri cathedra probaretur esse divisus. Præter illa quæ in eam sententiam sunt ex antiquioribus Patribus recitata, alia plane innumera de his exempla suppetent; sed non patitur instituti ratio, hic ea singulatim recensendo, in his diutius immorari.

X. Sed illud unum sic habeto, adeo hæc certa atque explorata haberi, ut antiquo usu illud esset receptum, tam apud nostros quam apud externos, has voces, Romanus, & Catholicus, absque distinctione usurpari solitas, ita ut idem esset dicere, Romanus, quod Catholicus: idque monstrari potest, non tantum nostrorum testimonio & exemplo, sed etiam hostium asseritione. Ecce quippe Theodosius Junior Imp. in ea epistola, quam scripsit ad Acacium Episcopum Beroëensem, hæc ait: Vosque probatos Romanæ religionis sacerdotes esse, manifesto argumento declarate. Extat hæc epistola in Actis sacrosanctæ Synodi Ephesinæ (c). Addam & de Arianis exempla. Victor Uticensis (d) hæc a Jocundo Ariano homine ad Theodoricum Arianorum Regem in Africa refert dicta: Poteris, inquit, eum diversis afflictionibus interficere: nam si gladio peremeris, incipient Romani martyrem præcipere. Ann. Eccl. Tom. I.

(a) August. epist. 165. & contra ep. Max. nich. c. 4. (b) August. contra par. Donat. l. 2. p. 1.

X. Romanum nomen idem quod catholicum.

(c) Synod. Ephes. tom. 5. c. 10. edit. Pel. zan. (d) Vict. de persecut. Vandal. lib. 1.

dicare: & Gregorius Thuronensis (e) ex persona eorumdem: Quid putatis (dicebat unus ex illis) quod nunc isti Romani dicant? & alibi de Ariano Principe (f): Cogitavit intra se dicens: Quia ingenium est Romanorum (Romanos enim vocitant homines nostræ religionis) ut ita accidat, & non sit virtus Dei; & inferius (g) ex persona itidem Ariani hominis hæc ad suos dicens: Si consenseritis dictis meis, exercebimus hodie cachinnum de hoc Romanorum presbytero: hoc est, Catholico sacerdote. Alia ad hæc addenda essent exempla: sed parcius agimus, quod alio tendat oratio: divertimus enim ad hæc, occasione Romanæ Ecclesiæ hoc anno (ut dictum est) a Petro Apostolo institutæ, cui præfuit annos viginti-quatuor, menses quinque, & dies undecim. Sed de his red-demus rationem inferius, cum de ejusdem Petri agemus martyrio.

XI. Ceterum ipsa prima Pontificia sedes Petri, cathedra (inquam) lignea, dignum plane tantæ rei eximiumque monumentum, quamplurimis semper miraculis illustrata, a majoribus asservata, in ejusdem Petri basilica Vaticana recondita, hætenus custoditur, & certis diebus populo visenda exponitur. Consueverunt enim majores, tanti memores beneficii, quod Apostolica prædicatione e tenebris, quibus erant offusi, ad lucem plane divinam everti essent, etiam ipsas sedes ligneas quibus Apostoli insedissent, summa omnium diligentia custoditas, veneratione profequi. Sit satis ad ejus rei exemplum Hierosolymorum Ecclesiâ, quæ licet tot tantisque Judæorum casibus fuerit exagitata; sedem tamen ipsam, cui ipsorum primus Episcopus Jacobus insedit, usque ad Constantini tempora integram esse servatam, auctor est Eusebius (h). Id ipsum de sede Marci Alexandriæ factum esse, suo loco dicemus. Nec tamen illud de his dicere præterimus quod ad hanc rem etiam spectare videtur: majores scilicet nostros, egregios pietatis cultores, ut qui probe scirent loco Christi (quod sæpe monet Ignatius) esse habendos Episcopos, sedes illas, quibus illi in ecclesiâ, cum sacras synaxes agerent, insiderent, ut divinum thronum, velis egregie ornare consuevisse, eademque tegere velamento. Id plane innuit Pontius diaconus in Cypriani martyrio, cum ait: Sedit autem erat fortuito linteo lectum, ut & sub ictu passionis Episcopatus honore frueretur. Et Augustinus (i) ad Maximinum Episcopum Donatistam: In futuro, inquit, iudicio nec apsidæ gradatæ, nec cathedræ velatæ adhibebuntur ad defensionem. Apud nos sane gradatas cum dixit, sedes Episcoporum sublimiori attolli fastigio solitas esse significat. Et Pacianus Episcopi sedem linteatam nominat in epistola secunda ad Sympronium. Sed hæc satis ad insinuandos

(e) Greg. Thuron. de glor. mart. c. 79. (f) Eod. lib. c. 25. (g) Eod. lib. c. 30.

XI. De Petri cathedra Lignea.

(h) Euseb. lib. 7. c. 14.

(i) Aug. de Max. Episc. Donat. epist. 103.

antiquos Ecclesie mores, cui plane rei nos ex instituto lectori devinximus.

XII.

In hunc igitur modum Romana cathedra stabilita, cessit Petrus Ecclesie Antiochenae, & alium in suum locum Episcopum subrogavit. Id quidem factum esse hoc ipso tertio Claudii Imperatoris anno, ac Domini quadagesimo quinto, Eusebius testatur in Chronico: ubi etiam anno superiori (ut a nobis positum est) Petri Romam adventum contigisse tradit. Qui vero dixerunt (a), eum tunc cum discessurus esset Antiochia, eidem civitati successorem Episcopum ordinasse; eo sensu audiendi sunt, quasi dicere velint, Petrum successorem sibi delegisse, cum sedem Antiochenam reliquit. Non enim putandum est, Petrum antea se abdicasse, nulla existente causa; nisi cum Romae sibi erexit accepitque cathedram. Nec propterea quod inde recesserit, opus fuit alium sibi sufficere; quod nec alias fecerat, cum (ut vidimus) saepe recessit, ac iterum rediit: nam & sic inde modo discessit, eo nempe reverurus. Rediit enim Antiochiam, eam invensens Ecclesiam, quando inter ipsum & Paulum illae, de quibus suo loco dicturi sumus, suborta sunt contentiones. Satis Antiochenae Ecclesiae se absente videbatur esse consultum, quod ibi Barnabam reliquisset. Barnabas enim (quod ex Actis (b) superius dictum est) Antiochiam profectus, cum uberes fructus ex conversione Gentium Evangelica praedicatione collegisset, & uberiores se collecturum speraret, tot laboribus impari sibi visus, Tarsum accessit, indeque Saulum adductum secum Antiochiam duxit: quem cum annum integrum, usque scilicet ad famem illam ingentem obortam, illic permanisset, Lucas (c) testatur: sane quidem in annum secundum Claudii eodem perseverasse illic constat, atque illic iterum rediisse, & usque ad praesentem annum mansisse, ut ex his quae dicturi sumus in fine praesentis anni, liquido apparebit.

(a) Chrysostomus hom. de S. I. gnato. & Metaph. dic. 29. Junii.

(b) Act. 11. Barnabas curat Ecclesiam Antiochenam.

(c) Act. 11. Chrysostomus hom. de translatione S. Ignatii. tom. 5. edit. Paris.

XIII. Evodius an Ignatius fuerit subrogatus.

(e) Theodoretus in immutabil. 1.

(f) Quintus Synod. Act. 1.

(g) Eusebius in Chron. & hist. lib. 3. c. 16.

(h) Hieronymus de Script. Eccl. in Ignat.

Sed quem potissimum sedi Antiochenae suum successorem instituerit, Evodium ne, an Ignatium, res non est absque aliqua controversia: quandoquidem Joannes Chrysostomus (d), civis Antiochenus, & ejus Ecclesiae olim clericus, aperte profiteretur, primum omnium a Petro eidem sedi fuisse praefectum S. Ignatium: testatur id ipsum Theodoretus (e), cum ait: De illo enim Ignatio omnino audisti, qui per magni Petri dexteram pontificatum suscepit. Felix quoque Romanus Pontifex in epistola quam scripsit ad Zenonem Imperatorem, quae est recitata in quinta (f) Synodo Constantinopolitana, plane testatur S. Ignatium dextera Petri esse ordinatum ejusdem Antiochenae sedis Episcopum. Porro non Eusebius tantum (g) & Hieronymus (h) perspicue testantur, post Petrum & a Petro institutum primo loco sedisse Evodium, ac Evodio fuisse subrogatum Ignatium; sed & idem ipse Ignatius (i) scribens ad Antiochenos, id ipsum firmiter aperteque demonstrat, cum ait: Memento te Evodii beatissimi patris vestri; qui primus post Apostolos gubernacula Ecclesiae vestrae sortitus est. Haec itaque cum ille ipse profiteatur, aliis non opus est testibus: Verum enim vero unde ejusmodi oborta sit occasio controversiae, exquirere, non otium putamus.

(i) Ignatius epist. 12.

XIV. Legimus apud Clementis (k) Constitutiones, quibus interdum uti sunt viri sanctissimi necnon eruditissimi, Antiochenae Ecclesiae a Petro Evodium, a Paulo vero Ignatium esse creatos Episcopos; nec sane unum post alium, ut de ceteris ibi dicitur, sed simul. Quod quidem tunc factum fuisse videtur, cum dissensio illa inter Fideles qui ex circumcissione, & eos qui ex Gentibus ad fidem venerant, esset concitata: quocirca quamdiu illa perduravit, illud remedium fuisse adhibendum, ut uterque federet; alterque eorum praesertim iis qui ex circumcissione, alter vero iis qui ex Gentibus ad Ecclesiam venissent. Ceterum eo tandem sublato distinctionis pariete, ac sub uno eodemque pastore utraque collecta Ecclesia, non amplius duobus, sed uno tantum fuit opus Episcopo. Tunc igitur in eadem praefectura remansisse videtur Evodius: cui libenter cessisset Ignatius, ut Clemens Lino: meritoque ea de causa idem ipse, in dicta epistola ad Antiochenos ipsum Evodium primum post Apostolos fuisse illius sedis Episcopum tradit, nullam sui ratio, nem habens, quod ea occasione sedisset, & eidem loco cessisset, quantumlibet a Petro (ut praecipati volunt) institutus esset. Sed quod agamus conjectura, nihil certi de his affirmare audeamus. Ceterum praefecturam Ecclesiae Antiochenae Evodio hoc anno collatam esse, Eusebius in Chronico tradit. Qua ratione erroris arguitur Suidas (l), & si qui alii dixerunt tunc discipulis esse inditum nomen Christianum, cum Petrus Evodium Antiochenae Ecclesiae creavit Episcopum: nam longe ante haec tempora Christianum nomen esse inventum, superius est demonstratum.

(k) Clementis Constit. lib. 7. c. 46.

(l) Suidas verbo Nazarenorum.

XV.

Sicut autem stabilita sede Romana, Petrus Antiochenae Ecclesiae Episcopum illi praeficiendo prospexit: ita etiam memor Ecclesiarum, quas in Ponto, Galatia, Cappadocia, Asia, scilicet Minori, & Bithynia exerebat, suam primam ad eas scripsit epistolam: quam quidem hoc ipso anno, antequam Marcus ab eodem Petro Alexandriam mitteretur, esse conscriptam, ex eo facile colligi potest, quod in ea haec posita habeantur in fine: Salutat vos Ecclesia, quae est in Babylone collecta, & Marcus filius meus, quem hoc ipso

Marco quando a Petro missus Alexandriam.

(a) Hieronymus de Script. Eccl. in Eplionc.

XVI. De prima Petri epistola.

(b) Eusebius hist. lib. 2. c. 24.

(c) Apoc. 17.

(d) Tertullianus de Adv. Marcion. lib. 3. c. 13.

ipso anno tertio Claudii Alexandriam a mandatum, Alexandrinam collegisse Ecclesiam, Eusebius non obscure demonstrat in Chronico. Opportuna enim illa videbatur oblata occasio adventus Philonis Judaei Alexandrini in Urbem, qui sub Caio primo (ut vidimus) pro Judaeis Alexandrinis legatione functurus, una cum focis Romam se contulit; ac iterum sub Claudio Romam venit, quando & gentilem suum Petrum Evangelium praedicantem Romae cognovit, & familiarissime cum ipso versatus est, ut Hieronymus (a) his verbis declarat: Ajunt hunc sub Caio Caligula Romae periclitatum, quo legatus gentis suae missus fuerat: cum secunda vice venisset ad Claudium, in eadem Urbe locutum esse cum Petro Apostolo, ejusdemque habuisse amicitias, & ob hanc causam etiam Marci discipuli Petri apud Alexandriam sectatores ornasse laudibus suis. Haec Hieronymus de Philonis cum Petro Romae consuetudine ac amicitiae usu: qua quidem ex re conjectura ducimur, redeuntem Philonem Alexandriam, Marcum sibi a Petro commendatum secum perduxisse. Sed de Marco iterum.

Quod vero sicut hoc anno, ita etiam Romae eadem a Petro epistola scripta fuerit, Patres omnes qui de ea re sermonem habuerunt, expresse testati sunt; quod & ex illis ejusdem epistolae verbis colligerunt, quibus in fine dicitur: Salutat vos Ecclesia, quae est in Babylone collecta; per Babylonem enim Romam intellexisse, absque ulla dubitatione confirmant. Sed ab his dissentiant Novatores, quod permolestae accipiant, ex canonicis divinisque Scripturis etiam Petri Romam adventum reddi testatum. Sed primum per Babylonem a Petro Romam significatam esse majorem auctoritatem monstremus; ac subinde quam insigniter delirant, qui de alia Babylone ea esse dicta verba contendunt, perspicue aperiemus. Eusebius (b) ubi de Marci Evangelio ex Papiae & Clementis auctoritate sermonem instituit, haec addit: Constat Petrum hujus Marci mentionem facere in priore epistola, quam Romae texisse dicitur: quam quidem epistolam ibi per scriptam ostendit, dum civitatem illam, verbi translatione, Babylonem appellat, hoc modo: Salutat vos Ecclesia nostrae electionis consors, quae est Babylone, & Marcus filius meus. Eadem Hieronymus de Scripturis Ecclesiasticis in Marco his verbis: Meminit hujus Marci & Petrus in epistola prima sua; nomine Babylonis figuratam ter Romam significans. In Apocalypsi (c) Joannis eodem notatam esse nomine, in confesso est apud omnes, ut ita hyperbolice dicam, cum alioqui implures sint, qui per Babylonem, universon regnum diaboli interpretentur. Porro inter veteres Tertullianus (d) Sic & Babylon apud

Joannem nostrum Romanae urbis figuram portat, proinde & magna, & regno superba, & sanctorum debellatrix. Unus idemque Spiritus, quo afflati, locuti sunt sancti viri Dei, eodem symbolico nomine Romam significavit: quinetiam & in divinis Scripturis per Babylonem saepe Romanum adumbratum esse Imperium, eruditus lector inveniet. In hanc sententiam Augustinus (e) haec ait: Ne multis morer, condita est Roma velut altera Babylone, & velut prioris filia Babylonis: docet enim pluribus, tunc conditam Romam esse, cum interdicat regnum Assyriorum. De his quoque cumulate Orofius (f).

(e) Augustinus de Civit. Dei lib. 18. c. 22.

(f) Orofius lib. 7. c. 2.

Nec vero me imprudenter dictarum existimo, si his addiderim, Petrum non esse usum proprio Urbis nomine, quod Hierosolymis fuga lapsus e carcere, ubi ageret, non ab omnibus percipi vellet. Sane quidem studuisse admodum Claudium Imperatorem Agrippae Regi Judaeorum, qui Petrum vinxerat mox coram populo trucidandum, ea quae ex Josepho superius sunt recitata, plane significant. Cum alioqui mutatis nominibus homines appellare, usitatum fuisse videatur apud Apostolos. Unde Paulum (g), cum ait: Liberatus sum de ore Leonis, per leonem significasse Neronem, nullus dubitat. Praeter haec etiam, per Babylonem esse Romam significatam, licet quis nolit; fateri compellitur. Nam cum Petrus dicat: Salutat vos Ecclesia, quae est in Babylone collecta; cum de illa quae est apud Assyrios Babylone nullo modo possit intelligi: quandoquidem (ut vidimus) constat Josephi (h) auctoritate, eodem Caio Augusti tempore, quo tam dira Judaei tum Alexandrini tum Palaestini patiebantur, eos qui agebant in Babylone, & apud Assyrios, Judaeos fuisse expulsos, ac denique trucidatos: necesse est affirmare, Petrum per Babylonem Romam intellexisse. Nec est alia Babylone, de qua Petrus potuerit dixisse; nam quae apud Aegyptios Babylone erat, obscurus plane locus, non civitatis nec oppidi dignus nomine, castellum a Strabone (i) & aliis nominatur, sic nempe dictum, quod a quibusdam Babyloniis fuisset erectum, locus natura munitus. At dicere velle, Petrum de hac in Aegypto posita intellexisse, insignis sane fatuitas & nimium absurda: res esset: quandoquidem cum multa alia haec opinari prohibeant, quodammodo id potissimum verat, quod nullam reperiri constet in Babylone quae est in Aegypto, Ecclesiam collectam: cum multa enim Concilia edita reperiantur cum adjectione nominum Episcoporum Aegyptiorum, in nullis horum, nec in aliis scriptorum monumentis alicubi reperitur nominatus Episcopus Babylonis in Aegypto: nisi post annos quingentos sub Justino Junio primum reperitur nominatus Episcopus

(g) 2. Timotheus 2.

(h) Josephus antiqu. lib. 18. c. 12.

(i) Strabon. lib. 17.

(j) Strabon. lib. 17.

epopus Babylonis in Aegypto Zosimus Cili-
x apud Sophronium.

XVIII. Sed quid Novatores isti? Licet hic ne-
gent per Babylonem Romam intelligi; ta-
men quod in Apocalypsi de Babylone multa
nefanda prodantur, eoque nomine Romanam
urbem significari certissimum sit; cunctas il-
las blasphemias in Romanam tunc urbem
congestas, quod in ea idololatria & impie-
tatis cultus præ cæteris Orbis locis vige-
ret, in Romanam convertunt Ecclesiam,
calumniosissime simul & imperitissime, nul-
lam temporum diverforum nec rerum rati-
onem habentes. Sane quidem dum Pe-
trus ait: *Ecclesia quæ est in Babylone: Ec-
clesiam ibi positam non esse Babylonem
ipsam, plane declarat, diversaque ratione
censeri ipsam Ecclesiam a loco, ubi dicitur
esse collecta. Nec per somnium quidem
quis umquam inveniet Romanam Ec-
clesiam esse Babylonem nomine nuncupatam,
sed ipsam tantummodo civitatem; ac id
quidem non semper, sed cum impietate
referta adversus ipsam Ecclesiam bellum
gereret.* Unde Hieronymus (a) de his
agens, hinc verbis Romam compel-
lat: *Sed ut ad te loquar, quæ scriptam in
fronte blasphemiam Christi confessione de-
lesti, Urbs potens, Urbs Orbis domina,
Urbs Apostoli voce laudata, interpretare
vocabulum tuum: Roma aut fortitudinis no-
men est apud Græcos, aut sublimitatis jux-
ta Hebræos: serva quod diceris: Virtus
te excelsam facit, nam voluptas humilem.
Maledictionem, quam tibi Salvator in A-
pocalypsi comminatus est, potes effugere
per penitentiam. Habes exempla Ninivi-
tarum. Cave Joviniani nomen, quod de
idolo derivatum est.*

Scimus eundem Hieronymum (b) alibi
in eandem Urbem stomachatum, Babylo-
nem appellasse, cum persecutionem in ea
passus, inde recedens, Hierosolymam re-
diisset; atque dixisset: *Cum in Babylone
versaver, & purpuratæ meretricis essem
colonus; & jure Quiritum viverem, &c.*
Sed quid postmodum alibi ille (c) idem
cum agit de Romanæ Ecclesiæ Fidelibus?
Romanæ, inquit, plebis laudatur fides, te-
nimonio videlicet Apostolico. Ubi alibi
tanto studio & frequentia ad ecclesias &
martyrum sepulcra concurrunt? Ubi sic
ad similitudinem cælestis tonitru, Amen
reboat, & vacua idolorum templa quatun-
tur? Non quod aliam habeant Romani fi-
dem, nisi hanc quam omnes Christi Ec-
clesia; sed quod devotio in eis major sit,
& simplicitas ad credendum. Idem ad Mar-
cellam scribens ut Bethlehem migret,
post explicatum illud de civitate Romana
Joannis in Apocalypsi testimonium; *Cecidit enim, cecidit Babylon magna: De Ec-
clesia ibi posita ista subdit: Est quidem,
inquit, ibi sancta Ecclesia, sunt trophæa
Apostolorum & martyrum, est Christi vera*

XIX. (b) Hier. in
pref. de
Spir. San.
(c) Hier. in
pref. lib. 2.
in epist. ad
Galat.
Improbatur
urbes,
laudatur
Ecclesia.

confessio, est ab Apostolo prædicata fides;
& Gentilitate calcata, in sublime se quo-
tidie erigens vocabulum Christianum. Hæc
Hieronymus: de quibus satis.

XX. Cum hæc de tempore primum ac subin-
de de loco prioris Petri epistolæ sint plu-
ribus disputata: ad quosnam ea scripta fue-
rit, hic pluribus agere in prima editione
prætermisimus; sed absque ulla dubitatio-
ne hanc datam esse ad Hebræos, inferius
cum de posteriori Petri epistola egimus,
affirmavimus. Ne autem hac de re dubi-
tare quis possit, asseram semel sententiam
tum Patrum auctoritate obsignatam, tum
aliis firmissimis rationibus demonstratam.
relinquere, æquum putamus. Scriptam
quidem hanc fuisse epistolam Petri ad Jo-
dæos jam redditis Christianos, testatur Eu-
sebius (d), S. Athanasius (e), Didymus
(f), ac denique (ne in his longius di-
strahar) omnes tum Græci tum Latini
scriptores, qui ea de re consulto tracta-
runt: adeoque ut nec unum hætenus in-
venimus, qui ad alios quam ad Judæos
eam esse conscriptam, asseruisse reperia-
tur. Sed ad hæc confirmanda, accipe rati-
ones, & quidem firmissimas, utpote ip-
sius Petri auctoritate subnixas, quibus re-
fragari non liceat, quod ei contradicere
sit religio. Certum quidem est, Petri ip-
sius assertione, ad illos priorem a se da-
tam esse epistolam, ad quos posteriorem
ipse conscripsit: etenim sic in ea de prio-
ri meminit (g): *Hanc vobis, carissimi,
secundam scribo epistolam.* Porro eandem
posteriorem ab ipso esse datam ad He-
bræos, ipsemet ad finem ipsius disertis ver-
bis insinuat, dum mentionem habet Pauli
epistolæ ad ipsos Hebræos datæ, prout in-
terpretes omnes ostendunt, & nos infe-
rius demonstraturi sumus; ad quos se quo-
que eam dare epistolam profertur.

XXI. Rursum vero cum in ipsa prioris episto-
læ inscriptione manifeste declaret Pe-
trus, se scribere Christianis advenis dis-
persionis: non nisi Judæos potuit verbis il-
lis intellexisse: etenim nullam hætenus
Christianorum Gentilium quis inveniet factam
esse dispersionem, sed tantummodo
Judæorum (ut superius diximus) tempore
martyrii S. Stephani, cujus dispersionis
iterum meminit S. Lucas (h) in Actis.
Nec est quod objici possit, dispersionem
Judæorum factam fuisse (i) tantummodo
per regiones Judææ atque Samaritæ: nam
ex iisdem Actis (k) satis apparet, eo-
rundem aliquos perrexisse etiam Antio-
chiam, atque in Cyprum: immo & con-
stat Ananiam unum ex illis pervenisse (l)
Damascum: ut patens sit, eos egressos ef-
se Judææ terminos. Verum & si su-
perius anno Christi trigesimo quinto di-
ctum sit, tam Petrum, quam Jacobum
scripsisse ad fratres dispersionis illius, quæ
facta est post necem Stephani, non autem
ad

XX.

(d) Euseb.
hist. lib. 3.
c. 1.
(e) Atha-
nas. in Sy-
nopf.
(f) Didym.
in epist. ca-
nonic.

(g) 2. Petr.
3.

XXI.

(h) Act. 8.
11.

(i) Act. 8.
1.

(k) Act. 11.
1.

(l) Act. 9.
1.

(a) Joan.
11.

(b) Jac. 1.

(c) 1. Pe-
tr. 1. & 3.

XXII.
(d) 1. Pe-
tr. 2.

(e) Ose. 1.

(f) Ose. 1.
(g) Rom. 9.

(h) Hier. in
epist. ad
Rom. 9.

ad alios Judæos in diversis orbis locis po-
sitas: tamen re accuratius considerata,
nihil est quod prohibeat etiam ad alios
Judæos eam scriptam esse epistolam; &
eo quod soliti sint vocari Judæi disper-
sionis illi qui in diversis Orbis partibus
longe a Judæa habitarent, dispersi dicti
quod non cum aliis in Judæa degerent;
sed in diversis regionibus pro animi cu-
jusque libitu loca colerent: quo sensu ab
Evangelista (a) dictum de Christo ex Cai-
phæ prophetia, *quod Jesus moriturus erat
pro gente, & non tantum pro gente, sed ut
filios Dei qui erant dispersi, congregaret
in unum.* Qua etiam ratione Jacobus in
sua epistolæ (b) inscriptione habet: *Duo-
decim tribubus, quæ sunt in dispersione;* hoc
est, Judæis omnibus qui in diversis Orbis
regionibus habitarent: nam nulla alia hoc
tempore contigit hostilis duodecim tri-
buum dispersio. Cæterum cum constet nul-
lam legi dispersionem Christianorum Gen-
tilium, sed dumtaxat Judæorum: cum
scribat Petrus ad Christianos dispersionis;
ad Judæos credentes scribere, certum est.
Quod insuper illis vendicet prophetias
(c), quodque feminas eorum filias Saræ
nominet, certe quidem eosdem fuisse Ju-
dæos ostendit.

Sed & in eo quod de iisdem ait (d):
*Qui aliquando non populus, nunc autem
populus Dei: Qui non consecuti miseri-
cordiam, nunc autem misericordiam con-
secuti, &c.* De eodem plane populo lo-
qui significat, qui juxta Oseæ (e) o-
raculum (ad quod alludit) a Deo fue-
rat reprobatus, cum sub typo filiorum
fornicationum, de eorum altero dictum:
*Voca nomen ejus, Absque misericordia: quia
non addam ultra misereri domui Israel.*
Et de altero: *Voca nomen ejus, Non po-
pulus meus: quia vos non populus meus,
& ego non ero vester.* Hoc quidem statu
Judæi tunc erant: adveniente autem Chri-
sto, eum secuti, ex non populo facti sunt
populus ejus, ac pariter misericordiam
adepti. Cum vero citatur idem locus O-
seæ (f) ab Apostolo Paulo (g), non
solum quæ de reprobatione Judæorum ab
eodem Propheta dicta sunt, ipse recitat,
sed & quæ de vocatione Gentium, nimirum
quod subditur: *Et erit in loco ubi dictum
est eis, Non plebs mea vos: ibi vocabun-
tur filii Dei vivi.* Secundum quam qui-
dem additionem recte Patres omnes de
reprobatione Judæorum, & vocatione
Gentium, tum Oseam, tum Paulum in-
tellexisse tradunt; juxta quam item con-
siderationem, hæc S. Hieronymus (h),
cum interpretatur Pauli verba ex Oseæ,
desumpta: *Vocabo non plebem meam, ple-
bem meam. Hoc loco Judam significat.
Et non dilectam, dilectam; & non miseri-
cordiam consecutam, misericordiam con-
secutam; Israeliticum populum. Et erit*

in loco ubi dictum est eis, Non plebs mea
vos, &c. Gentes demonstrat in Christo
credituras. Hætenus verba S. Hieronymi.
Quod vero Petrus non scriberet ad Gen-
tes, sed ad Judæos, ea tantum citavit
Oseæ verba, quæ dicta de Judæis erant.
Nam Judæos & Israelitas a Deo repro-
batos intelligi per illa verba, Non popu-
lus, Non misericordiam consecuta: cum
id expresse Propheta testetur, nulla opus
est interpretatione. Porro qui per reproba-
tionem non jam populus, neque miseri-
cordiam consecuta filia dicebantur: iidem ad
Christum conversi, ait Petrus: *Qui ali-
quando non populus, nunc populus: Qui
non misericordiam consecuti, nunc miseri-
cordiam consecuti.* Recte igitur omnium
rata habetur Patrum sententia, asserentium
Petri tum priorem tum posteriorem episto-
lam esse ad Judæos conscriptam. Opor-
tuit hæc addidisse in hac posteriori editio-
ne ad diluenda quæ ab aliquo objicieban-
tur. Sed prosequamur ex instituto Apo-
stolicis traditiones, quæ ex Apostolicis
scriptis tanquam e fonte manarunt.

Quod enim idem Apostolus in fine e-
pistolæ, illos ad quos scribit, admonet
ut salutem se invicem in osculo sancto
nostri instituti ratio postulat, ut de an-
tiqua ab Apostolis instituta Christiana sa-
lutatione osculo sancto impartienda (quod
pertinet ad antiquos Ecclesiæ mores)
paulo fusius agamus. Non enim id Pe-
trus tantum, sed & Paulus faciendum
præcepit, ut cum ad Romanos (i), vel
ad Corinthios (k) iterum, aut ad The-
salonicenses (l) scripsit epistolas. Id
ipsum etiam facere suis epistolis consuevit
Ignatius (m), cum diversas ad suos da-
ret. Cum vero iidem Principes Aposto-
lorum salutationem mutuam non osculo
tantum, sed sancto plane dandam esse præ-
scriperint; diversam sane eam ab illa
fuisse, quam Gentiles inter se consueverunt
impartire, certum est. Quodam enim u-
su receptum erat, quoties sibi obviarent
inter ambulandum amici, se invicem os-
culo salutare: quam quidem consuetudi-
nem ut permolestam, & frequentibus oc-
cursionibus fastidium afferentem (n), Ti-
berius lege sancita tollendam curavit: sed
(quod probavit eventus) plus lege va-
luit inolitus usus: unde Martialis, qui
vixit temporibus Domitiani, hæc ad Li-
num (o):

XXIII. Salutatio
in osculo
sancto
Rom.
16.
1. Cor.
16. 2. Cor.
13.
1. The-
sal. 5.
Ignat.
epist. ad
Antioch.
& ad Tar-
senjes.
(n) Suet. in
Tiber. 34.
(o) Mar-
tial. lib. 7.
epig.

Bruma est, & riget horridus December:
Audes tu tamen osculo nivali
Omnes obvius hinc & hinc tenere,
Et totam, Line, basiare Romam.
Et ad Bassum (p):
Effugere non est, Basse, basiatores:
Instant, morantur, persequuntur, oc-
currunt,
Et

XXIII.

(i) Rom.
16.

(k) 1. Cor.
16. 2. Cor.
13.

(l) 1. The-
sal. 5.

(m) Ignat.
epist. ad
Antioch.
& ad Tar-
senjes.

(n) Suet. in
Tiber. 34.

(o) Mar-
tial. lib. 7.
epig.

(p) Mar-
tialis lib.
11.

Et hinc, & illinc, usquequaque, quamquam.
Et inferius de his plura.

XXIV. De osculo Pacis.

Erant quidem ejusmodi oscula, pacis & amoris symbola: quae non tollenda, sed moderanda Inter Christianos curarunt Apostoli, dum eos se invicem salutare debere osculo sancto, saepe admonuerunt. Illa plane sancta oscula dicta esse reperiuntur. quae in sacris conventibus illorum verborum adjuncta salutatione, Pax tecum, adhiberi consueverunt. Agens de his Justinus (a) martyr, haec ait: Precibus finis, mutui nos invicem osculo salutamus. Post osculum sequi administrationem Eucharistiae, fufus tradit Origenes (b) de ejusmodi Apostolica institutione & Ecclesiae usu haec scribit: Ex sermone Pauli (scilicet cum dicit: Salutate vos invicem osculo sancto) mos in Ecclesia traditus est, ut post orationes osculo se invicem suscipiant fratres; hoc autem osculum sanctum appellat Apostolus: quo nomine illud docet primum, ut casta sint oscula quae in ecclesiis dantur; deinde ut simulata non sint, sicut fuerunt Judaei. Osculum vero fidele primo castum fit, deinde pacem in se simplicitatemque habeat in charitate non ficta. Hucusque Origenes. Haec admonuit (c) Athe nagoras Christianus philosophus, his scilicet verbis: iam accurate temperare osculum, seu potius adorationem salutationis oportet: ne si quo modo paucillum mens polluta fuerit, ab aeterna vos vita proscribat Verbum. Agens de eodem Tertullianus (d), illud appellat signaculum orationis.

(a) Justin. orat. ad Antoninum Imp. (b) Orig. in epist. ad Rom. c. 16.

(c) Athe. nag. orat. ad Christ.

(d) Tertul. lib. de orat.

XXV.

Cyrillus (e) Hierosolymitanus discriminans sacrum osculum a profano, sic ait: Nec hoc ita accipias, quasi osculum illud sit hujusmodi, quale in foro inter omnes amicos esse consuevit; neque enim tale est. Hoc igitur osculum animos mutuo conciliat, & omnem malorum oblivionem illis spondet: signum igitur est hoc osculum reconciliationis animorum, universaque injuriarum memoriae deleta; & post aliqua: Igitur osculum hoc, quo in sacris utimur, reconciliatio est, atque idcirco sanctum, de quo & Paulus dicit: Salutate vos invicem in osculo sancto. Et Petrus inquit, In osculo dilectionis. Chrysostomus (f) post multa in hanc sententiam dicta, haec addit: Quin de osculo sancto aliud quoque afferri potest. Quid tandem? Templum Christi sumus: itaque templi vestibula & aditum osculamur cum alii alios osculamur. An non cernitis, quotnam homines etiam hujusce templi vestibulis osculum figunt, partim inclinato capite, partim manu tenentes, atque ori manum admoventes? Ac per has portas & januas ingressus est Christus, & ad nos ingreditur, cum communicamus. Nostis enim vos qui mysteriorum partici-

(e) Cyrill. Cathec. mystag. 5. Duplex osculi genus.

(f) Chryso. 30. in epi. 2. ad Corinth.

pes estis, quid dicam. Neque enim vulgari quodam honore os nostrum afficitur cum corpus Dominicum excipit; eaque praefertim de causa tum mutua oscula jungimus. Audiant qui obscena loquuntur & qui convivia proferunt, & horrescant, cogitantes quale os deturpent ac dedecorent. Audiant qui obscene osculantur, &c. De adjunctione vero illorum verborum, quibus osculando pax impartitur, haec Augustinus (g): Post orationem Dominicam quam accepistis, & reddidistis, dicitur, Pax vobiscum: & osculantur se invicem Christiani in osculo sancto, quod est signum pacis, si quod ostendunt labia, fiat in conscientia, id est, quomodo labia tua ad labia fratris tui accedunt, sic cor tuum, a corde illius non recedat. Haec ipse.

Nec vero quis putet haec ita promissive tunc agi solita esse, ut viri feminas, & feminas viros sic indistincte se mutuo, impartito osculo, salutarent. Nam (ut suo loco dicemus) in ecclesia seorsum viros a mulieribus agere consuevisse, certissimum est. At quoniam ea nihilominus adhibita cautela, adhuc inter se invicem osculantes sive viros, sive feminas, frans aliqua, arte diaboli, aliquando irrepsisse videretur; in nonnullis ecclesiis sacram osculari tabellam mutavit usus, & quidem laudabilis. Nam & prudentiores Gentiles vitasse dicuntur osculum formosorum, ut de Ageilao Plutarchus tradit eo libro qui De audiendis poetis inscribitur: & apud eundem reperies in Amatorio, Cleomachus ejusmodi osculo percitum prodegisse vitam. Quamobrem magna cautela emendata sunt haec apud Christianos, penes quos omnia sancta, omnia pura praestanda erant: quod osculo, quo anima ad labiorum progressa ostia, coniungitur animae, interdum in alium transfundi contingeret, ac deperire, secundum ea quae ex Platonis versibus recitat Gellius (h). Quod vero ad Ecclesiam Dei pertinet: haud recens in mutuis illis osculis, per se sanctis, aliquando se immiscuit libidinis turpitudine, sed antiquitus etiam: quod non tantum Athenagorae locus superius citatus innuit, sed & Clemens (i) Alexandrinus, dum acriter in pravum quemdam usum invehit, haec ait: Dilectio autem non in osculo censetur, sed in benevolentia. Illi autem nihil aliud osculo, quam ecclesias conturbant, cum ipsam intus non habeant amicitiam. Etenim hoc utique turpem movit suspicionem, & maledicentiam, quod imprudenter osculo uterentur, quod esse oportebat mysticum: id sanctum vocavit Apostolus. Regno digne gustato, ore modesto & clauso benevolentiam animi ostendamus, per quod maxime se exerit mansuetudo morum. Est autem aliud quoque osculum incestum, veneno plenum, sanctitatem simulans. An nescitis, quod etiam

(g) Aug. ser. 83. de diversis.

XXVI. Adhibita cautela periculo.

(h) Gell. lib. 19. c. 11.

(i) Clem. Alex. Pedagog. lib. 3.

phalangia si ore tantum tangant, graves dolores hominibus afferunt? Haec ille. Ait autem alibi idem Clemens (a) de modo osculandi: Non ergo temere pueris praecipimus, auribus eos apprehendentes, ut osculentur eos qui ad ipsos attinent: hoc utique tacite significantes, ingenerari per auditum sensum dilectionis: & Plautus: (b)

(a) Cle. Alex. Strom. lib. 5.

(b) Plaut. in Panul.

(c) Tibull. lib. 2.

Sine te prebendam auriculis, sine dem suavitum.
& Tibullus (c):
natusque parenti
Oscula compressis auribus eripiet.

XXVII. Apostolica Salutatione.

(d) 2. Thes. c. ult. in epist. in omni.

(e) 2. Joan. 1.

(f) Greg. epist. 37. indic. 13.

At haec remota procul fuisse ab osculo sancto putamus: nullum enim umquam de his legimus penes Christianos exemplum. Et haec de moribus Ecclesiae in osculo sancto.
Rursus vero, quod idem Petrus Apostolus in fine ejusdem epistolae, sicut & in exordio ejus, gratiam impartiendo, salutat; sicut in secunda etiam epistola fecisse constat: & quod in super eadem salutatione utatur saepe Apostolus Paulus, atque ad Thessalonicenses scribens, haec dicat in fine (d): Salutate in mea manu Pauli; quod est signum in omni epistola: ita scribo. Gratia Domini nostri Jesu Christi cum omnibus vobis. Amen. Quodque etiam Joannes (e) eadem salutatione utatur: plane significatur, Apostolorum exemplo in Ecclesiam introductum, ut in Apostolicis litteris gratia salutatio impartiat: nam Ignatius etiam in salutatione eodem usus est charactere, & ceteri post eum Episcopi Antiocheni. Unde Gregorius (f) Papa scribens ad Anastasium Episcopum Antiochenum, haec ait in fine: Amen: Gratia: quae videlicet verba de scriptis vestris accepta, idcirco in meis epistolis pono, ut de S. Ignatio vestra beatitudo cognoscat, quia non solum vester est, sed & noster: sicut enim magistrum ejus Apostolorum Principem habemus communem, ita quoque ejusdem Principis discipulum nullus habet privatam. In epistola enim Ignatii ad Ephesios eadem duo verba scripta reperiuntur, a ceteris autem excidisse putantur.

XXVIII. Gratia & pax in salutatione.

(g) Genes. 43. Jud. 6. & 19. 3. Reg. 25. 1. Paral. 12. Tob. 22. Luc. 2. 24. Joan. 14. 20. (i) Marc. 10. Luc. 10.

fus apud Judaeos, ut pacis nomine salutarent. Unde Tertullianus (k): Nam & hodie, inquit, Judaei in pacis nomine appellunt, & retro in scripturis sic salutabant. (Sed ut idem auctor ait) eidem pacis nomine salutationi Apostoli & gratiam addiderunt, immo & praemisissent: quod videlicet tam sublimis gratiae restitutae per Christum generationi humanae annuntiatores essent. Haec tenus de Petri epistola; quam absque aliqua dubitatione, totius Catholicae consensu Ecclesiae semper receptam fuisse constat; quamque a Marco Evangelista ex Hebraeo fuisse translata; affirmare videtur Hieronymus (l), dum postquam egit de Evangelio a Marco conscripto, sed a Petro accepto, haec ait: Denique & duae epistolae, quae feruntur Petri, stylo inter se & charactere discernunt, & fructuque verborum. Ex quo intelligimus, pro necessitate rerum, diversis eum usum interpretibus. Plane dum apud Petrum Marcus fuit, functum fuisse munere interpretis, omnes affirmant. Sed de interpretis munere agemus paulo inferius.

(k) Tertul. advers. Marcion. l. 5. c. 5.

(l) Hier. epist. 150. quast. 11. ad Hediabiam.

Marcus igitur, quem, quod unice eum diligeret, Petrus in dicta epistola filium suum appellat, hoc eodem anno, antequam Alexandriam proficisceretur, Evangelium scripsit: Sed qua ratione ad id agendum impulsus, & an Latine vel Graece scripserit, a nobis est exquirendum: at quae ad rationem temporis ac loci spectant, ex instituto ante omnia examinanda proponimus. Cum enim (ut nuper diximus) Eusebii (m) constet auctoritate, Marcum anno tertio Claudii, Olympiadis ducentesimae quintae tertio anno, Christi vero quadragesimo quinto, Alexandriae Evangelium annuntiare coepisse; ejusdemque auctoris & aliorum testimonio liqueat, antequam Roma mitteretur Alexandriam, ipsum sacrum Evangelium conscripsisse: plane compellimur dicere, hoc ipso anno, post scriptam a Petro eam epistolam, Marcum id praestitisse. Cui quidem veritati Euthymius (n) & alii adstipulantur, qui tradiderunt, scriptum esse a Marco Evangelium post annum decimum a passione Christi. Unus tantum ab his discrepat Irenaeus (o), dum ait, id factum a Marco post obitum Petri & Pauli Apostolorum: cui sane omnes merito adversantur: potissimum cum certum sit, Marcum Evangelistam ante eosdem Apostolos martyrio esse defunctum, nimirum anno octavo Neronis; quod Hieronymus (p) & alii omnes testantur. Sicut autem in his quae ad tempus spectant, omnes ab Irenaeo dissentiunt, ita etiam de loco scribendi omnes Chrysostomo (q) contradicunt, qui ait, Marcum in Aegypto, rogantibus discipulis, scripsisse Evangelium: cui in primis objicimus Athanasium Alexandriae & totius Aegypti Episcopum dile-

XXIX. Marci Evangelium.

(m) Euseb. in Chron.

(n) Euthym. in prefat. super Matth.

(o) Irenaeus l. 3. cap. 1.

(p) Hieron. de scrip. Eccl. in Marco cap. 8.

(q) Chrysost. 1. in Matth. ver-

versa plane ab eo scribentem: ipse enim in Synopsi ad Constantem Augustum hæc scripta habet de Marci Evangelio Romæ, edito: *Evangelium secundum Marcum Romæ ab Apostolo Petro prædicatum est, editum vero a beato Marco Apostolo, & ab ipso Alexandria postea in Ægypto, & in Pentapoli, & in Lybia prædicatum.* Hæc Athanasius, cui ceteri scriptores libenter assentiuntur; cum præsertim alii, qui longe ante Athanasii tempora in Ecclesia floruerunt, id egregie testati sint, ut Papias, & Clemens Alexandrinus, qui & causam simul ejusmodi ab eo susceptæ provincie prodiderunt, ut Eusebius (a) tradit his verbis, cum agit de prædicatione Petri a Romanis suscepta: *Tanta, inquit, pietatis lux eorum mentibus, qui Petrum audiebant, affulsit, ut non ejus sermoni omnino auscultando, non doctrinæ divinæ prædicationis minime scriptis prodita attendendo contenti acquiescerent; sed a Marco Petri comite, cujus Evangelium esse fertur, multis variisque precibus conviderent, ut monumentum illud doctrinæ, quam sermone & verbo illis tradidisset, etiam scriptis mandatum apud eos relinqueret. Nec prius hominem ab se dimittunt, quam ipsorum postulatis obsecutus, opus absolvisset. Hanc igitur Evangelii secundum Marcum scribendi causam præcessisse memorant. Cum ergo Petrus Apostolus, divina Spiritus sancti revelatione suggerente, intelligeret illud opus editum esse; ferunt eum propenso & alacri illorum hominum studio magnopere fuisse delectatum, hancque scripturam auctoritate sua ratam fecisse, quo in ecclesiis passim perlegeretur; Clemens in sexto libro, cui etiam testis accedit Papias Hieropolitanus Episcopus, eandem tradit historiam. Hæc Eusebius.*

(a) Euseb. hist. lib. 1. c. 4. Quæ ratio scribendi Evangelium.

XXX. (b) Euseb. hist. lib. 3. c. ult.

Ab eodem Marco initia scribendi ratio.

Sed quid insuper a Papias scriptum, quod & a Joanne presbytero de Marci Evangelio acceperat (b), idem recenseat, audiamus; sunt hæc Papiæ verba ab Eusebio repetita: *Illud presbyter mihi dicebat; Marcus, qui fuit interpres Petri, quacumque tenebat memoria, scripsit quidem accurate, sed tamen non eo ordine quo erant a Domino dicta, factave: Neque enim Dominum audierat ille quidem, neque erat eum comitatus: sed postea (ut dixi) comes Petri fuit: qui quidem non Domini sermones & præcepta, ea narrandi serie quam Dominus in illis tradendis tenuisset, dicebat: sed eam in prædicando rationem sequebatur, quam ad auditorum animos instituendos oportunam accommodatamque censuit. Quare in eo nequitiam erravit Marcus, quod quedam, sicut memoria ea ante mandaverat, litteris prodidit: quandoquidem hoc unum mente & cogitatione sedulo prospexit, ut nec quidquam eorum que*

*audiisset prætermitteret; nec falsè aliquid isdem omnino interponeret. Ista quidem a Papias narratur de Marco. Hucusque Eusebius; prædicta itaque ratione, Marci nomine editum Evangelium credidisse aliquos fuisse Petri, Tertullianus (c) & alii æque testantur. Intexamus & his Clementis (d) Alexandrini verba de eodem Marci Evangelio Romæ conscripto: *Marcus, inquit, Petri sectator, prædicante Petro Evangelium palam Roma coram quibusdam Cæsarianis equitibus, & multa Christi testimonia proferente, petitus ab eis, ut possent, quæ dicebantur, memoria commendare; scripsit ex his quæ a Petro dicta sunt Evangelium, quod secundum Marcum vocatur. Hæc ille: isdem consentientia Hieronymus (e) tradit. Epiphanius (f) autem in his a Papias discrepat, quod existimavit Marcum unum fuisse ex septuagintaduobus discipulis. Cæterum Beda (g) Papiæ magis consentiens, ait Marcum natione Hebræum, genere sacerdotali fuisse progenitum, unumque ex illis fuisse sacerdotibus, qui post Christi ascensionem crediderunt Domino; de quibus Lucas ait: *Multa turba sacerdotum obediebat fidei.* In reliquis Epiphanius consentiens his quæ ad Marci Evangelium spectant, hæc ait: *Post Mattheum secutus est Marcus, iussus a sancto Petro Roma Evangelium edere, & ubi scripsisset, mittitur a sancto Petro in Ægyptiorum regionem. Hic autem unus erat de septuagintaduobus dispersis ob verbum quod dixerat Dominus: Nisi quis ediderit carnem meam & biberit meum sanguinem, non est me dignus: velut Evangelii verba legentibus clare indicatur, ramen per Petrum revocatus, dignus evadit impleri Spiritu sancto & Evangelium tradere. Hæc Epiphanius: Sed quod ait, Marcum fuisse ex numero septuagintaduorum discipulorum, haud receptum videtur ab aliis: qui a Petro eum tradunt genitum in Evangelio, nec vidisse Dominum. Id Hieronymus, (b) id ipsum Theodoretus in præfatione historiae sanctorum Patrum, id denique omnes qui locum illum Petri primæ epistolæ sunt interpretati, quo dicit: *Salutat vos Ecclesia, quæ est in Babylone collecta, & Marcus filius meus.* Quod vero Augustinus (i) de Marco dicat, fuisse breviatorem Matthæi, non ita accipiendum est, ut Evangelium a Matthæo editum, Marcus redegerit in compendium; sed quod multa, quæ a Matthæo essent fufius enarrata, Marcus secundum quod a Petro accepisset, breviori narratione contracta descripsit; cum alioqui ea quæ a Petro prolixiori sermone, ut suam negationem prolata audisset, uberius quam Matthæus, scriptis mandarit.***

(c) Tertul. lib. 4. contra Marcionem. (d) Clem. in epist. Petri, habetur tota. (e) Hier. de script. Eccl. in Marco, & epist. 150. quæ I. (f) Epiph. hæresi. 31. (g) Beda in præsent. comment. super Marc.

XXXI. Marcus e numero discipulorum. (i) Aug. de consens. Evangelic. 22.

(b) Hier. in Isai. c. 65. & de script. Eccl. in Marco.

(i) Aug. de consens. Evangelic. 22. (k) Papias apud Euseb. ubi sup. (l) Iren. lib. 3. c. 1. (m) Hier. de script. Eccl. in Marco.

Quod vero tam Papias (k), quam Irenæus (l), Hieronymus (m), ac denique

recentiores Marcum Evangelistam dicunt fuisse interpretem Petri: quænam functio hæc esset, diligentiùs sane perquirendum ac investigandum est. Adeo enim necessarium esse videbatur Apostolis interpretis ministerium, ut licet Petrus, amandato Marco Alexandriam, ipso caruerit, tamen alium adhuc fuerit nactus interpretem, nempe Glauciam, ut auctor est Clemens (a) Alexandrinus. Sane quidem apud Apostolum Paulum eodem functum esse munere Titum, S. Hieronymus (b) tradit scribens ad Hedibiam: immo ejus officio adeo Paulum opus habuisse, ut absentia Titi non modicum detrimentum ejusdem prædicationi attulerit; idem ipse ad Corinthios scribens his verbis testatur: *Cum venissem Troadem propter Evangelium Christi, & ostium mihi apertum esset in Domino; non habui requiem spiritui meo, eo quod non invenerim Titum fratrem meum; sed vale faciens eis, profectus sum in Macedoniam. Hæc non alia causa accidisse putavit Hieronymus, nisi quod sicut Petrus Marco, ita & Paulus Tito uteretur interprete: in cuius adventu se magnopere gavissimum esse testatur, cum ait: *Sed qui consolatur humiles, consolatus est nos Deus in adventu Titi. Quæ autem (inquit Hieronymus e) fuit tanta consolatio, & quæ requies spiritui in præsentia Titi: quem quia non invenit, vale faciens eis profectus est in Macedoniam? Aliquoties diximus, Apostolum Paulum videri fuisse doctissimum, & eruditum ad pedes Gamalielis; cumque haberet scientiam sanctarum Scripturarum, & sermonis diversarumque linguarum gratiam possideret, unde ipse gloriatur in Domino, & dicit: *Gratias ago Deo meo, quod omnium vestrum linguis loquor: divinatorum sensuum majestatem digno non poterat Græci eloqui explicare sermone. Habebat ergo Titum interpretem, sicut & beatus Petrus Marcum, cujus Evangelium, ipso narrante, & illo scribente, compositum est. Hæc Hieronymus.***

(a) Clem. Alexand. Strom. lib. 7. (b) Hier. epist. 150. quæ I.

(c) 2. Cor. 12.

(d) 2. Cor. 13. (e) Hier. epist. 150. quæ I.

(f) 1. Cor. 13.

XXXIII.

Sed quid? num qui, docente Spiritu sancto, linguas omnium didicerat gentium ad explicationem Græci sermonis indigebat interprete? cum præsertim constet Paulum non tantum Hebraicis litteris, sed & Græcis fuisse excultum? nam cum opportunum sibi visum est, Græcos citasse aures certum est. Sed non imus inficias Hebræo homini, quantumlibet Græcis litteris erudito, haud licuisse Græcam pronuntiationem facile assequi: nam Josephus (g) Judæus, qui suos commentarios Græce conscripsit, qui & plerisque Græcorum in eo genere antecelluit, hæc de se ipso testatur: *Græcicam quoque litteraturam non sine profectu dedi operam: quamvis exquisitam pronuntiationem non assequi per patriam consuetudinem non li-*

(g) Joseph. antiq. lib. 20. c. ult. in fine.

cuit. Nostri enim homines non suscipiunt eos qui multas perdidicerunt linguas, quod studium profanum apud eos habeatur, & servis commune cum ingenuis: solos autem sapientes suo suffragio pronuntiant, qui legis & sacrarum litterarum tantam assueti sunt peritiam, ut eas etiam interpretari valeant. Hæc Josephus de usu linguæ Græcorum.

De interpretis munere.

Nunc autem quod pertinet ad Apostolos: cum una cum cæteris linguis & Græcam fuerint divinitus affecti, Deique dona perfecta sint; eos nihilominus Græcam linguam ea facilitate qua Hebræam pronuntiasse, mihi facile persuadeo; nec ea de causa quemquam illorum indiguisse interprete judico: Aliam ergo exquirere causam opus est qua verius eos eguisse ejusmodi interpretibus cognoscatur. Adnumeratur inter charismatum dona interpretatio etiam sermonum: nam Paulus (b) cum ea recenseret, aliis dari dicit prophetiam, aliis discretionem spirituum; aliis genera linguarum, aliis interpretationem sermonum: quæ quidem tunc necessaria esse videbatur, cum quis linguis locutus esset: quod idem Apostolus pluribus monstrat, scribens ad Corinthios, (i) ut cum ait: *Maior est qui prophetat, quam qui loquitur linguis: nisi forte interpretetur, ut Ecclesia edificatioem accipiat. Et paulo post: Et ideo qui loquitur lingua, oret ut interpretetur. Inutile enim fuisse loqui linguis sine interprete, multis admonet: unde & tacere jubet tales in Ecclesia, cum deesset interpres.*

XXXIV. Interpretatio sermonis.

(b) 1. Cor. 12.

(i) 1. Cor. 14.

Sed quale nam fuerit hujuscemodi interpretis munus, assequi minime licet, nisi prius quid fuerit loqui linguis, exacte intelligamus. Collatum a Deo linguarum donum fuisse non tantum ad utilitatem audientium, sed etiam in signum, demonstrat Paulus; qui de se ipso eadem ex causa (k): *Gratias ago, inquit, Deo meo, quod omnium vestrum lingua loquor; scriptum quippe apud Isaiam (l) fuisse testatur: Quo-*

XXXV. Donum linguarum ad quid datur.

(k) 1. Cor. 14.

(l) Isai. 28.

(m) 1. Cor. 14.

Interpres. T t pro.

prophetare; quam loqui linguis; idque perinde erat, ac de rebus divinis pro concione differere, omnibus audientibus. Nam secundum ea quæ tradit Paulus, tunc quis loqui linguis dicebatur, cum ab his qui aderant, non intelligeretur; prophetare vero, cum omnes qui adessent, ea perciperent; unde idem Paulus: *Qui enim loquitur lingua, non hominibus loquitur, sed Deo: nemo enim audit. Spiritus autem loquitur mysteria. Nam qui prophetat, hominibus loquitur ad edificationem, & exhortationem, & consolationem. Qui loquitur lingua, semetipsum edificat: qui autem prophetat, Ecclesiam Dei edificat.* Sic igitur loqui linguis, non erat tantum externarum nationum uti sermone, sed & sublimia loqui mysteria, quæ non ab omnibus intelligerentur; unde & Lucas (a) de his qui Spiritu sancto repleti fuerant, & Linguarum donum acceperant: *Loquebantur, ait, variis linguis Apostoli.* Sed quid? magnalia utique Dei, profunda scilicet & arcana mysteria. Sic Paulus: *Sapientiam, inquit, loquimur inter perfectos.*

(a) Act. 14.

XXXVI.

Porro hac ex parte, linguæ non erant in signum infidelibus, qui non intelligentes quæ dicerentur (ut idem ait Paulus) potius scandalizarentur, quam edificarentur: sed illud potius, quod Judæi homines, vel alii, qui linguarum dono essent imbuti, omnium gentium idiomate loquerentur. Sed sic loquentibus non erat opus interprete, cum proprio illorum quibus loquerentur, uterentur sermone: nisi (quod ait Theodoretus b) cum inter eos, ut puta, Græcos Græce concionarentur, alii rursus diversarum nationum essent in adiutorio, qui Græcum ignorarent sermonem; his tunc sat isfaciebat interpretes. Verum tunc major interpretum incumbere necessitas, cum quæ ab Apostolis dicta essent captu difficilia, interpretes elucidarent. Certe quidem quam sublimis esset Apostolicus sermo, vel ex his aliqua ex parte metiri licet, quod scribentes illi epistolas, licet ad hoc scriberent, ut quæ litteris mandarent, ab omnibus intelligerentur, & opere persicerentur; tamen multa in eis esse obscura, quæ non uno vel altero, sed pluribus interpretibus egerint, nemo non videt. Quid igitur accidisse putandum, cum linguis, hoc est, de Deo sublimia loquerentur; cum id accideret, quando humile genus dicendi ex industria affectarent? nam de se Paulus (c): *Non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Tamquam parvulis in Christo, lac vobis potum dedi, non escam: nondum enim poteratis; ac rursus (d): Sed in Ecclesia volo quinque verba sensu meo loqui, ut & alios instruam, quam decem nullia verborum in lingua.* Verum quantumlibet ipse Paulus ac ceteri Apostoli sic loquendo, audientium utilitati consulere; patiebantur tamen interdum divina,

(b) Theod. in epist. ad Cor. 14.

Apostolicus sermo sublimis.

(c) 1. Cor. 3.

(d) 1. Cor. 14.

cum divinus Spiritus eorum mentes attolens, sublimia per eos loqueretur; unde & idem Paulus: *Qui, inquit, loquitur lingua, non hominibus loquitur, sed Deo: nemo enim audit. Spiritus autem loquitur mysteria.*

Ad hæc, neminem puto existimaturum, Apostolos, cum gentibus prædicarent Evangelium, aliis utos fuisse linguis ab his quibus gentes illæ uterentur, quibus Dei verbum annuntiarent: inutilis enim & ostentantium res potius quam Apostolorum visa fuisset: quod vitio dat Paulus Corinthiis, a quo etiam eos revocare conatus est; hinc Theodoretus: *Reprehendit, inquit, Apostolus illorum (Corinthiorum scilicet) gloria cupiditatem, & deinde usum docet. Id enim datum erat prædicatoribus propter diversas hominum voces; ut qui ad Judæos veniebant, illorum lingua utentes, divinam afferrent prædicationem; & cum Persis rursus differentes, & cum Scythiis, Romanis, & Aegyptiis, singulorum vocibus utentes, Evangelicam doctrinam prædicarent. Supervacaneum erat ergo eis qui Corinthi differant, uti voce Scythiarum, vel Persarum, vel Aegyptiorum, qui illos audire nequibant; hæc ille. Quod igitur in aliis reprobatur, ab Apostolis, ipsos facit utentes, turpe est opinari. Sic ergo hac ex parte non fuit illis opus habere secum interpretes, cum illorum ad quos profecti essent, uterentur sermone. Unde (sicut diximus) duplici tantum ex causa illis inferviebant interpretes: Vel cum alicui genti ipsis loquentibus, puta Romanis, in adiutorio essent alii qui Latini sermonem, quem illis loquerentur Apostoli, penitus ignorarent; tunc enim officium desiderari videbatur interpretis: Vel cum captu difficilia idem (ut diximus) Apostoli locuti fuissent, tunc erat interpretis eadem explanare. His etiam addere possumus interpretationem Apostolicarum epistolarum: nam licet ad unam vel aliam illæ darentur Ecclesiam, opera tamen interpretum communes omnibus reddebantur: ut dictum est nuper de Petri epistolis, quæ ex Hebræo a diversis interpretibus in aliam linguam versæ, sparsæ sunt in Ecclesiam: ut etiam dicere possumus de epistola Pauli ad Hebræos scripta Hebraice a Barnaba, vel Luca (ut auctor est Clemens (e) Alexandrinus (Græce red- d. ta. Quod autem aliquis ista nostra impugnans existimavit, fuisse opus interprete, sanctis Apostolis in communi colloquio, eo quod sicut his, qui cætera Spiritus dona, ut prophetiæ vel signorum gratiam adepti sunt, non semper est in eorum potestate illa præstare, sed cum id juberet idem Spiritus Sanctus: ita Apostolos linguarum donum a Domino consecutos, non semper habuisse in potestate linguis loqui, sed cum vellet ipse Spiritus Sanctus pri-*

XXXVII.

Munera interpretum.

(e) Clemens Alex. in annot. in epist. Pet. in libro 6. Bibl. sanc.

vato quodam impulsu, quo si carerent, tum in familiaribus colloquiis opus habuissent interpretibus; in hocque interfuisse Paulo Titum, & Marcum Petro ad conversionem Gentilium. At istis plane adversantur quæ habet Paulus in prima epistola ad Corinthios capite decimo quarto, cum reprehendens eos qui ostentationis causa potius quam ædificationis loquerentur linguis; satis ostendit in eorum fuisse arbitrio collocatum loqui linguis. Sed de interpretibus hætenus: ad Marcum iterum redeamus.

XXXIX.

(a) Hieron. epist. 123.

Marcus num Græce vel Latine scripsit. (b) Aug. de consens. Evang. lib. 1. cap. 2. (c) Tom. 1. Concil. in Petr.

(d) Not. Geneb. in Chron.

(e) Greg. Nazianzen. in curm. de quat. Evang.

Cum omnium sententia constet Marcum Evangelium scripsisse Romæ dum esset: Græce ne, an vero Latine scripserit, dubitatum est a pluribus. Hieronymus (a) scribens ad Damasum, ejus potius videtur fuisse sententiæ, ut Marcus Græce scripserit, dum ait: *De novo nunc loquor Testamento quod Græcum esse, non dubium est excepto Apostolo Mattheo, qui primus in Judæa Evangelium Christi Hebraicis litteris edidit.* Id ipsum Augustinus (b) his verbis: *Horum sane quatuor solus Mattheus Hebræo scripsisse perhibetur eloquio, ceteri Græco.* Porro vetus liber de Romanis (c) Pontificibus, qui fertur nomine Damasi, Marcum Latino sermone Evangelium suum scriptis mandasse, non obscure significat. Itemque Græci (d) & Syri in eam procliviores videntur fuisse sententiam: neque aliud voluisse videtur Gregorius Nazianzenus (e), dum ipsum Italici scripsisse Evangelium testatur his verbis:

*Marcus at Ausonia Christi miracula genti
Hæc memorat, Petri nixus sermone fideque.*

XL.

(f) Suet. in Tiber. cap. 71.

Græca lingua Romæ videscit.

(g) Suet. in Claudio cap. 26.

Suadet hoc ipsum & ea potissimum ratio, quod Marcus cum esset (ut pluribus diximus) interpretes Petri: si in gratiam Romanorum (quod habetur exploratissimum) Evangelium scripsit; quænam suberat causa, ut Græce potius quam Latine scriberet? cum præsertim Tiberii Imperatoris auctoritate (f) & exemplo eadem Græca lingua Romæ apud optimos jam exolesceret; & Latina (ut satis superius narratum est) Græca postposita, principem locum sibi in omnibus vindicaret: nam & Claudius Imperator, sub quo a Marco scriptum est Evangelium, non tantum non permisit Romanis Græco aliquando loqui sermone; sed & Græcum hominem, Latini prorsus sermonis ignarum, Græce loquentem, magistratus abdicatione damnavit: quod Suetonius tradit his verbis (g): *Splendidum virum, Græciaque provinciam principem, verum Latini sermonis ignarum, non modo albo Judicium erast, sed etiam in peregrinitatem redegit: nec quemquam nisi sua voce, utcumque quis posset, Ann. Eccl. Tom. I.*

ac sine patrono rationem vita passus est redere. Hæc cum scribat Suetonius; quænam, quæso, causa Marcum movere potuit, ut scribens non solum Romanis, sed Italici omnibus, Græce potius quam Latine Evangelium scriptum tradiderit? Non igitur Marcus in Senatorum aliorumque nobilium Romanorum civium, qui Græcas litteras callerent, quos Græce loquentes poenam sequi cognosceret, neque etiam in imperiti vulgi gratiam illud Græce scripsisse potuit, penes quos Græcus sermo vilescibat, usu meretricio infamatus; unde Juvenalis (h):

(b) Juvenalis Sat. 1. 5.

*Nam quid rancidius, quam quod non se putat
ulla.
Formosam, nisi quæ de Thysca Græcula
facta est:
De Sulmonensi mera Cecropis: omnia
Græce:
Cum sit turpe magis nostris nescire Latine.
Hoc sermone pavent, hoc iram, gaudia,
curas.
Hoc cuncta effundunt animi secreta. Quid
ultra? &c.*

Apud honestiores secus; qui etiam si Græce loqui vellet, ut plurimum nescirent: nam quid putandum de ceteris, si, qui Græcorum provinciis præficerentur magistratus, Græce loqui nescirent? Certe quidem nec omnes ipsos Romanos, qui Græcorum provinciis administrandis præficebantur, calluisse Græcorum linguam, ea quæ scribit Philostratus (i) in Apollonio, satis declarant; qui ipsum hisce verbis allocutum esse Vespasianum Imperatorem testatur: *Nunc de ducibus aliquid restat dicere, qui ad populos gubernandos proficiscuntur, non sane de his quos ipse dedita opera mittit; his enim ex optimorum numero lectis magistratus dabis: sed de his loquor, qui sorte magistratus accipiunt: hos enim gentibus, ad quas gubernandas eos mittes, accommodatos esse dico oportere; quod fors patitur, ut qui Græce sciunt, Græcis præsent; qui autem Romæ loquuntur, his præsent qui eandem locutionem habent. Cur autem id mihi in mentem venerit, explicabo. Dum in Peloponneso versarer, vir Græcia præsidebat ignarus Græcæ linguæ: ita ut nec ipse Græcos, nec ipsum Græci loquentem ullatenus intelligerent; errabat igitur ipse plerumque; & in multis etiam fallebatur: socii namque, & judiciorum ministri pecunia corrupti, perverse causas judicabant, calumnias in Præsidem velut in servum referentes. Hæc ille quæ recitasse non piguit, ut ex his intelligamus, Græcorum linguam pene exolevisse in Urbe, cum qui provinciis præficerentur Romani, eandem discere non curarent. Ex his itaque perspicuum reddi potest, magis fuisse contenta-*

XII. Nobiliores Latine potius quam Græce loquebantur. (i) Philostr. in Apollonia lib. 5.

CHRISTI
45.PETRI
I.CLAUDII IMP.
3.

neum, ut Marcus Romanis scripturus Evangelium, Romana lingua, non Græca usus fuerit.

XLII. Præterea si (quod dictum est superius, omnium fere antiquorum Patrum testificatione) Marcus ex Petri prædicatione quod excepit Evangelium scripsit: cum certum sit, Petrum Romanos homines non nisi lingua Romana esse allocutum: quo modo esse potuit, ut quæ Latine dicta audiebatur, Latinis scribens, Græce potius describeret: cum alioqui, etiam si Petrus alio idiomate, puta Græco vel Hebraico usus esset, quod ipse (ut dictum est) munere fungeretur interpretis, Latina illa reddere debuisset? Interpretis enim munus est; ea quæ peregrina lingua dicta sunt, in ipsorum linguam, quorum gratia munus subit, quam facillime potest, reddere. Ad hæc insuper alia ratione prudens lector, qui Græcas litteras calleat, intelliget Marcum scripsisse Latine: nam si Græcum eisdem Evangelii textum exacte disquirat, reperiet in eo esse nonnullas Græcas voces improprias, quas cognoscat ex Latino originali esse in Græcum semelitate translata; quas singulas enumerare, non est præsentis vel instituti, vel otii, præsertim cum eas disertissimum virum Guilielmum Sirletum Cardinalem Bibliothecarium adnotasse sciamus. His igitur prope necessariis rationibus non solum suademur, sed obstricti ferme devincimur, atque plane cogimur affirmare, Evangelium Marci ab eo Latine potius quam Græce esse confectum (a): traditione magis quam antiquorum certo testimonio, ipsum Marcum Evangelium suum, quod Romæ Latine scripserat, cum Aquileiæ moraretur, missus illic a Petro ad eam erigendam Ecclesiam, in Græcum translulisse; ipsumque originalem Aquileiæ diutius asservatum, Venetias demum esse translatum. Sed de Marci Evangelio fati.

XLIII. De Marco rursum illud etiam queritur: num hic, qui Evangelium scripsit, idem sit cum eo qui a Luca (b) dicitur filius Mariæ, Joannes nominatus, cognomento Marcus, apud quem Hierosolymis Ecclesia colligebatur: ac etiam num ille Marcus, qui a Paulo (c) Apostolo confobrinus Barnabæ est appellatus, unus idemque sit cum altero eorum: de hoc enim Paulus scribens ad Colossenses, hæc ait: *Salutat vos Aristarchus captivus meus, & Marcus confobrinus Barnabæ, de quo accepistis mandata, & Jesus, qui dicitur Justus: qui sunt ex circumcisione: hi soli sunt adiutores mei in regno Dei, qui mihi fuerunt solatio*; hæc Paulus, Romæ dum esset. Accersiverat illum Paulus, scriptis item Romæ litteris ad Timotheum his verbis (b): *Marcum assume, & adduc tecum: est enim mihi utilis in ministerio*. Ad Philemonem item (i) Roma scribens, eundem Marcum, una cum ceteris, adiutorem suum appellat.

His igitur in hunc modum perspicue elucidatis, ea remanet dubitatio investiganda, an idem Joannes cognomento Marcus confobrinus Barnabæ, unus idemque sit cum Marco, qui Romam proficiscentem Petrum secutus, Evangelium scripsit, quem Petrus filium suum appellat. Equidem qui in his pervestigandis non habuerint exactam in primis temporum ac rerum gestarum rationem, errore labi, licet invitati, coguntur. Nam Hieronymus in commentario in Pauli epistolam ad Philemonem

Ad has perplexas de Marci nomine ambiguitates tollendas, illud primum disquirendum nobis est, num Joannes cognomento Marcus idem sit cum illo qui dictus est Marcus confobrinus Barnabæ. Unum quidem eundemque fuisse Joannem Marcum, & Joannem confobrinum Barnabæ, satis Lucas persuadet, dum ait (d) Joannem adhæsisse Paulo & Barnabæ, cum illi Antiochiæ accepissent Apostolatam; illumque esse cognominatum Marcum, idem Lucas (e) inferius docet: Cujus occasione, quod semel recessisset ab eis, & Paulus illum amplius recipere nolisset, orta dissensione inter eos, Barnabas (sic dispensante Spiritu sancto) cum relicto Paulo Marcum assumpserit, eundemque in patriam solum Cyprum secum perduxerit; evidens est conjectura, eundem Marcum Barnabæ confobrinum fuisse. Hæc de divinis Scripturis in hunc modum testata, Alexander (f) Græcus auctor, qui Acta Barnabæ est persecutus, confirmat, qui & sanguinis conjunctionem inter ipsos intercedentem recenset.

Ex his plane erroris redarguitur Dorotheus, qui in sua Synopsi quamplurima confarcinavit mendacia, dum distinguens Marcum confobrinum Barnabæ a Joanne cognomento Marco, illum quidem Ecclesiæ Apollonidis, hunc vero Byblidis præpositum dicit Episcopum. Ex istdem igitur (quod observatione dignum est) & illud compertum habetur, eundem Joannem cognomento Marcum a Paulo aliquando rejectum, ab eodem iterum postea fuisse susceptum; eundemque una cum Paulo in prædicatione Evangelii egregiam navasse operam, id Paulo attestante, cum ad Colossenses scribens hæc ait (g): *Salutat vos Aristarchus captivus meus, & Marcus confobrinus Barnabæ, de quo accepistis mandata, & Jesus, qui dicitur Justus: qui sunt ex circumcisione: hi soli sunt adiutores mei in regno Dei, qui mihi fuerunt solatio*; hæc Paulus, Romæ dum esset. Accersiverat illum Paulus, scriptis item Romæ litteris ad Timotheum his verbis (b): *Marcum assume, & adduc tecum: est enim mihi utilis in ministerio*. Ad Philemonem item (i) Roma scribens, eundem Marcum, una cum ceteris, adiutorem suum appellat.

His igitur in hunc modum perspicue elucidatis, ea remanet dubitatio investiganda, an idem Joannes cognomento Marcus confobrinus Barnabæ, unus idemque sit cum Marco, qui Romam proficiscentem Petrum secutus, Evangelium scripsit, quem Petrus filium suum appellat. Equidem qui in his pervestigandis non habuerint exactam in primis temporum ac rerum gestarum rationem, errore labi, licet invitati, coguntur. Nam Hieronymus in commentario in Pauli epistolam ad Philemonem

XLIV.

(d) Act. 13.

(e) Act. 15.

De Marco confobrinus Barnabæ.

(f) Apud Metaph. die 11 Junii.

XLV.

Marcus iterum secutus Paulum.

(g) Coloss.

(b) 2. Tim.

(i) Ad Philem. ibi.

XLVI.

Marcus Evangelista diversus a confobrinus Barnabæ.

CHRISTI
45.PETRI
I.CLAUDII IMP.
3.

nem, ubi de dicto Marco fit mentio: *Marcum, inquit, ponit, quem puto Evangelii conditorem*. Affirmat hoc ipsum idem qui supra Alexander in Actis Barnabæ, Nicephorus (a), & si qui alii recentiores. Ceterum cum hoc ipso tempore, quo Marcus Evangelista Romæ agebat, & inde Alexandriam concessit, & in prædicatione Evangelii in Ægypto diutius est commoratus, quin (quod ait Athanasius b) & in Libya & Pentapoli Evangelium prædicavit: eodem, quinimmo hoc ipso, vel saltem superiori anno (ut paulo inferius demonstrabimus) Joannes ille cognomento Marcus Hierosolymis (c) Paulo & Barnabæ adhæserit; eosdemque ad prædicationem Evangelii postea secutus fuerit; indeque Barnaba a Paulo diviso, Hierosolymam primo, ac deinde Cyprum petierit, ac demum (ut dictum est) ad Paulum redierit: plane constat ex temporum, locorum, ac rerum diversitate, eosdem inter se esse distinctos. Noverit hoc ipsum & majores: Basilius (d) enim, eo tempore quo Paulus Romæ agebat, quocum (ut diximus) aderat Marcus confobrinus Barnabæ, Marcum Evangelistam Alexandriam Ecclesiam excoluisse testatur. Apud Isidorum (e) quoque, diversum esse Marcum Evangelistam a Joanne qui cognominatus est Marcus, legitur. Ex his igitur corrigendi sunt, qui dixerunt Marcum Evangelistam illum esse, qui filius Mariæ Joannes dictus, Marcus cognomento est appellatus.

(a) Niceph. lib. 2. cap. 15.

(b) Athanas. in Synopsi.

(c) Act. 12. & 13.

(d) Basilius ad Rom. li. 5.

(e) Isidorus de vit. & de obitu sancti.

XLVII.

(f) Apud Metaph. die 11 Junii. De Marco commentum refellitur.

(g) Niceph. lib. 2. cap. 43.

nam Ecclesiam ea etiam de causa primum locum post Romanam obrinuisse, quod Marcus eandem Petri nomine id statuentis erexit; quod Gelasius testatur his verbis (b): *Secunda autem sedes apud Alexandriam beati Petri nomine a Marco eius discipulo & Evangelista consecrata. est: ipse enim a Petro Apostolo in Ægyptum directus, verbum veritatis prædicavit, & martyrium consummavit*. Hæc Gelasius. Ac de Marco hæc tenentur.

Quod ad res profanas attinet; consideratione quidem dignum existimamus, quod hoc ipso anno, quo Romanam Ecclesiam a Petro erectam fuisse monstravimus, multa a Claudio Imperatore, non nisi impolente numine, facta esse noscuntur adversus Gentilium superstitionem: nimirum, abrogata fuisse complura sacrificia atque festa in venerationem deorum solita celebrari; testatur id Dio (i) his verbis: *Post hæc Claudius tertium Consul multa sacrificia, multasque ferias abrogavit: nam major anni pars in his absumebatur non sine magno Reipublica detrimento. Igitur eas, & reliqua omnia quæ poterat, contraxit. Hucusque Dio. Hæc licet ille alia ex causa, quam animo concepisset, fecisse credatur: nihilominus Deo impolente illud videtur opus aggressus, quod Petrus consummaturus in Urbem advenerat. Videas itaque, non nisi nutu divino quodammodo accidisse præfagium, ut cum primum Christiana fides a Petro Romæ plantata coalescere cœpit, idololatris decrescere atque minui inciperet: accidissetque ut sicut olim apud Philistæos, cum in templo Dagon Arca fœderis est collocata, idolum suam imbecillitatem, cadendo monstravit; ita etiam Ecclesia Romæ fundata, mox suorum rituum superstitionis impietas jacturam pati cœperit.*

Rursum hoc eodem anno illud idem auctor accidisse testatur: quod cum antea mandato Imperatoris, omnia Caji simulacra sublata fuissent; sancto nunc edicto, quæcumque numismata viderentur ejusdem Caji effigie consignata, confari sunt iusta, quorum materiam Messalina Augusta in statuum Mnestei histrionis transfundit præcepit. Divinum plane atque æquallance pensatum iudicium: nimirum, ut qui suam statuum titulo Jovis ære conflantam in templum Dei inferre parasset, ipse in cunctis suis imaginibus infame dispendium pateretur. Quantumlibet enim Judæi ob necem Christo illatam graviora pati commeruissent; tamen quoniam in Dei Hebræorum contumeliam Caius eaparat, digna sententia præsumptum ejus facinus punitum fuit.

(b) Gelasius in decret. de lib. apocryph.

Fundatio. ne Romana Ecclesiæ Idololatris decrescit.

(i) Dio lib. 60.

XLIX. Caji omnes abolitæ Imagines.

I. Petrus mittit in Provincias discipulos.

Anno, qui sequitur, a Christo nato quadragesimo sexto, C. Crispino fecundum & T. Statilio Tauro Consulibus, stabilita jam sede Romana, Petrus Apostolus, cui universi gregis cura a Domino commissa erat, ad ceteras Occidentalis orbis partes admovens oculos, ut apud omnes predicatio Evangelica illucesceret, discipulos, quos habebat, in diversas provincias amandavit. Velut enim a Sole radii, & e fonte rivi, a sede Petri longe lateque fides Christiana diffusa, ubique est feliciter propagata: quod Innocentius (a) Papa ad Decentium scribens his verbis significat: Quis enim nesciat, aut non advertat, id quod a Principe Apostolorum Petro Romanae Ecclesiae traditum est, ac nunc usque custoditur, ab omnibus debere servari; nec superinduci, aut introduci aliquid, quod aut auctoritatem non habeat, aut aliunde videatur accipere exemplum? praesertim cum sit manifestum, in omnem Italiam, Gallias, Hispanias, Africam, & Siciliam, insulasque interiacentes, nullum hominum instituisse Ecclesias, nisi eos quos venerabilis Apostolus Petrus, aut ejus successores constituerunt sacerdotes? Aut legunt, si in his provinciis alius Apostolorum invenitur aut legitur docuisse? Quod si non legunt, quia nusquam invenitur, oportet eos hoc sequi, quod Ecclesia Romana custodit, a qua eos principium accepisse, non est dubium: ne dum peregrinis assertionibus student, caput institutionum videantur omittere. Haec Innocentius.

II.

Quinam vero fuerint, qui diversis temporibus ad diversas instituendas Ecclesias a Petro sunt missi discipuli, & ordinati Episcopi: licet scriptorum inopia obscurum pene remanserit; aliquot tamen,

quos recensitos invenimus, hic enumerasse volumus. Habuit (b) a Petro institutos Episcopos Sicilia Pancratium, Marcianum, Berillum, & Philippum; Capua Priscum; Neapolis Aspren, aliter Asprenatem; Tarracina Epaphroditum; Equiculae populi Marcum, alium tamen ab Evangelista; Ptolemaeum Nepe; Romulum Fesulae; Paulinum Luca; Ravenna, Apollinarem; Verona Euprepium; Patavium Prodocimum; Ticinum Syrum; Aquileia post Marcum, Hermagoram; in Gallis Lemovicenses, Tholosani, & Burdegalenses Martialem; Tungrenses, Colonienfes, & Treverenses Maternum, necnon Valerium; Rhemenfes Sixtum; Arelatenfes Trophimum, Senonenses Sabinianum; Cenomanenses Julianum; Vienna, & Maguntia Crescentem; Catalaunum, Memmium; Bituricenses Ursinum; Arvernenfes Austremonium; Sanctonenses Eutropium; Germania Eucharium, Egistum, & Marcianum; Hispania Torquatium, Clefiphontem, Secundum, Indaletium, Caecilium, Hefychium, Euphratium, & alios. In Britannia etiam Petri opera Evangelium penetrasse tradunt: haud mirum: ea enim insula anno superiori a Claudio subjugata, ad praedicationem Evangelii patuit aditus. Multa his Cimius addenda fuisse de compluribus aliis, qui a Petro missi dicuntur discipuli: sed temperantius agimus, consultius existimantes ex multis pauca referre, quam multa incerta, ac nobis non satis explorata coacervare. Quantum vero temporis Petrus Romae permanserit, receptor ea videtur esse sententia, ut usque ad nonum Claudii annum, quo ejus editio Judaei Roma sunt pulsi, ibi praedicans Evangelium, egerit. Sed de his suo loco fusius agemus inferius.

Hoc

CLAUDII IMP. 4.

[1] AD num. I. Coss. L. Quintilius Crispinus II. & M. Statilius Taurus, ut ostendit Card. Norisius ex Epitaphio recitato a Gruterio pag. 1041. Falsa sunt itaque praenomina horum Consulium apud Baronium & Onuphrium.

I. Consulate

ÆC.I. Anno Ur. bis 797. Olymp. 205. an. 4. An. C. 44.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5537.

© 25. ED. D 7. P. 5. April. Indict. 2.

JESU CHRISTI 44. secundum Baronium 46.

[1] Coss. L. Quintilius Crispinus II. & M. Statilius Taurus. Calendarium Antiatinum, at detritis alicubi vetustate litteris... STATILIO TAURO L. QUINTIO. SECUNDO COS. Lapis Gruterianus pag. MXLI. 10. III. NON. JANUARI. L. QUINTIO CRISPINO II. M. STATILIO. TAURO. COS. Dio lib. LX. pag. 680. Ceterum Britannia parte subacta, Romam rediit Claudius C. Crispus II. T. Statilio consulibus. Vide Norisium in epistola Consulari. Facti Vindebonenses & Idatiani & Crispo II. & Tauro.

III. Hoc eodem anno quarto Claudii inchoato, Agrippa Rex Judaeorum (ut Josephus (a) testatur) cum egisset sui regni annum septimum, quorum quatuor sub Caio, tribus vero sub Claudio regnavit, miserando interitu vita functus est: cujus obitum Lucas (b) mox post necem Jacobbi, & carcerem Petri, recensuit, ut Dei vindictam adversus eum in ultionem admissorum facinorum declararet. Sic ergo rem gestam brevi compendio perstringens, ait: Staturo autem die, Herodes vestitus veste regia, sedit pro tribunali, & concionabatur ad eos: Populus autem acclamabat, Dei voces, & non hominis. Confestim autem percussit eum Angelus Domini, eo quod non dedisset honorem Deo: & consumptus a vermibus, expiravit. Haec Lucas. Josephus vero rem gestam pluribus profectus (c) sic ait: Agrippa Marthea adempto pontificatu, successorem dedit Elionemum Citibae filium. Jamque tertium Judaei regni (a) Claudio enim integrum ad ceperat) annum exegerat, cum pervenit in urbem Caesaream, qua prius Stratonis turris dicta est: ubi solemnem ludos celebravit pro salute Caesaris: ad quam festivitatem magna multitudo nobilium ac procerum convenerat ex tota provincia.

IV. Ejus celebratis die secunda processit mane in theatrum, amictus veste tota ex argento mirabili opere contexta, qua vultus orientis Solis percussa, & divinum quemdam fulgorem emittens, venerationem cum honore incutiebat spectantibus: moxque adulatores perniciosi alii aliunde acclamantes, Deum consulabant, rogantes ut faveret propitius: haftenus enim ut hominem reveritos, nunc agnoscere & fateri in eo quiddam mortali natura excellentia. Hanc impiam adulationem nec ille castigavit, nec repulit: pauloque post suspiciens, vidit supra caput suum bubonem funi extento insidentem: moxque ut sensit hunc esse calamitatis nuntium, qui olim felicitatis fuerat, ex intimis precordiis indoluit; secuta sunt ventris tormina statim a principio vehementia. Conversus igitur in amicos oculis: en, inquit, ego ille vestra appellatione Deus, vitam relinquere jubeor, fatali necessitate coarrente vestrum mendacium; & quem immortalalem salutastis, ad mortem rapior. Sed ferenda est voluntas caelestis numinis: neque enim male viximus, immo tanta felicitate, ut omnes me beatum praedicent. Haec locutus, crescente dolore, discruciabatur.

II. Ad num. III. Herodis Agrippae Regis interitus recte hoc anno a Baronio consignatus. Ei successores fuere filiae tres, & filius unus Agrippa nomine, annum agens XVII. qui Romae apud Claudium educabatur, postremusque Judaeorum Rex fuit, de cujus Regni initio infra.

V. Propere igitur relato in regiam, rumor sparsus est, brevi esse moriturum: quamobrem confestim totus populus una cum uxoribus atque liberis saccum indutus, more patrio, supplicabat Deo pro salute Regis, omnia miscens lamentis & ejularibus. Rex autem in cubiliore decumbens cubiculo, & in faciem strator humi prospiciens, non temperabat sibi a lacrymis. Cruciatu deinde per continuos quinque dies nihil se remittente confectus, vitam finivit, annuatus quartum supra quinquagesimum, postquam regnasset per septennium. Quatuor enim annos super Caio Cesare obtinuit regnum; primum in Pbilippi tetrarchia per triennium, cui quarto dnum anno accessit & Herodis tetrarchia: tribus deinde annis sub Claudio Cesare praeter jam dictam dittonem, in Judaea quoque regnavit & Samaria, simulque Caesarea. Et paulo post: Superstitibus autem ei fuerant filius quidem unus Agrippa, annum agens decimum septimum; filiae vero tres: ex quibus Berenice nupta erat Herodi patruo, nata annos sexdecim; reliquae duae tum etiam virgines erant, Mariamne, & Drusilla: haec septennis a patre desponsata Julio Archelao Chelciae filio, illi decennis Epiphani filio Comagenorum Regis Antiochi.

VI. Sed antequam caetera prosequamur, qua contigerunt post mortem Agrippae; de ipsius moribus, & observantia rerum Judaicarum, haec quae idem Josephus enarrat, audiamus: sic enim ait: Agrippa mirissimo fuit ingenio, in exteros omnes aequae beneficis, liberalis, & humanus, in sua gentis homines benignus, & promptus ad adiuvandos praeter ceteris in necessitatibus: quapropter libenter & continue debebat Hierosolymis, institutorum ac rituum patriae servator religiosissimus: purus enim erat a contaminamentis omnibus, nec ulla dies ei praeteribat absque sacrificio. Accidit aliquando, ut quidam Hierosolymita legis peritus, nomine Simon, advocata concione per Regis absentiam agentis tum Caesareae, criminaretur illum ut impurum, & arcendum templi aditu, quod non nisi dignis pateat. Id ubi Praefectus urbis illi significavit per litteras, confestim accersit hominem: a quo fortuna repertus in theatro, assidere sibi eum iussit: moxque sedata voce, ac placide: Dic mihi, inquit, quid tibi non proberur ex his quae facimus? Qui cum nihil haberet quod diceret, precatus est veniam. Tunc Rex, citius quam quisquam opinaretur, reconciliatus est, clementiam magis quam

III. Claudius hoc anno de Britannis triumphavit, ut testatur Dio lib. 60. Claudius stolam Pontificiam Judaeis restituit, quod Baronius anno sequenti, quo eam restitutionem factam credebat, recitat. Triumphius Claudii, & stola Pontificia.

quam iram decere Reges existimans, & lenitatem magis, quam celsitudinem: itaque dimisit eum non sine munere. Hæc de Agrippæ moribus Josephus, qui ea quæ post ipsius interitum acciderunt, enarrare pergit in hunc modum:

VII. Ignominia affecta Agrippæ filia.

Postquam autem cognitum est excessisse Agrippam, Cæsarienses & Sebasteni (hinc Samaritani) beneficiorum ejus obliti, pessimam ei retulerunt gratiam, convitiis non dicenda jactantes in defunctum. Militum quoque vulgus, qui tum forte aderant, protractas e palatio siliarum statuas unanimiter detulerunt in lupanaria, eisque (ut poterant) illudebant modis, quos turpe sit eloqui: instructisque per loca publica epulis convivia celebrabant coronis redimiti, & delibuti unguentis, libantes interim Charenti, & sibi invicem propinantes præ gaudio quod ex obitu Regis conceperant. Et paulo post: Filius porro defuncti Agrippæ Romæ erat eo tempore, educabaturque apud Claudium Cæsarem: qui audito Agrippæ obitu, & contumeliis quibus eum Cæsarienses ac Sebasteni post mortem affecerant, illius quidem causa indoluit, ingravis autem populis vehementer iratus est. Confessum igitur voluit successorem paterni regni Agrippam juniorem mittere, simul ut iurejurando satisfaceret. Sed liberti & amici, qui multum apud eum poterant, dissuaserunt, negantes tutum admodum adolescenti & vixdum egresso pueritiam tantum regnum committere, cui administrando sit impar, quod viriles etiam posset gravare humeros.

VIII. Præfides Syriae.

Cumque visi essent æquum dicere, Cæsarem Præsidentem Judææ totiusque regni misit Cuspium Fadum, defuncto hoc honoris tribuens, ne Marsum Syriae Præsidentem inimicum in regnum ejus induceret. Ante omnia autem Fado injunxit, ut Cæsarienses & Sebastenos acriter castigaret, propter infestam mortuo injuriam, contumeliasque illatas adhuc juvenibus; Alam vero Cæsariensem & Sebastenorum cum quinque illis cohortibus ablegaret in Pontum illic militaturus; militesque e Romanis legionibus Syriam tuentibus delectos in eorum locum substitueret. Nec tamen ei jussioni satisfactum est: missa enim legatione, flexerunt Claudium, ut manere eos in Judæa permetteret: qui sequentibus temporibus maximarum calamitatum Judæis fuerunt initium, & seminarium belli exorti, Floro Præsidente: quamobrem Vespasianus victor (ut paulo post dicitur) eos ex illa regione alio transtulit. Hæc Josephus (a); additque in locum Vibii Marci Syriae Præfidis subrogatum fuisse Cassium Longinum.

IX. Jus in templum Herodes obtinet.

Cæterum Agrippæ defuncti Regis frater Herodes Rex Chalcididis, jus in templum, quod olim suo germano concessum fuerat, a Claudio obtinuit: quod idem au-

(a) Joseph. antiq. lib. 20. cap. 1.

ctor testatur. his verbis: Eodem tempore & Herodes Dynasta Chalcididis, defuncti Agrippæ frater, petiit a Cæsare potestatem in templum & sacrum ararium, jusque eligendorum summorum Pontificum: impetravitque hæc omnia, ita ut etiam posteris ejus idem jus manserit usque ad belli Judaici exitum. Ipse vero Herodes, Canthara in ordinem redacto, Josepho Canæi summum pontificatum contulit. Hæc Josephus; licet mirum in modum confundat ordinem temporum, qui hæc de Herode referat ante annum quinti Consulatus Claudii, qui fuit ejus Imperii annus decimus; itemque ante famem illam toto Orbe grassatam, quæ (ut vidimus) anno secundo Claudii accidit, facta esse ponat. Quamobrem cum auctorem in his quæ temporis sunt, sibi ipsi minus constantem, sed valde contradicentem sequi non liceat; quod conjectura suadet, amplectimur.

Quod enim morte Agrippæ Regis extinctum simul esset cum illo privilegium de jure templi, nec in Agrippam juniorem illud esset collatum; Herodem haud diu post fratris obitum illud a Claudio impetrasse putamus. Rursus vero in successione Judæorum Pontificum idem sibi ipsi Josephus contraria scribere plane convincitur, dum Agrippam Regem, antequam moreretur, Mathiam, qui Simoni Cantharæ fuerat subrogatus, in ordinem redegit testatur (b), inque locum ejus substituisse Elionem Cithæi filium: paulo post (c) vero ab Herode Agrippæ fratre in locum Cantharæ ab ipso privati substitutum esse Josephum tradit, nulla de Elione habita mentione; cum tamen Cantharam constet ante Mathiam pontificatum gessisse. Sed hæc satis de Judaicarum rerum præsentis anni statu.

Dum hæc agerentur in Judæa, Paulus & Barnabas, qui (ut diximus) anno superiori solemniter ad prædicationem Evangelii Apostolatam acceperant, cum assumpto secum Joanne, qui cognominatus est Marcus, peragrassent Seleuciam, atque inde Cyprum navigassent, ac venissent Salaminam, universamque demum insulam perambulassent; Paphum denique venientes, Sergium Paulum Proconsulem nacti, ad fidem Christi convertunt. Cum autem hic dicatur Proconsul; & auctore Strabone (d), & aliis, exploratum habeatur, Cyprum non proconsularem, sed prætoriam factam esse provinciam: cur a Luca Sergius Paulus non Prætor, sed Proconsul nominetur, ea videtur esse ratio, quod eadem prætoria provincia sæpe honoris causa data est administranda Ciliciæ Proconsuli, ut inter alios Publio Lentulo (e): quod non illi tantum, sed & successoribus æque esse concessum, par est credere; nam nullibi me legisse memini aliquem insulæ Cypri Prætozem. Sic igitur

XI.

XI.

(d) Strabo lib. 14. in fine.

(e) Sigon. collegit lib. 1. de antiq. jur. provinc. 6.

(a) Alexand. in Barnaba apud Me. apbraff. die 11. Junii.

XII. (b) Act. 13.

De Elyma mago.

(c) Dionys. de divo. nom. c. 8.

XIII. (d) Act. 13. Peregrini Episcopi invitari soliti ad concionandum.

tur Sergium Paulum Proconsulem nominatum esse putamus, quod etiam Ciliciam proconsularem provinciam administraret. Cum vero sui natura esset per se distincta provincia, eademque prætoria dicta, nec alteri cuiquam subiecta: ex eo etiam æque factum est a Patribus, ut Cypri (a) Ecclesia sub nulla alia metropoli cense-retur, neque sub Tarsensi Ciliciæ, neque sub Antiochena Syriae, vel aliis: licet Petrus Fullo hæresiarcha Episcopus Antiochenus eam Antiochenæ Ecclesiæ subjecere conatus sit, nulla alia ratione, nisi quod Evangelium accepisset ab his qui Antiochiæ fuerant ordinati, Paulo & Barnaba: sed frustratus est suo conatu, ut suo loco dicemus.

Quod ad conversionem Proconsulis spectat, quam attigimus: plenius Lucas (b) his enarrat verbis: Cum perambulassent univèrsam insulam usque ad Paphum, invenerunt quemdam virum magum pseudopphetam, Judæum, cui nomen erat Barriæ, qui erat cum Proconsule Sergio Paulo, viro prudente. Hic accersitis Barnaba & Saulo, desiderabat audire verbum Dei: resistebat autem illis Elymas magus (sic enim interpretatur nomen ejus) quærens avertere Proconsulem a fide. Saulus autem, qui & Paulus, repletus Spiritu sancto, intuens in eum, dixit: O plene omni dolo, & omni fallacia, fili diaboli, inimice omnis justitiæ, non desinis subvertere vias Domini rectas? & nunc ecce manus Domini super te, & eris cæcus, non videris Solem usque ad tempus. Et confestim cecidit in eum caligo & tenebræ, & circumjens quærebatur qui ei manum daret. Tunc Proconsul cum vidisset factum, credit, admirans super doctrinam Domini. Hactenus de his Lucas. Tantum autem abfuit ut Elymas magus cæcitate percussus aliquando resipuerit, ut magis ac magis in Evangelicam doctrinam insaniens (quod testatur Dionysius c) librum ediderit adversus Pauli prædicationem & Christi fidem. Cetera autem quæ de prædicatione Pauli & Barnabæ scribit Lucas usque ad Concilium Hierosolymitanum, quod anno nono Claudii esse celebratum monstrabimus: cum, quo potissimum anno singula sint facta, certa assertionem affirmari non possit; ea, quam conjectura demonstrat, utentes ratione, quod singulis annis gestum putamus, quantum fas est ordine temporum prosequemur.

A Papho (d) igitur navigantes Paulus & Barnabas, Pergem Pamphiliæ venerunt: Joannes vero, qui eos sequebatur Antiochia, Hierosolymam est reversus. Inde vero Antiochiam Pifidiæ pervenerunt: ubi ingressi synagogam die sabbati, quo conventus Judæorum fieri consuevit, rogantur ab his qui synagoga præerant, si haberent exhortatorium sermonem. Ann. Eccl. Tom. I.

monem, illum dicerent coram populo. Ejusmodi quoque consuetudo, ut peregrini Episcopi ad concionandum invitarentur ab ejus civitatis, ad quam venissent, Episcopo, diu permansit in Ecclesia, immo & canone (e) legitur stabilita. Unde de ea re conquestus est Gregorius (f) Nifsenus, quod ab Helladio Episcopo Cæsariensi ad id agendum non fuerit invitatus. Sic invenies observatum (g) apud Amphibolium, sic Alexandriae (h) a Cyrillo ejus sedis Episcopo. Ex quibus authentica probantur, quæ in apocryphis apud (i) Clementem leguntur in hæc verba, de Episcopo peregrino dum agitur. Si Episcopus una cum Episcopo sedeat, eundem ab illo obtinens honorem; rogabisque eum; o Episcope, ut sermones habeat apud populum ad docendum accommodatos. (peregrinorum enim exhortatio & admonitio valde accepta & vehementer utilis esse consuevit: Nullus enim propheta, inquit, acceptus est in patria sua) permisses enim ei Eucharistiam offerre: coges eum, ut vel populo benedicat. Hæc ibi. Inde est etiam quod habet (k) Eusebius, S. Polycarpum Smyrnæ Episcopum, Romam sub Aniceto Pontifice venientem, ab eo invitatum, ut sacrificium sacre Eucharistiæ offerret. Sed reliqua videamus.

Concionatus ergo Paulus in synagoga, multos Judæorum ad fidem Christi perduxit: invitatusque in sequens sabbatum de eisdem iterum verba facere, cum id prætoris iudicium contestatiffimo universæ civitatis populo perorasset; invidentes Judæi quod Gentibus aditus pateret ad fidem, gravissimas turbas in Apostolos concitarunt. Tunc Paulus & Barnabas hæc contestati coram ipsis dixerunt: Vobis oportebat quidem primum loqui verbum Dei: sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce convertimur ad Gentes, sicut præcepit nobis Dominus: Posui te in lucem Gentium, ut sis in salutem usque ad extremum terræ. Audientes autem Gentes, gavise sunt; & glorificabant verbum Domini, & crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam æternam. Subdit de Judæis, qui adversus Apostolos concitarunt mulieres religiofas, & primos civitatis, qui ejecerunt eos extra fines suos: Quare exeuntes (secundum præceptum Domini l) excusserunt pulverem de pedibus suis in testimonium contra illos. Non enim id tantum faciendum adversus illos qui eos non recipere, admonuerat Dominus, sed & ritum quemdam, quo agendum esset, præscriperat; ut idem Lucas, qui hæc scripsit, ex verbis Domini recensuit, sic dicentis (m): Si non susceperint vos, exeuntes in plateas ejus, dicite: Etiam, pulverem, qui abastis nobis de civitate vestra, extersimus in vos: tamen hoc sit.

(e) Concil. Carthag. 4. c. 36.

(f) Greg. Nyss. ad Amphibolium.

(g) Ambros. ser. 48. veter. edit.

(h) Cyril. hom. 7. & 8.

(i) Clem. Const. lib. 2. c. 62.

(k) Euseb. hist. lib. 5. c. 24.

XIV. Paulus contestatiffimo universæ civitatis populo perorasset; invidentes Judæi quod Gentibus aditus pateret ad fidem, gravissimas turbas in Apostolos concitarunt. Tunc Paulus & Barnabas hæc contestati coram ipsis dixerunt: Vobis oportebat quidem primum loqui verbum Dei: sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce convertimur ad Gentes, sicut præcepit nobis Dominus: Posui te in lucem Gentium, ut sis in salutem usque ad extremum terræ. Audientes autem Gentes, gavise sunt; & glorificabant verbum Domini, & crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam æternam. Subdit de Judæis, qui adversus Apostolos concitarunt mulieres religiofas, & primos civitatis, qui ejecerunt eos extra fines suos: Quare exeuntes (secundum præceptum Domini l) excusserunt pulverem de pedibus suis in testimonium contra illos. Non enim id tantum faciendum adversus illos qui eos non recipere, admonuerat Dominus, sed & ritum quemdam, quo agendum esset, præscriperat; ut idem Lucas, qui hæc scripsit, ex verbis Domini recensuit, sic dicentis (m): Si non susceperint vos, exeuntes in plateas ejus, dicite: Etiam, pulverem, qui abastis nobis de civitate vestra, extersimus in vos: tamen hoc sit.

(l) Matth. 10. Marc. 6. Luc. 10.

(m) Luc. 10.

CHRISTI 46.

PETRI 2.

CLAUDII IMP. 4.

note, quia appropinquavit regnum Dei. Conueverant Judaei, maledictionem aliquam imprecando, in aerem pulverem spargere, vel e se excutere. Est de hoc exemplum in primis apud Esdram (a); ubi haec leguntur: Insuper excussi sinum meum, & dixi: Sic excutiat Dominus omnem virum qui non compleverit verbum istud de domo sua, & de laboribus suis sic excutiat, & vacuus fiat. Et dixit uniuersa multitudo: Amen. Et in ipsis Actis (b) Apostolorum de Judaeis in Paulum clamantibus, & execrantibus, haec legun-

tur: Vociferantibus autem eis, & proijcientibus vestimenta sua, & pulverem iactantibus in aerem, &c. Quid vero significet pulverem de pedibus excutere; cum multae afferantur causae, relinquimus interpretibus pertractandum. Nos Actorum historiam prosequentes, & Pauli & Barnabae itinera relegentes, quid Iconii, quae Lycaoniae est civitas, quo Antiochia pulsi venerunt, sint passi, in annum sequentem, quem aggredimur, quia tunc ea contigisse putamus, rejicimus.

JESU CHRISTI ANNUS 47.

PETRI ANNUS 3.

CLAUDII IMP. ANNUS 5.

Sequenti anno Domini quadagesimo secundo, Coss. (c) M. Vinucio secundum & T. Statilio Corvino, auspicante Claudio jam quintum sui Imperii annum, Paulus & Barnabas pulsi (ut dictum est) Antiochia Pisidiae, venientes Iconium Lycaoniae civitatem, quid illic egerint, Lucas summam profecutus, & multa praeteriens, haec tantum ait (d): Factum est autem Iconii, ut simul introirent synagogam Iudeorum, & loquerentur, ita ut crederet Iudeorum & Graecorum copiosa multitudo. Qui vero increduli fuerunt Judaei, suscitauerunt & ad iracundiam concitauerunt animas Gentium adversus fratres. Multo igitur tempore remorati sunt fiducialiter agentes in Domino, testimonium perhibente verbo gratiae suae, dante signa & prodigia fieri per manus eorum. Divisa est autem multitudo civitatis: & quidam erant cum Judaeis, quidam vero cum Apostolis. Cum autem factus esset impetus Gentium & Iudeorum cum principibus suis, ut contumelias afficerent, & lapidarent eos, intelligentes confugerunt ad civitates Lycaoniae Lystram & Derben. Haec Lucas de rebus a Paulo & Barnaba gestis Iconii: qui cum multo tempore eos ibi moratos esse, & in diversa studia cives fuisse divisos testetur, adeo ut omnia ubique turbis plena essent; haud dubium rem attentius consideranti esse potest, plurima ab eodem praetermissa fuisse. Meminit ad Timotheum (e) scribens ipse Paulus, unico licet verbo, de rebus quas passus est Iconii, cum eas commemorans ait: Tu asscutus es meam doctrinam, instructionem, propositum, fidem, longanimitatem, dilectionem, patientiam, persecutiones, passiones: quae mihi facta sunt Antiochia, Iconii, Lystris: quales persecutiones sustinui. Sed a nullo certius faciliusque quam ab ipso Paulo monstrari potest, non omnes res ejus gestas Lucam esse pro-

secutum: nam si quis ea quae ad Corinthios (f) scribit de rebus a se perpeffis, conferat cum his quae in Actis Apostolorum de Paulo a Luca sunt scripta; plane intelliget Pauli aemulas ab eo majori ex parte fuisse praetermissas, atque silentio penitus obvolutas. Caeterum quod spectat ad res Iconienses, de quibus est sermo: qualia quantave ibidem Paulus sit passus, S. Theclae res gestae memoriae a majoribus perpetuis scriptorum monumentis commendatae, aliqua saltem ex parte declarant. Sed quoniam Acta quaedam Theclae nomine & Pauli ab Asiano Presbytero quodam (ut auctor est Tertullianus g) constat fuisse conficta, & sua ipsius confessione falsa omnino probata atque convicta: diligentiori studio, quoniam illa fuerint, disquirenda sunt. Sed quid de his Tertullianus scripserit, ut accurate omnia peruestigentur, hic in primis apponamus; sunt haec igitur ejus verba: Quod si quae Pauli perperam scripta legunt, exemplum Theclae ad licentiam mulierum docendi tingendique defendunt: sciant in Asia presbyterum, qui eam scripturam construxit, quasi titulo Pauli de suo cumulans, convictum atque confessum id se amore Pauli fecisse, loco decessisse. Haec Tertullianus. Hieronymus (h) eundem citans auctorem, haec ait: Igitur Pauli & Theclae, & totam baptizati Leonis fabulam inter apocryphas scripturas computamus. Quale est enim, ut individuis comes Apostoli inter ceteras ejus res hoc solum ignoraverit? Hos secutus (i) Gelasius Acta Theclae & Pauli inter apocrypha jure recensuit. Sed quoniam feruntur Acta passionis Theclae, quae passim leguntur: an illa ipsa sint, quae praedictorum iudicio damnantur, inspicimus.

Quantum ad ea, quae Tertullianus primum, deinde Hieronymus de Actis Pauli & Theclae scripserunt: satis perspicuum habet.

(a) 1. Esdr.

(b) Act. 22.

(c) Dio hist. lib. 60.

(d) Act. 14.

Quid Paulus passus Iconii.

(e) 2. Tim. 3.

(f) 2. Cor. 11.

II. De Actis S. Theclae.

(g) Tertullianus de Baptismo, c. 17.

(h) Hieron. de script. Eccles. in Luc. c. 7. (i) Conc. Rom. in decret. da lib. apocryph.

III.

CHRISTI 47.

PETRI 3.

CLAUDII IMP. 5.

habetur, Theclam Evangelium praedicasse & baptizasse illis Actis (spuriis contineri, insuper & (quod addit Hieronymus, qui eadem Acta legisse videtur) baptizati Leonis fabulam: quae quidem procul abhorretur ab Actis illis quae passionis Theclae nomine inscripta leguntur: adeo ut nullam pati calumniam debeant, quasi Ecclesiastica censura censeantur esse damnata. Sed si quis ea scilicet ratione, eadem rejicienda esse existimet, quod Lucas nec levem de his fecerit mentionem, rursumque Hieronymi (a) in eandem sententiam verba velut spicula quaedam intorqueat, dicentis: Quale est enim, ut individuis comes Pauli (Lucas videlicet) inter ceteras ejus res hoc solum ignoraverit? Ad haec refellenda, satis esse possunt quae superius dicta sunt; multa eademque per insignia, quorum ipse de se Paulus meminit, fuisse a Luca praetermissa: adeo ut inanis profusus reddatur illa argumentatio, sua natura alioqui invalida: Lucas ea non scripsit; igitur non sunt facta. Sed quoniam a nullo aequius ac vehementius quam a Hieronymo poterit Hieronymus refutari; quid idem ipse alibi in contrariam sententiam pro nostra causa dixit, recitemus. In commentariis quos scripsit in epistolam (b) ad Galatas, dum agit de pervulgata illa inter Petrum & Paulum oborta Antiochia contentione, quam Lucas silentio praetermisit, ut nec per nutum ejus meminerit, haec ait: Nec mirum esse, si Lucas hanc rem tacuerit, cum & alia multa, quae Paulus sustinuisse se replicat, historiographi licentia praetermisit: & non esse contrarium, si quod alius dignum putarit relatu, alius inter cetera dereliquit. Denique primum Episcopum Antiochena Ecclesiae Petrum fuisse. Ann. Eccl. Tom. I.

(a) Hieron. de script. Eccles. in Luca.

De S. Luca obitio solvitur.

(b) Hieron. in epist. ad Gal. cap. 2.

S. A. C. I. Anno Urbis 798. Olymp. 206. an. 1. An. Ch. 45.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5538.

26. C. 8. P. 25. April. Indict. 3.

JESU CHRISTI 45. secundum Baronium 47.

accepimus, & Romam exinde translatum; quod Lucas penitus omisit. Haec Hieronymus; quibus non solum in contrarium objecta refelluntur, sed nostra validius confirmantur. Verum nec illud admittimus, Lucam perpetuum fuisse comitem Pauli: quando enim Lucas Paulo primum inhæserit, suo loco dicemus: ut satis pateat, ipsum his temporibus, quibus Antiochia Syriae missus, quas idem recenset Lucas regiones perlustravit, eidem nequaquam adhæsisse: ut nec sit adeo mirandum, si quae non vidit, generatim tantum complexus, majore ex parte silentio praeterierit.

His igitur in hunc modum objectionibus satisfactum cum sit; reliquum est, ut quibus testimoniis Theclae passionis historia fulciatur stabilieturque, in medium adducamus; ordinemque, quo est scripta, sequentes, eandem testatam ac digne probatam reddamus. Habetur in primis in ea mentio de Onesiphoro Pauli hospite: qui quidem esse putatur is, quem idem Paulus honorificentissime laudat, ad Timotheum (c) scribens. Praeterea agit in eadem historia de Triphaena: quae & illa creditur, quam, ad Romanos (d) idem Apostolus scribens, salutari mandat: iidem enim tunc Romae agebant, sicut & plerique alii discipulorum, qui ex Oriente eo migrasse noscuntur, ut inter alios Aquila & Priscilla, quorum idem Apostolus meminit. Continet etiam eadem historia, Theclam Pauli praedicatione ad fidem Christi esse conversam: id ipsum a Gregorio (e) Nysseno, atque aliis omnibus qui de ea scripserunt, testatum habetur. haec enim ille ait: Talem myrrham olim Paulus infundebat ex ore suo mixtam cum puro pudicitiae lilio in sanctae virginis an-

IV. Theclae acta germana.

(c) 2. Tim. 1. (d) Rom. 16.

(e) Greg. Nyss. Cant. Boss. 4.

CLAUDII IMP. 5.

I. Ad num. I. Coss. M. Vinucius II. & Taurus Statilius Corvini, ut ostendit Card. Norisius in Epistola Consulari pag. 31.

[1] Coss. M. Vinucius II. & Taurus Statilius Corvini. Dio lib. LX. pag. 681. Annus insequens M. Vinucio & Corvino. Vide Norisii Epistolam consulem. Ex K. Jul. suffesti statuuntur a Pighio M. Cluvius Rufus & Pompeius Silvanus. De his Josephus lib. XX. Antiquit. in principio, ubi litteras Claudii ad Judaeos datas affert, quarum exordium est: Claudius Caesar Germanicus, Tribunicia potestatis V. Consul designatus IV. Imp. X. Epistola data est IV. Kal. Julias Rufo & Pompeio Silvano coss. Ergo ante Kal. Julias, Rufus & Silvanus consulatum suffectum inierant. Quamquam in nova Josephi editione adnotetur, vocem, Julias, insertam esse ex Epiphano, cujus in plerisque libris XII. Kal. Julii, in nonnullis Junii. Hoc anno, ut ostendit Norisius in Epochis Syro-Maced. Dissert. III. cap. IV. pag. 154. Imper. Claudius consul IV. designatus est biennio antequam iniret; nam A. V. 798. IV. Kal. Julias erat Tribunicia potestatis V. ac consul designatus IV. in annum Urbis a Parilibus 800. Hinc in vetustis Inscriptionibus Gruterianis pag. CLXXVI. 5. CLXXXVII. 5. CCXXXVII. 8. & apud Fabretum pag. 413. Claudius dicitur TR. POT. V. COS. DES. IV. Quinimo, si fides est Donianae Inscriptioni, quam nos attulimus ad A. D. 43. quadriennio ante Claudius Consul. IV. designatus erat. Vide Tillemontii notam XIV. Histor. Imp. tom. I. pag. 612.

ves; ea vero erat Thecla, quæ præclare animo suo defluentibus de lilio guttis, hominem externum morte opprimit, omni cogitatione cupiditateque extincta. Hæc ille.

Legitur & in illa, Theclam jam viro desponsatam, amore pudicitia, sponso nuncium remisisse. Ecce quam belle huic veritati Epiphanius (a) in primis adimpletur, his verbis: Thecla, inquit, incidit in Paulum sanctum, & a nuptiis exolvitur, cum curatorem sive sponsum haberet formosissimum, primarium urbis, valde divitem, generosissimum, ac illustrissimum. In vita contemnit terrena Sancta illa, ut caelestium potens fiat. His in nullo contradicentia loquitur Faustus (b) apud Augustinum in hæc verba: Jam timeo Apostolo, ne demoniorum doctrinam intulisse tunc Iconium videatur, cum Theclam oppigeratam jam thalamo, in amore sermonis suo perpetua virginis incendit. Hæc Faustus: cujus assertiones omnes cum ab Augustino refellantur, nec ad hanc rem (ut alias facere solitus est contra Manichæos) de apocrypha historia quicquam exceperit, ut de Actis Thomæ, Andreae, & aliorum; plane eidem non invidus consensisse videtur.

Quod insuper in prædicta de passione Theclæ historia narratum habes; ipsam, ut custodem carceris, quo Paulus Iconii detinebatur inclusus, sibi conciliaret, gemmis ac muliebri mundo distractis, pecuniam inde acceptam illi donasse, ut ad Pauli colloquium sibi pararet aditum: hoc ipsum Joannes Chrysostomus (c) proficitur his verbis: Audi de beata Thecla: Illa, ut Paulum videret, aurum suum dedit: tu autem, ut Christum videas, nec obolum das: idem alibi (d): Quare Paulum tamquam Thecla, ut audias quæ per ipsum tibi dicuntur.

Rursum vero quæ in eadem historia de ira sponsi in eam concitata leguntur, quod ipso accusante, ac crudeliter urgente Thecla damnata fuit ad bestias, quæ mansuetæ divinitus factæ illi blandiebantur; ab Ambrosio (e) egregie descripta habentur, cum his verbis alloquitur virgines: Thecla doceat immolari, quæ copulam fugiens nuptiarum, & sponsi furore damnata, naturam etiam bestiarum virginis veneracione mutavit: namque parata ad feras, cum aspectus quoque declinaret virorum, ac vitalia ipsa seculo offerret leoni; fecit, ut qui in impudicos detulerant oculos, pudicos referrent. Cernere erat lingentem pedes bestium cubitare humi, muto testificantem sono, quod sacrum virginis corpus violare non posset; ergo adorabat prædam suam bestia, & propria oblita nature, naturam induerat, quam homines amiserant. Hæc ibi: & ad Simplicianum scribens, hæc in eadem sententiam: Inter leones virgo exultavit, & prodeuntes bestias expectavit in-

irepida; repetit & eadem de leonibus in epistola ad Vercellensem Ecclesiam, sic dicens: Quo munere venerabilis Thecla etiam leonibus fuit, ut ad pedes prædæ suæ strata impasta bestia sacrum deferrent jejunium, nec procaci oculo virginem, nec ungue violarent aspero. Hæc omnia Ambrosius.

Quod præterea & ignes Thecla subiisse, ac illacta remansisse, in eadem quoque scribatur historia: Cypriani (f) ea ad Deum obtestatione sic habes testatum: Assiste nobis, sicut Pauloin vinculis, & sicut Thecla in ignibus; & alibi: Libera me de medio hujus seculi, sicut liberasti Theclam de medio amphiteatro. Itemque S. Zeno Episcopus Veronensis in sermone de timore, hæc de Thecla: Adversus Theclam accusator acerrimus lingue exerit gladium, cum suis sibi ministris publica leges inferviunt. Stimulus acuitur feritas in ferocitatem: & tamen mitior hominibus invenitur. Ne quid scæne tam dira inhumanitatis deesse videatur; immittuntur etiam marina monstra. Lactis omnibus expoliatur puella, vestitur incendio. Inter tot instrumenta mortis, spectatore metuente, securæ calcant genera universæ terrorum. Incolumis, quasi Orbe subacto, de illo feralis caveæ loco jam non miserabilis, sed mirabilis funereo habitu excedit, victi sæculi triumphum reportans, quam tot suppliciis omnes crediderant perituram. Hucusque Zeno.

Gregorius Nazianzenus (g) de eadem sic dixit: Non te fugit, Theclam ignium & bestiarum impetum evitasse. Rursum alibi (h) his verbis:

Quis Theclam necis eripuit flammæque periculo?
Quis validos unguis vinxit, rabiemque ferarum?
Virginitas. O res omni mirabilis ævo!
Virginitas fulvos potuit sopire leones:
Dente nec impuro generosos virginis artus
Ausit sunt premere, & rigido discernere morsu.

Hæc eadem Maximus (i) Taurinensis in hæc verba: Theclam flammarum globos evasisse cognoscis. Addam & illa quæ pertinere ad eandem rem videntur, pia scilicet sanctorum martyrum (k) Terentii & sociorum in hunc modum concepta verba: Qui Daniele de ore leonis eripuisi, & de manu Pharaonis Moysen servasti, & sanctam Theclam ab igne & theatro & feris & bestiis taurinis defendisti, &c. Non tantum leonibus fuisse objectam, sed & tauris alligatam, ut illis in diversa actis, sic discerneretur, eadem ejus passionis Acta testantur. His similes preces leguntur in rebus gestis S. Julianæ (l) in Pra-

VIII.
(f) Cypri. orat. pro mart. & orat. in die passion. Thecla superat ignem.

IX.
(g) Greg. Nazian. ad virg. exhor.
(h) Idem in præcept. ad virgin. Thecla leones superat.

(i) Max. form. de S. Agnetæ.

(k) Apud Metaphr. die 10. April.

(l) Metaphr. die 21. Decembris.

Prato (a) spirituali, ac denique illis precibus quæ ex ritu Ecclesiastico dici consueverunt, cum quis Fidelis ex præsentis vita est proxime migraturus. Quod insuper in eadem legatur historia, pugnanti Theclæ divina virtute addidisse personam, puto Angelum, humana imagine vultum Pauli præferentem; id ipsum probatum habes in Actis S. Febronæ (b), quæ S. Briennæ accurate conscripsit.

Præter hæc omnia, tandem scias, eundem Hieronymum, quem adversari vidi-mus mentis illis Actis Theclæ & Pauli superius recitatis, eidem historiae de passione Theclæ egregie adstipulari. In eadem enim dum legitur, ipsam Apostoli cupidam Antiochiam Pisidiæ accessisse, quo illum profectum esse audierat: ab eodemque justam ad propria reverti, ne (quod idem ait c) poneret offendiculum Evangelio: hæc ipsa, inquam, Hieronymus (d) ad Oceanum scribens, probans, ait: Thecla post tentationem passionis, Antiochiæ a Paulo prohibetur pariter pergere: nemo cum uxore pergit ad bellum, &c. Sed miramur eam epistolam inconsulte nimis in totum nonum una cum spuris esse rejectam: fortasse quia in ea ex Vita S. Martini sit acceptum exemplum. Sed quid mirum, cum post annos vigintitres ab obitu Martini Hieronymus vixerit? cum præsertim auctore Severo, certum sit, res ab eo gestas, adhuc ipso Martino vivente esse editas. Ex consensione præterea ejus epistolæ cum ea quam ad Eustochium dedit de custodia virginis, in qua etiam, sicut in illa, meminit de agapetis virginibus, facile quique poterit intelligere esse Hieronymi; licet non a Hieronymo tantum, sed a Sophronio etiam (ut præsertim ejus titulus) scripta inveniantur.

Adhuc insuper, quæ in eadem de Thecla historia scripta habentur de Falconilla (quæ potius irrepsisse in eam, quam originaliter scripta fuisse videantur, jureque in controversiam deduci possint) ne ipsa quidem carent auctoritate sanctissimi atque doctissimi viri Joannis Damasceni, qui ejus meminit in ea oratione, quam de his qui in fide ex hac vita decefferunt, conscripsit. Quoniam vero is qui habetur præmanibus de Theclæ passione scriptus commentariolus, sine nomine fertur; nullum ob id ipsa historia solidæ auctoritatis dispensandum pati debet: quandoquidem quæ eo continentur, tam Græcorum quam Latinorum Patrum, quos recensuimus, pari consensione firmantur: immo & sunt in omnibus consentientia, quæ Græce scripta habentur a Basilio Episcopo Seleuciæ, extantque Romæ in bibliotheca Sfortiana, ac rursus alia in Vaticana bibliotheca, descripta vero a Metaphraste ex antiquioribus monumentis. Si vero de rebus tam antiquis recentiores non sper-

(a) Prato. spirit. c. 20.

(b) Metaphr. die 15. Junii. X. Thecla cupida Pauli.

(c) I. Cor. 9.
(d) Hieron. tom. 9.

XI.
Acta Theclæ a Basilio scripta.

nis, multa de ea testata habes ab Aldelmo in suis, quos tam metro quam soluta oratione de Virginitate conscripsit, libris. Insuper & Vvitchindus Saxo, monachus Corbejenfis, nobilis suorum temporum historicus, scripsit (ut tradit Sigebertus e) egregio poemate ejusdem Theclæ passionem.

Sunt insignia de Theclæ præconia: Protomartyr enim a permultis cognominatur, quod prima omnium feminarum pro Christi nomine in certaminis campum fide roborata descenderit, & impietate adversariorum prostrata, triumphum revexerit. Quamobrem Isidorus Pelusiota ad Sandalarias (f) scribens, eandem ejusmodi præclaro exornat elogio: Adde multebrium victriarum ac trophæorum caput, hoc est, illam omnibus laudibus celebratam Theclam, quæ tamquam immortalis pudicitia columna profert; quæque e media turbidarum affectionum tempestate, tamquam fax incensa, ad portum ab omnibus fluctibus immunem appulit. Hæc Isidorus (g), qui & ad Tarasium scribens, eandem Protomartyrem dicit. Insuper, honoris causa, eadem tamquam nobilissimo titulo, Pauli primogenita nuncupatur. Hæc, inquam, in ore omnium Græcorum versatur, a cunctis im-mensis ac divinis in cælum laudibus extollitur, cui primum locum inter feminas martyres tribuunt: ut inter alios Gregorius Nazianzenus (h) facere videtur, dum invenitur in Julianum Apostatam: Non vitimas, inquit, pro Christo cæsus veritus es? Joannem illum, Petrum, Paulum, Jacobum, Stephanum, Lucam, Andream, Theclam, &c. Sic & Epiphanius (i), Ambrosius (k) Hieronymus (l), Chrysostomus (m), Severus (n), & alii.

Hinc etiam usu venit, ut cum quid superexcellens de femina Patres dictum velent, eam Theclæ nomine insignirent. Sic videas & Hieronymum (o) celeberrimam illam, cum adhuc sibi constaret, Melaniam fenio rem Theclæ nomine decorasse: sic quoque videas præstantissimam illam virginem Macrinam, Basilii & Gregorii Nysseni germanam, ob egregium sanctitatis meritum Theclam esse dicendam, per caeleste nuntium (p) præmonstratum. Ejus vero tumulum, qui erat Seleuciæ, multis miraculis illustratum, totius Orientis celebri populorum concursu visitari solitum, tum ipsa Acta, tum etiam sanctorum Patrum testimonia declarant. Gregorius Nazianzenus (q) illuc peregrinatus, diutius mansit: sunt & de aliis exempla complura, quæ apud Theodoretum (r), Evagrium (s), Nicephorum (t), Procopium (u), Sophronii (x) Pratum spirituale, Nicænam (y) Synodum secundam, & alios auctores testata habentur.

Quod vero in Theclæ Actis, ad finem ipsorum asseritur ipsam divinitus liberatam a paratis triplicis generis mortis peri-

(e) Sigebert. de Vir. illustr. c. 130.

XII.
Thecla

protomartyr. (f) Isid. lib. 1. epistola 87. (g) Isidor. lib. 1. epist. 160.

(h) Greg. Nazian. orat. 1. in Julianum. (i) Epiph. Phan. hæres. 79. (k) Ambros. de Vir. lib. 2.

(l) Hieronymus. ad Eustoch. epist. 22.

(m) Chrysost. orat. in sanct. Apoll. (n) Severus. in vit. S. Mart. lib. 2. c. 16.

(o) Hieron. in Chron. (p) Greg. Nyss. in vit. S. Macrina. (q) Evagr. lib. 3. c. 3. (r) Niceph. lib. 16. c. 8. (s) Procop. lib. 1. de adif. Justin. Imp. (x) Prato. spirit. c. 180. (y) Nicæna. Conc. 2. Conc. ad. 5.

XIII.
De Theclæ memoria frequentata. (g) Gregor. presbit. in vit. Greg. (r) Theodor. biss. SS. Patr. c. 29. (s) Evagr. lib. 3. c. 3. (t) Niceph. lib. 16. c. 8. (u) Procop. lib. 1. de adif. Justin. Imp. (x) Prato. spirit. c. 180. (y) Nicæna. Conc. 2. Conc. ad. 5.

XIV.
De Theclæ martyrio.

V. Thecla sponsum relin-quens ad-hæsit Christo. (a) Epiph. hæres. 78.

(b) Aug. contra Faust. lib. 30. c. 4.

VII. Thecla distrahit gemmas

(c) Chrysost. in Act. Apost. hom. 25. (d) Chrysost. ad Antioch. hom. 22.

(e) Ambros. de vir. lib. 2.

Thecla a sponso accusata damnatur.

CHRISTI 47.

PETRI 3.

CLAUDII IMP. 5.

periculis, in solitudinem secessisse, ibi perseverantem nonagenariam decessisse: istud quidem ex omnibus illis nobis haud arridet, cum de his penes antiquiores, quos recitavimus selectissimos Patres verbum nullum; qui omnes de ipsa, ut martyre, & consummata martyrio visi sint meminisse, potissimum vero Gregorius Nazianzenus, cum inter insigniores Martyres pro Christo necatos eam connumeret, ut vidisti: & S. Ambrosius (a) cultor studiosissimus S. Theclae, in cujus memoriam primaria Ecclesia Mediolani fuit erecta, inter alia haec de ipsa: At certe Theclam non senectus, sed virtus probavit: ita ipse, cum agit de velandis sacris virginibus, in quibus mores potius quam aetatem spectandam proponit: & S. Augustinus (b) cum agit de virginitate quae debeat conjunctam habere humilitatem, ne per superbiam, virgo super conjugatas se efferat, quas fortasse contingat coronari martyrio, quo careat ipsa, ait: unde, inquam, scit, ne forte ipsa nondum sit Thecla; sum sit illa Crispina? Consummatam plane martyrio Theclam significans, dum consummatam martyrio conjugatam opponit ut de martyrio facta comparatio aequae respondeat. Haec & alia in eandem sententiam adduci possunt. Puto autem, quod de perditis antiquioribus Actis illis martyrii

(a) Ambros. de virg. lib. 3.

(b) August. de virg. cap. 44.

(c) Ann. to. 4. anno 382. Prop. finem.

(d) Act. 14.

S. Theclae, iisdemque (ut audiisti) ab haereticis depravatis, quae omnium traditione praeter ceteris praedicarentur de illa adeo inexpectate liberata de tribus illis praeparatis saevissimis mortis periculis, ea ut magis ore omnium decantata transmissa fuisset ad posteros. Qui vero postea ea scripsit, dum quo mortis genere consummaverit ipsa martyrium, haud adeo exploratum habuerit, sicut acceperat liberatam: ea opinandi atque scribendi occasionem invenit, ne pulcherrimam virginem relictam liberam ex consuetudine hominum in suspicionem adduceret. Ceterum qui perhibetur Theclae vitam scripsisse Basilium Seleucia Episcopus, non fuisse illum Basilium, ad quem S. Joannes Chryostomus scripsit de sacerdotio, sed qui post septuaginta ferme annos interfuit Chalcedonenis Concilio, suo loco perspicue (c) demonstrabimus. Haec de Thecla satis: cujus passionis Acta superius citata si quis exacte consideret, facile intelliget Paulum cum Barnaba Iconii diutius egisse: & quod dicit Lucas (d), eosdem multo ibi tempore commoratos; in his multis mensibus; & fortassis anni spatium insumptum esse cognoscet: merito igitur caetera quae de iisdem Apostolis Lucas scripsit, in sequentem annum enarranda rejicimus.

JESU CHRISTI ANNUS 48.

PETRI ANNUS 4.

CLAUDII IMP. ANNUS 6.

I. (e) Dio lib. 60. Paulus & Barnabas dii habentur.

(f) Act. 14.

Annus adest qui Domini quadragesimus octavus numeratur, & Cos. (e) C. Valerio Asiatico & M. Valerio Messala Fastis adscribitur: quo, secundum superius a nobis initam temporum rationem, Paulus & Barnabas Iconio recedentes, postquam universam Lycaoniae regionem, Evangelium praedicantes, circumissent, Lystram venerunt: ubi Paulus claudum (ut ait Lucas f) ab utero matris suae, fanitati divina virtute restituit. Tantae tunc rei novitate populus concitatus; jamque omnes non homines ipsos, sed esse deos existimantes, Barnabam nimirum Jovem, Paulum vero Mercurium; afferentes victimas, tauros, videlicet coronatos, iisdem sacrificare tentarunt. Id cum Paulus & Barnabas cognovissent, ingenti dolore percussi, suas sibi tunicas conscindentes (mos enim erat Judaeis, ut alias diximus saepius, cum ingentem audirent blasphemiam, sua praeter dolore conscindere vestimenta) vi magna resistenter hominesque se esse mortales, sed qui Deum verum illis annuntiant, docentes, vix tandem concitatum populum a cepto revocarunt studio. Haec omnia pluribus S. Lucas.

II. Paulus lapidatus.

(g) 2. Cor. 11.

Sed enim quam facile sit, populum tumultibus agitatam, levibus etiam impulsio-nibus in contraria ferri, edocuit ac demonstravit eventus: nam quos paulo ante ut caelestia numina victimis venerari voluerat, mox furore & vesana iracundia perciti atque correpti penitus, alterum ex ipsis, Paulum scilicet, lapidibus obruere, & ad internecionem ducere conati sunt. Qua vero id occasione sit factum, Lucas insinuat, rem gestam his verbis describens: Super-venit enim quidam ab Antiochia & Iconio Judaei; & persuasis turbis, lapidantes Paulum, traxerunt extra civitatem, existimantes eum mortuum esse. Circumdantibus autem eum discipulis, surgens intravit civitatem, & postera die profectus est cum Barnaba Derben. Haec Lucas de his quae facta sunt Lystrae. Meminit hujus suae lapidationis Paulus, ut de nobilissimo quodam sui Apostolatus insigni, cum scribens ad Corinthios (g) ea quae eatenus passus esset, per singulas relegens, ait: In laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter: a Judaeis quinquies quadragenas una minus accepi, virgis casus sum, semel lapidatus sum; &c. Sed

CHRISTI 48.

PETRI 4.

CLAUDII IMP. 6.

III. Sed accidit quidem quod de se idem Apostolus ad eosdem scribit Corinthios(a): Tribulationem patimur, sed non angustiatur: aporiamur sed non destituimur: persecutionem patimur, sed non derelinquimus: deiecitur, sed non perimus. Etenim divinitus confortatus, Lystram, ubi fuerat lapidatus, reversus, illic iterum una cum Barnaba Evangelium praedicavit. Quid vero post haec ambo egerint, idem Lucas

SÆC. I. ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5539. Anno Urbis 799. Olym. 206. an. 2. An. C. 46. JESU CHRISTI 48. secundum Baronium 48. CLAUDII IMP. 6.

I. Consules. AD num. I. Cos. Valerius Asiaticus II. & M. Junius Silanus, non vero Valerius Asiaticus, & M. Valerius Messala, ut habet Baronius, quem errorem in ultimo Consule commissum docte confutat Card. Norisus in Epistola Consulari pag. 32. ubi & ostendit, M. Junium Silanum filium fuisse Appii Junii Silani ac Æmiliae Lepidae proneptis Augusti, & fratrem L. Silani Claudii Augusti generi; quippe qui, ut habet Dio lib. 60. Octavianam Claudii filiam ejus Imperii initio uxorem duxerit. Denique Valerium Asiaticum iterum Consulem appellant Tacitus lib. 2. & Seneca lib. 2. Natur. Quæst. 17.

II. Quinquennialia Claudii. Hinc liquet, Claudium hoc anno Quinquennialia exhibuisse. Annis enim hujusmodi solenniis dicatis, si Imperatores Consulatum non sumerent, eum in propinquos, & viros, qui jam ea dignitate functi essent, de more transferebant.

III. Helena Regina Judaeis opitulatur. Hoc anno, fame, quae ab Agabo Propheta praenuntiata fuerat, adhuc grassante, Helena


narrat his verbis (b): Cumque evangelizassent civitati illi (Derben scilicet) & docuissent multos, reversi sunt Lystram, & Iconium, & Antiochiam; confirmantes animas discipulorum, exhortantesque ut permanerent in fide, & quoniam per multas tribulationes oportet intrare in regnum Dei. Et cum constituisent illis per singulas Ecclesias presbyteros, & orassent cum jejunationibus, commendaverunt eos Do-

(b) Act. 14.

Adiabonorum in Assyriae & Mesopotamiae confinis Regina, Hierosolymam venit: cumque multos civium inopia alimentorum perire videret, coempta, ex Aegypto annona, famem Judaeae sublevavit, ut fuisse Josephus lib. 20. Antiquit. cap. 2. & 3. quae hoc anno gesta esse ex ipsomet Josepho manifestum sit. Is enim antea cap. 1. narrat Legatos Hierosolymitanos a Claudio custodiae stolae Pontificalis a Vitellio prius concessae confirmationem obtinuisse, impetrato rescripto, cujus initium est: Claudius Caesar Germanicus Trib. Pot. V. Cos. designatus IV. Imp. X. finis vero: Dat. IV. Kalendas Julias, Rufo & Pompeio Sylviano Cos. Claudius Tribunitiam Potestatem V. anno praecedenti iniit, ideoque ea epistola Consulibus suffectis subscripta. Baronius, qui in mendosam Josephi versionem incidit, stolam Pontificiam hoc tantum anno Judaeis restitutam credidit. Praeterea cum hos Consules ordinarios existimaret, ait in eorum nomina errorem irrepisse, & Sylvanum pro Silano, Rufum vero pro Valerio Asiatico, qui hoc anno Consulatum gessere, positum esse; cum tamen Rufus & Sylvanus anno praecedenti Consules suffecti fuerint, ut jam Onuphrius in Fastis adnotavit. Denique adhuc annum revocanda, quae habet Baronius anno secundo Claudii, de fame, qua praefata Hierosolyma, & de munificentia Helenae Reginae.

I. Cos. Valerius Asiaticus II. & M. Junius Silanus. Signum figlinae apud Marcum Antonium Boldettum in Observationibus ad Coemeteria sacra lib. 2. cap. XVII. pag. 533.

CN DOMITI. II. MI VALER ASIAT. II. COS. Dio lib. LX. pag. 683. Circumacto hoc anno, Valerius Asiaticus iterum, M. Silanus Consulatum acceperunt. Silanus tempus magistratus suo praescriptum exegit: Asiaticus autem ad consulatum toto anno gerendum destinatus (quod alii etiam evenit) ultro se eo abdicavit, non sine exemplo id quidem. Plin. lib. VII. cap. XIII. Divus Augustus in reliqua exemplorum raritate, neptis suae (Juliae) nepotem vidit genitum, quo excessit anno, M. Silanum: qui cum Asiam obtineret post consulatum, Neronis Principis successione, veneno ejus interemptus est. En schema.



Fasti Vindebonenses: Asiatico II. & Silano. Idatiani: Asiatico & Silano. Suffecti consules hoc anno dicuntur a Pighio P. Sullius Rufus, & Ostorius Scapula. Fragmentum veteris lapidis in aedibus Capitolinis. P. SULLIO. RUFO. COS. De P. Ostorio Scapula viro consulari, & bello egregio, quod Claudius ejus virtute usus sit ad Britannos in potestatem populi Romani redigendos; Tacitus in vita Agricolae cap. XIV. & de eo idem Annal. lib. XII. cap. XXXI. XXXVIII. XXXIX. In veteri lapide Doniano Cl. IX. num. 3. DEIC. K. MART. MSIT. L. NORB. COS. ex quo liquet Asiaticum jam inde a Calendis Martii Consulatum deposuisse, & Norbanum forte prius quam Rufum suffectum Consulatum hoc anno egisse.

Domino, in quem crediderunt. Hæc Lucas: at quæ post hæc sequuntur, suo loco dicturi sumus. Cæterum in his quæ diximus, consummandis, colligendis, erigendis, ordinandisque tot Ecclesiis, non minore quam anni unius temporis spatio illos opus habuisse, qui cuncta exacte considerarit, facile iudicabit.

IV. Incertum tempus obitus Dei Genitricis Mariae.

Eodem anno a Christo nato quadragesimo octavo, Olympiade ducentesima sexta, anno secundo, sanctissimam Dei genitricem Mariam assumptam esse in cælum, Eusebius habet in Chronico his verbis: Maria Virgo Christi mater ad filium in cælum assumitur, ut quidam fuisse sibi revelatum scribunt. Non possumus non vehementer mirari, tantæ rei historiam, vel saltem tempus migrationis ejus sic a scriptoribus prætermisum, ut opus fuerit, non quod scriptorum monumentis testatum esset, sed horum penuria, quid huic vel illi de ea re fuerit revelatum. Investigare, & ut facit Eusebius, historicam veritatem incertorum hominum revelationi committere. Tolerandum tamen esset, si omnes, quibus de ea re divinitus facta dicitur demonstratio, æque in eandem sententiam conspirarent, vel si unius aut saltem alterius anni spatio inter se invicem diffiderent: at monstruosa quædam inter eos discrepantia reperitur: cum alii, licet incerti, quos citat Eusebius, id accidisse dixerint anno (ut vidimus) Domini quadragesimo octavo, post annos scilicet a Dominica passione quatuordecim; rursum vero cuiuspiam probatæ sanctitatis demonstratum cælesti visione tradatur, post annum elapsam a passione Christi, & totidem dies quot intercurreunt ab eo tempore usque ad decimam quintam mensis Augusti, ex hac vita migrasse, ac demum post alios quadraginta dies, nono videlicet Kal. Octobris, una cum corpore assumptam fuisse in cælum; cui revelationi qui fidem adhibuerunt, non tantum dicta die (ut facit Ecclesia) decima-quinta Augusti ejusdem celebrant assumptionem, sed & aliam, quam secundam dicunt, assumptionem dicta die IX. Calend. Octobris ad Bedæ Martyrologium addiderunt. Sed hæc ab Ecclesia minime recepta esse (a) noscuntur.

(a) Antonin. in 3. parte Bedæ cap. 147.

V. Auctores dubii majoribus in cogniti.

Rursum alii, istæc de revelationibus præmittentes, certorum auctorum testimonio certum annum ejusdem assumptionis adstruere conati sunt. Sed cum quæ citant, eadem scripta nec nobis nec majoribus cognita fuerint, in eandem de impostura suspicionem adducuntur: cum præsertim non sit eorum una eademque sententia, sed plane diversa. Siquidem Nicephorus (b) ex Evodio eam vixisse tradit annos quinquagintanovem. Epiphanius (c) presbyter Hippolytum quemdam Thebanum citat, qui dicit eam vixisse an-

(b) Niceph. lib. 2. c. 3. c. 22. (c) Sermone de Dei. par. Græc.

nos novem post Christi passionem, eamque decessisse anno Domini quadragesimo tertio, suæ vero ætatis quinquagesimo-septimo (secundum quod dicitur peperisse Dominum Redemptorem annum agens decimum quartum; Sed nec his assentiens ipse Epiphanius, eam ex hac vita migrasse tradit annos natam septuagintaduos. Verum enimvero si quæ ab his auctoribus dicta sunt, majoribus nostris cognita & explorata fuissent; non ex incertorum auctorum revelatione, si certos, quos sequeretur, habuisset; ejus obitus annum Eusebius consignasset; nec quod mortua fuisset, Epiphanius se affirmare non posse, testatus esset; vel non fuisse mortuam, aliqui temere tradidissent. Ex iisdem, puto, auctoribus Cedrenus (d) etiam affirmat, eam ex hac vita decessisse, cum ageret annum suæ ætatis septuagesimum secundum; refert tamen aliquorum fuisse sententiam, quod clausisset humanæ vitæ diem anno ætatis suæ quinquagesimo-octavo: sunt hæc enim verba ipsius: Tradit sanctam animam Domino ac filio & Deo suo annos nata septuagintaduos: quidam tradunt, quinquaginta octo; vixit ergo viginquatuor annos post Christi ad cælum ascensum.

(d) Cedren. in compend. Tib.

VI. De Dionysii sententia.

Quemnam autem ex his omnibus potissimum sequamur, ambiguum nobis est. Nam sive Eusebii sectemur sententiam, quod ipsa Dei genitrix diem obierit anno sexagesimo-secondo suæ ætatis, vel quod alii traditione quadam affirmant, anno sexagesimo-tertio, sive etiam cum aliis sentientes, anno quinquagesimo-septimo, octavo, vel nono: nullatenus ei convenire possunt quæ scribit Dionysius de Divinis nominibus, qui præ ceteris auscultandus esset; dum affirmare videtur, se una cum Petro, Jacobo, ac ceteris Apostolis, simulque Hierotheo, interfuisse funeri ejus: cogemurque ea Dionysii verba in illum accipere sensum, quo Hilduinus accepisse videtur. Ait enim Dionysius (e): Apud ipsos divino spiritus plenos Pontifices nostros, cum & nos (ut nosstri) & plerique alii ex sanctis fratribus nostris ad contuendum corpus illud, quod auctorem vitæ Deumque receperat, convenissemus; aderat autem frater Domini Jacobus, & Petrus, supremum decus, & antiquissimum Theologorum culmen: ubi post contutum placuit ut infinite potentem divinæ virtutis bonitatem Pontifices laudarent omnes, quisque pro captu suo: Ille, denique (Hierotheus videlicet) ut nostri, post Apostolos omnibus aliis doctoribus superior erat, &c. Quæ quidem Dionysii verba Hilduinus (f) non de sacratissimo corpore Dei genitricis, sed de venerando sepulcro quod continuit corpus Jesu, esse dicta existimavit, sic dicens: Ostendit se apud sanctam civitatem penes sepul-

(e) Dionys. de Divin. nom. lib. 1. cap. 3.

(f) Hilduin. in Arcopag.

pulcrum Jesu, vitæ principis, a Jacobo fratre Domini, & Petro Theologorum principe, necnon a Theologo Joanne una cum præfato Hierotheo, & sancto Timotheo, aliisque quamplurimis sanctis fratribus audisse disputationem, & fidei sacramentum, quomodo ab omnibus tenebatur Theologis de divinitate & humanitate Domini Salvatoris. Sed & ex consequentibus, suppreßo nomine, Paulum his interfuisse demonstrat. Hæc ipse.

VII.

Si igitur aliquo antedictorum anno Dei genitricem esse defunctam dixerimus, nequaquam potuit Dionysius ejus funeri interfuisse: ipse enim nedum hoc anno, vel sequenti, sed nec usque ad quinquagesimumsecundum annum Domini, (ut ex his quæ diximus, & quæ suo loco dicturi sumus, habita exacta temporum ratione, constabit) cum Paulus Athenas venit, est conversus ad fidem. Immo ex Luca, qui mira diligentia ex eo tempore cuncta loca, ad quæ Paulus accessit, & tempora quibus in eis permansit, usque ad ejus Hierosolymam adventum relegit, liquido apparet, ipsum non ante annum Domini quinquagesimumseptimum Hierosolymam venire potuisse: cui ætati si quatuordecim vel quindecim addas annos, quibus (ut dictum est) sanctissima Virgo vixit, cum peperit Salvatorem: manifeste colliges, ipsam eo anno, quo Paulus novissime Hierosolymam venit, egressæ ætatis annum septuagesimumsecundum, quo ipsam ex hac vita migrasse, Epiphanius presbyter, & Cedrenus, quos retulimus, affirmarunt: quibus si consenserimus, eisdem æque aptari possunt quæ scribit Dionysius, ut de sacrosancto Dei genitricis corpore voluerit intellexisse: quo quidem sensu accepisse noscuntur verba illa Græci omnes. Juvenalis enim Hierosolymorum Episcopus, cujus orationem ea de re coram Marciano Augusto habitam Nicephorus (a) recitat, locum illum Dionysii ad verbum recitans, de Dei genitricis corpore illum esse locutum explicavit: sic & Joannes Damascenus (b), Andreas (c) Cretensis, Epiphanius (d) presbyter, Metaphrastes (e), Euthymius (f), Maximus (g), Glycas (h), & alii.

(a) Niceph. lib. 15. cap. 4. (b) Joan. Damasc. serm. de dormit. sanctæ Dei. par. (c) And. Cret. ser. de dormit. Deipar. (d) Epiph. sermone eadem. (e) Metaphr. die 15. Augusti. (f) Hist. Euthym. citata a Jo. ban. Damasc. (g) Max. Abb. in schol. præfat. (h) Glycas in Annal.

VIII.

Sed rem ipsam paulo accuratius perverstemus, & quo hæc faciliora & certiora reddantur, afferamus hic ipsius Dionysii verba quæ sic Græce leguntur: ε'πι τῆς παρ' αὐτοῖς τοῖς θεολογηταῖς ἑμῶν ἱεραρχαῖς Ἰουλιανῶν καὶ ἡμεῖς, ἀς εἶσοθα, καὶ αὐτοῖς, καὶ πολλοῖς ἐξ ἱερῶν ἡμῶν ἀδελφῶν ἐπὶ τὴν θῆραν τῆς ζωαρικαῖς, καὶ θεοδόξου σαμματος συνελθόντων, &c. Quæ Dionysii ultima verba proculdubio errasse denotant eos, inter quos fuit Anastasius (i), qui interpretati sunt carnem Christi divinitatem continentem: nam eo tempore, quo Christus cruci affixus est, & ex mor-

(i) Anast. in præf. ad Carol. Locus Dionysii exploratur. Ann. Eccl. Tom. I.

tuis resurrexit, nondum Dionysius, sed nec Paulus ad Christum conversus erat. Alia fuit interpretatio Hilduini (ut diximus) ut non de corpore Dei genitricis, sed de sepulchro Domini corporis sint ea verba accipienda: cui magnopere favet Matthæus Galenus in sua ad Areopagiticam præfatione: licet ipse existimet eadem rectius accipi posse de ædibus Joannis Evangelistæ, in quas sanctissima Virgo recepta est. Sed dicat, velim uterque, quænam subfuerit ratio; ut non tantum Hierotheus ac Dionysius, sed & Apostoli antea per Orbem dispersi, ad contuendum sepulchrum Dominicum, vel Joannis ædes, convenerint, atque ad illa contuenda vel laudanda omnem tunc studium & vim spiritus adhibuerint? Numquid non alias sæpe viderant, atque uberius laudare potuerant? Est quod Hierotheus & Dionysius, vel si qui alii Apostolorum discipuli, qui nunquam hæcenus vidissent, eo convenerint, & ad ejus præconia fuerint divinitus excitati: Quid de Apostolis dixerimus, qui multos annos (ut vidimus) post ascensionem Domini Hierosolymis manentes, & sepulchrum Christi & ædes Joannis præ oculis semper habentes, tunc potissimum ad ea contuenda advenerint, & ad laudanda recens excitati fuerint? Sed & in eo Galenus manifestissime videtur errasse, dum eundem Apostolorum & aliorum conventum tunc Hierosolymis factum existimat, quando Paulus (ut ipse scribit) assumpto Tito profectus est Hierosolymam: nam eo tempore nondum Paulus Athenas accesserat, nec Dionysium ad fidem converterat, ut ex jam dictis apparet. Immo consulat ipsa Acta a Luca conscripta; & manifeste videbit, post Dionysii conversionem nunquam Paulum venisse Hierosolymam potuisse, nisi cum collectam deferens, illuc veniens, a Judæis detentus est atque ligatus.

IX.

Sed jam cætera, quæ ad rei gestæ historiam pertinent, prosequamur: quæ quidem cum neque ex canonicis scriptis, neque ex antiquorum Patrum testimoniis roborentur; non omnia quæ in eo genere a diversis sunt scripta, hic recitabimus; sed delectu habito, ea potius, quæ majorum traditione ad posteros sunt delapsa, eademque probatorum auctorum postea scriptorum monumentis consignata, in medium afferimus. Nec quis putet derogatum quidquam gloriæ ejus, quod istæc adeo obscura remanserint: quippe quæ, ut Sol alter, radiorum suorum fulgoribus splendens, non tantum nulla valuerit offundi obscriptorum inopiam densa caligine, sed in his tenebris multo splendidius jubar ejus effulserit. Etenim quænam pars est orbis Catholici, ubi ejus transitus & assumptionis celebritas celeberrimo cultu

Maria virgo sua luce clarissima.

annua quaque die non repetatur? Nam secundum propheticum illud a se dictum & ab Evangelista scriptum oraculum: Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes, omnes prorsus superatae sunt temporum tenebrae, amplissima ipsa sua gloria illustrata: ut eo majoribus appareat cumulata laudibus, & aucta praeconiis, quo minus illa acceperit aliunde. Sed jam rem ipsam aggrediamur.

X. De his quae spectant ad mortem ejus ab diversis conscripta, alia sunt ut erronea ab Ecclesia Catholica prorsus rejecta, alia vero ut apocrypha atque deliria itidem improbata; alia rursus cum multorum scriptis tum etiam pia Fidelium traditione, recepta. Rejicit S. Ecclesia in primis Collyridianorum deliria, & Antidicomarianitarum commenta; quorum illi putarunt illam non similem nobis humanae fuisse naturae consortem, sed divinae, sicque ut Deum fuisse penitus mortis expertem: quos refutat abundantius Epiphanius (a) in Panario. Idem tamen agens (b) contra Antidicomarianitas, qui sanctissimae Dei Genitricis virginitatem infamare conati sunt, nec illud concedens quod commendata Joanni apud eum semper manserit (abutebantur plerique ea licentia in occasionem peccati, dum apud se devotam aliquam virginem retinere, eo exemplo concessum putarent) in eam incidit disputationem; An ex Scripturis sanctis elici possit, ipsam esse defunctam? cumque ex illis nec quod mortua, nec quod absque morte fuerit in caelum translata, satis expressum haberetur; ipse rem integram relinquens, neutrum definire praesumpsit.

(a) Epiph. haeres. 79. (b) Epiph. haeres. 78.

XI. Sed reddamus singula ipsius verba, quo Epiphanius ejus sententiam facilius assequamur, sic sententia, enim ait: Quando hoc factum erat, & assumpsit eam Joannes ad se ipsum, non amplius mansit apud ipsum. Sed etsi videntur quidam errasse, quarant vestigia Scripturarum, & invenerint utique neque mortem Mariae, neque an sepulta sit, aut non sepulta. Et quidem cum Joannes in Asiam instituerit profectioem, nusquam dicit Scriptura quod abduxerit secum sanctam Virginem: sed simpliciter sicut propter miraculi excellentiam, ut ne ad stuporem perduceret hominum mentem. Ego enim non audeo dicere; sed cogitans, silentium mihi impono. Fortassis enim alicubi etiam vestigia invenimus sanctae illius ac beatae, sicut neque invenire datur mortem ipsius. Alicubi enim Simeon dicit de ipsa: Et tuam ipsius animam pertransibit gladius, quod reventur ex multorum cordibus cogitatione. Alicubi vero in Apocalypsi dicit, quod draco festinavit ad mulierem quae genuit masculum, & dat e sunt ipsi ala aquilae, & assumpta est in desertum, ne ipsam arripe-

ret draco. Fortassis autem potest id de ipsa accipi & impleri, non autem omnino definitio hoc, & non dico quod immortalis mansit, neque affirmo quod mortua sit: excessit enim Scriptura mentem humanam, & in suspensio reliquit propter vas pretiosum & excellentissimum; ut ne quis in suspitionem veniat carnalium de ipsa rerum. Sive igitur mortua est, non novimus: si ve sepulta est, non copulata fuit carni: absit. Haec Epiphanius: qui cum ageret adversus haereticos carnis spurcitiis illam sanctissimam atque omni labe purissimam, calumniantes; ipse contra, quo magis illorum procaciam retunderet, eo excellentiae efferre conatus est, ut sicut Enoch olim translatus, vel Elias igneo curru in sublime elevatus est, sic diceret ipsam absque obitu e terrenis ad caelestia assumptam fuisse: cum praesertim visio ab ipso citata ex Joannis Apocalypsi de muliere, cui quo alio transvolaret, datae sunt alae, eidem sacramento satis esse accommodata videretur.

XII. Haec tamen quantumvis aliquo jure, ratione, atque exemplis firmare quoquo modo potuisse videretur: modeste tamen abstinuit; & ad neutram partem inclinans satis esse censuit, vel hac ex parte sublimem illam Dei genitricis excellentiam hostibus demonstrasse, & quam illa procul fuerit ab omni carnis illecebra, quae nec an mortua fuerit, posset ex divinis Scripturis ostendi, eidem insinuasse. Ceterum condonandum illi, si (quod & aliis sanctissimis atque eruditissimis viris saepe accidisse reperitur) dum ardentiori studio in hostes invehitur, vehementiori impetu in contrariam partem actus, lineam videatur aliquantulum veritatis esse transgressus. Catholica quippe Ecclesia nullam de obitu Dei genitricis dubitationem admittit; sed quam novit humanae fuisse naturae consortem, humanam pariter moriendi necessitatem expertam affirmat. Sic nec recipit quorundam sententiam, qui Simeonis oraculo persuasi, quod ei dixerat, Tuam ipsius animam pertransibit gladius; eam martyrio vitam sanctam tradiderunt (c). Et rejicit apocrypha illa, quae de illius transitu & assumptione scripta erant: decreto (d) enim Romani Concilii, cui Gelasius Papa praesuit inter apocrypha adnumeratur libellus de transitu Mariae Virginis; sed a quo ille scriptus fuerit, cum non dicatur; sine auctoris titulo illum editum fuisse existimamus; cui postea otiosus quispiam praefixerit honestum titulum Melitonis Sardenis Episcopi; qui quidem commentariolus, Bedae (e), etiam judicio refutatur: sed miratus sum vehementer Trithemium inter Melitonis lucubrationes illum adnumerasse, ac de Melitone plus sibi vendicasse, quam S. Hieronymum (f), qui illius scripta lit.

XII. Catholica veritas de S. Maria Virgine.

(c) Apud Ambros. in Luc. c. 2. apud I. sidor. de vit. & obit. sanct. c. 68. & Bed. in Luc. cap. 2. (d) Cap. Sancta Roman. dist. 15. (e) Bed. in retract. in Act. c. 8. (f) Hier. de Script. Eccl. in Mart. pta lit.

pta recensens, nihil prorsus ejusmodi numerat: cum praesertim quae in eo scripta habentur, tanto viro indignissima judicentur; quippe qui multa contineat quae Apostolorum Actis (ut notat Beda) repugnent: & quamvis in edito recentior volumine aliqua ad censuram Bedae sint emendata, multa adhuc habet fatua, delirata, atque auribus Christianis indigna.

XIII. Quod autem pertinet ad libellum illum seu epistolam (a) ad Paulam & Eustochium de assumptione beatae Mariae, Hieronymi nomine praenotatam; eam non modo non esse Hieronymi, sed nec Sophronii, cujus idem Hieronymus (b) meminit (ut aliqui existimant) judicium, omnium eruditorum appello. Videre est enim auctorem eo commentario totum esse in insectando ac impugnando dogmate Nestorii, quem longe post Hieronymi ac Sophronii tempora vixisse, nulla est dubitatio. Sed enim hic auctor post multa contra Nestorii & Eutyrii errores disputata, habet haec verba: Haec idcirco dixerim tantisper de fide incarnationis Christi, carissimae; quia, quod plures Orientalium circumvenit suis facibus obvoluit, moneri debuistis, ne suo obnubilare vos velint obscuritatis eloquio, vel Graeco turbine Latine confundere puritatem. Sed quam egregie mentiat, ex eo apparet, quod nullam atate Hieronymi de incarnatione Christi obortam haeresein, quam impugnat, esse constet: nam Apollinaris error diversae generis erat. Hinc videas manifestam hominis imposturam, qui ad promerendam fidem, Hieronymi, Paulae, & Eustochii nomina est eo opere nundinatus: sed haec clarius demonstrabunt quae paulo inferius dicturi sumus. Haec de his quae pertinent ad apocrypha scripta: quo etiam jure censenda sunt cetera, quae licet ab aliis sint relata auctoribus, non aliunde tamen quam ex dictis noscuntur esse accepta: ut quae a Nicephoro (c) in primis recensentur de palmae ramo eidem Dei genitrici morienti in victoriae signum allato; quae & in dicto libello Melitonis (d) nomine scripto leguntur.

XIV. Quae item ab ipso (e), & olim (ut ipse refert) a Juvenale Episcopo Hierosolymorum traduntur de Apostolis eodem momento collectis e diversis Orbis regionibus, Hierosolymam ad obitum ejus per aera in sublime delatis, eodem Melitonis (f) apocrypho contineri, certissimum est: quod etiam Beda (g) cognovit. Rursus etiam quae habentur (h) de miraculo facto in Judaeum, qui feretrum, quo illa ad sepulturam ferebatur, est conatus evertere, in eodem item apocrypho (i) leguntur. Sed haec cum dicimus, non sic impugnamus, quasi minime vera esse potuerint; quandoquidem non sit impossibile apud Deum omne verbum: sicut nec

(a) Niceph. lib. 2. c. 21. & lib. 5. c. 14. (b) Melit. de transf. Virg. c. 3. (c) Niceph. lib. 2. c. 22. & lib. 15. c. 14. (d) Melit. de transf. Virg. c. 4. 5. (e) Bed. in retract. in Act. c. 8. (f) Niceph. ubi supra lib. 2. c. 21. & alii. (g) Bed. in retract. in Act. c. 8. (h) Hier. de Script. Eccl. in Mart. pta lit. (i) Melit. ubi supra c. 12. 13. 14.

ob eam causam, quod ibidem (k) feratur eadem resurrexisset, & una cum corpore esse assumpta in caelum, id negamus, vel in dubium revocamus accidisse; quae praesertim Juvenalis Hierosolymorum Episcopus non ex scripto aliquo commentario, sed potius ex antiqua & veneranda majorum traditione se accepisse testatus (l) sit. Quae autem addit Nicephorus (m), occasione Thomae absentis referatur fuisse ab Apostolis Dei genitricis sepulchrum; ea quidem apud dictum Melitonem non leguntur, verum eadem ex traditione majorum a Juvenale esse relata testatur. Addiderunt alii & de cingulo eidem Thomae ab eadem Dei genitrici Mariae caelitus missio: sed quam fidem mereantur quae non tantum non in probatis antiquis auctoribus, sed nec in ipsis apocryphis scripta leguntur, quibus facile judicabit. Sic videas ipsam, quae circumfertur historia de transitu Virginis, omni ex parte vacillare, meritoque a Gelasio, Beda, & aliis eruditis inter apocrypha recensitam. Haec dixerimus ob nonnullos, qui dum apocrypha mordicus defendenda suscipiunt, nec id quod conantur efficiunt, & veris quae adstruunt, fidem derogant.

XV. Sed ostendam hoc uno exemplo in rebus ipsis de quibus agimus, quanto cum praesudicio sint apocrypha pro veris accepta. Ulfardus (n) & Ado in suis Martyrologiis, putantes scriptionem illam de transitu beatae Mariae Hieronymi esse germanam; rursusque id esse ratum in Ecclesia, quod ille sensisset, existimantes; quasi ex sententia Ecclesiae, haec in hunc modum descripta posuerunt XVIII. Kal. Septembr. Dormitio sanctae Dei genitricis Mariae: cujus sacratissimum corpus etsi non invenitur supra terram, tamen pia mater Ecclesia ejus venerabilem memoriam sic festivam agit, ut pro conditione carnis eam migrasse non dubitet: quo autem venerabile illud Spiritus sancti templum nutu & consilio divino collocatum sit, plus elegit sobrietas Ecclesiae cum pietate nescire, quam quid frivolum & apocryphum inde tenendo docere. Haec ipsi. Sed dum se apocryphum vitare putant, in deterius lapsi sunt. At unde tandem haec ab eis accepta, unde deducta? Non aliunde certe, quam ex illo non dicam tantum apocrypho libro, sed impostura, Hieronymi nomine pervulgata, vel recens a quibusdam, ut Erasmo, falso adscripta Sophronio: ibi enim haec eadem fere verba, vel quae eandem prorsus sententiam reddant, habentur: Propter cautelam, salva fide, pio magis desiderio opinari oporteat, quam inconsulte definire quod sine periculo nescitur. Haec ibi, & alia plura in eadem sententiam; ut illud supra: Quid horum verius censetur, ambigimus: anima ne

(k) Eod. lib. c. 17. 18. (l) Apud Niceph. lib. 15. c. 14. (m) Niceph. lib. 2. c. 23. (n) Ulfard. Aug. Ado cod. die. Corrigunt Ulfardus & Ado. X x 2 tan-

tantum, vel juncta corpori sit in celum recepta. Laudanda forte modestia, nisi esset labefacta mendacio. Si enim, sententia (a) Domini, qui a semetipso loquitur, mendax est; quanto magis qui falso, quo aliquam aucuparetur fidem, se se Hieronymum simulavit; ut quem constat post Nestorii vixisse tempora, tam familiariter Paulam & Eustochium allocutus videatur? Ex his itaque videas, quales sint ejus merces, quas non nisi hisce, offusas tenebris licuerit venditare, cum, sincera veritas luce gaudeat. Non enim tantum (quod ait Dominus b) qui facit veritatem, sed & qui dicit, venit ad lucem. Itaque ex his plane intelligis, quae impostor ille, quisquis fuerit, commentus est, non secundum ea quae sentiret Ecclesia, sed praeter illius sententiam conatum esse: cum alioqui magnam commeruisset laudem, si perspicue de his in eandem cum illa consensionem scripisset.

(a) Joan. 3.

(b) Joan. 8.

XVI.

Sed Ursardum & Adonem ad institutam semel orationem iterum revocemus. Unde, quaeso, vobis ista nomenclatura noviter usurpata, ut Dormitionem, non Assumptionem dicatis? cum praesertim pridie ejus diei ambo dixissetis, Vigilia Assumptionis; cur non potius vestra sententia, Vigilia Dormitionis? cur haec inconstantia sermonis? Cogor equidem cum Apostolo dicere (c): Currebatis bene; quis vos impedivit? An fortasse moti estis exemplo Graecorum, qui item Dormitionem dixerunt? Sed nec vobis ejusmodi suffragatur exemplum: cum alioqui Joannes Damascenus, & alii qui Dormitionem dixerunt, eam tamen una cum corpore, in celum esse assumptam, aperte testati sint; nec, ut vos, id affirmare dubitarent. At sane (ut liquido apparet) nihil ad haec vos impulit, nisi Hieronymi, quam putabatis, auctoritas. Hinc excusatione aliqua digni essetis, quod Hieronymi nomine decepti estis; si Romanae Ecclesiae, quod sequeremini, exemplum defuisset. An non precedebant quae sectari debuissetis, Romani Martyrologii vestigia antiquissima, in quo non Dormitio, sed Assumptio dicitur? qua voce semper Romana Ecclesia usa est, ut est videre in ordine Romano, Sacramentario sancti Gregorii, aliisque antiquis Ritualibus & Missalibus libris. Ecquid, rogo vos, sibi vult quod dum aliorum omnium recolit Ecclesia sanctorum nativitatis, nempe migrationis ex hac vita celebritatem, natalem diem nominare consuevit, vel migrationem, vel aliquando dormitionem; cum vero agit de obitu sanctissimae Dei genitricis Mariae, non natalitium, non dormitionem, nec migrationem vocat, sed Assumptionem appellat? nisi quoniam non solius animae ad Deum transitum, sed & corporis simul ejectionem voluit significare?

(c) Galat. 3.

Assumptio transitus Virginis nominatus.

re? Sicut enim cum Christi anima una cum carne caelos propria, non aliena virtute conscendit, Ascensionem vocat; ita Dei genitricis migrationem, quod non suapte virtute, sed filii gratia a mortuis resurrexerit, & in caelum evecta fuerit, proprietate loquendi maluit Assumptionem Ecclesia appellare.

Porro non hi tantum ea epistola commentitia, Hieronymi nomine scripta, vel Sophronio falso attributa, sed & alii complures eorundem auctoritate decepti sent, quod dixerint: Plus elegit sobrietas Ecclesiae cum pietate nescire, quam aliquid frivolum & apocryphum inde tenendo docere; ut inter alios auctor ille sermonis qui haecenus Augustini nomine latuit (est autem trigessimus quintus de Sanctis) sed falso: cum enim citetur ab eo Isidorus, alium ab Augustino esse auctorem, certum est: ille, inquam, eadem Hieronymi auctoritate percussus, nec verbum proferre de assumptione cum corpore ausus est. Sed dicant velim, ubinam, aut quando, vel quo saltem levi signo id quod dicunt, Ecclesia professi sit se nescire; cum alioqui, licet nullum de ea re decretum edixerit, in ipsis sacris Ecclesiasticis precibus, quas ea die publice recitare consuevit, id affirmasse saepius videatur, Versibus, Responsoriis, Antiphonis, & Lectionibus? In quam sententiam cum Patres omnes, qui de ea re egerunt aequae conspirant, & Scholasticorum (d) classis pariter consentiat, nullus remanet dubitandi de ea re locus: adeo ut perfricta frontis & procacis sit animi indicium, Ecclesiae universalis usui & tot Patrum sententia non acquiescere; maximamque omnium esse temeritatem his omnibus contradicere. Cum praesertim quae Hieronymi vel Sophronii nomine inscripta est epistola, quam refellimus, ac proinde Augustino (e) sermones de Assumptione falso adscripti, quos merito Lovaniensis schola rejicit in angulum, vel quae id genus sunt aliae apocryphorum quisquillae, quae potius detrahant, quam probent veritatem, eadem omnia alia adhuc confutentur ratione, ut manifestae arguantur falsitatis.

XVII.

Ecclesia quid professa.

Quomodo, quaeso, auctor ille, qui se Hieronymum esse mentitus est, dicit Dei genitricis sepulchrum eo tempore, quo vivebat Hieronymus, desuper terram omnibus fuisse perspicuum? Qua enim ratione Epiphanius Hierosolymis saepe versatus (ut de eo tradit Hieronymus f) se ambigere ait, an mortua fuerit, si ejus sepulchrum ob oculos omnium positum, perspicuum omnibus factum esset? Vel quomodo de eo mentionem facere Hieronymus (g) praetermississet, qui relegens cuncta Palaestinae loca quae S. Paula Roma veniens invisit, & ut taceam de Christi sepulchro, alia cuncta quae ibi erant memo-

(d) Thom. Bonavent. Antonin. Alb. Mag. Riccard. de de S. Vill. Vgo & alii omnes recentiores.

(e) Aug. serm. de sanct. 34. & 35. & tom. 9. tract. 8. & tom. 10. 83. in App. pond. edit. Lovan.

XVIII. Sepulchrum Dei genitricis incognitum. (f) Hier. ad Pam. mach. epist. sola. 61.

(g) Hier. epist. 27.

ria digna monumenta recenset, ut duodecim Patriarcharum, Josue, Eleazari filii Aaron, Elisaei, Abdiae, Michae, Joannis Baptistae, Lazari, nec non & mausoleum Helene Adiabenoruni Reginae, quae tempore Claudii populum fame laborantem pavit? Quis adduci potest, ut credat unum tantum Dei genitricis sepulchrum a Paula spectum, ut non inviserit; vel Hieronymo mente excidisse, ut non meminerit, cum praesertim agens de Gethsemani in libro de locis Hebraicis, unam tantum illic erant ecclesiam, ubi Dominus in horto oravit, affirmet, nec de contiguo eidem loco Dei genitricis sepulchro vel verbum faciat? Ex his igitur manifestior redditur hominis impostura, qui nomine ejusdem Hieronymi dictam epistolam scripsit ad Paulam, dum haec ait: *Monstratur autem sepulchrum ejus cernentibus nobis usque ad praesens in vallibus Josaphat medio, quae vallibus est inter montem Sion & montem Oliveti posita; quod dicitur, o Paula, oculis aspexisti: ubi in ejus honorem fabricata est ecclesia miro lapide tabulata, in qua sepulca fuisse. (ut scire potestis) ab omnibus ibidem praedicatur, sed nunc vacuum esse mausoleum cernentibus ostenditur.* Haec egregius ille mendaciorum concinnator: qui non ex his tantum quae diximus arguitur patet mendacii, sed etiam ex Eusebio (a) & aliis qui egerunt de locis sanctis. Constantini temporibus repertis, & aedificiis illustratis, cum nullus eorum vel levem saltem de sepulchro Virginis fecerit mentionem.

(a) Euseb. in Vit. Const. lib. 3. c. 24. & sequent. Socrat. lib. 1. cap. 13. Sozom. lib. 1. cap. 1. Theodor. lib. 1. c. 15. 16. 17.

XIX.

Quamobrem haud multum ante tempora Juvenalis, sepulchrum illud fuisse repertum ex his dictis adducimur ut credamus. Qui (b) enim loca illa intuiti sunt, eademque fideliter describere, sane testantur, post cladem Hierosolymitanam a Romanis illatam, sepulchrum Dei genitricis ruina propinquo aedificiorum sic fuisse cooperatum & obrutum, ut per gradus circiter sexaginta pateat ad illum locum descensus. Et qui nostris temporibus illuc peregrinati sunt, testantur illud in petra excisum esse, & instar sepulchri Domini, nativi lapidis coherentia loco immobiler inherere: meminit & Beda de Locis sanctis, sepulchrum Dei genitricis suis temporibus vacuum cerni in dicto loco: unde & miramur, quomodo illud dicatur (c) Constantinopolim fuisse translatum. Cum vero tandem ipsum Dei genitricis sepulchrum inventum est sine ejus corpore: ejus inventionis occasione, quod vacuum sit repertum, de ejus in celum cum corpore assumptione exhibitum est scribendi argumentum: antea autem nemo (quod repererim) ejusmodi scribendi genus attigit. Nam sicut qui fertur esse Augustini sermo, alterius potius auctoris esse putatur, ita qui Athanasii nomine inscribitur, alicui potius adscribendum existimavimus, quam Athanasio: nam cum ibi auctor multus sit in confutando Nestorii dogmate, de quo tunc esset controversia, & urgere Monothelitas conetur, plane alius ab Athanasio esse conjicitur. Si enim ea ab Athanasio scripta fuissent, Cyrillus ejusdem Ecclesiae Episcopus, & alii Patres qui Ephesino Concilio adversus Nestorium interfuerunt, & cuncta quae a sanctis Patribus scripta essent volumina, ut illius haeresim impugnarent, evolverunt, nequaquam adeo laborassent, sed nullo negotio quid de incarnatione Verbi sentiendum esset, una illa tanti Patris edita homilia, occlusissent ora omnium blasphemantium.

(b) Burshar. 1. par. c. 7. § 47.

(c) Niceph. lib. 15. c. 14. Joan. Damasc. ser. 2. de dormit. Deip. prop. fin.

Non ignoramus Glycam Siculum, recentiorum historicum, ut Athanasii hominiam illam citasse: sed cum auctor eo sermone ea conari testetur adversus blasphemias haereticorum; doceat fuisse temporibus Athanasii, vel ante, qui sicut duas naturas, ita duas personas in Christo praedicarent; & negarent Mariam matrem Dei esse dicendam: quos ibi auctor impugnat: cum alioqui sciamus Athanasium (d), quod non esset suo tempore ea de incarnatione Verbi exorta agitataque controversia (est semper eadem sententia quae in sacrosancto Concilio Ephesino postea reperitur esse decreta) non adeo explicite iisdem prorsus vocibus usum esse; quas ad excludendum penitus dogma Nestorii, Patres qui eidem Synodo interfuerunt, oportuit dilucidius declarasse. Cum tamen auctor ille post Synodum ea scripserit ex hoc ipso manifeste cognoscatur; cum secundum quod definitum fuerat in eodem Concilio Ephesino, duas praedicet in Christo naturas in una persona inconfuse, indivise, & inconvertibiliter simul unitas.

Repertum vacuum. Sepulchrum S. Mariae.

XX.

(d) Athanas. de Incarn. Ver. Citatur a Cyrillo lib. 3. ad Regim. Vid. in Concil. Ephesino. c. 5. edit. Poltan. pag. 76.

Quas quidem voces ad insinuandas naturae divinae cum carne unionis proprietates, a Patribus tunc primum inventas, nemo res illas exactius perscrutatus inficias ierit: sicut adversus Monothelitas ab eodem auctore illa apposita verba: *Duas praedicamus voluntates, sed nequaquam duos volentes, aut duos operantes, sed unum volentem secundum unitatem personae: contra, duas voluntates & duas operationes secundum peculiarem utriusque naturae rationem: hoc igitur modo incarnationis mysterium praedicantes, haereticorum blasphemias repudiamus, in quibus ipsos relinquentes transimus.* Sed quos haereticos, praeter Monothelitas, in quos agit? Doceat, si quis his refragatur, alios tempore Athanasii vel ante extitisse haereticos, qui adeo explicite negarent in Christo duas voluntates atque operationes, ut oportuerit ita distincte ab Athanasio confutari; quos & obstinate in errore persistentes, ita redargutos, in eadem haeresi mer-

XXI.

XXII.

merfos, ut desperatos ipsum (ut ait) sic opus fuerit reliquisse?

Sed & illud observa: Quidam est, quod ibidem auctor adeo detestetur dici Christum hominem Deiferum; nisi quia Nestorius primum his abusus est vocibus, quibus etiam ante Patres Nicæni Concilii, S. Basilius, & alii usi sunt, ut Theodoretus Anathematismis contra Cyrillum affirmat. Cum igitur ut Christum hominem Theophorum dicere abhorrent postea Patres, Nestorius in causa fuerit, ut pluribus docet Cyrillus in libro de Incarnatione Unigeniti, capite vigesimo-secundo, & vigesimo-tertio: necesse est affirmare, auctorem qui in dicta homilia eandem detestatus est voces, ipsum post Nestorium extitisse: cujus causa, nempe ut eius hæresis impugnetur, in quinto Cyrilli Anathematismo una cum aliis in Concilio Ephesino recepto ita definitum habetur: Si quis Christum Deiferum hominem audeat dicere, & non potius Deum secundum veritatem, &c. anathema sit. Quoniam pacto, quæso, exhorruisse potuit Athanasius dicere Christum hominem Deiferum, qui (quod minoris efficaciam est) dixerat Christum hominem Dominicum in expositione Fidei ad finem, & in sermone majori adversus Apollinarem, qui citatur in Concilio Lateranensi sub Martino Papa & martyre, secretario quinto? Quibus omnibus videas non esse Athanasium sermonis illius auctorem, sed aliquem alium qui vixit post Nestorii tempora, vigente hæresi Monothelitarum.

XXIII.

Consultus de eadem homilia quid sentiret eruditus vir Antonius Agellius, ad superiora ista addidit: Angelicas Hierarchias in ternos ordines distributas, apud neminem ex illis veteribus reperias, nisi apud solum Dionysium, cujus opera Athanasii tempore erant ignota; itaque ubi de Angelis agunt, nomina illi quidem usurpant quæ apud B. Paulum reperiuntur; Hierarchias Angelorum, ternasque distinctiones nusquam commemorant. Deinde illud me maxime permovet, quod etymologiam vocis deus leviter admodum ac pene pueriliter auctor exequitur, ut indignissimum sit eam tanto viro tribuere, sic dictam deus quasi deus. Atqui vox deus nusquam apud Græcos reperitur: dicunt enim deus cum aequalitatem significant; & deus non deus deus sed a femineo potius participio dea deducitur. Fere idem peccat, nisi etiam periculosus, in explicanda appellatione deus deus quasi de eo dicatur qui sub alio stat, hoc est, alteri sit subiectus: cum hypostasis etiam de Patre dicatur, qui sub nullo stat, cum a nemine habeat originem. Hæc ipse. Licet vero & alii viri eruditi idem sentiant: tamen quod sub nomine Athanasii, cujus extet sermo ille, nec cujus auctoris sit, possit facile demon-

strari; donec legitimus ejus scriptor inveniatur, sub nomine remaneat Athanasii in Breviario, secundum Prætoris interdictionem, Uti possidetis, ita possideatis. Hæc idcirco dixisse volumus, quod existimemus Catholicam veritatem labefactari potius, quam hisce falsis allegationibus adjuvari. Ceterum quisquis fuerit auctor ille, certe constat non ex triviti vulgarem fuisse hominem, sed plane pierate præstantem; sicut & duos illos sermones, qui Augustini nomine editi sunt, licet ipsius non sint, tamen (quod ex illis licet animadvertere, & ut est in paræmia, Ex unguibus leonem) clarissimorum Theologorum esse opus, non veremur asserere.

XXIV. Assertio de Mariæ Assumptione.

Demum ut de his dicendi finem faciamus: sicut tam ex Græcorum quam Latinorum omnium (perpaucis exceptis, qui ea epistola decepti sunt) assertionem, ita etiam ex Romanæ Ecclesiæ usu recepto firmiter constanterque asserimus ac profitemur, ipsam sanctissimam Dei genitricem Mariam una cum sacratissimo illo corpore, quo impartita est Deo carnem, in cælum esse receptam. Quod quidem haud adeo mirum vel novum videri debet; cum si cetera in illam collata pensentur beneficia, hoc levius censendum videatur, quod & aliis plurimis constat fuisse divina liberalitate concessam. Quod si Christo resurgente ex mortuis, multa subinde (ut ait Evangelista a) sanctorum corpora surrexerunt, & introjerunt in sanctam civitatem, & apparuerunt multis; quos, penetrans ille cælos, duxit secum in altum, captivam (ut est apud Paulum b) ducens captivitatem: quid, inquam, tam mirum, tam novum, ut martiri concessum sit, quod compluribus servis constat fuisse tributum? Sunt & alia innumeræ rationes, imo & sanctorum oracula Prophetarum, quæ non id suadeant solum, sed & affirmare compellant: quæ cum ab aliis pluribus sint recensita, in illis diutius non immorabimur. Hactenus de assumptione Dei genitricis Mariæ; quam quidem non sic recensuimus hoc anno, quasi affirmare velimus, hoc ipso anno esse defunctam, & in cælum assumptam; sed quod hoc anno ponatur ab Eusebio, nobisque quoniam anno certo accesserit, sit inexploratum. Sed quo tempore cepta sit celebrari in Ecclesia solemnitas Assumptionis Dei genitricis, egimus in Notationibus ad Romanum Martyrologium.

XXV. De scriptis S. Mariæ. (c) Hier. de Script. Eccl. in Ignat.

Fertur ejusdem Dei genitricis epistola ad Ignatium reddita, ejusdemque Ignatii una ad ipsam scripta, duæ vero ad Joannem Evangelistam de eadem ipsa loquentes. Sed Hieronymus (c), & alii antiquiores, qui ejusdem Ignatii recensuerunt epistolas, eas non noverunt. Traduntur & alia ab ipsa

ad alias scriptæ civitates: quas cunctas, cum careat Ecclesiæ auctoritate, non nisi in apocryphorum classem rejiciendas esse, omnes facile judicabunt.

XXVI. (a) Niceph. lib. 2. c. 23. Effigies Dei Genitricis Mariæ.

Describitur Dei genitricis effigies a Nicephoro (a) ex Epiphanio, ut ait, in hæc verba: Mores autem, formæque & statura ejus modus talis (ut inquit Epiphanius) fuit: Erat in rebus omnibus honesta & gravis, pauca admodum eaque necessaria loquens, ad audiendum facilis, & perquam affabilis, honorem suum & venerationem omnibus exhibens: statura mediocri, quamvis sint qui eam aliquantulum mediocrem longitudinem excessisse dicant. Decenti dicendi libertate adversus homines omnes usa est, sine risu, sine perturbatione, & sine iracundia maxime. Colore fuit triticum referente: capillo flavo, oculis acris, subflavus tanquam olea colores pupillas in eis habens: supercilia erant ei inflexa, & decenter nigra, nasus longior, labia florida, & verborum suavitate plena: facies non rotunda & acuta, sed aliquanto longior, manus simul & digiti longiores, Erat denique fastus omnis expertus, simplex, minimeque vultum fingens, nihil mollitiei secum trahens, sed humilitatem præcellentem colens. Vestimentis, quæ ipsa gestavit, coloris sancti contenta fuit; id quod etiamnum sanctum capitis ejus velamen ostendit. Et, ut paucis dicam, in rebus ejus omnibus multa divinitus inerat gratia. Hæc ille, qui & superius (b) Domini Jesu describit effigiem. Sed in his non immoror, cum ex pictura aliqua prototypa hæc potius descripta, quam ex viventis ipsius imagine esse videantur accepta. Ceterum alibi (c) testatur, S. Lucam Evangelistam Dei genitricis pinxisse imaginem: sed & Salvatoris effigiem ab eodem coloribus esse effigiatam, tradit Metaphrastes (d).

(b) Niceph. lib. 1. c. 40.

(c) Idem lib. 14. c. 2. & lib. 25. c. 14.

(d) Metaphr. 18. Octob. in Luca.

XXVII. Stola Pontificiæ causa Judæis negotium factum.

(e) Joseph. ant. lib. 20. c. 1.

Hoc eodem anno quadragesimo octavo, iisdemque Coss. Cuspius Fadus Judææ Procurator negotium fecit Judæis de stola pontificia, olim illis reddita, quam rursus in Romanorum Præsidium ditionem vendicare curavit. Rem gestam in hunc modum Josephus (e) describit: Accitis deinde Pontificibus, & Hierosolymitanorum primatibus, mandatum Cæsaris eis exposuit, ut talarem tunicam, & sacerdotalem stolam, quam solum summum Pontificem induere fas est, in castellum Antoniam deponerent, ut esset in Romanorum potestate, quemadmodum olim fuerat. Illi vero non audentes contradicere, rogabant tamen Fadum & Longinum (venerat & ipse Hierosolymam cum copiis, timens ne ad Fadi postulata Judæi molirentur novi aliquid) primum ut legatos sibi ad Cæsarem liceret mittere, qui ab eo petant sacra stola servanda jus: deinde ut expectetur super postulacione rescriptum illius. Responsum est,

permissuros ut legati mittantur, si prius darentur obsides: cumque promptè liberos suos dedissent: legati profecti sunt. Agrippa junior defuncti filius, qui tum forte apud Claudium agebat (ut dicimus) cognito quæ de causa venissent, rogavit Cæsarem, ut Judæis sacra stola custodiam petentibus annuere dignaretur, & Fado super hoc negotio scribere. Tum Cæsar, vocatis ad se legatis, ait se hoc eis concedere, hoc enim se illius donare precibus, cui responso talem epistolam addidit.

Claudius Cæsar Germanicus Tribunitie potestatis Coss. designatus V. Imp. X. PP. Hierosolymitanorum magistratibus, Senatui, & populo, totique Judæorum genti salutem.

XXVIII. Claudii Imp. epist. ad Judæos.

Quoniam Agrippa alumnus meus piissimus, quem ego domi educo, adduxit ad me vestros legatos, gratias agentes quod sedulo genti vestræ provideam; rogantemque emixe, ut pontificalem stolam & coronam vobis servare liceat: Concedo quod petitis, quemadmodum ante vir optimus & mihi carissimus Vitellius concesserat: vestraque voluntati annuo, primum motus pietate propria, & quia placet religiosum esse more suæ patriæ: deinde ut gratificer Herodi Regi, & juniori Aristobulo, quos & mihi devotissimos novi, & vestri studiosissimos meritoque illorum amicitiam plurimi facio. Scripsi autem de hac re & Cuspido Fado Procuratori meo per Cornelium Ceronem, Tryphonem Theudionem, Dorothæum Nathanaelis, ac Joannem Joannis filium. Datæ quarto Kalend. Jul. Rufo & Pompeio Silvano Coss. Hactenus Claudii epistola, & de stola pontificia negotium.

XXIX.

Porro litteræ Claudii in nomine Consulium & in titulo depravatæ noscuntur, dum primo Silvanus pro Silano ponitur, & Rufus pro Valerio Asiatico, qui hoc anno Consulatum gesserunt. Pompeius enim & Rufus, qui in eis ponuntur, post hæc tempora creati sunt Coss. nempe Pompeius anno nono Claudii, Rufus vero anno decimo. Cæterum constat, longe ante esse scriptam eam epistolam, nimirum cum Herodes Rex Chalcidus, cuius in ea mentio habetur, adhuc viveret; quem teste eodem Josepho, constat vita functum octavo ejusdem Claudii anno. Quod rursus se ad Cuspium Fadum scripsisse, eadem epistola Imperator significet: plane demonstrat, illam hoc anno, dum adhuc esset in magistratu & non post tres annos, cum alius (ut suo loco dicemus) Judæam procuraret, scripsisse: hoc enim vel sequenti anno missus est successor Fado Tiberius Alexander ejus Alexandri filius (ut idem Josephus (f) testatur) qui Alabarchiæ magistratum gessit Alexandriæ, omnium in ea urbe suo tempore ditissimi, qui eundem erga Deum pietate superavit filium Judææ.

(f) Joseph. ant. lib. 20. c. 3. Tiberius Alexander procurator Judææ.

CHRISTI
48.

PETRI
4.

CLAUDII IMP.
6.

desertorem paternæ religionis. Hæc cum scribat Josephus, addatque hoc tempore famem illam ingentem contigisse, quæ anno secundo (ut vidimus) Claudii facta est: quam toto cælo (ut ajunt) erret, perspicuum est.

XXX. At quoniam Alexandri Alabarchæ mentio facta est: quod pertinet ad Alabarchiæ functionem, fuit ejusmodi magistratus in Ægypto nobilis, cujus curæ commissa erat salis dispensatio, dicebaturque Alabarcha, salis præfectus. De homine hoc magistratu fungente, & Romæ statuam inter triumphales habente; sed quæ tamen utpote Judæi hominis, contemptui omnibus esset, Juvenalis (a), putatur satyricè cecinisse his versibus:

(a) Juvenalis satyrica.

Atque triumphales, inter quas ausus habere
Nescio quis titulos Ægyptius, atque Alabarches,

JESU CHRISTI
ANNUS
49.

PETRI
ANNUS
5.

CLAUDII IMP.
ANNUS
7.

I.

(c) Dio lib. 60.
(d) Act. 14. Paulus & Barnabas reversi Antioch.

Circumacto anno Domini quadragesimo octavo, qui sequitur quadragesimo nonus Consulibus (c) habuit Claudium Augustum quarto & L. Vitellium tertio: quo tempore, secundum a nobis institutum temporis ordinem, Paulus (d) & Barnabas, peracto peregrinationis suæ circulo, Antiochiam Syriæ redierunt: id Lucas his verbis narrat: *Transeuntes Paphlagoniam, venerunt in Pamphyliam: & loquentes verbum Dei in Pergen, descendunt in Attalam, & inde navigaverunt Antiochiam, unde erant traditi gratiæ Dei in opus quod compleverunt. Cum autem venissent, & congregassent Ecclesiam, retulerunt quanta fecisset Deus cum illis, & quia aperuisset Gentibus ostium fidei. Morati sunt autem tempus non modicum cum discipulis.* Hæc Lucas. Quomodo autem oborta Antiochiæ inter Fideles dissensione, Paulus & Barnabas venerint Hierosolymam, dicemus post annum sequentem, quo illorum occasione habitum fuisse Concilium Apostolorum de abolenda circumcissione, certa ratione monstrabimus.

II.

Eodem anno Romæ cum in dies ma-

S. E. C. I.
Anno Urbis 800.
Olymp.
206, an. 3.
An. Ch. 47.

ANNO PERIODI GRÆCO- ROMANÆ 5540.

© 28. A.) 10. P. 2. April. Indi. 5.

JESU CHRISTI 47. secund. Baronium 49.

Cujus ad effigiem tantum non mejere fas est, &c.

Erat (ut diximus) dictus Alexander Ægypti Alabarcha germanus Philonis Hebræi, qui sanctus est ad Caium pro Judæis Alexandrinis legatione: in cujus fortasse honorem illa erat erecta statua; nam quam Tiberius in carcere detinuerat, Causi solvit, atque honorificentissime habuit. Sed ad res gestas sub procuratore Tiberii revertamur. Hoc tempore (inquit Josephus b) Herodes Rex Chalcididis, quem dictum est impetrasse a Claudio jus in sacerdotibus & templum, Josephum Camidæ filium privavit summo pontificatu, eique succedere jussit Ananiam Nebedæi filium. Functus est autem suo magistratu Tiberius biennio, usque scilicet ad Herodis obitum; annum vero Claudii Imperatoris octavum.

De Alexandro Alabarcha.

(b) Josephus antiq. lib. 20. c. 3.

(e) Taciti lib. 11. Claudius prospicit Gentilitiæ superstitio.

gis magisque propagaretur Christiana religio, ipsaque Gentilium superstitio ea de causa nonnihil inciperet posthaberi, Claudius Imperator ex S. C. aruspicum disciplinam restituendam curavit. Id enim Tacitus (e) his verbis tradit: *Retulit deinde ad Senatum super collegio aruspicum, ne vetustissima Italia disciplina per desidiam exolesceret.* Et paulo post: *Et quia externa superstitiones valebant; & læta eadem in præsens omnia, sed benignitatem gratiam referendam: ne ritus sacrorum inter ambigua culti, per prospera obliterarentur: factum ex eo Senatus consultum, viderent Pontifices, quæ retinenda firmandaque aruspicum.* Hæc Tacitus: quem per externas superstitiones, Christianam quoque religionem in Urbe jam ante quinque annos disseminari coeptam, significare voluisse, nullus jure poterit dubitare. Cæterum non sua tantum restituere ac roborare, sed & nostra labefactare ac penitus infringere conatus est, dum una cum Judæis Christianos, qui in Urbe erant, loco expulit, ut inferius post sequentem annum dicemus.

CLAUDII IMP. 7.

[1] AD num. I. Coss. Claudius Aug. IV. & L. Vitellius III. ut docet Censorinus lib. de Die natali cap. 17. ubi ait: Ludos sæculares sextos fecit Tiberius Claudius Caesar IV. & L. Vitellius III. Coss. anno Urbis DCCC.

Inci.

JESU CHRISTI
ANNUS
50.

PETRI
ANNUS
6.

CLAUDII IMP.
ANNUS
8.

I.

(a) Josephus antiq. lib. 20. c. 3. Herodis obitus. Cumanus procuratio.

(b) Josephus de bel. jud. lib. 2. cap. 11.

(c) Josephus antiq. lib. 20. c. 3. 4.

II. Sexiti Ludis sæculares.

Sequitur ordine annus Domini quinquagesimus, A. Vitellio & L. Hispanio Coss. quo Claudio agente octavum annum in Imperio, Herodes Rex Chalcididis, Agrippæ majoris Regis germanus (ut Josephus tradit a) vita functus est, sunt enim hæc Josephi verba: *Tiberio Alexandro successit Ventidius Cumanus: quo tempore idem Herodes Agrippæ magni frater vita excessit, anno octavo principatus Claudii.* Et alibi (b): *Post obitum, inquit, Herodis, qui regnavit in Chalcide, Claudius Agrippam, Agrippæ filium, in patrii sui regno constituit. Alterius autem provinciam suscepit curam post Alexandrum Cumanus, sub quo oriri cœperunt tumultus, & denuo Judæos calamitas comprehendit. Nam exorta (c) seditione Hierosolymis, multi Judæorum desiderati sunt; cujus causam primum explicabimus. Instante Paschæ festo, per quod nostris hominibus vesci panibus infermentatis mos est, concurrentibus undique ad solemnitatem turbis plurimis, veritus Cumanus ne inde nasceretur motus aliquis, jussit cohortem unam armatam stare supra templi porticum, cohibeturam tumultum, si quis forte existeret: nam idem & alii ante illum Præfides saltitarunt festivitatum temporibus. Ejus festi die quarta, miles Ann. Eccl. Tom. I.*

Incipit hic annus Urbis die XXI. Aprilis currentis Christi anni. Quare Ludi illi anno quarto & sexagesimo post quintos ab Augusto editos exhibiti, novusque mos inductus. Augustus enim numerum sæculi Romani observavit, & post annos centum & decem Ludos sæculares celebravit, privatis Consulatus gerentibus. Claudius

quidam ostendit populo nuda genitalia: qua contumelia furentes vociferabantur, non se affectos injuria, sed ipsum Deum, quem honoraret ea celebritas: & quidam audaciores in Cumanum jactabant convitia, dicentes ab illo submissum petulantem illum militem.

His auditis Cumanus & ipse non mediocriter irritatus est; rogabat tamen ut desinerent movere seditionem festo tempore, cumque illi adeo non parerent, ut majoribus etiam impeterent eum conviciis; jubet totum exercitum cum armis convenire in Antoniam castellum templo imminens, ut supra docuimus. Vulgaris multitudo, viso adveniu militum, territa, cœpit magno impetu fugere: & cum essent angusti viarum exitus, rati a tergo hostem insequi, comprimebant se invicem inter fugiendum, & conculcabant in angustiis, ita ut perirent plurimi: viginti enim millia extinctorum illo tumultu numerata sunt: versaque in luctum festa lætita, omnes sacrificiorum & preceationum obliti, dederunt se lamentis & esulatibus: tantam cladem intulit unius militis impudentia. Hæc Josephus: licet parum sibi constans, alibi (d) numerans in compressione necatos, dicat supra decem millia hominum esse extincta. Sed quid ad hæc additum sit maxime.

II. Seditio & clades Judæorum.

(d) Josephus de bello jud. lib. 2. c. 4.

Y y

[1] Coss. Claudius Aug. IV. & L. Vitellius III. Inscriptio ponderi insculpta; apud Sponium in Miscellan. pag. 303. TIB. CLAUDIO. CÆS. AUG. IV. L. VITELIO. III. COS. Alia item ab Onuphrio allata, & in Gruteriano thesauro pag. CXIII. r. cum Claudii TR. POT. VII. COS. IV. Alia apud Reinesium Cl. II. n. 5. ubi:

TIB. CLAUDIUS. DRUSI F.
CÆSAR. AUG. GERM. PONT.
MAX. TRIB. POT. VII.
IMP. XII. P. P. COS. IV.

Fasti Idatiani, & Vindebonenses: T. Claudio IV. & Vitellio III. Oratio Neronis ad Senecam, apud Tacitum Annal. lib. XIV. cap. LVI. Nisi forte, aut te Vitellio ter Consuli, aut me Claudio præponis. Pighii sententia est, Claudium gessisse Consulatum in demortui consulis locum, qui in magistratu mortuus est, cujus Consulatus nomen ignoratur; ex K. Martii, præeunte Onuphrio, ob Inscriptiorem T. Plautium Silvanum, Eliano, ad ejus sepulcrum via Tiburtina positam suffectum consulem fuisse T. Plautium Silvanum Elianum; sed qui id fieri potuit cum multo ante K. Januarii hujus anni Claudius Consul IV. designatus esset? In errorem traxit Onuphrium Tranquilli locus in Claudii vita cap. XIV. quem Onuphrius citat ad quartum Claudii consulatum: *Tertium consulatum Claudius novo circa Principem exemplo in locum demortui suffectus, bimestrem cepit.* At Tranquillus non de quarto, verum de tertio Claudii consulatu, hæc memorat. Dio lib. LX. pag. 684. *Annus sequens Claudium IV. L. Vitellium III. Consules habuit anno Roma octingentesimo.* Censorinus de die natali cap. XVII. ubi de ludis sæcularibus: *Sextos autem fecit Titus Claudius Caesar, se IV. & L. Vitellio III. Coss. Anno (Urbis DCCC.) Plin. lib. VII. cap. XLVIII. utrisque sæcularibus ludis saltasse, & Divi Augusti, & quos Claudius Caesar consulatu suo quarto fecit.* Suetonius in vita Claudii cap. XIV. ubi de omnibus Claudii consulatibus: *Et in Vitellio Cap. II. Max cum Claudio principe, duos insuper ordinarios (L. Vitellius) consulatus consuramque gessit.* De nummis duobus in quibus legitur L. VITELLIUS. COS. III. CENSOR adeundus Spanhemius Dissert. XII. pag. 475.

li, cœptam persequens idem Josephus (a) orationem, ait:

Vix hic luctus desierat, cum aliud malum accidit: Quidam enim, qui ex illa turba fugientes evaserant, in publica via, centeno ab urbe stadio, Stephanum Cæsaris servum iter facientem aggressi sunt latrocinio, omnesque ejus diripuerunt sarcinas. Quo audito, Cumanus confestim commisit milites jussos ut vicos loco propinquos diriperent. In hac populatione miles quidam libros Mosâicos in quodam vico inventos protulit, eosque laceravit in conspectu omnium, multis debacchatus & in legem & in gentem totam convitiis. Hoc ubi ad Judæos perlatum est, facta concursu agnune magno petunt Cæsaream, in qua rum Cumanus agebat, supplicantes, ut non suam, sed læsi numinis ulcisceretur injuriam. Tum Præses veritus defectionem populi, de amicorum consilio, militem illum violatorem legis securi ferit; atque hoc modo tumultum jam repullulantem sedavit.

IV. Post hæc (b) vero inter Samaritas & Judæos oritur dissidium, inchoat talibus. Mos erat Galilæis per dies festos Hierosolymam petentibus, iter facere per Samariam. Aliquando igitur cum transirent vicum Samaritanorum ditiosis, qui Nais dicitur, in Magno campo situs, commissâ inter viatores & vicanos pugna, multi Galilæorum desiderati sunt. Id indigne ferentes eorum primates, Judæos ad arma concitaverunt, hortantes ut se in libertatem assererent: servitutem enim etiam per se molestam, tum vero fieri intolerabilem, si cum subditorum injuriis conjuncta sit. Cumque magistratus lenire eos conarentur, pollicerenturque se Cumano persuasuros, ut pœnas de cædis auctoribus sumeret: vulgus, contemptis pacificationibus, arma

corripit, adscito in auxilium Eleazaro Dinei filio: is ex professo latro, multis jam annis in montibus errans vicos Samaritanorum incendiis & rapinis vastaverat.

At Cumanus, cognitis quæ gesta fuerant, assumit Sebastenorum alam, & quatuor cohortes peditum, armatisque jam Samaritanis, contra Judæos proficiscitur: quos assecutus, multos perimit, plures vivos captos abducit. Tum vero Hierosolymitanorum primi genere atque honoribus, ut viderunt ad quantam calamitatem ventum esset, induiti sacco, & capita sparsi cinere, modis omnibus conabantur flectere multitudinem, præ oculis ei ponentes diruendam patriam, & templi incendium, liberoque cum uxoris capivos abducendos, ut profanis nationibus serviant: rogabantque ut mutato consilio, abjectis armis, quiescerent in posterum; & suas quisque domos repeterent. His verbis tandem persuasi, dilapsi sunt: latrones vero ad loca munita reversi sunt denuo, atque eo tempore unversa Judæa repleta est latronum receptaculis. Porro Samaritanorum primates Vinidium Quadratum Syriæ Præsidem, tunc Tyri agentem, conveniunt, & Judæos accusant, quod vicos eorum diripuerint, addentes se non tam egre ferre propriam injuriam, quam contemptam Romanorum potestatem, ad quorum cognitionem spectaret de injuriis provincialium decernere; nunc istos, quasi nulli essent magistratus Romanorum, vicinos infestasse incurtionibus: quamobrem nunc se venisse, ut vindictam impetrarent a Præside; hæ fuerunt Samaritanorum querelæ. Judæi contra & seditionis & pugna causam in Samaritanos transferebant, sed maxime in Cumanum qui muneribus illorum corruptus, tantam cædem dissimulante rulerit.

His auditis, Quadratus judicium distulit,

V. Quid Cumanus in Judæos.

Judæi crucifixi.

VII. Cumanus multatur exilio.

VI.

lit, dicens se prolaturum sententiam, postquam præsens apud Judæam rei veritatem exactius cognoverit. Ita tum infecto negotio, discessum est. Paulo vero post Quadratus venit in Samariam: ubi cum jussisset reos causam suam dicere, comperit Samaritanorum culpa tumultum illum excitatum. Cognito deinde quod & Judæorum quidam res novas moliti sint, in crucem egit quos Cumanus vivos ceperat. Inde profectus in vicum Lyddam instar urbis amplum, sedens pro tribunali, Samaritanorum causam audiens, didicit a quodam Samarita Dorcum Judæorum primatem cum aliis quatuor sociis Judæos ad defectionem sollicitasse: quos Præses affectis supplicio: Ananiam vero summum Pontificem, & Ananiam ducem vinctos Romam misit, ut apud Claudium Cæsarem facti sui rationem redderent: primores etiam Samaritanorum, atque Judæorum, simulque Cumanum Procuratorem, & Tribunum Celerem ire, in Italiam jussit ad Imperatorem, ut sub eo judice decerneretur de his, quas inter se habebant, controversiis. Ipse veritus ne novum aliquid Judæi molirentur, adijt Hierosolymam: ubi pacata invenit omnia, populumque occupatum patrio festo, & operantem sacrificiis: credens igitur nihil novaturos, reliquit agentes festa, & Antiochiam repetiit.

Cumanus porro & Samaritæ Romam missi, statuta die jubentur causam suam dicere: comparaverant autem favorem sibi libertorum & amicorum Cæsaris: quorum opera vicissent adversarios Judæos, nisi Agrippa junior tum Romæ degens, & Judæorum primores premi favore potentium vident, multis precibus obtinisset ab Agrippina uxore: Claudii, ut marito persuaderet, legitime causam cognoscere, & in deprehenso tumultu auctores justam proferre sententiam. Claudius igitur his Ann. Eccl. Tom. I.

III. Gesta in Judæa.

Ad num. VIII. Tacitus lib. 12. ad annum Urbis DCCC. Christi nempe LI. ait: Cum Ventidio Cumano Galilæorum natio, Felici Samaritæ parent, orta inter utrumque discordia: arsissetque, inquit, bello Provincia, ni Quadratus Syria rector subvenisset, Cumano videlicet damnato, cum Felicem in cognitionem cause in gratiam Pallantis ejusdem fratris apud Claudium libertorum potentissimi, inter judices in tribunal recepisset. Baronius in Annalibus scribit: Sed patenti erroris Josephus arguitur, dum ait, esse damnatum Romæ Cumanum, ac inde Claudium Felicem Pallantis liberti Claudii Augusti germanum missum esse in Judæam. Felix simul cum Cumano in eum Provinciam missus est, sic ea inter eos divisa, ut Felix Samariam administraret, Cumanus vero reliquam Provinciam partem. Verum ut Card. Norisio in Cenotaphiis Pisani Caji & Lucii Cæsarium Dissert. 11. cap. 15. paragrapho 13. observatum, Josephus nusquam dixit, Felicem Romam missum Cumano successorem, immo aperte lib. 2. Belli cap. 11. oppositum insinuat: siquidem cum prodidisset, Cumanum Romæ damnatum a Claudio Imp. statim ait: Post hæc Fe-

licem Pallantis fratrem misit ad Judæos, qui eorum Provinciam cum Samaria & Galilæa curaret. Agrippam vero de Chalcide in regnum majus transfudit, tradens ei illam quoque Provinciam qua Felici fuisset. Quare Felix, antequam, damnato Cumano, Judææ imponeretur, Galilæam transamnanam, quæ, teste Josepho, Jordanæ & montibus Cælesyriæ ac Philadelpiæ includitur, regebat: ac proinde in Judæam non ex Urbe, ut Baronius Josepho imponit, sed ex Galilæa transamnanam advenit. Sed hæc anno Christi LI. gesta; non vero currenti, quo eam Baronius recitat. Porro Agrippam anno Christi LII. in majus regnum translatum fuisse testatur Josephus lib. 20. Antiquit. cap. 5. ubi inquit: Post hæc anno Imperii sui duodecimo Agrippam donavit Philippi Tetrarchia, & Batanea, adjuncta his Trachonitide cum Abila, qua Tetrarchia Lybie fuerat. Chalcidem vero ei abstulit, cum jam Dynasta illius fuisset quadriennio. Quod si anno XII. Claudii Imp. jam a quadriennio Chalcidem Agrippa Junior administrabat, eo anno Christi XLIX. donatus fuerat, ut numero præcedenti monstravi.

(a) Tacit. lib. 12.

(b) Eod. lib. 12.

VIII. (c) Joseph. antiq. lib. 20. c. 5. Josephi corriguntur errores.

6 Æ C. I. ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5541.

© I. GF. D II. P. 21. April. Indict. 6.

JESU CHRISTI 48. secundum Baronium 50.

CLAUDII IMP. 8.

I. Num. I. ad VIII. Coss. A. Paulus Vitellius, & L. Vispanius. Vitellius postea imperavit.

II. Herodes Rex Chalcidis hoc quidem anno vita functus, sed Agrippæ Junioris, quem Claudius Imp. in ejus regnum evexit, anni ab anno Christi quadragesimo nono deducti, ut apparet ex Jo-

[1] Off. A. Paulus Vitellius, & L. Vispanius. Tacitus Annal. lib. XI. cap. XXIII. A. Vitellium & L. Vispanium consules nominat. L. Vitellius Paullus perperam creditur Onuphrio. Fasti Vindebonenses & Idatiani habent: Vitellio & Publicola. Prosperi Chronicon: Vitellio II. & Publicola. Pighio cognomen Publicola Vispanii, rectius Vispanii, esse Vispania gentis autumat; ac ex K. Julii suffectum A. Vitellio fuisse L. Vitellium ejus fratrem. Idem Pighius habet; C. Silium Nervam in annum insequentem fuisse designatum, sed nov. iniisse.

CHRISTI 50.

PETRI 6.

CLAUDII IMP. 8.

perthinent magistratus, quibus eruditus Josepho facile anteferet) simul cum Cumanio in eam provinciam missus est, sic ea inter eos divisa, ut Felix Samariam administraret, Cumanus vero reliquam provinciam partem; sed (ut idem auctor tradit) Cumanus a Quadrato Syriae Praeside in provincia est damnatus, simul confidente inter iudices Felice. Sed quo haec clariora reddantur, libuit hic describere eisdem Taciti verba, quae sunt huiusmodi: Interim Felix intempestivis remediis delicta accendebat, amulo ad deterrena Ventidio Cumano, qui pars provinciae habebatur; ita divisit, ut huiusmodi nationum, Felici Samaritae parerent, discordes olim, & tum contemptu regentium minus coercitis odiis. Igitur raptare inter se, immittere latronum globos, componere insidias, & aliquando praesidiis congregari, spoliisque & praedam ad Procuratores referre. Hicque primo letari: mox gliscente pernicie, cum arma militum interjecissent, caesi milites. Arripseruntque bello provinciam, ni Quadratus Syriae rector sub-

venisset. Nec diu adversus Judaeos, qui in necem militum praeruperant, dubitatum, quin capite pendis luarent. Cumanus & Felix cunctationem afferbant; quia Claudius, causis rebellionis auditis, jus statuendi etiam de Procuratoribus dederat. Sed Quadratus Felicem inter iudices ostentavit, receptum in tribunal, quo studia accusantium dedererentur. Damnatuque flagitiorum, quae duo deliquerant, Cumanus, & quae provinciae reddita. Haec tenus Tacitus sub Coss. Sulla, & Othone, anno Domini secundum initam a nobis temporis rationem quinquagesimo quarto, Ex his videas Josephum ignorante causam primariam illarum disensionum, & multos involvisse simul errores.

Hoc eodem anno (uridem Tacitus a) est auctor) iussu Claudii Imperatoris conditum est lustrum, quo censae sunt civium LXXIX. centena & XLIV. millia. Haec vero idcirco referimus, ut videas in quantae vastitatis pelagus Galilaeus piscator rete praedicationis immiserit.

IX. Lustrum cum censae (a) Tacit. lib. 11.

JESU CHRISTI ANNUS 51.

PETRI ANNUS 7.

CLAUDII IMP. ANNUS 9.

I. EVoluto ejus anni circulo, novis Coss. Pompeio & Q. Verannio, novus incipit annus, qui numeratur Domini quinquagesimus primus, Claudii vero Imp. novus: quo (ut auctor est Orosius b) edicto Claudii, Judaei Roma pulsi sunt. Id enim Josephi testimonio se scribere testatur, dum ait: Anno ejusdem nono expulsos per Claudium Urbe Judaeos, Josephus refert: Sed me (addit) magis Suetonius (c) movet, qui ait hoc modo: Claudius Judaeos, impulsore Christo (*), assil Claudio c. due tumultuantes Roma expulsi. Sed urum contra Christum tumultuantes Judaeos coerceri & comprimi iusserit, an etiam Christianos simul, velut cognatae religionis homines, voluerit expelli, nequaquam discernitur. Haec Orosius, Suetonium interpretatus, qui subobscurae scripsit, ut rerum nostrarum haud satis certus, quod in eis parum versatus esset. Quoniam vero praedicantes Apostoli fidem Christi, nullo in populo vehementius quam a Judaea gente (quod in Paulo nuper vidimus) sunt impugnati: haud dubium est, eosdem adversus Petrum Romae Evangelium

(b) Oros. lib. 7. c. 6.

(c) Suetonius in diu Judaeos, impulsore Christo (*), assil Claudio c. due tumultuantes Roma expulsi. Sed urum contra Christum tumultuantes Judaeos coerceri & comprimi iusserit, an etiam Christianos simul, velut cognatae religionis homines, voluerit expelli, nequaquam discernitur. Haec Orosius, Suetonium interpretatus, qui subobscurae scripsit, ut rerum nostrarum haud satis certus, quod in eis parum versatus esset.

(*) Christo. Quoniam vero praedicantes Apostoli fidem Christi, nullo in populo vehementius quam a Judaea gente (quod in Paulo nuper vidimus) sunt impugnati: haud dubium est, eosdem adversus Petrum Romae Evangelium

IV. Ad num. IX. Lustrum, quod ordine LXXIV. fuit, hoc quidem anno conditum, ut docet Tacitus lib. 11; sed Censuram vel anno Christi XLV. ut Eusebius, vel XLVI. ut Cassiodorus in Chronicis, inchoatus. Plinius lib. 10. cap. 2. ait, Phoenicem allatum esse in Urbem, Claudii Principis Censura, anno Urbis DCCC. quod & Solinus cap.

lium praedicantem: illudque in dies magis inter Gentiles etiam propagantem, turbas saepius concitasse; rursusque alios Christianae religioni studentes, eisdem fortiter resistisse. Sicque invicem altercantibus, assiduisque concertationibus dissidentibus, quod Christi fidei occasione concitatae sunt turbae; Christo impulsore factum esse, Suetonius existimavit: ratus nimirum, eos qui Christi fidem sectarentur, a Christo ad id esse persuasos, quem & sub Pilato in crucem actum, ac post mortem rursus vivere, ejus sectatores praedicarent. Ceterum non tantum Suetonio auctore, quem citat, exploratum habetur, Judaeos a Claudio Roma esse expulsos; sed & Lucae Evangelistae testimonio id firmiter comprobatur, ac certum redditur Christianos etiam, qui ex Judaeis Christi fidem sectati essent, ex Urbe procul abire iussos esse. Dum enim agit de Pauli adventu Corinthum, meminit de Aquila Pontico, Judaeo genere, sed fide Christiano: quem dicit nuper venisse ex Italia cum uxore Priscilla, eo quod (d) praecipisset Claudius discedere omnes Judaeos a Roma.

(d) Act. 18.

35. prodit, ideoque anno antecedenti. Secundo quia Claudius in Nummis & Inscriptionibus dicitur Censor, quando gerit Tribunitiam potestatem VII. anno scilicet antecedenti. Denique Censura ab Augusto & Vespasiano peracta aliquot annis lustrum praecessit.

CHRISTI 51.

PETRI 7.

CLAUDII IMP. 9.

II. De tempore ex-pulsionis Judaeorum ex urbe (a) Beda de sex aetat. Ado in Chron. Marian. Scot. lib. 2. & alii. (b) Panvin. in Fastis.

(c) Idem. in Fastis.

Petrus re-dit Jero-solymam.

(d) Act. 15.

S. E. C. I. Anno Urbis 802. Olymp. 207. an. 1. An. C. 49.

Quod vero ad tempus pertinet: quopotissimum anno ejusmodi adversus Judaeos fuerit promulgatum edictum, antiquiores omnes (a), quos viderim, Orosio assentientes, factum id tradunt hoc ipso anno nono Claudii imperantis. Quae autem ratione ex recentioribus quidam (b), & is quidem primus, adversus omnium sententiam dicere sit ausus id accidisse anno sexto ejusdem Principis, non invenimus; cum ejusdem Evangelistae testimonio apertissime redarguatur, dum Aquilam & Priscillam nuper dicit ex Italia occasione Claudii edicti recessisse, & Corinthum venisse. Quomodo ergo anno sexto Claudii, Judaei Roma sunt pulsi, si ejus occasione, qui cum ceteris Urbe ejecti sunt, Aquilam & Priscillam nuper ex Italia Corinthum appulisse Lucas testatur, & quidem (ut ponit) post adventum Pauli Corinthum, quem non ante nonum annum Claudii accidere potuisse, nec ipse negat? Quae, inquam, ratione anno sexto Claudii Judaeos Roma pulsos esse tradit, si hoc anno nono Claudii (ut ait c) Paulus Corinthum veniens, Aquilam & Priscillam invenit illuc nuper (quod ait Lucas) ejus edicti occasione, ex Italia esse profectos? Haec itaque licet satis superque confutata habeantur; tamen & ex his quae proxime dicturi sumus de tempore quo celebratum est ab Apostolis Hierosolymitanum Concilium, magis perspicua fient.

III. Expulsus vero fuisse cum ceteris Judaeis Romae commorantibus etiam Petrum apostolum (nisi alia aliqua occasio inde eum ante abduxerit) nulla est dubitatio: quem hoc ipso anno Hierosolymorum interfuisse Concilio, Lucae testimonio (d) exploratum habetur. Nam quod ait S. Leo in Natali Apostolorum, Petrum nonces-

sisse Claudio vel Nerone; non sic accipiendum est, ut edicto cum aliis pulsus, illi haud acquiescendum putarit; sed quod potius, dum Romae mansit, illis licet invitis, Evangelium intrepide praedicavit. Metaphrastes (e) si qua tamen fides adhibenda est illi sine majorum auctoritate loquenti) tradit, Petrum, cum Roma recessisset, in Africam navigasse, & Carthaginensem erexisse Ecclesiam, ac ibidem reliquisse Crescentem discipulum, qui illam administraret: inde Alexandriam concessisse, erectaque Ecclesia Alexandrina, ibique Marco instituto Episcopo, ac Thebis Rufo, Hierosolymam profectum esse.

(e) Metaphr. die 29. Junii.

Sed jam de ipso Hierosolymis congregato Concilio agamus. Causam vero qua istiusmodi Concilium fuerit ab Apostolis celebratum, Lucas (f) his verbis sic explicat: Quidam descendentes de Judaea, docebant fratres: Quia nisi circumcidamini secundum morem Moysi, non potestis salvari. Facta ergo seditione non minima Paulo & Barnaba adversus illos, stantuerunt ut ascenderent Paulus & Barnabas, & quidam alii ex aliis ad Apostolos & presbyteros in Hierusalem, super haec quaestione. Illi ergo deducti ab Ecclesia, pertransierunt Phoenicem & Samariam, narrantes conversionem Gentium: & faciebant gaudium magnum omnibus fratribus. Cum autem venissent Hierosolymam, suscepti sunt ab Ecclesia, & ab Apostolis & senioribus. Haec tenus Lucas de causa ejus habendi conventus; cetera autem postea: Quinam hi fuerint, qui ejusmodi ceterunt turbas, & de circumcidendis Gentilibus, qui Christo credidissent, acerrime altercarentur; ut cognoscantur, non ineptum est Epiphanium (g) citare, atque talia docentem in medium adducere: ait enim, antesignanum horum omnium fuisse Ceryn-

IV. (f) Act. 15. De Concilio Hierosolymitano.

(g) Epiph. haeres. 28.

CLAUDII IMP. 9.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 1542.

○ 2. E. 21. P. 6. April. Indict. 7.

JESU CHRISTI 49. secundum Baronium 51.

[1] A. D. num. I. Coss. C. Pompeius Gallus, & Q. Verannius, ex Solino cap. 2.

[2] Coss. C. Pompeius Gallus, & Q. Verannius. Calendarium Antiatinum: Q. VERANIO. A. POMPEIO GALLO. COS. Tacit. Annal. lib. XII. cap. V. C. Pompeio, Q. Verannio Coss. Frontinus de aquaeductibus: Q. Veranio & Pompeio Longo Coss. Fasti Vindebonenses: Veranio & Gallo. Prosperi Chronicon: Veranio & Gallo. Idatiani: Veriano & Gallo. Suffectos fuisse hoc anno mense Majo putat Pighius L. Memnium Pollionem & Q. Allium Maximum; quod Tacitus Annal. lib. XII. cap. IX. habeat, designatum consulem Memnium Pollionem hoc anno fuisse. Hujus autem Consulis nomen, inquit Pighius, prodit inscriptio ad Fanum Fortunae reperta, ubi legitur:

X. KAL. JUN. L. MEMMIO POLLIONE. Q. ALLIO. MAXIMO COS.

ynthum hæresiarum, qui & ipse adversus Paulum & Barnabam, quasi legem propugnaturus, Hierosolymam petiit: sunt vero hæc Epiphanius verba:

v. Molitiones Cerinthi.

(a) Galat. 2.

(b) Galat. 2.

(c) Galat. 5.

(d) 2. Cor. 11.

(e) Philastr. de hæres. c. 37.

VI. De tempore Concilii Hierosolymitani.

(f) Galat. 2.

Verum hæc tunc quidem tractata sunt ac commota a dicto pseudoapostolo Cerintho: quemadmodum etiam alias seditionem tum ipse tum socii ejus excitaverunt in ipsis Hierosolymis (a), cum Paulus rediit cum Titio: & hic dixit, quod viros præputiatos secum adduxisset, & de hoc facto protulit: Inquietavit, inquit, locum sanctum. Quapropter etiam Paulus dicit (b): Sed neque Titus qui mecum erat, cuius esset Gentilis, compulsus est circumcidi; sed propter subintroductos falsos fratres, qui subintroverunt explorare libertatem nostram, quam habemus in Christo Jesu: ut nos in servitutem redigerent. Quibus neque ad bonam cessimus subjectioni, ut veritas Evangelii maneat apud vos. Et præputiatis præcipiens, dixit (c): Si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit: & inferius (d): Antiochia, & in aliis locis hi pseudoapostoli prædicabant: Nisi circumcisi fueritis, & legem Moysi servaveritis, non poteritis salvari. Tunc non vulgaris turbatio facta est, velut dictum est. Et hi sunt qui a Paulo dicti sunt pseudoapostoli, operarii subdoli, transfigurantes se in Apostolos Christi. Hæc Epiphanius. Hoc ipsum Philastrus (e), sic dicens: Hic sub Apostolis quæstionem seditionis commovit, dicens debere circumcidi homines: cujus causa contra ipsum & hæresim ejus decreverunt de suis Actibus Apostoli sententiam, non debere jam homines Judæismo, id est, circumcissioni, aliisque talibus superstitionibus vanæ parere carnalibus, qui de Gentibus venientes credebant in Christum Dominum nostrum Salvatorem. Hæc Philastrus.

Sed antequam de his quæ in eodem Apostolorum Concilio Hierosolymis acta sunt, narrationem instituamus; illud in primis pervestigandum nobis est, quo potissimum anno illud fuerit celebratum; & quæ ratio reddi possit, ut hoc anno illud coactum fuisse dicamus. Hoc ut intelligamus, illud scire debemus, cum Epiphanium, tum Hieronymum, ac denique omnes Ecclesiasticos tractatores absque ulla controversia pro constanti habuisse, hunc ipsum Pauli adventum Hierosolymam, ejus (ut vidimus) Lucas in Actis meminit, illum ipsum esse, de quo idem Paulus ait, scribens ad Galatas (f): *Deinde post annos quatuordecim iterum ascendendi Hierosolymam cum Barnabâ, assumpto Titio. Descendi autem secundum revelationem, & contuli cum illis Evangelium, quod prædico in Gentibus, seorsum autem ab illis qui videbantur aliquid esse; ne forte in vacuum currerem, aut currissem.*

Cum enim eadem intercesserit causa, nempe de abolenda circumcissione tractatio; & eodem loco eadem personæ interfuisse dicto conventui, nimirum Petrus, Jacobus, Paulus, & Barnabas, tum a Luca, tum a Paulo narrantur, qui etiam Joannem addit: nulla superest dubitatio, de uno eodemque Concilio Paulum & Lucam esse locutos. His in hunc modum stabilitis, quærendum remanet, a quo tempore illi numerandi sint quatuordecim anni, post quos Paulus se Hierosolymas ascendisse testatur; an a tempore ipsius Pauli conversionis, cujus antea ipse meminit (g); an vero post triennium a sua vocatione, quando (ut ait) Hierosolymam venit. Equidem ratio suadet, dictum annorum numerum inchoandum esse a suæ vocationis tempore; sicut etiam illud triennium quod dixit, ab eodem tempore esse numerandum, omnes æque consentiunt: hujusque sententiæ Beda (b) & alii eum secuti, fuerunt. Si igitur a sui conversione elapsos dicit annos quatuordecim, cum Hierosolymam ex ea causa venit; constetque ex his quæ superius dicta sunt, ipsum Paulum ad Christum esse conversum anno Domini trigésimo sexto; dicere opus est, hoc ipso anno, qui numeratur ab ejus conversione decimus quintus, expleto jam (ut vult) decimo quarto, ipsum Hierosolymam concessisse.

VII. De tempore adventus Pauli Hierosolymam.

(g) Galat. 1.

(b) Beda in Act. cap. 15. Glos. ordin. & a. lii.

Cæterum quoniam S. Hieronymus (i) aliam videtur iniisse ejusdem annorum numerationem; existimans principium numeri deducendum ab illo exacto triennio, sicque ea assertione dicendum, dictum Concilium celebratum esse anno a Christo nato quinquagesimo quarto, Claudii duodecimo, decimo septimo a Pauli conversione; ut ipse numerat: an autem hæc possint aliqua ratione subsistere, exactiori studio exquirendum putamus. Si dixerimus post annos decem & septem, ex quo a Domino vocatus est Paulus, Concilium esse Hierosolymis celebratum, sicque anno Domini (ut dictum est) quinquagesimo quarto, Claudii vero duodecimo: cum constet Claudium regnasse tantummodo annos tredecim, menses octo, & dies viginti: quoniam modo cuncta quæ recensentur a Luca ab hoc Actorum capite decimo quinto usque ad vigesimum primum, quo Paulus vinculis alligatus describitur, quod contigisse sub Nerone, suo loco dicemus; quo modo, inquam, tot Pauli res gestæ quinque annorum spatium consummari potuerunt? cum præsertim ejusdem Lucæ (h) testimonio constet, post hæc acta Hierosolymis, ipsum permanisse Corinthi anno, cum dimidio, rursusque tres annos egisse Ephesum; quod ejusdem Pauli (i) assertione, id ipsum Ephesum pro concione in memoriam revocantis, exploratissimum habetur. His igitur compulsis rationibus,

VIII.

(i) Hier. in epist. ad Galat. c. 2.

Sententiâ S. Hieronymi examinatur.

(h) Act. 18.

(i) Act. 20.

a Hieronymi sententia recedere cogimur, ac cum aliis affirmare, quatuordecim illos annos, post quos idem Apostolus, se Hierosolymam venisse tradit, non ab illo exacto triennio numerandos esse, sed ab ipsius vocatione: ita ut ab eo tempore usque ad adventum ejus Hierosolymam ad Apostolos, non anni decem & septem (ut idem vult S. Hieronymus) sed tantum quatuordecim intercesserint. Cæterum si magis placet ejusdem S. Hieronymi sententiam sequi, & velimus, (quod apud omnes in confesso est) hoc anno habitum esse Concilium Apostolorum: tunc opus est ad primum annum post Domini Ascensionem revoces S. Pauli conversionem, & triennium illud, cujus meminit in epistola ad Galatas, non consummatum, sed tantum inchoatum intelligas, atque pariter quatuordecim ipsos annos non exactos, sed tantum cæptos, opus est numeres ab eo tempore usque ad annum præsentem, quo idem est celebratum Concilium. Sit igitur in Lectoris arbitrio, quam velit sententiam sequi. Hæc de his quæ ad tempus pertinent, fati.

IX.

(a) Act. 15.

(b) Galat. 2.

Illud insuper, antequam de rebus in Synodo gestis agamus, perquirere, hæc otiosum erit: unde scilicet acciderit, ut cum jam divisos per Orbis provincias Apostolos fuisse constet, eisdem hoc anno Hierosolymis statuto Concilio interfuisse Lucas (a) testari videatur, cum ait: *Conveneruntque Apostoli & seniores videre de verbo hoc.* Sed illud primum monendum, non haberi certum omnes illic præsentem fuisse Apostolos, sed tantum Petrum, Paulum, Joannem, Jacobum, & Barnabam, qui nominantur. Immo cum idem Paulus (b) Apostolus illud dicat: *Jacobus, Cephas, & Joannes, qui videbantur columna esse, dexteram dederunt mihi & Barnabæ societatis;* nec præter hos aliquem alium nominet Apostolorum; a quibus, si interfuissent, idem pacis symbolum accepisset (nam nullum erat inter Apostolos schisma; ut quod hi fecissent, reliqui agere detrectarent) facile eo adducimur, ut credamus, nominatos tantum Apostolos dicto sacro conventui interfuisse. Quod autem ad eos, qui recensiti fuerunt, Apostolos spectat: Jacobum, quod esset institutus Hierosolymorum Episcopus, Josephi Judæi auctoritate, Hierosolymis consedisse, exploratum habetur. De Joanne, quem Ephesum migrasse dictum est, inde Hierosolymas adventisse, hæc magnum negotium fuit. De Petro vero, intelleximus eum necessitate ipsa coactum, Romam recedere debuisse.

X.

(c) Galat. 2.

Verum hac in re quod accidit Paulo, id etiam ceteris evenisse putamus: Paulus (c) enim scribit, quod revelatione ante admonitus, Hierosolymam venerit: *As-*

scendi, inquit, secundum revelationem. Par est enim credere, Petrum ac Joannem, & si qui alii longe abfuissent, eodem momente divino Spiritu, Hierosolymam petiisse. Si enim filii Israel (quod habetur in libro Numeri d) non nisi ad imperium Domini proficiscerentur, & ad imperium itidem Dei figebant tabernaculum: quomodo eos non magis quos Spiritus sanctus impleverat, eodem moderante atque regente Spiritu, iter agere, loco sistere, ire ac redire consuevisse dixerimus? Tractanda siquidem erat omnium gravissima causa; An scilicet una cum Evangelio Lex quoque servanda esset, ut qui ex Gentilibus ad Christianam religionem se transferrent, ex Legis Hebraicæ præscripto circumcidi deberent, & aliorum legalium observatione obligari. Ad erant (ut vidimus) pseudoapostoli pro lege Moysi acerrime concertantes, & partem adversam strenue oppugnantes. Apostolico igitur hæc erant discutienda confesso, definienda consensu, atque auctoritate firmanda.

(d) Num.

XI.

Quoniam vero complures Judæorum, qui Christi fidem suscepissent, paternæ legis & avitarum æmuli traditionum, iis qui Moysi legi patrocinerentur, studuisse potius vili sunt: idcirco eodem divino Spiritu suadente, seorsum ab illis de his agere, consultius, ad vitandas contentiones, Paulus (e) æstimavit: ne forte (inquit Hieronymus f) Fidelibus, qui ex numero Judæorum Legem putabant servandam esse, & sic credendum in Dominum Salvatorem, fidei scandalum nasceretur. Adversus quos adeo obniti visus est Paulus, ut (quod ait) nec ad horam hujusmodi legali subjectioni sibi cedendum esse putaverit: cui & cæteros annuisse Apostolos, certum est: nam quem secum duxit, Titus (g) Gentilis homo sic in præputio susceptus est, ut nequam circumcidi compulsus sit.

(e) Galat. 2.

(f) Hieron. in epist. ad Galat. c. 2.

XII.

Jam vero ipsa Synodica Acta, quæ Lucas scriptis consignata reliquit, inspiciamus: ipse enim in primis causam ejusmodi cogendi conventus præmittens, sic ait (b): *Cum venissent Hierosolymam Paulus & Barnabas, suscepti sunt ab Ecclesia, ab Apostolis, & senioribus, annuntiantes quanta fecisset Deus cum illis. Surrexerunt autem quidam de hæresi Pharisæorum, qui crediderunt, dicentes: Quia oportet circumcidi eos; præcipere quoque servare legem Moysi. Conveneruntque Apostoli & seniores videre de verbo hoc. Cum autem magna inquisitio fieret, surgens Petrus dixit ad eos: Viri fratres, vos scitis quoniam ab antiquis diebus Deus in nobis elegit per os meum audire Gentes verbum Evangelii, & credere. Et qui novit corda Deus, testimonium perhibuit dans illis Spiritum sanctum, sicut & nobis,*

(b) Act. 15.

Concilium Apostolorum.

CHRISTI
51.

PETRI
7.

CLAUDII IMP.
9.

& nihil discrevit inter nos & illos, fide purificans corda eorum. Nunc ergo quid tentatis Deum, imponere jugum super cervicibus discipulorum, quod nec patres nostri, neque nos portare potuimus? Sed per gratiam Domini Jesu Christi credimus salvari, quemadmodum & illi. Haec sententia, quam primus, ut Princeps Apostolorum, dixit, immo rem ipsam, sui prerogativa suffragii visus est definisse. Nam (quod ait Hieronymus (a) scribens ad Augustinum) in sententiam ejus Jacobus Apostolus & omnes simul presbyteri transferunt, nec servandam ab illis esse circumcisionem, neque cetera quae pertinent ad legem Moysi, aequae omnes fenserunt.

(a) Hieron. epist. 89.

XIII. Praeceptum de suffocato. (b) Genes. 9.

Præceptum namque abstinendi a carne cum sanguine, quod Jacobus addidit, non Judæis privatim, sed gentibus omnibus, mox ut Noe egressus ex arca est, a Deo est imperatum (b). Quod vero ad reliquorum immundorum esum spectat: quoniam (ut dictum est superius) per eas Gentes significatae erant; cum eadem ad Ecclesiam, Domini voluntate, essent admittæ; nulla amplius habenda erat ratio animalium immundorum, quod jam impleta figura omnino cessasset. Unde & apud Midrasitelin in explicatione illius versus Psalmi, Dominus solvit compeditos, futurum esse dicitur, ut adveniente Messia, Hebraei cibos omnes absque delectu comesturi sint.

XIV. Decreta legatio ad Antiochenos.

Sed quid post hæc factum sit, prosequitur Lucas: Petro ea locuto, Tacuit, inquit, omnis multitudo, & audiebant Barnabam & Paulum narrantes quanta Deus fecisset signa & prodigia in Gentibus per eos. Et postquam iacuerunt, respondit Jacobus, dicens: Simon narrauit quemadmodum primum Deus visitavit sumere ex Gentibus populum nomini suo. Et huic concordant verba Prophetarum, sicut scriptum est: Post hæc revertar, & reedificabo tabernaculum David, quod decidit, & diruta ejus reedificabo, & erigam illud: ut requirent ceteri hominum Dominum, & omnes Gentes super quas invocatum est nomen meum, dicit Dominus faciens hæc. Notum a saeculo est Domino opus suum. Propter quod ego judico, non inquietari eos, qui ex Gentibus convertuntur ad Deum: sed scribere ad eos ut abstineant se a contaminationibus simulacrorum, & fornicatione, a suffocatis, & sanguine. Moyses enim a temporibus antiquis habet in singulis civitatibus qui eum prædicent in Synagogis, ubi per omne sabbatum legitur. Hæc Jacobus. His auditis, placuit (ut Lucas ait) Apostolis & senioribus cum omni Ecclesia, eligere viros ex eis, & mittere Antiochiam cum Paulo & Barnaba Judam, qui cognominabatur Barsabas, & Silam, viros primos in fratribus, scribentes per

manus eorum: epistola autem fuit ejusmodi.

Apostoli & seniores fratres, his qui sunt Antiochia, & Syria, & Ciliciae fratribus ex Gentibus salutem. Quoniam audivimus, quia quidam ex vobis exeuntes, turbaverunt vos verbis, everientes animas vestras, quibus non mandavimus: placuit nobis collectis in unum, eligere viros, & mittere ad vos cum carissimis nostris Barnaba & Paulo, hominibus qui tradiderunt animas suas pro nomine Domini nostri Jesu Christi. Misimus ergo Judam & Silam; qui & ipsi vobis verbis referent eadem. Visum est enim Spiritui sancto & nobis, nihil ultra imponere vobis oneris quam hæc necessaria: ut abstineatis vos ab immolatis simulacrorum, & sanguine, & suffocato, & fornicatione: a quibus custodientes vos, bene agitis. Valete. Haec litteræ Apostolicæ ex Concilio Hierosolymitano: quod, ea data epistola, absolutum fuisse, Lucas; qui ad res Antiochenas vertit stylum, significare videtur.

XV. Epistola Apostolorum.

Ceterum Paulus ad Galatas (c) scribens addit, ejusdem Concilii decreto sibi & Barnabæ esse injunctam prædicationem, ac patrocinium Gentium, Petro autem, Jacobo, & Joanni relictam curam illorum qui ex circumcisione ad fidem venissent: id enim idem Paulus his verbis testatur (d): Cum vidissent, quod creditum est mihi Evangelium præputii, sicut Petro circumcissionis (qui enim operatus est Petro in Apostolatam circumcissionis, operatus est & mihi inter Gentes) & cum cognovissent gratiam quæ data est mihi, Jacobus, & Cephas, & Joannes, qui videbantur columna esse, dexteram dederunt mihi & Barnabæ societatis: ut nos in Gentes, ipsi autem in circumcissionem: tantum ut pauperum memores essemus. Quod etiam sollicitus fui hoc ipsum facere. Hæc Paulus, qui & ipse post hæc de rebus Antiochiæ gestis narrationem instituit.

XVI. (c) Galat. 2. Distinctio Apostolatuum.

(d) Ibidem.

Verum antequam ad ea transeamus; in elucidandis nonnullis quæ in dicto conventu vidimus esse peracta, paulisper necesse est immorari. Ac primum in eo quod spectat ad præceptum de suffocatis non edendis: ea verba fuisse postmodum superaddita, non vero ab Apostolis tradita seu posita, quorumdam antiquorum fuit sententia. Hinc Irenæus (e) in primis eundem locum Actorum bis citans, semper suffocatum prætermittit, sed aliud addit, dicens: Placuit Spiritui sancto & nobis, nullum amplius vobis pondus imponere, quam hæc quæ sunt necessaria: ut abstineatis ab idololatriis, & sanguine & fornicatione: & quæcumque non vultis fieri vobis, aliis ne faciatis: a quibus vos custodientes, bene agitis, ambulantesque

XVII. (e) Irenæus lib. 3. c. 12. De præcepto suffocato.

CHRISTI
51.

PETRI
7.

CLAUDII IMP.
9.

in Spiritu sancto. Hæc ipsa itidem paulo superius cum eodem additamento de non faciendo alteri quod quis fieri sibi non vult. Ceterum quod pertinet ad suffocata: Tertullianus (a) in eundem ferme modum, exceptis scilicet dictis verbis sic legit: Visum est Spiritui sancto & nobis, nullum amplius vobis adjicere pondus, quam eorum; a quibus necesse est abstinere, a sacrificiis, & a fornicationibus, & sanguine: a quibus observando, recte agitis, vestante vos Spiritu sancto. Cyprianus (b) item in eundem pene modum, his verbis: Abstinet vos ab idololatriis, & sanguinis effusione: & fornicatione. Pacianus (c) antiquus Theologus, & ipse ita legens, inde sic ait: Hæc est novi Testamenti tota conclusio. Despectus in multis Spiritus sanctus, hæc nobis capitalis periculi condicione legitur, &c.

(a) Tert. de pudic. c. 12.

(b) Cyprian. ad Quirin. li. 3. in fine. (c) Pacian. de patient. & Confess.

XVIII. (d) Ambros. in epist. ad Gal. c. 2. Additamentum ex interpretatione.

Reperitur & eadem lectio apud Ambrosium (d), apud quem & hæc leguntur: Hæc tria mandata Josephæ Græcorum non intelligentes, scientes tamen a sanguine abstinendum, adulterarunt scripturam, quantum mandatum addentes, & a suffocato observandum: quod puto nunc Dei nutu intellecturi sunt, quia jam supra dictum erat quod addiderunt. Hæc ille. Gaudentius Episcopus Brixianus, in tractatu de Machabæis, ea verba, Et suffocato, adjecta esse per interpretationem, significare videtur, dum ait: Beatus Jacobus cum cæteris Apostolis decretum tale constituit in Ecclesiis observandum: Ut abstineatis vos, inquit, ab immolatis, a fornicatione, & a sanguine, id est, a suffocatis. Cur autem hæc potissimum ab Apostolis sint prohibita, pluribus idem prosequitur. Rursum etiam Augustinus, (e) illa de suffocatis esse adjecta per interpretationem, affirmare videtur, dum ait: In Actibus Apostolorum hoc lege præceptum ab Apostolis, ut abstinere Gentes tantum a fornicatione, & ab immolatis, & sanguine; id est, ne quicquam ederent carnis, cujus sanguinis non esset effusus: quod alii non sic intelligunt, sed a sanguine præceptum esse abstinendum, ne quis homicidio se contamine.

(e) Aug. contra Faust. li. 3. c. 23.

XIX.

(f) Tertul. in Apolog. c. 9. Abstinentia a sanguine.

At Græci semper eo modo legisse reperuntur, prout etiam nunc habet communis Editio Latinorum cum verbis illis: Et suffocato. Quinetiam usu receptum fuisse viderur olim in Ecclesia, ut Fideles ab esu sanguinis abstinere; unde Tertullianus (f) hæc ait adversus Gentes: Erubescat quidem sanguinem in esculentis habemus: qui propterea quoque suffocatis & morticinis abstinemus, ne quo sanguine contamini, vel intra viscera sepulto. Denique inter tentamenta Christianorum, botulos etiam crucore distentos admoventis. Hæc Tertullianus. Ann. Eccl. Tom. I.

tullianus. Blandina martyr apud Eusebium (g) hæc in Gentiles: Multum erratis, o viri, quod putetis infantium carnibus vesti eos, qui ne mutorum quidem animalium sanguine utuntur. Et Minutius Felix quoque in Octavio hæc in eandem sententiam: Nobis homicidium nec videre fas, nec audire: tantumque ab humano sanguine cavemus, ut nec eduliam pecorum sanguinem in cibum noverimus.

(g) Euseb. hist. lib. 5. c. 11.

Sed qua ex causa sint iussi Gentiles æque ac Judæi a sanguine abstinere: illa assertur potissima: nimirum, ut aliquo, licet in re levissima, remanente usu legalium, Judæi ac Gentiles in unum Christum, lapidem angularem; facilius nequerentur. Origenes (b) vero contra Celsum agens, hanc adducit causam: Suffocata, inquit, fuerunt sanguine non expresso de mortuo: quæ utique demonum esse afferunt cibum, ut ex ejus nidore hi pascuntur; hæc idcirco prohibet sermo, ne in cibum sumantur, ne forte demonum cibus emuriamur; proinde ne nobiscum istiusmodi spiritus coalantur, si suffocatis vescamur. Hoc licet commentum sit: tamen quoniam penes Gentiles ea opinio invaluerat, ut sic omnes crederent; jure ac merito, ut idololatriæ quoddam symbolum ab Apostolis una cum prædictis suffocata fuisse vetita, ipse putavit Origenes: qui inter Gentiles versatus, & in Gentilem hominem rerum illarum peritissimum hæc cum scribat; non quæ essent risu digna & aperti arguenda mendacii (ut fuissent, si quæ apud ipsum, ceterosque Gentiles adversus quos omnes commentarios illos elaborabat, aliquid habuissent dubitationis eum scriptis consignasse, par est credere.

XX.

(b) Origen. contra Cels. lib. 8. Ratio abstinentiæ a suffocatis.

Augustinus (f) contra Faustum cum non ex verbis ipsis, sed potius ex interpretatione (quod diximus) Christianos a suffocatis ea ratione abstinuisse dixisset; hæc in priorem sententiam addit: Et si hoc tunc Apostoli præceperant, ut ab animalium sanguine abstinere Christiani, ne præfocatis carnibus vescerentur: elegisse mihi videntur pro tempore rem facilem, & nequaquam observantibus onerosam, in qua cum Israelitis etiam Gentes, propter angularem illum lapidem duos parietes inter se condentem, aliquid communiter observarent: simul & admonerentur, in ipsa arca Noe, quando Deus hoc iussit, Ecclesiam omnium Gentium fuisse præfiguratum: cujus facti propheta, jam Gentibus ad fidem accedentibus, incipiebat impleri. Tum sancto viro illo tempore, quo illi duo parietes, unus ex circumcisione, alter ex præputio venientes, quamvis in angulari lapide concordarent, tamen suis quibusdam proprietatibus distinctius eminebant. At ubi Ecclesia Gentium talis effecta est, ut in illa nullus Israelita carnalis appareat: quis jam hoc Christianus observat, ut tur-

XXI. (f) Aug. contra Faust. li. 3. c. 23.

dos vel minores aviculas non attingat, nisi quarum sanguis effusus est? aut leporem non edat, si manu a cervice percussus, nullo cruento vulnere occisus est? Et qui forte pauci adhuc tangere ista formidant, a ceteris irridentur. Hæc Augustinus.

XXII.

Ceterum non apud omnes ipsius Augustini tempore exoleverat ejusmodi usus abstinentiæ a sanguine & suffocato: immo a multis, ac præsertim Græcis, veluti ex institutione Apostolica retinebatur; cum illud, Abstinerere a sanguine, etiam suffocato, tamen communi omnium consensu de esu sanguinis animalium esse dictum intelligeretur: nam hæc de eadem re habentur in Apostolico canone sexagesimo secundo (a): Si quis Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut quicumque ex sacerdotali consortio comederit carnes in sanguine anime ejus, aut a bestiis abreptas, aut suffocatum; deponitur. Si vero laicus sit, a communione excluditur. Sed de Apostolicis canonicis alias erit nobis disputatio. Certe in Creconiana Collectione, omnium antiquissima, quinquaginta tantummodo adnumerati habentur canones Apostolorum, quos Dionysius Romanus Abbas, cognomento Exiguus, in Latinum vertit: ceteri enim a Græcis putantur dolose suppositi. Eius canonicis auctoritate Theodorus sic more suo in Latinis invenitur, dicens: Nota, inquit, canonem propter Latinos, qui suffocata indiscriminatim comedunt. Sed & suffragabatur Græcis auctoritas Gangrensis Concilii,

(a) To. r. Conc. apud Theod. Balsam. c. 63. Græci tenaciores antiqui præcepti.

(b) Conc. Gangrensis. c. 2.

XXIII.

Quam mordicus vero Græci (ut de illis in primis agamus) ejusmodi institutiones de sanguine non comedendo tenuerint, non tactum complures ipsorum canones, sed & sanctiones Imperatoriæ facile monstrant. Leo (c) enim Imp. in hæc verba ad Stilianum sacrorum Officiorum Magistrum rescripsisse legitur: Simul olim legislatori Moysi, sanguine vescendum non esse, mandavit Deus: simul ab istiusmodi cibo abstinere debere, a præconibus gratiæ est constitutum. Et quamquam tum veteris, tum novæ gratiæ tempore illa res vilis habitata sit & nefaria: eo tamen contumaciæ, immo recordiæ homines processere, ut neutri legi aurem præstent morigeram. At contra alii lucri, alii gulæ causa, summam cum impudentia mandatum contemnunt; in escamque qua vesci vetitum est, sanguinem convertunt. Perlatum est enim ad aures nostras, quod intestinis tanquam tunnicis illum infarctum, velut consuetum aliquid cibum, ventri præbeant. Quod to-

(c) Leo Novel. Const. 58. Leonis Imp. constitutio de suffocatis.

lerari non debere, Imperatoria nostræ majestatis rata, neque tam impio, sibi gulæ inbiantium hominum, invento, nunc præcepta Dei divina, nunc Republicæ nostræ honestatem dedecore affici sustinens; jubet, ne quis id scelus, neque ad usum suum, neque ut emptores detestando cibo contaminentur, ullo modo exercere audeat. At sciat quicumque debinc divinum mandatum contemnere, sanguinemque in cibum convertere (sive vendat, sive emat) deprehensus fuerit, se honorum publicationi subjiciendum, & ubi acerbum in modum flagris castus, ac curâ tenuis, fœde detonsus erit, perpetuo patriæ exilio multandum esse. Quo quidem in judicio neque civitatum magistratus, citra criminationem dimittendos censemus: sed ut & ipsi (neque enim, si illi convenienti alacritate magistratum gessissent, id scelus commissum esset) quod negligenter socorditerque subditis præfuerint, decem librarum auri mulctam sustineant. Hæc Leo.

Quod vero ad Latinos pertinet; est canon Concilii Aurelianensis (d) secundum, suffocatis vesci prohibens. Ex Concilio Carthaginensi hæc item recitantur in Synodo Vormatiensi (e); Animalia, quæ a lupis seu canibus lacerantur, non sunt comedenda, nisi præcis & canibus: nec cervus, nec capra, si mortui inventantur; & infra: Aves vero & alia animalia si in retibus strangulantur, non comedenda. Ceterum non tantum ab esu sanguinis Gentiles ad Christum conversos abstinentiæ, sed a quibusdam animalibus, quæ lex interdixit & natura abhorreere solita est, constat; quæ notat Zacharias (f) Papa scribens ad Bonifacium. Sed quod pertinet ad suffocata: in antiquo Theodori Pœnitentiario, quod habemus apud nos manuscriptum, injunctam pœnam invenimus his qui vesci præsumpsissent: suffocatis. Sed (quod dictum est superius) Christiani, quod instituisent Apostoli compaginationis causa (sicut in parietibus videmus fieri, dum ut superinducendus novus priori constructo firmiter inhaereat, prominentes relinquuntur lapides, qui velut nexus quidam recens erectum sibi conjungant) firmiter retinentes, a sanguinis esu laudabiliter omnes æquæ abstinentur: ea vero postmodum cessante causa, quidam id ipsum præstare destiterunt; quidam vero, Apostolici culminis reverentia, illud ipsum institutum aliquandiu retinendum putarunt; quod sensum totius Occidentalis Ecclesiæ consensus est æquæ laudabiliter antiquatum.

Denique quod eadem epistola Apostoli sint contestati, nihil ultra imponere oneris velle ipsis Gentibus in Christum credentibus, nisi ut ab illis paucis abstinereant: non sic accipiendum est, ut in ceteris delinquendi liberas laxarent habe-

XXIV. Apud Latinos abstinentia a suffocatis. (d) Concil. Aurel. c. 20. (e) Concil. Vormat. c. 65.

(f) Zach. ad Bonif. to. 3. Conc. nova edit.

XXV.

(a) Orig. in ep. ad Rom. c. 13. lib. 9. Alia præcepta conjuncta.

XXVI.

nas: Sed (quod Origenes (a) ait) quoniam quidem cetera crimina sæculi legibus judicantur, superfluum videbatur ea nunc divina lege prohibere, quæ sufficienter humana lege plebuntur: illa sola de quibus lex humana nihil dixerat, religioni videbatur convenire decernere; ex quo apparet, iudices mundi partem maximam Dei legis implere. At de his hactenus, quæ ex instituto (quod pertineant ad mores Ecclesiæ) prætermisisse non licuit.

Sed quod in eodem Concilio ab Apostolis statutum fuisse diximus, nempe Paulus ac Barnabæ curam Gentium esse mandatum, Petro autem & ceteris qui aderant Apostolis injunctam Judæorum ad fidem venientium sollicitudinem: nihil quidem existimet contra divinam institutionem esse sancitum; quasi cura totius gregis olim (quod vidimus) Petro a Christo commissæ, hujus decreto Concilii fuerit limitata, vel subtracta prædicatio ad Gentes illi divinitus impartita, quando ostenso illi cælitus linteo, dictum fuit: Occide, & manduca; quo signo (ut ipse in hoc eodem conventu testatus est) accepit a Deo Apostolus in Gentes: nam ait: Viri fratres, vos scitis quoniam ab antiquis diebus Deus in nobis elegit per os meum audire Gentes verbum Evangelii, & credere. Delira plane mentis est, existimare ab Apostolis esse labefactum, quod a Deo sciverant institutum. Nulla ergo abrogatio juris concessi, vel provinciarum facta est in eo Concilio limitatio.

XXVII.

Non enim ea sic est facta divisio, ut Ann. Eccl. Tom. I.

II. D. Petri Privilegia.

A num. xxvi. ad xxxi. Petrus de Marca Archiepiscopus Parisiensis in Opusculis posthumis a Baluzio V. C. publicatis, de singulari Petri primatu loquens tria explicat. Primum est, Petri Apostoli cum ceteris Apostolis, atque adeo ipso Paulo Apostolo comparatio. Secundum, in quo Paulus reliquis Apostolis antecelluerit. Tertium, quid ex Petri & Pauli auctoritate in Ecclesiam Romanam derivatum fuerit. Quod ad primum attinet Christus apud Matthæum & Joannem Petrum collegii Apostolici Principem constituit, in petram Ecclesiæ ædificandæ designavit, tradendarum clavium pollicitatione, reliquis Apostolis presentibus, specialiter illi facta, & demum pascendarum ovium cura, & sollicitudine illi demandata, verbis utrobique ad Petrum solum directis, ut Præsul doctissimus sese explicat. Quoad Privilegium Pauli, erudendarum gentium munus, quod omnibus Apostolis a Domino injunctum erat, illi specialiter conceditum est, quemadmodum Judæorum institutio Petro imposta, ut ipsemet Paulus observavit. Quod ita accipiendum, ut liberum quoque fuerit Paulo cum Judæis colloqui, & Petro Gentiles erudire; ut factum ab utroque Apostolo, & Acta & Epistola testantur. Quoad tertium caput, de Petro nullus est ambigendi locus, quin Apostolicæ Cathedræ Principatus, qui semper in Romana Ecclesia viguit, teste Augustino, ex Petri primatu profluxerit. Hoc docent Concilium Ephesinum & Chalcedonense, & omnes Antiqui. Paulus vero in Romana Eccle-

alter ab alterius abstinere Apostolatu: alioqui & transgressor Apostolicæ sanctionis Paulus plane habendus esset, qui non occasione quadam aliquando divertit ad Judæos, sed (quod Lucas (b) demonstrat) ipso primo ingressu, ubi Judæi conventum agerent, requirebat, illisque Evangelium prædicabat: sic enim Philippis fecisse videmus, sic Theffalonicæ etiam (c) sæpius, Athenis itidem, & Corinthi (d), itemque Ephesi (e) frequenter; nam tres menses ibi sermones habuit in synagoga cum Judæis: id ipsum Troade (f), ac denique Romæ; ubi licet minus liberum illi esset ex more synagogas Judæorum adire, quod retineretur sub custodia, tamen ipse continuo primores Judæorum accersivit, ut illis Evangelicam gratiam impartiretur. Sicque videas ipsum, cui cura Gentium credita erat, primum omnium quæsisse Judæos ad fidem adducere, atque in ea functione non modo (quod lege (g) permiffum erat) derelictas post messem spicas tantum collegisse, vel transeundo convulsisse, sed in messem adhuc integram immisisse falcem, atque Judæis primum, inde vero Gentilibus Evangelium prædicasse. Quod & ipse apud Ephesos (h) pro concione eos alloquens, his verbis professus esse videtur; dum ait: Vos scitis, quomodo nihil subtraxerim utilium, quo minus annuntiarem vobis, docens vos publice, & per domos, testificans Judæis atque Gentibus in Deum penitentiam, & fidem in Dominum nostrum Jesum Christum. Sed hæc ipsa idem Apostolus in omnibus

Jurisdictionis nulla facta divisio.

(b) Act. 16.

(c) Act. 17.

(d) Act. 18.

(e) Act. 19.

(f) Act. 20.

(g) Lev. 19. 23.

(h) Act. 20. 4.

Z z z

fer-

sia formanda plenum officium implevit, inquit Marca, atque adeo Episcopi, quod munus cum Apostolatu conjunctum erat. In ea etenim agenda diu laboravit, eamque sanguine pro veritate, quam docuerat, profuso, decoravit. Quare Epiphanius Petrum & Paulum Episcopos Romanos diserte vocat. Cui præverat Irenæus, qui successionem Pontificum Romanæ Ecclesiæ describens, Petrum & Paulum primos enumerat, a quibus ceteros deinceps ad suam ætatem recenset. Ita Marca. At, ut recte observat Valesius in Notis ad Eusebium lib. 3. cap. 21. Eusebius Apostolos in ordine Episcoporum minime numerat: & Paulum quidem una cum Petro Romanam Ecclesiam fundasse ex Dionysio Corinthiorum Episcopo & ex Irenæo dicit. Tamen cum de Episcopatu Romano loquitur, solum Petro eum attribuit, ut patet ex Chronico Eusebiano. Ita etiam intelligendus Irenæus a Marca laudatus. Quippe Irenæus, perinde ac Eusebius, Petrum ac Paulum Apostolos Romanam quidem Ecclesiam fundasse asserit: sed eos in Episcoporum ordine numquam recenset. Eodem sensu in hæresi Cerdonianorum Epiphanius ait, Hyginum post Jacobum, Petrum ac Paulum Apostolos nonum Episcopalis successionis locum tenuisse. Certe si quis ex hoc loco contenderet, Jacobum fuisse Episcopum Urbis Romæ una cum Petro, is profecto falleretur. Quare idem quoque de Paulo putandum est. Quæ de re plura Valesius & Petrus Habertus Episcopus Vabrensis in libro de Primatu Petri. Hinc

Baron. an. 41. num. 25.

ferme suis epistolis saepius manifestat. Similiter & Petrus videtur fecisse in Gentibus: nam quo iure Paulus, cui Gentes commissae erant, id sibi concessum putavit, eodem & Petrus, immo & potiori, ut cui totius Ecclesiae regimen creditum esset, idem licite usurpavit.

XXVIII.

Videas ex his igitur, non jurisdictionem, nec populos esse divisos, sed procurationem quamdam, atque illorum patrocinium fuisse distinctum atque discretum: ceterum tam Judaeorum quam Gentium praedicationem, fuisse inter eos communem constat. Unde & S. Hieronymus (a) in hanc sententiam haec ait: *Occulta hic oritur quaestio. Quid igitur? Petrus si invenisset ex Gentibus aliquos, non eos adducebat ad fidem? Aut Paulus si ex circumcissione aliquos reperisset, non eos ad Christi baptismum provocabat? Quae ita solentur, ut dicamus, principale singulis in Judaeos & Gentes fuisse mandatum; ut qui defendebant legem, haberent quem sequerentur; qui legi gratiam praeferebant, non deesset eis doctor & praevius. In commune vero hoc eos habuisse propositi, ut Christo ex cunctis gentibus Ecclesiam congregarent.* Haec Hieronymus.

XXIX.

Hoc sensu manifestum est accipienda esse ea quae dicta sunt; nempe Paulo creditum esse Evangelium Gentium; Petrum vero circumcissionis ministerio, velut honestissimo omnium titulo, nobilitatum. Nam praeeccellens ipse Christus, qui venit omnes homines salvos facere, apud quem non est distinctio Iudaei & Graeci, dictus est tamen minister circumcissionis, sic dicente Paulo (b): *Dico Christum mini-*

III.

Hinc manavit, ut Hieronymus Damasum Apostolos honore sequi dixerit, Romani quoque Pontifices inter caetera Sedis suae decora hoc etiam posuerint, se Vicarios esse Petri & Pauli, eorumque throni successores, ut loquitur Hadrianus I. in Epistola ad Constantinum & Irenem Imperatores. Hanc auctoritatis a Petro & Paulo deductae communionem impressae octingentis abhinc annis in bullis plumbeis utriusque Apostoli imagines testantur, Paulo ad dextram Petri collocato: unde praecipui quoque honoris Paulo impensae argumenta quidam absurde traxerunt. Quod enim latus dextrum videtur, si Pauli imago cum Petri imagine comparetur, est latus sinistrum, si referatur ad inspicientes. Ex qua relatione saepe metiendus est honoris gradus in conventibus publicis. Hinc profectum, ut episcopus in parte chori sedeat, quae dextra est ingredientibus, & tamen respondet cornu sinistro altaris. In quo sinistrum & dextrum latus nuncupamus, respectu habito ad divini numinis praesentiam, ac si Dei majestas ibi federet, veluti super Cherubim, ut in veteri Testamento, vel Christi Corpus, vultu ad populum obverso, ibi consisteret. Ex hac quoque ratione ingressus tractum, ut in adiutorio publico *Parlamentorum* Galliae Praesides id latus occupent, quod sinistrum est, si confessus ordo a personis sedentium ducatur: quod tamen respondet lateri dextro

(a) Hieron. in epist. ad Gal. c. 2.

(b) Rom. 15.

In bullis plumbeis Petrus nobilitiorem locum tenet.

strum fuisse circumcissionis: augustinior plane titulus: nam (ut idem ait Paulus c) *horum erat adoptio filiorum, gloria, testamentum, & legislatio, & obsequium, & promissa: Gentes autem super misericordia honorare Deum.* Sed sicut Christus Dominus noster sic dictus est minister circumcissionis, ut tamen esset pastor omnium atque salvator; eodem modo & Petrus sic circumcissionis administer est appellatus, ut tamen a Domino (d) constitutus, universi gregis pastor esset ac moderator. Unde & S. Leo (e): *De toto mundo unus Petrus legitur, qui & universarum gentium vocacioni, & omnibus Apostolis, cunctisque Ecclesiae Patribus praepositus: ut quamvis in populo Dei multi sacerdotes sint, multique pastores, omnes tamen proprie regat Petrus, quos principaliter regit & Christus.*

Quod vero de Paulo est dictum a Domino: *Vas electionis mihi est iste, ut portet nomen meum coram Gentibus, & Regibus, & filiis Israel.* Non id quidem, mea sententia, sic dictum est, ut ultimo loco illi injuncta esset Judaeorum conversio, primo vero Gentilium: nam aliter sensisse & fecisse videtur idem Paulus, qui (ut vidimus) post haec, & antea, cum una cum Barnaba Antiochiam Syriae profectus est, semper synagogas primum ingressus, Judaeis Evangelium praedicabat: qui & de hoc ipso Judaeos Antiochiae Pisdiae commorantes, & praedicationi resistentes, sic contestatus est (f): *Vobis primum oportebat loqui verbum Dei; sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis aeternae vitae, ecce convertimur ad*

XXX. Paulus dicitur dicitur A-postolus Gentium.

(f) Act. 13.

adstantis coetus. Quod splendidius eminet, Rege in Senatu Parisiensi pro tribunali sedente. Ad ejus namque sinistram confident Pares Franciae Ecclesiastici, quibus praecipuus honor defertur; Duces vero dextram occupant; quae latera vices mutant, habita adstantium ratione, ita ut eorum dexteram respondeat ordo Parium Ecclesiasticorum. Ex praesenti itaque usu confirmatur, locum imagini Pauli in bullis plumbeis destinatum, secundum esse censendum, priorem obtinente Petro, ratione primatus, ut decebat. Ex quibus consequitur, recentiorum quorundam dogma in eo peccasse, quod duo capita Petrum & Paulum in Ecclesia Romana ex aquo constituere videretur. Duo capita sive duo Episcopi ferri possunt ex mente veterum & mediae aetatis Auctorum, & ex eo, qui hodie viget, formularum usu. Sed additamentum illud, ex aquo, tanquam a traditione antiquorum Patrum alienum & juri divino contrarium merito damnavit Innocentius X. quia primatum, quem in regimine universalis Ecclesiae solus Petrus obtinuit, ex ipso Christi ore per indebitam comparationem cum primatu Pauli, qui versabatur in solo Ecclesiasticae institutionis ministerio, ut loquitur Maximus Taurinensis, penitus labefactabat, ut inquit Marca, ex quo haec desumpta, cui suffragatur Mabillonius lib. 2. de Re Diplomatica cap. 14. num. XIII.

(c) Rom. 9.

(d) Act. 9.

(e) Leo serm. 3. de sua assumptione.

ad Gentes. Sed illa verba a Domino scientium propheticè esse dicta: nimirum quod ejus praedicatione magna futura esset ex Gentibus ad Christianam religionem accessio: & hoc esse quod idem (a) ait: *Qui operatus est Petro in Apostolatam circumcissionis, operatus est & mihi inter Gentes.* Quocumque enim isset, & Evangelium praedicasset, Gentes obsequentes, Judaeos vero semper sibi adversantes invenit: qua ex causa Doctor Gentium, Apostolatam accepisse ad Gentes dicitur: nam ex conversione credentium nomen Apostolatus se accepisse demonstrat, dum ad Corinthios scribens (b) ait: *Non sum Apostolus? Nonne opus meum vos estis in Domino? &c.* Haec Paulus Gentiles alloquens. At haec satis: jam cetera prosequamur.

(a) Galat. 2.

(b) 1. Cor. 9.

XXXI.

(c) Act. 15. De rebus gestis Pauli Antiochiae.

Datis ab Apostolis ex Concilio litteris ad Gentiles Christianos, qui erant Antiochia, per Judam & Silam: *Illi, inquit Lucas (c), dimissi descenderunt in Antiochiam: & congregata multitudinem, tradiderunt epistolam, quam cum legissent, gavisi sunt super consolatione. Judas autem & Silas, & ipsi cum essent prophetae, & confirmaverunt. Facto autem ibi aliquantulo tempore, dimissi sunt cum pace a fratribus ad eos qui miserant illos. Visum est autem Silae ibi remanere: Judas autem solus abiit, Paulus autem & Barnabas demorabantur Antiochia, docentes & evangelizantes cum aliis pluribus verbum Domini.* Haec Lucas: qui caetera quae Antiochia eo tempore facta sunt, ut contentiones inter Petrum & Paulum (ut verbis utar S. Hieronymi d) historiographi licentia praetermiserit, sicut & alia multa quae Paulus in suis epistolis recitat, ac praesertim ipsas, de quibus agimus, res Antiochenas, in haec verba de his scribens ad Galatas (e): *Cum autem (absoluto scilicet ipso de quo agit, conventu Apostolorum Hierosolymis celebrato) venisset Cephas Antiochiam: in faciem eius restiti, quia reprehensibilis erat. Prius enim quam veniret quidam a Jacobo, cum Gentibus edebat: cum autem venissent, substrabebat & segregabat se, timens eos qui ex circumcissione erant. Et simulationi ejus consenserunt caeteri Judaei, ita ut & Barnabas duceretur ab eis in eam simulationem. Sed cum vidissem quod non recte ambularent ad veritatem Evangelii, dixi Cepha coram omnibus: Si tu, cum Judaeis sis, Gentiliter vivis, & non Judaice; quomodo cogis Gentes judaizare? &c.* Ostendit pluribus non ex lege justificari hominem, sed per fidem Christi.

XXXII.

Calumniam in Apostolos.

Siste gradum, lector: hic plane est lapis offensionis, hic petra scandali, in quem complures impigisse noscuntur: qui enim historiam capti difficilem, nulla alia adhibita diligentioris studii consideratio-

ne, cursim legentes sunt interpretati, eo infaniae progressi sunt, ut vel Paulum temeritatis arguerent, quod in Petrum non tam libere quam procaciter sit invehitus; vel hypocritas nomine fugillarent Petrum, quod ageret simulate; vel urumque condemnent, quod non in eadem fidei regulam consentirent. Primus igitur reperitur fuisse Marcion haeresiarcha ejus sententiae, nec non Valentinus novae haeresis promulgator. Hic ex dicta contentione ausus est fugillare Apostolorum ignorantiam, quod adhuc aliquid eis defuerit ad perfectam de rebus Christianae religionis scientiam consequendam; aliamque Evangelii formam superinductam a Paulo citra eam quam praemiserant Petrus & caeteri; prout Tertullianus (f), qui ejus confutat temeritatem, & retundit procaciam, testatur. Marcion vero, qui non recipiebat Apostolos, ejus occasione contentione, ipsos non incessisse recta via ad veritatem Evangelii, exclamare solitus erat, tamquam in praevicatoribus atque simulatores; quem idem refellit Tertullianus (g).

Rursum Porphyrius (h) impietatis magister, haec eadem legens, in Paulum invehitur, eumque procacitatis arguit quod Principem Apostolorum Petrum ausus est reprehendere, & arguere in faciem, ac ratione confringere quod male fecerit; id est, in eo errore fuerit, in quo fuit ipse, qui alium arguit delinquentem. Insuper post ipsum Julianus Apostata, non in Paulum, sed in Petrum effutire eadem ex causa jurgia atque blasphemias non pepercit. Nam de eo inquit Cyrillus (i): *Cavillatur & excimium inter sanctos Apostolos Petrum, quem & hypocritam esse dicit, & per Paulum reprehensum, eo quod interdum Graecorum moribus vivere studuerit, interdum etiam Judaeorum; ignorans omnino artificiosissimam in illis dispensationem.* Audivimus & recentiores Novatores iisdem fere verbis insectatos esse eundem Apostolorum Principem Petrum, sed non alio certe, quam quo Julianus, afflatus spiritu. Multo his verecundior, quem jam citavimus, Porphyrius, qui reveritus Apostolicum culmen in Petro, illi ut parcat, in Paulum contumeliam plautrum exonerat. Rursum vero Tertullianus (k), & alii complures inconstantiae vitio jure reprehensum esse Petrum dicunt, quod pro personarum qualitate victum variaret, timens eos qui erant ex circumcissione Fideles.

(f) Tertul. de praeser. c. 23.

(g) Tert. adver. Marc. lib. 4. c. 3.

XXXIII. Hieron. ad Aug. ep. 80. Cumulantur calumniae.

(i) Cyrill. const. Julian. lib. 9. in fine.

(k) Tert. contr. Marc. lib. 5. c. 3.

XXXIV.

At vero non hi tantum a linea Catholicae fidei aberrantes, cum talia de Petro scriberent, in offensionis lapidem offenderunt; sed (quod quisque mirari debet) S. Augustinus, vertex Theologorum, dum exemplo Petri Cyprianum errantem excusat, Petrum in crimen adducit, cum ait:

CHRISTI
51.

PETRI
7.

CLAUDII IMP.
9.

CHRISTI
51.

PETRI
7.

CLAUDII IMP.
9.

ait: In sanctis Scripturis didicimus Apostolum Petrum, in quo primatus Apostolorum tam excellenti gratia praeeminet, aliter quam veritas postulabat, de circumcissione agere solitum, a posteriore Paulo Apostolo esse correctum: & infra: Si potuit, inquam, Petrus contra veritatis regulam, quam postea Ecclesia tenuit, cogere Gentes judaizare: cur non potuit Cyprianus contra regulam veritatis, quam postea tota Ecclesia tenuit, cogere hereticos & schismaticos denuo baptizari? Hæc Augustinus (a); ubi tamen affirmat, Petri Apostolatu principatum cullibet Episcopatu præferendum: eadem & inferiorius (b) habet, qui & alibi (c) reprehendit in Petro ejus studium non rectum imponendi super humeros Gentium jugum Legis. Rursumque (d) in libro, quem de Agone Christiano conscripsit, eum in superstitiosam pravamque simulationem lapsum esse testatur.

(a) Aug. de Bapt. contr. Donat. lib. 1. c. 1.
(b) Aug. lib. 6. c. 2. ibid.
(c) August. lib. de mend. c. 1. 5.
(d) August. lib. de agone Christiano. cap. 30.

XXXV. Plures Cephæ introduci.

(e) Clemens Alex. a. pud Euseb. lib. 1. c. 123.
(f) Dorotheus in Synopsi.

(g) Galat. 1. 2.

(h) Hieron. in epist. ad Galat. c. 2.

us nota imposturae jure potest in Clementem inferri, qui discipulus fuit Pantani, & longe ante Porphyrii ætatem vixit, nimirum sub Severo, Porphyrius vero sub Diocletiano, ac denique Constantino imperante mortuus est.

Fuit aliorum sententia, Petrum & Paulum ex composito ejusmodi inter se simulasse dissidium, quo utilitati discipulorum ambo ea arte consulere: nam quia ea de causa (ut ex Luca dictum est) multæ obortæ essent Antiochiæ contentiones inter Christianos qui ex circumcissione ad fidem venissent: rati sunt non auctores amplius servanda contenderent, si Petrum ea de causa a Paulo palam reprehensum esse; ac Petrum non contradicentem, sed assentientem illi viderent, sicque quod alibi de se ait Paulus (i), Cum astutus essem, ut qui ex circumcissione essent, in officio continerentur. Simulate enim cuncta a Petro acta fuisse, ipsius Pauli verba significare videntur, dum cuncta ab eo gesta, simulationem iterum idem Paulus appellat, sic dicens (k): Et simulationi ejus consenserunt ceteri Judæi, ita ut & Barnabas adduceretur ab eis in eam simulationem. Fuerunt hujus sententiæ assertores Origenes, Didymus, Apollinaris, Eusebius Emesenus, Theodorus Heracleotes, quos omnes sanctus Hieronymus (l) citat: adde his Joannem Chrysostomum (m), qui in eadem sententiam abiit, itemque Theodoretum (n), Cassianum (o), Theophylactum (p), Oecumenium (q), & fortasse alios, hac nimirum omnes persuasos ratione: Quomodo enim, inquit, fieri potuit, ut Paulus serio reprehendisset in Petro, quod sæpius ipse, oblata eadem occasione, facturus esset? vel potius, quomodo postea crebrius factitasset, quod in Petro coram Ecclesia tam acriter reprehendisset? Ipse quidem Paulus (ut inferius suis quibusque locis dicemus) Judaicos ritus, cum sibi ad professionem Evangelii visum est oportunitum, repetiit, ac sæpius iteravit: ut cum Timotheum ex patre Gentili (r) natum circumcidit; vel cum secundum Judaicum Nazæorum morem (s) totondit caput in Cenchreis; aut quando Hierosolimam reversus, ad conciliandam sibi gratiam Judæorum, antequam ingrederetur in templum, se purificavit (t) cum illis.

XXXVI.

(i) 2. Cor. 12.

(k) Galat. 2.

(l) Hieronymus ad Aug. epist. 80.

(m) Chrysostomus in epist. ad Galat. c. 2. & de sacerdotio. (n) Theodoretus in epist. ad Galat. c. 2.

(o) Cassianus collat. 17. (p) Theophylactus in epist. ad Galat. c. 2.

(q) Oecumenius in dist. epist. c. 2.

(r) Act. 16. (s) Act. 18. (t) Act. 21.

XXXVII. Hieronymus inter Latinos sectatus, eandem roborare conatus esset; S. Augustinus eidem vehementissime resistit, ultro citroque datis litteris (u), magna que diffensione diu inter utrosque certatum est: illud Augustino in primis adversus Hieronymum contendente, nullum ab Apostolo

Apostolo ad Galatas scribente compositum esse mendacium, nec Apostolo licuisse mentiri, sicut nec cuilibet Christiano absque peccato concessum: quod Pelagiani eodem Augustini tempore inter alia prava dogmata conabantur asserere, & Pauli testimonio roborare. Certè ex suis ipsorum litteris mutuo redditis, iterum atque iterum a nobis lectis, cognitiss, & accurate perspectis, numquam satis exploratam habuisse Hieronymi sententiam nobis visus est Augustinus; quippe qui in eo semper versetur, Apostolum non esse mentitum, sed eadem epistola quæ vera essent scripsisse ad Galatas. At Hieronymus non hæc dicebat, Paulum esse mentitum, & ad Galatas scripsisse mendacia: quod tunc contigisset, si quæ minime facta essent, ea perinde ac facta scripsisset, vel aliter quam gesta fuissent: quorum neutrum Hieronymus impingit Apostolo: sed ipsum, quæ vere facta, & ut facta essent, scripsisset, nullatenus dubitavit. At longe aliud est, a Paulo vera esse narrata; aliud, ea quæ sunt vera narrata, per simulationem ex composito facta; quod Hieronymus ac citati omnes affirmabant auctores: quod absque peccati scrupulo facere licuisse, exemplo Domini comprobant: ipse enim ut occultaret quod faceret, sæpe ea arte laudabiliter usus esse videtur; ut cum dixit ad suos: Vos ascendetis ad diem festum hunc, ego autem non ascendam; sed ascendit nihilominus seorsum ab illis. Vel cum se simulavit hortulanum cum Magdalenâ, vel viatorem cum duobus illis discipulis Emmauentem abeuntibus, quando & finxit se longius ire.

Fingere licuit, mentiri nequaquam.

XXXVIII.

(u) Epist. 97. apud Hieron. Diversa sententia Hieronymi & Augustini.

(v) Hieronymus epist. 89.

Verum id Augustinus (c) retractans, quod indistincte dixerat, retrinxit temporis limite; nimirum Apostolorum temporibus Judaicos ritus ab illis licite usurpatos, postea servantibus eos factos esse mortiferos: & quod alias contra Faustum agens dixerat, iterum professus est.

(c) Augustinus ad Hieron.

Cum ergo iidem auctores omnes in alterutram sententiam conspirarent, atque in eo convenerint; vel ea cuncta esse simulate peracta, ac sic nullum fuisse Petri peccatum; vel serio esse facta, ac sic Petrum errasse: nos neutram harum sequentes, dicimus ea nec ex composito facta, nec ea faciendo Petrum vel minimum deliquisse. Non enim videmus aliqua opus fuisse fictione, ut Petrus a peccato reddatur immunis, cum aliis iidemque certioribus rationibus ejus innocentia testata reddatur. Ad hæc insinuanda, illud in primis statuendum, quod exploratum est omnibus, & nemo prudens negare poterit, cum sit apud omnes in confesso; Apostolos absque levissima culpa, secundum loci & temporis rationem, uti potuisse legalibus; ut & Paulus ipse sæpe fecisse conspicitur: adeo ut hac ex parte nullum possit Petro adscribi peccatum, si cum Judæis Judaice aliquando vixisset, dicente de se Paulo (d): Factus sum Judæis tanquam Judæus, ut Judæos lucrifacerem: & iis qui sub lege sunt, quasi sub lege essem; ut eos qui sub lege erant, lucrifacerem. Licentius enim hæc a Petro quam a Paulo usurpari potuisse, cum ille Judæorum, Paulus vero Gentium patrociniū suscepisset, nemo non videt: nam ea ratione major Petro quam Paulo intercedebat cum Judæis consuetudinis usus. Si itaque nullius peccati reus est Paulus, quod sæpe legalibus usus est; multo minus redarguendus est Petrus, qui semel se cum illis immiscuit: non ergo ea ex causa a Paulo reprehendi meruit. Unum illud igitur reliquum est, quod in Petro reprehendi posset; si fortasse, quod licite facere poterat, minus opportuno loco & tempore fecerit. Hoc igitur attentius disquiramus: in hoc enim uno totius quæstionis vertitur cardo, an quod Petro facere licitum erat, tunc temporis prudenter fecerit. Sane quidem si factum ex eventu pensetur, imprudenter nimis illud attentatum fuisse videtur: nam exemplo Petri (quod redarguit Paulus) Gentes quodammodo cogebantur judaizare. Sed in unaquaque re aliter quod principaliter geritur, aliter quod insinatio per occasionem oboritur, considerandum est. Videamus igitur causas, quibus ad id agendum Petrus compulsus sit.

XXXIX. Petrus redditur ab omni culpa immunis.

(d) 1. Cor. 9.

Si unquam ea licentia illi utendum erat; nullo quidem opportuniori loco vel tempore id fieri potuisse, facile intelligemus, si exacte rei gesta historia exquiramus, XE. an opportune sit usus legalibus.

ramus: quæ est hujusmodi. Veniens Petrus Antiochiam, compositis jam rebus inter Gentiles & Judæos, absque aliqua offensione cujuspiam cum Gentilibus edebat. Post hæc accidit, ut cum quidam a Jacobo Hierosolymis venirent Antiochiam, subtraxerit se a Gentilibus Christianis: & Judæis Fidelibus inhærens, se Judaice vivere simulaverit: cui simulationi & ceteri, qui Antiochiæ erant, consenserunt Judæi, usque adeo ut etiam Pauli collega Barnabas id fecerit, & Gentiles ad id faciendum eodem exemplo quodammodo cogerentur: hæc enim omnia scriptis consignata habentur a Paulo in dicta epistola ad Galatas, quæ & superius recitavimus. Ex his itaque satis liquet, Petrum institutum vitæ mutasse occasione Judæorum, qui a Jacobo Hierosolymis venerant Antiochiam. Qua autem occasione id fecerit, nulla redditur, nisi quod ait Paulus: *Timeus eos, qui ex circumcisione erant.* Quod Græce habet: *φοβούμενος τῶν ἐκ περιτομῆς*, quod Latine æque reddi potest: *Timeus eos, vel eis.* At licet interpretis eos, & non eis verterit, quod secundum Latini sermonis proprietatem diversum sensum habet, nullam tamen debet afferre difficultatem: nam, eos, loco, eis, eundem usurpasse iterum in eadem epistola constat, dum vertit: *Timeo vos, ne forte sine causa laboraverim in vobis.* Unde Chrysostomus (b): *Non hoc, inquit, metuens, ne veniret in discrimen: namque initio non metuerat, multo minus tum metuisset; verum illud metuebat, ne deficerent; quandoquidem ita & ipse Paulus loquitur Galatis, dum inquit: Timeo vos, &c.* Hæc idcirco, ut his retundatur temeritas dicentium, Petrum timore irrationali percitum, in errorem esse lapsum, cujus a Paulo est redargutus.

(a) Galat. 4.
(b) Chrysost. in epist. ad Galat. 2.

XII. Petri defensio.

Timebat igitur Petrus, ne si ab illis nuper advenientibus Hierosolymis, comperitus esset Gentiliter & non Judaice viveret, hac nimirum in primis ex causa. Non enim sic quidem in Hierosolymitano Concilio de legalibus non utendis prospectum Judæis perinde ac Gentilibus fuit, ut eadem lex fuerit utrisque statuta, ne legalibus uterentur; sed illud tantum (quod dictum est) ne Gentiles, qui ad fidem venissent, cogerentur circumcidi, ac cetera servare legalia. Quod cum haud facile fuerit obtineri; nam (ut idem ait Paulus) seorsum ab illis qui videbantur aliquid esse, & venerant explorare an Paulus Gentiliter viveret, causam agere opus fuit; contendentibus illis, Titum, quem duxerat, circumcidi debere; quibus nec ad horam (ut ait idem Apostolus) sibi cedendum esse putavit. Si ergo illi non tantum quod optabant, in Gentiles legalia propagari, concessum si-

bi minus fuisse, sed & ipsos Judæos penitus legalibus spoliatos ad Gentilitatem redactos esse intellexissent: quales turbas, quantas dissensiones eos fore concituros par erat existimare? In quam quidem suspensionem facile adduci potuissent, si Antiochiam venientes, ipsum Principem Apostolorum, penes quem erat summorum, Gentiliter viventem, ut faciebat, invenissent.

Rursum si Petrus, qui susceperat patrocinium Judæorum, sicut Paulus Gentilium, ab iisdem repertus esset cum Gentilibus manducare, & communibus cum illis cibis uti: plane non protectoris, sed defensoris partes agere creditus esset. His igitur, qui ad constandas dissensiones digni justique videri illis poterant esse prætextus, Petrus quamprimum sibi occurrendum existimans; cum hæctenus (quod ait Paulus c) vixisset Gentiliter; & non Judaice: post adventum illorum Antiochiam subtrahebat & segregabat se a Gentilibus, timens eos qui erant ex circumcisione; & Judæis inhærens, ritu Judaico victitabat; sed simulate quidem, hoc est, non ex animo, quod videlicet aliud faceret ab eo quod habebat in mente; nimirum ut legalibus illis penitus antiquatis, omnes in libertatem Evangelicam vindicaret. Quam prudens, & sagax, ac denique necessarium videri poterat Petri consilium, cuilibet illud accurate intuenti manifestum esse non dubito: adeo ut nec levioris peccati culpa illi ea de re juste possit adscribi. Sed & Petri factum qui rem ipsam proxime aspexerunt, ut Gentiles ipsi, in quorum præjudicium res agi videbatur, immo & Barnabas, cujus inter Apostolos ob res ab eo præclare gestas, magna erat auctoritas, non tantum æque probarunt, sed etiam imitati sunt.

XIII. Petri prudens facinus.

(c) Galat. 2.

Cæterum de his, quæ horum occasione exortæ sunt dissensiones, alia diversa est habenda ratio, cum non ex ejus voluntate, sed præter spem atque sententiam ea prorsus acciderint: summa enim quæ in Petro erat auctoritas, tam Judæorum quam Gentilium qui agebant Antiochiæ Fidelium, immo & Barnabæ ipsius, cui una cum Paulo credita erat Gentilium procuratio, valuit animos ad istam simulationem adducere, cum omnes se id jure facturos existimarent, quod omnium pastoris exemplo actum esse conspicerent: quamobrem per occasionem accidit, ut tam Judæi, quam Gentiles, ac etiam Barnabas eorum institutor, judaizarent. Quibus commotus Paulus, nulla alia ratione excrescentem errorem se posse cohibere existimavit; nisi Petro, cujus exemplum ceteri secuti essent, resisteret; eumque ut ceteri cohiberentur, coram omnibus acriter redargueret: præceps enim ac frequens ille omnium ad judaizandum concursus non nisi ali-

XIII. Emergens occasio commovit Paulum.

aliquo violento remedio, quasi ex adverso opposito aggere, contineri posse videbatur. Unde simulationem illam Petri, rationabili causa (ut vidimus) usurpatam; in perniciem Gentium converti palam aspiciens, eam non amplius dissimulandam, sed detegendam consultus esse ratus, ipsum conveniens, ac coram omnibus redarguens, dixit: *Si tu cum Judæis sis, Gentiliter vivis, & non Judaice; quomodo cogis Gentes judaizare?* His enim egit Paulus, ut Gentiles ad judaizandum, Petri exemplo dilabentes in officio retineret, & Judæos quid agere de cetero deberent, ejusdem Petri exemplo commonefaceret; ac sic uno remedio utriusque populi saluti opportune consuleret.

XIV. Pauli verborum elucidatio.

His igitur in hunc modum elucidatis, cum a neutro ipsorum admissum fuisse peccatum sit demonstratum: reliquum est ut ipsius Pauli verba consideremus, quibus crimen Petro adscribi videtur, ut cum ait: *In faciem ei restiti, quia reprehensibilis erat.* Sed cur esset reprehensibilis, eam quam superius examinavimus causam affert: nimirum quod cum antea ibidem Antiochiæ Gentiliter vixisset, post adventum illorum qui a Jacobo venerant Hierosolymis, illos timens cœpisset Judaicos servare ritus, segregans se a Gentilibus. Sed cum superius sit demonstratum, id a Petro factum esse rationabili causa absque ulla levioris peccati culpa; tantum reliquum est, ut quo sensu sint accipienda Pauli verba illa dicentis, *Quia reprehensibilis erat*, examinemus: pugnant enim hæc e diametro, Non peccavit; & Reprehensibilis erat: ut alterutrum videatur esse necesse dicere, vel peccasse Petrum, vel esse mentium Paulum. Sed priori diluta, de Paulo remanet solvenda quæstio; qua scilicet ratione Petrum reprehensibilem dixerit.

XV. Petrus probatur innoxius.

In unaquaque hominis actione duo sunt quæ considerari possunt; intentio, quæ aliquid factum est; & opus ipsum, quod quale sit, ab hominibus cernitur. Prioris quidem Deus tantum, qui intuetur cor, est iudex & vindex, opus vero tantum quod videtur, humano judicio judicatur. Non potuit ergo Paulus reprehensibilem dixisse Petrum ex ejus animi intentione, quam non inspiceret, sed tantum ex facto, quod cerneret. In quo rursus duo adhuc sunt pensanda, opus ipsum, & quod ejus occasione provenit. Sed quod ad opus ipsum spectat: illud quod permissum esset, quod & ipse Paulus sæpius facturus esset, nec a Paulo reprehendi poterat, nec ejus causa Petrus reprehensibilis dici. Solum ergo restat, ut Paulus reprehensibilem Petrum dixerit, quod occasione operis jure riteque ex dispensatione patrati, res quæ reprehendenda merito foret, esset oborta; nimirum quod ejus exemplo Gentes ad

judaizandum impellerentur; a quo quidem facto cum & animus Petri procul abesset (nam hæctenus Antiochiæ Paulo ipso testante Gentiliter vixerat, & dicta occasione ad Judaicos ritus ad modicum tempus deflexerat) nec peccatum inesse potuisse, certissimum est. Sic igitur Petrus, qui a culpa innocens atque immunis erat, ex dicta occasione Paulo reprehensibilis visus est: sicut & ipse Paulus etiam aliis reprehensibilis videri potuisset; si cum Timotheum Gentilem hominem circumcidit, vel more Nazaræorum caput rotundit in Cencreis, vel Hierosolymis se purificavit cum Judæis; Gentiles Christiani, qui ea vidissent ad id ipsum faciendum in Judaismo declinantes ejus exemplo fuissent impulsæ: de quibus sane idem, quod ipse Paulus de Petrum imitantibus dixit, jure dici potuisset, quod non recte ambularent ad veritatem Evangelii: sed & in ipsum Paulum quoque dici, quod ipse in Petrum, ac multo æquius; quod cum suscepisset patrocinium Gentium, immiscens se Judaicis ritibus, suo exemplo cogeret Gentes judaizare? & quod in Petro damnasset, inconstanter admitteret: cum alioqui ea omnia Paulus absque ulla levioris criminis culpa perageret. At hæc satis esse putamus ad obscurissimas illas quæstionum caligines illustrandas: ut jam clara luce, non nisi sciens volensque errore labatur,

XVI. Summa a-pud omnes æstio: ratio Petri.

Ecce jam tibi, lector, de antiquissima, atque in ore omnium versata, multique chartis tractata quæstione legitimus idemque germanus sensus historię restitutus: ut non sit opus ad veritatem fictionem inducere, vel aliter Petrum urgere criminare: sed patefacta per quam incedas regia via, ea omnia & serio facta, ac sine Petri culpa admitta esse cognoscas. Habes insuper quod de Principis Apostolorum auctoritate, quanti illa ab omnibus æstimata fuerit, ex rebus gestis mirum in modum admirari possis. Acceperant enim nuper Gentiles Fideles a Hierosolymitano Concilio litteras, easdemque non tantum Apostolorum sententia, sed divino suffragio consignatas; scripserant enim sic: *Vision (a) est Spiritui sancto & nobis, nihil ultra imponere vobis oneris.* Nihilominus his posthabitis, tanti ponderis exemplum Petri esse duxerunt, ut eundem Petrum judaizantem esse potius sequendum existimarint, quam Paulum, licet hunc scirent Gentium curam ac patrocinium suscepisse: & quod majus videri debet, ipse Barnabas, qui testimonio Spiritus sancti (b) Antiochiæ segregatus erat in Evangelium una cum Paulo, Petro potius inherendum putavit.

(a) Act. 15.

(b) Act. 13.

XVII.

Hincque nihil est quod mireris, cum ex justa causa videas Paulum justo zelo commotum, adeo libere redarguisse Petrum;

CHRISTI
51.

PETRI
7.

CLAUDII IMP.
9.

ac rursus Petrum, quod ipse eadem sentiret quæ Paulus, licet ad modicum spatium temporis dicta ex causa deflexisset, magna animi summisione Paulo objurganti cessasse. Unde Cyprianus (a) ad Quintum: *Nec Petrus, inquit, quem primum Dominus elegit, & super quem edificavit Ecclesiam suam, cum secum Paulus postmodum de circumcissione disceptaret, vindicavit sibi aliquid insolenter, aut arroganter assumpsit, ut diceret se primatum tenere, & obtemperari a novellis & posteris sibi potius oportere: nec despexit Paulum, quod Ecclesie prius persecutor fuisset; sed consilium veritatis admisit, & rationi legitima, quam Paulus vindicabat, facile consensus: Documentum scilicet nobis & concordie & patientie tribuens, ut non pertinaciter nostra amemus; sed quæ a fratribus aliquando & collegis nostris utiliter & salubriter suggeruntur, si sint vera & legitima, ipsa potius nostra ducamus.* Hæc Cyprianus: citat & recitat eundem locum Augustinus (b) agens contra Donatistas. Magna igitur dispensatione Spiritus sancti factum est, ut vehementi morbo ejusmodi violentum adhiberetur remedium, quo perfectius curaretur. Quis enim, nisi hæreticus pertinax, de his ulterius disputare præsumpsisset, quibus jam Petrus reprehensione admonitus consensusset? Vel quis sperare potuisset Judaicos ritus introducere in Ecclesiam perpetuo servandos, quos nec licuit Petro ad breve tempus, iusta licet ex causa, usurpasse? Sed de his satis.

(a) Cyprian. ad Quint. ep. 71.

Petri commendata humilitas.

(b) August. de bapt. contra Donat. lib. 2. c. 22.

XLVIII.

(c) Act. 15.

His Antiochiæ rebus peractis: *Post aliquot dies* (inquit Lucas c) *dixit ad Barnabam Paulus: Reverentes visitemus fratres per universas civitates, in quibus predicavimus verbum Domini, quomodo se habeant: Barnabas autem volebat secum assumere & Joannem qui cognominabatur Marcus. Paulus autem rogabat, cum (ut qui discessisset ab eis de Pamphilia, & non esset cum eis in opus) non debere recipi. Facta est autem dissensio, ita ut discederent ab invicem. Et Barnabas quidem, assumpto Marco, navigavit Cyprum: Paulus vero, electo Sila, profectus est, traditus gratiæ Dei a fratribus.* Non fuit hæc contentio quæ mutuam scinderet charitatem, cum ambo in unam eandemque sententiam convenirent, nimirum ut quicquæ eorum id ageret quod Deum velle existimaret: licet enim per diversas vias incederent, attamen in unum eundemque locum & punctum (ut dicitur) ambo æque tendebant. Sed unde diversitas? Audi Chrysostomum (d): *Sic, inquit, & in Prophetis invenimus varias sententias, & varios mores. Erat Elias austerus, Moyses vero mitis. Et hic quoque asperior est Paulus. Sed vide etiam hoc loco ejus mansuetudinem. Volebat, inquit, ut ille qui defecerat*

(d) Chrys. hom. 34. in Act.

ab illis a Pamphilia, ne simul assumerecur. Sic dux quidam belli non vellet aliquem bajulum semper esse sordidum, & inter lixas: ita neque Apostolus, hoc enim & alios docuit, & illum emendavit.

Quod vero ad emendationem Marci spectat: proficuum illi fuisse ejusmodi Pauli severitatem, certissimum est: nam qui ut defertor militiæ in hunc modum a Paulo rejectus est, majoribus deinde assumptis spiritibus, animosior redditus, posthac inter primos ordines militavit. Hunc enim illum ipsum esse Marcum superius demonstravimus, qui postea iterum adhæsit Paulo, cujus ipse meminit scribens ad Colossenses (e); quem & ex Oriente per Theum (f) Romam, ut sibi valde utilem in ministerio, advocavit; quem & ad Philemonem scribens, suum coadiutorem appellat. Paulum igitur non actum spiritu diffensionis, sed divino plane affiatum fuisse, dum in Marcum in præsentiarum se verius agere visus est, probavit eventus.

XLIX. Marcus validior redditus.

(e) Coloss. 4. (f) 2. Tim. 4.

Sed quid de Barnaba? *Male ne ergo* (inquit Chrysostomus) *fecit Barnabas? minime: quoniam valde absurdum esset hoc putare; & quomodo non absurdum, ob levem causam dicere illud malum? Sed vide, quia primum quidem malum nullum fuit; nam quod divisus sit alter ab altero, magnum inde bonum provenit; quod si hoc non fuisset, haud facile relictarum alter alterum fuisset: & infra: Mihi quidem videtur etiam diserte separatio illa facta, & quod inter se dixerint: Quoniam ego non volo, nec tu vis; ne pugnemus, distribuamus provincias. Et ita sibi invicem multum credentes hoc fecerunt. Volebat enim Barnabas non deseri, quod a Paulo e-rectum: idcirco & secessit. Volebat similiter & Paulus non infirmari quod illi visum: ea propter & ipse idem facit, ac secedit. Urinam & nos tales secessiones faceremus, & sic ad predicandum abiremus.* Hæc Chrysostomus. Sic itaque in hunc modum Barnabas divisus a Paulo, assumpto secum Marco, navigavit Cyprum. Quæ autem ab eodem Barnaba gesta sint, Lucas, quod Pauli tantum facta sit profectus, silentio obvolura reliquit.

L. Barnabas excusatur.

Quoniam vero quædam Barnabæ Acta, nomine ejusdem qui supra Joannis cognomento Marci, ab aliquo (ut apparet) nebulone scripta circumferuntur, & ab imperitis magno applausu accipiuntur, multis quidem & apertissimis sunt coagmentata mendaciis: ut sunt ea potissimum (ut de aliis taceam) quæ Actorum Apostolorum historiæ a Luca conscriptæ repugnant. Nam auctor esse se comitem illum Pauli & Barnabæ, Joannem nomine cognomento Marco, profiteretur, & addit se non natura Judæum, sed Gentilem fuisse, famulum cujusdam idolorum Pontificis. At quis hanc non videat impostu-

LI. De impostore Joannis nomine ne falsa scribente.

CHRISTI
51.

PETRI
7.

CLAUDII IMP.
9.

(a) Coloss. 4. (b) Act. 9. 12.

ram, cum constet ipsum Marcum combrinum fuisse Barnabæ (a), natura Judæum, filium Mariæ (b), eundemque prædivitem Hierosolymis habitasse, ejusque domum amplissimam patuisse Apostolorum ac ceterorum Christianorum conventibus? De se ipso rursus affirmat, ab Apostolo Paulo baptizatum esse Iconii. At quonam pacto fieri potuit, ut antiquus discipulus non adhuc esset initiatus baptizare, cum multa millia hominum, qui prædicante Petro recens credidissent, omnes pariter baptizatos fuisse, Lucas testetur? Vel quomodo a Paulo potuit Iconii baptizari, qui antequam illuc Paulus una cum Barnaba venisset, ex Pamphilia ab eis recedens (ut idem testatur Lucas) reversus sit Hierosolymam? Sed in his non immoramur: rejectum enim prorsus esse librum illum Abdiæ nomine prænotatum, in quo hæc Joannis Marci nomine de rebus gestis Barnabæ scriptis mandata sunt, superius dictum est.

LII. Falsa commenta de Barnaba.

(c) Act. 9. 10.

(d) Act. 9.

(e) Act. 11.

Sed sicut hæc manifestæ arguuntur imposturæ; ita etiam quæ apud Recognitiones Clementis nomine vulgatas de Barnaba scripta leguntur, haud his fideliora esse noscuntur, ut quæ etiam ejusdem Lucæ Evangelistæ historiæ contradicant. Dum enim in illis dicitur, Barnabam Romam venisse, illicque prædicasse Evangelium, ac demum abducto secum Clemente inde recessisse, ac redeuntem in Palæstinam petiisse Cæsaream, illicque agentem Petrum invenisse; quam patenter hæc Apostolorum Actis repugnent, nos perspicue demonstrabimus. Certum est enim non antea Petrum Cæsaream concessisse, quam (ut eadem habent Acta c) Ecclesias visitans, Joppem cum pervenisset, Cæsaream a Cornelio Centurione divina visione admonito accersitur: sed ubi eo tempore, & antea ac postea Barnabas ageret, eadem Acta significant. Eodem quippe capitulo (d); quo Petri circuitus in visitandis Ecclesiis a Luca describitur, de eodem Barnaba paulo superius dicitur, advenientem Saulum Hierosolymam ad Apostolos eum introduxisse, ac post inde (e) ab Apostolis Hierosolyma missum esse Antiochiam, accersitoque Paulo Tarso, ab eo nunquam usque ad præsentem annum recessisse. Sed etsi ista cessarent: quonam pacto, quæso, potuit Barnabas ante Petri adventum Cæsaream, Romam abiisse, illicque Gentibus Evangelium prædicasse, & Clementem Romanum Gentilem hominem ad fidem Christi suscipiendam adduxisse; si ejusdem Lucæ testimonio exploratissimum est, nondum fuisse apertum fidei ostium Gentibus, quod primum Cæsareæ, tot præviis visionibus, a Petro constat fuisse reseratum? Vel quomodo Barnabas nondum initiatus, nec segregatus in Evangelium, Romam, eo non missus, accedere-

Ann. Eccl. Tom. I.

re præsumpsisset; & quod de pseudopropheta queritur Dominus, dicens, *Currebant, & non mittebam eos*, ille fecisset?

Hæc cavens Alexander (f) Græcus auctor, qui res Barnabæ profectus est encomiastice potius, quam historice, adventum Barnabæ Romam ad illud tempus retulit, quo Antiochiæ una cum Paulo, moriente Spiritu sancto, segregatus, prædicandi Evangelium munus accepit: sic enim ait: *Postquam ille Antiochiam a fratribus, qui erant Hierosolymis, missus est; Antiochia recedens exterarum civitates peragravit, quousque Romam venit, ubi primum Christum annuntiavit.* O commentum insulsum! An non Lucas in Actis relegit cunctas provincias, immo & singulas civitates, ad quas una cum Paulo in ea peregrinatione Barnabas Evangelium prædicaturus accessit, quousque ambo opere consummato Antiochiam sunt reversi, ac inde simul Hierosolymam petierunt, rursumque Antiochiam redeuntes, usque in hanc diem ibidem permanserunt? Sed etsi hæc tacuisset Lucas, demumque non tantum Barnabam, sed Paulum, qui ab eo nunquam in ea peregrinatione divisus est, tunc cum Antiochia dimissi sunt, Romam petiisse (quod ne somniasse quidem aliquem, quis reperiet) num propterea dicendus esset Barnabas primus omnium Romæ Evangelium prædicasse? An non antea Petrus, cum vinculis solutus est, quibus ab Agrippa Hierosolymis vinctus erat, inde recedens, anno secundo Claudii (quod in confesso est apud omnes) Romam advenit; cum tamen Paulus & Barnabas (ut auctore (g) Luca exploratum habetur) non nisi post Agrippæ Herodis obitum, qui contigit (ut Josephus (h) testatur) anno quarto ejusdem Claudii, Antiochiæ sacris initiati, ad prædicandum Evangelium sint amandati? Facebant igitur ejusmodi portentosa mendacia, & infana deliria, quæ ex dicto cœnoso gurgite Recognitionum, quæ sunt Clementis nomine insignita, deducta, non tantum dictus Alexander, sed & Dorotheus inter cæteras quisquillas suas adlegit; quæ non tantum ab eruditissimis viris improbanda, sed ab omnibus qui vel levissime Ecclesiasticarum rerum peritia tincti sint (si modo rerum gestarum attendant tempora) esse procul rejicienda non dubitamus.

LIII. (f) Apud Metaphr. 11. Junii.

Refelluntur falsa iactata de Barnaba.

(g) Act. 12. 13. (h) Joseph. antiq. lib. 19. c. 7. de bell. Jud. lib. 2. cap. 10.

Cæterum post hæc tempora, cum Barnabas una cum Marco Cyprum profectus est, visitatis confirmatque illis quæ ibi erant Ecclesiis, in Italiam navigasse, non negarim: Romam vero concessisse, illicque prædicasse Evangelium, quamdiu Claudius vixit, minime concessum fuisse videtur, prohibente illo Judæos Romæ agere. Si igitur quis velit, apocryphorum auctoritate, Barnabam aliquando Romam venisse: non nisi ad Neronis tempora ejus ad-

LIV. Barnabas Mediolanensem ecclesiam crexit.

A a a 2 ven.

ventum referri posse, ex jam dictis apparet. Verum ipsum in Italiam venisse, & in Liguria prædicasse Evangelium, nobilissimamque Mediolanensem Ecclesiam erexisse, ac longe lateque Christi fidem feliciter propagasse, firmæ traditiones, ejusdemque Ecclesiæ monumenta, complurium scriptorum testimoniiis confirmata, fidem certam atque indubitam faciunt. Sed in his non immoramur: tum quoniam non est nostri instituti privatarum Ecclesiarum historiam proficere: tum etiam quod hæc ab aliis compluribus fusius esse tractata sciamus. Quando autem Cyprum reversus sit, quandove martyrium consummaverit, nihil invenimus quod antiquorum scriptorum testimoniis possimus asserere.

IV. De Barnabæ epistola
(a) Hier. de Scrip. Eccl. in Barnab. cap. 6.
(b) Orig. Periar. lib. 3.
(c) Clem. Alex. Strom. lib. 2. & lib. 5.
(d) Tertul. de pudicitia. 20.
(e) Hier. de Scrip. Eccl. in Paulo, & in epist. 129. ad Dardan.

(f) Hier. de nom. Hebraic. in fin.

IV. Epistola S. Barnabæ.

Ad num. LV. Baronii tempore Epistola, quæ S. Barnabæ nomine ab Antiquis citatur, non extabat; nostro seculo eam edidit Hugo Menardus, & Isaacus Vossius, & a paucis annis notis illustravit Cotelerius in secunda parte Operum SS. Patrum, qui temporibus Apostolicis florere, ubi ait, conicere se ex tota orationis ferie, eam ad Christianos Hebræos missam, tenaces nimium antiquatæ Legis: hincque potuisse fieri, ut accepto rumore de Epistola quadam Barnabæ a se non visa, Tertullianus cap. 2. libri de Pudicitia, Epistolam Pauli canonicam ad Hebræos, de cujus auctore ac auctoritate ambigebatur, putaverit a Barnabæ fuisse destinatam. Porro constat inter omnes eam Epistolam in Canone locum non habere, dignam tamen esse magna veneratione, quæ tantum ferat æ-

His de Barnabæ enarratis, præscriptum a Luca ordinem sequentes, quæ post hæc a Paulo gesta esse tradit, per singulos annos distincta recensere aggrediamur, sic enim ait (g): *Paulus, electo Sila, profectus est, traditus gratia Dei a fratribus. Perambulabat autem Syriam & Ciliciam, confirmans Ecclesias, præcipiens custodire præcepta Apostolorum & seniorum.* Ad Gentes hæc Paulus; nam de illis tantum (ut vidimus) in Hierosolymorum Concilio id statutum ab Apostolis & senioribus fuerat. Repetit eadem fere verba paulo inferius de illis Lucas, cum ait (h): *Cum autem pertransirent civitates, tradebant eis custodire dogmata quæ erant decreta ab Apostolis & senioribus qui erant Hierosolymis.* Videas in his Paulum & Silam non Evangelii tantum fuisse promulgatores, sed & legum ab Apostolis sancitarum præcones: ex quibus facile possis intelligere, quanti ponderis habitæ fuerint Apostolicæ sanctiones. Porro Apostolorum exemplo, ea ad posteros, qui loco Apostolorum (sunt in Ecclesiis eadem auctoritate Episcopi subrogati, dilapta est consuetudo, ut cum ratio postulat, ad instituendam plebem sibi commissam, vel singuli in suis Ecclesiis, vel cum in sacris conventibus sunt in Spiritu sancto legitime congregati, tum ea quæ ad Catholicam fidem spectant, tum quæ ad bonos mores servandos pertinent, legibus sacris edicant.

At ne hæc, quamvis ab hominibus lata, humana tantum & non divina esse existimarentur: quam egregie in iisdem a se sancitis legibus Apostoli hæc apposuerunt (i) verba, dicentes: *Visum est Spiritui sancto, & nobis.* Mira quidem ac divinitus plane facta verborum conjunctio. Quoniam enim jam pridem de Spiritu sancto libera promissio facta erat, dicente (k) Christo ad suos, *Paraclitus Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quaecumque dixerit vobis.* Merito ac summo jure ejusdem Spiritus sancti suffragio

tatis atque existimationis. Si autem consideremus prima sæcula, quando canone diverso utebantur Ecclesiæ; varia in studia scisci fuerunt Christiani. Quod ut intelligatur, observare oportet cum Cotelerio V. C. Scripturarum, quæ aut sacræ sunt, aut tales sunt habitæ a nonnullis, non unam apud SS. Patres reperiri divisionem. Interdum duplex solummodo fit Scriptura: canonica, cujus dictator Spiritus S. & apocrypha, cujus auctor homo solus. Aliquando triplex Scriptura perhibetur: canonica, omnino recipienda, apocrypha, penitus rejicienda, & dubia, inter utramque posita; ab aliquibus videlicet admitta, repudiata ab aliis mixta & media inter genuinam & notam, vere proximam; cui contradicatur quidem, honos tamen habetur ut legatur Catechumenis; quam demum licet non

LVI.

(g) Act. 15.

Pauli cum Sila peregrinatio.

(h) Act. 16.

LVII.

(i) Act. 15.
Leges Ecclesiæ a Spiritu sancto.
(k) Joan. 14.

eo-

gio suas leges esse institutas ac roboratas ostenderunt. Rursus vero, quoniam non omni spiritui esse credendum, sed an sit ex Deo, probandum esse, admonet Apostolus (a) hæc examinare, officii esse Ecclesiæ, ut demonstrarent; ea non tantum Spiritui sancto, sed & sibi visa esse, addiderunt; ut sic admirabilem quandam sancti Spiritus & Ecclesiæ esse conjunctionem & consensionem, verbis illis significarent. Quæ igitur ab his, qui in Ecclesia vice fungentes Apostolorum ceteris præfunt, leges statuuntur, ex non tam ipsis quam primo omnium auctori Spiritui sancto acceptæ ferri debent: sicuti contra, non quælibet quæ quis ex spiritu Dei esse contendit, sunt facile admittenda; sed quæ Ecclesia recipienda esse consenserit, & per eodem significaverit, de quibus a Domino dictum est (b): *Sicut misit me Pater, & ego mitto vos; ac item (c); Qui vos audit, me audit: qui vos spernit, me spernit: ac rursus (d) ad eodem: Quaecumque ligaveritis super terram, erunt ligata & in caelis.* Quibus parendum esse, Apostolus Paulus (e) vehementissime suis scriptis inculcat: ut & Apostolici viri, & Ignatius sæpissime, ut cum ait (f): *Decet itaque & vos obedire Episcopo, & in nullo illi refragari; terribile namque est tali contradicere: nec enim hunc fallit qui videtur, sed invisibilem fallere nititur, qui non potest a quoquam falli: & ad Smirnenfes (g): Omnes Episcopum sequimini, ut Christus Patrem; & inferius: Honora Deum omnium auctorem & dominum, Episcopum vero ut principem sacerdotum.* Sed de legibus Ecclesiasticis alias. Verum quod ad dicta per Paulum & Silam promulgata Apostolorum decreta pertinet: quamdiu eadem una cum Sila circumiit loca, quibus olim cum Barnabæ Evangelium prædicaverat, de custodiendis quæ ab Apostolis statuta erant, sæpius inculcasse, Lucas testatur: postquam vero illos fines sunt egressi, nihil ejusmodi credentes admonuisse, Lucas (ut prius fecerat) refert: Ut ex his perspicue intelligi possit, illis tantum, quorum causa illa statuta erant, Paulum & Silam eadem Apostolorum promulgasse decreta: &

(a) I. Joan. 4.

(b) Joan. 20.

(c) Luc. 11.

(d) Matth. 16.

(e) Rom. 13. 1.

(f) Theff. 4. 2.

(g) Theff. 3.

Hebr. 13. 6.

(f) Ignatius ad Magnes. epist. 6.

(g) Idem ad Smyr. epist. 10.

LVIII.

Sanxit Paulus diversa occasione.

eodem in pretio habeant Catholici ac canonicam, ut ex ea Fidei dogmata confirmant, non ideo quemadmodum apocrypham abominantur atque e tamplis eliminant, quinimmo cum reverentia excipiunt, ac in Ecclesiis ad plebis edificationem lætant. Quibus positis, evanescit omnis difficultas. Epistola Barnabæ ab Origene lib. 3. de Princip. cap. 2. & quibusdam Ecclesiis canonica reputata fuit: a Clemente Alexandrino interdum canonica, interdum dubia, interdum non canonica, seu apocrypha in bono sensu primæ divisionis: ab Eusebio lib. 3. cap. 25. dubia, spuria, citata quidem ab Antiquis, at melioris notæ apocryphis propinquior; ab Hieronymo in

ut non mireris, si latuit Corinthios horum cognitio, quibus Paulus ab his diversa videtur dedisse præcepta; nimirum ut tunc ab immolatis (b) abstinerent, cum inde aliquod inferretur scandalum; quo cessante, licite illis vesci possent; & Theffalonicenses (i), ut abstinerent a fornicatione tantum, admonuit, dicens: *Sciitis quæ præcepta dederim vobis per Dominum Jesum. Hæc est enim voluntas Dei, sanctificatio vestra: ut abstinere a fornicatione.* Hæc Paulus, nullam prorsus de idolothytis & suffocato mentionem faciens.

Ex quibus cognoscas Apostolicarum sanctionum diversas fuisse rationes, ac illarum aliquas sic esse editas, ut ab omnibus Christi fidelibus pariter servarentur, ut puta Symbolum Apostolicum; alias vero pro ratione loci & temporis sic ab illis esse statutas, ut non omnes iisdem legibus obligari voverint, quas alicujus privata causa occasione certis locis præscriperint: ut de idolothytis dicimus, de quibus Apostoli & cum ipsis Paulus diversa dederunt præcepta Syriæ ac Ciliciæ populis, diversa vero tradidit idem Paulus Corinthiis.

Simile quiddam accidit de jejuniis sabbati, & aliis pluribus, quorum usum diversum Orientalis ab Occidentalis Ecclesiæ consuetudine absque ullo fidei præjudicio fuisse, certum est. De quibus hæc est regula (k) Augustini, ut faciat unusquisque quod in ea Ecclesia, in qua reperitur, invenerit. Unde hæc idem ad Januarium (l): *Miror sane quod ita volueris, ut de his, quæ varie per diversa loca observantur, tibi aliqua describerem: cum & non sit necessarium, ut una in his saluberrima regula retinenda sit, ut quæ non sunt contra fidem, neque contra bonos mores, & habent aliquid ad exhortationem vitæ melioris, ubicumque institui videmus, vel instituta cognoscimus, non solum non improbemus, sed etiam laudando & imitando sectemur, si aliquorum infirmitas non ita impedit, ut amplius detrimentum sit.* Hæc Augustinus. Gregorius (m) item hæc ad Leandrum Episcopum Hispanensem in eadem sententiam scribit: *In una fide nihil officit sanctæ Ecclesiæ: sed de his hætenus; jam*

(b) r. Cor. 8. 10.

(i) r. Theff. 4.

LIX. Apostolicarum sanctionum duo genera

LX. De jejuniis sabbati.

(k) Aug. epist. ad Januar. 118.

(l) Idem ad Joan. epist. 119.

(m) Gregor. lib. 1. epist. 42.

Catalogo Script. Eccl. apocrypha, seu extra Canonem ad Ecclesiæ ædificationem pertinens; a Nicephoro Cpolitano in canone Scripturarum non canonica, non apocrypha, sed cui contradicitur: a nullo apocrypha deterioris notæ, nota scilicet, hæretica, impia; cujus generis videtur fuisse Evangelium inscriptum nomine Barnabæ, de quo Baronius. Ceterum secundum illam Scripturarum divisionem in canonicam, apocrypham, & dubiam, SS. Patrum variis auctoritatibus confirmat Cotelerius citatus. Cum vero hæc Epistola a Clemente Alexandrino lib. 2. Stromat. & ab Origene citetur, ante secundi sæculi finem supposita.

CHRISTY
51.PETRI
7.CLAUDII IMP.
9.

jam ad Paulum peragrantem Asiæ provin-
cias redeamus.

LXI. *Pervenit autem Paulus (inquit Lucas a)*
in Derben & Lystram. Et ecce discipulus
quidam erat ibi nomine Timotheus, filius
mulieris Judæa Fidelis, patre Gentili.
Hinc testimonium bonum reddebant qui in
Lystris erant & Iconio fratres. Hunc vo-
luit Paulus secum proficisci: & assumens
circumcidit eum propter Judæos, qui erant
in illis locis. Sciebant enim omnes quod pa-
ter ejus erat Gentilis. Dignum est, (inquit
Chrysothomus b) ut obstupefcamus Pauli sa-
piëntiam, qui tantopere pugnavit propter
circumcisionem; qui omnia moverat, &
non prius desistit, quam correxisset con-
firmatum dogma. Circumcidit discipulum:
non solum alios non prohibet, sed etiam
ipse hoc facit: & ita omnino ad utilita-
tem spectabat, & nihil cum animi præci-
pitacione agebat. Hunc voluit, inquit,
secum egredi. Mirabile hoc quod & il-
lum assumit. Propter Judæos, inquit, qui
erant in illis locis. Hæc est causa circum-
cidendi: non enim ferebant audire verbum
ab incircumciso. Et cur? Vide opus: Cir-
cumcidit, ut circumcisionem tollat. Hæc
Chrysothomus de Pauli animi consilio in
circumcidendo Timotheo. Augustinus (c)
vero hanc causam affert? Ideo, inquit,
Timotheus, cum in præputio vocatus esset,
tamen quia de Judæa matre ortus erat, &
ostendere cognatis suis debebat, ad eos
lucrificandos, non hoc se didicisse in di-
sciplina Christiana, ut illa sacramenta,
quæ legis veteris essent, abominaretur,
circumcisus est ab Apostolo: ut hoc modo
demonstraret Judæis, non ideo Gentes non
ea suscipere, quia mala sunt & pernicio-
se a patribus observata: sed quia jam sa-
luti non necessaria post adventum tanti
sacramenti, quod per tam longa tempora to-
ta vetus illa Scriptura prophetica figura-
tionibus parturivit. Nam & Titum cir-
cumcideret, cum hoc urgerent Judæi, nisi
subintroducti falsi fratres ideo fieri vel-
lent, ut haberent quod de ipso Paulo dis-
seminarent, tamquam eorum veritati ces-
serit, qui spem salutis Evangelicæ in cir-
cumcisione carnis atque hujusmodi observa-
tionibus esse prædicarent, & sine his ne-
mini Christum prodesse contenderent: cum
contra nihil prodesset Christus eis, qui
eo animo circumciderentur, ut ibi esse sa-
lutem putarent. Unde est illud (d): Ecce
ego Paulus dico vobis, quia si circumci-
damini, Christus nihil vobis proderit.
Hæc Augustinus de Pauli instituto; sed
quæ subdit de Petro, superius suo loco
sunt pertractata.

(b) Chry-
soth. bom.
34. in Act.

(c) Augu-
st. lib. de
mend.
ad Con-
sent. c. 5.

(d) Galat.
5.

LXII.

(e) 2. Tim.

De Ti-
mothei
genere &
ordinatio-
ne.

At vero quod de Timotheo idem Apo-
stolus scribit (e), fuit hic genitus matre
Eunice nomine, fuitque illi avia Lois
dicta, ambæ Fideles, & spectata virtute: in
secunda enim quam ad ipsum dedit epistola,

hæc ait: *Recordationem accipiens ejus fi-*
dei, quæ est in te non ficta, quæ & ha-
bitavit primum in avia tua Loide, & ma-
tre tua Eunice, certus sum autem quod &
in te. Unde quod Augustinus in nuper ci-
tato loco ait Paulum circumcidisse Timo-
theum, ut sic cognatos Judæos ad Chri-
stianam fidem impelleret: non putamus
de avia & matre ipsum intellexisse, quæ
jam ante crediderant: sed de aliis Judæis
illi conjunctis. Quod vero mox idem A-
postolus subdit: Propter quam causam ad-
moneo te, ut resuscites gratiam Dei, quæ
est in te per impositionem manuum mea-
rum, ipsum a se sacris initiatum fuisse si-
gnificat. Manuum enim impositio (de qua
superius fufus dictum est) non nudum
quoddam fuit ministerium, quo consueve-
rant Hebræi (ut in Thalmudicis testatur
Rabbi Nathan) cum quis ad docendos a-
lios promovendus magister esset, collecto
seniorum Concilio, eo prius examinato,
idoneoque reperto, omnes qui aderant,
super ipsum manus imponere: sed hoc
visibili signo manus impositionis impartie-
batur per Apostolos gratia Spiritus sancti,
ut aperte de Timotheo illis verbis Pau-
lus ipse testatur, vel cum ad ipsum jam
antea scripserat, dicens (f): Noli negligere
gratiam, quæ in te est, quæ data est a
tibi per prophetiam, cum impositione ma-
nuum presbyterii. Id enim non obiter fa-
ctum, sed per prophetiam prius declarato
divino suffragio, a se consummatum esse
significat. Quo modo autem postea ab
eodem Paulo præfatus sit Ephesiorum Ec-
clesiæ, suo loco dicemus: interim Pauli
itineria persequamur.

Cum hac (g) visitatione Pauli Ecclesiæ
fide confirmarentur, & abundarent quo-
tidie numero: *Transseunt* (inquit Lucas)
Phrygiam, & Galatia regionem, vetati
sunt a Spiritu sancto loqui verbum Dei,
in Asia: Cum venissent autem in Mysiam,
tentabant ire in Bithyniam: & non permi-
sit eos Spiritus Jesu. Cum autem pertrans-
issent Mysiam, descenderunt Troadem, ci-
vitatem maritimam Asiæ, quæ & Antigon-
ia (h) dicta & visio per noctem Paulo o-
stensa est. Vir Macedo quidam erat stans
& deprecans eum, & dicens: Transiens
in Macedoniam, adjuva nos. Ut autem vi-
sum vidit, statim quæsumus proficisci in
Macedoniam, certi facti quod vocasset nos
Deus evangelizare eis. Navigantes autem
a Troade, recto cursu venimus Samothra-
ciam, & sequenti die Neapolim, & inde
Philippos, quæ est prima partis Macedoniæ
civitas colonia. Ex hoc tempore, & non
antea Lucas adhæsisse Paulo videtur: id
enim ex mutato ab ipso usu loquendi fa-
cile intelligi potest. Qui enim cunctas,
quas hæcenus retulit, Pauli res gestas re-
ceusit, semper in scribendo tertia perso-
na est usus, ut, fecit, dixit, abiit, &
his

LXIII.
(g) Act. 16.

(h) Hieron.
de locis He-
braic. &
Plin lib. 5.
c. 30.

Lucas ad-
heret
Paulo.

CHRISTY
51.PETRI
7.CLAUDII IMP.
9.

his similibus: ex hoc autem tempore, mu-
tato stylo, quod ipse una cum cæteris
Paulo præfatus esset, seipsum cum aliis ad-
numerans, hæc in prima persona, Quæsi-
vimus, venimus, & alia id genus plura
in his quæ narrare pergit. Irenæus etiam
(a), nonnisi ab hoc tempore, cum Paulus
venisset Troadem, Lucas illi adhæsisse,
monstrare videtur; quod & verius esse
existimamus. Unde ex his Hieronymus est
declarandus, dum de Luca agens (b) i-
psum totius peregrinationis Pauli comitem
appellat individuum: cum tamen nonnisi
ex hoc tempore hæc de illo dici possint:
nec sic quidem ut illi semper inhæserit;
sed aliquando, ut occasio postulavit, ab-
fuerit. Videas posthac ipsum, ut qui præ-
sens esset, res singulas distincte pleneque
narrare: cum aliquando antea, quædem
Hieronymi testimonio, gravissima præter-
miserit, multaque strictim summamque
narravit: unde ex his magis magisque fi-
des commendatur auctoris, dum arebus il-
lis conscribendis, quibus præsens non fuerit,
abstinuerit, ac paucioribus agere potius,
quam veritatem ipsam vel in minimum di-
scrimen adduci, aut aliqua ex parte pe-
riclitari voluerit.

(a) Iren.
lib. 3. c. 14.

(b) Hieron.
de Scrip. Eccl.
in Luca.

LXIV.

(c) Hieron.
de
Scrip. Eccl.
in Luca.
(d) 2. Cor. 3.
Comes pe-
regri-
nationis
Pauli Silas.

De eodem Luca existimavit ibidem Hie-
ronymus (c) intelligere voluisse Paulum
cum ad Corinthios (d) scribens ait: *Mi-*
simus etiam cum illo fratrem, cujus laus
est in Evangelio per omnes Ecclesias: non
solum autem, sed & ordinatus est comes
peregrinationis nostræ in hanc gratiam,
quæ ministratur a nobis ad Domini glo-
riam, & destinatum voluntatem nostram.
Verum nihil ejusmodi de ipso Luca le-
gitur in Actis, sed potius (ut vidimus
eodem Luca auctore) de Sila: qui, cum
a Paulo Barnabas recessisset, electus est
Antiochiæ Pauli comes in peregrinatione
suscepta: cui & conveniunt illa præco-
nia, quibus dicitur, laudem ejus in E-
vangelio fuisse per omnes Ecclesias: nam
ad Apostolicam perficiendam legationem
ex Concilio Hierosolymitano una cum Ju-
da, quod primi essent (ut idem Lucas
(e) ait) in fratribus, delectus est. Por-
ro ejusmodi primatus nonnisi ex prædica-
tione Evangelii comparatus esse videtur:
in quo genere si magna cum laude ver-
satus est ante ipsius legationis functionem;
quanto celebrior postea factus est, cum
omnibus Ecclesiis Syriæ, Ciliciæ, & a-
liis Asiæ provinciæ, Macedoniæ etiam,
& Achajæ, una cum Paulo ablegatus An-
tiochia, Evangelium prædicavit? ut me-
rito de illo Paulus dixisse videatur: *Cu-*
jus laus est in Evangelio per omnes Ecclie-
sias: quibus sane verbis non propterea
aliquis a Paulo notatus dici potest, qui
scripserit Evangelium, immo nec si ap-
pellasset eum Evangelistam: nam & Phi-
lippos ab eodem Luca (f) dictus est E-

(e) Act. 15.

(f) Act. 21.

vangelista, non quod Evangelium scri-
psisset, sed potius prædicasset. In hanc
sententiam, quod ille sic a Paulo descri-
ptus, non fuerit Lucas, Theodoretus ac-
cessit (g), qui tamen illum non Silam,
sed Barnabam fuisse putavit, qui in pri-
ma illa peregrinatione segregatus Antio-
chiæ cum Paulo in Evangelium, illi usque
ad finem comes adhæsit: qui licet in se-
cunda assumpta ab Apostolo peregrinatio-
ne ab eo discessisset; tamen antequam se-
cundam illam ad Corinthios, in qua præ-
dicta narratur, Paulus scripsisset episto-
lam, Barnabas iterum ad ipsum rediisse
videtur. Nam in prima (h) ad eodem
data epistola, ejus meminit tamquam col-
legæ in Evangelii prædicatione, cum ait:
Aut ego solus, & Barnabas, non habe-
mus potestatem hoc operandi? Quid de his
quisque opinari velit, fuerit ne Lucas,
an Silas, vel Barnabas, relinquimus ar-
bitrio legentium; qui meminisse debent,
Hieronymi sententiam non mediocriter ro-
borari Ignatii testimonio, qui ad Ephe-
sios scribens, eodem quo Paulus, Lucam
præconii laudat genere, cum dicit, ipsum
citans: Ut testatur Lucas, cujus laus est
in Evangelio. Sed de Luca fati: an vero
fuerit ex numero septuagintaduorum, vel
potius Pauli discipulus, agemus inferius,
cum de Evangelio ab eo scripto institue-
mus narrationem.

Quod vero pertinet ad res gestas Pauli
usque ad ejus adventum Corinthum a Lu-
ca descriptas: in eis ordine temporum in
Annalibus intexendis, ejusmodi est a nobis
inita ratio: Quoniam idem Lucas infer-
rius capite decimo octavo agens de adven-
tu Pauli Corinthum, invenisse illic dicit
Aquilam & Priscillam Judæos, qui (in-
quit) nuper venerant ab Italia, quod
Claudius Imperator præcepisset omnes Ju-
dæos Roma discedere: cum vero dictum
sit majorum auctoritate, Claudium hoc
ipso anno nono sui Imperii, quæ dicta
sunt in Judæos statuisse: certe adventum
Pauli Corinthum hoc anno, vel ad sum-
mum sequentis initio, contigisse, existima-
ri posse videtur. Nos igitur, habita ra-
tione ceterarum rerum, quæ a Luca de-
scriptæ, a nobis hoc anno sunt recensita,
in sequentem annum potius illum re-
jicimus: cetera vero, quæ ad illud usque
tempus in Actis facta leguntur, hoc ipso
anno includimus.

Eramus autem (sequitur Lucas (i) in
hac urbe, Philippis videlicet, consisten-
tes. Die autem sabbatorum egressi sumus
foras portam juxta flumen, ubi videbatur
oratio esse: & sedentes loquebamur mulie-
ribus, quæ convenerant. Et quadam mu-
lier nomine Lydia purpuraria civitatis
Thyatirenorum, colens Deum, audivit:
cujus Dominus aperuit cor intendere his quæ
dicebantur a Paulo. Cum autem baptizata
esset,

LXV.
Tempus
adventus
Pauli Co-
rinthum.

LXVI.
(i) Act. 16.
De Lydia
purpura-
ria.

esset, & domus ejus, deprecata est, dicens: Si judicatis me fidelem Domino esse, introite ad domum meam, & manete. Et coegit nos. Consueverant Hebraei ultra synagogas, quas intra civitates habebant, loca etiam in suburbiis posita, quantum sabbati haberet iter, in qua deambulantes convenirent, ac simul Deo preces offerrent, instituere. De ejusmodi locis Epiphanius (a) agens, haec ait: Fuerunt quidam antiquitus orationum loci, tum inter Judaeos extra civitatem, tum inter Samaritas, velut etiam in Actibus Apostolorum invenimus: ubi purpurarum venditrix Lydia Paulo occurrit, & sic quoque divina Scriptura narrat, quod videbatur locus orationis esse: & accesserunt, & docuerunt Apostoli mulieres, quae illo tempore convenerant. Sed & orationis locus est in Sicimis, quae nunc appellatur Neapolis, extra urbem in campestri regione duorum ferme signorum distantia, speciem theatri praeserens, in aere & sub dio constructus a Samaritis, qui omnia Judaeorum imitantur. Haec Epiphanius.

(a) Epiph. haer. 80.

LXVII. De Pythoniis liberata.

Quid autem post haec acciderit, idem Lucas declarat his verbis: Factum est autem, cum nobis ad orationem, puellam quamdam habentem spiritum pythonem obviare nobis, quae quaesum magnum praestabat dominis suis divinando. Haec subsecuta Paulum, & nos, clamabat dicens: Isti homines servi Dei excelsi sunt, qui annuntiant vobis viam salutis. Hoc autem faciebat multis diebus. Dolens autem Paulus, & conversus spiritus dixit: Praecipio tibi in nomine Jesu Christi exire ab ea. Et exiit eadem hora. Videntes autem domini ejus quia exiit spes quaesum eorum, apprehendentes Paulum & Silam perduxerunt in forum ad principes: & offerentes eos magistratibus, dixerunt: Hi homines conturbant civitatem nostram, cum sint Judaei, & annuntiant morem quem non licet nobis suscipere, neque facere, cum simus Romani. Erat enim (ut dictum est) Philipporum civitas colonia Romanorum, & sic appellat eam Plinius (b). Porro coloni jure Romanorum vivere cogebantur; non sic quidem municipia, quae suis juribus & legibus uti possent; quo genere coloniis ea praestasse, Gellius (c) pluribus docet. Cum ergo Philippenses dixerunt se esse Romanos, eaque ex causa non licuisse sibi peregrinum morem accipere: jure colonorum eos esse locutos constat: nam etsi municipes itidem dicti sint cives Romani, tamen quos vellent mores admittere, & quibus vellent legibus uti poterant. Cum igitur Paulus & Silas sic ante magistratus civitatis sisterentur: Cucurrit (inquit Lucas) plebs adversus eos: & magistratus scissis tunicis eorum, jusserunt eos virgis cedi. Et cum multas plagas eis imposuissent, miserunt

(b) Plin. lib. 4. c. 12.

(c) Gell. lib. 16. c. 13.

eos in carcerem internam, & pedes eorum strinxerunt ligneo. Media autem nocte Paulus & Silas orantes laudabant Deum: & audiebant eos, qui in custodia erant.

Hoc faciebat Paulus una cum Sila, quod ante ipsos David Rex facere consueverat, qui media (d) nocte surgebat ad confitendum Domino; & quod Isaiae (e) erat in optatis, cum diceret: Anima mea desideravit te in nocte. Hoc item a Fidelibus faciendum esse, Dei Ecclesia, Apostolorum traditione & exemplo, constituit: idque illa praesertim ratione, quod media nocte Dominum ad judicandum orbem terrarum ex improvviso & quam citissime venturum esse credebant, secundum quod dixerat (f): Media nocte clamor factus est, Ecce sponsus venit. Cui veritati adstipulari videbantur carmina Sibyllina. Quamobrem (quod Dominus admonuerat vigilandum esse) Christiani media nocte surgere ad Dei laudes celebrandas consueverunt, prout Lactantius (g) testatur his verbis, cum de adventu Domini ad judicium loquitur: Tunc, inquit, aperietur caelum medium invempesta nocte & tenebrosa, ut in Orbe toto lumen descendens Dei tamquam fulgur appareat: quod Sibylla his versibus locuta est.

LXVIII.

(d) Psal. 121.

(e) Isaia.

De nocturnis precibus.

(f) Matth. 25.

(g) Lactan. lib. 7. c. 19.

Ἡμέρας, ὅσας ἐν τῇ νύκτι κενύει μὲν αὐτῶν

Hoc est: Cum veniet, ignis erit, tenebraeque in media nocte obscura.

Haec est vox, quae a nobis propter adventum Regis ac Dei nostri pervigilio celebratur: cujus noctis duplex est ratio, quod & in ea vitam tum recepit, cum passus est, & postea orbis terrae regnum recepturus est. Haec Lactantius.

At quoniam nec satis exploratum esse voluit Dominus, quae potissimum hora venturus esset, dicente ipso (b): Vigilate ergo: nescitis enim quando Dominus veniet, sero, an media nocte, an galli cantu, an mane. Hac de causa non media tantum nocte (ut diximus) Fideles ad preces Deo fundendas confurgere consueverunt, sed & aliis ejusdem noctis horis. Unde Clemens (i) Alexandrinus: Quocirca, inquit, saepe etiam noctu e lecto surgendum est, Deusque est laudandus: beati enim, qui in ipsum vigilarunt, se ipsos assimilantes Angelis, quos nos ἁγῶντες, hoc est, vigilantes vocamus. His itaque quatuor noctis temporibus expectandi Dominum fortasse respondent tres illae nocturnae preces, cum his accedunt matutinae laudes, quae tamen uno compendio hodie absolvuntur: licet aliam ab his diversam rationem iniisse visi sint, qui tribus vicibus nocte orandum esse statuerunt, nimirum

LXIX.

(b) Marc. 13.

(i) Clem. Alex. in Paedag. c. 9.

De tribus nocturnis horis.

(a) Basil. reg. inter. pag. 37.

rum ipso exordio, media nocte, & in fine: prout Basilus (a) dum haec ait: Completo vero jam die, pro iis omnibus quae in eo nobis data fuerunt, gratulatio succedet: eorumque quae vel prudenter vel imprudenter praetermissa sunt, confessio; ac scubi latens delictum aliquod admisum fuerit verbis, operibusve; aut etiam corde, pro his omnibus oratione adhibita, veniam nobis a Deo comprecabimur: siquidem ad similia peccata iterum evitanda valde utilis est praeteritorum consideratio. Idcirco David dicit: Quae dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus vestris compungimini. Tum autem praeis se jam noctis intendentibus tenebris, sequetur petitio, ut quiet, quam sumus captivi, ex omni perturbatione ac vitio libera sit. Qua hora etiam necessario nonagesimus recitari Psalmus debet. De tempore autem dimidia noctis, quod id ad orationem necessarium sit, traditum est nobis a Paulo & Sila in Actis. Scriptum est enim sic: Circiter autem mediam noctem Paulus & Silas laudabant Deum. Atque hoc quidem etiam auctor Psalmorum confirmat, sic dicens: Media nocte surgebam ad confitendum tibi super judicia justitiae tuae. Post antevertendum diluculum est, & ad orationem surgendum, cavendumque ne dies nos in lectulo dormientes opprimat, & ille imitandus, qui dixit: Praevenerunt oculi mei diluculum, ut meditarer eloquia tua. Haec Basilus.

LXX.

(b) Hier. epist. 28.

(c) Idem epist. 8.

(d) Idem epist. 7.

(e) Epiph. in com. pend.

Lucernariae preces.

(f) Basil. ad Amphil. de Spiritu sancto c. 29.

(g) Clem. Const. lib. 8. c. 36.

(h) Cassian. lib. 3. c. 3.

Hieronymus (b) etiam, scribens ad Eustochium, nocte bis terque surgendum demonstrat: & ad Demetriadem (c) post alias diurni temporis orandi horas: Ad vesperam, inquit, media nocte, & mane semper est exercendum; & ad Laxam (d) haec de eisdem noctis horis: Assueverat exemplo ad orationes & Psalmos nocte consurgere, mane hymnos canere, accensaque lucerna reddere sacrificium vespertinum; ea de causa Epiphanius (e) Psalmos, qui ea prima noctis hora cani consueverunt, lucernales appellat, cum ait: Matutini etiam hymni in ipsa sancta Ecclesia perpetuo fiunt, & orationes matutinae, & lucernales simul Psalmi & orationes. De iisdem Basilus (f) ad Amphilo-chium de Spiritu sancto: Visum est patribus nostris beneficium vespertini luminis non silentio suscipere, sed statim ut apparuit, gratias agere. At quinam fuerit pater illorum verborum lucernariae gratiarum actionis, dicere non possumus: populus tamen antiquam edit vocem, & nemini unquam ipsi impij putati sunt qui dicunt: Laudamus Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum Dei. Haec ille, insinuans haec non nisi ex Apostolorum traditione ad Ecclesias esse perlata. De iisdem insuper lucernariis precibus est mentio apud Clementem (g) & Cassianum (h), qui de Ann. Eccl. Tom. I.

nocturno orandi modo librum scripsit (i). Chrysostronus (k) etiam lucernarium illud appellat officium, de quo ait (l): Ad Solis occasum, quod etiam lucernarium appellamus, orandum scilicet: quia tum ob diei transitum Deo gratias agimus. Haec ille, cum septem enumerat canonicas orandi horas, deque tribus nocturnis orandi horis pluribus agit: de quibus & alii demum omnes tam Latini quam Graeci, qui de Ecclesiasticis sacris ritibus commentarios conscripserunt. Nocturnas convocationes eas appellat Tertullianus (m); quod scilicet non privatim in suis aedibus a singulis agerentur, sed publice omnes in unam convocarentur ecclesiam; unde Ignatius (n) ad Magnesianos: Omnes, inquit, ad orandum in idem loci convenite; sit una communis precatio, una mens, una spes; & paulo post: Omnes velut unus quispiam ad templum Dei concurrite, velut ad unum altare.

(i) Cassian. lib. 2.

(k) Chrysostr. in Psal. 118.

(l) Idem hom. 59. ad pop. Antioch. & de laud. monach.

(m) Tertul. ad uxor. lib. 2. c. 4.

(n) Ignat. epist. 6.

LXXI.

Perseveravit diutius & ille usus, ut non clerici tantum, sed & populus simul in ecclesia laudes Deo canerent: tamen quod modo illi altiori voce, isti summissa in ecclesia orent, ea de causa mutatum videtur, quod laici perdifficile continerentur in officio, ut in voce rhythmum, & in statu corporis decorem sacris decentem servarent; prout pluribus queritur, cum populum objurgat Joannes Chrysostronus (o) qui inter alia haec ait: Sunt quidam inter hos qui hic adsumunt, quos ne vestra quidem charitati arbitror esse ignotos, qui contemnentem Deum ac Spiritus eloquia pro vulgaribus ac profanis ducentes; incompositas voces emittunt, nibiloque meliores se gerunt his quos habet insania, toto corpore tumultuantes circumacti, moresque praeserentes a spirituali statione alienos. Miser & infelix, oportebat te cum tremore & reverentia angelicam glorificationem resonare, cumque terrore confessionem reddere conditori, ac per hanc delictorum veniam postulare, &c.

(o) Chrys. in Isa. c. 48. hom. 1.

Pluribus enim insectatur eorum in oratione incompositam vocem, & indecoros mores. Porro de antiquo in Ecclesia sacrarum usu vigiliarum, de quo agimus, non solum innumera sanctorum Patrum tam Latinorum, quam Graecorum suppetunt testimonia, sed etiam scriptorum Gentilium. Ecce tibi Plinius (p) Juniori scribens ad Trajanum, haec ait: Affirmabant autem hanc fuisse summam vel culpa sua, vel erroris, quod essent soliti stato die ante lucem convenerunt, carmenque Christo quasi Deo dicere secum invicem. Et Lucianus (q) ex persona Christianorum: Ad hymnos tota nocte decantandos vigilantes, talia somniamus. Rursum Ammianus (r) Marcellinus: In statione primis tenebris observata custodum absentia, qui die festo Christiani ritus in ecclesia pernoctabant. Ceterum sacrarum vigiliarum usum non tantum (ut quidam im-

Ufus vigiliarum.

(p) Plin. lib. 10. epist. 97.

(q) Lucian. in Philopat.

(r) Ammianus Marc. lib. 28. in fine.

perite tradunt) non sublatum esse in Ecclēsia ab Ambrosio, sed ab illis temporibus majori observantia celebratum, & quibusdam additamentis nobiliter auctum, diximus in nostris ad Romanum Martyrologium (a) Notationibus, iterum quoque dicturi fusius suo loco inferius. Hæc de antiquis Ecclēsiæ moribus, quos ex instituto narrandos suscepimus.

(a) Die quinta Januarii.

LXXII. (b) Act. 16. Paulus & Silas liberati.

Profecutus postea Lucas (b) de Paulo & Sila carceri mancipatis hæc scribere: Subito vero terræmotus factus est magnus, ita ut moverentur fundamenta carceris. Et statim aperta sunt omnia ostia & universorum vincula soluta sunt. Expergefactus autem custos carceris, & videns januas apertas carceris, evaginato gladio volebat se interficere, astimans fugisse vinclos. Clamavit autem Paulus voce magna, dicens: Nihil tibi mali feceris: universi enim hic sumus. Petitoque lumine, introgressus est, & tremefactus procidit Paulo & Silæ ad pedes: & producit eos foras, ait: Domini, quid me oportet facere ut servus sim? At illi dixerunt: Crede in Dominum Jesum, & servus eris tu, & domus tua. Et locuti sunt ei verbum cum omnibus qui erant in domo ejus. Et tolens eos in illa hora noctis, lavit plagas eorum, & baptizatus est ipse, & omnis domus ejus continuo. Cumque perduxisset eos in domum suam, apposuit eis menium, & letatus est cum omni domo sua, credens Deo. Et cum dies factus esset, miserunt magistratus lictores, dicentes: Dimitte homines illos. Nunciavit autem custos carceris verba hæc Paulo: Quia miserunt magistratus lictores, nunc igitur excentes ite in pace. Paulus autem dixit eis: Casos nos publice, indemnatos homines Romanos miserunt in carcerem, & nunc occulte nos ejiciunt? Non ita: sed veniant, & ipsi nos ejiciant. Nuntiaverunt autem magistratibus lictores verba hæc. Timueruntque audito quod Romani essent, & venientes deprecati sunt eos, & educentes rogabant ut egredierentur de urbe. Excentes autem de carcere, introierunt ad Lydiam: & vixit fratribus, consolati sunt eos, & profecti sunt. Hæc Lucas de rebus gestis Philippis. Quod autem Philippenses magistratus adeo timuerint, cum rescivissent, quos cæcidissent ac carceri tradidissent, esse Romanos cives; atque eosdem postea humaniter tractantes, ipsi venientes rogant eos ut abirent: illud in causa fuisse existimo, quod adhuc recens erat Rhodiorum exemplum, qui cum peccassent in aliquos Romanos cives, Claudius eos libertate penitus privarat, ut auctor est

(c) Dio lib. 60.

LXXIII. (d) Act. 17. Egredi Paulus & Silas Philippis, cum Apolloniam, Macedoniæ civitates, venerunt Thessalonicam, ubi erat

synagoga Judæorum. Secundum consuetudinem autem Paulus introivit ad eos: & per sabbata tria disserabat eis de Scripturis; adaperiens & insinuans, quia Christum oportuit pati, & resurgere a mortuis, & quia hic est Christus, quem annuntio vobis. Et quidam ex eis crediderunt, & adjuncti sunt Paulo & Silæ, & de colentibus Gentilibus multitudo magna, & mulieres nobiles non paucæ. Hæc Lucas. At de suo adventu Paulus ad eosdem Thessalonicenses postea scribens, his verbis meminit (e): Ipsi scitis, fratres, introitum nostrum ad vos, quia non inanis fuit. Sed ante passi & contumeliis affecti (sicut scitis) in Philippis, fiduciam habuimus in Deo nostro, loqui ad vos Evangelium Dei in multa sollicitudine. Quanta autem alacritate animi Thessalonicenses susceperint a Paulo prædicationem Evangelii, idem ipse his verbis significat, dicens (f): (f) 1. Thess. Evangelium nostrum non fuit ad vos in sermone tantum, sed in virtute, & in Spiritu sancto, & in plenitudine multa: sicut scitis quales fuerimus in vobis propter vos. Et vos imitatores nostri facti estis & Domini, excipientes verbum in tribulatione multa cum gaudio Spiritus sancti: ita ut facti sitis forma omnibus credentibus in Macedonia, & in Achaia. A vobis enim diffamatus est sermo Domini non solum in Macedonia, & in Achaia; sed in omni loco fides vestra, quæ est ad Deum, profecta est: ita ut non sit nobis necesse quidquam loqui. Ipsi enim de nobis annuntiant, qualem introitum habuerimus ad vos, & quomodo conversi estis ad Deum a simulacris, servire Deo vivo & vero: & inferius: Ideo & gratias agimus Deo sine intermissione: quoniam cum accepissetis a nobis verbum auditus Dei, accepistis illud non ut verbum hominum, sed, sicut est vere, verbum Dei, qui operatur in vobis, & credidistis. Vos enim imitatores facti estis, fratres, Ecclesiarum Dei, quæ sunt in Judæa, in Christo Jesu: quia eadem passi estis & vos a contribulibus vestris, sicut & ipsi a Judæis.

(e) 1. Thess. 2. Quid Thessalonicæ Paulus.

(f) 1. Thess. 1. & 2.

Sed quænam fuerit ejusmodi tribulatio, LXXIV. quam passi sunt Fideles Thessalonicenses, Lucas (g) ex parte saltem declarat his verbis: Zelantes autem Judæi, assumentesque de vulgo viros quosdam malos, & turba facta, concitaverunt civitatem: & assistentes domui Jasonis, querebant eos producere in populum. Et cum non invenissent eos, traherant Jasonem & quosdam fratres ad principes civitatis, clamantes: Quoniam hi qui Orbem concitant, & huc venerunt, quos suscepit Jason: & hi omnes contra decreta Cæsaris faciunt, Regem alium dicentes esse Jesum. Concitaverunt autem plebem, & principes civitatis audientes hæc: & accepta satisfactio Thessalonicæ a Jasonem & ceteris, dimiserunt eos. Fra-

Recessit Paulus Thessalonicæ.

Fratres vero confestim per noctem dimiserunt Paulum & Silam in Beream. Hucusque Lucas de rebus Thessalonicæ gestis: Sed & de conversatione Pauli & Silæ cum essent Thessalonicæ, nolimus illud præterisse quod idem Paulus (a) ad eos scribens inculcat his verbis: Neque enim aliquando fuimus in sermone adulationis, sicut scitis, neque in occasione avaritiæ, Deus testis est: nec quærentes ab hominibus gloriam, neque a vobis, neque ab aliis. Cum possemus vobis oneri esse, ut Christi Apostoli: sed facti sumus parvuli in medio vestrum, tanquam si nutritrix foveat filios suos. Ita desiderantes vos cupide, volebamus tradere vobis non solum Evangelium Dei, sed etiam animas nostras, quoniam carissimi nobis facti estis. Memores enim estis, fratres, laboris nostri, & fatigationis: nocte & die operantes, ne quem vestrum gravaremus, prædicavimus vobis Evangelium Dei.

(a) 1. Thess. 2.

LXXV. At non solum hæc, sed & cum apud ipsos esset, omnes quæ in ipsos concitatae sunt postea persecutiones prædixit: commemorat id ipsum Paulus (b) eadem epistola, quam ad ipsos scripsit, sic dicens: Nemo moveatur in tribulationibus istis: ipsi enim scitis quod in hoc positi sumus. Nam cum apud vos essemus, prædicebamus vobis, passuros nos tribulationes, sicut & factum est, & scitis. Hæc omnia cum prætermiserit Lucas, neque scribens cetera dicat se una cum illis fuisse, neque in prima pluralis numeri persona loquatur, ut fecerat prius, par est credere (quod & ceteris Pauli discipulis Timotheo, Tito, & aliis sæpe accidere

(b) 1. Thess. 3.

Lucæ in scribendo ratio.

JESU CHRISTI ANNUS 52.

PETRI ANNUS 8.

CLAUDII IMP. ANNUS 10.

Sequenti anno Domini quinquagesimo secundo, C. Antistio (c) & M. Sullio Coss. Paulus Athenas veniens, in synagoga Judæorum primum, inde in Areopago Evangelium prædicavit, convertitque multos ad fidem Christi suscipiendam, & inter alios Dionysium Areopagitam, & nobilem feminam nomine Damarim. Antequam autem singula, ut gesta sunt, enarremus; ratio ex more reddenda est, cur hæc in hoc potissimum tempus a nobis rejiciantur. Hæc ita se habere, tum ex antea dictis, tum etiam ex his quæ sequuntur de Paulo (f), quod Athenis recedens, moxque Corinthum veniens, invenit illic Aquilam & Priscillam, qui nuper venerant ex Italia, occasione edicti Claudii, quo jusserat omnes, qui erant Romæ, Judæos ab Urbe secedere (quod anno superiori nimirum nono ejusdem Imperatoris anno, promulgatum fuisse vidimus) optime colligi potest. Quibus consentiunt quæ de Dionysio traduntur, ipsum anno decimonono a passione Domini ad Christum fuisse conversum: quocirca a trigesimoquarto anno Domini inchoato, quo passum fuisse monstravimus, dictos novemdecim annos numerare incipiendo, & ad præsentem usque annum numerum deducendo, fateri oportet ipsum Dionysium ad Christianæ religionis cultum accessisse hoc ipso anno Domini quinquagesimosecundo. His de temporis ratione cognitis, rem gestam ex Lucæ verbis, ut se habuit, enarremus.

(f) Act. 18.

Paulus igitur cum Athenis esset, expectans Silam atque Timotheum: Incitabatur (inquit Lucas g) spiritus ejus in ipso, videns idololatriam deditam civitati. Dis-

LXXVI.

(c) Act. 17. Quid Bereæ Paulus.

(d) Tacit. lib. 12.

Quæ autem acciderint Paulo & Silæ, cum Thessalonicæ recedentes venerunt Beream ejusdem provinciæ civitatem, idem Lucas (c) in hunc modum recenset: Cum venissent, in synagogam Judæorum introierunt: hi autem erant nobiliores eorum qui sunt Thessalonicæ, qui susceperunt verbum in omni aviditate, quotidie scrutantes Scripturas, si hæc ita se haberent. Et multi quidem crediderunt ex eis, & mulierum Gentilium honestarum, & viri non pauci. Cum autem cognovissent in Thessalonicæ Judæi, quia & Bereæ prædicatum est a Paulo verbum Dei, venerunt & illuc, commoventes & turbantes multitudinem. Qui autem deducebant Paulum, perduxerunt eum usque ad Athenas: & accepto mandato ab eo ad Silam & Timotheum, ut quam celeriter veniret ad illum, profecti sunt. Ceteræ vero Pauli Athenis res gestæ quoniam sequenti anno accidisse reperiuntur, suo loco eadem describemus. Hoc anno iisdem Coss. (inquit Tacitus d) Itruræi & Judæi, de fundis Regibus Sohenio atque Agrippa, provinciæ Syriæ additi sunt: sed obitum Agrippæ ante annos quinque contigisse, Josepho auctore, diximus.

Paulus igitur cum Athenis esset, expectans Silam atque Timotheum: Incitabatur (inquit Lucas g) spiritus ejus in ipso, videns idololatriam deditam civitati. Dis-

II.

(g) Act. 17.

puta.

putabat igitur in synagoga cum Judæis, & colentibus, & in foro, & per omnes dies ad eos qui aderant. Quidam autem Epicurei & Stoici philosophi disserabant cum eo, & quidam dicebant: Quid vult seminator verborum hic dicere? Alii vero: Novorum demoniorum videtur annuntiator esse; quia Jesum & resurrectionem annuntiabat eis. Et apprehensum eum ad Areopagum duxerunt. Erat locus ille juxta mare, Promontorium Martis dictum; a quo nomen deductum, ut Areopagus diceretur: licet de nomine (a) alii aliam afferant causam. Judices qui eo convenire consueverant ad judicandas causas, majores scilicet, nempe sanguinis, morum, ac religionis, a loco nomen accipientes, Areopagite dicebantur, fama integerrimi, virtuteque spectatissimi, & usu rerum perspicacissimi: nulli enim ad eum magistratum capessendum patebat aditus, nisi primum in inferiori magistratu sex virorum Thesmothetæ per annum meruisset: ad quem nec facilis erat accessus: nam prius de antea vita rationem reddere publice tenebatur; irreprehensibilique adinventus, inter eos adnumerabatur: idemque rursus in Areopagitam promovendus, qualis esset, quibus compositis moribus, & in rebus agendis solertia præditus, diligenti peruestigatione probatus, sic tandem inter Areopagitas profitebatur. Accedebat & illud, quod qui talis visus in eum ordinem obrepisset, nec qualem præferebat aspectus inventus esset, nullis meritis, sed tantum Genio (ut aiunt b) impellente, ab Areopagitarum numero sponte discedere cogebatur.

(a) Aug. de Civit. Dei lib. 18. c. 10. Ista Pelusota lib. 2. epist. 92. Suidas, & alii.

(b) Lucian. in Hermotimo.

III. Cum causam cognituri Areopagite ac De Areopagitis. Judicaturi in Areopagum ascenderent (id enim ter tantum in mense faciebant, nimirum quarto Kal. tertio, & pridie) qui erant causam dicturi, non oratorum more, ornamento verborum ad persuadendum composito, sed simplici rei gestæ narratione id facere jubebantur; & si quando quid modicum ejusmodi lineam excessissent, præconis voce cohibiti, tacere cogebantur; ac sicut hæc fiebant, ne verborum illecebris flecterentur; ita ne reo-

SÆ C. I. ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5543. Anno Urbis 803. Olymp. 207. an. 2. An. C. 50. ○ 3. D. D) 13. P. 25. Mart. Indict. 8. JESU CHRISTI 50. secundum Baronium 52.

[1] C. Off. C. Antistius Veter, & M. Suillius Nervilianus Kalendarium Antiatinum: C. ANTISTIVS VETUS. M. SUIILLIO. NERVILINO. COS. Ergo Suillii cognomen, Nervelini, non Nerviliani est. Tacitus Annal. lib. XII. cap. XXV. C. Antistio M. Suilio Coss. Facti Idatiani, Vindebonenses, & Prosperi Chronicon: Vetere & Nerviliano. Vide Norisii epistolam consularem ad hunc annum. Claudius in annum insequentem consul designatus erat. Veteres lapides, apud Gruterum; CXIII. 3. & Fabretum pag. 726. num. 444. ubi Claudii TR. POT. X. COS. V. DESTG. V.

rum miserando commoverentur aspectu, ipsa nocte, nullis admotis luminibus, judicia exercebant, summoque silentio tabellarem quisque dabat sententiam: unde in parcemiam illud venit: Areopagita taciturnior. Adeoque de illorum integritate fama percerebuit, ut cum quis justissimum quempiam, severissimum, vita innocentissimum, ac omnibus denique partibus absolutum, optimumque virum demonstrare voluisset, Areopagitam cognomine diceret (c). Antiquissimum plane judicium, quod (ut Eusebius notat in Chronico) ceptum est anno mundi ter millesimo sexcentesimo nonagesimoquarto: nec usque ad præsens tempus, quamvis a diversis tyrannis oppressi Athenienses fuerint, extinctum est: & quantumlibet a Romanis essent subjugati, nullatenus est intermissum. Quin & Romani Proconsules Asiæ perdifficiles causas eorum judicio definiendas committebant, ut Cn. Dolabellam fecisse, ex Valerio testatur Gellius (d), Lucianus etiam in Hermotimo, sua quoque ætate Areopagitarum judicio causas definiiri consuevisse tradit. Collegit hæc majori ex parte Budæus (e). Ceterum illucrescente orbi terrarum Christi lege omnino perfectissima, jam ceteras siluisse, & Areopagum celsasse, auctor est Theodoretus (f), verum non statim, sed, ut cetera alia, suis temporibus.

(c) Cio. ad Attic. lib. 1.

(d) Gell. lib. 12. c. 7.

(e) Budæus in Pandectas lib. ult. de Sen.

(f) Theodoret. de Evang. lib. 9. de legib.

IV. Pauli conicio in Areopago.

CLAUDII IMP. IO. [1] AD num. I. Coss. C. Antistius Veter, & M. Suillius Nervilianus, ut ostendit Card. Norisius in Epistola Consulari pag. 34.

inveniant: quamvis non longe sit ab unoquoque nostrum. In ipso enim vivimus, & movemur, & sumus, sicut & quidam vestrorum poetarum dixerunt: Ipsius enim & genus sumus. Genus ergo cum finis Dei, non debemus aestimare auro, aut argento, aut lapidi, sculpturæ artis, & cogitationis hominis, Divinum esse simile. Et tempus quidem ignorantia despiciens Deus, nunc annuntiat hominibus, ut omnes ubique penitentiam agant, eo quod statuet diem, in quo judicaturus est Orbem in æquitate, in viro in quo statuit, fidem præbens omnibus, suscitans eum a mortuis. Hæc peroravit Paulus in Areopago.

V. Perdifficilem sane provinciam suscepit: qui enim fieri poterat, ut ipsi toto Orbe celeberrimi, a quibus & Romani publica celebrique legatione leges acceperant, leges in re maxima, nimirum cultu divino, a barbaro homine, Judæo scilicet, acciperent; ut qui prædicaretur ab eo Judæus homo crucifixus, idem Deus esse crederetur? cum præsertim capitis supplicium immineret, si quis vel deos negaret, vel inconsulto Areopago, peregrinam religionem induceret. Nam de-

(a) Joseph. li. 2. contra Apion. Anaxagora Clazomenio scriptum est (a), quod existimantibus Atheniensibus Solem esse deum, ille cum saxum ignitum dixisset, paucorum sententia morte damnatus est. Idemque adversus Diagoram Melium, talentum decreverunt, si quis occideret eum, quoniam eorum mytheria deridere ferebatur. Protagoras autem, nisi cito fugisset, comprehensus occisus fuisset, eo quod de diis Atheniensium, an essent, revocasset in dubium; nam ejus argumenti liberum cum scripsisset, in principio posuit: De diis, neque ut sint, neque ut non sint, habeo dicere; quamobrem cum oportuna fuga sibi consulisset, libri ejus sunt in concione combusti. Insuper feminam quamdam sacerdotem interfecerunt, quoniam eam quidam accusavit peregrinos deos colere. Et de Socrate constat, accusatum fuisse a Mello eodem crimine, dicente: jura violat Socrates; quos ex majorum instituto suscepit civitas, deos esse negans, alia nova demonia inducit; quam ob causam morte multatus est ducentis octoginta & unacententiis.

VI. At Paulus admirabili quadam circumspeditione divino affatus Spiritu causam egit: nam quoniam sciebat a multis argui, qui novorum demoniorum videretur annunciator, eo quod Jesum Christum prædicaret; ut ea culpa careret, nec novi numinis videretur inventor, sed potius antiqui illorum cultus assertor ac prædicator, ex ipsorum theologia ad insinuandum verum Dei cultum admirabili quadam prudentia sibi aditum patefecit: & licet nequaquam illorum templa esset in-

Athenienses tenacissimi Deorum cultores.

(a) Joseph. li. 2. contra Apion.

VI. Paulus ab occasione sumit dicendi argumentum.

gressus, ex his tamen quæ foris stare simulacra, conspexerat, dicendi sumpsit exordium: Nam (ut auctor est Thucydides) Athenis in foro stabant duodecim aræ deorum, has contemplatus haud dubium Paulus, in eam intendit, cujus inscriptio erat: IGNOTO DEO. Meminit & Philostratus Ignotis diis aras fuisse erectas Athenis: Laertius quoque in Epimenide, necnon & Pausanias ad Phalerum, ut Cælius (b) observavit. Id genus aram in Gallis eadem inscriptione notatam esse retam, & in veri Dei cultum translata, mentio habetur in epistola quæ dicitur Martialis ad Burdegalenses inscripta.

(b) Cælius Rhod. an. 119. lib. 22. c. 2.

VII. Sed quod ad Atheniensis aræ inscriptionem pertinet; hæc habet Hieronymus (c): Inscripção autem aræ non ita erat ut Paulus asseruit: IGNOTO DEO: sed ita: DIIS ASIÆ, EUROPÆ, ET LIBYÆ, DIIS IGNOTIS ET PEREGRINIS. Verum quia Paulus non pluribus diis indigebat ignotis, sed uno tantum ignoto Deo, singulari verbo usus est, ut doceret illum suum esse Deum, quem Athenienses in aræ titulo prænotassent: & cum recte scientes colere deberent, quem ignorantes venerabantur, & nescire non poterant. Hæc Hieronymus. Oecumenicus (d) titulum his fuisse verbis conceptum tradit: Diis Asiæ, Europe, & Libyæ, Deo Ignoto & peregrino. Sed hæc haud facile admitterimus, cum apud Lucianum (e) Gentilis homo sic juret, Per Ignotum Athenis, & non per Ignotos: ac rursus ex persona Triephontis: Nos autem illum Athenis Ignotum inventum adorantes, & manus ad calum tollentes, gratias illi agamus, ut qui digni facti fuerimus hujusmodi potestatis atque virtuti subjecti esse. Ceterum non unam tantum aram Athenis fuisse Ignoto Deo dedicatam, sed plures, existimamus: ac proinde utrumque verum esse potuisse; nimirum aram aliquam, de qua Paulus extitisse notatam Ignoti Dei inscriptione, alias vero aliis, & deorum plurium: nam qui his ipsis vivebat temporibus, quibus hæc agebantur Athenis, Apollonius Tyaneus hæc inter alia locutus est Timasio Agyptio: Modestus enim est de omnibus diis bene loqui, præsertim Athenis, ubi etiam Ignotorum deorum aræ dedicata sunt. Recitat hæc Suidas in suis Historicis in verbo Τρηωνίων. Sed quod ait, Præsertim Athenis. Plane demonstrat nullos populos perinde atque Athenienses fuisse deos negantium vindices. Unde Plutarchus de Placitis philosophorum (f) hæc recte de Euripide de diis ambiguum ferente sententiam, ait: Et Euripides tragicus poeta aperte quidem profiteri banc sententiam non est ausus metuens Areopagiticum judicium, &c.

(c) Hieron. in ep. ad Tit. c. 2. De ara ignoti Dei.

(d) Oecumen. in Act. Ap. c. 7.

(e) Lucian. in Philopatr.

(f) Lib. 1. c. 7.

VIII. Idem qui supra Oecumenicus ejus inscriptionis duas affert interpretationes, sic

fic dicens: *Duas causas referunt, cur apud Athenienses inscripta fuerit ara, IGNOTO DEO. Aliqui dicunt, quod Athenienses Philippidem miserant ad Lacedaemonios nuntios oratum ut venirent laturo ipsi auxilium adversus Persarum exercitum Graeciam invadentem, qui cum in itinere essent, juxta Parthenium, spectrum apparuit eis, accusantis Athenienses, quod se neglecto, alios deos colerent: affirmabatque se esse Pana (quem Deum vocant) & pro sua erga eos benevolentia, auxilio futurum promisit. Cum itaque victoria potiti Athenienses, templum illi erexissent; timentes adhuc ne aliquis alius Deus incognitus ab eis sine honore praetermitteretur, aram erexerunt cum ea, quam dixerimus, inscriptione. Alii vero ajunt, pestem quamdam Athenis grassatam fuisse, adeoque illos exedisse, ut neque sindones tenuissimas possent tolerare. Cum igitur colerent eos qui apud eos dii habebantur, nihil adjumenti senserunt. Intelligentes itaque quemdam fortasse esse Deum, quem ipsi absque honore reliquissent, qui pestem immisisset, novam extruxerunt aram, cum eadem supra citata inscriptione, IGNOTO DEO: cumque illi sacrificarent, statim curati sunt. Hunc ergo Christum Jesum esse Deum omnium, dixit Paulus quem se illis annuntiare dicebat. Hæc ille. Sed ante ipsum Chrysoctomus (a) de eadem ara: Athenienses, inquit, per multa tempora acceperunt deos etiam extraneos, utpote Pana, & alios, timentes forsitan ne alius quispiam esset, quem ignorarent, ipsi quidem nondum cognitus, qui tamen alibi colatur; etiam illi aram erexerunt, & quoniam non erat manifestus Deus, inscriptum erat: Ignoto Deo. Hæc Chrysoctomus.*

(a) Chrysoct. in Act. c. 17.

IX. Quis Deus ignotus. (b) Apud Lat. lib. 2. c. 9. (c) Tertul. in Apolog. c. 46. Clom. Alex. ad ver. Genes. Eusebius de prep. 1. 8. c. 5. lib. 11. c. 8. 9. lib. 14. c. 36. (d) Rom. 1.

X.

Apposite igitur ad eos Apostolus Paulus. *Quod vos ignorantes colitis: hoc ego annuntio vobis; ac proinde vos ad vere cultum religionis instituo. At vero quid ad hæc illi? Cum audissent (inquit Lucas e) resurrectionem mortuorum, quidam quidem irridebant, quidam vero di-*

(e) Act. 17.

xerunt: *Audiemus te de hoc iterum. Sic De Dionysio Paulus exivit de medio eorum. Quidam vero viri adhaerentes ei, crediderunt: in quibus & Dionysius Areopagita, & mulier nomine Damaris, & alii cum eis. Hic ille Dionysius, qui annos natus viginti quinque, Heliopoli dum esset in Ægypto una cum Apolophane philosopho, admirandum Solis illud deliquium, quod tempore passionis Christi contigit, videns, causam tamen, quantumlibet rerum naturalium scientia polleret, ignorans, quod res esset quæ omnem excederet naturæ terminum, admiratus est, ut ipse scripsit ad Apolophanem (f), quæ superius suo loco & ordine recitavimus; cujus quidem rei occasione, facilius reddita sibi est ad Christianam religionem, amplexandam via. Præter illa quæ de rebus Athenis gestis, a Luca sunt scriptis mandata, feruntur alia quædam ab Hilduino (g) addita, accepta (ut profertur) ab antiquioribus, quos recenset, scriptoribus: quæ quidem licet non in omnibus nobis probentur, tamen ne quid subtraxisse ab avidis legentium animis videamur, hic eadem volumus descripsisse: cum alioqui sic comparati sumus, ut velimus pauca potius, sed solida certa que fide constantia, profequi, quam multa congerere, quæ fide vacillent ac nutent. Accidit enim, ut cum sine delectu cuncta quæ de unaquaque re possunt inveniri consarcinantur, cætera quoque quæ sunt vera, in discrimen adducantur. Sed quænam ea sint quæ ab eodem auctore sunt scripta, videamus.*

(f) Dionysius epist. 11.

(g) Hilduinus in Areopag. apud Sur. die 9. Octob.

XI. De rebus Pauli Athenis gestis.

Ante omnia Paulum ad fidem Christi capeffendam perduxisse ait Apollinem quemdam nobilissimum pariter & eruditissimum Atheniensem civem; eaque occasione Paulum fisci justum esse in Areopago: ubi præter illa quæ dicta sunt a Luca, hos sermones inter Paulum & Dionysium habitos esse, idem auctor testatur, sic dicens: *Dionysium specialiter cepit interrogare Paulus, quid coleret, & quibus numinibus in tam spatiofo & venerabili loco serviret. Cui respondit Dionysius: Deos quos coluerunt parentes nostri, quorum virtute & solertia mater terra continetur, hos colimus & adoramus. Aras quas videtis, Martis, & Herculis, Mercurii, & Priapi nomine & honore sacratæ sunt. Dum vero Paulus singula altaria, & simulacra falsorum deorum perlustrasset, inter cæteras aras reperit altare unum, cui erat titulus superscriptus: DEO IGNOTO. Et conversus ad eum Paulus, interrogavit illum, dicens: Quis est ille Deus incognitus? Ad quem Dionysius: Adhuc, inquit, non est ipse Deus demonstratus inter deos, sed est incognitus nobis, & seculo venturo futurus. Ipse enim est Deus qui regnaturus est in cælo & in terra, & regnum ejus non accipiet finem. Subjungens*

ita-

itaque Paulus, ait: *Homone erit, an spiritus? Respondens Dionysius, dixit: Verus Deus & verus homo, & ipse renaturus est mundum; sed, adhuc incognitus est hominibus, quoniam apud Deum in cælo ejus conversatio est. Et ait Paulus: Illum Deum prædico vobis, quem incognitum appellatis. Natus enim ex Maria virgine, passus sub Pontio Pilato, pro salute humana mortuus, resurrexit; cæloque ascendens, sedet a dextris Dei Patris, verus Deus, & verus homo, per quem facta sunt omnia: & venturus est in fine sæculi judex omnium que geruntur. Qui notus est jam in Judæa Deus, & magnum in Israel & sanctum nomen ejus. Quamobrem quem incognitum usque nunc habuistis, modo cognoscite: quia ipse est Deus solus, & præter eum non est alter: qui nos de morte sanguinis sui pretio reduxit ad vitam: qui cælum & terram, hominem scilicet & Angelos, in unitate regni sui conjunxit: qui mortificat justus, & vivificat pius: qui claudit & nemo aperit, aperit & nemo claudit. Hæc & alia plura Paulo prædicante, & templa singula perlustrante, commendando Jesum Christum Dei filium Deum verum esse, quæ amica curiositate Athenienses propter ipsam novitatem officiosissime acceptabant: Dionysius veram doctrinam & dogma salutis audiens, & nihil esse idola quibus serviebat, imo magis demonia quam deos esse cognoscens; sanctum vero Spiritum, & verba vitalia in Pauli doctrina evidentissime sentiens, divino lumine corde tactus, eidem Paulo cessit, & ab illo expectit quatenus pro illo ipsius Dei, quem prædicabat, misericordiam precaretur, & illius cultor verus & suus mereretur esse discipulus.*

XII. Paulus Athenis cæcum illuminat.

Postero autem die, cum Paulus ageret iter, cæcus quidam cepit eum obsecrationis vocibus compellere. Sanctus autem Apostolus crucis signum clausis a navivitate ejus oculis imposuit, dicens: *Christus Dominus & magister noster, qui oculis lutum imposuit cæci nati, & lumen restituit ei, ipse te potentia sua illuminet. Quem mox videntem bis est verbis affatus: Vade, inquit, ad Dionysium, & dic ei, quia Paulus servus Jesu Christi ad te venit, ut memor sponsonis tuæ ad eum venire non differas, quo baptismum salutis accipiens, ab omnibus possis absolvi nexibus delictorum. Is autem qui lumen receperat, obediens verba jubentis implevit, & ad Dionysium properans, Pauli et verba per ordinem renuntiavit. Dionysius vero electionis gratia jam præventus, ut cæcum respexit, non ante habitis luminibus contuentem, ait ad eum: Es ne tu ille, quem cæcum natum cuncti cognoverunt affines? Cui ille respondit: ego nempe sum, cui cæco nato hæctenus Sol non luxit: sed ipse Paulus, cujus tibi defero mandata salubria, Jesu*

Christi magistri sui invocata virtute, sanctitatis mihi lumen indulsit. Qui protinus surgens cum omni domo & Damaris uxore sua (quam ut sumeret more terrene nobilitatis, propter amorem suscipienda caræ sobolis, eum sui coegere parentes) ad mandata properat S. Pauli: credensque fideliter, & abnegatis erroribus Paganorum, sacra est baptismatis unda respersus; ac sic demum se tradidit ejus magisterio plenius imbuendum; inque sanctæ Trinitatis fide, & incarnationis, passionis, & resurrectionis Domini nostri, seu cunctis arcanis Ecclesiasticæ sanctitatis affatim ut comes ejus inseparabilis, quocumque gressum moveret, a beato Paulo per triennium est institutus. Thesalonica, magistro obsequendo, reverens, ab eodem beato Paulo Apostolo Atheniensium est ordinatus Antistes: ac deinde, ipso jubente, Christi Evangelium prædicavit, eandemque civitatem & maximam partem patriæ ad fidem veritatis convertit. Hæc auctor, quorum fidem penes eum relinquimus.

Cæterum in his quæ ad Damarim feminam, quam ad fidem Christi a Paulo Lucas tradit adductam, pertinent; plurimum sententia Patrum receptum esse videtur, illam fuisse conjugem Dionysii Areopagitæ. Id quidem in primis testatur Ambrosius (a), consentit Augustinus (b), & confirmat Joannes Chrysoctomus (c); quos & cæteri, qui ea de re scripserunt, sedati sunt. Chrysoctomus enim hæc ait: *Rursum Areopagita ille, supersticiosissima civitatis illius civis, nonne una cum uxore, audita tantum Pauli concione, illum secutus est? Hic videas nullam de miraculo haberi mentionem: sicut & Ambrosius eos simplici Pauli disputatione, non miraculis, victos esse affirmat. Quod vero spectat ad Apollinem, quem primum omnium Atheniensium a Paulo ad fidem perductum idem auctor testatur; si eadem esse vera dixerimus; alium plane diversum hunc ab illo esse cujus idem Paulus (d) ac Lucas (e) meminerunt, certissimum est: nam eodem Luca (f) auctore, constat illum fuisse naturæ Judæum, civitate Alexandrinum.*

XIII. Damaris conjug. Dionysii.

(a) Ambrosius epist. ad Verocellen. (b) August. de semin. form. (c) Chrysoct. lib. de sacerdot.

(d) 1. Cor. 12. (e) Act. 18. (f) Act. 18.

Dum adhuc Paulus Athenis ageret, Timotheus & Silas, quos ex Luca (g) vidimus remansisse Beroææ, Athenas ad Paulum venerunt: qui eos in Macedoniam ad eas confirmandas Ecclesias amandavit. Nam de Timotheo, quem misit Thessalonicam, idem Paulus (h) ad Thessalonicenses scribens, hæc ait: *Vos enim estis gloria nostra & gaudium. Propter quod non sustinentes amplius, placuit nobis remanere Athenis solis: & misimus Timotheum fratrem nostrum, & ministrum Dei in Evangelio Christi, ad confirmandos vos, & exhortandos pro fide vestra, ut nemo moveatur in tribulationibus istis:*

XIV. Timotheus mittitur Thessalonicam.

(g) Act. 17. (h) 1. Thess. 2. & 3.

ipst

epi enim scitis, quod in hoc positi sumus. Nam cum apud vos essemus, praecebamur vobis passuros nos tribulationes, sicut & factum est, & scitis. Propterea & ego amplius non sustinens, misi ad cognoscendam fidem vestram: ne forte tentaverit vos is qui tentat, & inanis fiat labor noster. Hæc Paulus. Ex his igitur tam Athanasius (a), quam etiam Theodoretus (b) et si qui alii, existimant Paulum, sicut Athenis misit Timotheum Theffalonicam, ita etiam dum ibidem moraretur, scripsisse ad eosdem Theffalonicenses primam epistolam. Verum ex his quæ idem Paulus & Lucas scripserunt, Corinthi potius eam datam a Paulo fuisse, exploratissimum est. Nam cum Paulus eam non prius se scripsisse testetur; quam post Timothei Theffalonica ad se reditum, dum ait (c): Nunc autem veniente Timotheo ad nos a vobis, & annuntiante nobis fidem & charitatem vestram, &c. constatque auctore Luca (d), revertentem Timotheum Theffalonica una cum Sila, convenisse Paulum Corinthi agentem: eam non aliunde quam Corintho, ubi mansit annum & sex menses (ut idem scribit Lucas) missam esse, affirmare necesse est. Haud enim multum temporis mansisse Paulum Athenis, putandum est; quod Lucas longas moras aliquibus significare verbis solitus sit: qui discessionem ejus Athenis, & adventum Corinthum, ac cætera ibi ab Apostolo gesta his verbis recenset.

(a) Athanasius in Synopsi. (b) Theodoret. in præfat. in epist. Pauli.

(c) 1. Theff. 3.

(d) Act. 18.

Post hæc, inquit (e), egressus Paulus Athenis, venit Corinthum: & inveniens quemdam Judæum, nomine Aquilam, Ponticum genere, qui nuper venerat ab Italia, & Priscillam uxorem ejus (eo quod præcepisset Claudius discedere omnes Judæos a Roma) accessit ad eos: & quia ejusdem erat artis, manebat apud eos, & operabatur: erant autem scenofactorie artis. Hæc Lucas. At non tantum Corinthi, sed & aliis in locis ubi Paulus consisteret, manuum suarum artificum victum quaeritasse, certum est: id etenim fecisse Theffalonicæ (f), ejus testimonio superius demonstravimus: hoc ipsum postea Ephesi cum moraretur egisse, etiam ipse testatur, cum eos contestatus (g) hæc ait: *Ipsi scitis, quoniam ad ea quæ mihi opus erant, & his qui mecum sunt ministraverunt manus istæ.* Et ad Corinthios (h) scribens: *Laboramus, inquit, operantes manibus nostris.* Porro sui instituti rationem hanc aliquando reddidit, cum ait (i): *Non inquieti fuimus inter vos: neque gratis panem manducavimus ab aliquo, sed in labore, & in fatigatione, nocte & die operantes, ne quem vestrum gravavimus. Non quasi non habuerimus potestatem sed ut nosmet ipsos formam daremus vobis ad imitandum nos. Nam & cum essemus apud vos, hoc denuntiabamus vobis: quoniam si quis non*

XV. (e) Act. 18.

Paulus operatur manibus.

(f) 1. Theff. 3.

(g) Act. 20.

(h) 1. Cor. 4. (i) 2. Theff. 3.

vult operari, nec manducet. Audvimus enim inter vos quosdam ambulare inquiete, nihil operantes, sed curiosos agentes. Iis autem, qui ejusmodi sunt, denuntiamus & obsecramus in Domino Jesu Christo, ut cum silentio operantes, suum panem manducent. Ne igitur aliquam, vel levem saltem, occasionem captantibus daret oblatrandi, ac dicendi, Evangelii prædicationem, prætextum quemdam honestum fuisse Orbis circumeundi, opsonandi, lucrari captandi gratia, ac quaestus faciendi; sic sibi temperandum a necessario quoque cibo Apostolus existimavit, idque cæteris suis discipulis imitandum proposuit: quod non a se tantum, sed & a Barnaba invariabiliter esse servatum, scribens ad Corinthios (k) his verbis declarat, dum eisdem instituti itidem rationem affert, ac dicit: *Numquid non habemus potestatem manducandi & bibendi? & paulo post: Aut ego solus, & Barnabas, non habemus potestatem hoc operandi? Quis militat suis stipendiis unquam? Quis plantat vineam, & de fructu ejus non edit? Quis pacit gregem, & de lacte ejus non manducat? Et post multa id genus inculcata: Sed, inquit, non usi sumus hac potestate, sed omnia sustinemus, ne quod offenculum demus Evangelio Christi.*

Certe quidem, si antiquo Romanorum jure, nempe lege Titia, cautum erat, ne quis ob causam orandam (ut tradit Tacitus libro undecimo) pecuniam donumve acciperet: quanto magis ab his abstinere debuissent, qui Christi Evangelium prædicassent: ac præsertim Judæi, qui (ut vidimus auctore Josepho l) nuper sub Tiberio, quod pietatis specie ex eis quidam pecuniam corrossissent a Fulvia, fuerant ejus criminis insigniter infamati, atque eam ob causam omnes ab Urbe turpiter ejecti? Cæterum jure illis concessum fuisse sumere victum ab iis quibus Evangelium prædicarent, cum Paulus pluribus docet, tum etiam ipse Dominus id faciendum monuerat (m): *Edentes, inquit, & bibentes quæ apud illos sunt. Dignus est enim operarius mercede sua.*

(k) 1. Cor. 9.

XVI. Absque mercede prædicationis.

(l) Joseph. ant. lib. 18. cap. 5.

(m) Luc. 10.

Sed unde acciderit, ut Paulus nobilitate insignis, & eruditione præclarus, opificium, quod exerceret, didicerit; ex his quæ complures antiqui Rabbinii scripserunt, facile intelligemus. Inter alios enim Scemahaja & Althalion communem quemdam legem præscriptam illis fuisse tradunt, qui sacras vellent litteras profiteri, ut manuale quodpiam opificium addiscerent, quo victum quaererent. Legem enim consueverunt ejusmodi institutiones in prima lectione primæ hebdomadis Azymorum. Rabbi Gamaliel quoque in doctrina fratrum, quæ inscribitur, Haod, vehementer commendat, ut sacras litteras addiscerent, opus aliquod manuale exercerent; quod qui facere prætermisissent, pro-

XVII. Professores omnes opifices.

procliviores ad peccandum futuros esse affirmat. Inter alios nobiles antiquos Rabbinos legitur Rabbi Jochanna sutoriam, Rabbi Judam pistoriæ artem exercuisse, & alios alia id genus. Ex ejusmodi igitur institutione provenisse existimamus, ut Paulus sacris litteris excultissimus, aliquid manuum opificium didicerit; quod ad victum sibi comparandum, cum Evangelium prædicaret, ubicumque locorum consisteret, exercuerit. Cæterum apud Aegyptios, Græcos, Lydos, Persas aliasque his adjacentes regiones ignominia adscribi solitum, tradit Herodotus in Euterpe, si quis manuum opificium excoluisset; ac nonnisi ignobiliores apud eos esse mechanicis opificiis mancipatos.

XVIII. (a) Act. 18. Pauli opificium.

Sed quodnam istiusmodi fuerit, Lucas (a) ut vidimus) aperte docet, dum tradit Paulum, cum venisset Corinthum, ea ex causa apud Aquilam & Priscillam habitare voluisse, quod ejusdem cum illis, nempe scenofactorie artis opifex esset. Porro ars illa scenofactoria dicebatur, quæ ex pellibus facienda consueverat tabernacula, quibus milites uterentur in castris: de quibus Tacitus (b): *Retentus est omnis exercitus sub pellibus.* Asutis itidem pellibus & nautæ utebantur ad naves operiendas, ut Cæsar (c) in suis commentariis tradit. De ejusmodi Pauli opificio hæc Origenes (d): *Paulus arte erat faber tabernaculorum: & paulo inferius: Sicut illi ex piscatione piscum piscatores hominum facti sunt, ita & iste a faciendis tabernaculis terrenis ad caelestia construenda tabernacula translatus est.* De eodem Chrysostomus (e) hæc eleganter: *At, inquit, tabernaculorum texendorum artifex hic, non Siciliam modo, atque Italiam, verum universum terrarum orbem, verbum Dei prædicans, peragravit; cum interim artem non intermitteret, sed vel tum quoque pelles consueverat, & officinae suæ præcescit: neque enim ea res patricios aut magnates offendeat: idque jure optimo. Non enim artes ac studia, sed consuetæ dogmata despicabiles reddere solent præceptores.* Hæc ipse.

(b) Tacit. lib. 13.

(c) Cæsar. comment. de bell. civil. lib. 3.

(d) Orig. hom. 17. in lib. 1. in lib. 1.

(e) Chrysost. hom. 2. in epistol. ad Romanos.

XIX.

Ad hæc, sciendum nec ceteros Apostolos opus manuum prætermisissent, cum locus & tempus id concessisset; qui & alios ad hoc ipsum faciendum hortati sint: nam hæc apud Clementem (f) leguntur: *Qui in Ecclesia juvenes estis, curate in omnibus rebus necessariis sedulo ministrare, cum omni sanctitate operi vestro vacare: ut omni tempore & vobis & egentibus suppeditare possitis, ne Ecclesiam Dei oneratis.* Etenim nos quoque vacantes verbo Evangelii, subscitivas operas non negligimus: alii enim ex nobis piscatores sunt, alii scenarum artifices, alii agricolæ, nec unquam otiosi sumus. Ad hoc ipsum spectare videtur quod ait Ignatius (g): *Nemo Ann. Eccl. Tom. I.*

(f) Clem. Const. lib. 2. c. 67. Apostoli opifices.

(g) Ignat. epist. 7. ad Tarfens.

inter vos otiosus sit: & Justinus (h) marty: *Pudor, inquit, ille in vitio est, ut (b) Justin. vereamur, si ipsi manibus nostris opus fecerimus, ne quis nos miseris & auxilio destitutos esse suspicetur.* Epiphanius (i) hæc in eadem sententiam: *Ex ipsis Dei sacerdotibus quidam una cum prædicatione verbi, imitantes sanctum ipsorum post Deum in Christo patrem, Paulum inquam, sanctum Apostolum, etiam ipsi pro viribus, tamen non omnes, attamen plures propriis manibus operantur, qualemcumque tandem juxta proportionem dignitati & Ecclesiastica curæ assiduitati convenientem repererint artem: quo cum verbo & prædicatione conscientia ipsa gaudeat, dum etiam per manus proprias fructum affert, & sibi ipsi suppeditat, fratribusque ac indigentibus impertit ministerii fructum, ex primitiis inquam, & oblationibus, & ex manuum labore partis, propter excellentem affectionem erga Deum, proximis ultro impartiens. Quamquam ipsi ad hoc non cogantur, neque deputati sint, sed justitiae labores & operationem Ecclesiasticam habeant, & secundum justitiam aiantur; verum propter excellentem voluntatis promptitudinem ipsi hoc faciunt.* Hæc Epiphanius.

(b) Justin. de vita Christiana. (i) Epiph. bar. 80.

Idem & de monachis omnibus id ipsum factitantibus hæc scribit (k): *Laborant propriis manibus, ad impariendum etiam indigentibus: quemadmodum etiam in singulis monasteriis, tum in Aegyptiorum regione, tum in aliis omnibus sic laborant ad justitiam, velut apes, in manibus quidem habentes ceram opificii, in ore vero guttas mellis, cum propria hymnifera voce universorum Dominum juxta proprium sensum laudant. Sed scripsit de his egregium commentariolum Augustinus (l), quo acriter invecus est in vagos ac desides monachos, opera manuum prætermittentes, qui tamen ejus videtur esse sententia, ut non semper vel ubique Paulus operatus sit manibus suum artificium, sed cum a prædicatione verbi daretur otium; cetero autem tempore non tantum ab offerentibus accepisse, id exposcente necessitate, sed etiam litteris suis id præcepisse pro aliis faciendum; ut cum scribit ad Galatas (m): *Communicet, qui catechizatur, verbum ei qui se catechizat in omnibus bonis; vel cum collectam faciendam indicit Ecclesiis Macedoniae & Antiochiæ, & Achajæ pro fratribus, qui in Judæa agentes, paupertate gravissima premerentur.* Agit de iisdem & Cassianus (n) pluribus, & alii.*

XX. (k) Ibidem paulo superius. Monachi operofii.

(l) Aug. de oper. monach. c. 14. 15. 16.

(m) Galat. 6.

(n) Cassian. lib. 10.

Quid interea Paulus prædicans Evangelium Corinthi egerit, Lucas (o) sic narrat: *Disputabat, inquit, in synagoga per omne sabbatum, interponens nomen Domini Jesu, suadebatque Judæis & Græcis. Cum venissent autem de Macedonia Silas & Ti-*

XXI. (o) Act. 18. De rebus gestis Pauli Corinthi.

& Timotheus, instabat verbo Paulus, te-
stificans Judæis esse Christum Jesum. Con-
tradictentibus autem eis, & blasphemantibus, excutens vestimenta sua dixit ad eos: Sanguis vester super caput vestrum: mundus ego, ex hoc ad Gentes vadam. Et migrans inde, intravit in domum cujusdam, nomine Titi Justi, colentis Deum, cujus domus erat conjuncta synagoga. Crispus autem Archisynagogus credidit Domino cum omni domo sua: & multi Corinthiorum audientes credebant, & baptizabantur. Dixit autem Dominus nocte per visionem Paulo: Noli timere, sed loquere, & ne taceas: propter quod ego sum tecum, & nemo apponetur tibi ut noceat tibi: quoniam populus est mihi multus in hac civitate. Sedit autem ibi annum & sex menses, docens apud eos verbum Dei. Hæc Lucas: qua vero occasione inde recesserit, prosequitur dicere: sed nos de his suo loco inferius. Baptizavit Paulus Corinthi dictum Crispum, necnon & Caium, simul & Stephanæ domum, cum alioqui quamplurimos fide Christiana imbuisset: sed (quod ipse (a) testatur) cum ejus munus non fuerit baptizare, sed evangelizare, ab ea functione temperavit.

(a) 1. Cor. XXII.

De ceteris rebus a Paulo tam longo spatio temporis gestis Corinthi, cum Lucas, ut qui (quod diximus) absens esset, vix ea tribus fere verbis perstrinxerit: ex his quæ ipse Paulus ad eosdem Corinthios scripsit, ea in omnibus admira-

randa ac excellentia fuisse, possumus facile conjectari; sic enim ait (b): Signa tamen Apostolatus mei facta sunt super vos in omni patientia, in signis, & prodigiis, & virtutibus. Quid est enim quod minus habuistis præ cæteris Ecclesiis? Corinthi dum esset, post adventum Silæ atque Timothei ex Macedonia, cujus (ut nuper vidimus) meminuit Lucas (c), scripsit Paulus primam epistolam ad Thessalonicenses: in ea enim de eisdem Timothei adventu his verbis meminuit (d): Nunc autem veniente Timotheo ad nos a vobis, & annuntiante nobis fidem & charitatem vestram, & quia memoriam nostri habetis, &c. Inscríbatur epistolæ titulus non solum Pauli nomine, sed & Timothei, & Silvani, qui cooperatores erant Pauli in Evangelio.

(b) 2. Cor. 12. De 1. epi. st. ad Thessalonicenses. (c) Act. 18. (d) 1. Thess. 3.

Quod vero pertinet ad statum Romani Imperii: hoc anno, iidemque Coss. ut auctor est Tacitus (e) Agrippina Germanici fratris Claudii filia, quam post interitum Messalinæ idem Claudius Augustus uxorem acceperat, Augustæ titulo augeatur; ejusque filius Domitius ab eodem Imperatore adoptatus in familiam Claudiam, Nero Claudius est appellatus. Quo etiam anno eadem Agrippina Augusta in oppidum Ubiorum, in quo agente illic cum exercitu Germanico patre genita est, coloniam duci iussit, cui nomen hinc est inditum, ut ex ipsius vocabulo Colonia Agrippina sit dicta.

XXIII. (e) Tacit. Annal. lib. 12.

Colonia Agrippina.

Anno Christi quinquagesimotertio, Coss. Claudio Augusto quintum & Cornelio Scipione Orfito, cum Paulus adhuc Corinthi ageret (annum enim unum & menses sex illic transegisse, auctor est Lucas f) scripsit secundam epistolam ad Thessalonicenses: haud enim multo post primam a Paulo scriptam hanc ad Thessalonicenses. qua significatur ab iisdem Paulo, Silvano, & Timotheo missam esse Chrysostrum (g) & Theodoretus (h) testantur: quamvis hic velit Athenis esse scriptam, sicut (ut putat) & primam. Sed quemadmodum illam Corinthi scriptam esse, perspicue demonstravimus, & non Athenis, unde discesserat; ita etiam secundam Athenis datam esse, impossibile est affirmare: quandoquidem Athenis recedens, & Corinthum veniens (ut vidimus) annum cum dimidio ibi mansit; nec (ut ex Luca apparet) amplius reverfus est Athenas, sed abiit Ephesum. Sic igitur tam primam quam secundam ad Thessalonicenses datas fuisse

(f) Act. 18. De secund. da epi. ad Thessalonicenses. (g) Chrysostr. in epi. st. 2. ad Thess. (h) Theodor. ret. in pref. epi. st. Paul.

Corintho, verius existimamus. Sed nec assentimur etiam in hoc Athanasio (i) qui eam Roma a Paulo missam fuisse putavit.

(i) Athanas. in Synopsi.

Porro ejus scribendæ epistolæ ea præcessit occasio: quod pseudoapostoli quidam ex his quos alibi idem Paulus fugillat, quæstum pietatem putantes, cum dividissent Thessalonicenses avidius ceteris Evangelium accepisse; quo illos ad suam largiendam redderet promptiores, jam instare diem Domini (novissimum videlicet mundi finem) tradebant: quod etiam sibi divinitus revelatum esse affirmabant: immo & mentita epistola nomine Pauli interposito, id facilius eisdem suadere ejusdem Apostoli auctoritate studebant. Hæc cum accepisset Paulus, malis his quanto citius festinans occurrere, secundam ad ipsos scribens epistolam, cum ad toleranda mala quæ a Gentilibus ac Judæis paterentur, esset hortatus, mox hæc ipsa subjunxit (k): Rogamus autem vos fratres per adventum Domini nostri Jesu Christi, & nostra congregationis in ipsum

II. pseudo Apostoli studentes. lucro. (k) 1. Thess. 2.

apsum: ut non cito moveamini a vestro sensu, neque terreamini, neque per spiritum, neque per sermonem, neque per epistolam tamquam per nos missam, quasi instet dies Domini: neque quis vos seducat illo modo. Denique admonet, ut se subtrahant a fratribus inordinate ambulantibus, his nimis, qui nihil operantes, sed curiose agentes, ex Evangelio pecuniarum lucrum captabant.

At vero non eos tantum sic per epistolam admonitos voluit, sed in memoriam revocat quæ per sermonem, cum apud illos esset, eisdem tradidisset; moxque addit (a): Itaque fratres stete, & tenete traditiones, quas didicistis, sive per sermonem, sive per epistolam nostram. Hinc (inquit Chrysostrum b) perspicuum est, quod non omnia tradiderunt per epistolam, sed multa etiam sine scriptis, Ann. Eccl. Tom. I.

III.

(a) Ibidem.

(b) Chrysostr. in 2. epi. ad Thess. h. mil. 4.

& ea quoque sunt fide digna. Quamobrem Ecclesiæ quoque traditionem censuimus esse fide dignam. Est traditio? nihil quæras amplius. Hæc ille. Basiliius ante Chrysostrum sic explicans eundem locum, hæc ait (c): Apostolicum autem arbitror esse etiam in non scriptis traditionibus perseverare. Laudo enim (inquit ad Thessalonicenses) vos, quod omnia mea meministis, & quemadmodum tradidi vobis, traditiones continetis. Hæc Basiliius ad Amphilochem; & Epiphanius (d): Oportet, inquit, & traditione uti: non enim omnia a divina Scriptura accipi possunt: quapropter aliqua in scripturis, aliqua in traditione sancti Apostoli tradiderunt; quemadmodum dicit S. Apostolus: Sicut tradidi vobis: & alibi: Sic doceo, sic tradidi Ecclesiis: & Si continetis, nisi frustra credidistis. Sed & in eundem.

De Traditionibus Apostolorum. (c) Basil. ad Amphilochem. de Spiritu sancti. c. 29. (d) Epiph. bar. 61.

C c c 2 sen-

SÆC. I. ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5544. Anno Urbis 804. Olymp. 207. an. 30. Ab. C. 51. ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5544. 4. C. 14. P. 18. April. Indict. 9. JESU CHRISTI 51. secundum Baronium 53.

CLAUDII IMP. II.

I. AD num. I. Coss. Claudius Aug. V. & Serv. Cornelius Orfitus. Summus is Consulatus a Claudio juxta secundam Consulatum Cæsareorum regulam, propter nempe decennalia; quorum solennium occasione Nerone Principem Juventutis nuncupavit: Cæsar (nempe Claudius Imp.) adulationibus Senatus libens cessit, ut vicesimo ætatis anno Consulatum Nero iniret, atque interim designatus Proconsulare Imperium extra Urbem haberet, & Princeps Juventutis appellaretur, inquit Tacitus lib. 12. Annal. Factum id exemplo Augusti qui anno Urbis DC. XLVIII. Caium nepotem XIV. annos natum Principem Juventutis dixerat, & in quinquennium Consularem designarat, non mul-

Coss. Claudius Aug. V. & Serv. Cornelius Orfitus. Calendarium Antiatinum: TI. CLAUDIO AUGUSTO. V. SER. CORNELIO ORPHITO. COS. Lapis apud Gruterum pag. MLXV. II. & apud Fabretum pag. 472. num. 117. TI. CLAUDIO. CÆSARE. AUG. GERMANICO. V. SER. CORNELIO ORPHITO COS. Item in marmorea tabula Gruteriana pag. CCC. I. CLAUDIO CAESARE AUG. GERMAN. V. Ser R. CORNELIO. ORPHITO. COS. P. R. C. ANN. D. CCCIV. Sigla SER. Servii prænomen est, non Sergii, ut in Pighium allato loco Fabretus. Mendose item SERGIO, pro SERVIO exscriptum est a Reinesio in alia ejuscemodi inscriptione. II. num. LXXVII. Tacitus lib. XII. cap. XLI. Ti Claudio quintum, Ser. Cornelio Orfito Coss. Plin. lib. II. cap. XXXI. Et nostra ætas vidit, Divo Claudio Principe, consulatu ejus (quinto) Cornelio Orfito collega. Fasti Vindebonenses: T. Claudio V. & Orfito. Prosperi Chronicon, & Idatius: Claudio & Orphito: Tranquillus in Claudio Cap. XIV. novissimum consulatum quadriennio post quartum interjecto semestrem egit. Hinc ex K. Julii ad K. Novemb. suffecti fuisse videntur Onufrio & Pighio C. Minicius Fundanus, & C. Vettennius Severus. Et ex Kal. Novemb. T. Flavii Vespasianus, qui postea fuit Imperator. De Fundano & Severo, lapis apud eundem Onufrium cum Claudii Trib. Pot. XI. COS. V. Nero item hoc anno Consul designatus est. Vetus inscriptio apud Pighium ad A. V. 803. ab eodem suppleta, ubi NERO COS designatus. Suetonius in Domitiano Cap. I. Domitianus natus est IX. Kalend. Novembriis, patre consule designato, inituroque mense insequentis honorem. Item in Vespasiano cap. IV. Prætereque consulatum, quem gessit per duos novissimos anni menses (accipit): medietatem natum esse hoc anno, ex ætate qua vixit, eruitur; nam occisus est A. D. 96. die 17. mensis Octobris.

sentum eadem verba a plerisque aliis accepta esse noscuntur. Porro non ex recitato tantum loco hæc accipiuntur: sed (ut vult Epiphanius) insinuat id ipsum, de traditione scilicet non per scripturam, sed per sermonem accepta, idem Apostolus ad Corinthios (a) scribens, cum ait: *Laudo autem vos fratres, quod per omnia memores mei estis, & sicut tradidi vobis, præcepta mea tenetis; & post alia: Ego enim accepi a Domino quod & tradidi vobis: quoniam Dominus Jesus, in qua nocte tradebatur, &c.* Sed quando vel quomodo hæc illis tradidit? certe iis ipsis temporibus cum apud illos esset; nec per scripturam, sed per sermonem monens ipsos & ad fidem instituens. Quæ igitur non scriptura, sed sermone tantum servanda esse commonuisset, traditiones nominavit: quæ etiam, quod fideliter sincereque custodienda essent, alibi scribens ad Timotheum, depositum appellavit, sic dicens (b) : *O Timothee, depositum meum custodi; ac iterum (c) : Bonum depositum custodi.* Apostolicum depositum traditiones esse, Ireneus (d) tradit. Cæterum non tantum aliqua sic suis sermone tradidisse, sed & alia se sermone traditurum, ad Corinthios scribens, sic ait (e) : *Cætera autem, cum venero, disponam. Unde intelligi datur (inquit Augustinus f) quia multum erat, ut in epistola totum illum agendi ordinem insinuares, quem universa per orbem servat Ecclesia, ab ipso ordinatum esse, quod nulla morum diversitate variatur.*

(a) 1. Cor. 12.

(b) 1. Tim. 6.

(c) 2. Tim. 1.

(d) Iren. lib. 3. c. 3.

(e) 1. Cor. 11.

(f) Aug. ad Januar. ep. 118. sup. 6.

IV. Ecclesiæ scriptura non scriptura.

(g) 1. 6. ff. de iustit. & iur.

(h) Plat. de legib. lib. 6.

(i) Festus de ver. signific.

more majorum vel esse in moribus, quæ ab antiquis scriptoribus sæpe invenitur usurpata. Sed enim & Hebræos non tantum legibus divinitus institutis, seu & traditionibus vixisse, quas dicunt *deurayot* manifestum est.

Porro leges non scriptas, scriptis consignatis, antiquitate præstare, nullus dubitat. Si enim cuncta jura ad suum principium revoces; a Deo insitas in mente hominum naturæ leges antiquiores esse atque nobiliores, ut primarium quemdam fontem, ex quo omnium optimarum legum fluxerit rivi, facile invenies. Unde Philo (k) hæc in eandem sententiam: *Prisci illi ante leges sigillatim proditas, non scripto jure usi, pari felicitate ac facilitate vixerunt: ut merito quis dicere possit, leges scriptas nihil aliud esse, quam vitarum patrum commentarios, in quibus eorum dicta factave narrantur; nam illi scholas nullas frequentaverant, nullis præceptoribus usi fuerant; sed a se ipsis instituti doctrinæ ordinem naturæ sunt secuti: quæ lex est proculdubio antiquissima omnium; quam ipsi jus summum falque rati esse, totam vitam suam ultro ei subdiderunt.* Hæc Philo.

Verum non omnium traditionum atque consuetudinum eadem est ratio, sed plane diversa: nam secundum quod ex diversis principiis emanant, diverso etiam jure censendas esse, Evangelica auctoritas admonet. Illæ nimirum, sententia Domini, sunt improbatæ traditiones, quæ adversus legis divinæ militatæ instituta; ut cum Dominus ait (l) : *Quare vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram?* In quam sententiam idem Dominus citans Isaiam (m) : *Bene, inquit, prophetavit Isaias de vobis hypocritis, sicut dictum est: Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me: in vanum autem me colunt, docentes doctrinas & præcepta hominum. Relinquentes enim mandatum Dei, tenetis traditionem hominum, baptismata urceorum & calicum, & alia similia his facitis multa.* Et dicebat illis. *Bene irritum facitis præceptum Dei, ut traditionem vestram servetis.* De his similibus, quæ legi Dei repugnarent, loquitur Paulus ad Colossenses (n) cum ait: *Videte ne quis vos decipiat per philosophiam & inanem fallaciam, secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, & non secundum Christum.* Et Petrus (o) : *Scientes, inquit, quod non corruptibilibus auro vel argento redempti estis de vana vestra conversatione paternæ traditionis. Non quidem, (prout Manichæi garriebant) intelligens de scripturis veteris Testamenti, sed de dictis seniorum traditionibus, quæ superstitione quadam pietatis specie adumbrata irritarent potius, quam roborarent divi-*

V. Jus non scriptum antiquius.

(k) Philo lib. de Abraham.

VI. Traditiones quæ improbatæ.

(l) Mat. 23. & Mar. 7. (m) Isai. 29.

(n) Coloss. 2. (o) 1. Pet. 1.

nam legem; de quibus hæc apud Clementem (a) leguntur: *Quædam sunt in traditionibus seniorum, quæ deurayot appelluntur: solum autem historiarum causa illa lege, ut cognoscas & glorifices Deum, qui te a talibus & tantis vinculis liberavit.*

Quando vero Judæi ejusmodi vanas traditiones subinduxerint, hæc apud Epiphanium (b) leguntur: *Disce a quo tempore ipsos accusat quod hoc faciunt. Quando vero traditio & inventio seniorum ipsis contigit? nimirum Danielis post reditum ex Babylone, Achiba vero etiam ante captivitatem Babylonicam facta est, filiorum autem Assaroni temporibus Alexandri & Antiochi, centum nonaginta annis.* Hæc ille. At Hieronymus (c) in diversam sententiam hæc, quæ & superius recitavimus, ait: *Duas domos Nazaræ, qui Christum ita recipiunt, ut observationes legis veteris non amittant, duas familiariter interpretantur. Sammai & Hillel, ex quibus orti sunt Scribæ & Pharisei, quorum suscepit scholam Achibas, quem magistrum Aquila profelyti autumant: & post eum Meir, cui successit Joannan filius Zacchæi, & post eum Eliezer, & per ordinem Delphon; & rursum Joseph Galilæus, & usque ad captivitatem Hierusalem Josue. Sammai igitur & Hillel, non multo prius quam Dominus nasceretur, orti sunt in Judæa: quorum prior, dissipator, interpretatur: sequens vero, profanus: eo quod per traditiones, & deurayot suas, legis præcepta dissipaverint.* Et ad Algasiam (d) : *Quanta traditiones Phariseorum sint, quas hodie vocant deurayot, & quam aniles fabula, evolvere nequeo: neque enim libri patitur magnitudo; & pleræque tam turpia sunt, ut erubescam dicere.* Et paulo post: *Præterea quia jussum est (e) ut diebus sabbatorum sedeat unusquisque in domo sua, & non egrediat, neque ambulet in loco in quo habitat: si quando eos juxta litteram cœperimus archare, ut non jaceant, non ambulent, non stent, sed tantum sedeant, si velint præcepta servare; solent respondere, & dicere: Rab Achiba, & Simeon, & Hillel magistri nostri tradiderunt nobis, ut bis mille pedes ambulemus in sabbato; & de loco, in quo quis fuerit occupatus, non recedendum.* Hæc & alia de seniorum traditionibus.

(a) Clem. constit. li. 1. c. 7.

VII. (b) Epiph. hæc. 42. De traditionibus Judæorum.

(c) Hieron. in Isai. 8.

(d) Hieron. ep. 151. q. 10.

(e) Exod. 16.

VIII. Duplex genus traditionum Judæorum.

bit Rabbiorum verba, bulliente sercore pœnas luat. Hæc ibi. At quomodo non execrandæ ac penitus explodendæ ejusmodi seniorum traditiones, immo horrendæ blasphemæ? Cæterum quæ piæ fuissent ac sanctæ, Domini sunt ore laudatæ, immo in exemplum adductæ, ut constat de Rechabitis: cujus rei gestæ historiam Jeremias (f) Propheta exacte descripsit: qui & in fine quantam ea de re, quod parentum traditioni obediunt, apud Deum gratiam promeruisse, hæc subdit: *Pro eo quod obedistis præceptis Jonadab patris vestri; quod scilicet non biberitis vinum, nec edificaveritis domos ad habitandum, nec vineam agrumve possidere volueritis, nec seminaveritis, sed habitaveritis in tabernaculis: Propterea hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israel: Non deficiet vir de stirpe Jonadab filii Rechab, stans in conspectu meo cunctis diebus.* Sed quid hoc, nisi stabilisse Rechabitarum traditiones, ut perpetuo integræ permanerent? Jam quod reliquum est, de ipsis Apostolicis traditionibus agamus.

(f) Jerem. 35.

Vidimus multa ab Apostolis esse tradita, quæ non fuerunt scriptorum monumentis consignata: quæ quidem haud putanda sunt penitus excidisse, sed ministrata ab illis (quod ait Paulus g) non atrimento, sed spiritu Dei vivi, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus scripta esse. Quinetiam si ipsam petamus rerum originem, plane inveniemus Christianam religionem primum omnium traditionibus institutam, inde vero scriptis esse firmatam, nam & Tertullianus: (h) *Certe, inquit, prior anima quam littera, & prior sermo quam liber, & prior sensus quam stylus.* Antequam enim Matthæus primus omnium scriberet Evangelium (quod contigisse monstravimus non ante annum Domini quadragesimum primum) non alio certe modo, quam traditionibus, Evangelica prædicatio infundebatur in corda credentium. Ac primum, quoque fidei Symbolum Apostolicum nequaquam ab Apostolis reperitur fuisse scriptis mandatum, sed (ut superius, cum de eo egimus, demonstravimus) his qui crederent, ore tenus traditum.

IX.

(g) 1. Cor. 3.

(h) Tertull. lib. de test. anim. c. 5. Ante traditio quam scriptura.

Errant igitur, qui quodam furore perciti, obstinato ac pertinaci animo negant quidquam esse in Ecclesia recipiendum, quod non fuerit Apostolica scriptione testatum: nam hac sua ipsorum lege adstricti, nec ipsum Symbolum Apostolicum nisi resiliant a pertinaci mentis proposito, recipiendi habent aliquam facultatem. Fuit sententia ista Arianorum peculiaris, ex quibus Maximus his verbis eam apud Augustinum (i) inculcat: *Si quid de divinis Scripturis protuleris, quod communis non est cum omnibus, necesse est ut audiamus: hæc vero voces, quæ extra Scripturam*

X.

(i) Aug. contra Max. in princ.

ram sunt, nullo casu a nobis suscipiuntur. Qui igitur his se arctant & premunt angustiis, ab omni etiam fidei regula excident necesse est: nam (ut vidimus Apostolicum ipsum Symbolum rejicere; sua ipsorum sententia compelluntur: immo nec ipsis Apostolicis scriptis, quibus tantummodo innitendum existimant, aliquo jure uti possunt, nisi prius traditionibus inhæreant. Nam unde acceperunt hæc illa ipsa esse quæ ab Apostolis & Evangelistis sunt scripta, & non potius illorum nomine dolose supposita, nisi auctoritate Ecclesiæ, quæ sancto tandem canone, quænam illa essent, & a quibus scripta; in Nicæno (a) Concilio promulgavit? Unde hac ratione Augustinus (b): Ego, inquit, Evangelio non crederem, nisi me Catholicæ Ecclesiæ commoveret auctoritas. Sed unde hæc illa adeo firmiter & absque alia dubitatione constituit? non quidem ex simplicis scriptorum titulo: quandoquidem multa alia Evangelia, Epistolæ, Actus, & Revelationes erant (ut vidimus) Apostolorum titulo prænotata, quæ respuit: sed hæc ipsorum esse germana, non aliunde quam Ecclesiastica traditione potuit didicisse.

Ex his igitur videas quanti ponderis sit ipsa traditio, ut ex ipsa novi Testamenti scripta omnia auctoritatem acceperint: quam qui non admittunt, ab ipsis etiam canonicis scriptis excident necesse est. Cum itaque scripturarum fundamentum sit ipsa traditio; eo convulso, totam desuper structam molem collabi, quis non facillime credet? Est igitur firmum ratumque, non tantum scriptis, sed & traditionibus Apostolorum Dei Ecclesiam semel fundatam, cœpisse iisdem coalescere & propagari; ipsosque Fideles, sicut illis, ita & istis pariter obligari; in eoque istas excellere, quod illa, nisi traditione firmetur, non subsistant, hæc vero etiam sine scriptis suam obtineant firmitatem. Unde Irenæus (c): Quid, inquit, si neque Apostoli quidem scripturas reliquissent nobis: nonne oportebat ordinem sequi traditionis, quem tradiderunt iis quibus committebani Ecclesias; cui ordinationi assentiunt multæ gentes barbarorum, eorum qui in Christum credunt, sine charactere, vel atramento, scriptam habentes per Spiritum in cordibus suis salutem, & veterem traditionem diligenter custodientes, in unum Deum credentes fabricatorem celi & terre, & omnium quæ in eis sunt, per Jesum Christum; & paulo post: Hanc fidem qui sine litteris crediderunt, quantum ad sermonem nostrum barbari sunt; quantum autem ad sententiam & consuetudinem & conversationem propter fidem, perquam sapientissimi sunt, & placent Deo, conversantes in omni justitia, castitate, & sapientia. Quibus si aliquis annuntiaverit

ea quæ ab hæreticis adinventæ sunt, proprio sermone eorum colloquens; statim concludentes aures, longo longius fugiunt, ne audire quidem sustinentes blasphemum colloquium. Sic per illam veterem Apostolorum traditionem ne in conceptionem quidem mentis admittunt quodcumque eorum portentiloquium est: neque enim congregatio fuit apud eos, neque doctrinæ instituta. Hæc Irenæus.

Hæc eadem & Tertullianus (d) in hæc verba: Hæc, inquit, si nulla scriptura determinavit, certe consuetudo corroboravit, quæ sine dubio de traditione manavit. Quomodo enim usurpari quid potest, si traditum prius non est? Etiam in traditionis obtentu exigenda est, inquit, auctoritas scripta: Ergo queramus, an & traditio non scripta non debeat recipi. Plane negabimus recipiendam, si nulla exempla præjudicent aliarum observationum, quas sine ullius scripturæ instrumento, solius traditionis titulo, exinde consuetudinis patrocinio vindicamus. Denique ut a baptismo ingrediar: Aquam adituri, ibidem, sed & aliquanto prius in Ecclesia sub Antistitis manu contestamur nos renuntiare diabolo & pompæ & angelis ejus: dehinc ter mergitamur, amplius aliquid respondentes, quam Dominus in Evangelio determinavit. Inde suscepti, lactis & mellis concordiam prægustamus. Exque ea die lavacro quotidiano per totam hebdomadam abstinemus. Eucharistiæ sacramentum & in tempore victus, & omnibus mandatum a Domino, etiam anelucanis cœtibus, nec de aliorum manu quam præsentium sumimus. Oblationes pro defunctis pro natalitiis, annua die facimus. Die Dominico jejunium nefas ducimus, vel de gemiculis adorare. Eadem immunitate a die Paschæ in Pentecosten usque gaudemus. Calicis aut panis etiam nostri aliquid decuti in terram anxie patimur. Ad omnem progressum atque promotum, ad omnem aditum & exitum, ad vestitum & calceatum, ad lavacra, ad mensas, ad lumina, ad cubilia, ad sedilia, quacumque nos conversatio exercet, frontem crucis signaculo terimus. Harum & aliarum ejusmodi disciplinarum, si legem expositules scripturarum, nullam invenies: traditio tibi prætendetur auctrix, consuetudo confirmatrix, & fides observatrix: rationem traditioni, consuetudini, fidei patrocinaturam aut ipse perspicies, aut ab aliquo qui perspexerit, disces. Hactenus de his Tertullianus: nec quidem ex officina Montani; quippe qui ea recenset quæ longe ante Montani tempora, ab ipso exordio nascentis Ecclesiæ, Ignatii, Justinii martyris, Irenæi, & aliorum antiquorum testimonio constat fuisse usu recepta, atque observatione firmata, prout jam de singulis ipsi diximus suis locis superius, vel inferius dicturi sumus.

XII. (d) Tert. de coron. mil. lib. 2. Ritus Ecclesiæ ex traditione.

(a) Nicæno Concilio. Hieron. in præfat. i. 12 lib. Judith. (b) August. contr. epist. Manich. cap. 5.

XI. Ecclesiæ probat scripta & traditiones.

(c) Iren. lib. 3. c. 4. In quo traditio scripturæ præstat.

Immo & ejusdem Tertulliani sententia, videamus unde ipse Ecclesiæ traditiones deducit: sic enim alibi ait, disputans contra Marcionem (a): Quod si post Apostolorum tempora adulterium veritas passæ traditio nihil passa est suo tempore circa Dei regulam; & non alia agnoscenda est traditio Apostolorum, quam quæ hodie apud ipsorum Ecclesias editur.

XIII. De traditionibus testificatio SS. Patrum. Ut igitur non unius vel alterius antiquorum Patrum esse monstremus de Apostolicis traditionibus, de quibus est sermo, assertionem, sed omnes æque in eandem sententiam conspirasse, pariterque eidem Catholicæ veritati adscriptos esse: ab antiquioribus petamus narrationis exordium, & ut instituti patitur ratio, singulorum hic testimonia afferamus; ut e quibus fontibus, traditionum rivi fluxerint in Ecclesiam, perspicue intelligamus. Res quidem maximi ponderis (ut quæ basis quædam & fundamentum totius Ecclesiasticæ œconomice esse videatur) est propensiori studio petraanda; quamobrem a lectore veniam deprecamur, si intercepto cursu narrationis historicæ, hic paulo diutius immorabimur: nam & hoc ipsum a nobis ratio instituti exigit.

Dicendum de Matthia Apostolo in primis esset, quem de traditionibus scripsisse volumen, auctor est Clemens Alexandrinus, qui ipsum sæpius citat, nimirum libro secundo Stromatum, necnon tertio, & septimo; sed quoniam excidit liber ille, quo etiam usi esse noscuntur hæretici; an germanus Matthiæ fuerit, certum quid affirmare non possumus, sicque libentius abstinemus. At de Ignatio nulla est tergiversatio, cujus epistolæ (b) ut legitimas semper est antiquitas venerata; de eo hæc scribit Eusebius: (c) Cum iter per Asiam faceret, licet attentissima cura a satellitibus, qui illum ducebant, observaretur: Ecclesias tamen cujusque civitatis, ad quam forte proficisceretur, familiaribus colloquiis, piisque hortationibus confirmavit: ac primum, ut hæreses, quæ jam tum primo nasci & emergere cœperunt, maxime præcaverent, sedulo admonuit: deinde hortatus est, ut Apostolorum traditioni mordicus adhererent; quam quidem asseveranter testificatus, quo tutius posteritati servaretur, necessario scriptis mandandam existimavit. Hæc de eo Eusebius. Sed mea quidem sententia, non privatum aliquem commentarium Ignatii de traditionibus scripsit, sed quod in omnibus illis suis undecim, quas ad diversas Ecclesias dedit, epistolis, Apostolicas traditiones in plurimis voluit esse testatas; ut in primis hierarchicum in Christi Ecclesiæ ordinem, singulorum Ecclesiæ ministrorum distincta officia, conventus publicos, sacratissimæ Eucharistiæ

XIV. Traditio nes Apostolorum scriptæ ab Ignatio.

(b) Euseb. hist. lib. 3. c. 30. & Hier. de Script. Eccl. in Ignat. (c) Eusebius hist. lib. 3. c. 30.

ministracionem, sacrificii immolationem, observacionem diei Dominici, aliasque festivitates, Quadragesimæ jejunium, viduarum cœtum venerandum, sacrum collegium earum virginum quæ perpetuam virginitatem excolerent, & se ipsas Deo consecrassent, & alia hujusmodi.

De Polycarpo, & ipso Apostolorum discipulo, hæc scribit Irenæus (d): Polycarpus autem non solum ab Apostolis edoctus, & conversatus cum multis ex eis qui Dominum nostrum viderunt, sed etiam ab Apostolis in Asia, in ea quæ est Smyrnis Ecclesia, constitutus Episcopus; quem & nos vidimus in prima nostra ætate (multum enim perseveraverat, & valde senex gloriosissime & nobilissime martyrium faciens, exivit de hac vita) hic docuit semper quæ ab Apostolis didicerat, quæ & Ecclesiæ tradidit, & sola sunt vera. Meminit in fine de ejus epistola scripta ad Philippenses. Dionysius Areopagita insuper in his multum versatus est eo libro quem scripsit de Ecclesiastica Hierarchia: at quoniam an ejus sit commentarius ille, multi dubitarunt, agemus de ea re plures suo loco inferius. De Hegesippo testatur Eusebius (e), ab eo quinque libris scriptas esse Apostolicas traditiones; sic enim ait: Iste enim sinceram & minime falsam Apostolicam prædicationis traditionem quinque libris illo quidem scribendi genere maxime simplici ac summo litteris persequi aggrediens, tempus quo ipse floruit, aperte indicat. Sed & apud Justinum (f) martyrem cum agitur de Christianis, quod ad Orientem versi orare consueverint, hæc leguntur in fine: Porro a quibus orationem Ecclesia accepit, ab istis quoque ubi orare solerent, consuetudinem accepit, a sanctis nimirum Apostolis. Id ipsum Origenes, Basilii, & (ut paulo post dicemus) cæteri attestantur. Porro Justinus ipsum ritum sacræ Eucharistiæ celebrandæ, non aliunde quam ex Apostolica traditione acceptum, in oratione ad Antoninum Pium exacte descripsit.

Irenæus (g) Justino fere æqualis (eodem enim sæculo vixit) cæteris locupletius de his visus est agere: nam traditionibus potissimum agens adversus hæreticos, hæc tandem habet: Cum autem ad eam iterum traditionem, quæ est ab Apostolis, quæ per successiones presbyterorum in Ecclesiis custoditur, provocamus eos qui adversantur traditioni; dicunt se non solum presbyteris, sed etiam Apostolis existentes sapientiores, sinceram invenisse veritatem: Apostolos autem admiscuisse ea quæ sunt legalia, Salvatoris verbis. Et paulo post: Evenit itaque, neque scripturis jam, neque traditioni consentire eos; ac sequenti capite sic: Traditionem itaque Apostolorum in toto mundo manifestam

XV. (d) Iren. lib. 3. c. 3. Assertores traditionum Apostolicarum.

(e) Euseb. hist. lib. 4. c. 8.

(f) Apud Justin. lib. Quæst. & resp. q. 118.

XVI. (g) Iren. lib. 3. c. 2. Irenæus vindex traditionum Apostolicarum.

tam in Ecclesia adest perspicere omnibus qui vera velint audire: & habemus adnumerare eos qui ab Apostolis instituti sunt Episcopi in Ecclesiis, & successores eorum usque ad nos; qui nihil tale docuerunt, neque cognoverunt, quale ab his deliratur. Etenim si re condita mysteria scivissent Apostoli, quæ seorsum & latenter ab reliquis perfectos docebant; his maxime traderent ea, quibus etiam ipsas Ecclesias committebant.

XVII. Romana Ecclesia cultos. Apostolic. traditionum.

Agens deinde de successoribus Apostolorum, meminit de Romana Ecclesia, atque traditionibus eidem creditis, in hæc verba. Sed quoniam, inquit, valde longum est in hoc tali volumine omnium Ecclesiarum enumerare successiones: maxima & antiquissima & omnibus cognita, a gloriosissimis duobus Apostolis Petro & Paulo Romæ fundata & constituta Ecclesia, eam quam habet ab Apostolis traditionem, & annuntiatam hominibus fidem, per successiones Episcoporum pervenientem usque ad nos indicantes, confundimus eos qui quoquo modo vel per sui placentiam malam, vel vanam gloriam, vel per cæcitatem & malam sententiam præterquam oportet, colligunt. Ad hanc enim Ecclesiam propter potentioris principalem necessitate est omnem convenire Ecclesiam, hoc est, eos qui sunt undique Fideles; in qua semper ab his qui sunt undique, conservata est ea quæ est ab Apostolis traditio. Prosequitur enumerare Petri successores usque ad sua tempora: agensque de Clemente, cum tradit non tantum scriptis, sed & traditionibus (epistola ad eos scripta) composuisse Corinthiorum diffensiones. Denique hæc de Ecclesia Ephesiorum. Sed & quæ est Ephefi Ecclesia, a Paulo quidem fundata, Joanne autem permanente apud eos usque ad Tractati tempora testis est verus Apostolorum traditionis. Tantæ igitur ostensiones cum sint hæc, non oportet adhuc querere apud alios veritatem, quam facile est ab Ecclesia sumere: cum Apostoli, quasi in depositarium dives, plenissime in eam contulerint omnia quæ sunt veritatis. Hæc Irenæus.

XVIII.

Qui proximus post Irenæum Tertullianus adnumeratur, quam egregius adstipulator ejusdem veritatis extiterit, nuper vidimus: quantum insuper traditioni detulerit, ut sine ipsa Christianus quis esse non possit, hæc accipe: hisce enim verbis Marcionem traditiones negantem exagitat (a): Si, inquit, Propheeta es, prænumtia aliquid: Si Apostolus, prædica publice. Si Apostolicus, cum Apostolis senti: Si tantum Christianus es, crede quod traditum est: Si nihil istorum es, merito dixerim, Morere: nam & mortuus es, qui non es Christianus, non credendo quod creditum Christianos facit. Et paulo post: Porro quod traditum erat, id e-

(a) Tert. de carn. Christi c. 2. Quantum deferendum traditionibus ex Tertulliano

rat verum, ut ab eis traditum quorum fuit tradere. Ergo quod erat traditum, rescindens, quod erat verum rescidisti. Nullo jure fecisti. Sed plenius ejusmodi præscriptionibus adversus omnes hereses a libi usi sumus. Nimirum in libro de Præscriptionibus, ubi hæc Tertullianus (b): Nunc solum disputandum est, quibus committatur fides ipsa; cuius sint Scripturæ: a quo, per quos, & quando, & quibus sit tradita disciplina, qua sunt Christiani. Ubi enim apparuerit esse veritatem, disciplina & fidei Christiana, illic erit veritas Scripturarum, & expositionum, & omnium traditionum Christianarum. Et post multa sequenti capite de his agens hæc addit: Quid autem Apostoli prædicaverint, id est, quid illis Christus revelaverit, & hic præscribam, non aliter probari debere, nisi per easdem Ecclesias, quas ipsi Apostoli condiderunt, ipsi eis prædicando, tam viva (quod ajunt) voce, quam per epistolas postea. Si hæc ita sunt, constat proinde omnem doctrinam, quæcum illis Ecclesiis Apostolicis matricibus & originalibus fidei conspiret, veritati deputandam, id sine dubio tenentem, quod Ecclesia ab Apostolis, Apostoli a Christo, Christus a Deo suscepit: reliquam vero omnem doctrinam de mendacio præjudicandam, quæ sapiat contra veritatem Ecclesiarum, & Apostolorum, & Christi, & Dei. Hæc Tertullianus, qui & adversus Marcionem (c) hæc in eadem sententiam: His fere compenditis utimur, cum de Evangelii fide adversus hereticos expeditur, defendentibus temporum ordinem posteritati falsariorum præscribentem, & auctoritatem Ecclesiarum traditioni Apostolorum patrocinantem: quia veritas falsum præcedat necesse est, & ab eis procedat, a quibus tradita est.

(b) Tert. de præscript. c. 19-21.

(c) Tert. advers. Marcion. lib. 4. c. 5. in fine.

Huic conjungimus Clementem Alexandrinum, qui iisdem cum Tertulliano temporibus Severi & Antonini ejus filii claruit (d): ipse enim hæc in Stromatibus (e) in primis habet: Qui veram quidem beatæ doctrinæ servabant traditionem, statim a Petro, & Jacobo, & Joanne, & Paulo, sanctis Apostolis, filius a patre accipiens (pauci autem sunt patribus similes) ad nos quoque, Deo volente, pervenerunt, illa a majoribus data & Apostolica deposituri semina. Hæc Clemens, non de scriptis ab illis epistolis intelligens, sed & de non scriptis per manus traditionis observationibus: alioqui his omnibus quatuor Evangelia præposuisset: nam paulo superius viva voce, & animata (ut ait) oratione magistrorum, qui a majoribus ea acceperant, ea se affectum esse testatur. Idemque hæc libro quarto: Cognitio autem ipsa est, quæ per successiones ad paucos ex Apostolis abique scriptis tradita pervenit, Et in libro septimo:

(d) Hier. de script. Eccl. c. 1. c. 28. 53. (e) Clem. Alexan. Strom. lib. 1.

Ex Clemente Alexandrino.

mo: Quomodo ergo si quis fiat bestia ex homine, similiter atque hi qui fuerant infecti venenis Circes: ita homo Dei esse, & Domino fidelis esse perdidit, qui adversus Ecclesiasticam recalcitravit traditionem, & in humanarum hereseon desilivit opiniones. Hæc Clemens, de quo etiam hæc Eusebius (a): In libro, inquit, quem de Paschate composuit, fatetur se a familiaribus suis compulsus, ut traditiones, quas a veteribus presbyteris accepisset, litteris proderet ad posteritatem.

(a) Euseb. hist. lib. 6. c. 11.

XX.

Hujus discipulus Origenes hæc etiam de traditionibus, quas Ecclesiasticas observationes appellat, sic (b) dicens: Sed nonnulla hujusmodi, quæ omnibus quidem facere necesse est, nec tamen ratio eorum omnibus patet. Nam quod, verbi gratia, genua flectimus orantes, & quod ex omnibus cali plagis ad solam Orientis partem conversi orationem fundimus, non facile cuiquam puto ratione compertum. Sed & Eucharistia sive perficienda, sive eo ritu quo geritur, explicanda, vel eorum quæ geruntur in baptismo verborum, gestorumque & ordinum, atque interrogationum & responsonum, quis facile explicet rationem? Et tamen omnia hæc opera & velerata portamus super humeros nostros, cum ita implemus ea & exequimur, ut a magno Pontifice atque ejus filii tradita & commendata suscepimus. Et in Leviticum ait (c): Secundum Ecclesiam observantiam, etiam parvulis baptismum dari. Sed per observantiam Ecclesiæ, intellexisse Apostolicam traditionem, alibi declarat his verbis: Pro hoc & Ecclesia ab Apostolis traditionem suscepit, etiam parvulis baptismum dare.

(b) Orig. in hom. 5. in Num.

Ex Origenes.

(c) Orig. in Levit. c. 8.

XXI.

Stephanus Papa, idemque martyr, est ejus scripta exciderint, tamen ex ipsis fragmentum, quod recitat Cyprianus (d), quam constans assertor Apostolicarum traditionum & earum acerrimus propugnator extiterit, facile monstrat: sic enim dicebat adversus omnes qui ex universo Christiano orbe viri eruditissimi atque sanctissimi impugnabant baptismum hæreticorum, quod hætenus ex antiqua traditione Ecclesia non respuebat: NIHIL INNOVETUR. NISI QUOD TRADITUM EST. Agatur scilicet. Hæc una ille sententia & Apostolicæ vocis tonitruo a summa arce culminis pastoralis intonans, non solum Africanorum omnium, sed & Orientalium Episcoporum molitiones atque conatus diffecit, & munimenta illorum ex mille Scripture divinæ locis coagmentata & male contexta penitus dissipavit: ut tunc potissimum Ecclesia Catholica experta sit, qualis quantaque vis fuerit antiquæ traditionis, cum opus fuit innumeras divinæ Scripture sententias perperam intellectas, quæ Ann. Eccl. Tom. I.

(d) Cyprianus ad Pomp. epist. 74.

Stephanus Papa cultos traditionum.

resistere viderentur, uni cedere traditioni: de qua hæc Augustinus (e): Consuetudo illa, quæ opponebatur Cypriano, ab Apostolorum traditione exoratum sumpsisse credenda est; sicut sunt multa quæ universa tener Ecclesia, & ob hoc ab Apostolis præcepta bene creduntur, quamquam scripta non reperiantur. Cæterum Cyprianus non adeo vecors fuit, ut Apostolicæ traditioni repugnandum esse censeret; sed quod existimaret eam humanam esse potius corruptelam, ut quæ sibi videbatur esse divinitus Scripturis adversa, quare & illa verba mox subdit: Unde est ista traditio? utrum ne de Dominica & Evangelica auctoritate descendens, an de Apostolorum mandatis atque epistolis veniens? Ea enim faciendæ esse, quæ scripta sunt, Deus testatur. Quod si Cyprianus certior redditus esset, illam re vera fuisse Apostolicam traditionem, nec adversam divinis Scripturis; sanis sincerisque dogmatibus haud dubium acquievisset, quod & Augustinus affirmat. Verum quam egregius adstipulator sit Cyprianus Apostolicarum ac cæterarum Ecclesiæ traditionum, præsertim in ritu ministrandorum sacramentorum, mille prope locis erudite Panellius adnotavit.

(e) August. de baptis. contra Donat. lib. 5. c. 23.

Ex his vero, qui in Ecclesia claruerunt post Ethnicos Imperatores temporibus Constantini, Magnus Athanasius est facile princeps, qui & traditionum Ecclesiasticarum est gravissimus assertor; cum adversus ingruentes Arianorum turbines, Filii Dei divinitatem labefactantes, traditionis scuto potissimum sit tutatus Catholicam veritatem: nam quoties de novitate vocis Ariani calumniam faciebant, ipse mox eos ad traditionem Ecclesiasticam provocabat; ipsosque hostes adegit, licet invitos, veritatem Catholicam profiteri; unde hæc ipse (f) de Eusebio Cæsariensi: quod majoris admirationis est, Eusebius ex Cæsarea Palæstina cum pridie abnegasset, in eadem sententiam postmodum subscripsit; quam etiam Ecclesia legendam misit, dicens eam esse Ecclesiæ fidem, & patrum traditionem; post multa vero sic: Ecce, inquit, nos demonstramus istiusmodi sententiam a patribus ad patres quasi per manus traditam esse. Rursum agens contra Paulum Samosatensem, hæc ait (g): Qui ea quæ ultra videres suas sunt, indagat, in præcipiti consistit: qui vero traditionibus inhaeret, extra periculum versatur. Suademus igitur vobis, quod & nobis ipsis suademus ut traditam fidem revineatis, & aversemini profana novitatis verba, & idem reliquis præcipiatis, ut exhorreant tanti mysterii inquisitionem.

XXII. Athanasius traditio- num assertor.

(f) Athanas. de Synod. Nicæn. contra Arian. decret.

(g) Athanas. de incar. Verb. contra Paul. Samosat. (h) Euseb. de demonstr. Evang. lib. 1. c. 8.

Ipse item Eusebius (h), qui tunc vivebat, cum sanioris esset mentis, hæc de traditionibus: Moyses in tabulis inanima-

XXIII. Eusebius Traditionum professor.

vis, Christus autem in mentibus vita prædicitis perfecta novi Testamenti documenta. descripsit. Ejus vero discipuli, ad magistrum sui nutum, auribus multorum doctrinam suam commendantes, quacumque quidem veluti ultra habitum progressis a perfecto ipsorum magistro præcepta fuerant, ea eis qui capere possent, tradiderunt: quacumque vero eis convenire arbitrabantur, qui animas adhuc affectibus obnoxias gererent, curationibusque indigentes, ea ipsi ad imbecillitatem multorum se demittentes, partim litteris, partim sine litteris, quasi jure quodam non scripto, servanda commendarunt. Hæc Eusebius. Sed & qui huic proximus tempore accedit Cyrillus Hierosolymorum Episcopus, cum de sacris mysteriis Ecclesiasticis quinque orationes mystagógicas habuisset, hæc ait in fine: Retinere has traditiones, & sine ullius offendiculo vosmet servate. Sed a quo traditas? legat qui originem earum scire cupit, & inveniet eas acceptas esse majori ex parte ex Missa Jacobi Apostoli ejusdem civitatis olim Episcopi.

XXIV. hæc de Gallis. O vos beatos & gloriosos qui perfectam atque Apostolicam fidem conscientia & professione retinentes, conscriptas fides hucusque nescitis. Non enim eguistis littera, qui spiritu abundatis: neque officium manus ad scribendum desiderastis, qui quod corde a vobis credebatur, ore ad salutem profitebamini. Nec necessarium habuistis Episcopi legere, quod regenerati neophyti tenebatis. Sed necessitas consuetudinem intulit, exponi fides, & expositis subscribi. Ubi enim sensus conscientia periclitatur, illic littera postulat. Hæc Hilarius de formulis fidei agens, quas nullas scriptas novisse hæcenus Ecclesiam Gallicanam, magna gloria jure testatur. Nam ipsum simplex Apostolicum symbolum quod profiterentur, illud non tradi scriptis competentibus, sed verbis acceptum ab illis memoria mandari consuevisse, & reddi suo tempore ab Ecclesia præscripto, suo loco fati est demonstratum. Non igitur (ut ab aliquo obiectum fuit) hic Hilarius de Evangelio, aliisque Divinae Scripturae libris intelligit, quos jam scriptos sive ab Irenæo, sive Dionysio, vel aliis diu ante Gallias accepisse dubitare nemo debet, sed de scriptis Fidei formulis, quas hæcenus Gallia non novisset, sed traditum Apostolicum Symbolum possideret. Dicant ergo Novatores, Gallorum sordes (illos compello qui sunt adeo a progenitoribus antiquis degeneres) qua fronte sine scriptis per manus traditas Ecclesiae traditiones impugnent & respuant; si amplius trecentis annis, usque ad Hilarii tempora, Gallicana Ecclesia, eademque celebris, totoque Orbe spectata, si-

ne scripto tradita fide, ac per manus accepta, absque aliquo religionis præjudicio, immo maximo omnium integritatis exemplo, usa est? Intelligent a quibus desciverint, & quibus in eo turpiter inhæserint, nimirum Arianis, Macedonianis, Aerianis, vel his similibus; qui quod traditionibus impugnantur, nullam sententiam, immo ne vocem quidem admittere in animum induxerunt, quæ non reperiretur ex divinis Scripturis accepta. Sed hæc omittamus.

Basilium (b) jam præstat audiamus, qui hæc habet scribens ad Amphilochem de Spiritu sancto: Dogmata, quæ in Ecclesia servantur, & prædicantur, partim ex scripta doctrina habemus (c), partim ex Apostolorum traditione ad nos delata in mysterio recepimus: quæ utraque ad pietatem eandem vim habent; & nemo his contradicit, qui vel modicam saltem Ecclesiasticorum jurium experientiam habet. Si enim aggredimur non scripto proditas consuetudines veluti non magnam vim habentes rejicere, imprudentes etiam ipsi principalibus Evangelii partibus damnari inferemus, immo ipsam Evangelii prædicationem ad nudum nomen contrahemus. Veluti, exempli causa (ut ejus quod primum & communissimum est, primam mentionem faciam) figura crucis signare eos qui in nomen Domini nostri Jesu Christi spem habent, quis scripto docuit? Ad Orientem conversos nos esse, dum oramus, quæ scriptura nos docuit? Invocationis verba, dum ostenditur panis Eucharistia & poculum benedictionis, quis sanctorum scripto nobis reliquit? Non enim his contenti sumus, quorum Apostolus aut Evangelium meminit, sed & ante & postea alia quedam dicimus, velut magnum robur ad mysteria habentia, & doctrina scripto non prodita assumpta. Benedicimus aquam baptismatis, & oleum unctionis, insuperque ipsum quod baptizatur: ex quibus scriptis? nonne a tacita & arcana traditione? Ipsam vero oleo unctionem quæ doctrina scripta docuit? aut ter mergi hominem, unde est? Reliqua item quæ circa baptismum fiunt, renuntiare satanae & angelis ejus, ex qua sunt scriptura? nonne ex hac non publicata & arcana doctrina, quam in minime oneroso & sollicito silentio patres nostri conservarunt? Recte illi, utpote doctrinae mysteriorum reverentiam & auctoritatem silentio custodire: quæ enim ne aspicere quidem fas erat non initiatis, horum doctrinam quomodo par erat in litteris, velut in triumpho, ostentare? Hæc Basilium, qui & alia etiam multa in eandem sententiam inculcat: ac tandem hac ipsa non scripto tradita Apostolorum traditione de Spiritu sancto blasphemias Macedonii refellens, veram sinceramque a majoribus divinitatem ejus traditam adstruit, atque confir-

XXV.

(b) Basilide Spiritu sancti, ad scripta doctrina habemus (c), partim ex Apostolorum traditione ad nos delata in mysterio recepimus: quæ utraque ad pietatem eandem vim habent; & nemo his contradicit, qui vel modicam saltem Ecclesiasticorum jurium experientiam habet. Si enim aggredimur non scripto proditas consuetudines veluti non magnam vim habentes rejicere, imprudentes etiam ipsi principalibus Evangelii partibus damnari inferemus, immo ipsam Evangelii prædicationem ad nudum nomen contrahemus. Veluti, exempli causa (ut ejus quod primum & communissimum est, primam mentionem faciam) figura crucis signare eos qui in nomen Domini nostri Jesu Christi spem habent, quis scripto docuit? Ad Orientem conversos nos esse, dum oramus, quæ scriptura nos docuit? Invocationis verba, dum ostenditur panis Eucharistia & poculum benedictionis, quis sanctorum scripto nobis reliquit? Non enim his contenti sumus, quorum Apostolus aut Evangelium meminit, sed & ante & postea alia quedam dicimus, velut magnum robur ad mysteria habentia, & doctrina scripto non prodita assumpta. Benedicimus aquam baptismatis, & oleum unctionis, insuperque ipsum quod baptizatur: ex quibus scriptis? nonne a tacita & arcana traditione? Ipsam vero oleo unctionem quæ doctrina scripta docuit? aut ter mergi hominem, unde est? Reliqua item quæ circa baptismum fiunt, renuntiare satanae & angelis ejus, ex qua sunt scriptura? nonne ex hac non publicata & arcana doctrina, quam in minime oneroso & sollicito silentio patres nostri conservarunt? Recte illi, utpote doctrinae mysteriorum reverentiam & auctoritatem silentio custodire: quæ enim ne aspicere quidem fas erat non initiatis, horum doctrinam quomodo par erat in litteris, velut in triumpho, ostentare? Hæc Basilium, qui & alia etiam multa in eandem sententiam inculcat: ac tandem hac ipsa non scripto tradita Apostolorum traditione de Spiritu sancto blasphemias Macedonii refellens, veram sinceramque a majoribus divinitatem ejus traditam adstruit, atque confir-

confirmat, ut dicendum sit more majorum: Gloria Patri & Filio cum Spiritu sancto: & non ut illi dicebant, In Spiritu sancto. Nam & superius: Quicumque enim per morum constantiam antiquitatis auctoritatem novationibus prætulerunt, & patrum traditionem inviolatam per regiones ac civitates conservarunt, hac voce usi sunt; & alibi (a): Nos confitemur, quod etiam traditum accepimus, cum Patre & Filio locatum esse Spiritum paracletum.

(a) Basil. epist. 73.

XXVI.

Basilium jungimus Gregorium Nazianzenum (b), qui agens in Julianum Apostatam, in eundem invehitur, quod Ecclesiasticas traditiones in Gentilium usum transferre satageret: Quas, inquit, traditiones acceptas in hanc usque diem servavimus. Huic adnectimus Gregorium Nazianzenum, qui ad Ablavium hæc scribit: Sin autem nostra oratio proposita questione infirmior arguatur: traditionem quidem, quam a patribus per successionem accepimus, servabimus in perpetuum firmam & immotam.

XXVII.

Sed videamus quid de eadem re senserit Epiphanius: ipse enim adversus Aerium agens, de præscriptorum dierum, jejuniis Ecclesiae consuetudine receptorum hæc ait (c): Quis autem magis de his novit, hic ne seductus homo (Aerius videlicet) qui etiam nunc superest, & hucusque in mundo versatur; aut qui ante nos repperit fuerit habentes ante nos traditionem in Ecclesia, quique etiam a patribus suis traditum acceperunt; quemadmodum etiam hi a suis patribus didicerunt, qui ante ipsos fuerunt, quomodo Ecclesia accepit a patribus suis veram fidem usque huc continet, itemque traditiones? Idem inferius postquam egit de memoria & precibus pro defunctis ad Deum exhiberi solitis, hæc rursum de traditionibus inculcat: Ecclesia necessario hoc percipit, traditione a patribus accepta. Quis autem poterit statutum matris dissolvere, aut legem patris? velut Salomon dicit: Audi fili sermones patris tui, & ne repudies statuta matris tuæ: ostendens per hoc quod & in scriptis & sine scriptis docuit Pater, hoc est, Deus, & Unigenitus, & Spiritus sanctus. Mater autem nostra Ecclesia habet statuta in se posita indissolubilia, quæ irritari non possunt. Cum itaque ordinata sint in Ecclesia statuta, & bene se habeant, & omnia mirabiliter fiunt, confutatus est rursus etiam hic seductor. Idem hæc habet in Compendiaria doctrina: At veros, inquit, de statutis ipsis & traditionibus ejusdem Ecclesiae, rursus necessarium est me brevibus apponere earumdem traditionum formam ex parte, &c. Subinfert de diversis ordinibus in Ecclesia narrationem, de diebus festis, observatione jejuniorum, mysteriis Ecclesiasticis,

(c) Epiph. heres. 75. Epiphanius traditionum ad stipulatore.

& aliis sacris ritibus ex traditione manantibus. Sed non prætermittendum, quod idem (d) agens adversus Melchisedecianos, hæc ait: Termini nobis positi sunt, & fundamenta, & edificatio fidei, & Apostolorum traditiones, & Scripturae sanctæ, & successiones doctrinae, & undequaque veritas Dei munita est.

Sed & ad tam certam patentemque veritatem adstruendam Hieronymus etiam suum suffragium affert in hæc verba ad Lucinium (e) scribens: Ego illud te breviter admonendum puto, traditiones Ecclesiasticas, præsertim quæ fidei non officiant ita observandas, ut a majoribus tradita sunt; nec aliorum consuetudinem, aliorum contrarium more subverti. Idemque alibi (f), sed ex persona Luciferiani, quæ æque ab Orthodoxo probentur: An nescis, inquit ille, etiam Ecclesiarum esse hunc morem, ut baptismatis postea manus imponantur, & ita invocetur Spiritus sanctus? Exigis ubi scriptum sit? in Actibus Apostolorum. Etiam si Scripturae auctoritas non subesset, totius Orbis in hanc partem consensus instar præcepti obtrineret: nam & multa, quæ per traditionem in Ecclesiis observantur, auctoritatem sibi scripta legis usurpaverunt: velut in lavacro ter caput mergitare: deinde egrossos lactis & mellis prægustare concordiam ad infantia significationem, die Dominico & per omnem Pentecostem nec de geniculis adorare, & jejunium solvere; multaque alia quæ scripta non sunt, rationalibus sibi observatio vindicat.

Ambrosius insuper, cum agit de celebritate Paschali: Scriptura, inquit, divina nos instruit, & traditio majorum. Idemque in libris quos scripsit de his qui initiantur divinis mysteriis, ac de Sacramentis, vel aliis locis, quid aliud præstitit, nisi ut quæ hæcenus sine scripto tradebantur de ea re Apostolicæ traditiones, ipse scriptione eadem consignaret? Chrysostomus etiam (quod superius recitavimus) illud ipsum de eadem re statuit axioma: TRADITIO EST? NIHIL QUÆRAS AMPLIUS. Idem sacros illos ritus qui adhibentur in venerandis mysteriis, ab Apostolis Ecclesiae traditos affirmans ait (g): Non frustra hæc ab Apostolis sunt legibus constituta; ut in venerandis, inquam, atque honorificis mysteriis memoria eorum fiat qui decesserunt. Noverant hinc multum ad illos lucrum accedere, multumque utilitatis. Porro quod statuerunt Apostoli, hoc ex Dei voluntate eos fecisse his quæ mox subinfert, demonstrat: Vult enim, inquit, Deus nos vobis mutuum auxilium afferamus, &c.

Multa insuper in hanc eandem confessionem ex Augustini diversis tractatibus & epistolis essent addenda: sed illam unam fati putamus esse sententiam, qua velut funiculo quodam Apostolicarum traditio-

(d) Epiph. heres. 55.

XXVIII.

(e) Hier. epist. 28. Hieronymus traditionibus suffragatur.

(f) Hier. advers. Luciferianam.

XXIX.

Ambrosius & Chrysostomus traditionum testes.

(g) Chrys. in epist. ad Philip. hom. 3.

XXX.

Augustinus traditionum defensor.

(a) Aug. de baptis. pont. Do- nat. li. 4. c. ult. num latitudinem metitur, sic dicens (a): Quod universa tenet Ecclesia nec Conciliis institutum, sed semper retentum est, non nisi auctoritate Apostolica traditum rectissime creditur. Hæc Augustinus, qui eadem fere sæpius repetit, ut cum ait (b): Quam consuetudinem credo ex Apostolica traditione venientem: sicut multa non inveniuntur in litteris eorum, neque in Conciliis posterorum; & tamen quia custodiuntur per universam Ecclesiam, non nisi ab ipsis tradita & commendata creduntur. Et ad Januarium (c): Illa, inquit, que non scripta, sed tradita custodimus, que quidem toto terrarum orbe servantur, dantur intelligi vel ab ipsis Apostolis, vel plenariis Conciliis, quorum est in Ecclesia saluberrima auctoritas, commendata atque statuta retineri.

XXXI. Cæterum quæ in sacris sunt Conciliis instituta, nec ipsa quidem recens fuerunt inventa; sed quæ & Patres ipsi a majoribus acceperunt sine scriptis, ut accuratius servarentur, scriptis consignarunt. Unde Vincenſis (d) Lirinensis, qui eodem cum Augustino vixit sæculo, hæc ait: Denique quid unquam Ecclesia aliud Conciliorum decretis enixa est, nisi ut quod antea simpliciter credebatur, hoc idem postea diligentius crederetur, quod antea lenius predicabatur, hoc idem postea instantius predicaretur, quod antea securius colebatur, hoc idem postea sollicitius excoleretur? Hoc, inquam, semper, nec quidquam præterea hæreticorum novitatibus excitata Conciliorum suorum decretis Catholica quid perfecit Ecclesia, nisi ut quod prius a majoribus sola traditione susceperat, hoc deinde posteris etiam per scripturæ chirographum consignaret, magnam rerum summam paucis litteris comprehendendo, & plerumque propter intelligentiæ lucem non novum fidei sensum, novæ appellationis proprietate signando? Hæc ille, at de his hæcenus instituti quippe ratio non patitur his diutius immorari. Satis namque nobis visum est de Apostolicis traditionibus Patrum testimonia usque ad Augustini tempora attulisse: omnes enim qui posterioribus temporibus vixere, cum sit certum eadem sensisse, superfluum videtur aliis testibus eadem consignasse.

Desiderari adhuc quid posset, ut Novatores ista impugnantibus refelleremus: sed qui plura cupit, ab his petat, qui ejus argumenti commentarios conscripserunt, eosque adeat, tum maxime inter alios reverendissimum Lindanum Episcopum. Rursum renundentem, quem ob egregiam eruditionem toto Christiano orbi spectatam, & vitæ sanctitatem, pluximi facio: vivit adhuc, non sibi, sed Catholicæ Ecclesiæ, jam mille de prostratis hostibus coronatus; aliaque in dies majores, & fortasse martyrii, ut qui ante aciem quoti-

die adversus hostes cominus dimicet, sibi comparaturus. Est & R. P. Robertus Belarminus Politianus, qui multos annos in his summa cum laude versatus est, Romæ publice docens; & hoc ipso anno, quo hæc nostra cœdimus, suas de Controversiis Christianæ fidei disputationes adversus hæreticos, ab eruditissimis omnibus avidè expectatas, & jam acceptas, & mirifice prædicatas, edidit: nobilissimum plane opus, quod instar turris illius quam (e) David ædificavit cum propugnaculis, ex qua mille pendent clypei & omnis armatura fortium, in Ecclesia habeatur. Hæc summam in genere de traditionibus dixisse sat erit; inferius vero de singulis privatim pro Apostolicorum scriptorum & rerum gestarum occasione, suis locis ac temporibus plenius agendum erit.

Sed jam ad cæteras Pauli res gestas Corinthi redeamus, a quibus occasione secundæ epistolæ ad Thessalonicenses ibi scriptæ divertimus. Curabat tunc Achajæ provinciam L. Junius Gallio Proconsul (facta enim erat Achajæ proconsularis provincia ex lege Clodia, ut Cicero (f) auctor est) erat hic germanus L. Annæi Senecæ, ut ipse testatur (g), qui & de ejus ex Achajæ professione meminit (h), & alias de eo; nam ad ipsum inscripsit librum De remediis fortuitorum, ac alterum De vita beata. Cum enim Senecæ a Messalina Augusta, Claudii uxore (ut tradit Dio (i)) injuste damnatus exilio, post illius necem ab Agrippina item Augusta restitutus, & Neroni, quem Claudius (us vidimus) anno præterito adoptavit, præceptor datus esset; in ejus gratiam Achajæ provincia Gallioni ejus germano est tributa.

Hic igitur cum Corinthi ageret, Judæi ex more in Paulum turbas excitantes, sistendum eum curarunt ante eisdem tribunal. Quid autem tunc factum sit, Lucas (k) his verbis significat, sic ab exordio rem gestam narrans, Gallione autem Proconsule Achajæ, insurrexerunt uno animo Judæi in Paulum, & adduxerunt eum ad tribunal, dicentes: Quia contra legem hic persuadet hominibus colere Deum, incipiente autem Paulo aperire os, dixit Gallio ad Judæos: Si quidem esset iniquum aliquid, aut facinus pessimum, o viri Judæi, recte vos sustineretis; si vero questiones sunt de verbo, & nominibus legis vestræ, vos ipsi videtis: Judex ego horum nolo esse. Et minavit eos a tribunali apprehendentes, autem omnes: Sothenem principem synagoga, percuiebant eum ante tribunal, & nihil horum Gallioni curæ erat. Hæc Lucas de rebus gestis coram Gallione; qui quidem vel in eo laude dignus, quod licet proconsulari auctoritate etiam de religione agere ac judicare

care minime prohiberetur (quippe qui plenissimam jurisdictionem haberet, & omnium partes judicium, qui Romæ quasi magistratus vel extraordinarium jus dicerent, ad ipsum pertinerent, ut Ulpianus (a) de officio Proconsulis scripsit) tamen tantum detulit religioni Hæbræorum, ut ipse a judicio abstinens, in illos totam causam resunderet; sed plus quam decebat; nam licet Sothenem ante tribunal illi percuterent, vim publicam non cohibuit, nec (ut par erat) ultus est: quin etiam (licet Lucas non dicat) affirmat Joannes Chryostomus (b), ipsum quoque Paulum coram tribunali, spectante Gallione, fuisse verberatum ab iisdem Judæis. Post hæc omnia idem Paulus (inquit Lucas (c) cum adhuc sustinuisse dies multos, fratribus valescens, navigavit in Syriam, & cum eo Priscilla & Aquila) qui sibi totonderat in Cenchreis caput: habebat enim votum, Paulum, non Aquilam, totondisse ex voto caput in Cenchreis (*), Hieronymus & Augustinus affirmant (erant enim Cenchreæ, ut auctor est Strabo (d), Corinthiorum Orientem versus navale.) Bæda (e) ambiguum esse lectionem cum dicat, hæc addit: Falluntur mendositate codicis, qui dicunt Aquilam cum Pri-

JESU CHRISTI ANNUS 54.

PETRI ANNUS 10.

CLAUDII IMP. ANNUS 12.

Abuit sequens annus Cofs. Faustum Sullam & Silvium (k) Othonem, quibus adnotatur annus Domini quinquagesimus quartus, quo (ut ex jam dictis apparet) Paulus Apostolus Ephesum primum venit, non quidem permanens: quippe qui in Syriam proficiscendi, solvens Corintho, inisset consilium: eaque navigatione per eam partem Ægei maris, quod Icarium dicitur, appulit (quæ se offerebat in via) Ephesum: ubi diebus aliquot manens, non est passus se diutius detineri, sed in Syriam solvens, Cæsaream Palæstinæ primum, ac inde Antiochiam accessit: postea vero Ecclesiæ Minoris Asiæ peragravit: ac tandem his omnibus expeditis, non minori quidem quam unius anni spatio (ut ex his, quæ dicentur inferius, facile apparebit) Ephesum rediit. Sed audiamus Lucam, qui hæc omnia mira brevitate perstringens, ait (l): Devenit Ephesum, & illos (Aquilam, & Priscillam scilicet) ibi reliquit. Ipse vero ingressus synagogam, disputabat cum Judæis. Rogantibus autem eis ut ampliori tempore maneret, non consensit: sed valescens, & dicens: Iterum revertar ad vos, Deo volente; profectus est ab Epheso. Et descendens, Cæsaream ascendit, &

scilla uxore sua esse attonsum: in Græco enim evidenter vocatur, id est, attonsus, numero singulari habetur. Extant sane in nostra bibliotheca Acta Apostolorum perverusta litteris grandisculis exarata, in quibus plurali numero ita legitur: Se totonderant in Cenchreis caput: habebant enim votum, Attamen in hærendum Vulgaræ nuper restituta, quæ (ut posuimus) ducta parenthesi, cum ita legit: Navigavit in Syriam (& cum eo Priscilla & Aquila) qui sibi totonderat in Cenchreis caput; non nisi de Paulo intelligendum esse declarat. Porro caput tondere, & sic votum solvere, erat Nazaræorum, de quibus scribitur in libro Numeri (f). Sed cur id non est factum Hierosolymis in templo? ille fortasse accidit casus, quo ibidem (g) illico caput tondendum esset, cum coram Nazaræo aliqui moreretur. Qui sic erant Nazaræi voto obligati, nominabant se ipsos Corban, hoc est, Dei donum (ut Josephus (h) affirmat) quod sic se ipsos Deo dicassent. Porro ejusmodi votum Nazaræorum nuncupare, & exolvere quoque mulieres consuevissent, idem Josephus (i) affirmat, cum agit de Berenice, de qua nos suo loco inferius agemus.

(a) Tacit. Annal. lib. 12. Pauli peregrinatio.

(b) Chryst. prof. in 1. ep. Pauli ad Corinth. XXXV. ad. 18.

(c) Chryst. prof. in 1. ep. Pauli ad Corinth. XXXV. ad. 18.

(d) Strab. lib. 8. Bæda in retract. in Act. c. 18.

(e) Tacit. Annal. lib. 12. Pauli peregrinatio.

(f) Num. 6. Ibid.

(g) Ibid.

(h) Joseph. ant. lib. 4. cap. 4.

(i) Joseph. de bello Jud. l. 2. cap. 15.

salutavit Ecclesiam, & descendit Antiochiam. Et facta ibi aliquanto tempore, profectus est, perambulans: ex ordine Galaticam regionem, & Phrygiam, confirmans omnes discipulos. Et inferius: Factum (m) est autem, cum Apollo esset Corinthis, ut Paulus, peragratis superioribus partibus, veniret Ephesum. Hæc Lucas de Pauli itinere, licet de rebus tunc ab eo gestis omnino sileat. De Cæsarea & Antiochia civitatibus, ad quas Paulus Epheso recedens profectus est, iure existimavit Chryostomus (n) de Antiochia Syriæ totius metropoli esse intelligendum, sicque e non de alia Cæsarea, quam ea quæ est in Syria Palæstina, esse accipiendum. Bæda (o) autem in Acta, Cæsaream Cappadociæ profectum esse dicit Apostolum, sed cum (p) Lucas dicat Paulum in Syriam navigasse, de quam Cæsarea & Antiochia intellexerit, nulla videtur esse posse dubitatio. Quod vero spectat ad Galatas, quibus Paulus in & Petrus Evangelium prædicavit: ad hos veniens Paulus, magno ab illis exceptus est plausu, & honorificentissime habitus, prout idem Paulus (q), ad eos postea scribens his verbis declarat: Scitis autem, quia per infirmitatem, carnis evangelizavi vobis jam pridem, & tentationem vestram

(m) Act. 19.

(n) Chryst. hom. 40. in Act.

(o) Bed. in Act. c. 18.

(p) Act. 18.

(q) Galat.

(r) Galat.

(s) Galat.

(t) Galat.

CHRISTI 54.

PETRI 10.

CLAUDII IMP. 12.

JESU CHRISTI ANNUS 55.

PETRI ANNUS 11.

CLAUDII IMP. ANNUS 13.

in carne mea non spreveritis, neque respiciatis, sed sicut Angelum Dei excepistis me, sicut Christum Jesum. Et paulo post: Testimonium enim perhibeo vobis, quia, si fieri posset, oculos vestros eruissetis, & dedissetis mihi. Hæc Paulus; qui & superior testatur se illis Evangelium prædicasse, cum ait (a): Sed licet nos, aut Angelus de celo evangelizet vobis præterquam quod evangelizavimus vobis, anathema sit. Dum vero Paulus Syriam & Asiam peragraret: Judæus quidam (subdit Lucas b) Apollo nomine, Alexandrinus genere, vir eloquens, devenit Ephesum, ponens in Scripturis. Hic erat edoctus viam Domini, & fervens spiritu loquebatur, & docebat diligenter ea quæ sunt Jesu, sciens tantum baptisma Joannis. Hic ergo cepit fiducialiter agere in synagoga. Quem cum audissent Priscilla & Aquila, assumpserunt eum, & diligentius exposuerunt ei viam Domini. Cum autem vellet ire Achajam, exhortati fratres scripserunt discipulis ut susciperent eum. Qui cum venisset, contulit multum his qui crederant, ostendens per Scripturas, esse Christum Jesum. Hæc Lucas de Apollo. Porro Apostolum Paulum annum integrum in hac peregrinatione insumpsisse, tam ex his quæ dicta sunt, quam etiam his quæ sequenti anno dicturi sumus, facile apparebit.

Hoc eodem anno, Olympiade ducentesimaseptima, anno quarto (inquit Eusebius c) Philippus Apostolus Christi apud Hierapolim Asia civitatem, dum Evangelium populo nuntiaret, cruci affixus, lapidibus opprimitur. Hæc cum scribat Eusebius, diversa ab his narratur apud Hippolytum, Græce scriptum auctorem, de septuagintaduobus discipulis. Fertur enim ibi Philippus Apostolus passus sub Domitiano Im-

peratore. Tradit & Metaphrastes (d) ipsum martyrio vitam finitum esse anno ætatis suæ octogesimo septimo. De mortis genere discrepat ab Eusebio Nicephorus, (e) & alibi idem Metaphrastes (f): sed nec horum alicui assentitur incertus auctor, qui scripsit Passiones Apostolorum; qui tamen in eo consentit Eusebio, dum affirmat post passionem Domini Philippum annis tantum viginti Evangelium prædicasse, & anno ætatis suæ octogesimo septimo (quod non creditur) obiisse, sed de martyrio ne verbum quidem. Cæterum, quod spectat ad theologiam Phrygum: non Martem, nec serpentem (ut citati fabulantur auctores) colebant, sed quos Eusebius (g) alibi deos describit. In his igitur præstat pauca dicere, quam multa commentitia coagmentare. Quod vero auctore Eusebio exploratum habetur, ipsum Hierapoli martyrium consummasse, omnes æque consentiunt: nam & Joannes Chrysostomus (h) ad sepulcrum ejus aludens ait: Philippus Hierapolim conservat miraculis. Sed quod apud Isidorum (i) legitur, eundem Philippum Gallis Evangelium prædicasse; Galatis esse restituendum, diximus in Noris ad Martyrologium Romanum. Quod vero Philippo Apostolo nonnulla adscribantur quæ esse noscuntur Philippi diaconi, differemus inferius, cum de eodem diacono sermo erit.

Quod ad res Romanas hujus anni pertinet: auctor est Tacitus (), hoc anno iisdem Coss. factum esse Senatufconsultum de pellendis Italia mathematicis, occasione (ut apparet) Junii Scriboniani, qui finem Principis per Chaldæos scrutatus esset, invisum plane Principibus genus hominum: sed humana curiositas agebat, ut quos sæpius edicta Imperatorum exagitant, iidem revocarentur in Urbem.*

Anno-

CLAUDII IMP. 12.

[1] *Ad num. I. Coss. Faustus Sulla, & Salvius Otho, ex Tacito, non vero Silvius Otho, ut perperam Baronius.*

SÆC. I. Anno Ur- bis 805. Olymp. 207. an. 4. An. C. 52. ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5545. © 5. BA. 25. P. 2. April. Indict. 10. JESU CHRISTI 52. secundum Baronium 54.

[1] *Coss. Faustus Sulla, & Salvius Otho. Legendum est, ut integra consulum nomina exhibeantur: P. Cornelius Sulla Faustus, & L. Salvius Otho Titianus. In tabula fratrum Arvalium eruta a Fulvio Ursino, & edita apud Gruterum pag. CXVIII. & sequentibus, non semel occurrit. L. SALVIUS. OTHO. TITIANUS. magister collegii fratrum Arvalium, imperio Neronis. Tacitus Annal. lib. XII. cap. LI. Fausto Sulla, Salvio Othone Coss. Frontinus: Sulla & Titiano Coss. Fasti Vindebonenses anno Urbis. 805. Sulla & Othone: Prosperi Chronicon: Silano & Othone. Fasti Idatii: Sylla & Catone, corrupte. Suffecti ex K. Julii dicuntur Servilius Barea Soranus, & M. Licinius Crassus Mucianus. De Barea Sorano consule designato hoc anno, Tacitus Annal. lib. XII. LIII. ad quem locum lapidem affert Lipsius, qui ad Q. Marcium Bareaum spectat, suffectum consulem sub Tiberio A. D. 26. De Muciano sæpe Tacitus, sæpissime Plinius, ut in Fastis hujus anni Panvinius, qui perperam tamen scribit, consulum suffectorum hoc anno meminisse Frontinum in primo de Aquæ ductibus, quum Frontinus Sullam & Titianum memoret, qui hoc anno consules ordinarii, non suffecti fuere,*

ANNO post hæc Domini quinquagesimo quinto, D. Junio (a) & Q. Haterio Coss. Paulus Apostolus (b) peragratis superioribus partibus Asiæ, venit Ephesum; ubi (ut ipse testatur c) docens Ephesios, tribus annis mansit; sic enim, dum ipsos postmodum Mileto accessit, est allocutus: Propter quod vigilate, memoria retinentes quoniam per triennium nocte ac die non cessavi cum lacrymis monens unumquemque vestrum. Sed antequam res Pauli Ephesi gestas enarrare aggrediamur; ejusdem triennii temporis spatium quando cæperit ac desierit, ut certa ratio habeatur, primum omnium ex more esse disquirendum, necessarium existimamus: quod assequi facile possumus, si certum tempus, quo Epheso Hierosolymam venturus recesserit, intelligamus. Mansisse Paulum Ephesi etiam post obitum Claudii Imperatoris, & magnam partem primi anni Neronis, certis quidem rationibus tam ex ipsius Pauli quam Lucæ scriptis acceptis, satis aperte demonstrari posse videtur. Lucas (d) in Actis, dum agit de rebus Pauli gestis Ephesi, quæ contigerunt anno tertio commorationis illius ibi, consilium iniisse Paulum inde proficiscendi, ac Hierosolymam primum, deinde Romam eundi, testatur his verbis: His autem expletis, proposuit Paulus in Spiritu, transire Macedonia & Achaja, ire Hierosolymam, dicens: postquam ibi fuero (erant hæc verba Pauli) oportet me & Romam videre.

Ad hæc de petendo Romam Paulus animo decrevisse non potuit vivente Claudio; nam nec licuit: ejus enim edicto (ut vidimus) Judæi omnes Urbe sunt pulsi, nec usque ad ejus obitum data est licentia illuc remeandi: quo extincto,

SÆC. I. Anno Ur- bis 806. Olymp. 208. an. 1. An. C. 53. ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5546. © 6. G. 26. P. 25. Mart. Indict. 11. JESU CHRISTI 53. secundum Baronium 55. CLAUDII IMP. 13.

[1] *Ad num. I. Coss. D. Junius, & Q. Haterius. Accuratius Phlegon in lib. de Consul.*

[1] *Coss. D. Junius, & Q. Haterius. Lege D. Junius Silanus, & Q. Haterius Antoninus. Tacitus Annal. lib. XII. cap. LVIII. D. Junio, Q. Haterio Coss. Haterii Antonini meminit item Annal. lib. VIII. cap. XXXIV. Fasti Vindebonenses & Idatii: Silano & Antonino. Prosperi Chronicon: Silano & Antonino. Cassiodorus: Silanus, & Haterius Antoninus. Horum tamen nomina, nisi veterum lapidum fide muniantur, adhuc incerta mihi videntur. Imperio Claudii suffecti consules habentur: Sex. Palpelius Hister, & L. Pedanius. Plinius lib. X. cap. XII. Capitolii cellam ipsam (Bubo) intravit, Sex. Palpelius Histro, L. Pedanio Coss. propter quod Nonis Martii Urbs lustrata est eo anno. Inscriptio Gruteriana pag. CCCXLVII. 5. Polæ in Histria: SEX. PALPELIO. D. F. VEL. HISTRO. LEG. TI. CLAUD. CAES. AUG. PROCON. At cui anno potissimum haurum consulatus assignandus sit, penitus ignoro.*

liberum fuit cuique Judæorum Romam petere, ac ibi agere. Sic igitur anno tertio Pauli commorantis Ephesi, quando hæc animo decernebat, extinctum fuisse Claudium, & regnasse Neronem, consentaneum rationi est affirmare. Verum non discessit Paulus Epheso statim ut Nero factus est Imperator: nam ille sequenti die ab obitu Claudii, nimirum pridie Idus Octobris, Imperium adivit; ipsum autem Paulum decrevisse usque saltem ad diem sequentis Pentecostes Ephesi commorari, ipsiusmet testificatione habetur expressum; ait enim scribens Epheso ad Corinthios (e): Permanebo Ephesi usque ad Pentecosten. Cum igitur ex his satis liqueat, egisse Paulum Ephesi usque ad octavam saltem mensis primi anni Neronis Imperii, qui numeratur Domini quinquagesimus septimus: ut illic triennio jam inchoato manserit; hoc ipso anno Ephesum eum venisse, necesse est affirmare. Licet enim ipse dicat Paulus: se triennio Ephesi esse commoratum, non sic intelligendum, ut tribus integris annis ibi permanerit; sed (quod ex Luca colligitur) duobus impletis annis, ac tribus insuper mensibus: nam & ipse totius illius temporis rationem subducens, ait trium mensium spatio docuisse in synagoga, biennio autem in schola Tyranni. Sic igitur qui hoc anno Domini quinquagesimo quinto Ephesum venit, quinquagesimo septimo post Pentecosten inde recessit, anno primo Neronis Imp. Cæterum non ultra illud Neronis tempus, ipsum Ephesi egisse, quæ de eo dicturi sumus inferius, declarabunt. Hæc satis ad temporis rationem: jam Pauli res gestas Ephesi prosequamur.

Cum venisset Paulus Ephesum (inquit Lucas f) & invenisset quosdam discipulos Pauli Ephesi.

(e) 1. Cor. 16.

(f) Act. 19.

Res gestæ Pauli Ephesi.

CHRISTI 55.

PETRI II.

CLAUDII IMP. 13.

los, dixit ad eos: Si spiritum sanctum accepistis credentes: At illi dixerunt ad eum; Sed neque si Spiritus est, audivimus. Ille vero ait: In quo ergo baptizati estis? Qui dixerunt: In Joannis baptisate. Dixit autem Paulus: Joannes baptizavit baptismo penitentiae populum, dicens: In eum, qui venturus esset post ipsum, ut crederent, hoc est, in Jesum. His auditis, baptizati sunt in nomine Domini Jesu. Et cum imposuisset illis manus Paulus, venit Spiritus sanctus super eos, & loquebantur linguis, & prophetabant: erant autem omnes viri fere duodecim. Hos putat Joannes Chryostomus (a) fuisse advenas Judæos ex Asia, qui Hierosolymam ad diem festum olim cum accessissent, baptisate Joannis fuerant baptizati, nec de rebus postea ibi gestis quidquam acceperant. Post hæc vero ingressus Paulus (inquit Lucas (b) synagogam, cum fiducia loquebatur per res menses, disputans, & suadens de regno Dei. Cum autem quidam indurarentur, & non crederent, maledicentes viam Domini coram multitudinem, discedens ab eis, segregavit discipulos, quotidie disputans in schola Tyranni cujusdam. Hoc autem factum est per biennium: ita ut omnes, qui habitabant in Asia, audirent verbum Domini, Judæi, atque Gentiles. Hæc Lucas. Fortasse hic ille Tyrannus sophista, quem scribit Suidas libros decem edidisse de statu & divisione orationis.

IV. Paulus quid Ephesi.

(c) Act. 20.

Quod ad res gestas pertinet: ecce tibi Lucas biennii (quod mireris) res gestas Pauli duobus fere tantum verbis summam perstrinxit: cum constet ipsum quamplurima ibi passum esse a Judæis: quod non aliunde quam ex ipsiusmet assertionem exploratum habetur. Ephesios enim novissime allocutus, hæc ait (c): Vos scitis a prima die, qua ingressus sum in Asiam, qualiter vobiscum per omne tempus fuerim, serviens Deo cum omni humilitate, & lacrimis, & tentationibus, quæ mihi acciderunt ex insidiis Judæorum. Sed quænam hæc fuerint insidiæ, Lucas scribere prætermisit. Maxima sane illa fuisse certamina, ex eo possumus conjectari, quod Paulus coram Ephesios suas quas illic est passus ærumnas commemorans, nihil eorum meminit quæ passus est a Gentilibus per Demetrium argentarium: quæ licet gravia fuerint, tamen respectu eorum quæ est a Judæis perpassus, ut levia prætermisit. Si igitur nullam habuit rationem eorum quæ a Gentilibus sunt illata, ut nec eorum coram illis meminerit, quanta putanda sunt illa fuisse, quæ (ut ait) acciderunt ex insidiis Judæorum? Rursus vero idem Paulus in ea quam ad Corinthios scripsit (d), priore epistola, de his quæ Ephesi passus est, ut re memorabili, sic meminit: Si secundum ho-

(d) 1. Cor. 25.

minem ad bestias pugnavi Ephesi, quid mihi prodest, si mortui non resurgunt? magnas sane se illic ærumnas sustinuisse spe resurrectionis, dictis verbis insinuat.

Fuit quorundam sententia (e), Paulum Ephesi damnatum ad bestias, sed Dei gratia ab earum dentibus liberatum: rem gestam ex quibusdam Pauli Actis, quæ & citat Origenes (f) in Periarcho, Nicephorus (g) his narrat verbis: Verum enim vero qui profectioes Pauli descriperunt, cum quamplurima alia eum simul & fecisse & passum esse, tum hoc quoque, cum Ephesi esset, de eo memoria mandarunt. Cum ibi principem locum Hieronymus obtineret, multa cum libertate Paulus est connotatus: quare Hieronymus illum bene quidem & diserte dicere, sed orationem ejus non esse eorum temporum testatus est. Plebs quidem certe per insolentiam & furororem, Paulo compedibus injectis, carceri eum includit, ut leonibus vorandus obiceretur. Ibi tum Eubula & Artemilla, clarorum Ephesi virorum conjuges, fidem edoctæ a Paulo (noctu enim ad eum veniebant) divini lavacri gratiam ab eo petunt. Itaque virtute divina, atque angelici satellitii ministerio, caliginem noctis exuberantia splendoris illustrante, Paulus ferreis compedibus liberatus, illas divino baptismo ad lictus maris initiat: & cum id nemo omnium, quibus custodiæ cura mandata fuerat, sensisset, ad vincula rursus sua, in quibus leonibus escæ asseruabatur, redit. Sed enim ingenti magnitudine & robore intolerando leo contra ipsum immisus, in arenam quidem illi procurrit, sed mox ad Pauli pedes con-sedit. Et cum itidem alia immanes feræ immitterentur, ne tangere quidem ulla sacrum corpus ad orationem erectum atque compositum sustinuit. His ita actis, de repente fragore multo vehemens quadam supra naturæ ordinem grandis decidens, multorum simul & virorum & ferorum animalium comminuit capita, ipsiusque Hieronymi autem amputat: qui deinde cum suis per Paulum Deo conciliatus, salutiferum suscepit lavacrum: leo autem ille profugus in montes proximos evadit: & Paulus inde in Macedoniam & Græciam transmittit: mox rursus per Macedoniam vadens, Troadam & Miletum contendit, atque ita tandem Hierosolymam proficiscitur. Mirandum vero non est, Lucam hanc Pauli cum belluis pugnam reliquis ejus Actis non inseruisse. Nam etsi ex Evangelistis solus Joannes Lazari resuscitationem commemorat, minus tamen de fide veritateque ejus ambigendum.

(a) Chryst. in Act. hom. 40.
(b) Act. 19.
(c) Act. 20.
(d) 1. Cor. 25.
(e) Paulus Ephesian damnatus ad bestias.
(f) Origenes in 1. ep. ad Corinth. 15. & alii, ut Theodor. Periarch. l. 1. c. 2.
(g) Niceph. l. 2. c. 25.

VI. Paulus quomodo pugnare cum bestis.
Hæc Nicephorus, licet non aliunde quam ex scriptis apocryphis: quorum fides cum vacillet, diligentiori studio, an veritate subsistant, pervestigandum est: cum præsertim Joannes Chryostomus (b), & a-

CHRISTI 55.

PETRI II.

CLAUDII IMP. 13.

iii eum secuti, Paulum non de bestiis, sed hominibus ferinis habentibus animos intellexisse existimarint: sic enim & Ignatius huic simili usus dicendi genere, scribens ad Romanos, ait: A Syria Romam usque, terra marique cum bestiis depugno, noctu diuque alligatus decem leopardis, quæ est militaris custodia; qui & beneficio affecti, peiores sunt. Quin & ipse Paulus alias cum Romæ esset, scribens ad Timotheum (a) his verbis: Dominus me prædicatio impleatur, & audiant omnes Gentes: & liberatus sum de ore leonis. Per leonem significare voluit Neronem, ut interpretes omnes summa confessione confirmant; nec est aliquis qui dicat Paulum Romæ ad leonem fuisse damnatum. Rursus vero considerandum est, quod tradat idem Paulus, se Ephesi pugnasse cum bestiis, non autem se traditum bestiis: diversa quippe ratio utriusque poenæ est habenda; damnari enim dicebantur ad ludum, qui in theatrum immittebantur armati cum bestiis pugnaturi; bestiis vero absque pugna mox devorandi alii tradebantur: sunt plura exempla utriusque supplicii, sed in his modo non immorandum. Cum itaque dicat Paulus se pugnasse cum bestiis, metaphora potius per bestias homines pravos significare voluisse, quam gladio accinctum cum leone in theatro pugnasse, omnes arbitror perfacile intelligere.

VII. (b) 1. 3. ff. ad 1. Corn. de sic. (c) Act. 16. & 22.
(d) Rom. 15.
(e) 1. Cor. 16.
(f) Act. 19.
(g) 1. Cor. 11.

(b) Tert. de resur. car. c. 48.
(c) Chryst. hom. 40. in Act. Apost. (d) Theodor. phil. in 1. ad Cor. 15.

Ad hæc, cum constet dictum supplicium vilioribus tantum personis lege (b) solitum irrogari: Paulus, qui alias flagellis cedendus, se esse Romanum civem (c) excepit, quanto justius & opportunius se ea exceptione liberare potuisset; cum præsertim (ut ipse scribit ad Romanos (d), & Corinthios (e), & Lucas in Actis (f) testatur) jam animo concepisset, Hierosolymam primum, ac denique Romam proficisci? Atque demum si Paulus ejusmodi supplicio affectus esset: non putamus ab ipso omissi debuisse, cum scribens post duos annos ad Corinthios (g), suorum certaminum coronas texuit: qui enim cetera, ac multa his minora enumerat, eum non facile credimus, quod esse præclarum videbatur, silentio obvolutum reliquisse. Ex his videas, quanta cautela apocrypha sint admittenda, etiam si ex Scripturis divinis aliquam sibi videantur fidem adsciscere. Unde magis placet sententia Tertulliani (b), qui ait Apostolum per ea verba significare voluisse Asiaticas pressuras; & Chryostomi (c), qui eadem sentire videtur. At vero nec assentimur Theophylacto (d), qui existimavit Paulum illis verbis significare voluisse illas pressuras, quas ultimo anno commorationis suæ Ephesi passus est instigatione Demetrii ar-

gentarii (l): nam eo tempore quo scripsit primam epistolam ad Corinthios, qua de pugna cum bestiis meminit, nondum ea de Demetrio contigerant: quod ea ratione facile demonstrari posse videtur, quod Lucas, antequam illa recenset, hæc de eo dicat: His expletis, proposuit Paulus in Spiritu, transita Macedonia, & Achaia, ire Hierosolymam. Nec aliter Paulus in dicta prima epistola ad Corinthios (m): Veniam autem, inquit, ad vos, cum Macedoniam pertransiero: nam Macedoniam pertransibo; & paulo post: Permanebo autem Ephesi usque ad Pentecostem. Sic itaque ex his liquet, ea quæ postea subdit Lucas de turbis per Demetrium excitatis, post dictam epistolam scriptam ad Corinthios contigisse ultimo anno commorationis Pauli Ephesi. Ex quibus omnibus inferimus (ut diximus) multa eademque insignia de his quæ Ephesi passus est Paulus, a Luca esse prætermissa. Hæc satis de his quæ Paulus duobus primis annis passus est Ephesi: cetera autem inferius suo loco dicenda erunt.

Quod vero ad miracula, quæ ibi operatus est, spectat: Lucas (n) res magnas paucis perstringens, hæc ait: Virtutes non quilibet faciebat Deus per manum Pauli: ita ut etiam super languidos deferrentur a corpore ejus sudaria & semicinctia, & recedebant ab eis languores, & spiritus nequam egrediebantur. Hæc Lucas. Meritoque non communes ac passim fieri solitas has appellat virtutes, quæ per sudaria & semicinctia, cum Pauli corpus tetigissent, Ephesi edebantur. Mirari visus est & ipse Dominus, quando vestis suæ simbriæ tactu sensit ex se virtutem exisse, ac rogans dixit (o): Quis me tetigit? Quin & majores hæc virtutes videri poterant, quæ non vestium tunc corpori Apostoli inhaerentium, sed & earum quæ aliquando Pauli corpori adhærent, tactu editæ sunt. Ut merito de suis olim ipse Dominus dixerit (p): Qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & majora horum faciet. Appareat & in his, sicut olim sanctificationis unguentum, quod (ut est in Psalmo q) in capite positum descendit in barbam, & defluit usque ad oram vestimenti ejus: eodem modo cum Spiritus sanctus suis charismatibus perfundit animam, non tantum illam ea virtute sanctificari, sed redundantia & excrementia superfluentis menturæ ac exuberantis gratiæ, quæcumque illi inhaerent, divina virtute perfundi; & ea quidem, quæ terrenis pariter atque caelestibus imperans, demones cruciet, & ad fugam compellat, & supra naturæ vires morbo languentes restituat sanitati; ut de sudariis & semicinctiis Pauli testatur Lucas, quæ a corpore ejus dilata languores curabant, & pravos demones abigebant.

(l) Act. 19.

(m) 1. Cor. 16.

VIII. De Pauli Sudariis.

(o) Luc. 8. Matth. 9. Marc. 5.

(p) Joan. 14.

(q) Psal. 132.

IX. Videas in his igitur, tam Domini quam Pauli Apostoli exemplo & auctoritate, cultum sacrarum reliquiarum in Ecclesia institutum, stabilitum, eundemque ab Evangelistis scriptis testatum, atque miraculis comprobatum: ut non sit qui jure calumniam facere possit, si exemplo hæmorrhoiis, & aliorum, qui (quod ait Marcus *a*) tangentes eandem Domini fimbriam sanabantur, atque Ephesorum credentium, Christi, Pauli, ac ceterorum sanctorum quisque Fidelium reliquias petat, ut ex illis hauriat illam gratiam, quam illi olim sunt fide prævia consecuti. Dicant Hagiomachi (si qua tamen in eis umbra saltem Evangelicæ veritatis reliqua sit) si eadem ipsa Christi vestimenti fimbria extaret hodie, sique illa ipsa Pauli sudaria & semicinctia haberentur, atque ob ipsorum oculos ponerentur: quid, quæso, facturi essent? averfarentur ne? Si eo temeritatis & procaciæ pervenissent ut execrarentur, certe non aliorum quam malorum dæmonum se participes esse significarent, eorumdemque se consortes esse profiterentur, qui eadem sudaria Pauli ac semicinctia exhorrescentes potius quam illa pati sustinentes, ab obsessis diu corporibus fugiebant. Penes quos igitur Catholica veritas, an apud eos qui ex Evangelistarum præscripto, Domini & Pauli auctoritate, hæmorrhoiis & aliorum ac denique maximè piorum Ephesorum exemplo, sanctorum reliquias, ut aliquam inde salutem hauriant, quo decet cultu & honore prosequuntur; an apud eos, qui eas, ut dæmones, detestantur? O quam profundo barathro, obscurissima offusi caligine, detinentur, qui hæc tam patentia, ac toto cælo perspicua non intelligunt. An fortasse quæ sunt divinitus concessa, orariis & semicinctiis, eadem negaverimus Pauli offibus attributa? vel hæc omnia Paulo privatim, & non cæteris sanctis omnibus communicata dixerimus? Appello omnium quotquot fuerunt unquam ab ipso exordio nascentis Ecclesiæ Patrum sententiam, si quid ab his contrarium unquam senserint.

X. Ex his vero qui extra classẽ Catholicorum per diversarum hæresum abrupta præcipitia se dederunt, primus omnium impugnator divinitatis Spiritus sancti Eunomius, non alio certe quam satanico spiritu afflatus, divini Spiritus hostis, cultum sacrarum reliquiarum ausus est impugnare: quem perditissimus Vigilantius, & inde Claudius Taurinensis, ac demum cæteri hæreticorum satellites sunt consecrati. Unde Gennadius (*b*): *Sanctorum corpora, & præcipue beatorum martyrum reliquias, perinde ac si Christi membra, sincerissime honoranda, & basilicas eorum nominibus appellatas, velut loca sancta, divino cultu mancipata, affectu piissimo &*

(b) Gen-
nadii, de
Ecclesi-
ast. dogm. c.
73.

devotione fidelissima adendas credimus. Si quis contra hanc sententiam venerit; non Christianus, sed Eunomianus, & Vigilantianus creditur. At (quod majus est) extant ipsæ fimbriæ Christi, & Pauli sudaria & semicinctia, non quidem in thecis aureis asservata, sed in divinæ Scripturæ thesauro fidelius custodita, & æternitati divinitus consecrata, quorum tantum aspectu ipsa perfidia, & impietas refellatur.

XI. Sed his missis, nos interim (quod nostrarum est partium) ipsarum Ecclesiasticarum traditionum fontes aperientes, & unde illæ primum fluxerint demonstrantes, qui inde purissimi dimanaverint lactices, qua possumus brevitate narremus. Cum igitur (ut ait Lucas *c*) *deserrentur a corpore Pauli ejus sudaria, & semicinctia, recedebant languores, & spiritus nequaquam egrediebantur. Non ferentes tangebant solum* (inquit Chryostomus *d*) *sed & accipientes apponebant. Idcirco Christus non permittit illum abire in Asiam, observans (ut quidem opinor) tempus hoc; nimirum ut Catholicum dogma de cultu sacrarum reliquiarum tanto exemplo & auctoritate stabiliretur. Quod vero idem Chryostomus (*e*) alibi iterum rem exaggerans, dicat vestibus & umbra Pauli mortuos surrexisse; id quidem in his quæ ad umbram spectant, more rhetorum amplificando potius, quam ut ex authentica probari posset historia, locutum esse opinamur: nam id Petro tantum fuisse concessum speciali quadam prærogativa, superius dictum est. Cæterum quod ad vestes pertinet ac mortuos excitatos: quis dubitat ea contingere facile potuisse? Quid enim tam mirum videri debet, si ad motus sudariis Pauli, mortui ad vitam resurrexissent, cum scribat Gregorius, caligula S. Honorati defunctum puerum esse revocatum ad vitam? Sed & alia his similia exempla complura suppetunt.*

XII. Ex ejusmodi igitur exemplis inhæsit Fidelibus pia ac religiosa traditio, ut cum minus liceret ipsa sanctorum sepulcris condita corpora tangere, sudaria vel aliquid aliud velum eidem desuper admoverent, quod dicebatur sanctuarium (*f*), sive brandeum. Quantam autem inde virtutem haurirent ejusmodi vela admota sanctorum tumulis, locuples testis est Gregorius Papa (*g*) scribens ad Constantiam Augustam & alii. Porro non solum velamina atque panniculos, sed & vestimenta languentium ac defunctorum, sacris altaribus, ubi essent reliquiæ martyris, superposita, ad restituendos incolumitati ægotantes, & ad vitam defunctos, accepisse virtutem fidelissimus testis est S. Augustinus, qui ad arguendam Gentilium impietatem, complurium miraculorum suo tempore in Africa editorum catalogum texuit: eamdem-

(c) Miracula ex reliquiis.

(d) Chry-
stostomus.

(e) Chry-
stostomus.

(f) Chry-
stostomus.

(g) Gregorius.

demque gratiam floribus, qui iisdem sacrarum reliquiarum loculis admoveri consueverunt, impartiri solitam, pluribus idem monstrat (*a*) exemplis. Sed quid hæc memorem, cum non tantum sudaria & semicinctia, velamina, vestes, flores, & frondes, & si quæ alia sacris admota reliquiis tantam operandi miracula vim consecui consueverint, sed ipse pulvis & situs, quo (ut accidit) sanctorum sepulcra aliquando obducerentur, vel etiam circumaspergerentur, eadem virtute pollerent? Fidem horum integram faciunt Patres fere omnes, & in primis Gregorius Nyssenus (*b*), qui de ejusmodi consuetudine pulveris colligendi hæc ait: *Si quis pulverem, quo conditorium, ubi martyris corpus quiescit, oblitum est, auferre permittat: pro munere pulvis accipitur, atque tanquam res magni pretii conturron. de denda terra colligitur.* Cæterum quot quantave miracula ex collecto pulvere circa sanctorum sepulcra jacente Deus operari consueverit, verax testis est Gregorius Papa (*c*), qui fideli certa que attestacione refert, ex pulvere collecto ex altaris crepidine mortuam esse revocatum ad vitam. Multa etiam id genus, & de his quæ ipse expertus est, scribit Gregorius Turonensis (*d*).

XIV. Insuper quæ a sanctorum loculis sunt penitus separata, sed tamen in ipsorum impenduntur honorem, eandem edendi miracula facultatem sunt divinitus effusa; ut oleum, quo ex more in Ecclesia antiquitus observato, lampades circa sepulcra martyrum solent incendi: eo enim unctum cadaver filii Irenæi esse revocatum ad vitam, S. Augustinus (*e*) est auctor. Theodoretus (*f*) itidem ingentia plane miracula de eodem oleo ex lychnis ad martyrum sepulturas suspensus collecto scriptis tradit. Venantius Fortunatus (*g*) admirabilem sane gratiam ex oleo lampadis consecutus, id carmine cecinit: cui etiam rei adtipulatur Paulus Diaconus (*h*). Sed in his non immerandum: satis enim superque erit de his tanto viro dignam Gregorii Nazianzeni (*i*) sententiam protulisse, qua hæc dicit de sanctis martyribus: *Quorum corpora idem possunt quod anima, sive manibus contrahuntur, sive honorantur: quorum vel solum sanguinis gustæ, atque exigua passionis signa idem possunt quod corpora.* Et alibi (*k*): *Est adeo, inquit, frequens horum luctæ certaminum, que veneratio, ut exiguis pulvis, aut reliquiæ veterum ossium, totius ad honorem sufficient; & nonnullorum saltem appellacionem reliquiarum omnino expertem, scio locis certis indicam esse pro toto martyre, qua, tamen eandem vim obtinuerit: O rem prodigiosam! salutem affert sola recordatio.* Hæc Gregorius.

XV. Cum igitur eandem virtutem in exigua

parte reliquiarum martyris, quæ in toto sit corpore, inesse, experimento ipse testetur: inde evenit, ut corpus unius martyris in plures interdum partes dividi so-leret, recondique in diversis altaribus, quæ sepulcra sunt martyrum, ut auctoritate divinæ Scripturæ (*l*) constat: indeque fortasse accidit, ut cum unius ejusdemque martyris diversis in locis reliquiæ conditæ haberentur, & æque ac si integrum corpus ubique horum locorum conditum esset, eadem miracula sint operatæ, unius ejusdemque martyris corpus diversis in locis haberi dicatur. Tolerabilis error, cui non hominum impostura, sed exuberans divina largitas præbuit occasionem: dum quod ob virtutis præstantiam diversis in locis sit unius ejusdemque martyris erecta memoria, vel excitatum sepulcrum (quod esse consuevit sacrum altare) quique apud se corpus illius habere est opinatus. At si licet sacra profanis conferre: Dionysius Halicarnassæus (*m*), de pluribus Aenæ sepulcris hanc assert rationem, sic dicens: *Quod si quem perplexum facit, quod Aenæ sepulcra monstrantur multis in locis, nec possit nisi uno esse conditus: cogitet hanc dubitationem esse vitulgarem; & intelligat, quod quamvis unicus locus capiat corpora salum, apud multos tamen monumenta eis facta sunt, in gratiam acceptam utilitatis cuiuspiam.* Hæc ille: quæ quidem de sanctis martyribus multo magis potuerunt accidisse; cum præsertim non satis esset ob accepta a sanctis martyribus beneficia memoriam illis erigere, nisi etiam ipsorum (*n*) reliquiis consecraretur altare, quod esse sepulcrum martyrum consuevit; qua ratione Basiliius (*o*) ait, Quadraginta illos martyres dici esse conditos in variis civitatibus, quia quælibet ipsarum partem aliquam reliquiarum possideret. Sed hæc obiter de earum virtute.

XVI. Quod vero ex ratione instituti nobis propositum est; reliquum esse videtur, ut traditionem de sacrarum reliquiarum cultu ex Christi fimbria in Ecclesia demonstratam, de Pauli sudariis & semicinctiis confirmatam, ac de reliquiis martyrum amplissime propagatam, per singula tempora breviter demonstremus. Quam autem diligenti studio a nonnullis pars aliqua instrumentorum passionis Dominicæ ac sepulturæ ejus fuerit asservata, diximus superius suo loco, dicturi & inferius, quando postulat occasio. Quanta insuper diligentia vincula ipsa, quibus tum Hierosolymis tum Romæ vincus est Petrus, recondita fuerint, & in honore habitæ, consule nostras Notas in Romanum Martyrologium (*p*). Si igitur ipsa dirarum instrumenta pœnarum, quod, licet non nisi ad cruciatus inferendos, martyrem tegerint, tantum virtutis & gratiæ ex

Cur sint Reliquiæ Sanctorum divi-
sæ.

l) Apoc. 6.

(m) Dionys.
Halic. lib. 2.

(n) Concil.
African.
c. 50.

(o) Basil.
orat. in
40. mar-
tyr.

XVI.

(p) Mart.
Rom. die
1. Aug.

CHRISTI 55.

PETRI II.

CLAUDII IMP. 13.

ejus membris hauserunt, ut ex eis innumera fere miracula edita referantur; quod & de uno ex lapidibus, quo Stephani protomartyris brachium percussum est, Augustinus testatur (a): quid dicendum de ipsiusmet martyris reliquiis sacratissimis, quas sub sacro altari, in quo incruentum immolaretur sacrificium, condi consuevisse, & Joannes annuit in Apocalypsi (b), & totius Catholicæ Ecclesiæ antiquus usus demonstrat? Inde flagrans semper desiderium incescit mentes Fidelium, potiundi sanctorum virorum reliquiis.

(a) Aug. serm. 31. 32. de div. vers. edit. Lovan. pag. 488. 489. (b) Apoc. 5.

XVII.

Sed aliquot id demonstramus exemplis & quidem Apostolorum, eorumdemque successorum temporibus. Ipso enim tempore quo Petrus & Paulus Romæ sunt passi testatur (c) Gregorius Orientales Christianos Romam venisse, ut ipsorum tamquam suorum gentilium, reliquias vindicarent; sed divino miraculo impeditos eas secum portare nequiverunt. Rursus etiam cum martyrium in teatro Romæ Ignatiæ consummasset, mox eo quo licuit solemnè ritu Fidelium humeris Antiochiam usque venerandum corpus ejus delatum, est: quod non tantum antiqua Martyrologia, & Græcorum Menologia, sed Joannes Chrysostronus (d) & ipse Antiochenus, cui hæc certiora esse poterant, testatur multis, ac præsertim his verbis: Roma stillantem ejus sanguinem excepit; vos reliquias ejus suscepistis. Vos episcopatu ejus gavisi estis; illi martyrio sunt lætati; certantem illi, vincentem, ac coronatum conspexerunt; vos perpetuo illum possidetis. Exiguam ad tempus eum vobis ademit Deus, sed majori cum gratia restituit. Et paulo inferius. Sanctum illum omnes ex ordine civitates ab Urbe relativè suscipientes humerisque gestantes, Antiochiam usque sunt comitatae, martyrem coronatum celebrantes, collaudantes victorem diabolum deridentes. Idem multa post hæc de miraculis a sepulcro ejus scaturire consuetis enarrat. De reliquiis Polycarpi huic æqualis hæc Smyrnenis (e) Ecclesia:

(c) Greg. lib. 3. epist. 30. De translatione corporum sanctorum.

(d) Chry. sol. hom. in laud. Ignatii rom. 5. col. 1520. edit. Parisien.

(e) Anod. Euseb. hist. lib. 4. c. 14.

XVIII.

Sed sicut Christianorum fuit, martyrum reliquias colligere & venerari; ita Gentilium, illas disjicere & profanare; prout Ecclesiæ Lugdunensis (f) epistola de martyribus apud se passis sub Marco Aurelio Antonino & L. Vero affirmat his verbis: Postea ab impiis illis & facturos carnisificibus illorum corpora exusta inque cineres redacta, in Rhodanum fluvium, qui

(f) Apud Euseb. hist. lib. 5. c. 11. Cultus propentior Sacrarum Reliquiarum.

illic in proximo defluit, spargebantur, quo nulla quidem illorum reliquie amplius super terram restarent. Consequenter Christiani, ejusdem cultus causa, sanctorum martyrum extingtorum, qui in cœmeteriis sepeliebantur, loca frequenter adire: ad quæ accedere si legibus persecutorum Imperatorum essent aliquando vetiti; cessante persecutione, ea adeundi cum esset facta potestas, frequentiori curæ eadem (ut est apud Eusebium g) frequentare. Sed non est quod in singulis de ea re exemplis enarrandis immoremur; cum non reperiantur Acta martyrum, in quibus hæc eadem semper non inveniuntur novis exemplis esse testata. Quod si quid post persecutiones Gentilium Imperatorum sit factum, requiras, nullum plane invenies scriptorum Orthodoxorum (ne singulos enumerando molestissimus) qui cultus sacrarum reliquiarum non sit fidelis ac constans assertor. Quin etiam si Ethnicos Christianorum hostes consulas: quantumlibet hæc illi subsannarent, apud illos plus fati invenies expressum quis de ea re mos Christianorum fuerit, & quæ consuetudo in Ecclesia inoleverit. Ece tibi Eunapius (h) Sardonianus Alexandriæ asseruari ait condita capita martyrum, quos Christiani ut sanctos colerent, iidemque genua submitterent, seque illorum sepulchris prosternerent, legatosque precum apud Deum eisdem habere dicerent. Hæc ille; licet ob demolitum Serapidis templum, in Christianos infensissimus dictos martyres multis exagitet contumeliis.

(g) Euseb. in vit. cap. 12.

(h) Eunap. in vit. philosoph.

XIX. Reliquiæ Sanctorum a majoribus probari solent.

(i) Aug. in brev. collat. die 2. c. 13.

(k) Aug. de oper. monach. c. 28.

CHRISTI 55.

PETRI II.

CLAUDII IMP. 13.

quas dicerent esse martyrum. Porro quam accurate atque perfecte providerint Episcopi Africani, temporibus Augustini, ut non nisi certis sanctorum reliquiis memoriæ martyrum consecrarentur, neve inanibus superstitionibus & revelationibus plebs ignara deciperetur, docet canon (a) Concilii Carthaginensis.

(a) Concilium Carthagin. quintum c. 14.

XX.

Quanta etiam cura ac diligens studium fuerit Romanorum Pontificum, ne quid de his, quod inexploratum esset, admitteretur: exemplum habes de Gregorio Papa (b) in hunc modum rescribente ad Augustinum: *Fecimus quod petisti, quatenus populus, qui in loco quondam sancti Sixti martyris corpus dixerunt venerari, quod tua fraternitati nec verum nec veraciter sanctum videtur, certa sanctissimi martyris beneficia suscipiens, colere incerte non debeat. Mibi tamen videtur, quia si corpus quod a populo cujusdam martyris esse creditur, nullis illic miraculis coruscet, & neque aliquid de antiquioribus existit, qui se a parentibus passionem ejus audisse fateantur; ita reliquias, quas petisti, servatum condende sunt, ut locus, in quo præfatum corpus jacet, modis omnibus observatur, nec permissum*

(b) Greg. lib. 12. c. 9. Accurata distinctio Sacrarum reliquiarum.

(c) Concil. Lateran. c. 12.

(d) Sever. in vit. S. Mart. c. 8.

(e) Greg. lib. 2. epist. 9. & alii.

JESU CHRISTI ANNUS 56.

PETRI ANNUS 12.

CLAUDII IMP. ANNUS 14.

I. De filiis Scevæ curantibus in nomine Jesu Energumenos.

(f) Act. 19.

Adveniente anno Domini quinquagesimo sexto, quo M. Annius Marcellus, & M. Acilius Aviola Coss. creati sunt, Paulus jam annum secundum agebat Ephesi: cum non tantum ejus prædicatione, sed nova occasione filiorum Scevæ Principis sacerdotum, in nomine Jesu ejicientium dæmonia, magna facta est ad Christianam religionem accessio. Rem gestam his verbis Lucas Evangelista describit (f): *Tentaverunt quidam de circumventibus Judæis exorcistis, invocare super eos, qui habebant spiritus malos, nomen Domini Jesu, dicentes: Adjuro vos per Jesum, quem Paulus prædicat. Erant autem quidam Judæi Scevæ Principis sacerdotum septem filii, qui hoc faciebant. Respondens autem spiritus nequam dixit eis: Jesum novi, & Paulum scio: vos autem qui estis? Et insiliens in eos homo, in quo erat dæmonium pessimum, & dominatus amborum, invaluat contra eos, ita ut nudi & vulnerati effugerent de domo illa. Hoc autem factum est omnibus Judæis atque Gentilibus, qui habitabant Ephesi: & cecidit timor super omnes illos, & magnificabatur nomen Domini Jesu. Hæc Lucas. Cum vero Judæorum non ignobiles viri, sed filii Principis sacerdotum exorcistas agerent; arcanum fuisse a majoribus tra-*

ditum ministerium dæmones expellendi nec commune omnibus facile potest intelligi.

Qui primus omnium hæc docuit Hebræos, Salomonem fuisse, Josephus (g) affirmat, qui & hac de re mira quædam scriptis mandavit, sic dicens: *Præstitit autem Deus etiam Salomoni, ut contra dæmones artem ad utilitatem hominum & eorum curas edisceret. Incantationes enim instituit, quibus adstricti dæmones, ne denuo redeant, effugantur. Et hæc cura hæcenus apud nos multum prævalere dignoscitur. Vidi etenim quendam Eleazarum de gente nostra, præsertim Vespasiano, & ejus filiis, & Tribunis, alioque simul exercitu, curantem eos qui a dæmonibus vexabantur, dæmoniæ naribus admoto annulo habente sub signaculo radicem a Salomone monstratam: deinde per nares odorantis dæmonium abstraxit, & repente cecidit homo. Postea id adjuravit ne amplius rediret. Salomonis interim mentionem faciens, & incantationes ab illo inventas recitans. Volens autem satisfacere, ac probare presentibus Eleazarus hæc se habere virtutem, ponebat ante eos aut calicem aut pelvem aqua plenum, & dæmonio imperabat, ut ab homine egressum ea averteret, & videntibus præberet indicium.*

II. (g) Joseph. antiq. lib. 8. c. 2. De Exorcistis Judæis.

dicium quod hominem reliquisset. Quo facto, sapientia Salomonis cunctis innotuit. Hæc Josephus, qui & alibi (a) de radice quadam admirabilem virtutem habente pellendi dæmones pluribus agit. Non tantum vero his utebantur Judæi artibus ad obfessa a dæmonibus corpora liberanda: sed erat apud illos in confesso, per virtutem nominis Tetragrammaton, si cui illud scire ac fari licuisset, quemlibet eam facultatem adversus dæmones assequi posse, ut testatur Epiphanius (b) agens adversus Ebionæos, cum de Josepho Judæo homine narrat historiam; qui nec adhuc credens (ut fecisse vidimus filios Scevæ) ut testatur Epiphanius, quod obsessum hominem liberavit. Quod signum (inquit Epiphanius) ut notum factum est Judæis qui illic erant, multus rumor sequebatur ex his qui dicebant: Josephus gazophylacis aperit, & invento nomine Dei scripto, eoque lecto, magna signa facit. Erat quidem verum quod ab ipsius dicebatur, sed non sic velut ipsi suspicabantur. Hæc Epiphanius.

III. Nominis Jesu virtus.

SÆC. I. ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5547.
Anno Urbis 807.
Olymp. 208. an. 2.
An. C. 54.
7. F. 17. P. 14. April. Indiſt. 12.

JESU CHRISTI 54. secund. Baronium 56.

[1] *Coff. M. Asinius Marcellus, & M. Acilius Aviola.* Lapis apud Panvinium in Fastis: Q. ASI- NIUS. M. F. MARCELLUS. COS. quem hunc Marcellum esse putat. Tacitus Annal. lib. XII. cap. LXIV. *M. Asinio. M. Acilio Coff.* Suetonius in Claudio cap. XLV. Excessit (Claudius) III. Idus Octobris, *Asinio Marcello, Acilio Aviola coff.* Mox cap. XLVI. addit Tranquillus, Claudium mortis præsci- tum, cum consules designaret, neminem ultra mensum quo obiit designasse. Fasti Vindebonenses & Idatiani: *Marcello & Aviola.* Prosperi Chronicon: *Marcellino & Aviola.* Plinius lib. VI. Cap. LII. *A violam,* consularem, in rogo revixisse narrat. Suffectus ex Kal. Novembris creditur L. Annius, sive Junius Gallio. Seneca ludus de Claudii morte: *Quid altum sit in caelo ante diem tertium Idus Octobris, ASINIO MARCELLO, ACILIO AVIOLA COSS.* De L. Julio Gallione, Senecæ fratre ob Claudii mortem jocos fundente, Dio lib. LX. pag. 688. 689. Vide Norſii Epistolam Consularem ad hunc annum; qui *Aviola Manii* prænomen esse docet.

filii, videntesque tum a Paulo, tum a ceteris Christianis in nomine Jesu hæc eadem & alia miracula factitari; & ipsi ad dæmones expellendos eodem utendum sibi nomine, ut divinitus revelato, existimarunt. Justinus (c) martyr in ea disputatione disertissima, quam habuit cum Tryphone, hæc habet in eadem sententiam: *Per nomen siquidem istius ipsius Filii Dei, & primogeniti creature omnis, & ex virtute geniti, perpeſſionibusque obnoxii hominis facti, & sub Pontio Pilato a populo vestro crucifixi, & mortui, qui & a mortuis resurrexerunt, & in caelum ascendit, dæmonium omne adjuratum vincitur, & in ditionem redigitur. Sin vos per nomen quodavis, qui vobis fuerit, Regum, aut justorum, aut Prophetarum, aut Patriarcharum adjuretis, non subjicitur vobis dæmonium aliquod. Ceterum si quis vestrum adjuret per Deum Abrahamæ, & Deum Isaac, & Deum Jacob (nam is Christus est) fortasse subjiciatur. Exorcista certe quidem seu adjutores vestri jam arte quadam, dixi, veluti Gentes in adjuratione utuntur, & thymiamata & vincula adhibent.* Hæc Justinus.

(c) Justin. dialog. de verit. Christi. re. lig.

Quod

S. PETRI 1.

ERONIS IMP. 1.

[1] *AD num. 2. Coff. M. Asinius Marcellus, & M. Acilius Aviola.* F. Consul.

IV. Quod vero Scevæ filii (ut habent Acta) per Jesu nomen adjurantes dæmones, non illis absque adjuratione præcipere: existimavit Origenes (a), non ex Christi Evangelio, sed potius ex ritu Judaico adjurationes ejusmodi pervenisse, quibus Christiani etiam uterentur: sic enim ait: *Quæret aliquis, si convenit vel dæmones adjurari. Et qui respicit ad multos qui talia facere ausi sunt, dicit, non sine ratione fieri hoc. Qui autem aspicit Jesum non modo imperantem dæmonibus, sed etiam potestatem dantem discipulis suis super omnia dæmonia, & ut infirmitates sanarent; dicit, quoniam non est secundum potestatem datam a Salvatore adjurare dæmonia: Judaicum est enim. Hoc est ali- quando a nostris tale quid fiat, simile fit ei, quod a Salomone scriptis adjurationibus solent dæmones adjurari. Sed ipsi, qui utuntur adjurationibus illis, aliquoties nec idoneis constitutis libris utuntur, quibusdam autem & de Hebræo acceptis adjurant dæmonia. Hæc cum deducat Origenes ex eo quod ait: *Sicut Christiano homini ex Evangelii præscripto non licet omnino jurare, sic nec etiam quempiam adjurare;* sicut falsa est illa propositio, ita etiam quæ inde est deducta conclusio.*

(a) Orig. in Mar. v. 33. De adju- ratione dæmo- num.

V. Verum cum inter credentium signa illud adnumeretur (b), ut in nomine Jesu Fideles dæmonia ejiciant: consuevisse Christianos sic adjurare, dæmones pellere; non solum quem nuper recitavimus, Justinus martyr, sed & ceteri antiquorum Patrum affirmant. Immo non adjurationibus tantum, sed aliquibus majorum traditione probatis ritibus id legitime fieri posse, Domini nostri in primis admonemur exemplo: quippe qui cum solo nutu (ne dicam verbo) ab obsessis corporibus propria virtute dæmones pellere potuisset; nihilominus aliquando signa quædam, quæ exorcismi vim viderentur habere, adhibenda putavit; ut cum sanaturus esset habentem dæmonium surdum & mutum, apprehendens eum de turba seorsum (inquit Marcus c) misit digitos suos in auriculam ejus, & expuens tetigit linguam ejus, & suspiciens in caelum, ingemuit, & ait illi: *Ephpheta, quod est adaperire.* Qui etiam & ad exorcismum spectare jejunium & orationem monstravit (d), & sine illis id minime licuisse Apostolis, quamvis antea cum missi fuissent ad prædicandum, (e) accepissent a Domino virtutem & potestatem super imundos spiritus.

(b) Marc. 16. Exorcismorum probatus usus.

(c) Marc. 7.

(d) Marc. 9.

(e) Marc. 6.

(f) Marc. 15.

(g) Tertull. de coron. mil. cap. 11.

(h) Tertull. de idololat. c. 11. in huc.

VI. At licet non discipulis tantum, sed & credentes omnes pellendi dæmones a Domino gratiam consecutos esse, Evangelica veritas (f) attestetur, & exemplo sæpius monstratum sit, laicos homines dæmones ejecisse, quod & de militibus testatur Tertullianus (g), qui & parentes exorcizare filios solitos dicit (h); tamen

fuisset peculiare munus ordinis, ad hoc opus in Ecclesia instituti, sanctorum Patrum attestacione exploratissimum est, & in primis Ignatii (i) Apostolorum discipuli, qui inter ceteros Ecclesiasticos ordines & officia recenset exorcistas. Cornelius Papa scribens ad Fabium Antiochenum (k), in Romana Ecclesia institutos dicit exorcistas & lectores una cum ostiariis quinquagintaduos: Concilia præterea Romanum (l), Laodicenum (m), & Carthaginense (n) inter ordines Ecclesiasticos adnumerant exorcistas; sicut & Hieronymus (o). Insuper in prædicto Concilio Laodicensi (p) statutum est, ne qui non sunt ab Episcopis ordinati, tam in ecclesiis quam in domibus exorcizare præsumant. Immo ne quid superstitiosis in exorcismos irreperet, consultum est, ut ordinandus exorcista de manu Episcopi libellum acciperet, in quo scripti essent exorcismi, dicente sibi Episcopo: *Accipe, & commenda memorie, & habeto potestatem imponendi manus super energumenum, sive baptizatum, sive catechumenum;* ut habetur in Concilio Carthaginesi (q), & antiquis Ecclesiæ Ritualibus libris. Invenitur Tertullianus (r) in feminas quæ exorcizare præsumerent, sic dicens: *Ipsæ mulieres hæretica quam procaces, quæ audeant docere, exorcismos agere, &c.*

(i) Ignat. ad Antiochen. epist. 12.

(k) Apud Euseb. hist. lib. 6. c. 35.

(l) Concil. Rom. sub. Silvest. c. 3. & 7.

(m) Concil. Laodic. c. 24.

(n) Concil. Carthag. 4. c. 7.

(o) Hier. in epist. ad Tit. c. 3.

(p) Concil. Laodic. cap. 26.

(q) Concil. Carthag. c. 7.

(r) Tertull. de præscrip. 47.

(s) Justin. de verit. Christi. religioſis.

(t) Tertull. ad Scapul. c. 20.

(u) Tertull. in Apolog. c. 23.

(v) Tertull. in Apolog. c. 23.

(w) Tertull. in Apolog. c. 23.

(x) Cyprian. an. ad Demetr.

VII. Quid majores de exorcismis. Justinus martyr (s) non tantum loco superius citato, sed & antea hæc ait: *Ejus nominis (Jesu videlicet) potentiam dæmones tremunt & reformidant: & hodie quoque illi per nomen Jesu Christi crucifixi sub Pontio Pilato, qui Judææ procuracionem egit, adjurati nobis parent.* Item de his Tertullianus (t) ad Scapulam in hunc modum. *Dæmones non tantum respimus, verum & revincimus, & quotidie traducimus, & de hominibus expellimus, sicut plurimis notum est; & alibi (u): Edatur aliquis, inquit, sub tribunalibus vestris, quem dæmone agi constet: in Apolog. justus a quolibet Christiano loqui spiritus c. 23.* *ille, tam se dæmonem confitebitur de vero, quam alibi Deum de falso. Equè producatur aliquis ex his qui de Deo patenti existimantur, qui anis anhelantes, nomen de nidore concipiunt; nisi se dæmones confessi fuerint, Christiano mentiri non audentes; ibidem Christiani procacissimi sanguinem fundite.* Et Cyprianus (x) in eadem sententiam: *O si audire velles (sic enim compellat Demetrianum Africanæ Proconsulem) & videre, quando a nobis dæmones adjurantur, & torquentur spiritualibus flagris, & verborum tormentis de obsessis corporibus ejiciuntur: quando ejulantes & gementes voce humana, & potestate divina flagella & verbera sentientes, venturum judicem confitemur. Veni & cognosce vera esse quæ dicimus.* *Es qua*

quia sic deos colere te dicis; vel ipsis, quos colis, crede, aut si volueris & tibi credere: de te ipso loquetur, audiente te, qui nunc tuum pectus obsedit, qui nunc mentem tuam ignorantia nocte cacavit. Videbis nos rogari ab eis quos tu rogas, time-ri ab eis quos tu adoras: videbis sub manu nostra stare victos, & tremere captivos, quos tu suspicis & veneraris ut dominos. Certe vel sic confundi in istis erroribus tuis poteris, quando conspexeris & audieris deos tuos, quid sint, interrogatione nostra statim prodere, & presentibus licet vobis, praestigias illas & fallacias suas non posse celare. Haec Cyprianus; qui & ad Donatum (a): Facultas, inquit, datur, immundos & erraticos spiritus, qui expugnandis se hominibus immerferint, ad confessionem minus increpantibus cogere; confidentes, ejulantes, gementes, incremento poena propagantis extendere, flagris cadere, igne torrere. Res illic geritur, nec videtur, occulta plaga, poena manifesta.

VIII. Verum aliquando daemones mendaciis confictis eludere conatos esse exorcistas, Tertullianus (b) declarat his verbis: Hanc quoque fallaciam spiritus nequam sub personis defunctorum delitescens, nisi fallor, etiam rebus probamus: cum in exorcismis interdum aliquem se ex parentibus hominem sui affirmat, interdum gladiatorem, vel bestiarium, sicut & alibi Deum, nihil magis curans quam hoc ipsum excludere quod praedicamus, ne facile credamus animas universas ad inferos redigi, ut & iudicii & resurrectionis fidem turbent. Et tamen ille demon postquam circumstantes circumvenire tentavit, instantia divina gratia victus, id quod in vero est, invitus confitetur. Insuper (sicut experti sunt Apostoli c) daemones pertinacissime inherere corporibus solitos, ut nulla exorcismorum vi expelli valeant, Origenes (d) ostendit, haec dicens, cum explicat librum Josue: Tale aliquid intelligere possumus, quia dicit: Permanet habitare Amorrhaeus in ipsis. Verbi gratia: Si inimica virtus demonis ex amaritudinis turba veniens, obsideat alicujus corpus, perturbet, ac decipiat mentem; adhibeantur autem multae orationes, multa jejunia, multae exorcistarum invocationes; & ad haec omnia surdus demon in obsesso corpore permaneat & persistat, tolerabilius ferens exorcistarum poenas, & adhibita sibi ex Dei nominis invocatione tormenta, quam discedere ab homine quem impudenter obsidet & nequitur: ita etiam hic intelligendum est in istis qui dicuntur Amorrhaei, qui permanent & persistunt habitare in Elom.

IX. Plurimum vero conferre fidem obfessi, ut exorcismi vim sibi infitam operentur, Cyprianus (e) in primis his verbis ten-

statum: Adjurati per Deum verum a nobis, statim cadunt, & fatentur, & de obfessis corporibus exire coguntur. Videas illos nostra voce & operatione majestatis occulta flagris cadi, igne torreri, incremento poena propugnantis extendi, ejulare, gemere, deprecari, unde veniunt, & quando discedunt (ipsis qui se colunt audientibus) confiteri; & vel exiliunt statim, vel evanescent gradatim, prout fides patientis adjuvat, aut gratia curantis aspirat. Haec Cyprianus; eadem fere Minutius Felix (f) sic dicens: Ipse Saturnus, & Serapis, & Juppiter, & quicquid deorum colitis, victi dolore, quod sunt, eloquuntur; nec utique in turpitudinem suam, non nullis praesertim vestrum assensibus, mentiuntur. Ipsi testibus, esse eos daemones, de se verum confidentibus credite: adjurati enim per Deum verum & solum, inviti miseris corporibus inhorrescunt, & vel exiliunt statim, vel evanescent gradatim, prout fides patientis adjuvat, aut gratia curantis aspirat. Habes apud Prudentium (g) exorcismi formam quamdam his versibus expressam:

torquetur Apollo
 Nomine percussus Christi, nec fulminum
 verbi
 Ferre potest: agitant miserum tot verbera lingua,
 Quot laudata Dei resonant miracula Christi.
 Intonat Antistes Domini: Fuge callide
 serpens,
 Exue te membris, & spiras solve latentes:
 Mancipium Christi fur corruptissime vexas:
 Desine, Christus adest, humani corporis ultor:
 Non licet ut spolium rapias, cui Christus inhaesit.
 Pulsus abi ventose liquor, Christus jubet, exi.
 Has inter voces medias Cyllenius ardens
 Ejulat, & notos suspirat Juppiter ignes.

Ceterum quantumlibet virtus Christi praeter ceteris Judaeorum ac Gentilium ritibus ad pellendos daemones potentior visa sit: tamen non desierunt impostores & circulatores eandem artem profitentes, circumire urbes, superstitionibus & incantationibus uti, eoque exercitio instar medicorum curantium corpora, quaestum facere, & corradere hinc inde pecuniam. De his enim, & non Christianis exorcistis, loquitur Ulpianus, cum ait (h): Non tamen si incantavit, si imprecatus est, si (ut vulgari verbo impostorum utar)

(a) Cyprianus ad Donatum ep. 1.

(b) Tertullianus de anima, c. 57. Daemones resistentes Exorcistis.

(c) Marcus 9.

(d) Origenes in Josue hom. 24.

(e) Cyprianus de idololat. vanis.

(f) Minutius in Octavio.

(g) Prudentius in Apoteosis contra Judaeos.

(h) Ulpianus lib. 1. ff. de verborum significatione, c. 1.

exorcizavit: non sunt ista medicina generata: tamen si sint qui hos sibi profuisse cum praedicatione affirmant. Haec ille, cum negat ejusmodi hominibus de eorum mercede jus esse dicendum; ex quo certum est, de aliis potius quam de Christianis intellexisse, qui non nisi gratis, absque aliqua conventionem stipendii, ejusmodi officium impendere consueverunt.

Verum quod ait, verbum, Exorcizare, esse impostorum; haud dubium est, fugillare voluisse Christianos, quorum imple erat infensissimus hostis, ut suo loco dicemus. Gentiles enim sic contumeliae causa nominare consueverunt Christianos, Hieronymus testatur (a) cum ait: Ubicumque viderint Christianum, usurpant statim illud de trivio: *Quisquis est idcirco, sit licet, O Graecum impostorem*; & alibi (b): *Si tunica non canduerit, statim illud e trivio: Impostor & Graecus est*. Graecos enim Ethnici appellabant Christianos (ut tradit Tertullianus) ea de causa, quod cum Christianam amplecterentur religionem, abjecta toga, pallium, quod erat philosophorum indumentum, supervehebant. At impostor etiam Christus Redemptor noster a Judaeis est nominatus: nam apud Matthaeum (c) legitur: *Recordati sumus quod seductor ille, & pro seductore, impostorem esse legendum, alii (d) tradiderunt*. Multum plane confecerunt ad dictum Ulpiani responsum intelligendum, quae sanctus Justinus martyr scribit in oratione ad Gentiles, qua demonstrat, non Christianos tantum, sed & incantatores ac circulatores exorcizare, consuevisse: sed Christianos ceteris omnibus in ea re efficienda virtute praestitisse, monstrat his verbis: *Hoc ipsum ex his quae sub aspectu vestro sunt intelligere potestis*. Complures siquidem daemones intemperis correptos homines per Orbem totum & hanc vestram urbem, quos alii incantatores & venefici curare non potuerunt, permulta hominum nostrorum, Christianorum inquam, per nomen Jesu Christi sub Pontio Pilato crucifixi adjurantes, sanarunt, atque etiam nunc sanant, exarmanes & exigentes ab hominibus, quos illi obsederunt, daemones; haec Justinus.

Verum quod ad Christianam religionem exorcistas spectat: non tantum eorum munus erat, eos qui patenter a daemone arriperentur, sed & illos qui latenter haec paterentur, exorcizare. Omnes enim homines, cum natura nascantur filii irae, donec Christi baptismo in novam transeant creaturam, daemones detinentur imperio: quamobrem antiquus Ecclesiae usus fuit, ut omnes, antequam sacro baptismo imbuerentur, expurgarentur exorcismis, ac sic in novam per baptismum creaturam transferrentur. De hujusmodi exorcismo loquitur Cyprianus (e), sic scribens ad

Magnum: *Hodie etiam geritur, ut per exorcistas voce humana, & potestate divina, flagelletur, & uratur, & torquetur diabolus; & cum exire se, & homines Dei dimittere sepe dicat, in eo tamen quod dixerit, fallat; & id quod per Pharaonem prius gestum est, eodem mendacis obstinationis & fraudis exercent*. Cum autem ad aquam salutarem atque baptismi sanctificationem venitur, scire debemus & fidere, quia illic diabolus opprimitur, & homo Deo datus divina indulgentia liberatur. Agunt de istis exorcismis baptismum praecedere solitis Cyrillus (f) Hierosolymorum Episcopus, Optatus (g), Gregorius Nazianzenus (h), Basilii ad Amphilochem, Ambrosii (i), Chrysostomi (k), Augustini (l) frequentissime, ac ceteri omnes, & praesertim hi qui scripserunt de divinis officiis, quod quidem in universa totoque Orbe diffusa Ecclesia fervari solitum, Gennadius (m) testatur his verbis: *Illud etiam quod circa baptismum in universo mundo sancta Ecclesia uniformiter agit, non otioso contem- plumur intuitu: cum sive parvuli, sive juvenes ad regenerationis veniunt sacramentum, non prius fontem vitae adeant, quam exorcismis & exsufflationibus clericorum ab eis spiritus immundus abigatur; ut tunc vere appareat quoniam princeps hujus mundi mittatur foras, & quo modo prius alligetur fortis. At de exorcismi traditione satis.*

Ceterum illud unum non praetermittimus, non Gentiles tantum, sed & Christianos, cum praesertim post baptismum peccatum aliquod capitale incidissent, vexari a daemone consuevisse, ut Dionysius (n) & Cyprianus (o) testantur. Sic enim ait Cyprianus: *Saepe nonnulli de illis qui sunt baptizantur, si postmodum peccare coeperint, spiritu immundo redempti ante quattuordecim dies, ut manifestum sit, diabolus in baptismo fide credentis excludi; si fides postmodum defecerit, regredi. Haec Cyprianus, de his loquens qui per apostasiam exciderunt a fide: cum tamen interdum accidere soleat occulto Dei iudicio, ut innocentes pueri ac puellae, divino permisso, arripiantur a daemone, ut tum Augustinus agens contra Pelagium, tum Gregorius Papa in Dialogis tradunt. Sed de his modo haec tenent. Jam vero quid post filiorum Scævæ casum contigerit (ut res ipsa postulare videtur) narrationis ordine prosequamur.*

Non Judaeos tantum, atque etiam Gentiles novi casus timore percussos (quod superius dictum est) nomen Domini Jesu praconis extulisse, sed & Christianos ipsos magnam ex ea re fuisse utilitatem consecutos, idem Lucas tradit his verbis (p): *Multaque credentium veniebant confidentes & annuntiantes actus suos*. Diver-

XI. Christiani Gentilibus dicti impostores. (a) Hieronymus ad epistolam ad Marcellum. (b) Hieronymus ad Marcellum. (c) Matthaeus 23. (d) Budaeus in Pandectis l. 4. ff. de Edictis. (e) Cyprianus ep. 76. (f) Cyrillus cat. mystag. 2. (g) Optatus li. 4. (h) Nazianzenus orat. de bapt. (i) Ambrosius de sacram. li. 1. c. 5. (j) Chrysostomus hom. de Asiam uniformiter agit, non otioso contem- plumur intuitu: cum sive parvuli, sive juvenes ad regenerationis veniunt sacramentum, non prius fontem vitae adeant, quam exorcismis & exsufflationibus clericorum ab eis spiritus immundus abigatur; ut tunc vere appareat quoniam princeps hujus mundi mittatur foras, & quo modo prius alligetur fortis. At de exorcismi traditione satis. (m) Gennadius de Eccles. dogm. c. 30. (n) Dionysius de Eccles. hierar. c. 3. (o) Cyprianus ep. 76. (p) Lucas 9. 26.

XII. Exorcismi ante Baptismum. (a) Cyprianus ep. 76. (b) Cyprianus ep. 76. (c) Cyprianus ep. 76. (d) Cyprianus ep. 76. (e) Cyprianus ep. 76. (f) Cyprianus ep. 76. (g) Cyprianus ep. 76. (h) Cyprianus ep. 76. (i) Cyprianus ep. 76. (j) Cyprianus ep. 76. (k) Cyprianus ep. 76. (l) Cyprianus ep. 76. (m) Cyprianus ep. 76. (n) Cyprianus ep. 76. (o) Cyprianus ep. 76. (p) Cyprianus ep. 76.

Ann. Eccl. Tom. I. F f f

Christiani fam' plane hanc fuisse peccatorum confessionem ab illa quam ad Joannis baptismum venientes (a) agere consueverant, certum est: nam illa præcedebat baptismum, hæc autem eorum qui credidissent ac baptizati essent, erat confessio delictorum: Credentium enim nomine, non nisi baptizatos, & Christianos jam factos Lucam nominare consuevisse, exploratissimum est. Jam ejusmodi confessionis delictorum faciendæ Dominus jecerat fundamenta, cum Apostolis dimittendi peccata tradidit potestatem, dicens (b): *Accipite Spiritum sanctum: quorum remisistis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt.* Immo & in aliis innumeris divinæ Scripturæ locis apparent confessionis impressa vestigia: atque etiam ab ipso rerum omnium principio: ut in Adam, cum ab eo est a Deo confessio requisita, videatur quodammodo imperata. Sed hæc omnia referre prætermittentes, antiquissimum usum ejus in Ecclesia (quod nostri instituti ratio postulat) veterum Ecclesiasticorum scriptorum testificatione demonstrabimus.

XV. Confessionem igitur delictorum a Deo primitus, cum jure naturæ ab Adam, tum etiam postea lege scripta mille modis a populo duræ cervicis exactam, atque a Christo in Ecclesia, tradita hominibus potestate dimittendi peccata, stabilitam atque præceptam, Ephesi insuper coram Paulo usu receptam, ac denique in Ecclesia fuisse omni tempore frequentatam, certissimum est. Cujus probandæ rei etsi nulla alia suppetere testimonio, ipsa necessitas id fateri compellit. Cum enim non sit homo qui non peccet, & tradita sit a Christo hominibus potestas dimittendi peccata; qui vult sibi, quæ commisit, peccata dimitti, ea ut aperiat potestatem habentibus absolvendi, necesse est. Incumbit & Sacerdotibus necessario eadem singillatim perquirere: quoniam peccata facta tantum, sed & retinendam non solvendi facultatem sunt consecuti: qua ut utantur, & intelligant quæ relaxare, quæve debeant retinere, singula singulorum opus est peccata audiant. Ceterum non desunt de ejusdem rei usu innumera Patrum testimonia: nos autem, ex more, quæ sunt antiquiora tantummodo recensebimus; reliqua vero, ut cunctis notissima, absque jactura aliqua, silentio libentius prætermittimus.

XVI. Habet in primis Dionysius (c) ad Demophilum scribens (de cuius commentariorum fide agemus postea) hæc quæ sequuntur verba: *Tu vero (ut tua litteræ indicant) procidentem sacerdotem sacerdoti, impium (ut ais) atque peccatorem, nescio quo pacto contra disciplinæ ordinem adstant calce abjecisti, ac repulisti: cum ille quidem verecunde (quod oportuit) fa-*

teretur se ad peccatorum remedia quærenda venisse. Neque exhorruisti insuper, & sacerdotem optimum lacerare conviciis, miserabilem eum dicens, qui pœnitentem atque impium justificasset. Irenæus (d) de Rhodanensibus feminis scribit, quæ lapsæ in hæresim, ad Ecclesiam redeuntes exomologesin facerent; & de Cerdone hæresarcha tradit (e), sæpe exomologesin fecisse, sed iterum sua prava dogmata docuisse. Fecit & exomologesin item Romæ coram Zephyrino Pontifice Natalius hæreticus, ut Eusebius (f) ex antiquioribus scriptoribus recitat. Facturus itidem eam erat & Marcion, nisi morte præventus, impeditus fuisset; quod Tertullianus (g) asserit. Porro nihil aliud esse exomologesin facere, quam sua confiteri peccata, tum ex ejusdem vi vocis, tum etiam ex antiquo usu recepto monstratur: non enim Græci tantummodo, sed & Latinorum plerique, ut Tertullianus, Cyprianus, & alii, exomologesin, pro confessione peccatorum, usurpare consueverunt, ab ipsa vocis significatione ἐξομολογήσας: nam ἐξ, præpositio, idem est, quod, foris, & ἐμολογία quod (ut declarat Suidas h) confessio, sic dicta a verbo ἐξομολογῆσαι, hoc est, foris dicere, vel fateri. Hac igitur voce uti sunt majores, quam Lucas in nuper citato Actorum loco in dicta, de qua agimus, historia, pro confessione peccatorum usurpavit, Græce sic scribens (i): *Ἐξομολογούμενοι καὶ ἀναγγελλόντες τὰς πράξεις ἑαυτῶν:* qua etiam significatione hæc Tertullianus (k): *Exomologesis est petitio veniæ: quia qui petit veniam, delictum confitetur.*

At idem non solum ipsam peccatorum confessionem nominat exomologesin, sed alibi omnes actus pœnitentiæ, qui ipsam confessionem sequuntur, dum ait (l): *Tantum relevat confessio delictorum, quantum dissimulatio exaggerat. Confessio enim satisfactionis consilium est, dissimulatio contumacia. Hujus igitur pœnitentiæ secundæ, & unius, quanto in arcto negotium est, tanto operosior probatio est; ut non sola conscientia præferatur, sed aliquo etiam actu administratur. Is actus, qui magis Græco vocabulo exprimitur & frequentatur, exomologesis est, qua delictum Domino nostrum confitemur, non quidem ut ignaro, sed quatenus satisfactio confessione disponitur, confessione pœnitentia nascitur, pœnitentia Deus mitigatur. Itaque exomologesis, proferendi & humiliandi hominis disciplina est, conversationem injungens misericordiæ illicem. De ipso quoque habitu atque victu mandat, succo & cineri incubare, corpus sordibus obscurare, animum mororibus dejicere, illa quæ peccavit, tristis tractatione mutare: ceterum pastum & potum pura nose, non ventris scilicet, sed animæ causâ: plerumque vero jejuniis præces alere, in-*

gem-

(a) Luc. 3.

(b) Joan. 20.

XV. De Confessione peccatorum.

(c) Dionys. epist. 8. Antiquorum Patrum assertio.

(d) Iren. lib. 2. c. 9.

(e) Iren. lib. 3. c. 4. in fin.

(f) Euseb. lib. 5. c. 27.

(g) Tertull. de præscrip.

(h) Suid. in verbo ἐξομολογία.

(i) Act. 19.

(k) Tertull. de orat. c. 6.

(l) Tert. de pœnit. c. 8. 9.

Quæ sit Exomologesis.

gemere, lacrymari, & mugire dies noctesque ad Dominum Deum tuum, presbyteris advolvi, & caris Dei adgeniculari, omnibus fratribus legatione deprecationis suæ injungere; hæc omnia exomologesis: & paulo post (ne putes de confessione Deo tantum secreto faciendâ, & non homini, ipsum intellexisse) hæc subdit: *Plerosque tamen hoc opus, ut publicationem sui aut suffugere, aut de die in diem differre, præsumo, pudoris magis memores, quam salutis; veluti illi qui in partibus verecundioribus corporis contracta vexatione, conscientiam medentium vitant, & ita cum erubescencia sua pereunt.* Hæc ipse: ac denique cum multis labore, ut eum a bono avertentem tollat pudorem, hæc addit. *Ergo cum te ad fratrum genua pretendis, Christum contrectas, Christum exoras.* Loquitur (sententia omnium) Tertullianus de publico actu, sed tamen secretorum peccatorum confessione, quam absolutio consequatur, unde & subdit: *Grande plane emolumentum verecundiæ occultatio delicti pollicetur. Videlicet (per ironiam) si quid humanæ notitiæ subduxerimus, proinde & Deum celabimus. Adeo ne existimatio hominum, & Dei conscientia comparantur? An melius est damnatum latere, quam palam absolvi?*

XVIII. Ex his igitur omnibus constat, ex sententia Pamelii (a) viri eruditissimi, aliorumque disertorum virorum Orthodoxorum, Rhenani, & aliorum complurium, tres integras partes Ecclesiasticæ pœnitentiæ haberi a Tertulliano expressas: nimirum pœnitentiam illam quæ præcedere solet confessionem delictorum, quam contritionem usitatori vocabulo appellare consuevimus; ac quæ subsequatur, confessionem coram sacerdotibus publicam de publicis, vel secretam de secretis, ut egregie idem notat Pamelius (b); ac denique actus illos pœnitentiæ, quos exomologesin Tertullianus nominat communi vero usu loquendi dicimus satisfactionem. Sed hæc planiora paulo post videbimus in Cypriano. Est de confessione secreta, ejusdem Tertulliani (c) locus in libro de Baptismate, ubi primum agens de confessione peccatorum publica, quæ præcedere solebat Baptismum, mox de secreta in Ecclesia usitata scribit in hæc verba: *Ingressuros baptismum, orationibus crebris, jejuniis, & genculationibus, & per vigiliis orare oportet, & cum confessione omnium retro delictorum, ut exponant etiam baptismum Joannis. Tingebantur, inquit, consistentes delicta sua. Nobis gratulandum est, si non publice confitemur iniquitates, aut turpitudines nostras.* Hæc ille. At unde, quæso, calumnia illa a Gentilibus in Christianos conflata, cum dicerent (ut tradit Minutius (d) Felix) ipsos adorare solitos virilia sacerdotum; nisi

(a) Idem in Tert. not. i. de pœnit. Confessio secreta in usu majoribus. (c) Tertull. lib. de baptis. c. 20. vide & ibi not. Pam. 130.

(d) Minut. Fel. in O. Nazio.

quod illi ad eorum genua procumbentes, suaque illis consentes peccata, summissè veniam deprecarentur? ex ea enim secreta verborum facta prolotione, necnon & ex more ad genua inclinatione, penes illos qui non intelligerent, sed res omnes in deteriorem partem acciperent, ejusmodi nefanda invaluit existimatio.

De eadem item confessione peccatorum in Ecclesia fieri solita scribit Cyprianus in libro de lapsis, cum ait (e): *Denique quanto & fide majores & timore meliores sunt, qui quamvis nullo sacrificii, aut libelli facinore adstricti, tamen quoniam vel hæc cogitaverunt, hoc ipsum apud sacerdotes Dei dolenter & simpliciter contentes, exomologesin conscientiæ faciunt, animi sui pondus exponunt, salutarem medelam parvis licet & modicis vulneribus exquirunt.* Hoc ipsum est quod alibi dicit (f): *Nam cum in minoribus peccatis a-*

(f) Cyp. ep. 10. *giant peccatores pœnitentiam justo tempore, & secundum disciplinæ ordinem ad exomologesin veniant, & per manus impositionem Episcopi & cleri jus communicationis accipiant: nunc crudo tempore, persecutione adhuc perseverante, nondum restituta Ecclesia ipsius pace, ad communicationem admittuntur, & offertur nomen eorum; & nondum pœnitentia acta, nondum manu eis ab Episcopo & clero imposta, Eucharistia illis datur.* Eadem fere alibi in hæc verba (g): *Ante actam pœnitentiam, jam ante exomologesin gravissimi atque extremi delicti factam, ante manum ab Episcopo & clero in pœnitentiam impostam, &c. atque iterum (h): Exomologesis facta, & manum in eis pœnitentiam impostam; vel cum ait: Nulla exomologesis criminis facta, despectis Episcopis atque calcatis; ac item (i): Agat pœnitentiam plenam; postea exomologesis facta ad Ecclesiam redeat. Facit & illud (k): Apud inferos confessio non est, nec exomologesis illic fieri potest. Qui ex toto corde pœnituerint, & rogaverint, in Ecclesiam debent interim suscipi.*

XX. Quæ omnia Cypriani loca, & alia, ex quibus peccatorum confessio coram sacerdotibus fieri solita, & eorumdem satisfactio, exomologesis nomine nuncupata, manifeste monstratur, Pamelius eruditus notationibus illustravit, atque insigniter locupletavit, & ex his omnibus hæc colligens ait (l): *Discimus ex ejusdem sanctissimi martyris scriptis hunc olim in Ecclesia servatum ordinem, ut primum fieret confessio criminum apud sacerdotes Dei. Hanc sequebatur pœnitentia, quæ & præceperat: pœnitentiam excipiebat exomologesis, quam subsequatur positio manus Episcopi aut cleri. Hac facta, dabatur Eucharistia sic reconciliato. Ejusmodi manus impositione absolutionem impartiri solitam, non tantum ex his dictis colligitur, sed ex eo etiam*

XIX. Cyprian. de lapsis edit. Pamel. pag. 144.

(f) Cyp. ep. 10.

(g) Idem. epist. 11. ad Mart. (h) Cypri. ep. 15.

(i) Cypri. ep. 62. (k) Cypri. ep. 52. in fine.

XX.

(l) Pamel. in Tertull. li. de pœnit. not. 53. Absolutio peccatorum per Sacerdotes.

etiam quod idem Cyprianus in libro de lapsis sic scribit: Confiteantur singuli, quæso, delictum suum, dum adhuc qui deliquit in sæculo est, dum admitti confessio ejus potest, dum satisfactio, & remissio facta per sacerdotes apud Dominum grata est. Et alibi scribens ad Cornelium Papam (a): Ipse, inquit, permisit, qui legem dedit, ut ligata in terris, etiam in celo ligata essent; solvi autem possent illic, quæ hic prius in Ecclesia solverentur. Hæc & alia alibi (b) pluribus in eadem sententiam; quibus ostenditur, necessitatem impendere, ut absolutio delictorum ab Ecclesia impartiat.

(a) Cyp. ep. 54.

(b) Collegit. l. 1. de pœnit. & alii omnes.

XXI. Manus impositio in publica pœnitentia.

(c) Cyp. ep. 13.

(e) Hier. adner. Luciferian.

XXII.

(f) Apud. Cyp. ep. 31.

Verum quod in aliquibus locis superioris citatis habetur expressum de manus impositione Episcopi & cleri: exhibebantur ea in reconciliatione publici pœnitentis: non quod omnes absolvent; id namque muneris fuisse Episcopi, vel eo absente, presbyteri, certum est (c): sed ut omnes per manus impositionem ratam se habere illius reconciliationem ostenderent. De hac reconciliatione idem loquitur Cyprianus, dum deficientibus presbyteris, indulget ut diaconus tempore ingruentis necessitatis possit reconciliare pœnitentem, sic dicens (d): Si incommodo aliquo & infirmitatis periculo occupati fuerint; non expectata presentia nostra, apud presbyterum quemcumque presentem; si vero presbyter repertus non fuerit, & urgere exitus cepit, apud diaconum quoque exomologesin facere delicti sui possit, ut manu ei in pœnitentiam imposita, veniat ad Dominum cum pace. Concedit Cyprianus, ut necessitate exposcente, diaconus, non quidem propria auctoritate, sed ex mandato Episcopi reconciliet publicum pœnitentem: sicut videmus etiam hodie legum auctoritate & usu receptum, ut ipsam ministerium absolvendi ab excommunicatione cuique etiam inferioris ordinis clerico demandetur, ut qui eo argumento scripsere commentarios, pluribus docent. De eadem porro absolute & Ecclesiæ reconciliatione meminuit Hieronymus (e), sic scribens: Sacerdos imponit manum subiecto, reditum sancti Spiritus invocatur, atque ita eum qui traditus fuerat satanae in interitum carnis, ut spiritus salvus fieret, indicta in populum oratione, altario reconciliat.

Cæterum in eadem cum Cypriano sententiam, de non restituendis lapsis nisi facta exomologesi, conspirasse in omnibus Romanam Ecclesiam, Clerus Romanus (f) ad illum scribens egregie profitetur; immo ea omnia non ut recenter inventa & excogitata, sed more majorum cuncta peragi tradit, sic dicens: Nec hoc nobis nunc nuper consilium cogitatum est, nec hæc apud nos adversus improbos modo supervenerunt repentina subsidia: sed antiqua hæc

apud nos severitas, antiqua fides, disciplina legitur antiqua. Et certe quidem: nam de Fabiano Papa haud pridem defuncto recens exemplum præcesserat, qui Philippum Christianum Imperatorem ad exomologesin faciendam adegit; nec prius illi communionem ecclesiasticam est impartitus, quam confessionem fecerit peccatorum, ut Eusebius his verbis testatur (g): Fama est, hunc, Philippum videlicet Imperatorem (Christianus namque erat) cum precationum in die postrema vigilia Paschatis una cum multitudine in ecclesia particeps fieri vellet, non prius ab Episcopo, qui Ecclesiæ præerat, permissum esse intrare, quam se confessus fuisset, & inter eos qui peccatorum vinculis adhuc tenebantur adstricti, locumque pœnitentiam agentibus præstitutum occupabant, se sua sponte collocavisset: Episcopumque dixisse, eum non alia conditione, nisi istud faceret, propter multa delicta quæ ab illo ferebantur admissa, aliquando ab ipso in ecclesiam receptum fore. Imperatorem autem alacri animo & lubenti Episcopo morem gessisse, & ingenuam modestiam, ac religionem piæ affectionem re ipsa declarasse memorant. Hæc Eusebius. Merito igitur Clerus Romanus, scribens dictam epistolam ad Cyprianum, eadem semper esse observata demonstrat, quæ & in futurum illibata custodiri cupiens, hæc addit: Absit ab Ecclesia Romana vigorem suum tam profana facilitate dimittere, & nervos severitatis eversa fidei maiestate, dissolvere, ut cum adhuc non tantum jaceant, sed & cadant everforum fratrum ruina, properata nimis remedia communicationum utique non profutura præstentur. At vero quid mirum, si quod (ut ex Actorum constat historia h) fecerunt Ephesi coram Paulo Christiani, id ipsum ubique locorum coram cæteris Apostolis vel ab eis ordinatis Episcopis, credentes, culpæ obnoxii factarent.

Abique Exomologesi non recipi pœnitentem.

(g) Euseb. lib. 6. c. 17.

(h) Act. 19.

XXIII.

(i) Orig. in Levit. homil. 2.

(k) Orig. in Ps. 38. homil. 2. Peccatorum confessio commendatur.

Sed enim quid insuper de his scripserit Origenes, qui & ipse ad Decii tempora pervenit, audiamus: agens enim de septem modis, quibus ex divinæ Scripturæ præscripto remittuntur peccata: Est, inquit (i), adhuc & septima, licet dura & laboriosa, per pœnitentiam remissio peccatorum, cum lavat peccator in lacrymis fratrum suum: & sunt ei lacryme sue pœnes die ac nocte, & cum non erubescit sacerdoti Domini indicare peccatum suum, & quarere medicinam, secundum eum qui ait: Dixi, pronuntiabo adversum me injustitiam meam Domino: & tu remisisti impietatem cordis mei. Et alibi (k): Pronuntiatio iniquitatis, id est, confessionem peccati frequentius diximus. Vide ergo quid doceat nos divina Scriptura: quia oportet peccatum non celare intrinsecus. Fortassis enim, sicut hi qui habent intus inclusam

sam escam indigestam, aut humoris aut pblegmatis stomacho graviter & moleste imminetia, si vomuerint, relevantur: ita etiam hi qui peccaverunt, si quidem occultant & retinent intra se peccatum, intrinsecus urgentur, & propemodum suffocantur a pblegmate vel humore peccati: si autem ipse sui accusator fiat; dum accusat semetipsum & confitetur, simul vomit & delictum, atque omnem morbi digerit causam. Tantummodo circumspecte diligenter, cui debeas confiteri peccatum tuum: proba prius medicum, cui debeas causam languoris exponere, qui sciat infirmari cum infirmante, flere cum flente, qui condolendi & compatiendi noverit disciplinam: ut ita demum, si quid ille dixerit, qui se prius & eruditum medicum ostenderit & misericordem, si quid consilii dederit, facias & sequaris: si intellexerit & præviderit talem esse languorem tuum, qui in conventu totius Ecclesiæ exponi debeat & curari, ex quo fortassis & ceteri adificari poterunt, & tu ipse facile sanari; multa hoc deliberatione, & satis perito medici illius consilio procurandum est. Hæc Origenes, qui & paulo inferius invehitur in eos qui absque peccatorum facta purgatione ad Eucharistiam fumendam temere accedunt, illud facere negligentes, quod Paulus (a) admonuit, dicens: Probet autem se ipsum homo, & sic de pane illo edat. Vel illud: Si nos ipsos dijudicaverimus, non utique iudicaverimus. Quibus sane verbis duplicis generis fuisse peccatorum confessionem, insinuat, alteram secretam, publicam, alteram coram Ecclesiæ conventu, si criminis qualitas id exigeret. De his etiam alibi in hæc verba: In gravioribus criminibus semel tantum vel raro pœnitentia conceditur locus: ista vero communia peccata, quæ frequenter incurrimus, semper pœnitentiam recipiunt, & sine intermissione redimuntur. Cur autem publica pœnitentia non adeo facile iterari solita esset, declarat Augustinus (e) scribens ad Macedonium.

(a) 1. Cor. 11.

(b) Aug. ep. 54.

XXIV. Socratis & Sozomeni assertio de presbyteris pœnitentiariis.

(c) Socrat. h. 3. c. 19.

Ex his omnibus satis certum exploratumque habetur, ab ipsis Apostolorum temporibus peccatorum confessionem coram sacerdotibus, sive privatim, sive publice, numquam esse intermissam; viguisseque ejusmodi disciplinam in Ecclesia Catholica, majorum observatione usque receptam, atque probatam. At Decii temporibus fuisse in ecclesiis presbyteros pœnitentiarios, qui confessionem peccatorum audirent, nec negant qui hostes sunt pœnitentiæ: auctoritate enim Socratis ac Sozomeni, Græcorum historicorum, sed Novatianorum, apertissime id testantur, liquet. Ait enim Socrates (f): Ab illo tempore, quo Novatiani se ab Ecclesia sejunxerunt, recusaveruntque cum his qui tempore persecutionis regnante Decio concitata lapsi erant, communicare: Ecclesiarum Episcopi canonice

adjunxerunt, ut in singulis ecclesiis presbyter quidam pœnitentiæ præesset: quo, qui post baptismum lapsi fuissent, coram presbytero ad eam rem designato peccata sua confiterentur. Immo (quod ait paulo inferius) particularim confiterentur. Hæc Sozomenus. Porro eandem peccatorum confessionem fuisse secretam, Sozomenus (d) his verbis significat: Etenim cum prorsus non peccare, natura sit humana diviniore: pœnitentibus autem, quamvis frequenter deliquerint, veniam dare, Deus iusserit; & ad impetrandam denique veniam confiteri peccata, necessarium sit: odiosum (ut credibile est) sacerdotibus ab initio visum fuit, tamquam in theatro audiente Ecclesiæ multitudine, delicta pronuntiare. Presbyterum itaque aliquem vitæ integritate quam maxime spectabilem, secretorum etiam tenacem, ac sapientem huic officio præfecerunt: cui accedentes qui peccaverunt, acta vitæ suæ confitebantur. Ille vero pro cuiusque delicto, quid aut facere singulos aut luere oporteret, interminatus absoluebat, ut a se ipsi commissorum pœnas exigerent. Hæc ille, licet aliter ac peperam habeat lectio Sozomeni apud Cassiodorum in Tripartita (e), dum ait, anti-

(d) Sozom. li. 7. c. 16.

(e) Lib. 9. c. 36.

XXV. Pœnitentiariorum auctus numerus.

quis Pontificibus visum esse, ut velut in theatro sub testimonio Ecclesiastici populi delicta panderentur. Nam si hoc verum est, quid opus erat (ut subdit) ad hoc opus deligi presbyterum secretum servantem? Quod vero pertinet ad tempora Decii: dicendum est potius, tunc excrecente lapsorum numero, pœnitentiariorum presbyterorum etiam numerum esse auctum, quam tunc recenter institutum: quandoquidem (ut vidimus superius & exemplis & testimoniis) longe ante Decii tempora frequens erat usus exomologesin in Ecclesia. Consultius quidem Sozomenus, nullum certum definiens ejus rei temporis principium, cum agit de Romana Ecclesia: Romani, inquit, sacerdotes ab ipso inde exordio etiam ad nostram usque memoriam custodiunt, hoc ipsum scilicet. Sed quod ad numerum spectat: non unum, sed plures presbyteros pœnitentiarios in una ecclesia ad suscipiendos pœnitentes & ipsorum peccatorum confessionem audientem fuisse præfectos, demonstrat Dionysii (f) Alexandrini epistola ad Fabium Antiochenum, dum Serapionem lapsum, in extremis laborantem, dixisse ait nepoti suo: Aliquem ex presbyteris advoca ad me.

In ceteris vero quæ scribit Socrates, a Nestario Episcopo Constantinopolitano sublatum esse presbyterum penitentiarium, occasione oborti scandali, quod recenter; insuper quod dicit, ab eodem datam esse liberam potestatem, uti pro sua quisque conscientia ad mysteria participanda accederet: ac quod est maximum omnium, canonem illum de presbytero pœnitentiario.

(f) Apud Euseb. hist. li. 5. c. 29.

XXVI. De Nestarii facto controversia.

rio in singulis ecclesiis præficiendo, apud alias sectas firmum ratumque mansisse; eos vero qui fidem Consubstantialis tenebant, necnon Novatianos presbyterum pœnitentiarium rejecisse: hæc omnia nonnulli, quamlibet occasionem captantes, ut Catholicam veritatem impugnent, tam facile admittunt, ut ex his affirmare audeant, pœnitentiam per sacerdotes in Ecclesia ministrari solitam, temporibus Nectarii prorsus esse sublatam, ac penitus abrogatam. Sed tanta hæc Socrati testanti præstantia est fides, quanta ceteris hæreticis de suis dogmatibus tractantibus: quippe Novatianus secta cum fuerit, quam vere ac sincere hæc scripserit adversus pœnitentiam in Ecclesia administrari solitam, quemlibet puto posse facile judicare.

XXVII. Socrates secta no. Novatianus.

(a) Niceph. lib. 6. c. 37. & lib. 9. c. 33.

(b) Socrat. lib. 6. c. 19.

(c) Socrat. lib. 6. c. 19. (d) Sozom. lib. 7. c. 16.

XXVIII. Nectarius usus Novatianus.

Ceterum hæc quæ dicimus de Socrate, non esse calumniam, sed apertissimam veritatem; nec tam aliorum testimonio, quam sui ipsius professione probari ipsum fuisse secta Novatianum: quæ paucis dicitur sumus (haud enim hæc tam manifesta longo indigent sermonis involucre) nullo negotio declarabunt. Cum enim nulla eos laudandi, & ea quæ iidem Novatiani dixissent, affirmandi, occasionem prætermiserit; Nicephorus (a) hæc intelligens, eum esse Novatianum, non semel, sed iterum jure clamat. Sed istud ipsum sua sponte dilucidius profitentem audiamus. Agens enim de S. Joanne Chrysofomo Nectarii successore, eum (b) suggillat, quod pro concione sæpe ea verba dixisset: *Si millies lapsus pœnitentiam egeris; in Ecclesiam ingredi.* Extant hujusmodi vel alia plura id generis in homilia secunda ejusdem in Psalmum quinquagesimum: quæ redarguens Socrates se proculdubio eadem cum Sifinnio tum Novatianorum Episcopo, qui eo argumento adversus eundem Joannem Chrysofomum librum conscripserat, sensisse, absque ulla ambiguitate declarat. Verum quoniam & Sozomenum eandem prorsus causam fovisse certum est: quam manifeste deliraret uterque, erit per facile demonstrare. Cum enim ambo in eam convenient sententiam, ut sublato a Nectario presbytero pœnitentiarium, Ecclesia (quod ait Socrates c) ejusmodi exemplum fuerit imitata, vel (quod ait Sozomenus d) omnium fere Ecclesiarum Præsules id ipsum sectati fuerint: quam id a veritate sit alienum, paulo inferius apertissime declarabimus, cum multis exemplis adductis, quid a ceteris Ecclesiis fuerit observatum aperiemus.

At quoniam ambo rursus in eadem conspirant sententiam, dicuntque sublato presbytero pœnitentiarium a Nectario, permissum cuique, ut secundum animi sui consilium ad divina participanda mysteria posset accedere: licet hæc de Nectario, ut

ab hominibus qui faveant Novatianis dicta, fide vacillent: tamen si velimus esse vera, & fidem de his Socrati adhibendam putemus, Nectarium a Novatianis fuisse deceptum, affirmare oportet; ut qui illis uteretur familiarissime, quos etiam in rebus quæ spectant ad fidem aliquando confuleret, & illorum opem adversus alios hæreticos imploraret; cum alioqui non deessent in ea Ecclesia Catholici, quos docuisset Gregorius Nazianzenus, in cuius sedem ipse successerat. Jactat hæc idem Socrates (e) de suis Novatianis, Agello Episcopo, & Sifinnio Lectore, quodque ab eo requisiti, præsto fuerint. Scimus & Gregorium Nazianzenum, cum solutus munere pastoralis, quietus Nazianzi in rure paterno ageret, adversus eundem Nectarium per litteras acerrime expostulasse, quod Arianos, Macedonianos, Eunomianos, atque Apollinaristas, quæ vellent, libere Constantinopoli tractare permitteret. Quoniam stomacho de his ille ad eum scripserit, ejus epistolæ exordium facile manifestat; est enim hujusmodi (f): *Dei cura & providentia, quæ ante tempora nostra Ecclesias rueri solebat, vitam hanc deseruisse in universum videtur.* Ex his igitur facile potest intelligi, ex quo fonte deductum fuerit, quod dicunt, arbitrio suæ conscientiæ, absque exomologesi coram presbytero facta, cuique relicto, ut, cum vellet, sacram sumeret Eucharistiam: nec Eudæmonem illum, quin potius cacodemonem, quem hæc illi consulerit dicit Socrates, nec alium quam Novatianæ sectæ hominem fuisse, credendum est.

(e) Socrat. lib. 5. c. 10.

(f) Extat in edit. Biliiana post. orat. in S. Pentecost.

Esto igitur hæc fuisse a Nectario Novatianorum consilio instituta: mendacissime certe addit Socrates, omnes qui essent fidei Consubstantialis, Catholicos scilicet, cum Novatianis pari consensione canonem illum de Presbyteris pœnitentiariis in singulis Ecclesiis præficiendis abrogasse: sed apud alias sectas, nempe hæreticos, illum firmum ratumque mansisse. Nam non tantum ex his quæ diximus, aperti mendacii redarguitur, sed aliis certissimis argumentis ejusdem impostura detegitur. Qui enim eodem Theodosii tempore cum Nectario vixerunt, & qui futuris temporibus successerunt, quoniam usus fuerit Ecclesiæ Orientalis in impartienda Eucharistia, suis ipsorum scriptis satis aperte ac firmiter testatum reliquerunt. Ecce tibi in primis Gregorius Nyssenus, qui non modo iis temporibus vivebat, quibus ea accidisse idem Socrates narrat (g), nimirum sub Consulatu Titiani & Symmachi, sed etiam adhuc superstes erat ultimo anno ejusdem Theodosii Imperatoris: nam interfuisse reperitur illi Synodo Constantinopolitana, quæ celebrata est anno decimo. sexto & ultimo Theo.

XXIX. Absque peccatorum confessione Eucharistiam non dari.

(g) Socrat. lib. 5. c. 18.

Theodosii Imperatoris, Arcadio tertium & Honorio secundum Coss. ut ejusdem Synodi acta (a) declarant: *Hic, inquam, Gregorius inter omnes Orientales Episcopos, qui tunc temporis vivebant, insigni eruditione ornatus, & ob præclaras res gestas assimatione facile princeps, egregiam epistolam, quæ a Græcis (b) inter canonicas est recensita, scripsit ad Laetorum Mitilenes Episcopum, quæ quosdam canones, quos pœnitentiales appellare consuevimus instituit; ut contentium peccatorum examinato potere, ex eorum præscripto illis pœnitentia injungeretur. In ultima quidem sua senectute eam scripsisse videtur Gregorius, quippe qui in fine ad eundem, ad quem scribit Episcopum, hæc dicat: *Debes enim, ut gravis filius ei qui te secundum Deum genuit in senectute, per tuas orationes alimentare.* Sic igitur quam manifeste ex his quæ scribit Gregorius Nyssenus dicti Novatiani historici mendacii arguatur, nemo non videt.*

(a) Apud Theodor. Bals. pag. 309.

(b) Apud Theodor. Bals. in addit. pag. 63.

XXX.

(c) Chryso. in Mat. hom. 83.

De sumenda Eucharistia censura.

(d) Chryso. ad pop. Antioch. hom. 60.

XXXI.

Usus Ecclesiæ Constantinop. sub Joanne Chrysofom. (e) Chryso. ad pop. Antioch. hom. 61.

Sed jam ad Joannem Chrysofomum veniamus, qui Nectario in Episcopatu successit; & videamus, num & ipse, quod scribit Socrates fecisse Nectarium, suo arbitrio reliquerit omnes, ut absque pœnitentia, suæ tantum conscientie testimonio, communicarent; quidque ipse sacerdotes alloquens, de hac re dicat (c) audiamus: *Non parva, inquit, vobis imminet pena, si quem aliqua improbitate teneri scientes, ei hujus mensæ participationem permittatis. Sanguis enim ejus de manibus vestris requiretur. Si dux igitur quispiam, si Confessus ipse, si quis diademate coronatus indigne adeat, cohibe, coerce: majorem tu illo habes potestatem: & post multa (d): *Si ipse pellere non audeas, mihi maicæ non permittam ista fieri: animam prius tradam meam, quam Dominicam alicui corpus indigne: sanguinemque meum effundi potius pati, quam pretiosissimum illum sanguinem præterquam digno concedam. Quod si quis venerit cum sordibus ignoranter, nulla vestra culpa est, si multam prius adhibueritis diligentiam: nam hæc mihi de notis & manifestis disputata sunt; quibus emendatis, cito etiam ignotos Deus notificabit. Repetit eadem alibi iidem ferme verbis. Ex quibus videas quam aperte refutentur dicta a Socrate, de licentia impartita, ut quisvis suæ conscientie arbitrio ad percipiendam Eucharistiam accederet.**

Ceterum fuisse in Ecclesia temporibus Joannis Chrysofomi presbyteros pœnitentiarios; idem Joannes Chrysofomus sæpe demonstrat: nam cum de pœnitentium classe meminerit, presbyteros etiam, apud quos illi agerent exomologesin, in ea Ecclesia fuisse ad illud opus adscriptos, affirmare necesse est: sic enim ait (e): *Adstantem audis præconem, atque dicentem:*

*Quotquot estis in pœnitentia, omnes orate. Quicumque non participes sunt, in pœnitentia sumi. Quid stat, si es in pœnitentia? sumere non debes: qui namque non communicat, est ex pœnitentibus. Nec aliud insinuat, cum alibi ait: *Causa (f) tui presbyter sedet, causa tui rectus stat doctor laboribus & afflictione affectus. Præcedere consuevit peccatorum confessionem, sacræ Eucharistiæ sumptionem, alio loco demonstrat his verbis (g): *Tempus quidem confessionis æque & lotis baptismate, & illotis profanisque incumbit: illis quidem, ut post patientium criminum vulnera, pœnitentia interveniente, curentur, & ad sacra Myseria redire mereantur; his vero, ut ablatis in baptismo maculis, ad Dominicam mensam munda jam conscientia accedant. Ceterum ejusmodi delictorum confessionem non nisi sacerdotibus fieri solitam, ab eisdemque absolutionem criminum impartiri debere, sæpe demonstrat (h), quod tantam a Deo illis præstitam facultatem dimittendi peccata vehementer exagereat. Nec aliud significat, cum ait, se non tantum die, sed nocte paratum esse, ut pœnitentes peccatores excipiat (i): *Si quando, inquit, contigerit ex vobis peccare aliquem, accedite ad me dormientem, &c. nimirum ut peccatorum solvatur vinculis.****

(f) Chryso. in Mat. hom. 33.

(g) Chryso. in Mat. hom. 10.

(h) Chryso. de sac. cer. lib. 3. & aliis multis in locis.

(i) Apud Metaph. in vita Chrys. ex hom. in Act. Apost.

His igitur sic se habentibus, si quando (quod & sæpius est invenire) idem Chrysofomus hortatur, ut Deo confiterentur peccata, non hominibus, nec velut in theatropanderent ea: non a secreta certe, sed a publica illa absterruit peccatorum propalatione, cujus occasione Nectarius (ut vidimus) pœnitentiarum presbyterum in ordinem redegerat: recens quippe erat exemplum; qua ex causa istud ipsum sæpius inculcavit, ut cum ait (k): *Admoneo te ut assiduo confiteare: neque enim in theatrum duco confessorum tuorum, nec te cogo peccata tua hominibus nuntiare: conscientiam tuam Deo expone, eique ostende vulnera tua: & alibi: *Non tantum, inquit, peccatores esse dicamus, sed etiam ipsa peccata specialiter singula computemus. Non tibi dico, ut te prodas in publicum, neque ut te apud alios accuses, sed obedire te volo Prophetæ dicenti: *Revela Domino viam tuam: ante Deum tua confitere peccata. Nunc autem neque necessarium est presentibus testibus confiteri. Hæc & alia id genus sæpe Chrysofomus (l); quæ interdum ex Græco in Latinum ab Erasmo perperam reddita, occasione erroris ceperis tribuerunt: ut illud, quod habetur in homilia quarta de Lazaro Græce scriptum: *ὡς γὰρ ἀποστόλος λέγει τὰ ἀνάσποντα; ἢ ἡμῶν τῶν σωματικῶν ὁμολογῶν, ἢ τῶν ἐκπομπῶν; Ἐρασμος ita: *Cave enim homini dixeris, ne tibi opprobret, neque enim confesso confiteris, ut in publicum proferat. Atqui non vetat*****

XXXII. Elucidantur loca Chryso.

(k) Chryso. hom. de publicano in Luc. 18.

(l) Idem hom. 31. in epist. ad Heb. hom. 41. ad pop. Antioch. Hom. de pœnit. & confess. Hom. 8. de pœnit. Hom. 4. de Lazaro Hom. 5. de incompar. Dei naturæ.

vetat Chrysoſtomus ne homini confiteamur: ſed hæc ejus ſententia eſt: Num enim homini dicis, ut tibi exprobrer? Num conſervo confiteris, ut te apud vulgus traducat?

XXXIII. Publica confefſio damnata.

(a) Chryſ. in verb. Iſaia hom. 3.

(b) Leo ep. So. cap. 2.

Quamobrem ſic & in ceteris (ne dicere cogamur eundem ſibi ipſi contraria ſcribentem eſſe turpiter hallucinatum) cum tantum Deo eſſe confitendum affirmat, & hominibus non eſſe propalanda peccata admonet; non aliud quam ſecretam confefſionem ſuadet; & ab illa publica, cujus occasione ſcandalum obortum erat, abſterret. Siquidem ſecrete confiteri, idem æſtimabatur, quod Deo tantummodo eadem propalare; nec homo crederetur, qui vicem Dei potius gereret: nam (ut idem ait Chryſoſtomus a) ſacerdoti thronus in cælis collocatus eſt. Sicut e contra palam confiteri, eadem erat hominibus potius quam Deo propalare. Quam quidem publicam confefſionem dicendus eſt Neſtarius dimoviſſe: nam eamdem alicubi adhuc uſu retentam S. Leo Papa (b) amplius exercendam eſſe prohibuit, de his ſcribens ad Epifcopos Campaniæ in hæc verba: Illam etiam contra Apoſtolicam regulam præſumptionem, quam nuper agnovi a quibuſdam illicita uſurpatione committi, modis omnibus conſtituo ſubmoveri (de penitentia videlicet, quæ ita a Fidelibus poſtulat) ne de ſingulorum peccatorum genere libellis ſcripta confefſio publice recitetur: cum reatus conſcientiam ſufficiat ſolis ſacerdotibus indicari conſefſione ſecreta. Quamvis enim plenitudo fidei videatur eſſe laudabilis, quæ propter Dei timorem apud homines erubeſcere non veretur: tamen quia non omnium hujusmodi ſunt peccata, ut ea, qui penitentiam poſcunt, non timeant publicare, removeatur tam improbabilis conſuetudo, ne multi a penitentia remediis arceantur, dum aut erubeſcunt, aut metuunt inimicis ſuis facta referare, quibus poſſunt legum conſtitutione percelli. Sufficit ergo illa confefſio, quæ primum Deo offertur, tunc etiam ſacerdoti, qui pro delictis penitentium prætor accedit. Tunc enim demum plures ad penitentiam poterunt provocari, ſi populi auribus non publicetur conſcientia conſentis. Hæc Leo, in omnibus conſentientis his quæ feciſſet Neſtarius, & Chryſoſtomus eſſe faciendâ admonuit.

XXXIV. Factum Neſtarii male interpretati Novatiani.

Certe quidem huic ſimilis fuiſſe videtur peccatorum illa confefſio, quam mulier illa tempore Neſtarii feciſſe dicitur: quandoquidem non a præſbytero ejus fuiſſe propalatum peccatum, ſed a ſe ipſa tantum, Socrates & Sozomenus teſtantur, ſed id eodem ſacerdote proculdubio ſuadente: cujus rei cauſa ille merito a Neſtario eſt gradu amotus, officioque depoſitus, quo factio, Novatiani (ut mos eſt hæreticorum) quamcumque licet levem, ut ſinceris dog-

matibus detrahant, arripere auti occaſionem (quod eſt in proverbio: Muſcæ ad ulcus) non tantum præſbyterum penitentiarium in ordinem redactum, ſed & penitentiam ipſam una cum eo fuiſſe proſcriptam, calumnioſe admodum conclamarunt: cum tamen (ut dictum eſt) illa potius theatralis fieri interdum ſolita confefſio peccatorum fuerit abrogata, quam & S. Leo prohibuit; non autem ſecreta, cum ſui natura eſſe ſoleat ſilentii tenaciſſima. Quod ſi quis adeo ſceleſtus inventus fuerit præſbyter, qui ſacri aſyli jura violaverit, & ſacramento tantam injuriam irrogaverit: ſi ob eam cauſam & ſacramentum ipſum quis dixerit auferendum, certe deperiſſe necesse erit cetera etiam ſacramenta, ipſamque divinam Scripturam, ſacras & profanas leges, & quicquid denique boni eſt a Deo conſeſſum hominibus: cum nihil ſit, in quod humana præſumptio non deliquerit: quo certe nihil ſultius dici poſſe videtur.

Sic igitur non modo non ſecreta a Neſtario, ſed nec publica illa eſt abrogata exomologeſis, quæ ex publico ac omnibus manifeſto peccato provenit; quæ hactenus in Eccleſia perſeverat. Habes ejus exemplum egregie expreſſum a S. Hieronymo (c) de Fabiola vidua publice exomologeſin faciente Romæ in baſilica Lateranenſi: quam (ut Auguſtinus (d) ſcribit ad Macedonium, & ante ipſum Ambroſius e) ſemel actam iterari non licebat: de qua etiam intelligit Joannes (f) Chryſoſtomus, dum poſt ſemel impartitam reconciliationem, eam iterum tribui non debere teſtatur. Fuit & in uſu, ſed inter monachos, publica quædam confefſio, quæ collecta ſynaxi fieri conſuevit, de qua inter alios hæc Baſilius (g): Admiſſum delictum nullo modo occultum teneto, ſed in medium audientibus cumſtis enunciato, ut per communem orationem ſanetur morbus. At hæc ſatis de his quæ ex Neſtarii factio a penitentia hoſtibus ſunt ſolita objici: quæ licet (ſi temporis erat habenda ratio) ſuo loco potius quam hic fuerant explicanda: tamen, quod nobis de peccatorum confefſione agentibus ejuſque traditiones inſinuantibus, ex actis Apoſtolorum ſuppeditatum eſt argumentum; ne hæc quæ objicerentur, conſulto, tamquam occulta captata fuga, prætermiſiſſe videremur, de his modo agere operæpretium duximus. Verum dum hæc noſtra ſub prælo eſſent. D. Latinus noſter, vir cum primis eruditus, totaque Urbe ſpectatus, eodem argumento libellum rogatus edidit, egregium plane ſuæ ſeneſcutis honeſtiſſimæ monumentum: quo cum hæc noſtra firmantur, tum etiam his noſtris illa firmius roborantur. Una enim cum ſit veritas; licet ejus ſtudioſis diverſis interdum viis incedant, necesse eſt tamen ut in idem loci conveniant.

XXXV.

(c) Hier. ep. 30.

(d) Aug. ep. 53. & 54. Quæ Exomologeſis abrogata a Neſtario.

(e) Ambro. de par. li. 2. c. 10.

(f) Chryſ. hom. 2. in epif. ad Epheſ.

(g) Baſil. de inſtit. monach.

Quod

XXXVI. Quod vero ſpectat ad confefſionem peccatorum ſacerdoti faciendam: multa alia ſuppeditant ſanctorum Patrum teſtimonia; ut Baſilii (a) id ſæpius teſtantis, ac aperte profitentis, illis faciendam eſſe peccatorum confefſionem, quibus ſacra myſteria ſunt commiſſa. Gregorius (b) Nyſſenus id ipſum. Pacianus (c), qui claruit (ut teſtatur Hieronymus) temporibus Theodoſii, reſolutionem peccatorum ſacerdotibus a Chriſto conceſſam, ſacramentum appellat, idemque in Paræneſi quam ſcripſit de penitentia, de confefſione peccatorum ſacerdotibus faciendâ, pluribus agit. Ambroſius (d) adverſus Novatianos inſurgens, multis demonſtrat, recte Eccleſiam per ſacerdotes vendicare; ut penitentium peccata dimittat: & duobus libris, quos de penitentia ſcripſit, nihil aliud facit, quam Novatianos inſectari ac redarguere, ſimulque oftendere, eſſe in Eccleſia conſitentibus peccata per ſacerdotes veram relaxationem & abſolutionem delictorum, eamque paſſim exerceri ſolitam: quin & ipſe in eadem functione ſæpe verſatus, cum penitentium audiret delicta, commiſeratione collacrymari ſolita erat: quod ejus clericus Paulinus, qui vitam ipſius ſcripſit, teſtatur his verbis: Quotieſcumque illi aliquis ad promerendam penitentiam lapſus ſuos conſitebatur, ita afflictebatur commiſeratione, ut ſens aliena ſicut ſua peccata, ad ſtetum penitentem etiam commoveret: ac cauſas criminum, quas illi conſitebatur, nulli niſi Domino, apud quem intercedebat, loquebatur: relinquens exemplum poſteris ſacerdotibus, ut interceſſores apud Deum ſint magis, quam accuſatores apud homines; hæc Paulinus. Certe non tantum publice peccantes ac penitentes Eccleſiæ reconciliare, ſed & ſecreto conſitentem audire, muneriſ fuiſſe Epifcoporum, ſcribit Nicephorus (e) Chartophylax; additque illos immenſi pertæſos laboris, eamdem functionem, delegaſſe poſtea monachis ſacerdotibus. Meminit & ſecretæ confefſionis Hieronymus (f), cum ait: Si quem ſerpens diabolus occulte momorderit, & nullo conſcio, eum peccati veneno inſecerit: ſi tacerit qui percuffus eſt, & non egerit penitentiam, nec vulnus ſuum fratri & magiſtro voluerit confiteri: magiſter, qui linguam habet ad curandum, facile ei prodeſſe non poterit. Si enim erubeſcit vulnus medico conſiteri; quod ignorat medicina non curat. Idem & alibi (g) ſacerdotes eſſe qui peccata audiant & dijudicent, tradit. Auguſtinus quoque de eamdem ſæpius, ut cum ait (h): Nemo ſibi dicat: Occulte ago, apud Deum ago: novit Deus qui mihi ignoſcit, quia in cor ſolveritis in terra, ſoluta erunt in celo? Ergo ſine cauſa ſunt claves datæ Eccleſiæ.

XXXVII.

(f) Hier. in Eccleſ. c. 10. Hierony. mi & Auguſtini aſtertio.

(g) Hieron. in Matth. 16.

(h) Aug. hom. 49.

Ann. Eccl. Tom. I.

ſæpe Fruſtramus Evangelium Dei, fruſtramus verba Chriſti; & ruruſ inferius (i) de his qui peccant: Veniant, inquit, ad Antiſtites, per quos illis in Eccleſia, claves adminiſtrantur; & paulo poſt: Si peccatum ejus non ſolum in gravi ejus malo, ſed etiam in tanto ſcandalo eſt aliorum; atque hoc expedire utilitati Eccleſiæ videtur Antiſtiti, in notitia multorum, vel etiam totius plebis, agere penitentiam; non recuſet, non reſiſtat. Hæc Auguſtinus de ſecreta primum, ac de publica penitentia, cum ratio publici ſcandali illam exigit. Eademque alibi ſæpius (k) inculcat. Cæleſtinus Papa (l) qui eodem vixit tempore, ſeveriſſimum ſanxit decretum adverſus Epifcopum; vel præſbyterum, ſi cum muliere, cujus audiſſet peccatorum confefſionem, peccaſſet; ut Epifcopus annis quindecim penitenter, præſbyter vero duodecim; & ſi factum propalatum eſſet, deponerentur: quibus certe uſum ſecretæ confefſionis demonſtrat.

His addimus poſt aliorum Græcorum teſtimonia: qui ante Neſtarium vivere, quos recentuimus, & aliorum qui poſt eum vixerunt, nempe inter alios, duos Anaſtaſios, Sinaitam videlicet Antiochenum, & alterum Nicænum, Epifcopos; quorum prior (m) hæc breviter habet: Chriſto Domino per ſacerdotes tua conſitere peccata, &c. Poſterior (n) vero poſt multa in eandem ſententiam diſputata, hæc ait: Qui autem ſulte, vel potius impie dicunt, nihil prodeſſe eam quæ ſit hominibus conſefſionem; propterea quod ſint ſimiliter vitiiſ obnoxii, & animi perturbationibus: ſolum enim Deum poſſe tollere peccata: Sciant qui hæc dicunt, primum quidem, quod ſua nequitia & amentia prætextum obtendant; deinde dicta ipſius Domini circumſcribant, qui dicit ſuis miniſtris: Quæcumque ligaveritis ſuper terram, erunt ligata & in celo. Et rurſum: Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis. Et paulo inferius: Eſt ergo ſit homo qui audit confefſionem, Deus eſt tamen qui per ſe convertit & donat.

Sed & longe ante Ambroſius (o) hæc in eandem ſententiam: Homines, inquit, in remiſſionem peccatorum miniſterium ſuum exhibent, non juſ alicujus poteſtatis exercent. Neque enim in ſuo, ſed in Patris & Filii & Spiritus ſancti nomine peccata dimittuntur. Iſti rogant, Divinitas donat; humanum enim obſequium, ſed munificentia ſuperna eſt poteſtatis. Hæc idcirco, quod ſacerdos abſolvendo, preces præmittit, dicens: Miſereatur tui, &c. Et cum ipſam peccatorum abſolutionem impartitur: In nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti, illam pronuntiat. Eſſent his addenda quamplurima, ſed non patitur ratio inſtituti, ut his diutius immo-

(i) Aug. hom. 50.

(k) Aug. ho. 12. Ser. 8. de ver. Dom. c. 2. in Joan. 17. 49. ſerm. 66. de tempore. (l) Diſt. 20. q. 1. c. Nea debet. & 20. 1. Conc.

xxxviii.

(m) Anaſt. Sinait. orat. de ſacra Synaxi. (n) Anaſt. Nicæn. queſ. in Script. q. 6.

XXXIX. (o) Ambroſ. de Spiritu ſancto li. 3. c. 19. Deus, non homo abſolvit.

G g g

re-

remur: Ceterum hæc breviter sic habeto; cunctos, qui post vixere, Catholicos tam Latinos quam Græcos rerum Ecclesiasticarum tractatores de confessione peccatorum coram sacerdotibus faciendâ in eandem pedibus ivisse pariter sententiâ; sicque quod a Christo Domino nostro est institutum, & Apostolorum temporibus factitatum, nunquam amplius in Ecclesia Catholica esse intermissum. His igitur quæ ad Apostolicas traditiones & Ecclesiæ usum pertinent (ut suscepti muneris officium postulabat) elucidatis, jam ad ipsam rerum Ephesi gestarum historiam, unde digressi sumus, post longas tandem moras aliquando revertamur.

XL. Cum novo casu irruentis demonis in Scævæ filios exorcistas, Christiani etiam timore perculsi venissent ad Paulum, confitentibus & annunciantes peccata sua; poenitentia etiam satisfacere studuerunt: *Mul-ti enim* (inquit Lucas a) *ex eis qui fuerant curiosa sectati, contulerunt libros, & combusserunt coram omnibus, & computatis pretiis illorum, invenerunt pecuniam denariorum quingentorum millium. Ita fortiter crescebat verbum Dei, & confirmabatur.* Fuisse hos magiæ libros, æque omnes (b) consentiunt. Antiquo quippe usu receptum fuit, ut libri magiæ artis, qui per invocationes demonum, alioque superstitiosos ritus exerceri consueverunt, igni traderentur. De his est responsio Pauli Jurisconsulti (c) in hæc verba: *Libros magiæ artis apud se neminem habere licet: & si penes quoscumque reperiti sunt, bonis demptis, ambustisque his publice, in insulam deportentur, humilio-Libri magiæ igne damnati.* (d) Ulpian. l. 4. §. tantumdem ff. famil. ercisc.

(a) *Ab. 19.* (b) *Chrysol. Bida Oecum. in Act. Apost. 23.* (c) *Paulus Jurisconsultus l. 5. tit. 23. ad l. Cor. de sic. & venof.* (d) *Ulpian. l. 4. §. tantumdem ff. famil. ercisc.*

(e) *Liv. lib. 29.* (f) *Cic. de nat. deor. lib. 2.* (g) *Aug. in Psal. 62. in 50.*

(h) *1. ult. de frigerium transeat. De comburendis (b) vero libris hæreticorum, extant Christianorum Imperatorum sanctiones.*

XLI. Porro æque ac magia, execranda vifa est Christianis illa per astrorum aspectum

fieri solita divinatio, quæ ex judiciaria, quam vocant, astrologia manare consuevit. Quamobrem Aquila Ponticus, eruditione interpretandi celeberrimus, ab Ecclesia est ejectus, quod (ut Epiphanius (i) tradit) geniturarum inspectionibus & nativitarum horoscopis vacaret. Sed hæc non solum apud Christianos, verum etiam apud Gentiles: nam (ut Dio (k) tradit) Augusti temporibus astrologi, sicut & præstigiatores, sunt ab Urbe (quod antea diximus) expulsi. Sane quidem de mathematicis Urbe pellendis atrox Senatusconsultum factum anno superiori, ex Tacito (l) vidimus; quod tamen cum irritum fuisse dicat, non aliud significat quam quod alibi de his ait: *Genus hominum potentibus infidum, sperantibus fallax, quod in civitate nostra verabitur semper, & retinebitur.* Hæc idcirco, quod sæpius eisdem legibus Imperatorum inveniuntur esse proscripti, iidemque rursus in Urbe semper inventi. Sed enim quod pertinet ad Ephesios, de quibus est sermo: genus hominum magiæ addictissimum fuisse testatur S. Hieronymus (m): in ea enim civitate artium magicarum præstigiæ admodum viguerunt. Equidem nullibi carius quam Ephesi Apollonius Tyanæus magiæ suæ merces est nundinatus, si Philostrato (n) credimus. Nam & ipse cum circa hæc tempora Ephesum venisset, incredibilem sanè apud illius urbis accolas æstimationem occupatus est; adeo ut (quod idem ait) statua donatus ab illis, inter divos relatus sit. Sed quæ anni hujus reliqua sunt, prosequamur.

XLII. Hoc eodem anno, iisdemque Cofs. tertio (o) Idus Octobris, circa horam septimam moritur Claudius Imperator, annum ætatis agens (ut Suetonius tradit) sexagesimumquartum, in Imperio vero decimumtertium, menses octo, & dies viginti, ut numerat Dio. Sic igitur defuncto, Agrippinæ dolo, veneno illi propinato; Nero ejusdem Agrippinæ filius annum attingens ætatis decimum-octavum, in Imperium successit, tenuitque annis tredecim, menses septem, diebus vigintiocto. Extinctum vero una cum Claudio fuit edictum illud adversus Judæos, ne in Urbe agerent pronulgatum: quamobrem & Christianis etiam, qui ex Judæis crediderant, in Urbem redeundi, qua pulsi fuerant, facultas data est. Visus est Nero ipso Imperii exordio erga Judæos propensior: nam & ipsorum Regem Agrippam (p) mox donavit quatuor civitatibus, nimirum Perea & Julia de in regione Abilina, Tarichæa & Tiberiade in Galilæa positis: reliquam vero Judæam Felici, qui (ut vidimus) a Claudio eam administrandam acceperat, curandam tradidit: idque in gratiam Palantis ejus germani; qui ex eo quod conciliasset nuptias Agrippinæ cum Claudio, qua-

(i) *Epiph. l. de pond. denib. (k) Dio li. 49.* (l) *Tacit. li. 17.* (m) *Hier. in pref. epist. ad Ephes.* (n) *Philostr. lib. 4.* (o) *Senec. in lud. de obit. Claud. Tacit. lib. 12. Suet. in Claud. c. 45. Dio lib. 60.* (p) *Joseph. antiq. li. 20. c. 5. & de bello Jud. li. 2. c. 12.*

De Astrologis & Mathematicis.

(i) Epiph. l. de pond. denib. (k) Dio li. 49.

(l) Tacit. li. 17.

(m) Hier. in pref. epist. ad Ephes.

(n) Philostr. lib. 4.

(o) Senec. in lud. de obit. Claud. Tacit. lib. 12. Suet. in Claud. c. 45. Dio lib. 60.

(p) Joseph. antiq. li. 20. c. 5. & de bello Jud. li. 2. c. 12.

quarum occasione Nero subisset Imperium, apud Agrippinam & Neronem plurimum posse videbatur.

XLIII. Sub iisdem Cofs. refert Tacitus (a) de lo Agrippinæ sublatum esse veneno Junium Silanum Asiæ Proconsulem, atque Narcissum libertum qui apud Claudium primum fere locum tenuerat, esse necatum. Porro hæc omnia facta sunt (ut idem auctor ait) ignaro Nerone, qui sic moribus compositus erat, usus Seneca præceptore, ut cujusvis nocentissimi hominis legibus condemnati supplicium exhorresceret: quod ad ipsum scribens testatur Seneca (b) his verbis: *Animadvertens in-*

(a) *Tacit. li. 13. Dio lib. 60. in fin. Neronis clementia.* (b) *Senec. de clem. lib. 2.*

lirones duos Burrus Præfectus tuus vir egregius & tibi Principi notus, exigebat a te scriberes in quos & ex qua causa animadverti velles: hoc sepe dilatum, ut aliquando fieret, instabat. Inventus invito cum chartam protulisset, traxeritque, exclamasti: *Vellem nescire litteras.* Odignam vocem, quam audirent omnes gentes qua Romanum Imperium colunt. Hæc idcirco de Nerone, qui ipso biennio sui Imperii in omnes fuit beneficentissimus; ut non mireris, si rescisso in Judæos Claudii edicto eisdem in Urbem, redeundi dederit libertatem.

JESU CHRISTI ANNUS 57.

PETRI ANNUS 13.

NERONIS IMP. ANNUS 1.

I. Anno deinceps quinquagesimo septimo Domini, Claudio Nerone (c) & L. Antistio Coss. cum morte Claudii, Judæis adeundi Romam potestas facta esset, & ipse Paulus tertium jam annum Ephesi ageret, veniendi Romam consilium iniiit; sed prius Macedonia & Achajæ Ecclesias visitare, ac Hierosolymam reverti, demum Romam inde se conferre decrevit: hæc enim Lucas (d) in hæc verba testatur: *His autem expletis proposuit Paulus in Spiritu transire Macedonia & Achajam, ire Hierosolymam, dicens: Postquam fuero ibi, oportet me & Romam videre. Mittens autem in Macedoniam duos ex ministrantibus sibi Timotheum & Erastum, ipse remansit ad tempus in Asia. Hæc Lucas. Ad quodnam usque tempus Paulus permanserit Ephesi, ipse his diebus scribens ad Corinthios (e), declarat hit verbis: *Veniam autem ad vos, cum Macedonia pertransiero: nam Macedonia pertransibo. Apud vos au-**

(a) *Tacit. li. 23. Judæi revertuntur Romam.*

(b) *Ab. 19.*

(c) *1. Cor. 26.*

II. *Mors Claudii Imp.*

Ad num. XLII. Mors Claudii Imp. contigit die XIII. Octobris imperavitque annos XIII. menses octo, & dies viginti, ut Dio lib. 60. & Josephus, lib. 20. Antiquit. cap. 5. qui tum vivebat, docent. Quod porro ait Baronius, Neronem Claudii successorem natum tunc fuisse annos XVIII. confutatur ex Suetonio, qui in Nerone cap. 6. ait: *Nero natus est Antii post novem menses quam Tiberius excessit, octavo Kalendas Januariæ; ideoque anno Christi XXXVII. Agebat itaque Nero annum ætatis decimum septimum, ut Dio lib. 61. & Suetonius cap. 8. produnt. Unde Tacitus initio lib. 13. Annal. ait: anquistum fuisse, quemadmodum Princeps vix septemdecim annos egressus suscipere eam molem, aut propulsare posset, bellum nempe Parthicum. Ubi vox vix significat non vel nondum. Onuphrius in Fastis, cum animadverteret, scribere Suetonium, perisse Neronem secundo & trigesimo atatis anno, die nempe nona Junii anni Christi LXVIII. existimavit in laudatum Suetonii locum errorem irrepisse, ac legendum, *natus est ante LX. menses**

tem forsitan manebo, vel etiam hiemabo, ut vos me deducatis quocumque jero. Nolo autem vos modo in transitu videre: spero autem aliquantulum temporis manere apud vos, si Dominus permiserit: permanebo autem Ephesi usque ad Pentecosten. Ac insuper de Timotheo, quem in Macedonia una cum Erasto, inde Achajam præmiserat hæc ait (f): *Misimus ad vos Timotheum, qui est filius meus carissimus, & fidelis in Domino.* Ac rursus de eodem inferius (g): *Si autem venerit Timotheus, videte ut sine timore sit apud vos: opus enim Domini operatur, sicut & ego.* Ex his itaque omnibus clarum perspicuumque redditur ipsum Paulum Apollolum scripsisse primam epistolam ad Corinthios, cum adhuc Ephesi moraretur, sed jam de profectioe cogitantem. Qua autem occasione ad eam scribendam impulsus fuerit, paucis aperiendum est: ex ejus enim argumento satis aperte proditur causa quam

quam Tiberius excessit, anno nempe Christi xxxvi. quia persuadere sibi non poterat, Suetonium aliquid dies pro anno numerasse. Quam Onuphrii sententiâ Baronius amplectens, Neronem annos XVIII. natum Imperatorem renunciatum credidit. At ut in priori parte Dissert. Hypaticæ cap. 2. num. 11. ostendi, locus Suetonii, ubi de Neronis Natali agit, minime sollicitandus, explicandusque Suetonius de anno ætatis xxxii. utrinque incompleto; ita ut ultimos dies mensis Decembris anni Christi xxxvii. pro anno integro numerarit, & ultimum etiam atatis annum, licet incompletum, in summam contulerit; quod ab aliis etiam Historicis non raro factum, in hoc Opere observavimus.

S. Petrum Apostolorum Principem ante præsentem annum Romam non venisse tertio Claudii Imperatoris anno statuitur; ideoque primus Sedis Romæ annus cum primo Neronis nobis est inchoandus; cum verus ejus adventus annus nos lateat.

(f) *1. Cor. 4.*

(g) *1. Cor. 16.*

II. *De epistola prima ad Corinthios.*

III. *S. Petrus Roma sedere cepit.*

quam ad rerum gestarum notitiam fumopere conducere existimamus. Cum Paulus Corintho profectus, Ephesum veniens ibi triennio moraretur; & Apollo Corinthum profectus, illic Evangelium prædicasset; licet non secus ac Paulus unum Deum & Jesum Christum ejus filium annuntiasset; tamen accidit ut vana quadam iactantia quisque suum præceptorem, a quo esset eruditus, extolleret: dumque alii se Pauli, Apollo alii, alii vero neutrius, sed Cephæ, nempe Petri, vel Christi esse gloriarentur; oborta est inter eos non parva contentio; quam Paulus ut componeret, aliaque de quibus dicemus, sedulo admodum, priorem ad ipsos dedit epistolam, qua in primis agens de eorum altercatione, hac ait (a): *Obsecro vos fratres per nomen Domini nostri Jesu Christi, ut ad ipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata: sitis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia. Significatum est enim mihi de vobis, fratres mei ab eis qui sunt Chloes, quia contentiones sunt inter vos. Hoc autem dico, quod unquam vestrum dicit; Ego quidem sum Pauli: Ego autem Apollo: Ego vero Cephæ: Ego autem Christi. Divisus est Christus? Numquid Paulus crucifixus est pro vobis? aut in nomine Pauli baptizati estis? &c.*

III. Quomodo Cephæ se esse dixerent Corinthii.

S.Æ.C. I. Anno Urbis 808. Olymp. 208. an. 3. An. C. 55.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5548.

○ 8. E. D) 18. P. 30. April. Mart. Indi. 13.

JESU CHRISTI 55. secundum Baronium 57.

S. PETRI 2.

NERONIS IMP. 2.

I. Consul.

II. Quinquennialia Imperii Proconsularis Neronis.

[1] *Coff. Nero Aug. & L. Antistius Vetus. Neronis Consulatus juxta primam regulam. Ejus Imperii Proconsularis Quinquennialia in hunc annum incidunt. Victor de Cæsarijbus de Nerone loquens ait: Quinquennium tantus fuit, augenda Urbe maxime, ut merito Trajanus sapiens restaretur procul disporre cunctos Principes Neronis Quinquennio: quo etiam Pontum in jus Provincia, Polemonis permisit, redegit: cujus gratia Polemoniacus Pontus appellatur: itemque Cottias Alpes*

causam profitebantur, quod Christus cum in humanis esset, illis Evangelium annuntiasset; sed potius quo illam contentionem & scissuram Ecclesiæ declinarent, rem ad suum principium reducentes (quod sic falli non possent) dicerent alii, se esse primos omnium post Christum pastoris & Ecclesiæ capitis Petri discipulos, alii vero auctoris omnium Christi. Idcirco idem Paulus inferius, nulla de Cepha habita mentione, nec de Christo, sed quia sui tantum causa & Apollo fuerat oborta. (b) *Cum enim sit inter vos zelus & contentio, nonne carnales estis & secundum hominem ambulatis? Cum enim quis dicat, Ego quidem sum Pauli: alius autem, Ego Apollo: nonne homines estis? Quid igitur est Apollo? quid vero Paulus? Ministri ejus, cui credidistis, & unicuique sicut Dominus dedit. Ego plantavi, Apollo rigavit: sed Deus incrementum dedit. Sicque videas, cum de ministerio & officio agitur prædicationis, nullam amplius (secundum nuper dictam sententiam) de Petro haberi mentionem, eo quod nondum prædicasset ipse, sicut Paulus & Apollo, Corinthiis Evangelium; sed quod in Ecclesia primatum teneret, esse ab aliis superius nominatum, sicut & Christum; ut quia ille omnium pastor, hic vero esset Christianæ religionis principium.*

IV. Quod autem nondum Petrus Corinthum venisset, cum illuc accedens Paulus Evangelium prædicavit; ejusdem Pauli testimonio.

Cottio Rege mortuo. Quare satis compertum, neque eum impedimento virtuti esse. Idem habet alter Victor in Epitome; quibus major fides, quam Eusebio in Chronico habenda, qui tam Alpes Cottias, quam Pontum anno XI. Neronis Provincias factas tradit. Vaillantius Antiquarius eruditissimus mecum Nummum communicavit, in cujus antica legitur ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΠΟΛΕΜΩΝΟΣ. Representatur caput Regis Polemonis diademate insigniti. In postica habetur: ΕΤΟΥΣ ΙΗ. id est, anno XVIII. Visitur in ea caput Neronis adhuc juvenis laurea ornati. Annus XVIII. Polemonis Regis hoc anno adhuc in cursu erat. Nam Dio lib. 50. anno Urbis DCCXCI. qui cum anno Christi XXXVII. concurrat: Polemon, inquit, Polemonis filio paternum Imperium, ex Senatusconsulto videlicet, tribuit Caligula. Si itaque Polemon hujus nominis secundus anno Christi XXXVII. Regnum Ponti inivit, currenti anno decimum octavum explebat. Quare is Nummus horum solennium occasione videtur percussus.

(b) 1. Cor. 3.

IV.

catione satis videtur declaratum haberi, dum ad Rom. scribens, hæc de sui animi instituto testatur (a): *Sic prædicavi Evangelium hoc, non ubi nominatus est Christus, ne super alienum fundamentum ædificarem; sed sicut scriptum est: Quibus non est annuntiatum de eo, videbunt: & qui non audierunt, de eo intelligent.* Hæc cum ipse dicat Paulus, plane declarat, neque Petrum, neque alium ante ipsum prædicasse Corinthiis Evangelium; cumque merito scribat: *Ego plantavi; & quod subdit: Et Apollo rigavit; non alium quempiam, sed ipsum post Paulum iidem Corinthiis verbum Dei annuntiasse indicat.* Insuper cum post ipsum de nullo alio aliquo mentionem habeat, sed Deum incrementum dedisse dicat, nec de Petro aliquid addat; plane demonstrat, se tantum & Apollo, nec alium quempiam ante hæc tempora iidem Corinthiis Evangelium prædicasse. Non tamen negamus, venisse post hæc ipsa etiam Petrum, Corinthiorum Ecclesiam fuisse ab utroque Apostolo stabilitam.

(a) Rom. 15. Petrus post Paulum prædicavit Corinthiis.

(b) Apud Euseb. hist. lib. 2. c. 24.

(c) Act. 18. Paulus in prædicatione qua...

(d) 1. Cor. 2.

(e) 2. Cor. 11.

VI. mone, non autem scientia; profitetur. Certe quidem quod ad sermonis ornatum pertinet: quantum ex ejus epistolis Hieronymus (f) visus est sibi posse colligere, hæc habet in eandem sententiam: *Nox, inquit, quotiescumque solæcismos, aut tale quid annotamus, non Apostolum pulsumus, ut malevoli criminantur; sed magis Apostoli assertores sumus, qui Hebræus ex Hebræis absque rhetorici nitore sermonis & verborum compositione & eloquii venustate nunquam ad fidem Christi totum mundum traducere valuisset, nisi evangelizasset eum non in sapientia verbi, sed in virtute Dei: nam & ipse ad Corinthios ait: Ego cum venissem ad vos, fratres, veni non in eminentia verbi, sed in virtute Dei: subdit: Iste igitur, qui solæcismos in verbis facit, qui non potest hyperbaton reddere, sententiamque concludere, audacter sibi vendicat scientiam, & dicit: Quoniam secundum revelationem cognitum factum est mihi mysterium, &c. Idem ad Galatiam (g): Illud quod crebro diximus: Etsi imperitus sermone, non tamen scientia; nequaquam Paulum de buccis militate, sed de conscientia veritate dixisse, etiam nunc approbamus. Profundos enim & reconditos sensus lingua non explicat; & cum ipse sentiat quid loquatur, in alienas aures puro non potest transferre sermone, quem cum in vernacula lingua habeat discretissimum, quippe Hebræus ex Hebræis, & eruditus ad pedes Gamalielis viri in lege doctissimi, se ipsum interpretari cupiens involvitur. Si autem in Græca lingua hoc ei accidit, quam nutritus in Tarso Ciliciæ a parva ætate imbiberat; quid de Latinis dicendum est, qui verbum de verbo exprimere conantes, obscuriores faciunt ejus sententias, & veluti herbas creffentibus, frugum strangulant ubertatem?*

VI.

(f) Hier. in epist. ad Eppos. c. 3. Paulus qualis scribendo.

(g) Hieron. epist. 15. 9. 10.

VII.

Ceterum quanti ipse fecerit, ac ceteris æstimandum esse judicavit Pauli genus dicendi, ad Pammachium (h) scribens, insinuat, dicens: *Paulum Apostolum profeceram; quem quotiescumque lego, videor mihi non verba, sed audire tonitrua. Legite epistolas ejus, & maxime ad Romanos, ad Galatas, ad Ephesios, in quibus totus in certamine positus est; & videbitis eum in testimoniis que sumit de veteri Testamento, quam arifex, quam prudens, quam dissimulatur sit ejus quod agit: videntur quidem verba simplicia, & quasi innocentis hominis & rusticani, & qui nec facere nec declinare noverit insidias; sed quocumque respexeris, fulmina sunt; ac rursum ad eundem alibi (i): Ubi electionis verba Evangelii, rugitus leonis nostri, tonitrus Gentium, flumen eloquentiæ Christianæ: qui mysterium retro generationibus ignoratum, & profundum divitiarum sapientiæ & scientiæ Dei magis miratur, quam loquitur. Hactenus de Pauli eloquentia Hieronymi iudicium.* Sed

(h) Hier. ad Pammach. epist. 50. Pauli in scribendo energia.

(i) Hier. ad Pammach. epist. 62.

CHRISTI 57.

PETRI 13.

NERONIS IMP. I.

VIII.

(a) Irenaeus lib. 3. c. 7. Pauli hyperbata unde.

Sed quod ad hyperbata spectat, quae saepe in ejus epistolis offenduntur: Irenaeus hanc reddit rationem, dicens (a) Hyperbata frequenter utitur Apostolus propter velocitatem sermonum suorum, & propter impetum qui in eo Spiritus est. Ceterum Augustinus haud concedit Paulum imperitum fuisse sermone, sed eloquentissimum praedicat, aliterque quam Hieronimus, ejusdem Pauli explicat verba, dicens: Et si imperitus sermone, non scientia. Id, inquit, quasi concedendo obtrahitoribus, sic locutus, non tamquam id verum agnosceret, confitendo. Si autem dixisset: Imperitus quidem sermone, & non addidisset, Et non scientia: nullo modo aliud posset intelligi. Scientiam plane non cunctatus est profiteri, sine qua esse doctor Gentium non valeret. Certe si quid ejus proferimus ad exemplum eloquentiae, ex illius utique epistolis proferimus, quas etiam ipsi obrectatores ejus, qui sermonem praesentis contemptibilem putari volebant, graves & fortes esse confessi sunt (b). Haec Augustinus (c); qui & superius de ejusdem Pauli eloquentia pluribus differens, haec tandem ait: Sicut ergo Apostolum praecipua eloquentiae secutum fuisse, non dicimus: ita quod ejus sapientiam secuta sit eloquentia, non negamus.

(b) 2. Cor. 10. (c) Aug. de doctr. Christ. lib. 4. c. 7.

IX.

(d) 1. Cor. 3. Studium Pauli erga Corinthios.

At vero ut revertamur ad ea quae dicebantur de Paulo & Apollo: non haec Paulus agebat, scribens ad Corinthios (d) ut qui se profiterentur Apollo vel Cephae esse discipulos, eos ab illis averteret, ac sibi petulanter adscisceret; sed potius id curabat, ut dissensione ac divisione omni rejecta, omnes (ut par erat) in unum Christum Dominum ac Deum Patrem uniret, a quo & nomen acceperant Christianum. Unde & ait: Nemo itaque gloriatur in hominibus. Omnia enim vestra sunt, sive Paulus, sive Apollo, sive Cephas, sive mundus, sive vita, sive mors, sive praesentia, sive futura: omnia vestra sunt, vos autem Christi, Christus autem Dei. Nec insuper quod Apollo aliam iniisset in praedicatione Evangelii rationem, eum contemptibilem reddit, aut fugillat, sed aequae commendat, ac laudat: quem & sicut se ipsum eisdem imitandum proponit, cum ait: Haec autem, fratres, transfiguravi in me & Apollo propter vos: ut in vobis discatis, ne supra quam scriptum est, unus adversus alterum infletur pro alio. Quibus quidem verbis magnam inter ipsos fuisse animorum conjunctionem, nec aemulationem aliquam intercessisse, sed pari consensione, licet diverso modo, Christi fidem praedicasse, declarat. In eo igitur totus fuit Paulus, ne occasione hominum, evacuaretur (quod ait) crux Christi, ab hominibusque potius quam a Christo denominari illi deligerent, quod

fuit semper proprium haereticorum. Unde apud Ambrosium (e) haec leguntur: Movere haereticorum dissentientes ab invicem, hominibus devoti, Pauliani, & Petriani, & Apolloniaci dici volebant, non Christiani: quod valde exprobrat Apostolus: & infra (f): Sicuti haeretici, qui se aut Photinianos, aut Arianos, aut Cataphrygas, aut Novatianos, aut Donatianos, aut Manichaeos vocari non abhorrent, ita & Corinthii. Augustinus de iisdem haec habet (g): Temporibus Apostolorum, qui dicebant: Ego quidem sum Pauli: Ego quidem Apollo: Ego autem sum Cephae: quamvis non per impiorum, sed sanctorum nomina, ipsi tamen impropria schismata faciebant, hoc ipsorum erat proprium & detestabile vitium. Quod sunt aemulati omnes fere haeretici, ut a suo nomine suos sectarios nominarint: Catholici vero; exemplo Apostolorum, hoc maxime omnium sunt adversati, ac potissimum infestati.

At quoniam divisa semel Ecclesia schismate, simul omnia confunduntur, ipsaque morum disciplina negligitur, & cuncta denique in deterius dilabuntur: multa & quidem enormia in Ecclesia Corinthiorum acciderunt; quae Paulus, eadem ad eos scripta epistola, maxime laborat ut tollat, emendet, perperam facta corrigat, collapsa restituat, atque recens, quae illis opus esse videret, instituat: perinde ac Dominus (h) Hieremiae agendum praecerat, ut evelleret, destrueret, disperderet, & dissiparet, ac subinde aedificaret, atque plantaret. Portentosum quoddam facinus, auditu horrendum, a quodam illorum (non quidem ex vulgo, sed, ut existimarunt Chryostomus (i) & Theodoretus (k), ab aliquo eorum qui ceteros sapientia antecellere viderentur, quique factiose Ecclesiam divisissent, seque duces ceteris praestitissent erroris) fuerat perpetratum; quod Paulus (l) cum infestatur, refert his verbis: Omnino auditur inter vos fornicatio, & fornicatio talis, qualis nec inter Gentes: ita ut uxorem patris aliquis habeat. Et vos inflati estis, & non magis luctum habuistis, ut tollatur de medio vestrum qui hoc opus fecit. Divisi enim semel ab invicem, ad suarum laudum accessionem proficere, quod de aliorum aestimatione cresceret, existimantes, aliorum casu magis elati quam cauti, fastuque sublimes quam exemplo humiles reddebantur. Paulus igitur, cum non esset ejusmodi facinus quod dissimulari facile posset, id genus medicamentum ulceri haecenus putrescenti adhibendum praecipit, cum ait: Ego quidem absens corpore, praesens autem spiritu, jam judicavi ut praesens, eum qui sic operatus est, in nomine Domini nostri Jesu Christi, congregatis vobis & meo spiritu cum virtute Domini nostri Jesu Christi, trahere

(e) Apud Ambrosium in pref. epist. ad Corinth. (f) Apud eund. ibid. in c. 1. (g) Aug. de unic. bapt. (h) Hier. xi. De scelere a Corinthio homine perpetrato. (i) Chryost. hom. 15. in 1. ad Corinth. (k) Theodoret. in pref. 1. ad Corinth. (l) 1. Cor. 5.

(g) Aug. de unic. bapt.

X.

(b) Hier. xi.

De scelere a Corinthio homine perpetrato. (i) Chryost. hom. 15. in 1. ad Corinth. (k) Theodoret. in pref. 1. ad Corinth. (l) 1. Cor. 5.

CHRISTI 57.

PETRI 13.

NERONIS IMP. I.

(n) Cor. 4.

deve hujusmodi satanae in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die Domini nostri Jesu Christi. Adversus autem illos, qui inflati essent, sic superius (a) comminatus fuerat: Tamquam non venturus sim ad vos, sic inflati sunt quidam. Veniam autem ad vos cito, si Dominus voluerit: & cognoscam non sermonem eorum qui inflati sunt, sed virtutem (non enim in sermone est regnum Dei, sed virtute). Quid vultis? in virga veniam ad vos, an in cbaritate & spiritu mansuetudinis?

XI. De excommunicatione a Paulo inflicta.

(b) Tertull. de pudicit. c. 13. (c) Ibid. c. 20.

Sed quod ad poenam pertinet in incessuosum hominem Pauli sententia infligendam, ut satanae traderetur: non modo ut ejusmodi a daemone obfusus miserabiliter cruciaretur, esse intelligendum; sed etiam, quod sic traditus satanae, a communicatione Fidelium haberetur abscessus, & (quod communi usu loquendi fertur) excommunicatus. Patres omnes consentiunt: nam tollendum eum de medio eorum dixerat. Id Tertullianus in primis: Illis, inquit (b), traditis satanae, ad est, extrahitur extra civitatem in locum immundum, deditus scilicet satanae in interitum carnis, nec amplius reaedificatur in Ecclesia post ruinam. Sicque apparet illud Apostoli, auferri de medio, nihil aliud fuisse, quam tradere satanae; & tradere satanae, istud ipsum, quod de Ecclesia ejicere. Porro ait multum differre, tradere satanae aliquem, & tradere aliqui angelum satanae, sicut & idem testatur Apostolus. Eodem modo Pauli sententiam explicant Hilarius (d), Hieronymus (e), Ambrosius (f), Augustinus (g), ac reliqui Latinorum, Graeci pariter, ut Origenes (h), Chryostomus, Theodoretus, & alii interpretes in dictum locum Pauli epistolae ad Corinthios. Ceterum non semel tantum, sed saepe ad coercendam contumaciam delinquentium, eadem excommunicandi censura usus est Paulus. Nam Alexandrum & Hymenaeum satanae se tradidisse, ipse testatur ad Timotheum (i) scribens: nec aliud significare voluit, cum ad Galatas scriberet, dicens (k): Si quis annuntiaverit vobis praeter id quod accepistis, anathema sit.

(d) Hilarius in Psal. 118. (e) Hieronym. in Ezech. c. 27. (f) Ambrosius de praenitent. lib. 1. c. 14. (g) Augustinus lib. de fid. & operib. c. 26. (h) Orig. in Jud. hom. 5. (i) 1. Tim. c. 20. (k) Galat. 1. c. 8.

XII.

(l) Joan. 9. Excommunicatio apud Judaeos in usu. (m) Joan. 86.

Quod vero qui ea censura percussus, ab Ecclesia ejiceretur, eaque excommunicatio dici a majoribus consueverit, non quidem a Paulo est primitus institutum: nam Judaeis in observatione erat, ut cum quis immane aliquid perpetrasset scelus, non a templo tantum, sed a synagoga etiam dimoveretur; unde apud Joannem (l) legitur, hanc poenam Judaeos comminatos fuisse iis qui Jesum confiterentur esse Christum; qua & multatus est caecus; qui a Christo fuit illuminatus: eademque ab iisdem fore afficiendos Apostolos, Dominus praedixerat, cum ait (m): Absque synagoga facient vos. Unde & Cyrillus (n): Magnum revera apud Judaeos opprobrium ducebatur, si quem de synagoga ejecissent. Sicut enim nunc homicida, vel adulteri, vel ceteri capitalibus criminibus rei ab Ecclesia pelluntur: ita tunc confesores Christi a synagoga Judaeorum eliminabantur. Apud Essenos quoque terribile excommunicationis genus in usu fuisse, Josephus testatur, cum ait (o): Deprehensos vero in peccatis a sua congregatione depellunt: & qui taliter fuerit condemnatus, miserabili plerumque morte consumitur. Illis quidem sacramentis & ritibus obligatus, neque capere ab aliis oblatum cibum potest; herbas vero pecudum more decerpens, & fame excessus per membra corrumpitur. Ob quod etiam plurimos plerumque miserati, extremum spiritum agentes receperunt, sufficientem pro peccatis eorum, quae usque ad mortem adduxerit, poenam luisse censentes. Haec Josephus. Sane & apud Gentiles, & in primis ipsos Romanos, species quaedam hujus supplicii videbatur esse in usu, cum videlicet aliquis ob perpetratum nefandum aliquid quod facinus Diti devovebatur, sive diris; dictae enim dirae erant furiae infernales: talis vero (ut tradit Dionysius Halicarnasaeus (p)) poterat a quolibet impune occidi. Apud Gallos si qui eorum sacerdotibus, qui Druidae dicebantur, non parvissem (penes illos enim erant judicia tam rerum capitalium, quam etiam litium & controversiarum privatarum & publicarum) & eorum decretis non stetit, sacrificiis iisdem interdicebatur. Erat haec poena apud illos gravissima: nam quibus sic interdictum erat, ii numero sceleratorum habebantur, ab iisdemque omnes decedebant, aditum sermonumque fugiebant, rati nimirum quacumque levi cum eis communicatione eorum contagione affici: insuper nec iis jus petentibus reddebatur, nec etiam honos ullus exhibebatur; haec omnia Caesar (q). Sed ad nostra redeamus.

(n) Cyrillus in Joan. lib. 6. c. 120.

(o) Josephus de bello Jud. lib. 2. c. 7.

XIII. Excommunicatio apud Gentiles.

(p) Dionysius lib. 2.

(q) Caesar comment. de bello Gall. lib. 6.

XIV. Excommunicatio quibus modis a majoribus dicta.

(r) Hieron. in Oseam c. 6.

(s) Tertullus in Apolog. c. 39.

tur.

yr. Modo anathema nominat, ut cum dicit (a): *Ibidem Scorpio pro solea anathema inlidito; & relinquit in suo sopore morientem.* Modo vero aliis verbis circumscribit, ut cum ait, lanistam (b) arcendum ab Ecclesia, vel stupri (c) reos arcendos ab omni communione fraternitatis: item relegare (d) in perpetuum fidium, communicatione (e) interdiceret, prohibere ne in Ecclesiam recipiatur, communicatione (f) depellere, itemque submovere (g) a limine & omni tecto Ecclesie, dare extra Ecclesiam, sacramento benedictionis exauctorare. Sic & ab excommunicatione absolutionem appellat (h) largiri postliminium Ecclesiasticæ pacis, ad Ecclesiam revocare, & Ecclesiæ concorporare: quæ omnia loca Pamelius, de sacris litteris optime meritis, diligenter observat. Cyprianus (quod idem sæpe (i) notat) eandem censuram modo abstentionem nominat, modo aliis periphraibus circumscribit: ut, arcere a communione, non communicare, vel a communicatione cohibere, excludere vel ejicere ab Ecclesia, abstinere a communicatione, depellere, condemnare, & aliis similibus: ut ad Pomponium scribens excommunicationem gladium spirituale appellat, cum ait (k): *Spirituali gladio superbi & contumaces necantur, dum Ecclesia ejiciuntur.*

Quod vero præ ceteris aliis nominibus eadem Ecclesiastica censura frequentiori usui excommunicatio dici soleat, ex eo accidisse videtur, quod qui ea percellerent sententia, a communicatione Christi corporis potissimum arcerentur. Unde Cyprianus (l): *Eucharistiam quotidie ad cibum salutis accipimus: intercedente aliquo graviore delicto, dum absenti & non communicantes a caelesti pane prohibemur, a Christi corpore separamur: & paulo post: Ut manifestum est eos vivere qui corpus ejus attingunt, & Eucharistiam jure communicationis accipiunt; ita contra timendum est, & orandum, ne dum quis abstentur separatur a Christi corpore, procul remaneat a salute, comminante ipso, & dicente: Nisi ederitis carnem Filii hominis, &c. Sed & ea de causa, quod iidem etiam a Fidelium arcerentur communicationis consortio, proprie eadem censura excommunicatio est appellata; quo nomine frequenter utitur Augustinus, ut cum ait (m): *Nisi essent gravia delicta, ut etiam excommunicatione plectenda sint; non diceret Apostolus (n): Congregatis vobis & meo spiritu tradere hujusmodi hominem satana in interitum carnis, &c.**

XVI. Cur autem satana traditur qui ab Ecclesia ejicitur, hæc Hilarius (o): *Omnis enim in quo peccati voluntas est, Deo vacuus est; & ubi Deus non est, illic diaboli locus est; qui insidians atque obs-*

(a) Tertull. in Scorp. c. 7.
(b) Tertull. de idol. c. 11.
(c) Tertull. ad uxor. lib. 2. c. 3.
(d) Tertull. adver. haer. c. 31.
(e) Tertull. adver. Marc. lib. 4. cap. 24.
(f) Tertull. de monog. c. 15.
(g) Tertull. de pudicit. c. 4. & 14.
(h) Ibid. c. 15.
(i) Cyprian. epist. 38. not. 10.
(k) Cyprian. epist. 52.
(l) Cyprian. an. de orat. Dom. Communitio & excommunicatio.
(m) Aug. de fid. & operib. c. 26.
(n) 1. Cor. 5.

(o) Hilar. in Psal. 118.

dens, ubi adeundi opportunitatem habuerit, tamquam vacuam domum occupat, quæ ei, Deo jam discedente, sit tradita: & inferius: *Qui enim ab Ecclesie corpore respuntur, quæ Christi est corpus, tamquam peregrini & alieni a Dei corpore, dominantu diaboli traduntur.* Hæc Hilarius. Et Hieronymus (p) in eadem sententiam: *In veteri lege quicumque sacerdotibus non obtemperasset, aut extra castra positus lapidabatur a populo, aut gladio cervice subiecta, contemptum exprimebat cruce: nunc vero inobediens spirituali mucrone trincatur, aut ejectione de Ecclesia rabido demonum ore dispergitur.* Idem alibi (q) eandem censuram virgam ferream appellans, ait: *Miror sanctum Episcopum, in cujus parochia esse presbyter dicitur, acquiescere furori ejus, & non virga Apostolica, virgaque ferrea infringere vas inutile, & tradere in interitum carnis; ut spiritus salvus fiat.*

Gregorius Nyffenus in ea oratione quam habuit adversus eos qui ægre ferunt reprehensiones: *Si, inquit, segregatione a nobis clausa sunt portæ Ecclesie, blasphemis & maledictis insectamur: & post alia multa de contumacia & damno talia patientium, hæc addit: Si haberes oculos apud animam essentiam, ostendissem tibi segregatione figuram & habitum condemnati, cujus collum premitur gravissimis vinculis, & nullum habet membrum liberum aut solutum. Et utinam intra huius vita terminos circumscriberetur supplicium. Nunc autem si quid humanius contigerit, & mors repente tamquam fur nocte advenit; scias tibi, quæ illic sunt, esse clausa. Sunt diligentes & non ludentes ianitores regni. Vident animam ferentem signa segregationis, non secus atque quempiam, qui sordida & impepexa coma arguit carcerem: eamque ejiciunt a via quæ tendit ad ea quæ sunt bona & pulchra; nec concedunt ut videat ordines iustorum & angelicam letitiam. Misera autem tunc sæpe conquerens de suo malo consilio, flensque, lugens, & ejulans, perpetuo erit in tetro & masto loco abjecta, tamquam in angulo, & nunquam desinet, & nullam admittet consolationem, luctum extendens in æternum: & paulo post: Ne Episcopalis arrogantia existimes esse segregationem: lex est patria, vetus est regula Ecclesie, quæ cepit a lege, & suis confirmata in gratia. Considera sanctum Paulum in reos emittentem sententias segregationis, & juvenem Corinthium eo curantem medicamento, qui satanicè nocere insano erat captus amore; hæc ipse.*

XVIII. Enim vero quam proficua & utilis hæc posita sit censura in Ecclesia, (r) Origenes, qui claruit (ut alias diximus) temporibus Severi usque ad Gallum & Volusianum, hæc ait: *Peccavit quispiam, & post peccatum postulat communionem: si ei con-*

Traditur Satanæ excommunicatus.

(p) Hier. epist. 11.

(q) Hier. epist. 53.

XVII. Mala quæ pati cogatur excommunicatus.

ceditur quod rogat, in commodum omnium venia procedit, & laxatis frenis, sceleribus panditur via: *Sin vero cum rationabili deliberatione, non ut misericors, nec rursus ut crudelis iudex, sed & quasi uni providens, & de omnium salute pertractans, consideraverit populi damnum in unius venia; haud dubium est quin faciat ejici unum de Ecclesia, ut multos salvet incolumes.* Age nunc considera mihi & medicum, si cesserit a sectione ejus vulneris quod secandum est, si non userit id quod indiget cauterio, videlicet propter dolores; qui ex talibus remediis consequuntur; quomodo crescat infirmitas, & in deterius vetus humor exuberet. Si vero (ut ita dicam) temerarius ad vulnus sector accesserit, & inusserit plagam, curat eum qui secatur & uritur: quia paululum severitatis absumpsit, licet visus fuerit egrotanti ad horam non misereri. Ita & Deus, &c. plura enim in eadem sententiam, sicut & alii complures Ecclesiastici tractatores.

XIX. Hi etiam gravissimum omnium ejusmodi censura pondus considerantes, non nisi ex gravissima causa eam esse adhibendam tradiderunt, ut inter alios Gregorius Nazianenus (a) atque Chrysostomus (b); qui non sic quidem abstinentium dixerunt ab eadem in meritis infligenda poena, sed omnia primum experientia esse remedia, quam membrum sectione a ceteris divellatur. Nam & ipse Gregorius (c) invehitur in eos qui omnibus indistincte Ecclesie aperiunt portas, & passim projiciunt absque delectu margaritas ante porcos. Et Chrysostomus (d) hæc de se ipso: *Nos quidem ad solvendum dumtaxat uti potestate vellemus, quin immo nec huius necessitatem vellemus habere; nullum enim volumus apud nos esse captivum: non ita miseri sumus & arimonsi, licet valde sumus viles. Si vero coacti fuerimus, ignoscite. Non enim sponte, vel volentes, sed plus vobis dolentes ligatis in vicinis vincula. Si quis autem hæc contemnat; judicii tempus advenit, quod eum doceat: reliquum autem nolo dicere, ne mentem vestram consternem. Nam nos quidem primum ne trahamur in necessitatem optamus: quod si venerimus, nostrum implemus officium, vincula injicimus, &c. hæc Chrysostomus: quæ autem subduriuscula ab eo dicta videntur ea homilia, cujus est titulus, De non infligendo anathemate; quoniam ex rei gestæ occasione verborum sensus accipiendus est, consule quæ dicta sunt a nobis suo loco quarto Annalium tomo. Id etiam Ambrosius (e), dum ait: *Cum dolore amputatur etiam quæ putruit pars corporis, & diu tractatur si potest sanari medicamentis: si non potest, tunc a medico bono abscinditur. Sic Episcopi affectus boni est, ut optet sanare infirmos, serpentina aufer-**

(e) Ambros. offic. lib. 2. c. 27.

re, ulcera adurere aliqua, non abscindere, postremo quod sanari non potest, cum dolore abscindere. Unde pulcherrimum illud præceptum magis eminet, ut cogitemus non quæ nostra sunt, sed quæ aliorum. Hæc Ambrosius, ex quo, sicut etiam ex ceteris Patribus, in eadem sententiam multa alia dicta afferri huc a nobis possent, quæ ut superflua omittimus.

Sed quid tunc fiet, si Episcopi non ut decet pastores se gerunt, sed (quod reprehendit Apostolus f) percussores se exhibent? De his hæc Origenes (g): *In Leviticum qui præsumunt, Ecclesia pelluntur, & foras mittuntur. Sed si aperte ante non exierit, hoc est, si non egit ut mereatur exire, nihil cadit ab eo, quod non recto iudicio ab hominibus videtur expulsus: & ita fit interdum, ut ille qui foras mittitur, intus sit; & ille foris, qui intus retineri videtur. Hæc ipse. Queritur de his Hieronymus (h) sic dicens: *Superbia majorum, & præpositorum iniquitate frequenter pelluntur ab Ecclesia, ut dispergantur a Domino, quos ipse salvavit. Verum, quid alibi (i)? Non debemus ergo, inquit, si forsitan ob aliquod peccatum de congregatione fratrum & de domo Dei ejicimur, reluctari; sed æquo animo latam in nos ferre sententiam, & dicere cum Propheta: Iram Domini sustinebo, quoniam peccavi ei: donec justificet causam meam: ac rursus, ut suæ salutis, qui excommunicatus est, sollicitus esse debeat, quo ad Ecclesiam revocetur, admonens, ait (k): *Desperare non debet, nec se otio & desidia tradere; sed bonis operibus nitens, mille viis ad Ecclesiam reverti, satagere debet. Et Gregorius (l): Hæc de solutionis ordine breviter dixerim, ut sub magno moderamine pastores Ecclesie vel solvere restudeant, vel ligare. Sed utrum iuste, an iniuste obliget pastor; pastoris tamen sententia gregi timenda est; ne is qui subest, & cum iniuste forsitan ligatur, ipsam obligationis suæ sententiam ex alia culpa mereatur. Pastor ergo vel absolvere indifere te timeat, vel ligare. Is autem, qui sub manu pastoris est, ligari timeat vel iniuste, nec pastoris sui iudicium temere reprehendat; ne etsi iniuste ligatus est, ex ipsa tumida reprehensionis superbia, culpa quæ non erat, fiat. Hucusque Gregorius, atque de his satis.***

At vero non ignorandum est, Ecclesiam non nisi in publice peccantem, vel quem admonitionibus præcedentibus insensit contumacem, consuevisse ejusmodi poenam infligere, secundum quod Paulus admonuit, dicens (m): *Is promptu habentes ulcisci omnem inobedientiam.* Unde & S. Gregorius ad Natalem Episcopum Salonitanum: *De excommunicationis articulo, quæ tamen interposita conditione gradus*



(g) Origenes in Levitic. hom. 14.
(h) Hieronymus in episcopos percussores.
(i) Hieronymus in Ezech. c. 34.
(j) Hieronymus in Ezech. c. 17.
(k) Hieronymus in Hier. c. 19.
(l) Gregorius in Evangelio.
(m) 2. Cor. 3.

Excommunicatio in quos infligi solet. *secundo vel tertio jam (ut ita dicam) ex necessitate subijuncta est, beatitudo vestra immerito queritur, cum Paulus Apostolus dicat: In promptu habentes ulcisci omnem inobedientiam. Cum igitur quedam pertinacia hominem implicaverit, quacumque ex causa illa præcesserit, sive ex fide, quæ omnium maxima iudicatur, sive ex bonis temporalibus, quæ censetur omnium minima, ejusdem severitate censuræ potest jure percelli. Unde S. Augustinus de his qui possident aliena bona, hæc ait (a), scribens ad Macedonium: Nolentes autem reddere, quos novimus & male abstulisse, & unde reddant habent, arguimus; increpamus, & detestamur, quosdam clam, quosdam palam, sicut diversitas personarum diversam videtur posse recipere medicinam, nec in aliorum perniciem ad majorem insaniam concitari: aliquando etiam, si res magis curanda non impedit, sancti altaris communione privamus. Hæc Augustinus. Quibus autem verbis excommunicationis sententia antiquitus proferri solet, ex scripto paulo inferius recitabimus, cum agemus de judiciaria potestate Episcopis concessa. Per multa his addenda essent: sed quæ diximus, ad Ecclesiasticas traditiones (prout nostri muneris est) insinuandas, ac confirmandas, satis roboris habere videntur.*

Id tamen his addere non omittimus, fuisse (ut nunc est) apud majores Ecclesiasticam illam censuram in observatione, quæ dicitur degradatio, seu exauctoratio, vel depositio, cum Ecclesiæ minister ob aliquod facinus perpetratum, ex officio & ordine dejicitur, in quem fuerat sublimatus. Est ejus rei exemplum apud Tertullianum (b) de presbytero Asiatico, qui ob eam causam, quod scilicet quasdam Periodos Pauli & Theclæ confixerat, sacerdotio privatus, loco decidit. S. Cyprianus (c) etiam scribens ad Rogatianum de diacono superbo ac contumaci, hoc ipsum monens, sic ait: *Fungeris circa eum potestate honoris tui, ut eum vel deponas vel abstineas.* Denique ipsa degradationis voce etiam utitur Augustinus (d). Erat & in usu ea censura, quæ suspensio dicebatur, cum clericus ne in ordine sibi collato ministraret, ab Episcopo vetaretur. Usus est ea Cyprianus (e) in suos presbyteros, qui lapsos, nondum peracta poenitentia, suscepissent, meminit & ejusdem Augustinus (f) ex Concilio Africano: quam & ipse exercuit (g) in presbyterum castitatis & temperantiæ transgressorem. Animadversio etiam illa usu frequens erat, ut delinquentis clerici nomen deleteretur ab Ecclesiæ tabulis; vel saltem, cum vehementi alicujus facinoris suspicione laboraret, nomen ejus supprimeretur, nec sicut cæterorum publice recitaretur. Utriusque censuræ meminit idem Augustinus

XXII. Degradatio suspensio.

(b) Tertul. de Bapt. 37.

(c) Cyprian. epist. 65.

(d) Aug. ep. 235. ad Quintian.

(e) Cyprian. ep. 10.

(f) August. epist. 137.

(g) August. epist. 236.

(b), & ante ipsum Cyprianus (i). Sunt & aliæ poenæ Ecclesiasticæ, quæ tum in Canonibus qui dicuntur Apostolorum, tum etiam in Conciliorum decretis habentur expressæ. Sed de his satis: jam ad eam de qua susceptus est sermo, Pauli epistolam redeamus.

Cum itaque incestuosum hominem excommunicationis poena percussisset, ac admonuisset cæteros ab eodem seungi, nec se illi committere; & ut eadem magis inculcarent, iterum repetiisset, sic dicens: *Scripti vobis in epistola, ne commisceamini fornicariis: & paulo post: Nunc autem scripsi vobis, non commisceri; si is qui frater nominatur, est fornicator.* Subiit in aliquorum mentem, fuisse ab Apostolo aliam adhuc ante hanc ad eosdem Corinthios datam epistolam. Sed verior probatur Joannis Chrysostomi (k) & aliorum sententia, ut ea Pauli verba ad ea potius quæ proxime dixerat, referantur, quam ad aliam aliquam, cujus nulla est memoria, scriptam epistolam inducantur.

Dum vero Paulus Apostolus eadem epistola non tantum quæ dicta sunt, sed & cætera quæ in Corinthiorum Ecclesia essent collapsa, restituit; miro quodam Dei consilio ac providentia, quid in unaquaque Ecclesia in posterum esset agendum, edocuit. Maximi quidem ponderis erat in Ecclesia judicii tribunal erigere; quo tamen potius carere posse optasset. Nam si omnes Christi fideles ex æquo, qua semel imbuti essent, Evangelicam pietatem excoluissent, nullum prorsus ad lites dirimendas opus fuisset judicium constituere. sed quod essent nonnulli rerum temporalium cupidi, non tantum sua avido possidentes, verum etiam in aliena procaciter inhiantes; opus fuit Apostolum his consulere; & quæ ad optimum Christianæ reipublicæ statum pertinent, ordinare. Ad eos igitur scribens, ac in primis redarguens ait (l): *Audet aliquis vestrum habens negotium adversus alterum judicari apud iniquos, & non apud sanctos? An nescitis quoniam sancti de mundo judicabunt? Et si in vobis judicabitur mundus; indigni estis qui de minimis judicetis? Nescitis quoniam Angelos judicabimus? quanto magis secularia? secularia igitur judicia si habueritis; contemptibiles qui sunt in Ecclesia, illos constituite ad judicandum. Ad verecundiam vestram dico. Sic non est inter vos sapiens quisquam, qui possit judicare inter fratrem suum? sed frater cum fratre judicio contendit, & hoc apud infideles? Jam quidem omnino delictum est in vobis, quod judicia habeatis inter vos. Quare non magis injuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini? Hæc Paulus.*

XXIII.

XXIV. De Judiciis Ecclesiasticis.

(l) 1. Cor. 6.

Quod

XXV. Quod vero ad antiquum ejus rei usum in Ecclesia servari solitum pertinet, hæc leguntur apud Clementem (a): *Præclara Christiani laus est, cum nullo habere negotium. Quod si ex aliqua vexatione & tentatione lis alicui oriatur, curet ut ea transigatur, etiam si detrimentum pati debeat: nec ad Ethnicum judicium accedat, sed nec patiatur mundanos magistratus de nobis jus dicere: nam per illos diabolus servos Dei vexat, & nobis notam inurit, quasi non habeamus nos unum sapientem, qui possit inter fratres jus administrare, & controversias componere. Non cognoscant ergo Gentes controversias: & post multa: Judicia vestra sunt in secunda sabbati, ut si qua controversia ex sententia vestra oriatur, usque ad sabbatum libera sit vobis facultas, qua possitis controversiam illam componere, & pacem conciliare inter eos qui litigant. Adsent autem judicio diaconi & presbyteri, integre judicaturi, veluti Dei homines, cum justitia. Cum utraque persona venerit, prout lex jubet, ambo qui litigant, stantur in medio tribunali: usque auditis, sancte judicium pronuntiate, studentes autem sententiam Episcopi eos conciliare, ne exeat supra terram judicium in peccatorem.* Habet hæc Clemens & alia (b) plura de judicio Ecclesiastico exercendo ex Constitutionibus Apostolorum, quas Epiphanius (c) aliquando citat; ut non sit dubium, illum commentarium antiquissimum esse.

Ex his dictis igitur liquet, mentem fuisse Pauli, non quemlibet ex Christianis infimi ordinis judicio præficere, sed sapientem. Unde etiam Theodoretus hæc ait (d): *Qui est, inquit Paulus, omnium abjectissimus & Ecclesiæ minimus, est præstantior iis, qui apud illos intelligentes & doctissimi existimantur. Neque enim jubet eos judicare, qui sunt in Ecclesia ab præficiendis: & hoc significant ea quæ sedus Judicantur: Ad verecundiam vestram dico. Sic non est inter vos sapiens, qui possit judicare inter fratrem suum? At non quemlibet ex sapientibus, sed & sacerdotem judicio præficiendum esse ex sententia Pauli, secundum ea etiam quæ recitavimus ex Clemente, Joannes Chrysostomus (e) affirmat, dum ait: *Cum hyperbole & exuperatione nos volens docere, quod quicquid sit, non oporteat externis dare, mota que videbatur esse objectione, ante eam solvit.* Nam quod dicit, est hujusmodi: *Fortasse dicit quispiam, nullum esse inter vos sapientem, neque qui ad discernendum & judicandum sit idoneus. Et quid tum? Nam est nullus, inquit, si sapiens, vos minimis permittite; & post pauca: Est enim admodum turpe, sine fratribus quidem sacerdos possit esse auctor reconciliationis, sed necesse sit recurrere ad externos. Quamobrem dicens: Contemptibiles qui sunt: Ann. Eccl. Tom. I.**

XXVI.

(d) Theod. in 1. ad Corinth. 6. & doctissimi existimantur. Neque enim jubet eos judicare, qui sunt in Ecclesia ab præficiendis: & hoc significant ea quæ sedus Judicantur: Ad verecundiam vestram dico. Sic non est inter vos sapiens, qui possit judicare inter fratrem suum? At non quemlibet ex sapientibus, sed & sacerdotem judicio præficiendum esse ex sententia Pauli, secundum ea etiam quæ recitavimus ex Clemente, Joannes Chrysostomus (e) affirmat, dum ait: Cum hyperbole & exuperatione nos volens docere, quod quicquid sit, non oporteat externis dare, mota que videbatur esse objectione, ante eam solvit.

(e) Chrysost. in 1. ad Corinth. 6. & doctissimi existimantur. Neque enim jubet eos judicare, qui sunt in Ecclesia ab præficiendis: & hoc significant ea quæ sedus Judicantur: Ad verecundiam vestram dico. Sic non est inter vos sapiens, qui possit judicare inter fratrem suum? At non quemlibet ex sapientibus, sed & sacerdotem judicio præficiendum esse ex sententia Pauli, secundum ea etiam quæ recitavimus ex Clemente, Joannes Chrysostomus (e) affirmat, dum ait: Cum hyperbole & exuperatione nos volens docere, quod quicquid sit, non oporteat externis dare, mota que videbatur esse objectione, ante eam solvit.

non hoc dicit præcipue, quod oporteat eos qui sunt abjecti, constituere; sed eos sapientis: nam quod eos iis qui possunt discernere ac judicare, permittere oporteat, significavit, dicens: Sic nec est inter vos sapiens quisquam.

Augustinus etiam in libro quem scripsit de Opere monachorum, Episcopis ejusmodi injunctum esse judicium testatur, cum ait (f): *Testem invoco super animam meam, quoniam mallem per singulos dies certis horis, quantum in bene moderatis monasteriis constitutum est, aliquid manibus operari, & certas horas habere ad legendum & orandum, quam tumultuosissimas perplexitates causarum alienarum pati de negotiis secularibus vel judicando dirimendis, vel interveniendo præcidendis. Quibus nos molestis idem affixit Apostolus, non utique suo, sed ejus qui in eo loquebatur, arbitrio: quas tamen ipsum perpessus fuisse, non legimus: aliter enim se habebat Apostolatus ejus discursus. Nec dixit: Secularia igitur judicia si habueritis, ad nos deferte, aut nos constituite ad judicandum; sed eos qui contemptibiles sunt in Ecclesia, hos, inquit, colloca-te. Ad reverentiam vobis dico. Sic non est inter vos quisquam sapiens, qui possit inter fratrem suum judicare; sed frater cum fratre judicatur, & hoc apud infideles. Sapientes ergo, qui in locis consistebant, fideles & sanctos, non qui has atque illac propter Evangelium discurrebant, talium negotiorum examinatores esse voluit. Unde nunquam de illo scriptum est, quod aliquando talibus vacaverit, a quibus nos excusare non possumus, etiam si contemptibiles nos simus: quia & hos collocari voluit, si sapientes defuissent, potius quam negotia Christianorum deferrentur ad forum. Quem tamen laborem non sine consolatione Domini suscipimus pro spe vite æternæ, ut fructum feramus cum tolerantia. Hæc Augustinus.*

Sed quod nulla a Paulo de Episcopo mentio habeatur, cum (ut vidimus) ex ipsius mente in Ecclesia Episcopi ejusmodi officium exercerent; ea apud Ambrosium atque omnino vera assertur ratio (g): *Ideo fratrem judicem eligendum esse dicit, quia adhuc rector in Ecclesia illorum non erat ordinatus. Ceterum ejusmodi judicariam potestatem in Ecclesia Dei collatam Episcopis, non tantum ex dicta (ut vidimus) institutione Apostolica provenisse, sed ab ipso Domino Jesu Christo duxisse principium, & accepisse auctoritatem, certum est. Christi enim sacerdotium (h) fore secundum ordinem Melchisedech, qui simul Rex fuit atque sacerdos, David olim præcinuerat, & Paulus (i) est dilucidius interpretatus: ut sicut ille dictus est Rex justitiæ, itemque Rex pacis, & ab Abraham decimas accepit, H h h 2 cui 7.*

XXVII. Episcopi iudices in Ecclesia. (f) August. de opere monach. c. 29.

XXVIII.

(g) Apud Ambros. in 1. ad Cor. 6.

(h) Esai. 109. Regnum cum sacerdotio. (i) Heb. 5.

qui & benedixit; ita Christus, cujus est nomen a regno, tam hic in Ecclesia, omnia sibi subiciens, quam in celo esset perpetuo regnaturus. Sane quidem David (a) pollicitus est olim Deus, ex ejus semine Regem perpetuo regnaturum. Sed & longe antea hoc ipsum praeviderat Jacob (b); non defuturum scilicet sceptrum de Juda, & ducem de femore ejus, donec veniret cui repositum esset, nempe Christus, ut omnes interpretantur. Sed quale regnum? num tantummodo Judaeorum? quin & omnium Gentium, ut scriptum est (c): *Dabo tibi Gentes hereditatem tuam*. An fortasse nomine tenus? immo ut regat eas in virga ferrea; ut cum opus fuerit, tamquam vas figuli confringat eas. Aut vero illi tantummodo? sed & posteris: quod ipse liberaliter profitetur, sic dicens (d): *Qui vicerit, & custodierit, usque ad finem opera mea, dabo illi potestatem super Gentes; & reget eas in virga ferrea, & tamquam vas figuli confringentur, sicut & ego accepi a Patre meo*. Hæc Angelo, nempe Episcopo Ecclesiæ Thyatiræ, nec illi soli, sed & omnibus, qui de impietate victoriam obtinentes, intelligentes se esse Episcopos, promissionem factam Episcopo consequentur; eamque acciperent virgam, de qua alibi dictum est (e): *Virga directionis, virga regni tui*. Duplex quippe est ejus virgæ usus, alter nimirum ad ulciscendum (ut ait Apostolus f) omnem inobedientiam; quam idem minatur in hac ipsa epistola, dicens (g): *Quid vultis? in virga veniam ad vos? alter vero ad docendum, ut cum subdit: An in charitate & spiritu mansuetudinis?*

XXIX. De his S. Augustinus (h) hæc in eadem sententiam: *In Christo habet Ecclesia hanc potestatem: sicut dixit Apostolus ad Romanos (i) cum illo nobis omnia donata fuisse: Sic virgam ferream dixit Joannes propter justitiam & propter rigorem: cum virga corrigantur boni, mali vero confringantur. Sicque eadem lupos arceat, & oves dirigat: ut merito dici possit: Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Cum videlicet omnia ad ædificationem Ecclesiæ conferant. Cum igitur Christus Rex atque sacerdos (k) omnem judicium a Patre acceperit, plenissimam nimirum judicariam potestatem; eandem simul cum sacerdotio jungens, instituit (secundum quod Petrus ait l) regale in Ecclesia sacerdotium: quippe qui omnem, quam a Patre potestatem accepit, transfudit in suos: quod ipse sic testatur est, dicens (m): *Sicut misit me Pater, & ego mitto vos*. Atque addens: *Accipite Spiritum sanctum: quorum remisistis peccata remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt*. Dans eis quæ Dei solius esse videntur (nam nemo po-*

(a) Psal. 88.

(b) Gen. 49.

(c) Psal. 12.

(d) Apoc. 2.

(e) Psal. 44.

(f) 2. Cor. 10.

(g) 1. Cor. 4.

XXIX.

(h) Aug. de 2. in Apocal.

(i) 1. Rom. 8.

(k) Joan. 5.

Christus transfudit in suos Regiam Potestatem.

(l) 1. Petr. 2.

(m) Joan. 20.

test peccata dimittere, nisi solus Deus) quæ hominum sunt, nimirum homines judicare, quomodo putandus eisdem non concessisse? At nec quod dixit: *Regnum meum non est de hoc mundo*; Regem se esse negavit. Nam & alias interrogatus (n): *Non negavit. Nam & alias interrogatus (n): Non negavit, sed dixit: Tu dicis, quia Rex sum*. Nec redarguit Nathanaelem eruditissimum virum sibi dicentem (o): *Tu es filius Dei: tu es Rex Israel*. Nec objurgavit, immo & defendit turbam clamantem, & dicentem (p): *Honora, benedictus qui venit in nomine Domini, Rex Israel*.

Hanc igitur regiam dignitatem una cum sacerdotio ad posterum in Ecclesiam Dominum transmisisse, Epiphanius (q) erudite his verbis testatur: *Rex alienigena. Herodes advenit, & non amplius successorum David diadema imponebant, translatam ipsa regia sede in Christo ad Ecclesiam. Et a domo quidem carnali Juda & Israel, regia dignitas translata est: firmior autem sedet thronus in sancta Dei Ecclesia in æternum, ex duplici origine dignitatem habens, regia, ac sacerdotali. Et regiam quidem a Domino nostro Jesu Christo, juxta duos modos; & quia est ex semine David Regis secundum carnem; & quia est Rex maior a seculo secundum deitatem. Sacerdotalem vero, quia ipse est Pontifex, & Pontificum prefectus. Et paulo inferius: Sacerdos itaque est (velut dixi) Dominus noster in æternum secundum ordinem Melchisedech, simulque Rex juxta ordinem ex supernis, ut transferat sacerdotium simul cum lege. Ex semine vero David propter Mariam, sedens in throno in æternum, & regni ejus non erit finis. Oportebat enim ipsum nunc transferre ordinem tum sacerdotii, tum regni. Nam regnum ipsum non est de terra, veluti dixit in Evangelio ad Pontium Pilatum: *Regnum meum non est de hoc mundo*. Nam cum Christus omnia impleat per anigmata, argumenta de ipso proposita ad aliquam usque mensuram pervenerunt. Non enim venit ut regni progressum acciperet, qui semper regnat: largitus est autem sub se constituit regnum, ut ne diceretur a parvis ad majora procedere. Manet enim thronus ipse, & regni ejus non erit finis, & sedet super thronum David: ita ut regnum David una cum Pontificatu transfuserit, ac largitus sit servis suis, hoc est Pontificibus Catholica Ecclesiæ. Hæc Epiphanius. Sic itaque sacerdotium atque regnum a Christo translatum est in Apostolos, in Apostolos primum, ac deinde in eorum successores, (r) Psal. ut olim prædixerat David (r) sic canens: 44. *Pro patribus tuis nati sunt tibi filii: constitues eos principes super omnem terram*. Per filios tum Apostolos tum Episcopos intelligendos esse, tam Latini (s) quam Græci interpretes exposuerunt. Quod si regnum*

XXX.

(q) Epiphanius, hær. 29.

(r) Psal. 132.

(s) Joan. 1.

(p) Joan. 12.

(o) Joan. 1.

(n) Joan. 1.

(m) Joan. 10.

(l) Joan. 10.

(k) Joan. 10.

(j) Joan. 10.

(i) Joan. 10.

(h) Joan. 10.

(g) Joan. 10.

(f) Joan. 10.

(e) Joan. 10.

(d) Joan. 10.

(c) Joan. 10.

(b) Joan. 10.

(a) Joan. 10.

gnum Christi ad hos translatum est, utique & cum eo judicandi potestas, quandoquidem (ut scriptum est a) Honor Regis judicium diligit. Quod facilius probatur ex eo quod de regno Christi dixit Psalmista (b) : *Illic sederunt sedes in judicio, sedes super domum David*.

Verum non sic quidem regale est sacerdotium institutum a Christo, ac judicaria potestas sacerdotibus collata, ut politicum regnum voluerit esse sublatum. Nam & idem ipse Christus, quæ sunt Cæsaris Cæsari (c), & Paulus (d) Principibus vestigal & tributum esse reddendum admonuit; Titumque (e) docuit, ut suadeat Christianis subditos esse Principibus & potestatibus; quod & Petrus (f) præcepit, cum dicit: *Subditi estote omni humane creature propter Deum: sive Regi, quasi præcellenti, sive ducibus, tanquam ab eo missis. Et paulo post: Deum time, Regem honorificate*. Item & Ignatius (g), qui vixit temporibus Apostolorum, ad Smyrnenfes scribens, post Deum & Episcopum, tertio loco Regem esse habendum declarat, sic dicens: *Honora Deum, ut omnium auctorem & Dominum: Episcopum, ut Principem sacerdotum, imaginem Dei ferentem: Dei quidem propter principatum, Christi vero propter sacerdotium. Honorare oportet & Regem: nec enim Rege quisquam præstantior, aut quisquam similis ei in rebus omnibus creatis. Nec Episcopo quicquam majus in Ecclesia, qui Deo consecratus est pro totius mundi salute. Nec inter Principes quisquam similis Regi, qui in pace & optimis legibus subditos moderatur. At vero longe præstare Christi sacerdotes. Regibus atque Principibus, argumento quo utitur, plane significat, dicens. Si enim jure censetur poena dignus, qui adversus Regem insurgit, ut qui violet bonas legum constitutiones: quanto putatis graviori subjacebit supplicio, qui sine Episcopo quid velit agere, concordiam rumpens, & decentem ordinem confundens? Sacerdotium enim est omnium honorum, quæ sunt in hominibus, apex. Ac demum quo gradu in Ecclesia habendi sint singuli personarum ordines, mox subdit, dicens: *Omnia igitur vestra decenti ordine perficiantur in Christo. Laici diaconis subjiciantur, diaconi presbyteris: presbyteri, Episcopo, Episcopus Christo, ut ipse Patri. Hucusque Ignatius. Cum igitur Rex, quamtumlibet Christianus, non nisi inter Laicos adnumerandus sit, sacris ministris minorem generem ordinem, certum est. Novit hoc ipsum Chrysoströmus (h), qui Diaconos altaris ministros allocutus, hæc ait: *Si dux igitur quisquam, si Consul ipse, si qui diademate ornatur, indigne adeat: quibidem ac coerce: majorem tu illo habes potestatem*. Docuit hoc idem & Martinus exem-**

(a) Psal. 94.

(b) Psal. 132.

XXXI.

Christus conservatum voluit politicum statum.

(c) Mat. 22.

(d) Rom. 13.

(e) Tit. 2.

(f) 1. Petr. 2.

(g) Ignat. epist. 10.

(h) Chrysoström. in Mat. ho. 33.

pla, sed in presbytero, facturus hoc ipsum si adfuisset Diaconus sine presbytero: Nam a Maximo Imperatore mensa exceptus, ad medium fere convivii (inquit Severus i) ut moris est, pateram Regi ministræ obtulit: ille sancto admodum Episcopo potius dari jubet, expectans atque ambiens ut ab illius dextera poculum sumeret. Sed Martinus ubi bibit, pateram presbytero suo tradidit, nullum scilicet existimans digniorem qui post se biberet: nec integrum sibi fore, si aut Regem ipsum: aut eos qui a Rege erant proximi, presbytero prætulisset. Hæc Severus.

Sic itaque, cum quæ a Deo sunt, ordinata sint; politicum principatum, sacerdotiali esse subiectum, nulla potest esse dubitatio: nam sicut anima præstat corpori, resque divinæ humanis, sic istum illi præcellere est necesse. Unde Gregorius Nazianzenus (k) hæc pro concione: *An me libere loquentem æquo animo feretis? nam vos quoque potestati meæ meisque sublellis lex Christi subjicit. Imperium enim, nos ipsi quoque gerimus, addo etiam præstantius & perfectius: nisi vero æquum est spiritum carnis fastibus submittere, & celestia terrenis cedere. Sed non dubito, quin hanc dicendi libertatem in optimam partem accepturus sit, utpote sacri mei gregis ovis sacra, magnique pastoris alumna. Et Ambrosius (l) : *Honor, inquit, & sublimitas Episcopalis nullis poterit comparationibus adæquari: Si Regum fulgori compares, & Principum diademati, longe erit inferius, quasi plumbi metallum ad auri fulgorem compares: quippe cum videas Regum colla, ac Principum submitti genibus sacerdotum, exosculatis eorum dextris, orationibus eorum se credunt communituri. Chrysoströmus (m) hæc item in eadem sententiam: *Alii sunt termini regni, sed in alii sacerdotii; sed hoc illo majus est; neque enim ex gemmis, & auro estimari debet. Ille quæ sunt in terris, sortitus est: sacerdotii jus a supernis descendit. Regi quæ hic, commissa sunt, mihi celestia: Regi corpora commissa sunt, sacerdoti anima: major hic principatus: propterea Rex caput submittit manui sacerdotis; ac rursum: Expende modum potestatis utriusque tradita, & videbis sacerdotem, multo sublimius Regem sedentem. Admirandus videtur thronus regius, sed rerum terrenarum administrationem sortitus est: Sacerdotis thronus in celis collocatus, de celestibus negotiis habet pronuntiandi auctoritatem; cum sacerdotium a supernis descendat, ejusque vinculum animam contingat, atque ad caelos usque pervadat. Hæc ille. Plura alia essent in hanc sententiam ex aliis Patribus adducenda, sed parcimus, brevitatibus causa.***

Ad hæc namque ipsa respicit quod dicebat Apostolus (n) : *Arma nostra non sunt carnalia, sed Deo potentia; nimirum longe*

(i) Severus in vita S. Martin. ca. 23.

XXXII.

Sacerdotium rebitatio: nam sicut anima præstat corpori, resque divinæ humanis, sic istum illi præcellere est necesse.

Unde Gregorius Nazianzenus (k) hæc pro concione: An me libere loquentem æquo animo feretis? nam vos quoque potestati meæ meisque sublellis lex Christi subjicit.

Imperium enim, nos ipsi quoque gerimus, addo etiam præstantius & perfectius: nisi vero æquum est spiritum carnis fastibus submittere, & celestia terrenis cedere.

Sed non dubito, quin hanc dicendi libertatem in optimam partem accepturus sit, utpote sacri mei gregis ovis sacra, magnique pastoris alumna.

Et Ambrosius (l) : Honor, inquit, & sublimitas Episcopalis nullis poterit comparationibus adæquari: Si Regum fulgori compares, & Principum diademati, longe erit inferius, quasi plumbi metallum ad auri fulgorem compares: quippe cum videas Regum colla, ac Principum submitti genibus sacerdotum, exosculatis eorum dextris, orationibus eorum se credunt communituri.

Chrysoströmus (m) hæc item in eadem sententiam: Alii sunt termini regni, sed in alii sacerdotii; sed hoc illo majus est; neque enim ex gemmis, & auro estimari debet.

Ille quæ sunt in terris, sortitus est: sacerdotii jus a supernis descendit.

Regi quæ hic, commissa sunt, mihi celestia: Regi corpora commissa sunt, sacerdoti anima: major hic principatus: propterea Rex caput submittit manui sacerdotis; ac rursum: Expende modum potestatis utriusque tradita, & videbis sacerdotem, multo sublimius Regem sedentem.

Admirandus videtur thronus regius, sed rerum terrenarum administrationem sortitus est: Sacerdotis thronus in celis collocatus, de celestibus negotiis habet pronuntiandi auctoritatem; cum sacerdotium a supernis descendat, ejusque vinculum animam contingat, atque ad caelos usque pervadat.

Hæc ille. Plura alia essent in hanc sententiam ex aliis Patribus adducenda, sed parcimus, brevitatibus causa.

Ad hæc namque ipsa respicit quod dicebat Apostolus (n) : Arma nostra non sunt carnalia, sed Deo potentia; nimirum longe

XXXIII.

Ufus sacerdotialis Potestatis.

(a) Psal. 149.

longe illis præstantiora ad faciendam vindictam (quod habet Psalmus a) in nationibus, & increpationes in populis: ad alligandos Reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis, ut faciant in eis iudicium conscriptum. Tales enim compedes (inquit Augustinus b) con-solidat vobis Episcopi manus. Sed tum quidem cum illi quoquo modo in Deum insurgunt, & a recta vivendi ratione, & Christiana disciplina desciscunt. Sic videmus Fabianum Papam in Philippum Imperatorem, Ambrosium in Theodosium, Symmachum in Anastasium, & alios innumeros sacerdotes in alios Principes vigore sacerdotali fortiter eque ac laudabiliter insurgentes, factas ab iis Deo iniurias vindicasse, atque severe admodum offensam disciplinam Ecclesiasticam ultos esse: sed id tamen non nisi necessitate quadam astrictos, omne remedium prius experientes quam gladium Apostolicæ auctoritatis exererent: memores nimirum a Domino (c) dictum esse: Reges Gentium dominantur eorum, vos autem non sic. Et a Petro (d): Non dominantes in clero (quod Græce habet κατακυριεύετε sicut & apud Matthæum jure vertit interpretes κατακυριεύετε, quod est violenter dominari) nec factum præferentes, ac superbe insultantes, sed humilibus consentientes, ac cum Apostolo (e) dicentes: Non possumus aliquid adversus veritatem, sed pro veritate. Et illud (f): Nos servos vestros per Jesum. Quippe qui hæc omnia faciant, ut illorum saluti inserviant. Sic igitur etsi non abstulit Christus politicum imperium, ut rem a Deo optime institutam; subiecit tamen illud spiritualis Ecclesiæ dominio. Nam sicut jure naturæ eodemque divino, statutum esse videtur, ut inferiora superioribus subiecta pareant, ut magis perficiantur, & finem suum feliciter consequantur; ita etiam regnum politicum parere debere Ecclesiasticæ præfecturæ, vel ad hoc altem, ut a Deo promissum cæleste regnum homines consequantur, certum exploratumque cuique, ni infaniam, esse debet.

(e) Matt. 20.

(d) 1. Pet. 5.

(e) 2. Cor. 13.

(f) 2. Cor. 4.

XXXIV.

(g) Cic. Quæst. Tusc. Sacerdotium apud omnes gentes quantæ æstimationis.

At vero hæc non tantum apud Christianos firma fixaque divinæ Scripturæ testimoniis, Patrumque omnium stabili consensione esse noscuntur, sed & apud barbaras gentes, ferosque populos; qui quantumlibet Deum verum ignorassent, ac proinde nec ejus cultum, quem deceret, addiscere potuissent; tamen ex quo semel aliquod divinum, numen (quod innatum est omnibus g) mente conceperunt, percepta notaque adeo hæc ipsis fuerunt, ut perinde ac si omnes uno regerentur imperio, unice omnes parerent legi, omnes æque suis sacerdotibus obedirent, eorumque arbitrio regerentur, etiam, in his quæ ad politicum spectarent imperium, prout exempla quæ subijcimus pauca ex multis.

facile declarabunt. Ecce tibi quod in primis de Æthiopicis Strabo scribit (b): Antiquitus Meroe (quæ est metropolis civitas Æthiopiæ regni) summa potestas fuit penes sacerdotes, tantaque auctoritas, ut nonnumquam misso nuntio, mortem Regi imperarent, & ei alium sufficerent. De sacerdotibus vero Ægyptiis hæc Ælianus (i): Judices autem apud Ægyptios iidem quondam fuerunt, qui & sacerdotes. In his princeps erat sententia maximus natu, & in omnes statuendi jus habebat. Magos sacerdotes in Persidæ olim regnasse, certum est (k): cæterum postea quo honore sint habiti, hæc Agathias (l): Nunc vero Magos hujus temporis Persæ honorant, & quam maxime venerantur, ut quorum consilio publica omnia & prædictionibus administrantur, seorsumque quid quisque præmii pro re bene gesta promereatur, quidve supplicii qui flagitium fecerit, præsidendo & cognoscendo decernant: nec sane Persis vel legitimum aliquid fore vel æquum videbitur, quod Magorum non sit sententia confirmatum.

(b) Strabo Geograph. lib. 17.

(i) Æliani var. hist. lib. 14. 34.

(k) Euseb. in Chron. nic. 6.

(l) Agath. histor. lib. 2.

Sed & (quod attigimus superius) apud Athenienses in celeberrimo illo omnium ore laudato iudicio, quod dicebatur Areopagus, sacerdotes iidem iudices erant; summusque omnium sacerdos rogans sententiam singulorum suffragia colligebat: id expressum habes ex ipsorum decreto, quod recitat Josephus (m) historicus. De sacerdotibus item Gallorum (ut paulo ante jam vidimus) qui Druidæ dicebantur, hæc Cæsar (n): Magno hi sunt apud eos honore: nam fere de omnibus controversiis publicis privatiisque constituunt: & si quod est admissum facinus, si cædes facta, si de hereditate, si de finibus controversia est, iidem discernunt, præmium pænasque constituunt: ac paulo post: Hi certo anni tempore in finibus Carnutum, quæ regio totius Galliæ habetur media, confidunt in loco consecrato: huc omnes undique, qui controversias habent, conveniunt, eorumque iudicium decretisque parent. At in Romana Reipubl. omnium celeberrima, ac optimis legibus ornatissima quantum fuerit præ cæteris magistratibus jus Augurum, Tullius (o) ante alios eleganter his verbis declarat: Maximum autem & præstantissimum in republ. jus est Augurum, cum est auctoritati conjunctum. Neque vero hoc, quia sum ipse Augur, ita sentio; sed quia sic existimare nos necesse est. Quid enim majus est, si de jure querimus, quam posse a summis imperiis & summis potestatibus comitia tollere? concilia vel instituta dimittere, vel habita rescindere? Quid gravius, quam rem susceptam dirimi, si unus Augur aliter dixerit? Quid magnificentius, quam posse decernere, ut magistratu se abdicent Consules? Quid religiosius, quam cum populo, cum plebe agendæ jus

XXXV.

(m) Joseph. antiq. lib. 14. c. 16.

(n) Cæs. comment. de bell. Gall. lib. 6. Sacerdotum potestatis.

(o) Cic. lib. 2. de leg.

XXXVI. Quid apud Hebræos.

(a) Xenophon. lib. 4. de festo Socrati.

XXXVII. Usus iudicariæ potestatis.

(b) Greg. Nyssen. orat. de Gregor. Thaumaturg. vit.

jus aut dare, aut non dare? quid legem si non jure rogata est tollere? Hæc & alia multa tibi auctor. Suntque de his complura exempla apud Livium, Dionysium, Dionem, & alios, quæ recensere non opus est.

Sed quod jus naturæ cunctos populos docuit, ac jus gentium ratum habuit, apud Hebræos lex divinitus lata amplius perfectiusque monstravit; nimirum, ut pænes sacerdotes summa rerum esset; & licet aliquando Reges habere coeperint, tamen iidem Reges subiecti erant summo Pontifici, qui suo arbitrio moderabatur magnam illud Concilium septuagintaduorum seniorum, quod Sanedrini dicebatur, cuius (ut superius dictum est) erat officium ac munus de lege, Rege, atque Propheta iudicare: quamobrem Herodes major moleste ferens se illi subijci, etsi tyrannus esset, tamen non eo temeritatis pervenit, ut illud abrogare ac penitus antiquare præsumperit; sed eos qui tunc illius essent collegii, amoverit, & alios subrogaverit. Verum hæc superius. Si igitur (quod Socrates dicit in Xenophonte a) quod ab omnibus gentibus observatum est, id non nisi a Deo sancitum esse, dicendum est profecto etiam si nulla de his divinis Scripturis scripta lex appareret, tamen sacerdotum iudicaria potestas divino jure concessa ex dictis jam satis probata atque testata haberetur.

At tandem, ut unde digressa est, eodem revertatur oratio: Exercuisse Episcopos, quam Apostolus ad Corinthios scribens, in Ecclesia ordinavit iudicariam potestatem, ut causas litigantium Christianorum audirent, ac easdem definiunt, complura sunt apud antiquos exempla; quorum aliqua, ad rerum Ecclesiasticarum consuetudinem declarandam, hic referre, opere pretium duximus, cætera in Annalibus suis quibusque recensenda locis referantes. De Magno illo Gregorio cognomento Thaumaturgo, Neocæsareæ in Pontio Episcopo, qui claruit temporibus Decii, his negotiis cognoscendarum causarum, definiendarumque litium fuisse implicatum, Gregorius Nyssenus (b), qui ejus res gestas monumentis egregiis consignavit, satis dilucide his verbis significare videtur; ait enim: Ne secularium quidem ac temporalium controversiarum aliud ullum iudicium sibi magis ratum ac firmum, majorisve auctoritatis esse probabant: sed omnis quæstio disceptatioque & omnis intricatus difficilisque negotiorum nexum illius consiliis & admonitionibus resolvebatur & dirimebatur. Unde cum communiter universis, tum singulari illius beneficio, tam æquitas rectaque juris constitutio, quam pax erat. Moxque subdit de lite inter germanos ob divisionem paternorum bonorum oborta, ejusdemque arbitrio ex communi

partium consensu definienda, deque miraculo approbata ab eo tunc lata sententia. Exstat insuper ejusdem insignis epistola, quam Græci Canonicam vocant, in qua habetur inter alia, quod causam cogniturus eorum qui bonis ab aliis fuerant spoliati, Euphrosinum misit, ut cognosceret ex legibus Ecclesiasticis, quorumnam essent accusationes recipiendæ, quorumve repudiandæ.

De S. Ambrosio testatur Augustinus (c) adeo fuisse obrutum cognitione alienarum causarum, ut vix daretur ei respirandi facultas: atque adeo, ut toto tempore, quo ipse Augustinus Mediolani resedit, numquam nactus sit Ambrosium ab his liberum & otiosum; ut quod diutius exoptaverat, mentis suæ tricas, quæ animum in diversa distraherent, prolixiori sermone apud illum exponeret. Duplici vero ex causa contingebat Episcopos causas populi cognoscere, ac iudicare: vel cum a diffidentibus inter se partibus arbitri essent electi: vel ut male a secularibus iudicibus iudicata retractarent, atque rescinderent. Exstant de utroque exempla in Ambrosio, qui de causa ex consensu partium sibi delata hæc ait (d): Cognovi autem secundum sacræ formam præceptionis, qua me induit beati Apostoli Marcelli (e) auctoritas, & tuæ doctrinæ & vitæ forma ac disciplina. Nam cum ipse arguerem quod adhuc inter vos maneret veteris sum jurgium, cognoscendi mihi necessitatem partes imposuerunt. Porro necessitatem dicit, quod (ut paulo inferius repetit) Pauli Apostoli hæc præcipientis mandato teneatur adstrictus. Sic igitur liberum fuisse Christianis, cum vellent, ex composito; quas inter se haberent controversias, Episcopo definiendas sponte committere, apparet. Rursum vero magistratum prava iudicia, immo & quæ Imperatorum iniusto essent firmata rescripto, se irritasse testatur (f): sed hæc in Vita ipsius a nobis edita, fusius dicta sunt & suo loco narraturi sumus inferius.

XXXVIII. Aug. Conf. lib. 6. c. 3. Duplex iudicium.

(d) Ambrosii ad Marcel. epist. 49. Rom. edit.

(f) Ambr. do offic. lib. 2. c. 29.

De S. Augustino rursus, præter illa quæ ex ejus commentario de Opere monachorum recitavimus supra, hæc idem ipse, habet in expositione Psalmorum (g): Maligni homines efflagitant, aut certe infirmas premunt, ut causas suas ad nos deferre compellant. Quibus dicere non audemus: Dic homo, quis me constituit iudicem, aut divisorem inter vos? Constituit enim talibus causis Ecclesiasticis Apostolus cognitores. Et paulo post: Igitur noscant obedientes Fideles, qui pro suis secularibus causis non raro nos querunt; & iudicium nostris facillime acquiescunt, nec nos conterunt litigando, sed obtemperando potius consolantur. Idemque scribens ad Proculianum (h) de unitate & concordia Ecclesiæ procuranda, hæc sub-

XXXIX.

(g) Aug. in Psal. 118. conc. 74. Lites ad Episcopos deferri solitas.

(h) Aug. ep. 147.

subdit: Et homines quidem causas suas...

XLI.

Sunt de his aliorum sanctorum querelæ, ac potissimum Synesii: qui ex philosopho...

(a) Synes. epist. 57. Episcoporum laborum im-

enormia perpetrasset; tum etiam in Tonantem ibidem magistratum gerentem...

Postquam non amplius admonendus est homo, sed velut insanabile membrum...

XLI. Synesius damnatus.

(c) Abbanas. in Synops. in epist. 1. ad Corinth.

(d) Theodoret. in 1. ad Corinth. c. 7.

ea pure castæque agere? Ad hæc respondens Paulus, sic scribit (a): De quibus...

XLIII.

Fuisse enim Corinthios natura salacissimos, cum omnes testentur; illud etiam monstrat, quod Strabo (b) scribit his verbis: Fanum Veneris Corinthi ita fuit locuples...

(e) Herodot. in Clito lib. 1. in fine.

(d) Just. Epist. lib. 1. c. 1.

(e) Suid. verbo Koro.

XLIV. Continentia coniugal.

Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium. Hæc enim illis indulgere dicit, quorum continentia adhuc esset infirma atque suspecta...

(f) Tertul. lib. 1. c. 6.

(g) Tertul. de resurr. carn. c. 8.

(h) De vel. virg. c. 13.

(i) De singular. cler. c. 1.

XLV.

Porro si in servandæ continentie proposito, alterius conjugum desit assensus, ab altero id minus licite fieri, præter ea quæ ab Apostolo sunt intimata, Augustinus (k) ad Ecdiciam scribens, pluribus docet...

(k) August. epist. 199.

(l) Fulgentius epist. 1.

Ex consensu mutuum matrimonium non carnalis copula, tuorum continentia.

(m) Greg. de Glor. confess. c. 32.

boni in deteriora prolapsi corruerent, apposita ea subdit: Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium. Cum alioqui omnes esse continentis optaret. Rursum etiam ex institutione ejusdem illud dicentis: Nolite fraudare invicem, nisi forte ex consensu ad tempus, ut vacent orationi. Manasse atque perseverasse eam consuetudinem in Ecclesia, ut conjugati certis diebus se temperarent, certum est; de qua Cyrillus (a): Qui, inquit, norunt tempus continendi, ut vacent orationi: qui una cum vestimentis munda ad conventus Ecclesie afferunt copora. Et Augustinus certos dies & causas referens, quibus sit abstinendum, hæc addit admiratione quidem digna (b): Qui uxorem suam in profuvius positam agnovit, aut in die Dominico aut qualibet alia solemnitate se continere noluerit; qui tunc concepti fuerint, aut leprosi, aut epileptici, aut etiam forte demoniaci nascuntur.

(a) Cyrill. catech. 4.

(b) Aug. ser. 244. de tempor.

XLVI.

(c) 1. Cor. 7.

Verum enim vero eundem Paulum audiamus, conjugibus has leges a Christo primitus institutas observandas proponentem, atque addentem alias saluberrimas (c): *lis autem, inquit, qui matrimonio juncti sunt; præcipio, non ego, sed Dominus, uxorem a viro non discedere: quod si discesserit, manere in nuptiam, aut viro reconciliari. Et vir uxorem non dimittat. Nam cæteris, ego dico, non Dominus. Si quis frater uxorem habet infidelem, & hæc consentit habitare cum illo; non dimittat illam. Et si qua mulier Fidelem habet virum infidelem, & hic consentit habitare cum illa; non dimittat virum: sanctificatus est enim vir infidelis per mulierem fidelem, & sanctificata est mulier infidelis per virum fidelem. Alioquin filii vestri immundi essent: nunc autem sancti sunt. Quod si infidelis discedit, discedat: non enim servituti subiectus est frater, aut soror in hujusmodi. Hæc Paulus de legibus conjugii. Agit idem de matrimonio excellentia: dumque illud conjunctioni Christi cum Ecclesia comparat, ad Ephesios scribens, Sacramentum quoque magnum appellat, quod scilicet vinculum, quo Christus cum Ecclesia jungitur, representet. Sic & veteres Pauli interpretes, matrimonium quod inter Fideles contrahitur, Sacramentum congrue appellarunt, ut Clemens (d) Alexandrinus, cum ait: Si lex sancta est, sanctum est matrimonium. Sacramentum ergo hoc ad Christum & Ecclesiam ducit Apostolus. Et Augustinus (e): In civitate Domini, in monte sancto ejus, hoc est, in Ecclesia, ubi nuptiarum non solum vinculum, verum etiam sacramentum ita commendatur; ut non liceat uxorem suam alteri tradere. Et alibi (f): Usque adeo bon. con. c. 7. sacramenti res est, ut nec ipsa separatio & 18. ne irritum fiat. Et inferius: In nostrarum*

Matrimonium Sacramentum.

(d) Clem. Alex. Strom. lib. 3.

(e) Aug. de civitate Domini, in monte sancto ejus, hoc est, in Ecclesia, ubi nuptiarum non solum vinculum, verum etiam sacramentum ita commendatur; ut non liceat uxorem suam alteri tradere.

(f) Aug. de bon. con. c. 7. sacramenti res est, ut nec ipsa separatio & 18. ne irritum fiat. Et inferius: In nostrarum

quippe nuptiis plus valet sanctitas sacramenti, quam fecunditas uteri. Et Chrysostomus (g): *An, inquit, non audis Paulum dicentem, quod sacramentum sunt nuptiæ, & imago dilectionis Christi, quam erga Ecclesiam declaravit? At non impedit, si aliqui (h) Sacramenti vocem ad conjunctionem Christi cum Ecclesia retulerunt, quo minus & ipsum matrimonium sit sacramentum: sicut nec impedimento est, quo minus sacramentum aliquod in se sit, & alterius rei mysticam habeat significationem: immo id peculiare est omnibus sacramentis, ut sit sacra rei signum.*

(g) Chrysost. in Genes. hom. 56.

(h) Hier. in epist. ad Ephes. c. 5.

Cæterum quod ad ritum spectat: primum quidem non aliunde quam ab Apostolica traditione fluxisse, ut non sine sacerdotis præsentia matrimonium contrahatur, Ignatius (i), qui his ipsis Apostolorum temporibus vivebat, fidem facit: ait enim scribens ad Polycarpum: *Decet verum, ut & ducentes uxores & nubentes, cum Episcopi arbitrio conjungantur; ut nuptiæ juxta præceptum Domini, non autem ob concupiscentiam coisse videantur.* Hoc est enim quod idem Apostolus inferius dicit: *Cui vult, nubat, tantum in Domino.* In Domino enim nubere, nihil aliud est, quam secundum leges & ritus Ecclesie ab ipsis Apostolis traditos contrahere matrimonium. De iisdem antiquis Ecclesie ritibus hæc Tertullianus (k): *Unde sufficiens ad enarrandam felicitatem ejus matrimonii, quod Ecclesia conciliat, & confirmat oblatio, & obsignatum Angeli renuntiant, Pater rato habet? Nam nec in terris filii sine consensu patrum rite ac jure nubunt.* Hæc ipse.

XLVII.

(i) Igr. ep. 11. Sacri ritus Matrimonii.

(k) Tert. ad uxorem lib. 2. infim.

Sed hæc singula explicemus: antiquos enim Ecclesie mores Annalibus nostris intexere, ex instituto suscepimus. Quod igitur ad primum pertinet: Ecclesia Fidelem conciliat matrimonium, dum per sacerdotem contrahentium mutuo elicit prius consensu, junguntur in unum illorum dexteræ: quibus accedit osculi sancta libatio, atque velatio, de quibus item ritibus idem auctor hæc (l) alibi: *Ad desponsationem velantur, quia & corpore & spiritu masculo mixta sunt, per osculum & dexteram, per quæ primum resguardant pudorem spiritui, per communem conscientiam pignus, &c.* Ad dictum ritum jungendi dexteram alludit & Gregorius (m) Nazianzenus ad Anisum scribens, cum ad ejus filie invitatus nuptias, quod esset affectus ægritudine, se excusans, hæc addit: *Animo & voluntate adsum, simulque festum celebros, juvenilesque dexteram inter se jungo, atque utrasque Dei manus.* Quod enim junctis dextris, stolam sacerdotalem eorumdem manibus superponere solet sacerdos; id nempe est quod ait Gregorius: *Utrasque Dei manus jungo.* Hæc subsequitur benedictio, & verborum for-

XLVIII. De iisdem sacris ritibus.

(l) Tertul. de veland. virg. c. 11. in fine.

(m) Greg. Nazian. epist. 57.

(a) Concil. Carthag. 4. c. 13.

XLIX. Missæ Sacram. in Matrimonio.

(b) Tert. de monog. c. 11.

(c) Tert. ad uxorem lib. 2. c. 9.

I. Matrimonia clandestina improbanda.

(d) Tertul. lib. de pudicitia.

(e) Concil. Trid. sess. 24. de refor. matr. c. 5.

(f) Apul. lib. 6.

(g) ff. de vir. nup. c. de nupt.

(h) Tert. de monog. c. 11.

forma quædam, quæ perficit matrimonium: de quibus hæc in quarto Concilio (a) Carthaginensi: *Sponsus & sponsa cum benedicti sunt a sacerdote, a parentibus suis vel a paranympis offerantur: qui cum benedictionem acceperint, eadem nocte pro reverentia ipsius benedictionis in virginitate permaneant.*

Quod insuper addit Tertullianus: *Confirmat oblatio.* Missæ insinuat sacrificium, quod (ut antiqui Rituales libri Ecclesiastici tradunt) in matrimonii consecratione offerri a sacerdotibus contuevit. Et quid mirum si hoc facerent Christiani, cum nec Ethnici sine sacrificio nuptias contrahere soliti fuerint? Post vero eisdem contrahentibus a sacerdote solitam sacram Eucharistiam (ut etiam nunc fit) impartiri, idem Tertullianus alibi docet, dum ait (b): *Illis, sacerdotes videlicet, sic dabunt viros & uxores, quomodo buccellas.* Quod præterea idem ait (c): *Et ob signatum Angeli renuntiant;* per Angelos Tertullianus intelligere sacerdotes consuevit: sacerdotes enim matrimonium inter partes antea pactum in Ecclesia denunciare solent. Sive velimus de cælestibus Angelis hæc intelligi, secundum quod subdit: *Pater rato habet, nempe cælestis.*

Sed quod addit: *Nec filii inter se sine consensu patrum rite ac jure nubunt:* plane declarat primum omnium voluntates contrahentium a parentibus esse ratas habendas, ac subinde (ut etiam hodie fit) subsequi per sacerdotem publicam in Ecclesia denunciationem, ac denique ceteros sacros ritus ab eodem antea relatos. Quo autem loco haberentur occultæ nuptiæ a Christianis, idem Tertullianus (d) alibi declarat his verbis: *Penes nos occultæ quoque conjunctiones, id est, non prius apud Ecclesiam professæ, juxta mœchiam & fornicationem judicari periclitantur.* Ex his videas, non esse novum, quod a sacrosancto Catholico (e) Patrum conventu est nuper restitutum potius quam institutum, ut non sine explorato per parochum partium consensu, nec clandestine, sed in facie Ecclesie sacra nuptiarum foedera contrahantur. Verum ne clandestine & sine parentum assensu matrimonium iniretur, a Gentilibus etiam servari consueviffe (quod & superius attigimus) scriptores illorum testantur, inter quos & Apuleius (f): *Impares, inquit, nuptiæ, & præterea in villa, sine testibus, & patre non consentiente factæ, legitime non possunt videri.* Sed enim de his plenius Jurisconsulti (g), ac Principum placita. Præterea vero non coram uno tantum presbytero matrimonii adhiptulatore hæc olim tractabantur, sed (quod alibi idem Tertullianus (h) ait) coram Episcopo, presbyteris, diaconis, intervenientibus etiam in Ecclesia viduis, majore celebrare. Romæ ipse sum-

mus Pontifex his præfens esse consueverat. unde Siricius Papa in epistola, quam scripsit ad Mediolanensem Ecclesiam hæc ait: *Nos sane nuptiarum vota non aspernanter accipimus, quibus velamine interfusimus: sed virginum nuptias Deo devotas majore honorificentia veneramus.*

Quod autem objectum est a viro erudito, tam hoc in loco, quam superius anno Domini quadragesimo quarto, numero LXXXVIII, videri me Jureconsultorum ac Tertulliani potissimum probasse sententiam, quæ dixerunt invalida esse matrimonia illa, quæ contrahuntur absque consensu parentum. In re quidem adeo comperta, meridianaque luce magis perspicua, decreto sacrosancti Concilii Tridentini Solis instar illucescente, quis Catholicorum potuit errore lapsus esse? Quod ergo a me instituti ratio exigebat, e thesauro nova veteraque profere, sic primo loco dixi apud Gentiles nuptias absque consensu parentum esse illegitimas, ceu clandestinas apud Christianos: quod quidem nulla reprehensione dignum est. Hic vero quod in eo argumento versarer, ut locum Tertulliani elucidarem, quo ipse ait: *Nec filii inter se sine consensu patrum rite ac jure nubunt.* Haud hæc verba esse simpliciter intelligenda monstravi, sed cum fuerint penitus clandestina, secundum alia ejusdem Tertulliani verba ex alio loco nuper recitato, quibus ait: *Penes nos occultæ quoque conjunctiones, id est, non prius apud Ecclesiam professæ, juxta mœchiam & fornicationem judicari periclitantur.* Ex quibus intuli, non esse novum, quod a sacrosancto Concilio Tridentino sancitum est, Clandestinas nuptias absque præsentia parochi in facie Ecclesie minime celebratas, haberi nullas, cuius quidem tantummodo canonis citatione satis persuasum cuique videri poterat, eujusnam essem ipse sententiæ: Cum alioqui firmato semel in eo pede, licuerit ad externa respicere, & quid de his Gentiles sensissent, in medium afferre: licet mox ad nostra reversus, docuerim ex eodem Tertulliano, etiam coram Episcopis consueviffe Christianorum matrimonia celebrari; quin & Romæ item coram ipso summo Pontifice interdum peragi solita, Siricii Rom. Pontificis testimonio confirmaverim. Sed in re adeo perspicua non amplius immorandum.

II. Ad viri eruditi obiectio nem responso.

III. De annulo Sponsali. (i) Clem. Alex. pedag. lib. 3. c. 11.

His visis, reliquum esse videtur ut aliquid dicamus de sponsali annulo: nam testatur Clemens Alexandrinus (i), consueviffe Christianas mulieres annulos aureos gestare: dari vero eos solitos a sponsis arrhæ nomine, usus docet. Quod autem non tantum in nuptiis contrahendis, sed in qualibet passione loco arrhæ annulus traderetur, testatur Plinius (k), dum ait: *Celebrior annuli usus cum favore cepisse debet: argumento est consuetudo*

(k) Plin. lib. 33. cap. 1.

vulgi, tracta ab eo tempore, quo nondum erat arrha velocior: ut plane affirmare possimus, nummos ante apud nos, mox cepisse annulos. Hæc Plinius. Porro (quod est observatione dignum) non tantum olim apud Romanos, sed antiquissimos Hebræorum dari solitum annulum loco arrhæ, exemplum Judæ admonet, de quo hæc leguntur in Genesi (a): Dixit Thamar: Pariar quod vis, si dederis mihi arrhabonem, donec mittas quod polliceris. At Judas: Quid vis pro arrhabone dari? Respondit: Annulum tuum. Ex ejusmodi igitur usu fluxisse videtur, ut cum spondentur nuptiæ, sponsus loco arrhæ sponsæ det annulum. Observatum ab antiquis ait Plinius (b), & adhuc suo tempore apud Romanos in usu fuisse tradit, ut cum matrimonium constitueretur, sponsus ad sponsam mitteret annulum ferreum, secundum morem pristinum, cum ob auri inopiam Romani (ut tradit) annulum gestarent ferreum. Quod vero semel loco arrhæ datus annulus, ab uxore semper in digito gestaretur; id non ornatus causa (inquit Clemens Alexandrinus c) sed ut obsignaret eodem annulo quæ domi sunt: custodiam enim rerum domesticarum ad uxorem spectare, pluribus docet Xenophon in Oeconomico. Obsignari solitas penurias arcas, ne surriperentur a servis, Plinius monstrat, sic dicens ibidem: Quæ fuit illa præcorum vita, qualis innocentia, in qua nihil signabatur: ut nunc cibi quoque & potus annulo vindicantur a rapina: hoc profecerunt mancipiorum legiones, & in domo turba externa.

(a) Genes. 38.

(b) Plin. lib. 33. cap. 3.

(c) Clem. Alex. in pedag. lib. 3. c. 11.

LIII.

Quoniam vero signo Christianorum annuli sculpendi essent idem Clemens Alexandrinus (d) admonet his verbis: Sint nobis signacula columba, piscis, vel navis, quæ celeri cursu a vento fertur, vel lyra musica, quæ usus est Polyocrates, vel anchora, quam insculpebat Seleucus; & si sit piscans aliquis, meminerit Apostoli; & puerorum, qui ex aqua extrahuntur. Neque idolorum sunt imprimendæ facies, quibus vel solum attendere prohibitum est; sed nec ensis vel arcus iis qui pacem prosequuntur; nec poculis iis qui sunt moderati & temperantes. Verum apud Christianos antiquus obtinuit usus, ut sponsalis annulus signo fidei, quod est hieroglyphicum mutui fœderis atque concordie, sculperetur: id enim præferunt conjunctæ simul dextera, nec apud Christianos tantum, sed Judæos, Romanos, aliasque complures barbaras etiam nationes. Porrectione enim dextera fidem sponderi solitam antiquitus observatum esse, certum est (e); conjunctione vero manuum simul, ex qua efficitur numerus denarius, qui prima quadratura a Pythagora dicebatur, perfectam animorum consensionem symbolo quodam significari (f), traditum est. A-

(d) Idem eodem. II. Signa annulorum qualia.

(e) Cæc. Rodig. lib. 4. c. 3. & Plerius in Hieroglyph.

(f) Idem antiq. lib. 32. c. 14.

pte igitur ejusmodi signo annulos sponsales insculpi debere, pietas Christiana monstravit, ususque probavit, addiditque & sacerdotalem benedictionem: nam omnia nostra in nomine Domini esse facienda, Apostolus admonet. At hæc satis de Ecclesiasticis antiquis ritibus nuptiarum. Cæterum quod ad alios annulos, quos Fideles gestare solerent, pertinet; Christi nomine duabus litteris sic sculptos esse consuevisse X, ex his quos e rudieribus reffosos vidimus, plane didicimus. Sed & signo crucis annulos Christianorum consignari solitos, habes exemplum de annulo S. Marcinæ virginis, cujus meminit Gregorius Nyssenus in Vita ipsius. Imagine quoque interdum sanctorum virorum eisdem loco gemmæ exornari solitos esse, docet, S. Johannes Chrysostomus, dum in oratione habita in laudem Meletii, de Antiochenis tradit, ipsos ejus imaginem etiam in pala annuli expressam gestare consuevisse. At de his modo satis: reliqua prosequamur.

Cum Paulus Apostolus ejusmodi leges promulgaret, & miro quodam discretionis judicio quædam se illis ut necessaria imperare, quædam vero ut debilibus indulgere se diceret: quidnam a cunctis præstandum maxime optaret, declarat his verbis (g): Volo autem omnes homines esse sicut me ipsum: sed unusquisque proprium donum habet ex Deo, alius quidem sic, alius vero sic. At quoniam hæc subobscura videri poterant, eadem dilucidius aperiens addit: Dico autem non nuptis & viduis: bonum est illis si sic permaneant, sicut & ego. Quod si non se continent, nubant. Melius est enim nubere, quam uri. Hæc Paulus; qui & inferius: De virginibus præceptum Domini non habeo: consilium autem do, tanquam misericordiam consecutus a Domino, ut sim fidelis. Existimo autem hoc bonum esse propter infantem necessitatem: quoniam bonum est homini sic esse: ac insuper conferens conjugio virginitatem, hæc ait: Volo vos sine sollicitudine esse. Qui sine uxore est, sollicitus est quæ Domini sunt, quomodo placeat Deo. Qui autem cum uxore est, sollicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori; & divisus est. Et mulier innupta & virgo cogitat quæ Domini sunt, ut sit sancta corpore & spiritu. Quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat viro: ac denique consentientem his omnibus proferens sententiam, ait: Igitur & qui matrimonio jungit filiam suam, bene facit; & qui non jungit, melius facit: atque de viduis statim hæc addit: Mulier alligata est legi quanto tempore vir ejus vivit, quod si dormierit vir ejus, liberata est: cui vult nubat, tantum in Domino. Beatior autem erit, si sic permanferit, secundum meum consilium: puto autem quod & ego Spiritum Dei habeam.

LIV.

(g) 1. Cor. 7. De Virginitate & Continentia servanda Pauli consilium.

Hactenus de triplici hominum statu Paulus, conjugatis videlicet, virginibus atque viduis; quorum duos posteriores absque aliqua controversia priori anteposendos esse judicavit, suamque de re tantam sententiam divini Spiritus testimonio ratam obsignatamque non tantum Corinthiorum, sed totius Orbis Ecclesiæ Catholice tradidit promulgandam; quam olim Dominus, Evangelista (a) excipientem, dictaverat.

(a) Marc. 10.

LV.

(b) 1. Cor. 7. Corinthii cultores virginitatis.

(c) Tertul. de virg. veland. c. 9.

(d) Tertul. 1. lib. c. 22.

LVI. Collegia Sacrarum Virginum & Viduarum.

Quantum vero Corinthii Pauli Apostoli prædicatione profecerint, ex his quæ Tertullianus tradit, satis possumus intelligere. Quæ enim (sic dicam cum Propheta b) erat arida ac sitiens, conversa est in stagnum, & fontes aquarum: & in cubilibus, in quibus erant dracones, viror calami & junci exortus est. Ubi, inquam, præ cæteris Orientis urbibus, dea impudicissima tot impudicitis colebatur, & quæ facta erat omnium illuc adventantium sentina, atque lacuna libidinum, conversa est, Paulo instituyente, in castitatis asylum, scholamque pudicitie. Ecce de his Tertulliani testimonium sic dicentis (c): Hodie denique virginem suam Corinthii velant: quid docuerint Apostoli, qui didicerunt, approbant: erat enim (ut idem ait) velum virginitatis insigne. At vero non ipsi Corinthii tantum, verum etiam eorum exemplo complures Græcorum, aliarumque nationum Ecclesiæ suas virginem velare consueverunt: sicque quod Paulus Corinthios primum docuit, in cæteris Christiani orbis Ecclesiis est feliciter propagatum. Unde idem Tertullianus (d): Consuetudinem triam consuetudinem opponam. Per Græciam & quasdam Barbarias ejus plures Ecclesiæ virginem suam abscondunt. Est & sub hoc cælo institutum istud alicubi, ne cui Gentilitati Græcancæ aut Barbaricæ consuetudinem illam adscribant. Sed eas ego Ecclesias proposui, quas & ipsi Apostoli vel Apostolici viri condiderunt, ut puto ante quosdam. Habent igitur & illa eandem consuetudinis auctoritatem; tempora & antecessores opponunt magis, quam postera ista. Hæc & alia Tertullianus. Mira plane ex Pauli prædicatione facta est rerum mutatio, ut qui suas virginem prostituere consueverunt, eisdem modo velantes Deo dicarent.

Statim igitur ut sanctæ Ecclesiæ fertilissimus ager sanctam virginitatis & continentie semen excepit, Apostolis seminantibus; mox amplissimo foenore multiplicata gemina reddidit: nam statim sanctorum virginum ac viduarum collegia, quæ nos monasteria dicimus, esse cœperunt. Est de his locuples testis S. Ignatius, qui iis ipsis temporibus (ut vidimus) quibus Paulus Corinthios imbuebat Ecclesiastica disciplina, regebat cum Evodio Ecclesiam Antiochenam: hic, inquam, scribens ad

Philippenses (e), quos idem Paulus ad pietatem instituerat, hæc habet in fine: Saluta collegium virginum, & cæterum viduarum. Porro ejusmodi virginem erant, quæ perpetuam servarent Deo virginitatem: de quibus idem ad Smyrneses (f) scribens: Saluta, inquit, & eas quæ in perpetua degunt virginitate, & viduas. Consuevisse eas se Domino consecrare, idem scribens ad Antiochenos (g), docet his verbis: Virgines agnoscat cui se ipsas consecraverunt. Quantæ vero essent existimationis, idem ipse alibi Heronem Antiochenum diaconum, cui eam Ecclesiam ipse Romanam ad martyrium proficiscens commendarat, monet his verbis (h): Virgines servava, ut pretiosa Christi monilia. Et ad Tarsenses. Eas, inquit, quæ in virginitate degunt, in pretio habete, velut Christi sacerdotes: viduas in pudicitia permanentes, ut altare Dei. Ecce tibi ad sanctæ virginitatis præconia satis sufficere potest unus Ignatius, cujus epistolarum firmissima semper in Ecclesia fuit fides, nec ab aliquo umquam in dubitationem vel levem adducta.

(e) Ignat. epist. 8.

(f) Ignat. epist. 10.

(g) Ignat. epist. 12.

(h) Ignat. epist. 13.

Ad hæc, non tantum Ignatius sparsim diversis in locis, variis occasionibus, sic de virginibus Deo sacris meminit; sed & qui iidem cum Apostolis vixit temporibus, Clemens Romanus (ut auctores sunt Epiphanius (i) ac Hieronymus (k) in suis Encyclicis epistolis, quæ in Ecclesiis leguntur, de sancta virginitate plura conscripsit; sic enim ille habet: Ipse Clemens ipsos, Ebionæos videlicet, per omnia redarguit in epistolis quas scripsit Encyclicis, quæ in sanctis Ecclesiis leguntur: quod alium habeant characterem fides ipsius Ebionis & sermo, ab his quæ ab illis sub nomine ipsius in Circuitionibus corrupta sunt. Ipse enim virginitatem docet, & illi non admittunt: & S. Hieronymus: Ad has, nempe virginem, & Clemens successor Apostoli Petri, cujus Paulus Apostolus meminit, scribit epistolas omnemque pene sermonem suum de virginitatis puritate contextit: ac deinceps multi Apostolici, & martyres, & illustres tam sanctitate quam eloquentia viri, quos ex propriis scriptis nosse perspicile est. Sed prætermittimus recensere catalogum antiquorum scriptorum, satis putantes hæc ex Apostolicis fontibus hausisse atque duxisse: ut non dubium sit, Paulum idem quod Christus, eademque prorsus Ignatium & Clementem, quæ Petrus & Paulus credentes epistolis instituisent, ac præsentem sermone tradidissent, doquisse.

LVII. Virginitatis auctores (scilicet).

(i) Epiph. hæres. 30. (k) Hier. advers. Iovin. lib. 1.

Qui igitur (ut una sententia rem absolvam) virginitatis sublimem in Ecclesia statum impugnant, eos non Apostolorum, vel Apostolicorum virorum, sed Ebionis, atque ejus gregalium partes tenere, quis dubitat? Catholici enim quotquot fuerunt, eju-

LVIII. Virginitatis auctores (scilicet).

eiusdem sacri germinis fecunditate sunt mirum in modum gloriati. & (ut de antiquioribus loquar) hæc Justinus martyr ad Antoninum Pium Imperatorem: Permulti profecto sexus utriusque, & sexaginta & septuaginta nati annos, qui a pueris disciplinam Christi sunt sectati, incorrupti & calibes perdurant: & gloriatur me per omne genus hominum nostrorum tales monstrare posse. Et Cyprianus (a): Jam, inquit, refertus est Orbis, impletus est mundus eorum qui capere continentiam possunt, more spadonum viventes, castrati ad regnum Dei. Sed quibus præconiis tales efferat, audiamus: Flos est ille Ecclesiastici germinis, decus atque ornamentum gratiæ spiritualis, leta indoles, laudis & honoris opus integrum atque incorruptum, Dei imago respondens ad sanctitatem Domini, illustrior portio Gregis Christi. Gaudet per illas, atque in illis largiter floret Ecclesia matris gloriosa fecunditas: quantoque plus copiosa virginitas numero suo addit, tanto plus gaudium matris auget. Hæc ipse.

LIX.

Sed & illud certum atque exploratum habetur, non in Christi Ecclesia tantum, post Evangelii promulgationem, sed & antea, atque adeo ubique Gentium (ut pluribus monstrat sanctus Hieronymus (b) agens adversus Jovinianum) virginitatem in pretio fuisse habitam; licet perarum ejusmodi flos appareret, quo post Christi adventum fecundo germine abundarunt Ecclesiæ campi. Certe apud Romanos (ut omittamus de Vestalibus dicere, cum non istis aliqui in nullo conferendis, quod earum, ut ait Ambrosius in Symmachum, virginitas esset emptitia, temporaria, ac factu plena) Augustum constat ita simulatum calibatum gravissima oratione & dicto infectatum, ut tamen maxima cum æquitate eos qui perpetuam virginitatem excolerent, auctore Dione (c), summis afficeret præmiis. Sed his omnibus quæ a Gentilibus in laudem virginitatis sunt scripta vel facta, quoniam non est animus his immorari, adjicimus tantum veluti collateralium Naumachii Ethnici antiqui poetæ nobilis præclaram & cum primis memorabilem sententiam:

ΕΚ ΤΩΝ ΝΑΥΜΑΧΙΩΤ

ἡρωικῶν.

Καλὸν μὲν, δέμας ἀγνὸν ἔχειν, ἀδμῦτα τὰ μίμονα Παρθενικῶν, καθαρὰίσι τ' αἰ' μελεδῆμασι χείρων, Μῆτε βαρυλῆταν λαγύων περὶ γόνου ἀγροῦσαν, Μῆτε πῖνον τρομέουσαν ἀγροῦσαν ἀλαδῆναι. Ἄλ' ἴδαι βασιλεῶν ἀφαιρῶν θύλοντραῶν, Ψυχῆς ἄμμα φανῶν ὑπὲρ βίοντες χεῖσαν, Ἐῖδα γάρ μοι κερνοὶ καὶ ἀλκῆδες, ἔνθα μίγασα Θεοπέποιθις ἰστέουσι νηῖματα φάρα τίκτη.

(a) Cypri de habit. virg.

(b) Hier. advers. Jovin. lib. 1. Virginitas etiam ab Ethnicis laudata.

(c) Dio hist. lib. 56.

EX NAUMACHII SCRIPTIS sententiæ.

Pulchrum sane est, corpus castum habere, intactamque manere Virginem, & puris semper cogitationibus delectari, Nec onus circa laboriosa illa gestantem, Neque dolores trementem suspiriosos Lucina, Sed permanere quasi Reginam imbecillum mulierum, Oculum animæ splendidum ad eam vitam erigendo, In qua gloriose veræque sunt nuptiæ, ubi commixta Divinis verbis lumine plenas meditationes parit.

Sed hæc fatis.

His igitur de virginitate & continentia stabilitis, reliquum est ut de Pauli cælibatu paulo fusius differamus; non quidem, quod iusta de eo id ipsum profitente aliqua possit oriri dubitatio (quis enim adeo vesanus ac mente captus hæc de se Paulo iuste affirmanti non credat, vel alteri cuiquam contrarium falso assertenti majorem esse adhibendam fidem existimet?) Sed quod ex ejus scriptis, quæ male accepta ac perperam sunt explicata, ad errorem patefactus est aditus: idcirco certis firmisque rationibus rem certam testatamque reddere; & absurdum omne, quod ex adverso proponitur, refellere propofuimus. Ipse enim (ut nuper vidimus) in hac ipsa, quam ad Corinthios dedit, epistola; sæpe multisque cælibatum suum insinuat: quæ hic quoque repetere non gravabimur: id enim expresse adeo atque patenter proficitur (d), ut nihil supra: Volo autem, inquit, omnes homines esse sicut me ipsum; & hæc tamen adhuc planius explicans, subdit: Dico autem non nuptis & viduis: bonum est illis si sic permaneant, sicut & ego. Quod si non se continent, nubant. Melius est enim nubere, quam uri. Quibus quid manifestius, quid apertius dici potuit? qui dum hortatur ipsas virgines ac viduas ut sic permaneant, sicut & ipse; licentiam tamen non adimens nubendi, si non contineant; se plane cælibem vitam agere, non ambigue vel obscure significat. Quorum quidem, verborum (licet explicatione minus indigeant) illum esse legitimum germanumque sensum, Patres plane omnes (ne singulos enumerando tempus infumam) quotquot fuerunt in Ecclesia Catholica scriptores Ecclesiastici, intellexerunt. Texiit quorundam catalogum Hieronymus (e), qui in dictam (e) Hier. Pauli epistolam ad Corinthios commentarios edidit, ac de Pierio Theologo-

LX. De cælibatu Pauli.

(d) 1. Cor. 7.

(e) Hier. Epist. 52.

rum celeberrimo hæc ait: Quorum Pierius cum sensum Apostoli ventilaret, atque disfereret, & proposuisset illud exponere: Volo autem omnes esse sicut me ipsum adjecit: αὐτὰ λῆγον ὁ Παῦλος ἀποστόλος ὡς ἑαυτὸν ἐύσση, quod est: Sic dicens Paulus, aperte cælibatum prædicat; hæc Hieronymus. At Epiphanius (a): Omnino quidam grassatores, & ad libidinem conversi, & corruptam opinionem in se ipsis habentes, etiam sanctos polluere volunt ad honestam excusationem prævæ ac infirmæ suæ opinionis; ad quos dicit Apostolus: Velle quidem omnes esse sicut me ipsum. Me ipsum vero quomodo dicit, præter quam propter castitatem? In hanc sententiam ceteri omnes eam sunt epistolam interpretati.

(a) Epiph. hæres. 70.

LXI.

(b) Clem. Alex. Strom. lib. 3.

(c) 1. Cor. 9. de uxore Pauli obiectio ex Clem. 1c.

(d) Euseb. histor. lib. 2. c. 24.

(e) Niceph. lib. 2. c. 44.

(f) 1. Cor. 7.

LXII.

De coniuge Pauli obiectio.

Sed enim unus reperit Clemens (b) Alexandrinus, qui Paulum conjugatum fuisse, falsa ejus epistolæ interpretatione deceptus, affirmat, cum ait: Paulus quidem certe non veretur in quadam epistola suam appellare conjugem, quam non circumferebat, quod non magno ei opus esset ministerio. Dicit enim in quadam epistola (c): Non habemus potestatem sororem mulierem circumducendi, sicut & reliqui Apostoli? Sed hi quidem, ut erat contentiancum ministerio, quod divelli non poterat, prædicationi scilicet attendentes, non ut uxores, sed ut sorores circumducebant mulieres, quæ una ministraturæ essent apud mulieres, quæ domos custodiebant; per quas etiam in gynæceum absque ulla reprehensione malæ suspitione ingredi possent doctrinam Domini. Hæc quidem Clemens, quæ & ex eodem referunt Eusebius (d) atque Nicephorus (e). Periclitari posse videretur fortasse apud nonnullos veritas ex Clementis perperam facta verborum Apostoli interpretatione; nisi ipsemet Paulus ex his, quæ (ut vidimus) scribit ad Corinthios (f), se tanta calumnia liberaret, dum se esse cælibem profiteretur. Verumtamen ne quod levioris est animi) ipse sibi contraria scripsisse, videatur, locum ipsum, quo agit de circumducenda (ut volunt etiam Novatores incontinentes) uxore, accuratius expendamus.

(g) Hier. advers. Jovin. lib. 1.

quid non habemus potestatem mulieres, vel uxores circumducendi (quia vobis apud Græcos utrumque significat) sicut ceteri Apostoli, & Cephas, & fratres Domini? jungat & illud, quod in Græcis codicibus est: Numquid non habemus potestatem sorores mulieres vel uxores circumducendi? Ex quo apparet eum de aliis sanctis dixisse mulieribus, quæ juxta morem Judaicum magistris de sua substantia ministrabant, sicut legimus ipsi quoque Domino factitatum: nam & ordo verborum hoc significat: Numquid non habemus potestatem manducandi, & bibendi, aut sorores mulieres circumducendi? Ubi de comedendo & bibendo, ac de administratione sumptuum præmittitur, & de mulieribus sororibus infertur; perspicuum est, non uxores debere intelligi, sed eas (ut diximus) quæ de sua substantia ministrabant. Hæc Hieronymus: eadem ante ipsum Tertullianus (b). Augustinus (i) vero hæc in eam sententiam: Hoc quidam non intelligentes, non sororem mulierem, cum ille diceret: Numquid potestatem non habemus sororem mulierem circumducendi? sed uxorem interpretati sunt. Fefellit eos verbi Græci ambiguitas, quod uxor & mulier eodem verbo vobis Græce dicitur. Quamquam hoc ita posuerit Apostolus, ut falli non debuerint. Quia neque mulierem tantummodo ait, sed sororem mulierem: neque ducendi, sed circumducendi. Verumtamen alios interpretes non fefellit hæc ambiguitas: quia sororem mulierem, non uxorem interpretati sunt. Sic etiam Chrysostomus (k), sicut Theodoretus, & alii veteres, de sorore, non de uxore dixisse Paulum, intellexerunt. Cogitaverant enim Judæi suæ gentis feminas sorores nominare, & viros fratres.

(b) Terrul. lib. de monog. c. 8. (i) Aug. de opere monach. c. 4.

(k) Chrysost. Theodor. in 1. Cor. 9.

LXIII.

Locus Pauli elucidatur.

Sed quid de hac re scripserit, & eleganter quidem, Isidorus Pelusiota ad Isidorum diaconum, hic describamus: Apostolorum unusquisque (ut ita dicam) regionem unam nactus, eam optimis moribus informavit. At Paulus, tamquam pennatus agricola, universum pene Orbem peragravit, atque extremos usque terræ angulos grassatus est; tum auditores suos optimis legibus instituens, tum is etiam, quibus eam audire minime contigit, divinam doctrinam inserens. Quocirca illos quidem mulieres etiam comitabantur, non ut liberos procrearent, aut una cum ipsis vitæ consuetudinem haberent, verum ut ex suis facultatibus subministrarent, ac paupertatis præcones alerent: hunc autem, qui ad ipsos usque terræ fines currebat, sequi nec permisso sunt, nec potuerunt. Quid vero mirum feminas relictas fuisse; cum etiam Barnabas, individuus alioque comes, ad infinitum illum cursum ac laborem claudicans, primas ipsi concesserit? Siquidem quo tempore cum eo versabatur, hæc verba habebat Paulus: Numquid non habemus

po-

potestatem sororem mulierem circumducendi, sicut & reliqui Apostoli, & fratres Domini, & Cephas? An solus ego & Barnabas non habemus potestatem hoc faciendi? Non quod ii qui virginitatem suadebant, & castitatem predicabant, ac virginum choros moderabantur, cum mulieribus consuetudinem haberent. Quis enim eos virginitatem suadentes tulisset, siquidem ipsimet in voluptatum ceno sese volutantes deprehensi fuissent? Non igitur hoc ait; nam alioqui mulierem uxorem duxisset (quemadmodum notarii in iis contractibus, qui ad dotes pertinent, scribere consueverunt, Alere ac vestire, quemadmodum muliere uxore dignum est, pro facultatum capu: mulierem videlicet ob naturam collocantes, uxorem autem ob vitæ consuetudinem), sed quia ipsos sequebantur, ex bonis suis paupertatis magistros alentes; idcirco sororem quidem dixit, ut castitatem indicaret; mulierem autem, ut naturam declararet. Mulier quippe virgo quoque appellatur, etiam si intacta sit: mulier ob formam, etiam si integra sit: mulier ob naturam, etiam si masculi congressus experta sit. Quod autem hoc a scopo minime aberrat, hic liquet, quod idem hic Paulus, cujus dictum nonnulli subdola interpretatione depravare minime dubitant, de eo loquens, quod Salvator secundum carnem ex sancta virgine Maria natus sit; his verbis usus est: Factum ex muliere. Quid ait Paulus? Virginem mulierem appellat? Ita, inquit: mulierem ob naturam appello, virginem autem mente teneo. Mulier enim est virgo, etiam si alioqui a virili contactu aliena sit. Mulier ob speciem & effractionem, virgo propter integritatem & puritatem. Hactenus Isidorus, qui fortasse mente concepit de sanctissima virgine Thecla Paulum intellexisse. Cæterum nihil prohibet eadem Pauli verba non de qualibet externa muliere, sed de sua ipsius sorore, eademque germana, posse intelligi; cum præsertim testimonio Lucæ (a) Evangelistæ constat Paulum habuisse sororem, cujus filium ipsum liberavit ab insidiis Judæorum.

(a) Act. 13.

LXIV.

Alium insuper admovent arietem, qui in Pauli cælibatum insurgunt; ejusdemque Pauli verba in ipsum intorquent, quibus scribens ad Philippenses sic ait (b): Etiam rogo & te germane compar, adjuva illas que mecum laboraverunt in Evangelio cum Clemente & cæteris coadjutoribus meis. Novus interpres, evertens potius, quam vertens, loco germane, germanam est interpretatus. At quis umquam Orthodoxorum, etiam si repetas tempora ab initio nascentis Ecclesiæ usque in præsens sæculum, reperitur, qui germanam putaverit esse legendum? Equidem non tantum de homine intellexisse Græcos omnes certum est, sed & nomen proprium viri cuius-

(b) Philip. 4.

Refellitur fecunda obiectio.

piam illud esse, Oecumenius (c) existimavit. Theodoretus (d) eos item refellens, qui vocem illam, compar, eo quod communis sit tam masculo quam feminæ, conjugem Pauli esse putarent, hæc ait: Comparem, seu conjugem, nonnulli stulte existimaverunt esse uxorem Pauli, non attendentes ea quæ scripta sunt in epistola ad Corinthios; quod scilicet se retulerit in numerum cælibum: Dico enim his qui matrimonio juncti non sunt, & viduis: bonum, si permanserint sicut ego: quod se non contineant, nubant. Et clarum quidem est, quod si esset cælebs, siue viduus, uxorem non habebat: uxorem nunquam duxisse, verius est. Comparem ergo seu conjugem ipsum vocat, ut qui jugum pietatis secum trahat; & hortatur ut sit optimarum mulierum adiutor. Hæc Theodoretus. Existimavit Joannes Chrysostomus (e), per comparem illum, Paulum significare voluisse fratrem quemdam illarum mulierum quæ ab eo ibidem nominantur, vel fortasse alicujus ex illis virum, puta Syntichis, vel Evodixæ.

LXV.

Quid insuper? Quod moris est omnium qui pertinaciter rem minus veram justamque defendunt, & manifestam veritatem impugnant; ut quo minus veras habent, quibus fulciantur, rationes, eo magis fraudibus nitantur, eoque dolosius imposturas adhibeant: sic quidem Novatores, ut quoquo modo suæ ipsorum incontinentiæ Paulum cogant adimplari, depravata Ignatii (f) martyris epistola ad Philadelphios, inter eos quos ille recenset fuisse conjugio obligatos, post Petrum, addiderunt Paulum, & alios Apostolos. Sed perfacilis est ejusmodi trop hæc atque figmenti detectio: qui enim antiquiores vel Græcos vel Latinos codices perveſtigant, quorum alii in bibliotheca Vaticana, & Sfortiana, alii alibi hic Romæ sunt, addititium esse Pauli nomen intelligent. At non tantum nostrates codices vetustiores ab omni impostura liberi id aperte demonstrant, sed & peregrini, in quos tamen nulla pravitate labes irrepſit; ut ille veneranda antiquitate nobilis, qui asſervatur in amplissima bibliotheca invictissimi Regis Pannoniarum Matthiæ Corvini: haud dubium quod & alii omnes eidem tempore æquales eandem germanam contineant lectionem. Non negamus, in quibusdam Græcis codicibus, sed haud antiquitate cum aliis conferendis, additum legi Paulum, sed sine dubio ab illis Græcis recens exscriptis, qui, quod uxores retineant cum sacerdotio, Paulum in defensionem suæ ipsorum incontinentiæ velint habere consortem.

LXVI.

Atqui appello iudicium omnium recte sentientium: Quibusnam major est adhibenda fides, antiquioribus, an recentioribus exemplaribus? Sed etſi deesset ejusmodi de-

inspe-

(c) Oecumen. in e. pſt. ad Philip. 4. (d) Theodoret. in ep. ad Philip. c. 4.

(e) Chrysostom. in ep. ad Philip. c. 4.

(f) Ignat. epist. 9. Ex scriptis Ignatii constat calumnia.

inspectione codicis argumentum; de germana Ignatii lectione provoco ad antiquiores scriptores, non dico ad Patres tantum, qui pro cælibatu adversus hæreticos, instituerunt defensiones, sed ad ipsos hæreticos, qui eundem acerrime impugnant. Quis umquam, quæso, adstruendum conjugium Pauli, Ignatium testem adhibuit? non puto certe fuisse eos adeo vecordes ac stupidos (cum prudentiores sint filii tenebrarum filii lucis in genere suo, & præsertim Jovinianus hæresiarcha, qui omnem lapidem volvit ut Apostolos omnes conjugatos ostenderet) ut præclarissimi viri certissimum atque irrefragabile testimonium, cum ea potissimum, quæ oculis inspicisset, testatus esset, adeo oſcitanter prætermiserit. Sed esto, hoc illos præterierit: num eodem quoque torpore, somno, ac letargo potius absorpti sunt ceteri antiquiores, qui pro cælibatu scribentes, & ex cælibatu Pauli probationes instituentes, tam libere firmiterque id adstruere potuissent, si unus ipsis instar omnium obstitisset Ignatius.

LXVII.

At quid in primis Tertullianus (a) non tantum de Pauli, sed & aliorum Apostolorum cælibatu? Petrum, inquit, solum invenio maritum per socrum, monogamum præsumo per Ecclesiam, quæ super illum edificata, omnem gradum ordinis sui de monogamia erat collocatura. Cæteros autem cum maritos non invenio, aut spadones intelligam necesse est, aut continentes. Hæc ille: plura addit de cælibatu ceterorum Apostolorum, ac de Paulo specialiter superius (b), dum eum in ordine spadonum adnumerat, atque: Ad quem spectans & Apostolus, propterea & ipse cæstratus continentiam movult. Idem (c) & aliis plerisque in locis ejusdem Pauli continentia est firmus ac fortis adſtipulator. Eadem non tantum de Paulo, sed & ceteris Apostolis Hieronymus (d), qui ait: Quoniam, excepto Apostolo Petro, non sit manifeste relatum de aliis Apostolis quod uxores habuerint: & cum de uno scriptum sit, ac de cæteris tacitum; intelligere debemus, sine uxoribus eos fuisse, de quibus ipse recenset Ignatii epistolas; eamque ad Philadelphios, ubi Paulus & ceteri Apostoli conjugati dicerentur? Sed quid de Chrysostomo dicam, cive ac presbytero Antiocheno, cujus Ecclesiæ Ignatius fuit Episcopus? Potuit ne ipsum præterisse quod de conjugio Pauli idem scripsisset Ignatius, cum tam intrepidus constansque sit Pauli cælibatus assertor (f)? De Theodoro etiam quid existimandum? qui cum Ignatio sæpe (g) citet, se eundem epistolaram lectioni assuevisse, sa-

(a) Tertul. de monog. c. 8. Assertores Cælibatus Pauli.

(b) Eod. lib. c. 3.

(c) Colligit ea Pam. in lib. de monog. not. 13.

(d) Hier. advers. Jo. vin. lib. 1.

(e) Ad Eustoch. ep. 22.

(f) Chrysostom. de virg. & aliis mulieribus in locis.

(g) Theodoret. in immutab. dial. 1. 2. & 3.

ne quidem ostendit: an non rubore saltem suffundi debuisset, tam firmiter Pauli cælibatum attestans, si Ignatii tanto testimonio confutari potuisset? Sed prætermittimus alios, satis superque existimantes ex his quemque prudentem in Ignatii epistola imposturam latentem detegere, atque perspicue intelligere posse.

LXVIII.

At certe etiam Pauli infensissimus hostis Ebion temporibus Apostolorum hæresiarcha (nam de eo meminit S. Ignatius) (b) quantumlibet tam ipse quam sui Apostolum pluribus calumniis vehementer exagitant, tamen absque uxore Christianum eum fuisse demonstrant: dum ipsum quidem tentasse uxorem accipere, sed quoniam quam cupiebat non accepisset, idcirco Christianis adhæsisse, ac sic adversus Judæorum legem plura scripsisse, tradiderunt. Reddam verba Epiphaniæ hæc narrantis (i), cum adversus Ebionæos hæreticos scribit: Paulum, inquit, hic accusare non erubescunt, per conficta quadam verba ex maleficio & errore pseudo-apostolorum suorum, Tarsensem quidem ipsum (velut ipse etiam confitetur, & non negat) dicentes; verum ex Græcis ipsum fuisse asserentes, occasione accepta ex loco ob veritatis studium ab ipso dicto, nempe: Tarsensis sum, non ignobilis urbis civis. Deinde asserunt ipsum esse Græcum, & ex parte Græco: ascendisse autem Hierosolimam, & per tempus illic mansisse, concupiſſeque filiam sacerdotis in uxorem accipere, & hujus gratia profelytum & accessorium factum esse, & circumcisum esse: deinde cum puellam assecutus non esset, ita concitatum esse, & contra circumcisionem scripsisse, & contra sabbatum & legem. Hæc de Ebione & sociis Epiphanius.

(b) Ignat. ep. 9. Hostes Pauli assertores ejus cælibatus.

(i) Epiph. hæres. 30.

LXIX.

Sed etſi proprium sit hæreticorum mentiri; non puto tamen hac saltem ex parte Ebionem adeo fuisse dementem, ut si novisset, Paulum habuisse conjugem, eum cælibem ad Christianos defecisse, fateri voluisset, quippe qui eam ansam in eum obloquendi, ex cælibatu ipsius accepisse credatur. At vero haud tantopere quempiam insanire credo, ut velit Paulum cælibem vitam egisse, dum Judæus permansit, ad Christum vero convertum, se conjugio obligasse. Nam cum ipse dicat: (k) Qui sine uxore est, sollicitus est qua Domini sunt, quomodo placeat Deo: qui autem cum uxore est, sollicitus est qua sunt mundi, quomodo placeat uxori, & diviſus est; quis adeo mente captus existimet eum, qui ad tam ingentem molem agitandam, nempe Apostolatam Gentium omnium administrandum delectus erat, voluisse insolubilibus conjugii vinculis devinciri, ac negotiorum domesticorum cura perstringi, cum ipse etiam Timotheum monens, dicat (l): Labora sicut bonus miles Christi Jesu. Nemo militans Deo, implicat se negotiis secularibus: ut ei placeat, cui se-

Paulus semper cælebs.

(k) 1. Cor. 7.

(l) 2. Tim. 2.

LXX. E conie-cturis argu-mentum.

(a) Philip. 3. (b) Galat. 3.

(c) Epiph. lib. 1. (d) Marf. 16.

(e) Joseph. in vita sua.

LXXI.

(e) 1. Cor. 7. De Judæ- is præpu- tium ad- dacenti- bus.

(f) 1. Mach. 2.

probavit? Sed facebant commenta hæc. Quod si denique de Pauli celibatu a- gere etiam volumus conjecturis: fortissi- ma quidem ea est quæ ducitur ex ejus vi- tæ instituto olim iuro, antequam Christi- fidem capesseret, cum Judæus inter Ju- dæos esset. Phariseus (a) quidem secta erat, ac non remissus sane vel mollis, sed (quod & ipse (b) ait) proficiebat in Judaismo supra omnes cœtaneos suos, abundantius existens æmulator paternarum traditionum. Qualis autem esset Phariseo- rum vitæ ratio de continentia solite con- servanda, Epiphanius (c) satis docet, nos- que superius recitavimus, cum de sectis Judæorum egimus: tradit enim inter alia, alios ex ipsis octo, alios decem annorum spatium ad continentiam ab omni labe car- nalis voluptatis sibi solitos esse præscri- bere. Josephus Judæus rerum Judaicarum historicus, & ipse (ut proficitur) secta Phariseus, de se ipso agens, ac de alio- rum Phariseo, qui eum instituebat ad castitatem servandam, hæc scribit (d): Cum audissem, inquit, Banum quemdam in soli- tudine vivere, amicum sibi parantem ex arboribus, & alimentis sponte provenien- tibus utentem, crebrisque nocte & die lavacris frigidis uti ad castitatem tuendam: cœpi ejus institutum imitari: exacti que in ejus contubernio tribus annis, postquam cupitis satis potitus sum, in urbem redii. Addit deinde, se nec postea, licet jam ad suæ ætatis annum trigésimum pervenisset, ullis carnis illecebris esse victum, nec nisi in matura ætate nuptias expetisse. Si hæc agebat Josephus, sicque his multo majora complures aliorum Phariseorum præstitisse noscuntur; quid de Paulo existimandum putamus, qui eo in genere omnes facile superavit, ac æqualibus antecelluit? Esto igitur de celibatu Pauli firma sententia, sua in primis professione testata, Patrum- que omnium consensione firmata, hostium quoque probata assertionem, ac conjecturam; denique ex certis deducta exemplis pari- ter declarata.

Jam cetera, quæ Paulus Corinthios monuit, videamus: sunt enim hæc sacræ leges, quas non illis solum, sed (quod sæpius diximus) universali Ecclesiæ servandas pro- posuit, & edixit: nam addit (e): Unum- quemque sicut vocavit Deus, ita ambulet, & sicut in omnibus Ecclesiis doceo. Circumcisus aliquis vocatus est? non inducat præputium. In præputio aliquis vocatus est? non circumcidatur. Sane quidem apud Ju- dæos a pravis hominibus ea vigeat ma- lis artibus excogitata perfidia, ut ad li- bitum, cum vellent a patriis legibus ad Gentiles deficere, præputium super cir- cumcisionem inducerent, sicque se Judæos esse negarent, & cum circumcissione etiam Dei cultum abjicerent. Unde in libris (f) Machabæorum hæc de iisdem leguntur:

Ædificaverunt gymnasia in Hierosolymis secundum leges nationum, & fecerunt sibi præputia, & recesserunt a testamento san- cto: quod quidem Josephus (g) iisdem his verbis asserit: Adduxerunt sibi præputia, ut nudi quoque non essent Græcis dissimi- les: & contemptis omnibus patriis riti- bus, imitabantur mores externarum gen- tium.

(g) Joseph. ant. lib. 12. c. 6.

Quomodo autem id fieret, Epiphanius, qui res Judaicas maxime calluit, docet his verbis, cum agit de Symmacho in- terprete, qui secundo est circumcisus: Accedit, inquit, ad Judæos, ac sit pro- felytus, & circumciditur secunda circum- cissione. Et ne mireris de hoc, optime auditor: contingit enim hoc. Qui enim a Judæis ad Samaritas profugunt, rur- sus circumciduntur: similiter & qui a Samaritis ad Judæos transfugunt. At hoc adhuc gravius est, quod etiam a circum- cissione præputiati sunt, arte quadam me- dica, per instrumentum attractorium, spa- thisterem appellatum, infirmam membro- rum cuticulam attrahi sumentes, suturam- que admittentes, & glutinatoris circum- cidatis, præputium rursus superinducunt. Habes & testimonium apud sanctum Apo- stolum, ubi hæc verba hoc modo dicit: Circumcisus aliquis vocatus est? ne at- trahatur ipsi præputium. Hanc traditio- nem vero diabolici inventi Esau fratrem Jacobi reperisse ajunt ad abnegationem Dei, & ad deletionem characteris pa- trum ipsius. Quapropter ajunt, Deum dix- isse: Odio habeo ipsum Esau, Jacob ve- ro dilexi. Hucusque Epiphanius. Inde- putavit interpretes (h) apud Martialem, illud explicans, Nec recitatorum fugis iniqua Judæorum; recutitos esse Judæos dictos: quoniam, inquit, Judæis pueris cutis inguinis rescindebatur; postea, cum cutis succresceret, dicebantur recutiti, quasi nova cute tecti. Perfus (i) re- cutita sabbata, hoc est, Judaica festa, dicit; ubi interpretes: Judæos, inquit, re- cutitos, quibus nova cute restituta est, licet alias appellet recutitos, hoc est, circumcisos. Sic igitur Paulus Apostolus, ne Judæi credentes in Christum, idem- facerent quod ceteri consueverant cum ad Gentiles deficerent; neve Gentiles in Chri- stum credentes, id agerent quod alii ad Judæorum religionem transeuntes, & in- ter profelytos proficentes (circumcidi hi soliti erant) dictam tam a Judæis quam a Gentilibus ad Christum conversis le- gem servandam constituit. Plura deinde subinfert de vescendis idolothytiis: sed de his superius actum est.

LXXII.

(b) Apud Martial. lib. 7. epig. in Celi- am. Judæi re- cutiti qui. (i) Perf. satyr. 5.

Post hæc verum cum multa differuisset de victu ministrando iis qui annunciant Evangelium; tandem sancitam a Domi- no legem promulgans, ait (k). Ita Do- minus ordinavit his qui Evangelium annun- tiant,

(k) 1. Cor. 9.

Oblatio- nibus sus- tentati Dei mi- nistri.

(a) Joan. 12.

(b) A- gnomian. Mar. lib. 27.

(c) L. 20. de Epif. & cler. c. 26. C. eodem. Hier. epif. 2. ad Ne- pot. Ambr. advers. Symma- chum.

LXXIV.

(d) Cypri- an. epif. 34. ad Cler. in fin. Episcopus dispensa- tor rerum Ecclesiæ. (e) Cypri- an. ep. 66.

LXXV.

(f) Genes. 34.

(g) Dionys. Halicar. lib. 6. Li- vius & alii. (h) Plautus in Stich.

de Evangelio vivere. Ex Fidelium oblationibus, Ecclesiæ ordines & officia solita victum accipere, jam ab ipso Ec- clesiæ nascentis exordio, certum est; im- mo cum adhuc superstes Dominus manus prædicationis obiret, ex his que daban- tur, una cum suis victum capere con- sueverat: Judas enim (inquit Joannes a) loculos habens, ea que mittebantur, por- tabat. Perseveravit, auctusque est idem usus temporibus Apostolorum, ad quo- rum pedes suorum bonorum credentes ob- lationem liberam spontaneamque facie- bant, simulque deferebant; ex quibus cum ipsi, tum ceteri qui egerent, victi- tarent. At sicut fides est amplioribus spa- tiis propagata, ac proinde sicut Christia- norum, ita etiam iisdem inservientium, coagmentatus est numerus clericorum: ita auctus est pariter major oblationum proventus; usque adeo, ut Gentilium invidiam (b), & Imperatorum quantum- libet Christianorum in se odia concitarent; qui verentes ne profusioribus viduarum largitionibus illi locupletes nimis, filii vero ipsarum pauperes redderentur, eas restringere & cohibere (arbitrio volun- tatis potius, quam recti judicii ratione) sæpe conati sunt (c).

Erogabat vero eas Episcopus cuique Ecclesiæ ministro, prout opus esse vide- batur: favebat quisque mensuram spor- tulam, de qua hæc Cyprianus (d): Cete- rum presbyteri honorem designasse nos il- lis jam sciatis, ut & sportulis iisdem cum presbyteris honorentur, & divisiones men- struas æquatis quantitatibus partiantur. Qui hæc capiebant ab Ecclesiâ victus fi- zor rerum Ecclesiæ. pendiæ, clericos sportulantes idem Cy- prianus appellat, cum ait (e): Hæc nunc ratio & forma in clero tenetur, ut qui in Ecclesiâ Domini ordinatione clerici pro- moventur, in nullo ab administratione di- vina vocentur, nec molestiis & negotiis secularibus alligentur; sed in honore spor- tularum fratrum tanquam decimas ex fructibus accipientes, ab altari & sacri- ficiis non recedant, sed die & nocte ca- lestibus rebus & spiritualibus serviant. Hæc Cyprianus.

Quod vero ad decimas pertinet, qua- rum meminit: etsi jure divino in lege veteri primitus imperatæ noscuntur; ta- men sicut ante legem scriptam eos Abra- ham (f) de pugna quinque Regum vi- ctor persolvit magno sacerdoti Melchi- sedech, ita etiam & Gentiles, quodam religionis impulsu, sæpe in bello de manu- solvi vo- vissent decimas & reddidisse, scriptu- rum veterum monumenta testantur. Id a Posthumio factum, obventa belli Latini victo- ria, necnon ab aliis Romanorum ducibus, Romanarum rerum historici (g) tradiderunt. Habes & de decimis illud apud Plautum: Ut decimas Herculi solveret; & illud (h): Ann. Eccl. Tom. I.

Decimam partem Herculi pollucere: & Cicero (i): Herculi quisquam decimam vo- vit unquam, si sapiens factus esset? Her- culi namque persolvere consuevisse deci- mas Romanos, Plutarchus (k) testatur. Herodotus in Clio: Sisse, ait, ad singu- las portas aliquot ex tuis satellitibus cu- stodes, qui verent exporari opes, ut ea- rum decima Jovi necessario reddantur. Ira nec in illorum odium contrahas, vi opes excipiendo; & ipsi agnoscentes se justa- agere, non invidi faciunt. Hæc Croesus ad Cyrum Regem Persarum. Apud Xeno- nophontem (l) hæc quoque reperiuntur: Hic etiam pecuniam de captivis collectam parti, canque quam decima nomine aut Apollini aut Ephecia Dianæ voverant, consecrandam Prætores acceperunt: & a- libi (m): Agis Delphos profectus est ac decimam Deo obtulit. Ac russum (n): Hostium vero ita fructus agro est, ut duobus annis centum talenta & amplius apud Delphos decimam dedicaret. At ve- ro non immorabor diutius in singulis ex- emplis recensendis. Constat quidem a- pud omnes fere gentes, velut quodam- jure naturæ exigente, decimas numinibus devotas ac redditas: quas (ut diximus) lege lata per Moysem (o) Deus sibi ad dicto populo imperavit. Porro de ratione decimarum, & denario numero, rationibus agit Philo (p).

(i) Cic. de nat. deor. lib. 3.

(k) Plu- tarch. in probl. 99. Rom.

(l) Xeno- phon. in Cyro. l. 5. p. 15.

(m) Xeno- phi. de reb. gest.

(n) Gracil. 3. de Agesil.

(o) Levit. ult. Num. 18. & ali-

(p) Philo- lib. de con- gres. quar. erud. gra- tia.

LXXVI.

At vero licet Christi Ecclesiæ legalibus non adstringatur (nam ea ex parte lex & Prophetæ usque ad Joannem Bapti- stam) tamen jure quodam naturæ, quo præcepta moralia sunt servanda, immo & divino, illa debentur etiam sacerdo- tibus Christianæ religionis. Quid enim tam naturale, quam ut (quod ait Paulus q) qui plantat vineam, de fructu ejus e- dat: qui pascit gregem, de lacte mandu- cet: qui seminat spiritualia, saltem me- rat carnalia: & qui militat, stipendium accipiat? Certe quidem nisi Paulus vo- luisset ejusmodi legis præcepta in Chri- stianam religionem transferri, nequaquam inde mutatus esset exemplum & aucto- ritatem mandato etiam Domini confirma- tam, dum ait (r): Nescitis quoniam qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt, edunt; & qui altari deseruiunt, cum altari participant? Ita & Dominus ordinavit iis qui Evangelium amuntiant, de Evangelio vivere. In necessarium enim usum Levitarum decimæ offerebantur in templo, secundum illud Numerorum. (s): Nihil aliud possidebunt, decimarum oblatione contenti, quas in usus eorum & necessaria separavi. Quæ sunt igitur ad necessarium usum sacerdotum, jus natu- ræ in primis præstant admonet, lex Dei præcipit, ac Christus denique jubet esse servanda. Sacerdotibus enim, perinde ac Regibus, de judicio, tributa esse pen- den-

(q) 1. Cor. 9. Decima- multiplici Jure debi- ta.

(r) 1. Cor. 9.

(s) Num. 18.

(a) Philo de Sacerdotibus.

denda, Philo (a) declarat his verbis: Alios, inquit, non mediocres redditus jura sacerdotibus tribuunt, dum a singulis exiguntur decimae frumenti, vini, olei, foetura pecudum ex armentis ac gregebis: quanta vero hinc quoque proveniat copia, licet ex numerosissima gentis frequentia conjecturam sumere. Ex his rebus liquet juxta legis judicium sacerdotes equiparari honore ac majestate Regibus. Siquidem illis tamquam Principibus conferri tributa imperat: id quod fit longe aliter quam in ceteris civitatibus sub dynastiis degentibus. Nam haec gementes & coacta vix tandem conferunt, perosa quae flores ceu pestem publicam, nunc has nunc illas causationes effingendo, ne ad praestitutum tempus tributa representent. At haec gens sacerdotibus debitam pecuniam lubens gaudensque deponit, quasi non daret, sed acciperet; addens faustas ominationes, & gratiarum actiones populariter; idque quotannis, nec viris cessantibus, nec mulieribus; sed alacritate spontanea, quanta nullis verbis exprimi potest, conferentibus, & haec quidem contribunt ex privatis possessionibus. Hucusque Philo.

LXXXVII. De decimis Typus.

Si igitur talia tantaque antiquae legis sacerdotio debebantur; quanto majora essent tribuenda Christianae religionis sacerdotio, quod antonomastice Regale appellatum, tanto est illo excellentius atque sublimius, quanto umbra veritas, & typo opus magnificentissime absolutum? Sane quidem per Melchisedech Regem ac sacerdotem, Christianae religionis sacerdotium praefiguratum; & per Abraham, qui illi decimam dedit, laicos omnes adumbratos esse (figura signante nimirum praestandas a laicis Christi sacerdotibus decimas) Joannes Chryostomus (b) disputans adversus Judaeos, pluribus docet, atque ait: Considera quanta sit excellentia nostratis sacerdotii: quandoquidem Abraham Patriarcha Judaeorum, progenitor Levitarum, comperitur benedictionem accipere a Melchisedech, illique dare decimas. Sed & longe ante id dixerat Paulus (c): Intuemini, inquit, quantus sit hic, cui & decimas dedit de praecipuis Abraham Patriarcha. Quae in eandem sententiam explicat idem Chry-

(b) Chryost. orat. 4. advers. Jud.

(c) Hebr. 7.

(d) Chryost. in ep. ad Hebr. hom. 11.

(e) Act. 2.

ostomus (d), locum illum interpretatus. Haec igitur considerantes primitivae illius Ecclesiae Christi fideles, non modo decimam partem frugum, sed ipsas universas, ac etiam rura, ex quibus colligebantur, distrahentes eorum pretia, portabant (e) ad pedes Apostolorum: praestiterunt hoc ipsum, donec infidelium Judaeorum invidia exagitati, bonis omnibus spoliati, pauperes adeo redditi sunt, ut ipsi aliorum credentium indigerent auxilio: cujus rei causa Paulus bis, Antiochiae primum, ac demum in Achaja &

Macedonia, ad illos juvandos, pecuniam collegit.

Quod vero ad Gentes pertinet: et si jure legitimeque se ab illis ejusmodi debita stipendia requirere posse, Paulus (ut videmus) ad Corinthios scribens, testatur; ramen ne offendiculum aliquod illis inferret, ab ejusmodi exactione temperasse se dicit. Usi sunt & alii in posterum eadem modestia; ne (quod ait Tertullianus f) redempta pretio religio videretur: arbitrio nimirum relinquentes cusque, quid & quantum vellet, offerre. Sed profusas illorum fuisse oblationes, ex quibus non modo ecclesiarum ministri, sed pupilli, viduae, agrotantes, peregrini, in carcere detenti, exules causa fidei, & ad metallum damnati copiosissime alerentur, idem auctor testatur; nosque tum ex ipso, tum ex aliis antiquis scriptoribus superius, cum egimus de collectis, satis aperte monstravimus.

Ceterum ad haec subsidia sacerdotibus ceterisque sacrorum ministris impartienda laicos teneri, non tantum Dominus sua (quod ait Paulus) ordinatione instituit, ac idem Apostolus jure id fieri demonstravit, sed & Patres omnes faciendum admonuerunt. Pulra enim de decimis praestandis leguntur apud Clementem (g), tum maxime Origenem (h), qui haec habet de primitiis, ac proinde decimis: Sicut & in hoc sermone quem habemus praemanibus, arbitror convenire; decet enim & utile est, etiam sacerdotibus Evangelii offerri primitias. Ita enim & Dominus disposuit, ut qui Evangelium annuntiant, de Evangelio vivant; & qui altari deserviunt, de altari participant. Et sicut hoc dignum & decens est, sic e contrario indecens & indignum existimo & impium, ut is qui Deum colit, & ingreditur Ecclesiam Dei, qui scit sacerdotes & ministros assistere altari, & aut verbo Dei, aut ministerio Ecclesiae deservire, ut de fructibus terra quos dat Deus, Solem suum producendo, & pluvias suas ministrando, non offerat primitias sacerdotibus: non enim videtur hujusmodi animam habere memoriam Dei, nec cogitare, nec credere quia Deus dederit fructus quos cepit; & inferius de decimis agens, multo plura a Christianis praestanda in eo genere Dominum voluisse, quam a Pharisaeis, qui decimabant mentam & anetum secundum quod scriptum est: Nisi abundaverit justitia vestra plusquam scribarum & Pharisaeorum, non intrabitis in regnum caelorum, demonstrat.

Eadem & Hieronymus (i) in hac verba: Quod de decimis primitiisque diximus, quae olim dabantur a populo sacerdotibus & Levitis, in Ecclesia quoque populis intelligite: quibus praecipuum est, non solum decimas dare & primitias, sed & ven-

dere

LXXXVIII. Christianorum est sua largitas.

(f) Tertull. Apolog. 39.

LXXXIX.

(g) Clem. Const. lib. 2. c. 29. 38. & 59. (h) Origen. in Num. hom. 11. Decimae praestandae Christi lege.

LXXX. (i) Hieron. in Malach. c. 3. Patrum consensus de solutione decimarum.

(a) Aug. de temp. serm. 215.

deve omnia quae habent, & dare pauperibus, & sequi Dominum Salvatorem. Quod si facere nolumus, saltem Judaeorum imitemur exordia, ut pauperibus partem domus exoto, & sacerdotibus ac Levitis honorem debitum deferamus. Unde dicit & Apostolus: Honora viduas quae vere viduae sunt, & presbyterum duplici honore honorandum, maxime qui laborat in verbo & doctrina. Dei. Quod qui non fecerit, Deum fraudare, & supplantare convincitur. Augustinus saepius id ipsum inculcat, ut cum ait (a): Decimas de fructibus vestris ecclesiae reddite. Idemque (b) alibi eodem argumento de reddendis decimis sermonem integrum peroravit, in quo haec habet ad finem: Decima enim ex debito requiruntur; & qui eas dare noluerit, res alienas invastit. Ac denique decimarum solutionem non esse recenter in Ecclesiam introductam, sed a majoribus praestari solitam, alibi his verbis inculcat (c): Majores nostri ideo copiis abundabant, quia Deo decimas dabant, & Caesari censum reddebant. Modo autem, quia discessit devotio Dei, accessit indictio fisci. Nolumus partiri cum Deo decimas: modo autem totum tollitur. Hoc tollit Augustinus, quod non accipit Christus. Haec Augustinus.

(a) Aug. de temp. serm. 215. (b) Aug. de temp. serm. 219.

(c) Aug. hom. 48. de SS.

LXXXI. (d) Chryost. in 1. ad Corin. hom. 43. Opifices perficiunt decimas.

Sed & Joannes (d) Chryostomus item hortans primitias decimasque persolveri, ait: Opifex, utpote calcetorum consarcinator, aut sutor, aut faber ararius, aut quisvis alius artifex, cum aliquid venderit ex his quae sua arte fiunt, det Deo primitias pretii, ibi (in arcam scilicet) parvam partem dejiciat, & ex minori parte cum Deo partiat. Neque enim magnum quid peto: sed tantum, quantum Judaeorum infantes & mille malis pleni, tantum nos, qui caelum expectamus, jacamus. Haec autem dico, non legem ferens, neque prohibens ne plus eroges, sed aequum censens ut non minus deponas, quam partem decimam. Hoc autem fac non solum vendens, sed etiam emens. Hanc etiam legem servant, qui praedia possident in proventibus. Haec & alia plura Chryostomus. Sed in his amplius non immorandum: liquet enim, ex omnibus qui fuerunt antiqui Catholici Ecclesiae scriptores, qui de his meminerint, neminem reperiri ab his esse dissentientem, sed aequae eisdem illos omnes in eam sententiam conspirasse, eandemque multorum sacrorum Conciliorum, de quibus inferius erit mentio, canonibus confirmasse.

LXXXII. Argentea supellectilia.

Fuisse quidem profusas Christianorum largitiones in ecclesias, tum ex dictis colligi potest, quod ex his non clerici tantum victarent, sed & pauperes omnes (ut dictum est) diversis preffi miseris levarentur; tum etiam quod ex iisdem pretiosissima ecclesiae supellectilia (licet Christianos vexaret persecutio) acquire-

bantur. Nam qualia essent caetera ecclesiae vasa, quae ad sacrificii opus ad altare admovebantur, inde argumentum deduci posse videtur, quod etiam lucernae argenteae erant; ut ex Actis Proconsularibus apud Augustinum (e) legitur de temporibus Diocletiani. Abundasse ecclesias vasis ex auro & argento confatis, Optatus (f) etiam tradit, necnon idem qui supra Augustinus alibi (g) ex aliis Proconsularibus Actis.

Caeterum sicut nec Levitis olim, licet decimis ditarentur, interdista erat omnino rerum immobilium possessio, quippe qui ex mandato (b) Dei in singulis tribubus urbes sacerdotales ad habitandum habebant, suburbanaeque earum ad mille passus (nec erant illa numero paucae, cum in ea provincia non adeo ampla numeratae sint (i) Levitarum civitates quadraginta octo) ita etiam nec Christianae legis sacerdotibus eorundem bonorum possessio interdista probatur: Ecclesiae enim Christianorum etiam possessiones olim sub Gentilibus Imperatoribus possessisse, non tantum Pii (k) Papae Primi, & Urbani (l) item primi, quos alii citant, Epistolae declarant, sed ipsa Imperatorum Edicta, quibus eas illis ablatas reddi mandarunt. In edicto (m) enim Constantini atque Licinii haec scripta leguntur: At quoniam ipsi Christiani non solum ea loca in quae convenire solent, sed etiam alia habuisse cognoscuntur, quae non privatim ad singulos, sed ad jus totius ipsorum communitatis, id est, Christianorum, spectabant: singulis qui ea possident, mandes velim, ut omnia per legem, quam supra posuimus, absque ulla controversa Christianis, id est, societati ipsorum & conventui reddant, &c. Porro ea omnia loca quae dicit spectare ad Christianorum communitatem, bona Ecclesiastica fuisse, sequens eorundem edictum ad Annulinum conscriptum, manifeste declarat his verbis: Quare volumus, ut simul ac haste litteras a nobis acceperis, si quae ex his possessionibus, quae ad Catholicam Christianorum Ecclesiam in quibusque civitatibus aut aliis locis pertinent, etiam adhuc a civibus aut ab aliis quibusdam retineantur, eas quamprimum eisdem ecclesiis facias restitui: quandoquidem animo instituimus, ut ea, quae ecclesia antea possederunt, ad ipsarum jus denuo revertantur. Cum igitur tua pietas animadvertat decretum hoc absque dubio de nostra sententia esse publicatum: enitere atque labora, ut si ve hortis, si ve ades, si ve aliud quodcumque aliquando ad jus ipsarum ecclesiarum spectarint, omnia illis quam celerrime reddantur. Haec illi. Sublata enim illa fuerant temporibus persecutionis Diocletiani atque Maximiani Imp.

Post haec, reddita pace Ecclesiae, re-

(e) Aug. ep. 165. (f) Optat. contra Parmen. lib. 7. (g) Aug. contra Crescon. lib. 3. c. 29.

LXXXIII. (b) Num. 35.

(i) Josue 21. Bona immobilia possedit Ecclesia.

(k) Pius ep. 2. (l) Urbanus ad omnes Episc. (m) Apud Euseb. lib. 10. c. 5.

LXXXIV. gnan-

gnantibus jam Principibus Christianis, ecclesias omnes locupletatas esse longe lateque amplissimis latifundiis, non est, credo, qui dubitet. At sicut olim possessiones, quas alii Deo vovissent, eandem sacerdotibus (a) possidebant, quantumlibet portio eorum tantummodo Deus esse deberet: ita etiam rura, vel alia bona a Fidelibus elargita ecclesiis, in usum cedere sacerdotum, aliorumque ministrorum, certum est. Nam licet missis a se discipulis Dominus dixerit: *Nolite possidere aurum, neque argentum, &c.* tamen cum mox subdit: *Dignus est operarius cibo suo.* Illis quæ sunt ad vitam necessaria, Salvatoris sententia, ministrari debere, quis non intelligit? Sic enim illis inhibuit aurum & argentum, non ut eorum usu necessario interdiceret (etenim constat aurum & argentum, ipsa rerum pretia, allata esse ad pedes Apostolorum, illorumque arbitrio dispensata) sed ut affectum temporalium rerum reprimeret; ne quæstum pietatem putarent. Sicut cum etiam iisdem dixit: *Neminem per viam salutaveritis;* illis haud inhibuit consueta humanitatis officia; sed ut ad prædicationis opus, ad quod dirigebantur, sollicitiores & attentiores redderet, voluit admonuisse. Sed de his satis dictum putamus; quæ quoniam ad Ecclesiasticam œconomiam spectant, ratio instituti nostri sicut non patiebatur præmittere, ita in iisdem paulo diutius nos immorari permisit, & pene coegit. Age igitur, jam cæteras ab Apostolo Corinthiis in primis traditas, ac proinde universæ Ecclesiæ præscriptas leges investigemus.

Sicut enim optimi legislatoris officium ac munus est, non tantum egregiis moribus rempublicam instituire, sed ejusdem populi decentem corporis habitum simul componere: eodem sane modo Paulus Apostolus illa, quam ad eos primam scripsit, epistola, cum eosdem optimis legibus imbuisset, de mulieribus illud statuit, ut non nisi velato capite in ecclesiam convenientes orarent: sicut e contra viros oportet capite orare vetuit. Cæterum quod ad mulieres velandas pertinet: licet ipse primus Fideles id agendum monuerit, non tamen ejus rei primus est auctor: siquidem tam Judæorum quam multarum Gentium feminas olim, etiam ante Christi adventum, velatas incedere consuevisse, exploratissimum est. De Judæis fidem facit Tertullianus (b), qui dum agit de veteribus traditionibus, ait: *Apud Judæos tam solemne est feminis eorum velamen capitis, ut inde noscantur.* De Gentilibus, ut de Creusa Aneæ uxore, habetur nobile exemplum: dicunt enim (c) eam propter inhgnem honestatem, ne cum Troja quidem caperetur, perterritam, se velamine detexisse; sed etiam dum ab incendio fu-

(a) Levit. ult. Temporalium rerum usus minime vetitus.

LXXXV. De velandis mulieribus.

(b) Tertul. de coron. milit. c. 4.

(c) Clem. Alex. in Pedag. lib. 3.

geret, mansisse velo testam. De Romanis mulieribus id æque docet Valerius (d), dum ait: *Horridum C. quoque Sulpicii Galli maritale supercilium: nam uxorem dimisit, quod eam capite aperto foris versatam cognoverat.* Tacitus (e) item hæc de Poppæa Sabina: *Rari in publicum egressus, idque velata parte oris, ne satiari aspectum, vel quia sic decebat.* De Græcis hæc Apulejus (f): *Mulieres candido splendet amicumine.* De Arabibus hæc Tertullianus (g): *Judicabunt nos Arabia femina Ethnica, quæ non caput tantum, sed faciem quoque ita totam tegunt, ut uno oculo liberato, contentæ sint dimidia frui luce, quam totam faciem profuturæ.* De Lacænis mulieribus omnium laudatissimis illud a Plutarcho (h) scriptis mandatum habetur: *virgines aperta facie, viris junctas mulieres velatas prodire solitas: ea nimirum ratione, ut sic illæ maritos invenirent, istæ vero viros habentes, aliis placere non curarent.* Sed sicut & probro ascribitur (i) Lacænis virginibus, quod supra genua tantum vestes deductas induerent, ita nec laudantur, quod sic virgineus pudor quasi venalis expositus proderetur.

At quoniam inter Græcos Corinthiæ feminæ patria lege atque consuetudine culti Veneris erant addictissimæ, ac proinde (ut superius dictum est) omnium impudicissimæ, quippe quæ pietatem putarent sua corpora prostituere: his cum Apostolos Evangelium prædicasset, & complures illarum ad meliorem frugem adduxisset; quod olim præsens tradiderat, absens litteris monuit: nimirum ut mulier honesto incedens habitu, capite velato procederet, sicque in ecclesia oraret cum cæteris. Quam quidem legem non nuptis tantum præscripsit, sed & virginibus: mulierum enim nomine (quod pluribus distinxit Tertullianus k), etiam virgines fuisse a Paulo comprehensas, certissimum est: nam & sic ipsi Corinthii intellexerunt: *Qui, inquit, hodie denique suas virgines velant.* Sed de his superius. Cæterum id non tantum in Ecclesia Corinthiorum servatum est, sed & in cæteris Christiani orbis Ecclesiis, quas vel ipsi Apostoli, vel eorum successores viri Apostolici (l) ex-

Redarguerunt majores nostri (m) veli genus illud, quod velut aranea tela contextum, vel purpureo colore, revelaret potius quam velaret pulchritudinem, irritamentumque esset magis libidinis, quam regumentum pudoris, Gentilium potius feminarum usu quam Christo credentium comparatum. Reprehendit & illas Tertullianus (n), quæ neque testæ, neque nudæ incedentes: *Mitris, inquit, & la fronte quidem protecta: qua proprie au-*

(d) Valer. lib. 6. c. 3. de sever. 13. (e) Tacit. lib. 14.

(f) Apul. de asin. lib. 1. c. 17. (g) Tertull. de veland. virg. c. 17.

(h) Plutarcho. A. pophtheg. Luc. in Charil.

(i) Clem. Alex. Pa. dag. lib. 2. cap. 10.

LXXXVI. Corinthias velatas voluit Paulus.

(k) Tertull. de veland. virg. cap. 4. 5.

(l) Tertull. eod. lib. c. 2.

LXXXVII. Quæ velatio improbat. (m) Clem. in Pedag. lib. 2. c. 19.

(n) Tertull. de veland. virg. c. 17.

rem caput est, nuda. Alie modice linteolis, credo ne caput premant, nec ad aures usque demissis, cerebro tenuis operiuntur. Misereor, si tam infirmo auditu sunt, ut per tegmen audire non possint. Ac iterum inferius: *Quantam autem merebuntur castigationem etiam illa, quæ inter Psalmos vel in quacunque Dei mentione relectæ perseverant? Merito ne etiam in oratione ipsa facillime simbriam, aut villum, aut quodlibet filium cerebro superponunt, & rectas se opinantur?* Clemens equidem Alexandrinus (a) sic interpretatur de velandis mulieribus præceptum Apostoli, ut non tantum velamine capita tegerent, sed eodem in frontem promisso vultum obumbrarent.

Ceterum non tantum Paulus hæc scribens, Christianarum mulierum sic voluit capita esse composita, ut velamine testæ essent; sed & Timotheum (b) monens, omnem illum a feminis superfluum laicivumque amputavit ornatum, qui esset concupiscentiæ fomes, sic dicens: *Volo similiter & mulieres in habitu ornato: cum verecundia & sobrietate ornantes se, non intortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste pretiosa, sed quod decet mulieres promittentes pietatem per opera bona.* Docuit eadem & Petrus (c). Sed quid Christianæ religionis Pædagogus (d) quonam modo ornatum temperat, ut luxum evitet? *Mulieribus, inquit, crines mollire sufficit, & tenui aliqua fibula comam alligare frugaliter, simplici cultura pudicæ comas in veram & germanam pulchritudinem alevitibus: meretricii autem pilorum plexus, & catenarum nexus, cum eas deformes reddunt; tum etiam pilos discerpunt, artificiosius insertis vinculis evollentes.* Probat idem album colorem in vestibus: *Quod si, inquit (e), oportet alium aliquem colorem quærere, naturalis veritatis per se tinctura sufficiat: & post nulla: Quocirca Cæcum Sophistam jure approbo, qui Virtutis & Improbis aptas describit imagines. Quorum hanc quidem, nempe Virtutem, fecit simpliciter stantem, candida veste indutam & puram, sola verecundia ornatam. Talem oportet esse mulierem fidelem, nempe virtute præditam cum verecundia. Alteram autem contra inducit, nempe Improbis, superflua quidem & varia veste indutam, alieno autem colore exultantem: motus autem & habitus comparatus ad delectationem describitur, non secus ac meretricis. Ac rursum, de vestium prolixitate agens, cum eas ad talos usque productas velit, eas damnat quæ prolixæ nimum super terram effusæ trahuntur, sic dicens: *Trahere autem vestes ad summos usque pedes demissas, valde est arrogans & superbum: quod ambulandi actionem impedit; cum vestis instar verruculi, quæ in soli sunt superficie sordes secum attrahat, ne fractis quidem & enervatis his saltato-**

(a) Clem. Alex. in Pedag. lib. 1. cap. 10.

LXXXVIII.

(b) 1. Tim. 2.

(c) 1. Pet. 3.

(d) Clem. Alex. Pa. dag. lib. 3. c. 11.

(e) Clem. Alex. Pa. dag. lib. 2. c. 10.

ribus, qui cinædicam turpitudinem mutam in scenam transferunt, vestem cum tanto dedecore diffluentem conspicantibus, quibus exquisitæ vestes, simbriarumque dilatationes, & curiosi figuratum numeri illiberalem ac sordidam symmatum molliciem indicant. Hæc Clemens.

Vix credi potest, quantum post Apostolos, quos recensuimus, laboraverint Apostolici viri, ut Christianas feminas, quod ad ornatum spectat corporis, in modestiæ officio continerent: ac nec eas dicimus tantum, quæ (ut ait Paulus f) abierunt retro post satanam, sed pudicæ & castas: unde & merito de his Hieronymus (g): *quidam inquit, genus femineum est: multasque etiam insignis pudicitia, quamvis nulli virorum, tamen scimus libenter ornari; atque adeo, ut nec persecutionum temporibus ab his noverint temperare: ut de his merito illud scripserit Tertullianus (h): Ceterum nescio, an manus sabbatulo circumdari solita, in duritia catenæ sustinere possint. Nescio, an crus de percussio in nervo se patiatur arctari. Timeo cervicem, ne margaritarum & smaragdorum laqueis occupata, locum spatii non det.* Declamat & Justinus (i) martyr in eas quæ dolosa arte tentarent quæ Christianis essent mulieribus interdicta: sic enim ait, *Usu venit quibusdam se ipsas fallentibus: Vit. Christi cum aperte vultum pigmentis fingere non audeant, arte id faciant. Nam in undam aut oleum facie inclinata despicientes, de se ipsis judicant, an adversus castitatem belligerare possint. Gæc Justinus: ex quibus etiam possumus intelligere, Christianas pudicas feminas haud licenter speculo uti solitas; cum illæ, in quas scribit Justinus, ea arte usæ præscriptam legem eluderent. Quasi enim pudicitia mundanarices eas habet Tertullianus (k), quæ (ut ait) confusum formæ a speculo petunt. Reprehendit (l) alibi & in viris, speculum omni occasione consulere, anxieque inspicere.*

Sed tamen ut ad capitis velum, unde digressa est, tandem revertatur oratio: haud alienum ab instituto putamus, si etiam de sacro velamine, agamus. Non enim erat illud commune cum cæteris mulieribus; quod densiori tela contextum, nulla erat ex parte perspicuum; de quo & Ambrosius (m): *Attollant mentis & corporis oculos, videant plebem pudoris, populum integritatis, consilium virginitatis. Non vitæ capiti decus, sed ignobile velamen usu: nobile castitatis, non exquisita, sed abdicata lenocinia pulchritudinis.* De ejusmodi velaminis genere hæc & olim Tertullianus (n): *Vera, & tota, & pura virginitas nihil magis timet, quam semetipsam: etiam feminarum oculos pati non vult, alios ipsa oculos habet: confugit ad velamen capitis, quasi ad galeam, quasi*

LXXXIX. Femina ornata cupida.

(f) 1. Tim. 5.

(g) Hier. ep. 12.

(h) Tertul. de cultu fem. c. 13.

(i) Justinus ad Sen. rem. de Christi.

(k) Tertull. de veland. cap. 12.

(l) Tertul. de cultu fem. c. 8.

XC. De Sacro Velo.

(m) Ambros. advers. Symmach. ep. 12. edit. Roman. tom. 5.

(n) Tertul. de vir. veland. c. 15.

quasi ad clypeum, qui bonum suum protegat adversus ictus tentationum, adversus jacula scandalorum, adversus suspensiones & susurros. Illud etiam amplius habuit velamen sacrarum virginum, quod a sacerdote benedici consuevit: Hinc Hieronymus ad Demetriadem (a): Scio ad imprecationem Pontificis flammam virginale sanctum operire caput; subinfert & verba nonnulla tunc temporis tum a sacerdote, tum a virgine dici solita. Sic & Ambrosius (b) Deo sacrandæ virginittatis ritum memorans, inter alia hæc de velamine. Sacro, inquit, velamine recta es. Solemni enim ritu id fieri moris erat, & nonnisi certis diebus, ut Gelasius (c) monuit, & ad instar sæcularium nuptiarum, magna erat celebritas velationis Deo dicandæ virginis, Augustinus (d) Demetriadis nobilissimæ virginis dum meminit, post multa hæc adjunxit: Velationis apophoretum gratissime accepimus. Apophoreta enim nonnisi in sumptuosissimis conviviis, quæ post cenam convivæ domum referrent, exhiberi consueverunt.

XCI.

Nuptiæ enim, hæc solemnitas, quod illæ spiritualiter nubent, dici solita erat. Nubere enim Christo eas quæ ipsi dicantur virgines, antiquo in Ecclesia loquendi usu receptum fuit. Unde & Tertullianus (e): Nuptisti enim Christo: illi tradidisti carnem tuam, illi desponsasti maturitatem tuam. Incede secundum sponsi tui voluntatem. Ea de causa Cyprianus (f) ejusmodi Christo perpetuo dicatas, si fuerint prævaricatæ, Christi adulteras esse dicit: quem dicendi modum Basilii, Gregorius Nazianzenus, Nyssenus, ac Græcorum ceteri, & Latinorum Hieronymus, Ambrosius, Augustinus, ac denique reliqui sunt imitati, nam de his & Optatus Milevitanus (g): Spirituale, inquit, nubendi hoc genus est: in nuptias sponsi jam venerant voluntate & professione sua: & ut sæcularibus nuptiis se renuntiasse monstrarent, spirituali sponso solverant crinem: jam caelestes celebraverant nuptias. Id ipsum quoque Innocentius Papa (h) ad Victricium; Quæ, inquit, Christo spiritualiter nubunt, & a sacerdotibus velantur, &c. eaque ratione Hieronymus (i) eo progressus est, ut matrem virginis Deo sacratæ, Dei forum nominaret: quod tamen Ruffino (k) nodum in scirpo quærenti displicuit.

XCVII.

Porro ejus nominis, ut virgo sponsa Christi diceretur, ea potissimum ratio suppetit: quod sicut juncta conjugio cogitatur quæ viri sunt, quomodo (ut ait Paulus) placeat viro; ita ista veluti altero conjugio obligata, Christo nimirum oppignata, cogitat tantum quæ sunt Dei, nempe ut sit sancta corpore & spiritu. Erant hæc voces Christianarum virginum, quæ ne dispendium paterentur virginittatis, libentius martyrium oppeterent; nefas clamantibus,

Christo semel desponsatas, hominis cujuscumque consortio, ex quo hæc Ambrosius (l): Ceterum quæ se spondat Christum, & sanctum velamen accepit, jam nupta, jam immortalis juncta est viro: & jam si voluerit nubere communi lege conjugii, adulterium perpetrat, ancilla mortis efficitur. Ad hæc, Deo sacratas virgines non tantum tegi sacro velamine, sed nigra indui veste, & operiri pallio, olim in Ecclesia consuetudo fuit. Qua de causa apud S. Asterium (m) de S. Euphemia nobilissima martyre Chalcedonensi, coram judice assistente, id habes: Adstabat virgo pulla veste & pallio philosophiam professæ: & Hieronymus (n): Solent quadam, cum futuram virginem sponderint, pulla tunica eam induere, & furvo operire pallio. & alibi (o): Vili tunica induitur, viliori regitur pallio: & ad Marcellam (p): Pulla tunica minus, cum humi jacuerit, sordidatur: ibi & de cingulo: Cingulum lanæum, & tota simplicitate purissimum, quod possit magis adstringere vestimenta, quam scindere.

XCVIII.

In aliquibus item Ecclesiis, præsertim Syriæ & Egypti, tam virgo quam vidua, quæ se Deo vovissent, & seculum calcaissent (inquit Hieronymus q) crinem monasteriorum matribus offerunt defendendum, non intecto postea, contra Apostoli voluntatem, incepsare capite, sed ligato pariter & velato. Nec id quidem, ut Vestales imitentur Romanorum virgines, quæ incisos sibi capillos ad arborem loton (r) suspendebant: sed aliis ex causis, quas Hieronymus recitat: immo & propter mysterium. Cum enim in signum subjectionis dati sint illis capilli: Christo jam desponsatæ, in libertatem vindicatæ, nequicquam amplius viris debent. Nec de his dicit Apostolus (s): Mulier si comam nutriat, gloria est illi: quoniam capilli pro velamine dati sunt illi. De illis enim quæ viro sunt obligatæ, Paulus loquitur. Porro (quod superius ait) si turpe est mulieri tonderi vel decalvari, velet caput suum. Sacro jam velamine illarum cum caput obducatur; capillis, quibus tegantur, non indigent: & cum nec capillorum cultu viris placere cupiant, quæ Christo tantum morum probitate student esse gratæ, eo dispendio pulchritudinis cælesti sponso magis redduntur, acceptæ. Quam displiceat Deo ornatus capillorum & corporis cultus in virgine, quæ propositum virginittatis arripuit, afferre possemus pavendum plane exemplum de Prætextata nobilissima Romana femina, quod Hieronymus (t) scribit ad Lætam: sed ad eum lectorem remittimus. Quod reliquum est, illud non prætermittimus dicere, de incidendis crinibus non fuisse omnium eandem consuetudinem in Ecclesia: nam apud alios in pœnam deli-

(l) Ambrosius ad virginem lapsam. c. 8. (m) Asterium. Nic. 2. ad. 4. (n) Hieronymus. ep. 12. (o) Idem ad Demetriadem. ep. 8. (p) Marcellam. ep. 23. (q) Hieronymus. ep. 48. (r) Plinius. lib. 16. c. 44. (s) I. Cor. 11. De amputatione capillorum ritus diversi.

ti, si lapsa virgo, in poenitentiam redacta esset, crines eidem amputari solitos, testatur Ambrosius (a), quod & in Capitularibus Francorum (b) habetur expressum. At de his pluribus egimus in Notationibus (c) ad Romanum Martyrologium, objectionemque ex Gangrensi Concilio, germanum sensum conciliando, solvimus. De habitu itaque muliebri ex constitutione Pauli primitus composito, hæcenus.

(a) Ambrosius ad virginem lapsam. c. 8. (b) In Capitularibus Francorum. l. 2. c. 6. (c) In Notationibus ad Romanum Martyrologium. 7. Maii. B. & 20. Septemb. E.

XCV.

Sed quod de femineo cultu adum est: ad institutum pertinere existimavimus, etiam de antiquo Christianorum veterorum cultu & habitu, quantum ex veteribus monumentis colligere licuit, narrationem instituerem. Atque illud in primis, quod Apostolus monuit, ne viri nutriant comam: quo quidem, eos ab effeminato mulierum cultu remotos esse debere, satis aperte significavit. Proinde barbam, quod sit virorum insigne, more androgy-norum vellere, aut cute tenus radere, minus consuevisse olim Christianos, facile persuademur. Nam & Christianus Pædagogus hæc ait (d): Deus voluit feminam quidem esse glabram ac beverem, solum comam, sicuti equum juba, sponte naturæ exultantem: virum cum sicut leones barba ornasset, virilem etiam fecit hirsuto pectore, quod quidem est roboris & imperii indicium. Ac deinde: Hoc viri signum, barba scilicet, per quod vir apparet, est Eva antiquius, & signum melioris naturæ. In eo ergo violando, quod est virilis naturæ signum, eo scilicet quod est hirsutum, contra legem facere, est impium. Ac denique post multa (e): Si quis autem barba nonnihil tondetur, ea tamen non est omnino denudanda: est enim turpe spectaculum; barbaque ad cutem usque tonsus, non videtur multum abesse a vulsione & levore. Et post pauca: Qui in superiori labri parte intercomedendum pelluntur, pili tondendi sunt, non novacula (est enim illiberalis) sed tonsorum forficibus. Barba autem pili, qui nihil molestiæ afferunt, non sunt vexandi, ut qui cultus gravitatem afferant, & quemdam paternum terrorem incutiant. Hucusque Pædagogus Christianus de communi usu barbæ. Sed quod pertinet ad barbaram tendendam secundam antiquum religionis cultum, pluribus agemus suo loco, cum de tonsura capitis erit sermo.

(d) Clemens Pædagogus. in sententiis equum juba, sponte naturæ exultantem: virum cum sicut leones barba ornasset, virilem etiam fecit hirsuto pectore, quod quidem est roboris & imperii indicium. Ac deinde: Hoc viri signum, barba scilicet, per quod vir apparet, est Eva antiquius, & signum melioris naturæ. In eo ergo violando, quod est virilis naturæ signum, eo scilicet quod est hirsutum, contra legem facere, est impium. Ac denique post multa (e): Si quis autem barba nonnihil tondetur, ea tamen non est omnino denudanda: est enim turpe spectaculum; barbaque ad cutem usque tonsus, non videtur multum abesse a vulsione & levore. Et post pauca: Qui in superiori labri parte intercomedendum pelluntur, pili tondendi sunt, non novacula (est enim illiberalis) sed tonsorum forficibus. Barba autem pili, qui nihil molestiæ afferunt, non sunt vexandi, ut qui cultus gravitatem afferant, & quemdam paternum terrorem incutiant. Hucusque Pædagogus Christianus de communi usu barbæ. Sed quod pertinet ad barbaram tendendam secundam antiquum religionis cultum, pluribus agemus suo loco, cum de tonsura capitis erit sermo.

XCVI.

Quod vero spectat ad corporis indumentum: Christianos, abjecta toga, uti consuevisse pallio, ex his quæ Tertullianus (f) scribit, satis exploratum habetur. Cum enim veræ sapientiæ Christiani omnes se esse sectatores profiterentur, decentem professioni habitum induebant, nempe pallium, quod sapientiæ studiosi induere soliti essent. Unde idem Tertullianus (g): Enim vero cum hanc primam sapientiam vestit, quæ vanissimis superstitionibus renuit, tunc certissime pallium super omnes annos. Eccl. Tom. I.

XCV.

Christianos, abjecta toga, uti consuevisse pallio, ex his quæ Tertullianus (f) scribit, satis exploratum habetur. Cum enim veræ sapientiæ Christiani omnes se esse sectatores profiterentur, decentem professioni habitum induebant, nempe pallium, quod sapientiæ studiosi induere soliti essent. Unde idem Tertullianus (g): Enim vero cum hanc primam sapientiam vestit, quæ vanissimis superstitionibus renuit, tunc certissime pallium super omnes annos. Eccl. Tom. I.

XCVII.

Quod autem ad calceos pertinet: con-

exuvias & peplos augusta vestis, superque omnes apices & ritulos sacer suggestus deducit oculos. Suadeo revereri habitum unius interim erroris tui renuntiatorem. Hæc ille, quibus declarat, Christianos homines simul cum impietate togam exuere, atque una cum pietate pallio amictiri solitos: ut merito de illis, parcemiam in dicerium convertentes, Gentiles dicerent (b): De toga ad pallium. Cæterum quod Christianorum genus religione & moribus distinctum esset, indumento etiam placuit debere esse discretum: hinc idem illud exprobrat dicens (i): Vespillo, tene, lausista tecum vestiuntur. Ac rursum: Veram & ceteris dones, & omnis gladiatorum ignominiam togata producit. Hæc nimirum indignitas. Vir de toga ad pallium?

XCVI.

Quale autem fuisset ejusmodi indumentum genus, sic in primis describit (k): In viris autem pallii extrinsecus habitus capiti ipse quadrangulus, ab utroque laterum re- gestus, & cervicibus circumstructus, in fimbria morsa humeris acquiescebat. Ac rursus inferius (l) de quatuor pallii angulis. Omnis, inquit, liberalitas studiorum quatuor meis angulis tegitur. Quatuor item Pallii de- angulos habere consuevisse pallium quo utebantur Judæi, divina Scriptura demonstrat, dum ait (m): Funiculos in fimbriis facies per quatuor angulos pallii tui. Unde facile adducimus, ut credamus, Christianos, sicut a Judæis hominibus, Apostolis nimirum, ad pietatem sunt instituti, ita etiam ab iisdem potius quam a Græciæ sapientibus indumenti formam esse mutuatos, illis tamen rejectis quæ ad antiquæ legis caerimonias spectare viderentur. Sed de ejusdem forma pallii rursus idem Tertullianus (n) in hæc verba: At enim pallio nihil expeditius, etiam si duplex, quod Crætetis more nusquam vestiendo componitur, quippe tota molitinis operire est solutum, id est, uno interjectu, licet equidem nusquam inhumano, ita omnia hominis simul contegit. Humerum velans exponit vel includit: cætero quæ in humorum adhaerere, nihil circumfulci, nihil circumstringit, nihil de tabularum fide laborat, facile sese regit, facile resistit: etiam cum reponitur, nulli cippo in crastinum demandatur, si quid interula superest, vacat zona tormentum: si quid calceatus inducitur, mundissimum opus est, aut pedes nudi magis, certe viriles magis, quam in calceis. Hæc Tertullianus; qui hæc tandem de se ipso, quod relicta Gentilitate, ad Christi fidem se contulerit, abjectaque toga, pallium sumpserit, ait (o): At ego jam me illa oriam divina secta ac disciplina commercium confero. Gaude pallium, & exulta: melior jam te philosophia dignata est, ex quo Christianum vestire cepisti. Hucusque ille.

XCVII.

Quod autem ad calceos pertinet: con-

(b) Tertullianus. cod. lib. c. 5.

(i) Eod. l. c. 4. & 6.

(k) Tertullianus. de pal. c. 6. cap. 1.

(l) Tertullianus. de pal. c. 6. scriptio.

(m) Deuter. 22.

(n) Tertullianus. cod. lib. c. 5.

(o) Eod. l. c. 6.

XCVII. De calceis.

fueviffe Christianorum nonnullos sine calceis, sed nudis pedibus, vel tantum soleis incedere, demonstrat hæc dicens Clemens Alexandrinus (a): *Viro autem pulchre in chre convenit nullos habere calceos, prædæ. 1. ter quam si militet. Calceatum enim esse, non parvam habet affinitatem cum eo quod est esse ligatum. Optimum est exercitatio- nis genus nudis uti pedibus, & ad sanita- tem, & ad expeditam facilitatem, ubi non prohibeat necessitas: quod si iter non ingrediamur, nec nudis incedere pedibus pati possimus, soleis utendum est: eas au- tem Attici vocant xovimeda, quod pedes (quan- tum ego conjicio) terræ appropinquarent. Tenuis ac simplicis calceaturæ testis suffi- cit Joannes, qui dicebat, se non esse di- gnum solvere corrigiam calceamentorum. Domini, non enim curiosos is habebat cal- ceos, qui veræ philosophiæ typum Hebræis ostendebat.* Hæc Clemens. Certe quidem Lucianus (b), instar horum quæ dicta sunt habitum Christiani hominis describens, sic ait: *Pallium puræ, sine calceis & tegmine, capite incedens detonsa coma.* Sed ut redeamus ad pallium: de Porphyrio martyre Eusebius (c) meminit, uti consue- visse habitu philosophico.

(a) Clem. Alex. in chre convenit nullos habere calceos, prædæ. 1. ter quam si militet. Calceatum enim esse, non parvam habet affinitatem cum eo quod est esse ligatum.

(b) Lucian. in Philopat. Hæc Clemens. Certe quidem Lucianus (b), instar horum quæ dicta sunt habitum Christiani hominis describens, sic ait: Pallium puræ, sine calceis & tegmine, capite incedens detonsa coma.

(c) Euseb. hist. l. 8. c. 25. de Porphyrio martyre Eusebius (c) meminit, uti consuevisse habitu philosophico.

(d) Hier. ep. 23. Etiam habitum vestitumque pristinum reducere studuit. Ac visa quondam pro concione pullatorum turba indignabundus & clamitans: En, ait, Romanos rerum dominos, gentemque togatam? negotium Aedilibus dedit, ne quem posthac paterentur in foro, circove, nisi, positus lacernis, togatum consisteret.

(e) Hier. ep. 23. Etiam habitum vestitumque pristinum reducere studuit. Ac visa quondam pro concione pullatorum turba indignabundus & clamitans: En, ait, Romanos rerum dominos, gentemque togatam? negotium Aedilibus dedit, ne quem posthac paterentur in foro, circove, nisi, positus lacernis, togatum consisteret.

(f) Suetonius de Augusto (f): Etiam habitum vestitumque pristinum reducere studuit. Ac visa quondam pro concione pullatorum turba indignabundus & clamitans: En, ait, Romanos rerum dominos, gentemque togatam? negotium Aedilibus dedit, ne quem posthac paterentur in foro, circove, nisi, positus lacernis, togatum consisteret.

(g) Concil. Gangren. c. 12. & dist. 30. c. 15. Si quis virorum putaverit sancto propositio, id est continentie, convenire, ut pallio utatur, tamquam ex eo justitiam habiturus, & reprehendat alios, qui cum reverentia birris utuntur, & alia veste communi, quæ in usu est, anathema sit.

(h) Euseb. hist. l. 8. c. 25. Etiam habitum vestitumque pristinum reducere studuit. Ac visa quondam pro concione pullatorum turba indignabundus & clamitans: En, ait, Romanos rerum dominos, gentemque togatam? negotium Aedilibus dedit, ne quem posthac paterentur in foro, circove, nisi, positus lacernis, togatum consisteret.

XCVIII. At vero non tantum antiquitus, sed Christiani postea etiam, Christianos incedere solitum palliatos argumento sunt quæ sic Hieronymus (d) scribit ad Furiam: *Ubi- cumque viderint Christianum, statim illud de irivio: Ουραυις ετιδενος vocant impostorem, detrabant.* Idemque etiam, de illo dicte- rio Gentilium in Christianos, ad Marcel- lam sic scribit (e): *Si tunica non candue- rit, statim illud e irivio: Impostor & Græcus est.* Sed cur & Græcus? certe & illa ex causa quod pallium philosophi- cum furvi coloris, qui haud gratus erat vel usitatus Romanis, induerent. Unde Suetonius de Augusto (f): *Etiam habitum vestitumque pristinum reducere studuit. Ac visa quondam pro concione pullatorum tur- ba indignabundus & clamitans: En, ait, Romanos rerum dominos, gentemque toga- tam? negotium Aedilibus dedit, ne quem posthac paterentur in foro, circove, nisi, positus lacernis, togatum consisteret.* Cæterum videtur pallium paulatim a communi usu Fidelium descivisse, & monasticam vitam profitentibus cessasse, sicque dicta a S. Hieronymo de monacho intelligenda: siquidem hæc in Gangrensi (g) Concilio scripta leguntur: *Si quis virorum putave- rit sancto propositio, id est continentie, convenire, ut pallio utatur, tamquam ex eo justitiam habiturus, & reprehendat alios, qui cum reverentia birris utuntur, & alia veste communi, quæ in usu est, ana- thema sit.* Sed quod vestis genus fuerit birrus, dicemus inferius in Martyrio Cy- priani, ubi locus ille Pontii explicandus venit, quod dicit: *Exiit se lacernum bir-*

rum, quem indutus erat. Cæterum & de pallio sæpe inferius dicendum erit. His igitur de antiquo Christianorum habitu e- narratis, ad cætera, quæ a Paulo insti- tuta salubriter sunt, pergamus.

Compositis jam his omnibus: quod reliquum videbatur, quid cum in ecclesiam convenirent, agere deberent, instituit: sed redarguit eos ante, quod invicem diffiderent, sic dicens (b): *Primum qui- dem, convenientibus vobis in ecclesiam, au- dio scisuras esse inter vos, &c.* Tam ex his quæ hic scribit Paulus, quam iis quæ inferius (i) tradit, cum ait: *Si ergo con- veniat universa ecclesia in unum, satis per- spicue intelligitur, fuisse etiam Apostolo- rum temporibus loca quædam, quæ eccle- sias nominarent: in quas Christiani ad synaxim in unum convenirent. Antequam autem eas novas licuisset erigere, privata domus, ampliora videlicet earum membra, quæ coenacula dicebantur, ejusmodi mini- sterio inserviebant. Sic in coenaculum no- vimus convenisse (k) primum Ecclesiam post Domini ascensionem: pariter etiam in domum Mariæ matris Joannis, qui co- gnominatus est Marcus, collectos esse cre- dentes orationis causa, idem testatur Lu- cas (l). Quantumlibet enim templum (m) Dei quis dicatur esse Fidelis, & in omni loco puras levare manus Apostolus (n) moneat: tamen ad sacros agendos con- ventus loca quædam fuisse delecta, tum ex his quæ sunt demonstrata, tum etiam in his quæ dicemus inferius de conven- tu Troadis (o), cum Paulus eodem loci in coenaculum cum omnibus Christianis ad fractionem panis, & sermonem habendum, cum populo convenit, satis superque mon- stratur.*

S. Ignatius, qui iisdem Apostolorum temporibus Ecclesiam regebat Antioche- nam, ad Magnesianos scribens (p), hæc habet: *Omnes ad orandum in idem loci convenite: sit una communis precatio, una mens, una spes in charitate & fide inculcata in Christum Jesum, quo nihil præstantius est. Omnes velut unus quis- piam ad templum Dei concurrite, velut ad unum altare, ad unum Jesum Christum sacerdotem; idemque frequenter esse con- veniendum, scribens ad Polycarpum, ad- monuit, dicens (q): *Crebrius celebrentur conventus, synodique: nominatim omnes in- quire; & ad Heronem (r): Synaxes ne negligas, omnes nominatim inquire.* Sed etiam de erectis olim ecclesiis nullum aliud suppeteret argumentum, vel ratio; ipsa, saltem Imperatorum edicta de demolien- dis Christianorum ecclesiis, quorum Euse- bium (s) meminit, promulgata, plane eas jam ante erectas fuisse, certissimam fidem faciunt. Addit idem auctor, jani a Chris- tianis, prout major in dies numerus au- geretur credentium, ampliores augustiores- que*

XCIX.

(b) 1. Cor. 11.

(i) 1. Cor. 14. De Eccle- siis Chri- stiano- rum.

(k) Act. 1.

(l) Act. 12. (m) 1. Cor. 3.

(n) 1. Tim. 2.

(o) Act. 29.

C.

(p) Ignat. epistol. 6.

(q) Ignat. epistol. 11.

(r) Ignat. epistol. 13.

(s) Euseb. hist. l. 8.

De ere- ctione Ec- clesiarum.

quæ antiquis illis esse excitas ecclesias, quæ demum edicto Diocletiani sunt demo- litæ. Reddam, quo hæc certiora habeantur, ejusdem auctoris verba: *Cum in an- tiquis illis ædificiis non satis loci habe- rent; ampliores ecclesias in universis urbi- bus, fundamentis earum ad majorem laxi- tatem dilatatis, erexerunt.* Hæc Euse- bius. Si igitur longe ante Diocletiani tem- pora antiquitus erectæ Ecclesiæ sunt diru- tæ, ut eadem amplioribus spatiis auctæ excitarentur; eademque sic restitutæ, tan- dem ab ipso Diocletiano sunt prostratæ: quis non intelligit, ab ipsis primordiis ex- orientis Christianæ religionis ad Ecclesia- sticas obeundas functiones accommodatas, fuisse erectas sacras ædes, quas nomina- mus ecclesias? Ea quidem voce inter alios frequenter utitur Tertullianus (a); quæ pri- mitivis ab Apostolo Paulo, sed ex antiquo- ri divina Scriptura (b), communique usu loquendi tandem est ab omnibus usurpata, ut nomine ecclesiæ, certus quidam locus, quo ad synaxes celebrandas fideles con- venirent, significaretur; de qua Augusti- nus (c): *Et hoc, inquit, quotidianus usus loquendi obtinuit, ut in ecclesiam prodii- re, ad ecclesiam confugere, non dicatur nisi ad ipsum locum parietisque prodierit atque confugerit, quibus Ecclesiæ congregatio continetur.*

(a) Tertul. de idol. 7. Ad uxor. lib. 2. c. 9. De vo- land. virg. c. 3. & 13. De coron. milit. c. 3. Colligit Pamel. ubi sup. de idol. c. 7. not. 19.

(b) Deut. 23. Judith. 6. Hier. Thren. 1. c. 1. Aug. lib. quest. in Levit. ii. 59. ci- tur a Beda in epist. 1. ad Cor. 11.

(c) Aug. lib. quest. in Levit. ii. 59. ci- tur a Beda in epist. 1. ad Cor. 11.

CI.

(d) Act. Pu- dent. de quibus infr. & epist. 2. Pii Pap. ad Just. 10. 1. Bibl. sanct. De ere- ctis a principio in urbe Ecclesiis.

(e) Pii Pap. ep. 1. ad Justum. (f) Lib. de Rom. Pont. in Euseb. hist. l. 6. c. 35.

CI.

(h) Optat. contra Parmen. li. 2. Ornatus Ecclesia- rum.

(i) Apud Lucian. in Epitopat.

Sed ut de ecclesiis Urbis agamus; eo ipso tempore quo fides Christi ibi est præ- dicata, ecclesias ibidem esse cœpisse, ea- rumque numerum, ut opus fuit, in dies magis magisque Christiana religione am- plioribus spatiis propagata auctum esse, exploratissimum est. Nam constat Pudenti Senatoris (d) Petri discipuli domum in Ecclesiam ad sacra obeunda esse muta- tam; is est Titulus Pastoris, de cujus vocis ratione suo loco dicemus pluribus. De Euprepia matrona liquet (e), domum suam in Titulum ad Missas celebrandas eam erexisse. Alias insuper ab aliis eodem tempore erectas ecclesias fuisse constat: nam de Evaristo (f), qui quintus a Pe- tro numeratur Romanus Pontifex, testa- tum habetur, ecclesias divisisse presby- teris; quos temporibus Cornelii Papæ ex- titisse numero quadragintasex, ejusdem e- pistola (g) ad Fabium Antiochenum Epi- scopum fidem facit; totidemque in urbe fuisse ecclesias, Optatus (h) etiam testari videtur, dum ait quadraginta, & quod ex- currit, in Urbe fuisse ad Christianum u- sum basilicas excitatas.

Sed quo olim sumpta, qua impensa, & ornatu; ex his certe, quæ Christianis infensissimus hostis (licet res nostras de- ridens ac carpens) Ethnicus (i) auctor, qui Apostolorum temporibus, ac etiam Trajani vixisse ex suis ipsis scriptis cognoſcitur, tradit, aliqua saltem ex parte intelligi posse videtur: ac proinde qualis

esset cultus rerum nostrarum, quantumli- bet persecutio undique urgeret, idem au- ctor, licet aliud agens, penicillo quodam figurare videtur, nec adeo obscure, ut non liceat velut per rimulas quasdam, rem ipsam aliqua ex parte cognoscere. Critiam enim quemdam introducit, qui cum ab aliquo Fidelium persuaderetur fieri Christianus, ab eodem, ubi Christiano- rum conventus ageretur, est deductus: quem quidem locum his verbis describit: *Pertranſivimus, inquit, ferreas portas, & area limina, multisque jam superatis scalis, in domum aurato fastigio insignem ascendimus, qualem Homerus Menelai su- git esse: atque ipse quidem omnia illa con- templabar, quæ insularis ille adolescens. Video autem non Helenam, sed mebercle viros in faciem inclinatos & palleſcentes, &c.* Hæc quidem apud Lucianum & alia de Christianis derisionis causa dicta le- guntur.

Sed nec (quod ad hanc ipsam rem pertinet) prætermittimus, etiam Ethnicum illum historicum, Lampridium (k) inquam, in quo a Christianis erigeretur ecclesia, eisdem adjudicasse, pro iisdemque rescri- pisse; nam ait: *Cum Christiani quemdam locum, qui publicus fuerat, occupassent, contra popinarii dicevent, sibi eum deberi: rescripsit, melius esse ut quomodo- cumque illic Deus colatur, quam popina- riis dedatur.* Est & apud Flaviium Vopi- scum Valeriani Imperatoris de ecclesia Christianorum ejusmodi testimonium, dum hæc ad Senatam rescripsit: *Miror vos, Patres sancti, tamdiu de aperiendis libris Sibyllinis dubitasse, perinde quasi in Chri- stianorum ecclesia, & non in templo omnium deorum tractaretis.* Hæc ille. Cum hæc igitur de ecclesiis Christianorum, tam no- strorum quam etiam externorum testifica- tionibus, adeo certa firmaque necnon in omnibus exploratissima habeantur: quid- nam est, quæſo, quod objici possit ex Origenis libro octavo contra Celsum, dum dicit; Christianos delectari insensibilibus templis, eisdemque defugere simulacro- rum & templorum fundationes, cum hæc ille objiciat contra illum, qui (ut supe- rius ait) arguebat Christianos, quod aver- farentur aras, simulacra, & templorum fundationes? ad quem refellendum Origenes pluribus docet, quam præstet templum Dei animatum, dæmoniorum delubris, quæ averſari merito Fideles ait: ac proinde ibi non nisi destruendis idolorum templis agi. Nec est etiam, quod hæc ipsa adeo testata vacillent, quod apud Minutium, Felicem adversus Christianos Cæcilius ob- jiciat, dicens: *Cur nullas aras habent, templa nulla, nulla nota simulacra, num- quam palam loqui, numquam libere congregari? Et quod paulo post ait, Judæos Deum*

CIII.

(k) Lam- prid. in A- lex. Imp.

Solutio obiecto- rum.

Deum coluisse in templo atque palam, Christianos autem secus. Nam & nos utique dicimus, caruisse Christianos crebro persecutionibus agitato templis illis instar sanorum Gentilium, vel templi Judaici: temporum enim ratio id minus posse fieri permittebat; cum clanculum sapius, sive in privatis domibus, sive interdum in cryptis (ut docent fidelia sanctorum martyrum Acta) eos oportuit convenisse: quibus cessantibus habuisse eos loca publica, quo æque omnes convenirent, citata a nobis nuper Principum rescripta testantur; quæ tamen non dicebantur templa, sed more majorum, & Pauli exemplo, nominabantur Ecclesiæ, tunc instar domorum potius quam templorum.

CIV.

De structura Ecclesiarum. (a) Tertul. advers. Valent. c. 22. (b) Clem. lib. 2. Constit. c. 61.

(c) Paul. epist. 12. (d) Arist. lib. de 72. interp.

Sed jam quæ earum structura esse soleat, investigemus. Situm illarum ad Orientem spectantem disponi solitum, quæ scribit Tertullianus (a) manifeste declarant; sic enim ait: *Nostra columba domus simplex, etiam in editis semper, & apertis, & ad lucem: amat figuram Spiritus sancti, Orientem Christi figuram.* Hæc Tertullianus: secundum quod & apud Clementem (b) legitur de ecclesiæ forma, ac de situ in primis, his verbis: *Primum sit longa, & ad Orientem conversa.* Usitatior hunc fuisse ecclesiæ situm, ut Orientem versus spectaret, Paulinus (c) ad Severum scribens asserit. Nam & Salomonis templum ad orientem Solem conversum fuisse, Aristæas (d) testatur, ad cuius fortasse imitationem, sicut & cætera multa, vel quod Christiani ad Orientem conversi precari consueverint, cuius antiquæ traditionis usus rationem inferius suo loco scrutabimur, olim ad Orientem conversas ædificare majores nostri consueverunt ecclesias, in quibus & altaria essent ad Orientem æque conversa. Hæc quod ad situm. Quod vero ad structuram

III. A num. cxi. ad cxix. Petavius lib. 15. Theologic. Dogmatum de Incarnatione cap. 13. observat Imagines ex eorum per se genere esse, quæ adiapeia nominantur, hoc est, quæ ad salutem omnino necessaria non sunt, nec ad substantiam ipsam Religionis attinent: in potestate sunt Ecclesiæ, ut ea vel adhibeat vel abiecit, pro eo atque satius esse decreverit, cuiusmodi positivi vulgo juris esse dicuntur. Quocirca primis ab ortu Christianæ Religionis temporibus, cum adhuc gentilis in eam exardesceret furor, & in hominum mentibus hæreret adhuc idolorum superstitio; non tam frequens fuit sacrarum usus Imaginum, ut neque templorum atque basilicarum. Ex quo nata est illa Gentilium exprobratio, quæ apud Minucium Felicem his verbis exprimitur pag. 25. *Cur nullas aras habent, templa nulla, nulla nota simulacra? Cui Octavianus pag. 95. respondens: Putatis autem nos, inquit, occultare quod colimus, si delubra & aras non habemus? Quod enim simulacrum Deo fingam, cum si recte asserimus, si Dei homo ipse simulacrum? Templum quod & extruam, cum totus hic mun-*

ecclesiarum pertinet: sic erant earum singula membra disposita, ut quantum licet in re parva maximam omnium representare, similitudinem quamdam Hierosolymitani templi redderent: quippe quæ porticum, atrium, sancta, ac demum sancta sanctorum, membra templi præcipua continerent ad diversorum ordinum officia accommodata: nimirum ut alibi essent pœnitentes & alii quibus ad ecclesiam non pateret accessus, alibi populus, seorsum ab eo sacerdotes, atque ab his omnibus distinctus locus, ubi ad sancta sanctorum ingrediens sacerdos, incruentum ac per omnia venerandum Deo offerret sacrificium. Hanc quidem formam in iisdem hactenus intuemur ecclesiis, quæ temporibus Constantini fuerunt a fundamentis extructæ: nam in antiquioribus hæc monstrare non licet, cum (ut nuper dictum est) omnes quotquot in orbe Romano erant Christianæ religionis ecclesiæ, Diocletiani & Maximiani Imperatorum edito fuerint ad solum prostrate. Porro etiam redita sub Christiano Principe Ecclesiæ pace, aliæ denuo fuerint amplioribus spatiis excitatæ: tamen non nisi secundum pristinam formam (cum eadem, quæ olim, essent in eis officia obeunda, exercendæ functiones, ac mysteria consummanda) fuisse constructas, per facile ut credamus, inducimur; cum præsertim eadem prorsus forma erigendarum ecclesiarum tam in Oriente quam in Occidente ubique locorum observata noscatur.

CV.

Forma Ecclesiarum ab antiquis descripta. (e) Euseb. hist. lib. 10. c. 4.

Sunt de his (præter illa quæ adhuc extant) antiquissima exemplaria a quamplurimis antiquis scriptoribus graphice exarata, quæ cum pristinam illam reddant ipsarum imaginem, easdem ab injuria temporum, quo omnia consumuntur, facile vindicant. Eusebius (e) enim dum describit ecclesiam Tyri a Paulino Episcopo erectam, eandem quam diximus, formam

IV.

Usus Imaginum, quando nullum idololatricæ periculum deterriti sunt, quominus ita facerent: sic imagines Christi atque Sanctorum, quarum nondum

usus ejus opere fabricatus eum capere non possit: & cum homo latius maneam, intra unam adiculam vim tanta majestatis includam? Nonne melius in nostra dedicandus est mente, in nostro imo consecrandus est pectore? Ergo neque templa tunc extrui Deo fas esse quidam opinati sunt; quod nondum in Christiano populo institutum erat; necdum per rerum potentes Ethnicos licebat, nefas & illicitum rati; & de sacris Imaginibus atque ab idolis multum discrepantibus non disparem plerique sententiam habuisse videntur. Quod utrumque paulatim dedocti sunt Christiani, postquam usu & ratione magistra compererunt, neutrum damnandum esse, sed ad pietatem prodesse posse.

Quamobrem uti Basilicas, sive, ut appellari tandem coeperunt, Ecclesias & altaria in Dei honorem ac cultum extruere non dubitarunt, & quidem magnifice ac sumtuose, pace ac libertate reddita; nec pristino illo usu & antiquo more, ac magnorum etiam virorum auctoritate deterriti sunt, quominus ita facerent: sic imagines Christi atque Sanctorum, quarum nondum

egregie representat encomiastica illa, quam ea de causa habuit, oratione: ea etiam, quam a Constantino Hierosolymis excitatam tradit (a), eandem prorsus reddit imaginem. Gregorius Nazianzenus (b), & ipse dum a patre nobilissimam ecclesiam Nazianzi extructam aliqua saltem ex parte, eloquentiæ penicillo quibusdam quasi lineamentis describit, non diversam ab aliis similitudinem exprimit: quam etiam referunt cæteræ antiquissimæ Orbis ecclesiæ, ac præsertim quæ non mutata in Urbe visuntur: vel in chartis descriptæ apparent. Paulinus enim tum (c) Petri Principis Apostolorum basilicam in Vaticano a Constantino constructam, tum cæteras alibi (d) efformatas eodem plane modo fuisse demonstrat. Idemque etiam hinc inde cubricula quædam, quæ capellas dicimus, constructi in eis solita, orationis causa; tradit.

(a) Euseb. in Vit. Constant. lib. 3. c. 34. & seqq. (b) Gregor. Nazianz. orat. in fun. patris.

(c) Paul. ep. 31. (d) Paul. ep. 12.

CVI. Paphophoria quæ. (e) Clem. Constit. lib. 2. c. 61. (f) Paul. in ead. ep. 12.

Duo præterea paphophoria in eisdem extrui consuevisse, apud Clementem (e) legitur, quæ a Paulino (f) nuncupantur secretaria, hinc inde apud apsidem posita, quorum quis esset usus, duo hæc disticha ab eodem desuper ipsa inscripta declarant. A dextra apsidis:

Hic locus est veneranda penus, qua conditur, & qua Promitur alma sacri pompa ministerii.

A sinistra ejusdem:

Si quem sancta tenet meditando in lege voluntas, Hic poteris residens sacris intendere libris.

Atque hoc quidem secundum ea quæ habentur apud Clementem (g), ut ecclesia duo habeat paphophoria: quæ vox (ut ex-

(g) Clem. Constit. lib. 2. c. 61.

hactenus percrebuerat usus, eodem tempore usurpavit Ecclesia; cum jam nullum idololatricæ periculum esset, & ad propagandam Christi ac Martyrum Sanctorumque ceterorum memoriam, & animandos ad pietatis constantiam illorum exemplo Fideles, utile id esse videretur. Atque hoc nequiquam omnibus in locis eodem instituto ac tempore constat esse factum: sed alibi citius, alibi tardius, prout nationum captus & indoles erat; & qui illis præerant, expedire judicabant. Quod eo diligentius observandum, quod ad pleraque valet interpretanda memoriarum veteris exempla & testimonia, quibus ab oppugnandum Ecclesiæ ritum abutuntur Protestantes; nimirumque commoventur interdum repugnantes illis Catholici Theologi, cum sic ubi confert Imagines repudiatas & damnatas ab Orthodoxis fuisse, pro locorum ac temporum ratione commode istud explicari debeat. Quare in controversia de Imaginibus, ceterioris Ecclesiæ potius exemplorum & institutorum, quam antiquioris duci rationem oportet. Cum enim plenis adhuc velis Gentilium superstitio ferre-

plicat Hieronymus (h) idem est quod thalamus, seu interius cubiculum. At vero non omittimus dicere, non indecens visum esse in eadem ecclesia plura constitui altaria; nam cum ea essent sepulcra martyrum; ubicumque esset martyr conditus, illic altare erigi consuevit. Sane de tredecim altaribus in ecclesia una erectis Gregorius (i) meminit.

(h) Hier. in Ezech. c. 4. (i) Greg. in regist. lib. 5. indic. 14. ep. 50.

CVII.

Nec vero prætereundum putamus, quod sicut olim ad emundationem positum fuisse in templo labrum æneum, hæc leguntur in Exodo (k): *Facies & labrum æneum, cum basi sua ad lavandum, poneque illud inter tabernaculum testimonii, & altare: Fons præterea missa aqua lavabunt in ea Aaron & filii ejus manus suas & pedes, quando ingressuri sunt in tabernaculum testimonii, & quando accessuri sunt ad altare.* Ita etiam præter aquam precibus sacerdotum benedictam, de qua inferius dicturi sumus, pro ecclesiæ foribus positam fuisse aquam ad purificationem, complures antiquorum scriptorum, qui Constantini sæculo claruerunt, testantur, dum structuram antiquarum ecclesiarum suis ipsi scriptis representant, atque ob oculos ponunt: inter quos Eusebius (l), qui nobile illud a Paulino Tyrriorum Episcopo extructum templum describit, hæc de ejusmodi aqua pro foribus posita: *Deinceps fontes ex adversa fronte templi profluenti aqua redundantes positi, quibus omnes, qui in sacros templi ambitus introeunt, sordes corporum abluant: qui fontes sacrosancta baptismatis lavacra representant. Atque hic locus, in quo singuli introeuntium primum ut se lavent, morantur, sicut cuique ornatum & splendorem affert, sic illis qui primis fidei principibus instituendi sunt, mansio percommoda est ad acquiescendum.* Hæc Eusebius.

(k) Exod. 30. (l) Euseb. hist. lib. 10. c. 4.

CVIII.

Huic etiam ministerio inserviebat fons ille in atrio basilicæ Vaticanæ Romæ positus,

tur, multa primis illis Ecclesiæ seculis vel non inutilia per sese, vel etiam commoda supprimi, omittique satius visum est, dum periculum erat, ne offensionis aliquid traheret externa quorundam rituum species, cum iis, quæ ab Ethnicis celebrabantur, similitudine ipsa congruens, velut ne imagines Christi atque Sanctorum, pro idolis quibus erant assuefacti, a rudibus & imperitis haberentur, & ut eorum animus ab inanium simulacrorum consuetudine ac memoria longius avocaretur. Credibile itaque est, parum a Christianis usurpatas fuisse primis fere quatuor seculis; per quæ nefanda demonum in idolis religio, & Christiani nominis crudelissima vexatio cursum suum tenuit. Quinto demum seculo, postquam adepta libertate lacertes quodammodo suos explicare cepit Ecclesia, plerisque locis Imagines palam haberi coeptæ, atque in templis & oratoriis propositæ sunt; cum hactenus; et si in usu essent aliquo, non tamen ab eo promiscue ac frequenter adhiberentur. Hæc & plura alia Petavius citatus de usu Imaginum in veteri Ecclesia.

CHRISTI 57.

PETRI 13.

NERONIS IMP. I.

(a) Paul. Nolani. ep. 31. Manus ab- luit ante preces. fitus, cujus Paulinus (a) hifce meminit ad Aletium scribens: In vestibulo cantabarum ministra manibus & oribus nostris fluenta rufantem fastigiatus solido ere rholus ornat & inumbrat, non sine mystica specie quatuor columnis salientes aquas ambiens: decet enim ingressum ecclesie talis ornatus, ut quod intus mysterio salutari geritur, spectabili pro foribus opere signetur. Et ad Severum (b) in hunc modum de alia ecclesia:

Sancta nitens famulis interluit atria lymphis. Cantarus, intrantumque manus lavat, amne ministro.

ac rursus eadem in Natali decimo sancti Felicis. Fluxisse hæc consuetudo videtur e Judæorum ritibus, sicut & multa alia: nam non tantum (ut dictum est) ipsorum sacerdotes, sed & cæteros Judæorum non nisi manibus lotis adorare consueviffe, tradit Aristæus de Septuaginta duobus Interpretibus, hæc scribens: Rege consalutato, ad consueta loca divertunt: atque (ut mos est Judæis omnibus) manibus prius in mari lotis, Deo preces effundunt. Et paulo post: Interrogavi equidem & illud quoque: cujus gratia, cum vota facerent, manus prius lavarent? Quærenti talia, demonstrarunt, illud testimonium esse, ne quid perperam agant, sed pie sancteque perficiant; quandoquidem universa opera manibus exerceantur; recte singula ad justitiam & veritatem referentes.

CIX. Purificatio apud Gentiles.

Verum quod naturalis quidam instinctus docet, non nisi puros ad Deum accedere debere, mundosque numini supplicare: inde evenit, ut apud Gentiles quoque usu receptum esset, sæpius se aqua mundare, antequam templa adirent, & numina precarentur. De Aegyptiis & Græcis id testatur Herodotus in Euterpe. De Romanis Persius (c) his verbis:

(c) Pers. satyr. 2.

Hæc sancte ut pascas, Tiberino in gurgite mergis. Mane caput bis terque, & noctem flumine purgas.

(d) Tull. lib. 1. de legib. (e) Tibull. li. 1. eleg. 2.

Tradit etiam Tullius (d), aspersione aquæ labem corpoream tolli, & castimoniam corporis præstari. Sed & illud notum (e):

Castia placent superis: pura cum veste venite, Et manibus puris sumite fontis aquam.

CX.

Sunt & de his alia complura apud illum scriptores exempla.

Sed quod ad Christianos pertinet: consueviffe eos ante precationem manus abluere, secundum quod monet Apostolus

(f): Volo viros orare in omni loco, levantes puras manus; non tantum quæ diximus, docent, sed & antiqua Ecclesiasticorum scriptorum testimonia confirmant. Nam & apud Clementem (g) legitur, ut Christianus lotus orer: sed & Tertullianus hoc ipsum demonstrat, dum ait (h): Cæterum quæ ratio est, manibus quidem ablutis, spiritu vero sordente, orationem obire? Et Chrysostomus (i): Ingressuri templum, manus lavamus. Et alibi (k): In nonnullis jam Ecclesiis hunc morem corroboratum videmus, ut diligenter muli fludeant, quomodo manibus loti, candidis induti vestimentis in ecclesiam ingrediantur. Ac rursus (l): In consuetudine nos constituimus lavandi & orandi; nec illorum hoc facere datur. Ideo libenter non oramus, si non lotis hoc manibus faciamus, tamquam Deum offensuri. At dicti omnes auctores pariter in eos declamant qui manuum abluitione putant etiam gravia delicta abtergi: in quos hæc & Anastasius Sinaita (m): Quid enim gravius his quibus utimur moribus? Etenim rapinis, sceleribus, peccatorum multitudine cooperti, tantula modo aqua abluti manibus, sanctissimum illud corpus, divinumque sanguinem pro mundi salute largiter olim effusum, impuri sordidique ori admoveamus? Et paulo inferius: Nec enim ingredi in ecclesiam, ac divinas imaginum sanctarum formas, pretiosasque ac venerabiles cruces etiam sustulisse fuerit satis: non frigida manus abluisse: id est, esse purum mundumque: sed sordes peccatorum abluisse, ac fugasse; sed confessione & lacrymis, sed contrito & humiliato animo, & demisso contractoque vultu, peccatorum, quibus tenemur, catenas exsoluisse, & tunc demum ad illa sancta mysteria accedere. Hucusque ipse.

CXI. (n) Greg. Papa l. 12. resp. 10.

Ad hujusmodi lavacrum alludit Gregorius Papa (n), dum scribens ad Augustinum hæc ait: Romanorum semper ab antiquioribus usus fuit, post admixtionem propria conjugis, & lavacri purificationem reverenter abstinere. Ex his facilis patet sensus Hieronymi dicentis (o): Scio Roma hanc esse consuetudinem, ut Fideles semper Christi corpus accipiant, quod nec reprehendo, nec probo: unusquisque enim in suo sensu abundet; sed ipsorum conscientiam convenio, qui eodem die post coitum communicant, & juxta Persium:

noctem flumine purgant.

Quare ad martyres ire non audent? quare non ingrediuntur ecclesias? An alius in publico, alius in domo Christus est? Quod in ecclesia non licet, nec domi licet. Hæc Hieronymus, quod adhuc suo tempore usus ille vigeret, ut sacram Eucharistiam sumendam, domum deferrent. Aperitur adhuc

ex

(f) 1. Tim. 2. Purificatio ante preces. (g) Clem. 8. Const. c. 38. (h) Tert. de or. c. 11. (i) Chryplum. in Joan. hom. 27. in fest. in Mat. hom. 52. (k) Chryplum. in fest. ad pop. Antioch. hom. 36.

(m) Anast. or. de sacra Synaxi.

Aqua tantum non expiari delicta.

(o) Hier. ep. 50.

CHRISTI 57.

PETRI 13.

NERONIS IMP. I.

ex his etiam causa, cur (quod idem qui supra Gregorius narrat a) matrona illa, quæ cum se a viro suo noctu non temperasset, ausa mane ecclesiam ingredi, continuo a demone est arrepta: Vel quod idem tradit (b) de curiali sacrilego, qui post turpissimum scelus Paschali festo admiffum, aqua male expiatum, ingressus ecclesiam, tandem ultionem divinam miser expertus est. At postea ejusmodi lavacri loco successit, ut aqua sacerdotis precibus benedicta, quæ Fidelibus usui esse consuevit in eorum domibus (ut Alexandri Papæ res gestæ significant) in ipso ingressu ecclesie poneretur, qua ad leviorum peccatorum expurgationem, ad euntes ecclesiam, aspergerentur. Sed quanta sit vis ejusmodi aquæ, & ejus usus antiquitas in Ecclesia, opportuniori loco dicemus.

CXII. Ecclesiarum ornatus Sacrae Imagines.

Quod vero spectat ad ecclesiarum antiquum ornatum: Christi Redemptoris nostri imagine decorari solitam unamquamque illarum, velorus canon Synodi Antiochenæ, Apostolorum nuncupatæ, de qua inferius in Clemente dicturi sumus, fidem facit, cujus hæc sunt verba: Ne decipiatur salvati ob idola: sed pingant ex opusculo divinam humanamque manufacta impermixtam effigiem Dei veri ac Salvatoris Domini nostri Jesu Christi, ipsiusque servorum contra idola & Judæos: neque errent in idolis, nec similes sint Judæis. Hæc canon, qui (ne imposturam esse existimes) citatus invenitur a Gregorio Episcopo Pessinuntis in Concilio (c) Nicæno secundo, licet in editione Latina mutilatus ac perperam translatus habeatur: Græce enim sic scriptus (d) extat:

(c) Conc. Nicæno. s. 11.

(d) Apud Turriano. aduersus Magdalenur. pro canon. A. postol. c. 25.

Τὸ μὴ πλανᾶσθαι τὴν ψυχὴν ἐν ταῖς εἰδώλοις, ἀλλὰ ἀντιγραφῆναι τὴν θεοεικόνην ἀρχαῖαν καὶ ἀποστολικήν ἐν ἑκείνῳ τῷ ἀλαφροῦ Θεῷ καὶ σωτῆρι ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ, καὶ ἡμῶν ἀγαπητῶν ἀντιγράψαι ἡμῶν ἀδελφῶν καὶ Ἰουδαίων, καὶ ἀνεπίστα πλανᾶσθαι ἢ εἰδωλῶν, μὴ δὲ ἐμοιθεῖν τοῖς Ἰουδαίοις. hæcenus canon. Dubitavit nuper pius ac doctus vir, an in versione Canonis ipsius Synodi Antiochenæ Sanctorum Apostolorum pro sacrarum imaginum veneratione, aliud quod mendum subesset. Dubitationis vero causæ (ut ipse pius vir affirmat) duæ fuerunt: altera quod minime verbum verbo ab interprete redditum videatur; altera consilium & mens Sanctorum Patrum in Canone illo sciendo.

CXIII. De versione Canonis Synodi Antioch.

Quod autem pertinet ad interpretis versionem non satis exactam, & ad verba verbis minime reddita, observet & primo, verba illa (pingant & effigiem) non haberi in contextu Græco: cum ἀντιγραφῆναι (ut ipse ait) non significet pingere, sed potius genibus flexis venerari: ἐκείνῳ deinde non posse verti effigiem, sed cippum, vel columnam, quæ in sepulcris statuebatur, aut in qua foedera inferebantur, aut alia quæ posteritati mandare cuperent, vel

lapidem titulem; dicit etiam alia ex pluribus auctoribus excerpta, pulchra quidem omnium; sed cum ex depravato textu, quem doctus & pius vir secutus est, omnis hæc dubitatio ortum habeat, videtur (pace sua) parum utilis tantus labor. Non enim legendum ἀντιγραφῆναι, ullo pacto, quod nusquam reperitur; sed ἀντιγραφῆναι, quod significat ex aduerso, aliquid pingere: ita enim legitur in manuscriptis codicibus Synodi septimæ, in qua dictus Canon habetur a Gregorio Episcopo Pessinuntis allatus Actione prima: ita etiam apud Turrianum in Apologia pro Canonibus Sanctorum Apostolorum aduersus Centuriatores (e). Nec solum ponitur simpliciter pro effigie, sed pro cippo, seu columna, vel lapide titulari, quod ipse pius vir affirmat. Quin immo una cum verbo ἀντιγραφῆναι, id est ex aduerso pingere, præscribit modum, quo sacræ effigies, & imagines Jesu Christi veri Dei & Salvatoris nostri, nec non servorum ejus & sanctorum collocentur, & statuuntur quasi trophæa quædam sacræ nostræ religionis in cippo vel columna, quemadmodum antiquissima & celeberrima illa Dei Genitricis imago, quæ dicitur del Pilar in Hispania vel lapide titulari, ut venerationi habeantur a Christianis, quos Canon Apostolicus Salvatos appellat, ut hoc pacto non solum a Judæis procul abesse dignoscantur Christiani, cum Judæi imagines habebant nullo pacto; verum etiam ab Ethnicis qui adorant sua Idola Deorum instar, & ideo idololatæ dicuntur. Christiani vero non ita; venerantur enim imagines sacras, sed relatione quadam & Analogia, & habitudine ad earum prototypa, quæ referunt, & representant: quod cum aliquando Iconomachorum, & Iconoclastarum causa, quorum præcipuus fautor fuit (f) Theophilus Imperator, in Oriente facere minus licuisset, post ejus obitum Theodora Augusta piissima femina, cum totius Ecclesie Dei magna exultatione faciendum curavit: & hac de causa instituta fuit in Orientali Ecclesia solemnitas illa celebratio annua Erectionis & Exaltationis sacrarum Imaginum, ut ex Triodio Græcorum est videre, qui diem festum hujusmodi erectionis sacrarum Imaginum singulis annis prima Dominica Quadragesimæ agunt, quam Dominicam Orthodoxiæ appellant hac de causa, quod eo die post sacrarum Imaginum erectionem & exaltationem celebratam, Orthodoxis omnibus multis annos & felicia omnia deprecantur; Iconomachis & Iconoclastis contra, ac aliis hæreticis omnibus, aqua & igni & diris interdicitur. Ex restitutione itaque contextus Græci ἀντιγραφῆναι pro ἀντιγραφῆναι, & ἐκείνῳ vera intelligentia, tollitur omnis dubitatio, & Canonis Apostolici versio congrue facta dignoscitur: quemadmodum Veterem

(e) Apol. c. 25.

Modus colendi Imagines inter Christianos.

(f) Anthe. tom. 9.

rem interpretem ejusdem Canonis depravatum alia ratione textum habuisse, satis patet. Ille enim *divergenti* legit, & hac de causa perperam (pugnandum contra) vertit, vel potius evertit. Quod vero spectat ad consilium sanctorum Patrum (fuit enim hæc altera dubitandi causa) non erat illud præcipue, ut discrimen hoc inter sacras imagines Christianorum & Idola Ethnicorum statueretur, inscriptio videlicet & titulus: nec enim idola Ethnicorum inscriptione carebant, ut habetur Act. Apost. (a) de ignoto Deo: & apud Justinum Martyrem de Simone magno Deo. Sed consilium illud fuit, ut Christiani, quos Canon Apostolicus salvatos appellat, sacras Imágenes, quo dictum est: supra modo, venerarentur; quod deinde in Secunda Synodo Nicænâ, post multa sæcula iterum statutum est. Omitto, quod cum imagines sint indoctorum libri, & longe plures indocti quam docti reperiantur, solis doctis talibus inscriptionibus consultum foret, indoctis non ita, nec doctis omnibus; cum enim tot essent genera linguarum inter Christianos, quoniam idiomate, & quibus characteribus fieri deberet inscriptio, incertum futurum esset: pro qua tollenda difficultate vel ipse titulus Dominicæ Crucis triplici lingua, litteris Græcis, Hebraicis, & Latinis, omnium scilicet communissimis scriptus fuit. Facillior itaque & communior fuisset dignoscendi ratio Sanctis Apostolis, si hoc facere voluissent alio aliquo signo, vel Symbolo, quam inscriptione, cujus forent imagines declarare: ut cum Apostolorum Principem significare volumus, Claves illi tribuimus, & alios aliis symbolis. Ad dendum postremo coronidis instar, idem fuisse consilium Sanctorum Patrum in canone faciendi de Sacrarum Imaginum veneratione (Sanctorum videlicet Apostolorum) quod & Sanctorum Patrum secundæ Synodi Nicænæ, Septimæ scilicet universalis: hac enim de causa Sanctorum Apostolorum auctoritate utitur Gregorius Episcopus Pessinuntis loco (supra citato septimæ synodi, ut se ipsum & Septimam Synodum eadem sentire & statuere aperte declararet, quod tot antea sæculis sancti Apostoli senserant, & suo Canone nobis sentiendum statuerant. Quæ vero supra diximus & veritati ipsi & Synodo Nicænæ secundæ, consona esse cuique facile patet. Sed nec hoc non mirabitur, qui noverit, ipso etiam Christo vivente, ejus imaginem (quod superius pluribus dictum est) Panneade a Syrophœnissâ muliere ære fusam consulari jussam, eandemque integram ad trecentos & amplius annos, nimirum ad Juliani Apostatæ tempora, perdurasse, quantumlibet immensis ac prope innumeris Palæstina fuerit deformata claudibus.

cxiv.

Nisi enim pie, sancte, religioseque ab

ipsis Apostolorum temporibus sacræ imagines in Ecclesia fuissent in usu; passuri ne fuissent Fideles per tot annorum spatia illam solam sic intactam illibatamque servari? & excisa licet bello Judaico provincia Palæstina, post tot nobilissimarum civitatum busta, ipsam (nisi magno in honore habuissent, ac fideliter custodissent) integram permanisse? quam in diaconia ecclesiæ Panneadis sitæ collocatam Christiani semper cultu convenienti profecuti sunt (b). Addit Eusebius (c): Nec plane mirum, eos qui ex Gentilibus prognati, a Salvatore, dum inter homines vivebat, beneficiis affecti fuissent, ista fecisse: cum & nos Petri & Pauli Apostolorum, vel Christi etiam ipsius imagines in picturis colorum varietate expressas, conservatasque aspexerimus: idque propterea, sicut verisimile est, quod majores nostri ad Gentilis consuetudinis similitudinem quam proxime accedentes, eos qui tamquam salvatores illis fuissent, hoc est, qui aliquid salutis & subsidii illis attulissent, apud se honore in hunc modum afficere consueverant. Hæc Eusebius. At multo minus quis mirabitur in Christianorum ecclesiis esse effigiatas sacras imagines: cum eas etiam in sacris vasis Catholicos sculperet solitos esse, auctor sit Tertullianus (d): testatur enim, Christi Domini imaginem præferentem pastoris effigiem, ovem deperditam super humeros gestantis, in sacris calicibus effigiari consuevisse; cujus quidem generis imagines complures inspeximus in antiquissimo Priscillæ cœmeterio via Salaria anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo octavo, Urbe teste, eaque admirante, refosso. Sed & consuevisse ab ipsis Apostolorum temporibus, cum qualibet erigeretur ecclesia, eo in loco primum omnium in memoriam Christi Redemptoris nostri, qui pro salvando humano genere crucem subit, quasi nobile trophæum victoriæ, crucem poni in titulum, dicemus suo loco, cum agemus de Titulo.

cxv.

Modo autem ad eandem Apostolicam institutionem insinuandam, satis est afferre memorabile quidem & plane admirabile illud antiquitatis monumentum, quod de sculpta cruce a S. Thoma Apostolo in ecclesia, ubi preces ad Deum fundere consueverat, apud quam etiam cæsus, martyrium consummavit, Hieronymus Oforius Silvensis Episcopus, qui res Indicas fidelissime est profecutus, ut rem egregie testatam, & si quam aliam fide sincerissima, obsignatam memoriæ prodit. Ad finem enim tertii libri historiæ a se conscriptæ hæc ait: In eadem civitate, quam diximus appellari Malipurem, & nunc postquam a Lusitanis frequentari cepit, S. Indos. Thome civitas appellatur, erat in colle Sacellum adificatum; eo quod affirmarent in-

Imagines Sacræ etiam in Vasis Sacris. (d) Tertul. lib. de pudic. c. 7. & 10.

De Ecclesia S. Thomæ apud Indos.

incola, in eo loco Thomam fuisse a religionis hostibus interfectum. Erat autem hoc solemniter institutum, ut in eo sacello, octo diebus ante diem natalem Christi, res divina fieret, & omnes Christiani eo convenirent. Fuerat quoque ante quatuordecim annos in illo colle inventa crux in lapide incisa, in cujus fastigio columba imago insidebat: basis vero erat in specie quadam herbarum, quæ diffundi latissime videbantur; collocata; & tam fastigium, quam basis & brachia in liliorum formam desinebant. Arcus eam ex eodem lapide factus undique munebat. In arcu erant incise litteræ, quas nemo legere poterat. Totum hoc opus integrum, quod erat sacris magnum, fuit super altare ejusdem sacelli multorum operis statutum. In cruce eminebant notæ sanguinis insignes.

cxvi. Miraculum de Cruce.

Accidit autem die quo Christiani conveniebant, ut in eo sano salutationem ab Angelo factam sanctissima Virgini, octo dies antequam Christi natalis adveniret, celebrarent: cum sacerdos, qui rem divinam faciebat, Evangelium inchoaret, ut crux in nigrum colorem verteretur, & liquor ex illa incredibili copia dimanaret, deinde color ceruleus pro nigro subiret. In locis autem, ubi notæ sanguinis extabant, rosei coloris splendor eluxit. Sequentibus deinde annis eodem die idem semper eveniebat. Nec enim alio die (quod magnam admirationem commovebat) id in illa cruce cernebatur. Fuit tamen aliquo tempore ejus rei, quæ admirabilis omnibus videbatur, intermissio. Anno autem MDLXI. cum Christiani in eundem locum cum eadem pompa & celebratè convenirent, eo die quo crux, dum sacrificium fieret, stillare solebat, & sacerdos Evangelium inchoaret (idem etiam admirandum videbatur, quod nunquam prius quam Evangelium legi cepisset, ea cruce mutatio fieret) crux repente nigris maculis, splendidis tamen, insci incipiebat, donec tandem aliis atque aliis subeuntibus, tota nigresceret: ita vero splendebat, atque si fuisset oleo delibuta. Tum instar rovis guttæ fluere ceperunt, quæ paulatim grandiores effectæ; totam crucem humore largissimo compleverunt. Peregit sacerdos cum multis lacrymis & crebro singultu sacrificium. Deinde ascendit in altare; & linzeis, quibus in rebus sacris de more procurandis uti solebat, crucem extersit. Linzeæ maculis sanguineis tincta repente sunt. Civitatis Præfectus, & reliqua multitudo, quæ convenerat, manus in cælum tendere, Christi nomen implorare, flagitiorum veniam postulare, & ad studium religionis ardentius excitari. Crux autem postquam multo liquore fluxit, clarius splendere cepit, & color sanguineus evidentius eluxit. Hoc signum commovit & Præfectum urbis & primum sacerdotem, ut diligenter

gener inquirerent equis esset qui litteras illas interpretari posset.

cxvii.

Ajunt incolæ, in Narsinga regno esse Brachmanam inter omnes Brachmanas litteris & eruditione præstantem, qui varias linguas tenebat. Hominem continuo accersunt, & interrogant an illas litteras nosset. Respondit, litteras esse prisca, quibus antiqui sapientes utebantur; negligentia vero hominum factum esse, ut earum cognitio interiret: quin etiam linguam, quæ erant descriptæ, a paucis admodum teneri. Admonent illi Brachmanam, ut in altare ascendat. Restitit ille, & nefarium facinus esse dixit, altare in quo res divina fieret, humanis pedibus conculcari. Inventus tamen subit, & litteras perlegit, quarum & vim eam esse dixit, ut una nota decem & quindecim & viginti litterarum officio fungeretur. Sententia vero litterarum in summa hæc erat. Thomam, divinum virum, fuisse a Dei Filio, cujus erat discipulus, in eas oras Segami Regis tempore missum, ut Dei summi notitia gentes illas erudiret: ibique templum extruxisse, & res admirabiles effecisse: atque tandem, cum genibus flexis ad crucem illam affixus, orationem ad Deum funderet, a quodam Brachmana fuisse hasta transfixum: crucem vero ejusdem viri sanctissimi cruce tinctam ad memoriam virtutis illius sempiternam relictam fuisse. Hæc erat sententia quæ litteris continebatur. Fecit autem majorem fidem alius ejusdem sectæ vir aliunde accersitus, grandis admodum natu, & sapientia opinione præstans, qui litteras in eandem sententiam interpretatus est. Hujus autem crucis exemplum in eodem signo, ex quo templum edificatum perhibent, insculptum, cum litteris publicis multorum virorum testimonio consignatis, verine: cuius fides tantis tunc argumentis explorata fuit, ut nemo possit de tam clavis atque testatis viri divini monumentis ambigere. Hucusque Oforius: quæ licet prolixiora, tamen haud incongrua videri possunt ad Apostolicas traditiones, tum de ecclesiarum erectione, tum etiam de cruce in ecclesia statuenda, tanti Apostoli exemplo, demonstrandas pariterque firmandas. Perseveravit in Ecclesia idem pristinus usus, ut cum novæ erigerentur ecclesiæ, cruces in titulum ponerentur, eademque & sacris imaginibus ornarentur.

De Martyrio S. Thomæ vetus Monumentum.

cxviii.

Certe quidem qui ex Redemptoris nostri effigie ærea usus imaginum, adhuc ipso vivente, est feliciter inchoatus, nunquam in Ecclesia Catholica fuit postea intermissus. Quod si in antiquioribus ecclesiis hæc monstrare non liceat, quippe quæ omnes a Diocletiano Imperatore (ut nuper dictum est) demolitæ sunt; in eis tamen quæ tum a Constantino, qui ejus Imperio potitus est post Maxentium tyrannum, tum ab aliis qui eodem sæculo vi-

De usu Sacrarum Imaginum antiquæ memoriæ.

(a) Lib. de
Roma Pont.
in Silvest.
(b) Lib. de
munif.
Constanti-
ni.

(c) La-
stant.
ear. de
pass. Dom.

xere, instar priorum sunt erectæ, haud
difficile erit multis exemplis ostendere.
Nam in rebus gestis ipsius (a) cum Silve-
stro, & in libello de ejus munificentia (b)
in ecclesias a se erectas collata, habetur
argenteas complures ab ipso iussas consti-
ri statuas, in primis Christi Domini no-
stri, Joannis Baptistæ, duodecim Apo-
stolorum, Angelorum, & alia id genus
multa. Apud Lactantium (c) etiam de
imagine Redemptoris cruci affixi, hæc ad-
euntes ecclesiam admonente, hi versus
scripti leguntur;

Quisquis ades; mediique subis ad limi-
na templi,
Siste parum, infontemque tuo pro crimi-
ne passum
Respice me, me conde animo, me in pe-
ctore serua.
Ille ego, qui casus hominum miseratus
acerbos,
Huc veni.

CXIX.

(d) Paul.
ep. 12.

Et ne nimis morer singula exempla
retexendo: est de his locuples testis sa-
ctus Paulinus (d), qui eodem quo Con-
stantinus vixit sæculo: ad Severum enim
scribens, sacras ac venerandas cruces, a-
liasque typicas imagines in apside Ecclesiæ
(eamdem enim ipse fecit similes, quas in
antiquioribus basilicis multivo opere con-
textas in hanc diem aspiciamus) pingi so-
litas, verbis, quos illis suis affixit, ex-
acte declarat; quorum aliquot hic sub-
jicimus, & in primis qui in camera apsi-
dis, multivo opere contexta, erant his ver-
bis conscripti:

Pleno coruscat Trinitas mysterio:
Stat Christus, agno vox Patris cælo
tonat,
Et per columbam Spiritus sanctus fluit:
Crucem corona lucido cingit globo,
Cui coronæ sunt corona Apostoli, &c.

Ac sursum de alia in eadem basilica cru-
ce super ingressum ex more picta:

Cerne coronatam Domini super atria
Christi
Stare crucem, duro spondentem celsa la-
bori
Præmia. Tolle crucem, qui vis auferre
coronam.

In frontibus quoque dextræ lævæque por-
ticus depictis crucibus hoc erat inscriptum
epigramma:

Ardua floriferæ crux cingitur orbe co-
ronæ,
Et Domini fuso rincta cruore rubet.
Quæque super signum resident cælestis
columbæ,
Simplicibus produunt regna patere Dei.

Mythicæ
Imagines
pingi so-
litæ.

Et in apside Fundanæ basilicæ eodem fer-
me argumento.

Sanctorum labor & merces sibi rite cohæ-
rent:
Ardua crux, prætiunq; crucis sublime,
coronæ.
Ipse Deus nobis princeps crucis atque
coronæ.
Inter floriferi cælestis nemus, Paradisi,
Sub cruce sanguinea nupero stat Christus
in agno,
Agnus ut innocua injusto datus hostia
lato:
Alite quem placida sanctus perfundit
hiantem
Spiritus, & rutila Genitor de nube co-
ronat.
Et quia præcelsa, quasi iudex, rupe su-
perstat,
Bis gemina pecudis, discors agnis ge-
nus, hædi
Circumstant solum; leuos avertitur ha-
dos
Pastor, & emeritos dextra complectitur
agnos.

CXX.

At non his tantum picturis Ecclesiarum
apsides, sed & ipsos ecclesiarum parietes
dextra & sinistra dispositos, diversis histo-
riis veteris vel novi Testamenti ad pie-
tatem aspicientes instituentibus fuisse egre-
gie exornatos, idem auctor in nono & de-
cimo Natali sancti Felicis, quæ præcla-
ro poemate illustravit, copiose describit.
At certe Augustinus (e), qui eodem quo-
que vixit tempore certissimam fidem facit,
in parietibus passim depingi consuevisse
Christum hinc inde Petrum & Paulum la-
terales habentem, atque etiam (f) Abra-
hamum filium suum immolantem. Sed &
martyrum fortissimos agones in ecclesiis e-
tiam effigiari solitos, testantur Basilus (g),
Gregorius Nyssenus (h), & alii complu-
res (i), qui omnes eodem quo Constanti-
nus vixere sæculo: at permultos taceo,
quos enumerare, nimis præ eorum multi-
tudine longum esset, qui sequentibus tem-
poribus claruere. Cum igitur qualis fue-
rit in exornandis ecclesiis usus ejus sæcu-
li quo imperavit Constantinus, tam in O-
riente quam in Occidente, tot Patrum
testimoniis compertissimum habeatur: quid
existimandum sit de illo canone qui in
Concilio (k) Eliberino sic positus legitur:
Placuit picturas in ecclesia esse non debere,
nec aliter; ne quod colitur aut adoratur,
in parietibus depingatur; qualis, inquam,
quantæque ille sit fidei, eruditus omnes
appello.

(e) Aug. de
confess. E-
vang. lib.
1. cap. 10.
(f) Aug.
contra
Eufros. 1. 22.
c. 73.
(g) Basil.
or. in S.
Barla-
ham.
(h) Greg.
Nyss. or. in
Theod.
(i) Prud.
hym. de S.
Caf. & a-
lio de S.
Hippolyt.
itemq. E-
vod. Vza-
les. 1. 2. de
mirac. S.
Stephani.
(k) Cont.
Eliber. c.
36.

CXXI.

An ne potuit, vel debuit decem & no-
vem Episcoporum conventus in Orbis an-
gulo congregatus aliud statuere, quam u-
bi-

Ex Conci-
lio Elibe-
rino obje-
ctio.

(a) Conc.
Arelat. 2.

(b) Conc.
Eliber. c. 1.
2. 6. 8. 12.
17. 18.

(c) Can. 3.
& 7.

CXXII.
Canon de
Imagini-
bus non
receptus.

V.
Deum &
Trinita-
tem de-
pingere
alias veti-
tum.

bique locorum universalis profiteretur Ec-
clesia? Constat quidem dictum Concilium
paulo ante Constantini Imperium, cum
persecutio nondum penitus ubique loco-
rum extincta esset, esse celebratum. Nam
eidem & Osius Cordubensis legitur inter-
fuisse, necnon Liberius Episcopus Emere-
ritæ, qui etiam scriptus reperitur in se-
cundo (a) Concilio Arelatensi sub ejusdem
Imperii anno nono convocato, Volusiano
& Aniano Coss. Porro ipsum in multis esse
irritum, multa sunt quæ manifeste de-
clarant: pleraque enim in eo sunt, quæ
fines Novatiani erroris visa sint prope at-
tigisse: dum eis qui capitalia quædam cri-
mina perpetrassent, nec in fine commu-
nionem esse dandam, pluribus canonibus
(b) statuitur. Sapere hæc hæresim Nova-
tianam, qui Cypriani & aliorum de ea-
re scripta legerint, facile cognoscent, Ab
ecclesiæ enim Catholicæ usu illud omnino
alienum esse reperitur, quod in eo statu-
tum est, ut nec in fine communicet, qui
post poenitentiam mœchatus fuerit (c). Cæ-
terum quod sciamus ejus conventus Episco-
pos fuisse Catholicos, de Novatiana hæ-
resi nulla suspicio esse debet: cum præ-
sertim hi, licet communionem, tamen
poenitentiam non negarent, ut de eo In-
nocentius Papa tradit scribens ad Exupe-
rium.

Sed nec in eo quod de imaginibus sta-
tuisse videtur, aliquam obtinuisse firmi-
tatem, certum est: quandoquidem Prub-
entius, & ipse etiam Hispanus, & ejus-
dem sæculi scriptor, quem citavimus, lau-
dat pingi solitas esse venerandas imagines:
qui primum in Cassiano hæc ait:

Erexi ad cælum faciem: stetit obvia con-
tra
Fucus colorum picta imago martyris,
Plagas mille gerens, totos lacerata per
artus,
Raptam minutis præferens punctis cu-
tem.
Innumeri circum pueri (miserabile visu)
Ann. Eccl. Tom. I.

A num. CXIX. ad CXXII. Baronii tempore
Concilium Illiberitanum multis supposititium vi-
sum, quod in eo quedam legantur Catholica Fidei
dogmatibus apparenter repugnantia, uti Canon
XXXVII. quo vetatur, ne picturæ in Ecclesia
habeantur: Placuit picturas in Ecclesia esse non
debere, ne quod colitur & adoratur, in parieti-
bus depingatur. Quo ex Canone Protestantes in-
ferunt, quarti Ecclesiæ seculi initio, quo Con-
cilium Illiberitanum celebratum, cultum Imagi-
num in Ecclesia non fuisse. Sed sicut decepti
sunt Catholici, qui de hujus Concilii veritate
dubitarunt; ita & errarunt Protestantes, qui
præfatum Canonem adversus Imagines militare
existimarunt. In eo enim, ut notat Bellarmi-
nus lib. 2. de Imaginibus Sanctorum cap. 8. agi-
tur de Imaginibus Dei sive Sanctissimæ Trinita-
tis; Deus enim & Sanctissima Trinitas proprie

Confossa parvis membra sigebant Sty-
lis.

Et in Hippolyto:

Exemplar sceleris paries habet illitus,
in quo
Multi color fucus digereit omne nefas.
Picta super tumulum species liquidis vi-
get umbris,
Effigians tracti membra cruenta viri.

An non Paulinus Nolanus Episcopus, tam egregius sacrarum imaginum testis, (d) Paulin. ep. 6.
quem citavimus, & ipse fuit (quod fate- (e) Paulin. ep. 12. &
tur d) presbyter Barchinonensis Ecclesiæ, & in Hispania diu versatus, & tamen i- aliis.
maginibus refertas plures crexit (e) ec-
clesias?

Sed non tantum ex jam dictis adducor CXXXIII.
ut existimem Concilium illud in his irri- De impo-
tum factum esse; sed eo maxime, quod stura non
canonum antiquissimi collectores, Ferdin-
andus diaconus, Dionysius cognomento
Exiguus, & Cresconius, quantumlibet e-
gregiam navarint operam, ut omnes tam
Græcos quam Latinos canones colligerent,
nullus tamen ipsorum ejusmodi Concilii
Eliberini canonis vel saltem nomine te-
nus meminit. Itaque non nihil suspicor in
illo canone imposturam. Qui enim fieri
potuit, ut cum non tantum complures O-
rientalium, sed & Occidentalium turmæ
adversus sacras imagines bellum moverent,
& ad eas impugnandas arma undique
compararent, a potissimo omnium telo,
si existisset, abstinuisent? Agne latuit e-
jusmodi decretum Concilii Vigilantium, &
ipsum Hispanum, sacrarum rituum Eccle-
siasticorum everforem? qui cum, quæ erant
Ecclesiasticæ œconomix, pervertebat an-
tiquas consuetudines, cessasset ne in sa-
cras imagines potissimum inveni, si aliqua
præsentia saltem Ecclesiasticorum viro-
rum auctoritate id se posse efficere conspexil-
set? An non saltem unius vel alterius e- (f) Can. 34.
jusdem Synodi canonis (f) auctoritate sta- & 37.
M m m 2 hili-

colitur & adoratur. Illius autem imagines in
usu olim non fuisse docent Patres: cujus rei
rationem reddit Origenes lib. 7. adversus Celi-
sum, circa finem: Ut qui Deum incorporeum &
invisibilem nulla figura circumscribimus. Quam
rationem magis exponit Albapineus Aurelia-
nensis Episcopus in Commentario ad eum Ca-
nonem: In picturis & tabulis, non vero de signis
aut statuis hic agitur, & de picturis quidem,
non quibus Sancti & Martyres, sed quibus Deus
ipse, ipsaque Trinitas representaretur, illi si-
quidem non adorantur. Vetant igitur Deum in
parietibus depingi, ne scilicet quem Gentilibus &
Catechumenis immensum, omnipotentem, invisibilem,
æternum, incomprehensibilem, spiritualem,
corporis & materia expertem & immutabilem prædi-
carent, cum ipsi Gentiles & Catechumeni in i-
psorum Ecclesiis, lineis & coloribus circumscrip-
tum &

(a) Hier. advers. Vigilant. (b) Jonas Avel. in praefat. comment. in Claud. & lib. I.

CXXIV. Omnis solvitur diversis modis obiectio.

bilire sua ac roborare potuisset, ut quae ipse primus de non incendiis cereis in ecclesia ausus est (a) affirmare? An etiam praeteriit canon ille Claudium item Hispanum (b) presbyterum, inde vero Episcopum Taurinensem, maximum omnium Iconoclastam, Felicis Urgelitani discipulum? Quod vero canon ille eos omnes praeterierit (ut qui nec extaret) ex eo etiam exploratissimum redditur, quod Catholici scriptores Ecclesiastici Iconoclastarum commenta refellentes, quod de eo nullum factum esset negotium, ne per nuntium, quidem ejusdem meminisse reperiuntur.

Equidem dum haec paulo accuratius apud me ipsum perpendo, in eam suspicionem adducor, ut aliquis Claudii discipulus atque sectator (quod proprium est haereticorum partis supponere) ejusdem canonis auctor fuerit, & talis impostura egregius concinnator: nec sane qui haec mecum accurate perviderit, me falsum conjectorem temere arguet. Sed esto, absit fraus & impostura: Equam tandem fidem meretur tam paucorum Episcoporum canon, quem totius Catholicae Ecclesiae usus contrarius continuo abolevit, immo antequam nasceretur extinxit? Scimus & alios eruditos viros adversus recentiores Iconoclastas pro fide Catholica de canone illo alia dedisse responsa; nimirum sic pingi imagines in pariete S. Synodum vetuisse, ut tamen eas in tabulis effigiari sinneret: qui quidem usus usque hodie in Hispania dicitur esse retentus. Ratio autem diversitatis illa praetextitur, quod quacumque urgente persecutione, tabulas illas Christiani possent secum quocumque ferre & occultare: non sic de parietibus, quorum sacrae imagines expositae remaneret injuriis atque derisioni Gentilium. Sed in his jam diutius nobis immorandum non est. Illud ad postremum non praetermittimus; tantum abesse, ut eo canone sacra-

et comprehensum cerneant. Ne igitur divini Numinis majestas minueretur, & aliud de Deo depingeretur quam pradicarent, & quem supra homines extollerent, humana specie depictum oculis objicerent, vetant ne in Ecclesia Dei imagines suspendantur. Hac ad Sanctorum imagines nullatenus pertinent, &c.

VI. Haec prohibitio occasione Gentilium fit.

Recte notat Albaspineus, inquit Schelstratius in Dissert. de Disciplina Aycani cap. 6. art. 3. Canonem illum statutum fuisse pro Catechumenis potius & Gentilibus, quam pro Fidelibus & Catholicis. Hi enim scientes, Deum sub variis olim figuris apparuisse, ex imaginibus Deum sub illis formis representantibus nullam falsam opinionem concepissent. Sed Gentiles & Catechumeni audientes Deum a Christianis invisibilem & incorporeum praedicari, humana figura depictum videntes, alienum quid ab ejus majestate concepissent: immo ignorantes mysterium sanctissimae Trinitatis facile ex picturis illis Patrem in figura senis, Filium in figura viri, Spiritum Sanctum in figura columbae representan-

rum cultus imaginum infringatur, ut ex eo magis magisque roboretur; nam si non viguisset usus pingendi sacras imagines in ecclesiis, eas prohibendi nulla fuisset occasio. Etenim si (quod patet) privatio praesupponit habitum; jam eas in ecclesiis solitas pingi usque saltem ad illud tempus, liquido apparet: sed & eundem usum perseverasse post editum canonem illum, satis demonstratum est. At vero tam paucos Episcopos jure damnasse, quod (ut vidimus) tam Orientalis quam Occidentalis Ecclesia majorum exemplo conservaret, quis dixerit? vel certe quod illud quoquo modo statuissent, caeteros, qui tum erant, vel postea fuerunt in Ecclesia Episcopi, contrario usu potuisse aboleri, quis poterit dubitare? Sed de sacris imaginibus pluries agemus inferius: haec modo, occasione ornatus ecclesiarum, obiter attigisse sufficiat.

CXXV. Distincta in Ecclesia loca.

Sed quod ad antiquum ecclesiae partium usum spectat: nec illud dicere praetermittimus; sicut olim in templo Hierosolymitano (quod attigimus superius in Apparatu) loco distincti erant sacerdotes a populo, viri a mulieribus, atque a nuptis virgines; ita eodem fere ordine & dispensatione in Christianorum ecclesiis, cum agerentur sacri conventus, fuisse Fideles ab invicem locorum distinctione separatos. Id quidem in primis Philo (c) Judaeus servari solitum ab Essenis, qui in Aegypto apud Alexandriam agerent, quos Hieronymus (d) Christianos esse affirmat, de quibus inferius pluries differemus, Eccl. in tradit his verbis: Commune Semmeum, in quod septimo quoque die conveniunt, sepro clauditur duplici, separatis virorum & mulierum caeribus: nam mulieres quoque simul auscultant ex more, dumtaxat quae institutum idem sectantur. Medius autem paries a solo surgit tribus quatuorve cubitis in modum loricae. Superiora usque ad

(c) Philo lib. de vit. contemp. plat. (d) Hieron. de Script. Eccl. in Philone.

tibus, in notitiam summae Divinitatis venissent, quam eis occultare studebat Ecclesia. Et hoc est quod voluit Bona Cardinalis lib. 1. Rerum Liturg. cap. 16. cum scripsit canonis sensum, ex more istius seculi solite caerentis, ne Religionis nostra arcana Infidelibus proderentur, estimanda esse. Consonat Mendoza in Commentario ad eum Canonem: ut vel Christi humanitatem, vel Patris, & Spiritus Sancti assumptam formam in parietibus depingi eo tempore Hispani Episcopi interdixerint, qui tunc nefas putarent, abstrusora Trinitatis mysteria publicari, ne id quod colitur & adoratur, ab irrupentibus quandoque in Ecclesia Gentilibus, & admittis quotidie Catechumenis, in parietibus depictum cerneatur, & disciplina arcani eo modo neglecta, sacratoria Religionis Catholicae mysteria prophanarentur, & non initiatorum ludibrio exponerentur. Atque hinc patet, Patres Illiberitanos nihil, quod Protestantibus faveat, posteritati reliquisse, ut ait Schelstratius loco citato.

(a) Clem. Const. lib. 2. c. 61.

CXXVI. De loco feminarum.

(b) Metaphr. in vit. S. Joannis Chrysof.

(c) Ambros. ad virg. laps.

CXXVII. (a) Procop. de aedif. Justin. Imp. lib. 1.

ad rectum patent: unde gemina provenit commoditas, & quod pudori feminae sexus consuleretur, & quod verba doctoris exaudiant facile absque ullis obstaculis, quae vocem ejus intercipient. Haec Philo. Eadem apud Clementem (a) ac magis distincte leguntur: ait enim ecclesiam construi solitam longo situ instar navis: in cujus medio (quod gremium dicimus) Episcopus una cum clero ad utrumque latus posito sedeat; ex altera ecclesiae parte viri, ex altera vero manerent mulieres: & sicut loco ab invicem distincti erant, eodem quoque modo porta, ut qua viri ingrederentur, discreta esset ab ea quae feminis tantum pateret: & sicut virorum portae ostiarius praerant, ita diaconissa demandata erat cura portae mulierum: Haec omnia, inquit auctor, prout etiam disposita erant in templo; ac subdit: Adolescentula rursus, si sit locus, seorsum maneat: caetera, & quae post sunt nupta, & quae jam liberos habent, seorsum maneat. Virgines, & viduae, & anus, prima omnium vel stent, vel sedeant. Haec de locorum ac personarum distinctione & ordine in ecclesia servari solitis apud Clementem.

Sed Gregorius Nazianzenus ex his quae scribit in somnio Anastasiae, supra ecclesiae porticus mulierum locum fuisse demonstrat, cum ait: Sanctae virgines una cum gravibus matronis & sublimi testo castissimas sermonibus meis aures inclinabant. Confirmant haec ipsa, quae de S. Joanne Chrysostomo (b) scriptis mandata leguntur: nimirum clericum sacris assidentem, cum mulierem sursum in tabulato manentem procaciter inspexisset, ab altari amovisse. De loco insuper, ubi virgines ac caeteris feminis separatae agerent in ecclesia, Ambrosius (c) meminit his verbis; quibus in virginem lapsum invehitur: Nonne vel illum locum tabulis separatum, in quo in ecclesia stabas, recordari debuisti, ad quem religiosa matrona & nobiles certatim currebant, tua oscula petentes, quae sanctiores & meliores te erant? Nonne vel illa praecpta, quae oculis tuis ipse inscriptus paries ingerebat, recordari debuisti? Divisa est mulier & virgo. Quae non est nupta, cogitat qua Domini sunt, quomodo sit sancta corpore & spiritu. Tu autem in contrarium vertens dictum, &c.

Procopius (d) etiam haec habet: Sunt duae utrinque porticus, quas fastigiata testudo & aurum venustant: harum una viros orantes, altera mulieres admittit, alias nulla re differentes. Quis tabulata, in quibus versantur mulieres, exponet? haec ille de locorum differentia, & sexus, & ordinis distinctione. In Ecclesia quoque Romana distincta fuisse in basilicis loca virorum ac mulierum, vetera Vaticanae ecclesiae monumenta declarant, quae incisa marmoribus, descripta legimus in co-

dice ejusdem ecclesiae bibliothecae, ac primum haec ipsa de inscriptione sepulcri:

AD SANCTUM PETRUM APOSTOLUM ANTE, REGIA IN PORTIGU, COLUMNA SECUNDA QUANDO INTRAMUS; SINISTRA PARTE VIROVUM, LUCILLUS ET JANUARIA HONESTA FEMINA.

Item illud in Vitis Romanorum Pontificum: Symmachus Papa fecit oratorium sanctae Crucis a parte virorum, &c. & in Vita Gregorii Papae Tertii: Hic fecit oratorium intra basilicam sancti Petri juxta arcum Triumphantem in parte virorum; & in Sergio Papa: Hic fecit imaginem auream beati Petri Apostoli, quae est in parte mulierum. His & aliis memoriis perspicuum redditur, in Ecclesia Romana servatum esse ordinem, ut in basilicis locum a mulieribus orarent viri, iidemque sinistram basilicae partem occuparent, dexteram vero feminae: digniorem namque partem in sacris sinistram habitam esse, secundo Annalium tomo differemus.

Sed ad haec etiam spectat, quod sicut olim in templo pauperes stipem mendicantes pro foribus stabant (ut & ex his quae scribit Lucas (e) de claudio qui exponebatur a suis ad templi portam Speciosam, est manifestum) ita etiam in ecclesiam ad stipem captandam nefas illis ingredi, sed in exteriori porticu, quae post atrium januis inharet ecclesiae, eos solitos commorari, certum est. Unde Chrysostomus (f): Propterea, inquit, & ante ecclesiam & martyrum monumenta pro foribus pauperes sedent, ut nos ex ejusmodi speculo multum capiamus utilitatis. Considera namque, quod nobis terrenas ingredientibus regias, nihil hujusmodi cerne licet, sed viri honesti & splendidi & divites & prudentes passim discurrunt: ad veras autem regias ad ecclesiam dico, & oratorias aedes, & martyrum templa, demonibus pressi, truncati, pauperes, senes, caeci, membra ferentes obtorta. Quid hoc tandem? Ut tu docearis. Ad haec respiciunt quae Gregorius Nazianzenus in eadem celebri oratione, quam habuit de amore pauperum, ait: Ita petitionum clamor internis templi cantibus ex adverso respondet, atque e regione mysticarum vocum miserabilis luctus excitatur. Sed non eo quidem is locus pauperibus mendicantibus attributus erat, quod haberentur contemptui; sed ne obstreptantes, sacra agentibus in ecclesia, ac ibi orantibus essent molesti: verum eis aequae ac caeteris patebat ecclesia, precum causa; simulque cum Principibus, nullo habito defectu & personarum acceptione, ad sacram mensam admittebantur. Hinc Chrysostomus (g) eadem homilia ad populum Antioche-

CXXVIII.

(c) Act. 3.

(f) Chrysost. ad pop. Ant. hom. 28. Pauperes extra Ecclesiam mendicare soliti.

(g) Idem. hom. 23.

num hæc habet: Ad suam spiritualem mensam eos vocare, & illud communicare convivium non dedignatur: sed claudus & mutilus; senex & puerulus, sordidus & mucosus, cum juvene pariter specioso, & ipso purpuram induto & in capite diadema gestante, futurus mensæ particeps venit, & spirituale petit convivium, & istæ ambo fruuntur, nec ulla est differentia; & Christus quidem eos ad mensam cum Rege simul vocare non dedignatur; pariter enim ambo vocantur. Hæc Chryso-

CXXXIX. Diversis nominibus Ecclesia dicta.

(a) Mar. 11. Luc. 19.

(b) Cypri. lib. de oper. & elem.

(c) Conc. Laod. c. 28.

(d) Euseb. orat. de laudib. Const.

(e) Optat. contra Parmen. & alii.

(f) Martyrol. Rom. dit. 5. Augusti.

(g) August. de Civit. Dei, lib. 21. c. 8. & aliis locis.

(h) Conc. Afric. c. 50.

(i) Aug. de Civit. Dei, lib. 22. c. 20.

(k) Concil. Gangrensi. c. 20.

(l) Psal. 8. Psal. 110.

Quod reliquum esse videtur; constat locum ipsum, in quem ad sacros celebrandos conventus Fideles convenire soliti erant, diversis esse nominibus appellatum: nam non tantum (ut diximus) divinæ Scripturæ auctoritate constat esse nominatum Ecclesiam, sed & Domum oratoriam, secundum quod a Domino dictum est (a): Domus mea, domus orationis vocabitur. Item aliquando Dominicum: quam vocem usurpat Cyprianus (b), & alii Latinarum, ac Græci etiam, ut apparet ex Concilio (c) Laodicensi, & aliis: de qua re Eusebius (d) reddit rationem. Dicitur & Basilica: qua quidem voce Optatus (e) utitur, cum ait Romæ fuisse quadraginta & amplius Basilicas. Sed unde id nomen Basilicæ deductum sit, pluribus egimus in Notationibus ad Romanum Martyrologium (f). Insuper, Memoria, ecclesia appellata reperitur; quæ nomenclatura apud Augustinum (g) frequentior est: ea nimirum occasione, quod ecclesiæ in memoriam sanctorum martyrum erigi & Deo dicari consueverant: de quibus est canon Concilii Africani (h). Ad idem spectat quod Augustinus de Civitate Dei ait (i): Nos martyribus nostris non templa, sicut diis, sed memorias, sicut hominibus mortuis, quorum apud Deum vivunt spiritus, fabricamus. Dicit etiam ecclesia ea de causa a Græcis, Martyrium, consuevit, ut in Concilio (k) Gangrensi, & Chalcedonensi, in cujus quidem Actis frequens est mentio de Martyrio S. Euphemiæ, ubi est sacrosancta Synodus celebrata. Aliquando etiam idem locus, Concilium sanctorum, nominatus reperitur: eadem sane ratione, qua & ecclesia, quæ licet propria significatione conventus dicatur, tamen pro loco eum continente (ut vidimus) usurpatur: sic & Concilium sanctorum, pro loco, ubi congregatur Fidelium multitudo, sæpe positum invenitur: vox quidem Ecclesiastica, & in divinis Scripturis usu recepta, ut apparet in Psalmis (l): Deus qui glorificatur in concilio sanctorum; ac rursus: Confitebor tibi Domine in toto corde meo, in concilio justorum & congregatione. De hac etiam voce pluribus egimus in dictis ad Romanum Martyrologium Notationibus

(m), ut non opus sit hic eadem repetere. Dicta etiam ab antiquis ecclesia reperitur & Titulus: de cujus vocis ratione suo loco opportunius ac pluribus differemus. Templum quoque sæpius idem locus dictus est; nequaquam vero a majoribus Delubrum, vel Fanum: licet his vocibus recentiores nonnulli, certe quidem improprie, ne dicam improbe, usi sint, quippe quæ magis Gentilium templis conveniant: nam & patres nostros ab iis abstinuisse, certissimum est.

Ceterum illud non omittimus dicere: quod si quando vehemens adeo persecutio esset oborta, ut Christiani publicis Impeditis omnino excluderentur ab ecclesiis atque conventibus; nihilominus ea parvi facientes, quocumque opportunum esset, ad synaxes in unum convenire non prætermitterent. Testatur id in primis Dionysius (n) Alexandrinus Episcopus, hæc ad Germanum scribens, postquam de edicto Valeriani conventus inhibentis meminuit: Attamen nos, juvante Deo, non a conventu consueto inter nos celebrando abstinuimus: quin ipse quidem quosdam in civitate fratres, perinde ac si simul cum illis versatus essem, ad conventus persuasione agendos impulsi. Idem & ad Hieracem (o) dum exul esset, hæc scribit: Cum ab omnibus persecutione exagitati essemus, & morte multati, festum lætis animis celebravimus; & singula loca ad singula affectionum genera nobis præstituta, ut ager silvestris, solitudo deserta, navis fluctibus iactata, diversorium publicum, & horridus carcer, opportuna videbantur, in quibus celebres conventus maximo cum gaudio ageremus. In carceribus (utcumque licuisset) sacras a Fidelibus haberi synaxes, & offerri sacrificium consuevisse, testis est Cyprianus (p): sed magis id significat ipsa sanctorum martyrum Acta, (p) Cypriac præsertim illa fidelissima, quæ Proconsularia (q) dicta, a publicis Notariis sunt excepta; de quibus agemus suis locis. Certè quidem & ad conventus publicos celebrandos cryptæ arenariæ, persecutionis tempore, Romæ præsertim, ubi in arena fossili subterranei complures latent perampli recessus, facultatem suppeditabant; licet cum vehementior urgeret persecutio, ab his quoque excluderentur, ut testantur litteræ (r) Cornelii Papæ ad Lupicinum Episcopum Viennensem, cum ait: Publice, neque in cryptis notioribus Miffas agere Christianis licet. His igitur de ecclesiis Christianorum & publicis conventibus ex antiquitatis adytis referatis, jam ad ceteras institutiones Ecclesiasticas ab eodem Paulo in eadem epistola scriptas redeamus.

Perseverabat adhuc in Ecclesia laudatissimæ rei usus, ut (quod Christus ultima cœna fecerat, ac in sui memoriam ut fa-

(m) Dicitur 23. Jun.

CXXX. Tempore persecutionis omnium locis Ecclesia.

(n) Apud Euseb. lib. 7. c. 10.

(o) Apud Euseb. lib. 7. c. 17.

(q) Extant apud Surdum 1. Febr. de quibus consule notata a nobis in Rom. Martyrolog.

(r) Habentur tom. 1. Bibl. sanctæ.

CXXXI.

cerent, suos monuerat) Christiani convenientes simul in ecclesia, una cœnarent, simulque sacratissimam perciperent Eucharistiam: quod tamen cum Corinthii, non ut decebat, explerent, Paulus jure redarguit, dicens (b): Convenientibus vobis in unum, jam non est Dominicam cœnam manducare. Unusquisque enim suam cœnam præsumit ad manducandum: & alius quidem esurit, alius autem ebrius est, &c. Quoniam (ut dictum est) utraque simul mensa jungebatur, communis & sacra; quid in unaquaque præstare deberent, admonuit. In illa priori nimirum, ut communitas servaretur, seque invicem expectarent, unaque discumberent, effectusque frugalitas. Domi enim potius ut comedant, persuaderet, qui non mutua charitatis, cuius intuitu res instituta esset, sed ingluviæ causa convenirent. De sacra vero mensa, quod a communi esset distincta, non perfunctorie & absque animi consideratione eam esse adeundam, utpote quod maximum omnium damnus incurrat qui indigne eo cibo vescatur; sed magna sollicitudine latebras suæ quemque conscientie disquirere debere, divinum iudicium interminatus, inculcat.

De duplici cœna. (a) 1. Cor. 12.

CXXXII. Sacra primum mensa, deinde communis.

(b) Chryso. in 1. Cor. 11. hom. 27. in princ.

(c) Aug. ad Jan. epist. 118.

CXXXIII. Scorsum sacra a communi.

Porro quod ad utramque mensam spectat; etsi Christus communem præmisit, inde vero sacram exhibuit: quod sic rerum ordo ferebat, ut legalia primum consummarentur, ac deinde quæ novæ legis essent, mensæ apponerentur: Apostolorum tamen tempore primum quidem celebrari solitam sacram synaxim, inde communi omnes excipi mensa, Joannes Chryso- stomus (i) tradit his verbis: Statim diebus mensas faciebant communes, & præacta synaxi, post sacramentorum communionem, inibat convivium, divitibus quidem cibos afferentibus, pauperibus autem, & qui nihil habebant, etiam vocatis, & omnibus communiter vescentibus. Hæc Chryso- stomus. Verum de his diversam fuisse olim diversarum Ecclesiarum consuetudinem, superius dictum est. Corinthios autem inter cœnandum miscentes sacra communibus (quod correxit Paulus) Eucharistiam sumere consuevisse, Augustinus (c) affirmat, testaturque communi consensu totius Ecclesiæ actum esse, ut non nisi jejuni Fideles in Ecclesia sacram sumerent Eucharistiam, quam & sacerdotes ipsi, jejuni cum essent, offerrent.

Sed enim illud etiam totius universalis Ecclesiæ consensione factum est, ut non amplius sacris mensis communes committerentur, sed inter se essent sicut mysterio, ita aliqua diversitate temporis distincta. Fluxit etiam inde consuetudo, ut eadem convivia (sicut Apostolorum temporibus agi vidimus) in ecclesia celebrari solerent; de qua Joannes Chryso- stomus in sermone in dictum Pauli, Oportet ha-

refes esse, testatur his verbis: Ab hac lege & consuetudine inolevit in ecclesiis consuetudo quædam admirabilis. Fideles enim omnes in conventibus suis postquam audissent doctrinas, post preces, post sacramentorum communionem, soluta concione, non mox domum conscendebant; sed divites & abundantiores alimenta & edulia domibus suis afferentes, pauperes vocabant, communesque faciebant mensas, communia convivia in ipsa ecclesia. Atque ita a communione mensæ & pietate loci undequaque ad charitatem accendebantur, non absque summa voluptate, utilitateque maxima. Pauperes enim tum fruebantur consolatione, qualis obtingebat: divites vero fructum benevolentie & ab his quos pascebant, & a Deo, propter quem illos pascebant, asquebantur; sicque tandem domum redibant: multa hinc igitur eis proveniebant bona. Hæc Chryso- stomus. Quando vero statutum fuerit ne id in ecclesia amplius ageretur, dicemus inferius.

Quo vero ordine, quove ritu communis cœnæ, mutua charitatis indices atque illices, a Christianis olim celebrari consuevisent, antiquorum auctorum satis multa suppetunt testimonia, ac in primis Terulliani (d) sic dicentis: Cœna nostra, de nomine rationem sui ostendit: vocatur enim cœna, id quod est penes Græcos, dicitur. Quantiscumque sumptibus constat, De Alucrum est pietatis nomine facere sumptum: siquidem inopes quoque refrigerio isto juvamus, non qua penes vos parafiti affectant, ad gloriam famulanda libertatis sub auctoramento ventris inter contumelias saginandi, sed qua penes Deum major est contemplatio mediocrium. Si honesta causa est convivii, reliquum ordinem discipline de causa æstimate, quid sit de religionis officio. Nihil vilitatis, nihil immodestie admittit. Non prius discumbitur, quam oratio ad Deum prægustetur. Editur quantum esurientes capiunt: bibitur quantum pudicis est utile. Ita saturantur, ut qui meminerint etiam per noctem adorandum Deum sibi esse. Ita fabulantur, ut qui sciant Dominum audire. Post aquam manualet & lumina, ut quisque de Scripturis sanctis, vel de proprio ingenio potest, provocatur in medium Deo canere; hinc probatur quomodo biberit. Aque oratio convivium dirimit. Inde disceditur, non in catervas castorum, neque in classes discursationum, nec in eruptiones lasciviarum, sed ad eandem curam modestia & pudicitia; ut qui non tam cœnam cenaverint, quam disciplinam. Hæc coitio Christianorum. Hucusque Terullianus de publicis conviviis Christianorum; quæ cum causa pauperum parari solerent, ut egestate pressi exhilararentur aliquando, magna fiebant impensa.

Cætera vero, quæ inter illos tantum qui

CXXXIV.

(d) Tert. Apolog. cap. 39.

CXXXV.

(a) Hieron. de Scrip. Eccles. Quale convivium Christianorum.

(b) Aristot. lib. de 72. Interpr.

qui arctioris vite genus excolerent; certis anni temporibus exercebantur convivia, erant omnino frugalissima, verum in reliquo multa habebant cum illis communia. Quod si credimus Hieronymo (a) affixanti Philonem sub nomine Essenorum de Christianis Ecclesiae Alexandrinae esse locutum, de qua controversia fufus suo loco agemus: qualia esse solent dicta convivia, perbelle descripsit. Equidem in mensis a Dei laudibus auspiciari convivium, & eis vaniloquia non admiscere, ex Judaeorum traditione fluxisse, certum est: nam & Aristotus haec ait (b): Etenim ut a mensis poculisque incipiamus; recte iussit tum Deum laudare, cum mense accumbimus; in qua ne aliquid quidem ad confabulandum concessit, quod divini numinis memoriam abjiceret. Sed audiamus Philonem sic illorum plenus convivia describentem: Ubi vero convenire candidati & lati (ait) cum summa gravitate ad signum datum a quopiam Ephemera (sic huiusmodi ministros nominant) priusquam discumbant, stantes una serie decenti, subtilisque in calum manibus atque oculis, his quoniam didicerunt caelestia, illis utpote incorruptis a muneribus & a quaestu illicito, precantur ut placeat Deo id convivium. Absolutis precibus; seniores discumbunt; ac mox alii pro cuiusque dignitate: nec enim seniores ex annis aestimant, sed quantumlibet grandaevoos habent pro pueris, si sero institutum hoc complexi sunt: honorem vero senectutis tribuunt his qui exercuerunt se a juventute in hac pulcherrima divinaque parte contemplativa philosophiae. Adhibentur mense femina quoque, anus pleraque, sed virgines non coactae castitatis, sicut apud Graecos quadam sacrificula; sed sponte continent; praeter amore sapientiae, cuius studio per totam vitam contemperunt voluptatem corporis; nimirum divina, non mortalis prolis cupidae, quam sola Deo clarae animae ex se ipsis pariunt, excipientes pro femine intelligibiles Patris radios, ut decreta sapientiae contemplando percipere valeant. Discubitus ita distribuitur, ut seorsum viri dextrum latus, seorsum feminae sinistram teneant. Quod si quis suspicatur lecti sternia esse non sumptuosa, certe molliuscula parari hominibus ingenuis & philosophiae deditis: sciat esse tepetes rudes e vili contexta materia, videlicet e papyro indigena, sic humi aggestas, ut eminendo fulciat cubitus. Et paulo post:

Ceterum in hoc sacro convivio nemo (ut dixi) servus adest; ministrant ingenui, & sponte quicquid opus est faciunt, iusta non expectando, sed preveniendo a sinceritate voluntaria. Non enim quibilibet ingenuis delegatur id officium, sed habito delectu ex omni sodalitate huius juventute, ut quisque aliquod praclarum

XXXVI.

indolis ac virtutis specimen edidit: hi tanquam germani filii libenter & certatim ministrant, haud secus ac parentibus publicis, hanc conjunctionem arctiorem ducentes, quam sanguinis; quandoquidem recte sapientibus virtute nihil est antiquius. Discubitus autem, & promissis tunicis accedunt ad ministrandum, ut absit omnis servilis species in hoc convivio. Scio quosdam his auditis risuros, dumtaxat qui descendam lamentisque digna faciunt. Vinum pro illos dies non praebet, sed aqua limpidissima, ceteris frigida, calida vero his qui inter seniores tractantur delicatius. Mensa pura est a cruentis dapibus: pro cibo panis apponitur, sal pro opsonio, pro condimento hyssopus in delicatorum gratiam: operantur enim ut sacerdotes sacris abstemiis, tota victus ratione castigata ad eandem frugalitatem: nam vinum habent pro veneno afferente dementia; opiparis autem opsonis ajunt irritari concupiscentiam, belluam insaturabilem. Haec sunt exordia convivii. Dicat aliquis: Quid tum posteaquam convivis ordine suo discumbentibus adstiterunt ministri decenter parati ad obsequium? nulla ne sequitur compositio? immo silentium majus, quam antea; ita ut ne mutire quidem cuiquam liceat, aut respirare vehementius.

Proponit quispiam quaestionem e sacris literis, aut solvit ab alio propositam, nihil de solutione sollicitus: nec enim captat laudem argutarum aut eloquentiae; hoc tantum agit, ut rem diligentius perspicat, tum perspectam non invideat minus perspicacibus, sed non minus discendi cupidis: atque ita immoratur doctrinae subinde inculcans imprimitaque animis praeclearas sententias: nam expeditam elocutionem & una serie continuam, auditorum mens non valens assequi, a tergo relinquitur, nec satis audita percipit. Totum vero auditorium attentum auscultat in uno eodemque habitu, intelligere se nutu vultuque indicans, probare vero hilaritate ac exporrectis frontibus, interdum & dubitare haerereque; moto leniter capite, summoque dextro digito, nec minori attentione juniores, qui adstant, audiunt. Enarrationes autem sacrarum litterarum constant ex allegoriis: nam hi viri totam legem existimant habere animalis similitudinem, quod praecipua corpus referant, animam vero sententiae retrusores sub velamine verborum abdite, in quibus rationalis anima egregie se ipsam contemplatur tanquam in speculo, sub his ipsis verbis miram sententiarum pulchritudinem conspiciens, & explicans e figurarum involucribus, atque ita penitentiore intellectu in lucem producus, dumtaxat apud eos qui per occasionem admoniti sciunt obscura ex aperitis colligere. Ubi vero Praeses visus est rem bene tractando satisfecisse auditorum desiderio, plausus propalam

Mira frugalitas.

XXXVII. Quaestiones in mensa proponi solita.

XXXVIII.

Cantus post Coenam.

(a) Clem. Alex. Pa. ag. lib. 2. c. 11. & seq. (b) Minutius in Quis.

(c) Greg. Naz. de vita different. XXXIX. Convivia publica triplici causa.

aditur ab omnibus. Tum ille asurgens, hymnum in laudem Dei primus canit, aut reens a se compositum, aut desumptum ab aliquo veterum: extant enim huius generis carmina praesens versu trimetro, & hymni cum suis accentibus inter sacra canendi ante altaria, vel astantibus, vel a choreas ducentibus moderatas variis flexibus atque reflexibus. Praesens mox imitantur ceteri decenti ordine, omnibus in mente quieteque auscultantibus; praeterquam in fine hymni, extremaque clausula: tum enim universi vocem extollunt sine flexu dirimine.

Absolutis hymnis singulorum, juniores paulo ante dictam mensam afferunt, in qua rite cibis ille sacratissimus, panis fermentatus cum sale apponitur & hyssopo, ob reverentiam mense dedicata in templi vestibulo: nam & in ea solent apponi panes non fermentati, sal sine ulla mixtura: convenit enim sacris pura simplicitas, egregium divini cultus premium, ut potiores privilegium habeant. Coenam vero sequitur sacrum pervigilium his ritibus. Ubi omnes consurrexere, duo chori sunt in medio coenaculo, alter virorum, alter feminarum: cuique suus inventor praeficitur honore praestans, & canendi peritia. Deinde cantant hymnos in laudem Dei compositos variis metrorum carminumque generibus, nunc uno ore, nunc alternis, non sine decore & religiosi gestibus & accentibus; modo stantes, modo prorsum retrorsumve gradum moventes, utcumque res postulat. Deinde postquam uterque chorus explevit se his deliciis, velut amore divino ebrii, unum chorum faciunt promiscuum ad imitationem illius olim instituti in Rubri sinus litore post mirandum prodigium. Haec Philo. Haud valde dissimilis ab hac coena est illa, quam proponit Pædagogus Christianus, & ipse patria Alexandrinus, Clemens (a) inquam; qui vult coenam debere esse expeditam & tenuem, ad vigilias aptam, carnum & vini prorsus expertem; non tamen ea damnans, si quis his sobrie utatur. De iisdem Christianorum conviviiis rursus Minutius (b) Felix haec breviter habet: Convivia non tantum pudica colimus, sed & sobria: nec enim indulgemus epulis, aut convivium mero ducimus, sed gravitate hilaritatem temperamus. Ceterum scriptum a Philone convivium sacris videtur admixtum, quale illud Pauli ad Corinthios: non enim expressius licuit externo homini secreta nostra mysteria profequi.

Triplici vero ex causa inter Christianos publica convivia celebrari solita, tradit Gregorius (c) Nazianzenus, cum ait: Non insuper ad sacrum aliquod epulum, vel natalitium, vel funebre, vel connubiale cum pluribus currens. Ad haec enim & Episcopus

scopum invitari solitum esse significat. Quod ad connubiale spectat, jam superius dictum est. Sed quod ad natalitium epulum attinet; sic dicebantur agapes, quae in natalitiis sanctorum martyrum in ecclesiis celebrari consueverant, de quibus haec Theodoretus (d): At illos (deos scilicet gentium) Deos castos gloria vanoque reddidit, suis autem martyribus honorem illum dedit. Pro Pandis enim, & Diaphis ac Dionysis, hoc est, Jovis Liberique patris solemnitatibus, Petro, Paulo, Thoma, Sergio, Marcello, Leontio, Antonino, Mauritio, aliisque sanctis martyribus solemnitates populari epulo peraguntur: proque illa veteri pompa, pro turpi obscenitate atque impudentia, sunt modesta, casta, ac temperantia plena festivitates, non illa quidem mero delibata, non comestitionibus leves, non cacininis soluta, sed vivis canticis personantes, sacrisque sermonibus audiendis intentae. Sed hac ratione Faustus Manicheus Christianorum agapes impugnabat, quasi illi sacrificia Paganorum vertissent in agapes: sed eum pluribus redarguit Augustinus (e).

De funerali vero agape haec primum ab Origene (f) scripta leguntur: Sic iraque nos diem natalitatis celebramus, quia in perpetuo vivunt hi qui moriuntur: celebramus nimirum, religiosos cum sacerdotibus convocantes, Fideles una cum clero invitantes, adhibere egenos, & pauperes, pupillos & viduas saturantes: ut fiat festivitas nostra in memoriam requie defunctis animabus, quarum memoriam celebramus, nobis autem efficiatur in odorem suavitatis in conspectu aeterni Dei. Haec Origenes. Ad hanc quippe consuetudinem alludit Chrysostomus, dum ait (g): Cur post mortem tuorum pauperes vocas? obsecras? Non ignoro te responsum: Ut defunctus requiem adipiscatur, & propitium iudicem inveniat. Si in his cupis adhuc de Occidentalis Ecclesiae consuetudine perdoceri; Paulinus (h) ad Alextium scribens de funere uxoris Ruffinae, filiae S. Paulae, id egregie praestat, sic dicens: Itaque patronos animarum nostrarum pauperes, qui tota Roma stipem meritant, multitudinem in aulam Apostoli congregasti. Pulchro equidem tanti operis tui spectaculo pastor. Videre enim mihi videor tota illa religiosa miseranda plebis examina illos pietatis divinae alumnos, tantis influere penitus agminibus in amplissimam gloriosi Petri basilicam, per illum venerabilem regiam carula eminens frontem ridentem, ut tota & intra basilicam, & pro januis atriis, & pro gradibus campi spatia coarctentur. Video congregatos ita distincte per accubitus ordinari, & profuis omnes saturari cibis; ut ante oculos Evangelicae benedictionis ubertas, co-

(d) Theod. Evan. vet. lib. 8. in su.

(e) Aug. contra Faust. li. 20. c. 4. & 20.

XXXI. De funerali Agape. (f) Orig. in Job. lib. 3.

(g) Chrys. in Matth. hom. 32.

(h) Paulin. ep. 11.

rumque populum imago versetur, quos quinque panibus & duobus piscibus, panis ipse verus, & aqua viva piscis Christus explevit: & paulo post de iisdem.

CXLI. Agapes in Ecclesia adhibita.

Quam letum Deo & sanctis Angelis ejus de hac tua (ut dicitur) peragere spectaculum sacer edior exhibebas? quanto ipsum Apostolum attollebas gaudium, cum totam eius basilicam densis inopum cœtibus stipavisses: vel qua sub alio sui culminis mediis ampla laquearibus longum patet, & Apostolico eminus folio coruscans, ingredientium lumina stringit, & corda laetificat: vel qua sub eadem mole telorum geminis utrinque porticibus latera diffundit: quare protento nitens atrio fusa vestibula est, ubi cantuarum ministra manibus & oribus nostris fluentia ructantem fastigiatis solido aere tholus ornat. Ac rursum post pauca: Quam letum ergo tunc Deo & Angelis pacis & cunctis Sanctorum spiritibus spectaculum tribuisti? primum de Apostoli veneratione, cujus fidem ac memoriam tam multiplicatam opulentia devotione celebrasti, sacras nimirum hostias, casta libamina cum acceptissima ipsius commemoratione Deo deferens, deinde munificentia consequenti te ipsum in corde mundo & spiritu humiliato acceptissimum sacrificium offerens Christo, in cuius tabernaculis vera jubilatiois hostias immolasti, reficiens & pascens eos qui benedictione numerosa laudis hostiam sacrificarent Deo. Quam bono tunc Urbs vestra tumultu fremebat, cum tu misericordiae viscera reficiendis & operiendis pauperibus effundens, pallida esurientium corpora reformares, aridas sitientium fauces rigares, tremula argentum membra vestires, & omnium consona in Dei benedictionem ora referares? Hucusque de agape in funere exhiberi Romae solita Paulinus. S. Hieronymus (a) de his agens, illos tantum qui iactantiae causa id facerent, reprehendens, hæc ait: Cum ad agapen vocaverint, præco conducitur.

(a) Hier. ep. 22.

CXLII. Agapes in Dedicacione Ecclesiarum.

Solitas esse quoque exhiberi agapes in dedicationibus ecclesiarum, satis demonstrant quæ Gregorius Papa (b), dedicaturus oratorium B. Mariæ, pro agape parari mandat, sic ad Petrum subdiaconum scribens: Sed quia cella ipsius tenuitas concurrere; propterea volumus, ut ad celebrandam dedicationem dare debeas ad erogandum pauperibus in auro solidos decem, vini amphoras triginta, annonæ modios ducentos, olei orcas duas, vervecis duodecim, gallinas centum: quæ tuis possint rationibus postmodum imputari. Hæc Gregorius.

(c) Conc. Gangr. c. 11.

CXLIII. Quod Concilia de Agape.

Porro adversus ejusmodi agapes spernentes, hæc statuerunt Patres in Gangrensi Concilio (c), temporibus Constantini: Si quis despiciat eos, qui fideliter agapes, id

est, convivia pauperibus exhibent, & propter honorem Dei convocant fratres, & noluerint communicare hujusmodi vocacionibus, parvipendens quod geritur; anathema sit. In Concilio autem Laodiceno (d) vetitum est, clericos ad agapen accedentes, partes tollere. Apud Clementem (e) vero hæc leguntur: Qui ad agapes, sive (ut Dominus nominavit) ad convivium instituerunt vocare presbyteram, quam norunt diaconi oppressam, eam frequenter vocent. Separetur autem in convivio quod pastori consuetum est dari: dico autem id quod ad primitias pertinet, veluti sacerdoti, etiam si convivio non adsit, in honorem Dei, qui ei sacerdotium commisit. Quantum autem unicuique sententiam datur, eius duplum detur diaconis in honorem Christi: presbyteris vero, qui laborant in verbo doctrine, duplex quoque separetur pars in gratiam Apostolorum Domini, cujus locum sustinent, tamquam consiliarii episcoporum, & Ecclesie corona: sunt hi Senatus & confessor Ecclesie. Si lector sit, capiat unum partem, &c. Sed quod ad presbyteram spectat: illam consuevisse dici presbyteram, quæ olim nupta viro, qui postea ad presbyteratum assumptus est, cælebs inde remansit, alias opportuniori loco plurimus diximus.

(d) Conc. Laod. c. 27. (e) Clem. Constit. l. 2. c. 32.

CXLIV.

Qui igitur antiquus usus a temporibus Apostolorum de agape Christianorum viguit in Ecclesia, idem nonnullis in locis in hodiernum laudabiliter perseverat, mutatis nonnullis; ut (quod primum diximus) ne illæ simul cum tremendo ac sacrosancto sacrificio miscerentur; deinde (quod postea est emendatum) ne in ecclesia celebrarentur. Ambrosio enim in primis id displicuisse, Augustinus (f) testatur: Paulinus (g) quoque nec ipse probavit, toleravit tamen; unde ait:

(f) Aug. Conf. lib. 6. c. 2. (g) Paulin. in Nat. sancti Felicitis. Ne fieret Agape in Ecclesia. (h) Concil. Laod. c. 28.

Verum utinam sacris agerent hæc gaudia votis; Nec sua liminibus miscerent gaudia sanctis.

Displicuit id etiam Patribus Ecclesie Orientalis. Prohibuit enim hoc omnino Concilium Laodicenum (h), quod cavet his verbis: Non oportet in basilicis seu ecclesiis agapen facere, & intus manducare, vel accubitus sternere. Statuit id similiter Concilium Carthagense (i), Concessit tamen Gregorius Anglis recens ad fidem conversis, ut in tabernaculis juxta ecclesiam positis, ejusmodi convivia celebrarent, sic ad Mellitum rescribens (k): Qui boves solent in sacrificio demonum multos occidere, debet his etiam hæc de re aliqua solemnitas immutari: ut die dedicationis, vel natalitio sanctorum martyrum, quorum illæ reliquie ponuntur, tabernacula sibi circa easdem ecclesias, quæ ex fanis commutatae sunt, de ramis arborum

(i) Concil. Carthag. 3. c. 50. (k) Gregor. 1.9. epist. 71.

rum faciant, & religiosi convivii solemnitate celebrent, &c. At de agape satis.

CXLV.

Cum igitur Paulus Apostolus Corinthios redarguisset, quod tam ea quæ ad communem, quam quæ ad sacram cenam essent statuta, negligenter; & ad legitimam rituum observationem, quantum liceret per epistolam, restituere conatus esset; quod res esset, quæ majori indigent examine, longiorque opus esset admonitione; in adventu suo se omnia quæ ad ea nosset spectare, coram præstiturum pollicetur: Cætera, inquit (a), cum venero, disponam. Quenam vero ea fuerint, quæ Paulus circa sacrum Eucharistiae ritum præsens Corinthios admonuerit; licet nec ab ipso, nec a Luca, qui Pauli Acta potissimum est persecutus, scriptorum monumentis tradita reperiantur: tamen (quod nefas sit dicere ea penitus excidisse, quippe quæ de re tanta, adeoque illis necessaria ea esset instructio) illa ipsa fuisse, quæ sine scriptis ex traditione Apostolica in universa in posterum Ecclesia observavit, pari confessione Patres omnes affirmant, & inter eos Augustinus (b), dum dicit: Cum vero ait Apostolus, de hoc sacramento loquens: Propter quod fratres, cum convenitis, &c. statim subiecit: Cætera autem, cum venero, ordinabo. Unde intelligi datur, quia multum erat, ut in epistola totum illum agendi ordinem insinuaret, quem per universum Orbem servat Ecclesia, ab ipso ordinatum esse, quod nulla morum diversitate variatur. Et (c) alibi (digna quidem quæ sæpe dicta tanti viri repetatur sententia) Quod universa tenet Ecclesia, nec Conciliis institutum, sed semper retentum est, non nisi auctoritate Apostolica traditum, rectissime creditur.

(a) 1. Cor. 11. De ritibus Eucharistiae.

(b) August. epist. 118.

(c) August. de bapt. contra Donat. lib. 4. c. ult. sup. 1. 2. c. 7. & epist. 118. ad Jan.

CXLVI. Ut Fideles jejuni communicent, & alia.

At agamus ex instituto de singulis. Ut in primis in hoc admirabili sacrificio vinum aqua mixtum in calice offeratur, quod universa semper observavit Ecclesia, licet de hoc nullum expressum in divinis scripturis appareat testimonium: tamen non tam ex traditione Apostolica, quam Dominica, Catholica Ecclesia in universo Christiano orbe servans (ut Cyprianus (d) testatur) eam sibi vendicat auctoritatem. Ut item a jejuniis offeratur atque sumatur, non aliunde certe quam ex Apostolica traditione universa Ecclesia admonita custodivit. Hinc Augustinus (e) cum hæc pluribus demonstrasset, subdit hæc verba: Numquid tamen propterea calumniandum est universæ Ecclesie, quod a jejuniis semper accipitur? Et hoc enim placuit Spiritui sancto, ut in honorem tanti sacramenti in os Christiani prius Dominicum corpus intraret, quam cæteri cibi: nam ideo per universum Orbem mos iste servatur; neque enim quia post cibos dedit Dominus, propterea pransi vel cenati

(d) Cypri. epist. 63. ad Cæcil.

(e) August. epist. 118.

fratres ad illud sacramentum accipiendum convenire debent, aut sicut faciebant quos Apostolus arguit & emendat, mensis suis ista miscere. Hæc Augustinus. Moris etiam fuisse Eucharistiam a jejuniis sumi, Tertullianus (f), Cyprianus (g), aliique antiquiores testantur. Sed hæc alias superius. Rursum offerendam esse pro vivis (g) Cyprius. atque etiam defunctis, ex Apostolica traditione provenire, demonstratum est superius ex auctoritate Patrum: itemque in azymis potius quam in fermentato esse conficiendam, Epiphanius testimonio ab Ecclesiastica traditione dimanare, jam diximus. Insuper quam esse deberet probatio illa, quam ante sumptionem Eucharistiae præmittendam esse insinuat Apostolus, exomologesin nimirum esse debere, ipsam videlicet accuratam peccatorum confessionem, Patrum assertionibus demonstravimus.

(f) Tertul. lib. 2. ad uxor. (g) Cypri. epist. 63.

Sed ut antiquum ritum in conficienda offerenda, ac in populum distribuenda sacra Eucharistia, ordine repetamus: Populus panem & vinum in ecclesia offerebat, sed non ad altare: id enim muneris erat diaconorum. De his Augustinus (h): Oblationes, quæ in altario consecrantur, offerte. Erubescere debet homo idoneus, si de aliena oblatione communicaverit. Quæ autem a populo offerebantur oblationes, non continuo ab offerente in ecclesiam inferebantur, sed foris in loco huic ministerio adscripto ponebantur; ut disquiri antea posset, an illæ dignæ essent quæ Domino offerrentur: non enim omnium recipiebantur oblationes, sed ejus tantum qui primum Catholica esset communionis, & vitæ integritate polleret. Locum ipsum, in quem oblationes inferrentur, ut inde postea ad altare exportarentur, Gæzophylacium, ac etiam Secretarium, Posidonius (i) nominat. His igitur per diaconum sacerdoti Deo offerendis ad altare portatis: præmissis precibus, aliisque ritibus, qui in antiquis Liturgiis descripti habentur; ipse sacerdos Christi personam gerens præscriptis verbis, quæ Apostolus (k) benedictionem appellat hac ipsa prima quam ad Corinthios scribit epistola, dicens: Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est? sacrificium conficit, de cuius veritate jam satis antea dictum est.

CXLVII. offerenda, ac in populum distribuenda sacra Eucharistia, ordine repetamus: Populus panem & vinum in ecclesia offerebat, sed non ad altare: id enim muneris erat diaconorum. De his Augustinus (h): Oblationes, quæ in altario consecrantur, offerte. Erubescere debet homo idoneus, si de aliena oblatione communicaverit. Quæ autem a populo offerebantur oblationes, non continuo ab offerente in ecclesiam inferebantur, sed foris in loco huic ministerio adscripto ponebantur; ut disquiri antea posset, an illæ dignæ essent quæ Domino offerrentur: non enim omnium recipiebantur oblationes, sed ejus tantum qui primum Catholica esset communionis, & vitæ integritate polleret. Locum ipsum, in quem oblationes inferrentur, ut inde postea ad altare exportarentur, Gæzophylacium, ac etiam Secretarium, Posidonius (i) nominat. His igitur per diaconum sacerdoti Deo offerendis ad altare portatis: præmissis precibus, aliisque ritibus, qui in antiquis Liturgiis descripti habentur; ipse sacerdos Christi personam gerens præscriptis verbis, quæ Apostolus (k) benedictionem appellat hac ipsa prima quam ad Corinthios scribit epistola, dicens: Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est? sacrificium conficit, de cuius veritate jam satis antea dictum est.

(i) Possid. in Vit. Aug. c. 24.

(k) 1. Cor. 10.

Prolatis igitur his, quæ ad consecrationem spectant, verbis, sacerdos in altum elevat sacrificium. Unde de his agens Anastasius (l): Postquam, ait, sacrificium tremendum illud sanctificavit, panem vitæ sustollit, eumque omnibus ostendit. Sic itaque oblato sacrosancto illo ac per omnia admirando sacrificio, sacerdos prius, ac mox deinde cuncti Fideles participant atque communicant, secundum illud ejusdem Apostoli ibidem addentis: Panis, quem

CXLVIII.

(l) Anast. Sinait. de sacra synaxi. Participatio Eucharistiae.

frangimus, nonne participatio corporis Domini est? de qua participatione hæc egregie Augustinus (a): Quando manducatur, reficit, sed non deficit: non ergo timemus, fratres, manducare istum panem, ne forte finiamus illum. Et postea quod manducemus, non inveniamus. Manducetur Christus: vivit manducatus, qui surrexit occisus. Nec quando manducamus, partes de illo facimus. Et quidem in sacramento scilicet; & norunt Fideles, quemadmodum manducant carnem Christi: unusquisque accipit partem suam: unde & ipsa gratia partes vocantur: per partes manducatur, & manet integer totus: per partes manducatur in sacramento, & manet integer totus in celo, manet integer totus in corde tuo. Sumpturis sacram Eucharistiam tabellæ quædam apponebantur, velut mensulæ, sicut hodie linteamina. De his tabellis Joannes (b) Chryostomus meminit, sic dicens: Nonne vides mensulam spongia mensam circumlimentem, & expurgantem domum, & tabellas ponentem? hoc post preces efficitur per præconis vocem, &c. Has quoque intelligit Athanasius (c), cum de facinoribus Arianorum agens, hæc ait: Subsellia, thronum, mensam ligneam, tabulas ecclesiæ, & cætera quæ poterant, foras elata combusserunt. Insuper postquam illa, tanquam voce præconis, acclamata essent verba: Sancta sanctis, sacerdos sacram Eucharistiam impartens, quid daret contestabatur, dicens: Corpus Christi. Et accipiens, id ipsum verum esse profitebatur, dicens: Amen. Sed quid hoc, Amen? Audi Ambrosium (d): Dicit tibi sacerdos: Corpus Christi; & tu dicis: Amen: hoc est, Verum. Quod constitetur lingua, teneat affectus. Verus plane erat ejusmodi traditio in Ecclesia tam in Occidente, quam in Oriente. Ad hanc plane alludit Tertullianus in libro de spectaculis, cum ait: Ex ore, quo Amen protuleris, gladiatorii testimonium reddere. Eusebius (e) lib. 6. c. 35. Et Cornelius Papa (e) ad Fabium Antiochenum de Novatiano: Pro Amen, quod (f) Tert. dicere debuerat, accipiens Eucharistiam. Scilicet, hoc dixit: Non deinceps ad Cornelium revertar. De consuetudine vero Orientalis Ecclesiæ fidem facit Cyrillus, de quo modo dicemus. Hæc quoque omnia in antiquis Liturgiis, & penes veteres scriptores (f) Ecclesiasticos scripta habentur. Dabat sacerdos in manus cuiusque sacram Eucharistiam, quam sic illum summa cum reverentia ori admovebat. Suppetunt de ea re quamplurima (g) testimonia sanctorum Patrum: sed ne longiores in iis præcensendos videamur, Cyrilli Hierosolymitani afferre hic sententiam, satis esse existimamus: ea est hujusmodi:

(a) Aug. de ver. E. wang. & apud Bed. in 1. ad Cor. 10.

(b) Joan. Chr. hom. 6. ad pop. Antioch.

(c) Athanas. ep. ad Solitar.

CXLIX. Quid proficitur accipiens.

(d) Ambros. de Sa. eram. lib. 4. c. 5. in fin.

(e) Apud Euseb. lib. 6. c. 35. Tert. lib. de idol. cap. 7. Cyp. lib. de laps. Orig. in exod. ho. 13. Euseb. hist. lib. 6. c. 33. Chrys. ad pop. Antioch. hom. 6. 1. & alii plures. (g) Cyrilli in Myst. 308. 5.

CL.

Accedens ad communionem, non expansis manuum volis accede, neque disunctis

digitis: sed sinistram veluti sedem quamdam subjicias dextra, quæ tantum Regem susceptura est; & concava manu suscipe Corpus Christi, dicens: Amen. Sanctificatis ergo oculis iam sancti corporis contactu, communica: cave ne quid excidat tibi. Ejusmodi consuetudinem in Ecclesia Orientali diutius perdurasse constat: siquidem Maximus, egregius propugnator Catholicæ veritatis adversus Monothelitas, qui claruit circa annum Domini sexcentesimo quinquagesimo, cum de his agit, hæc ait: Omnes viri, qui communicare desiderant, prius lavent manus suas; ut mente pura, & nitida conscientia, Christi sacramenta suscipiant. Similiter & mulieres nitida exhibeant linteamina, ubi corpus Christi accipiant pura mente, & munda conscientia. Viris tantum nuda manu fumere concessum, feminis vero non nisi linteamine, quod dicebatur Dominicale, notavimus in Romano Martyrologio a Plantino typis edito. Sed in & Sexta Synodo, quæ celebrata est anno Domini sexcentesimo octogesimo primo, hæc statuta leguntur: Antequam fiat communicatio, Eucharistiam accipitur, manus in crucis formam figurans, sic accedat, & gratia communionem accipiat. Eos etiam qui ex auro vel ex alia materia quædam loco manus receptacula efficiunt ad divini muneris susceptionem, minime admittimus, ut qui inanimatam subjectamque materiam Dei imagini præferant. Si quis autem deprehensus fuerit immaculatam communionem eis impartiens qui hujusmodi receptacula afferunt; & ipse segregetur, & is qui offert. Hæc Synodus (b), seu potius appendix addita. Sed & de his sæpe inferius.

Accipere soliti manu Eucharistiam.

(b) Sexta Syn. can. 111.

Sed & illud circa usum sacre Eucharistiæ introductum fuit, cum minus liceret ad sacras synaxes tempore persecutionis Christianos in unum sæpe coire: ut qui quotidie de vita periclitarentur, quotidie fumerent, secundum quod ait Cyprianus (i) scribens ad Tibaritanos: Considerantes se quotidie calicem sanguinis Christi bibere, ut possint & ipsi propter Christum sanguinem fundere; concessum fuit, ut cum in ecclesia, vel aliis in locis abditis sacre peragerentur Missæ, qui ad eas conveniebant Fideles, non tantum de ea quæ oblata erat sacratissima Eucharistia communicarent, sed & ex eadem particulas a sacerdote acceptas domum ferendas fumerent; quas reverenter asservatas, singulis diebus summo mane jejuni participarent. Sunt de ejusmodi consuetudine complura antiquorum Patrum testimonia: nam id Tertullianus (k) in primis his monstrat verbis: Non sciet maritus quid secreto, domi scilicet, ante omnem cibum gustes, & si sciverit, panem non illum credit esse, qui dicitur

CLL.

Mos ferendi domum Eucharistiam. (i) Cyp. epist. 56.

(k) Tertul. ad uxore lib. 2. c. 3.

dicitur: Eucharistiam, quod in partes divisa esset, Buccellas alibi idem auctor (a) nominat; sed Augustinus & alii, Particulas, ut apud nos frequentiori usu retentum est. Sed hæc evidentius Cyprianus demonstrat, cum hæc ait in libro quem de Lapsis inscripsit: Cum quædam arcam suam, in qua Domini Sanctum fuit, manibus indignis tentasset aperire; igne inde surgente, deterrita est, ne audeat attingere; & alibi (b): Qui festinans ad spectaculum, dimissus & adhuc gerens secum (ut assolet) Eucharistiam, &c. Gregorius (c) Nazianzenus de sua sorore Gorgonia testatur, eam apud se in cubiculo sacram Eucharistiam asservatam super altari habere solitam: qua venerata, vehementi morbo, quo agrotabat, dicit esse sanatam.

(a) Tertul. lib. de monog. c. 11.

(b) Cyp. lib. de spect. (c) Gregor. Naz. orat. in funere Gorgonia.

CLII.

(d) Anast. lib. quest. tom. 6. Biblioth. sanct. Viguit idem mos in Ecclesia.

(e) Hier. ep. 50.

(f) Concil. Casaraug. 43. tom. 4. Rom. edit.

Testatur id ipsum Basilius scribens ad Casariam Patriciam; quam epistolam non tantum recentiores e Græco nuper translata citant, sed & Anastasius Nicænus (d) Episcopus, licet non ad Casariam, sed Casarium Patricium legat: sunt hæc ejus verba: Necessè autem habere aliquem, si non ad sit sacerdos, communionem propria manu fumere, minime esse grave, est supervacaneum ostendere, propterea quod longa consuetudo etiam per res ipsas probetur. Omnes enim qui sunt in desertis monachi, ubi non est sacerdos, illic habentes communionem, ex se ipsis eam sumunt; eam videlicet, quam secum domum tulissent: unde & subdit: Alexandria autem & in Ægypto unusquisque ex laicis, qui illic degunt, maxima ex parte habent communionem domi suæ. Nam cum sacerdos semel consecerit hostiam & dederit; eam accipiens & communicans, tanquam a sacerdote sumptam participare se debet credere. Etenim in ecclesia sacerdos tradit particulam, & cum omni potestate ac libertate eam tenet qui accipit, & sic sua manu ad os eam adducit. Idem est ergo potestate, si quisquam unam particulam acceperit a sacerdote, sive multas simul. Hæc ex Basilio Anastasius. At hæc non tantum in Orientali Ecclesia, sed & in Occidentali iisdem Basilii temporibus in usu erant: quod plane demonstrat S. Hieronymus (e) in Apologia adversus Jovinianum verbis illis: Quod in ecclesia non licet, nec domi licet, & S. Augustinus agens de oratione, ait: Accepto corpore Domini & reservato, utrumque salvum est, & participatio sacrificii, & executio officii. Perseverasse videtur ejusmodi consuetudo saltem usque ad Hormisdæ Papæ tempora, quando in Synodo Casaraugustana in Hispania abrogata cognoscitur, dum hæc in ea (f) statuta leguntur: Eucharistia gratiam si quis probatur acceptam non consumpsisse in ecclesia, anathemata sit in perpetuum. In Orientali vero Ecclesia etiam post dicta tempora adhuc eam consuetudinem viguisse, plura exempla declarant, quæ in Prato spirituali descripta habentur: sed brevitatibus causa ea hic referre prætermittimus.

In itinere etiam secum Eucharistiam, ferre, aliquando concessum fuisse, ea quæ S. Ambrosius (g) scribit de Saryro fratre, manifeste significat. Si enim id permissum ait cathecumeno, quomodo non penitus Christiano? Testatur id ipsum Gregorius (h) de Maximiano Episcopo Syracusæ & ejus sociis mare Adriaticum navigantibus. Eandem consuetudinem alicubi viguisse etiam temporibus Alexandri Papæ Tertii, Acta S. Laurentii (i) Episcopi Dublinensis testantur, in quibus hæc leguntur: Quatuor sacerdotes cum magnaturba hominum transire comperiunt, qui Eucharistiam (sicut tunc moris erat pluribus) secum pro viatico ac securo duce itineris publice deferrebant. At non putet quis tepuisse, apud majores nostros erga sacram Eucharistiam venerationem & cultum, quod prædicta concesserint, quæ nostris temporibus penitus inconcessa noscuntur. Immo quia major penes cunctos fides vigebat, animisque propensioribus in eandem erant affecti, hæc in hunc modum fieri permittebantur. Quanti enim putas fecisse sanctissimam Eucharistiam majores nostros, qui, ob eam videlicet causam, quod ex pane vinoque conficeretur, eadem species, quantumlibet communes, in honore habebant? Ad hoc enim spectat illud Tertulliani (k), quo ait de antiqua consuetudine: Calicis, aut panis, etiam nostri, aliquid decuti in terram, anxie patimur.

CLIII.

(g) Ambr. orat. in fun. frat. (h) Gregor. Dial. lib. 3. c. 36. Eucharistia ferri solita in itinere. (i) In Vir. S. Laurentii. Episc. c. 8. apud Sur. tom. 6. die 14. Novemb.

(k) Tertul. de corom. lib. 1. c. 3.

CLIV.

Ufus aservandi in Ecclesia.

Ex his igitur de antiquis Ecclesiæ moribus referatis, illud in primis necessario inferitur atque deducitur, semper in Ecclesia asservandi sacram Eucharistiam sive in loco sacro, sive in privatis domibus, ad illorum usum qui accepissent, consuetudinem viguisse. Cur, quæso, quod domi liceret, in ecclesia non liceret? Sed nec de ecclesiis desunt exempla. Non enim nisi de asservata in ecclesia Eucharistia Donatistæ execrandum scelus illud, quod paucis scribit Optatus (l), impudentissime admiserunt: Jufferunt, inquit, Eucharistiam canibus fundi, non sine sanguine divini iudicii, nam idem canes accensæ rabie, ipsos homines suos, quasi latrones, sanctæ corporis reos, dente vindice, tanquam ignotos & inimicos lanianturunt. Ampullam quoque abrisumatis, &c. Est distichon (m) illud Paulini superius jam citatum, positum a dextra parte apsidis ecclesiæ S. Felicis, ubi asservari solita esset Eucharistia:

(l) Optat. contra Parm. lib. 2.

(m) Paul. ad Sever. epist. 22.

Hic locus est veneranda penus, qua conditur, & qua Promitur alma sacri pompa ministerii.

(a) Concil. Turon. 2. ann. 3.

Itemque est de his canon Concilii Turonensis (a) in hac verba rem aliter disponentis, nimirum, ut non in armario, sed in altari Eucharistia asservetur, dicens: Ut corpus Domini in altari, non in armario, vel, (ut aliter legitur) imaginario oraine, sed sub crucis titulo componatur. In altari item intra columbam auream reponi solitam Eucharistiam, legitur in Actis S. Basilii, quae Amphilochoii nomine inscripta habentur. Ad idem officium positas super altaria columbas aureas, & alias argenteas super baptisteria suspensas, Severus impius haereticus sustulit, ut questii sunt clerus & monachi Antiocheni libello supplici, quem Quincta Synodo obtulerunt. Redarguit Cyrillus Alexandrinus errorem tunc primum emergentem illorum, qui putarent Eucharistiam non servandam in sequentem diem, sic (b) scribens ad Calosyrium Episcopum Arseniotem: Porro alios etiam esse audio, qui mysticam benedictionem nihil ad sanctificationem proficere dicant, si quid ex ea fiat reliqui in alium diem. Insaniant vero qui haec asserunt: neque enim alteratur Christus, neque sanctum eius corpus immutatur, sed benedictionis vis & facultas & vivificans gratia perpetuo in ipso existit. Haec Cyrillus.

(b) Extat edita Colonia apud Calenium anno Domini 1573. una cum translatione ipsius adveniens An- thropomorph.

CLV. Communio sub una specie.

Sed ex his adhuc illud certum exploratumque redditur: quod etsi Fideles sacrificii tempore olim in ecclesia sub utraque specie panis & vini sacratissimam Eucharistiam fumerent; tamen cum vel privatim in suis domibus (ut vidimus) illam acciperent, vel aliter in ecclesia extra sacrificii tempus, sub una tantum specie, nempe panis, ut asservata erat (aliter enim numquam reposita alicubi reperitur) fumere consueverant. Qua veritate in Ecclesia Catholica usu receptum sit, ut etiam in ecclesia, cum divina sacrificia peraguntur, non nisi sacerdos offerens sub utraque specie communicet, ceteri autem sub una tantum, nempe panis, suo loco dicemus uberius. Multa adhuc alia, quae ad ritus offerendi vel ministrandi pertinent, dicenda essent ex antiquis ac plane Apostolicis Liturgiis; sed cum illa a plerisque collectae praemissis habeantur, alique eodem argumento commentarios ediderint, libentius abstinemus, ne ab instituto longius evagemur.

CLVI.

Attamen quod ad frequentem ejus usum pertinet: dicere non praetermittimus, ex institutione Apostolica frequentem usum esse in Ecclesia commendatum. Fidem facit ejus rei Ignatius (c), qui insidem cum Apostolis temporibus (prout saepius an-

(c) Ignat. epist. 14.

tea diximus) vixit: nam ad Ephesios scribens, haec monet: Date itaque operam ut crebrius congregemini ad Eucharistiam & gloriam Dei; & inferius: Omnes nominatim congregamini mente indivulsa, frangentes panem unum, quod phararmacum immortalitatis est, moris antidotum, vitamque in Deo concilians per Jesum Christum, medicamentum purgans vitia, & omnia pellens mala. Haec Ignatius; sed quod dicit: Mente indivulsa frangentes panem unum; haud dubium, id ipsum fieri debere admonet, quod ipso initio nascentis Ecclesiae, mox post missum divinitus Spiritum sanctum, Fideles facere consueverant: de quibus Lucas (d): Erant, inquit, perseverantes in doctrina Apostolorum, & communicatione fractionis panis; ac rursus paulo post: Quotidie quoque perdurantes unanimiter in templo, & frangentes circa domos panem, sumebant cibum cum exultatione, & simplicitate cordis, collaudantes Deum. Sic igitur majorum admonitos consuetudine posteros Fideles conatos esse quotidie fumere Eucharistiam, Patres tam Latini quam Graeci facile demonstrarunt. Cyprianus enim haec in oratione Dominica: Hunc quotidie dari panem nobis postulamus; ne, qui in Christo sumus, & Eucharistiam quotidie in cibum salutis accipimus, intercedente aliquo graviore delicto, dum absentibus non communicantes a caelesti pane prohibemur, a Christi corpore separemur; quod ne facere praetermitterent Christiani, cum non esset liberum quotidie ad ecclesiam convenire (ut nuper dictum est) particulas domum portandi atque sumendi, absque dubio licentiam obtinuisse ex institutione Apostolica, majores tradiderunt; quis enim absque Apostolorum exemplo haec facere praesumpisset? quare Petrum Romae haec docuisse, facile persuademur. Romae enim antiquam servatam esse consuetudinem, ut Fideles quotidie sacratissimam fumerent Eucharistiam, Hieronymus saepe testatur, ut cum dicit (e): Scio Romae hanc esse consuetudinem, ut Fideles semper Christi corpus accipiant: quod non reprehendo, nec probo. Haec idcirco ille, quod (ut mox subdit) nec qui se nocte admiscuisset uxori, a fumenda Eucharistia temperaret. Idem ad Lucinium (f): De Eucharistia, an accipienda quotidie, quod Romana Ecclesia & Hispania observare perhibentur, &c.

Frequenter sumendi Eucharistiam usus.

(d) Act. 2.

(e) Hier. ep. 50.

(f) Hier. ep. 28.

(g) Ambr. de sacram. lib. 5. c. 4. an accipienda quotidie, quod Romana Ecclesia & Hispania observare perhibentur, &c.

CLVII. Infrequens usus Eucharistiae in Orientali Ecclesia. (b) Aug. de serm. Dom. in monte me. lib. 2. c. 7.

In Orientali vero Ecclesia non eandem viguisse consuetudinem, ut quotidie Fideles communicarent, Ambrosius (g) & Augustinus (h) testantur. Ille enim sic ait: Si quotidianus est panis, cur post annum illum sumis, quemadmodum Graeci in Orientem facere consueverunt? Accipe quotidie, quod quotidie tibi proficit: sic vive, ut quotidie merearis accipere. Qui non-

meretur quotidie accipere, non meretur post annum accipere. Augustinus vero: De sacramento, inquit, corporis Domini, ut illi non moveant quaestio-nem, qui plurimi in Orientalibus partibus non quotidie caena Domini communicant, cum iste panis quotidianus datus sit. Vetus est quaestio haec: De qua (inquit Hieronymus a) scripsit quidem & Hippolytus vir disertissimus, & carptim diversi scriptores e variis auctoribus edidere. Sed ego illud te breviter admonendum puto; traditiones Ecclesiasticas, praesertim quae fidei non officunt, ita observandas, ut a majoribus traditae sunt; nec aliorum consuetudinem, aliorum contrario more subverti. Haec Hieronymus: eadem & Augustinus (b), atque Chrysostomus (c), qui haec de Graecorum moribus: Multi, ait, hujus sacrificii semel toto anno sunt participes, alii autem bis, alii vero saepe, &c. De his qui saepe, haec Basilii in nuper citata epistola ad Caesariam Patriciam habet: Communicare singulis diebus, & sanctum Christi corpus percipere, praclarum est & utile: cum ipse aperte dicat: Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam aeternam. Quis igitur ambigat vitam assidue participare, nihil aliud esse quam multifariam vivere? Nos autem quater in singulas hebdomadas divina sacramenta participamus, Dominica die, quarta feria, in parasceve, & in sabbato, & aliis diebus, si quando Dominica memoria, vel Sancti alicujus fuerit. Haec Basilii.

(a) Hier. epist. 28.

(b) August. epist. 118.

(c) Chryst. in ep. ad Hebr. hom. 17.

CLVIII. Adversus eos qui in annum differunt sumptionem Eucharistiae. (d) Chryst. ad popul. Antioch. hom. 61.

Ceterum abusione fuisse potius quam laudabilem consuetudinem, in annum Eucharistiae participationem differre, fati docet idem Joannes (d) Chrysostomus, dum acerrime invehitur in illos qui ex consuetudine certis diebus, nimirum Epiphaniorem die, Quadragesimae tempore, nempe in Paschate, & Adventus Domini solemnitate, nimirum Natali ipsius die, tantum communicarent; atque haec exclamans ait: O consuetudinem! o praesumptionem! sacrificium frustra quotidianum. In cassum assidimus altari, nullus qui communicetur. Haec non ut temere communicemini, dico, sed ut vos dignos reddatis. Non es hostia dignus, vel communione? igitur nec oratione; & paulo post: Cum omnibus confessus es de dignis esse, cum indignis non secedendo: quomodo mansisti non participans de mensa? atque alibi (e), quod putarent illi, reverentia causa diutius a communione abstinere esse consultum ac minus periculosum; haec ait: Et quomodo, inquit, ista perpetimur, cum semel tantum per annum ea sacramenta sumamus? Hoc nempe est quod univervi perturbat: quia non munditia animi, verum intervallo temporis longiore constare meri-

tum putas; summamque arbitraris reverentiam ac religionem esse, si non saepius caelestem illam adeus mensam. Ignoras quoniam indigne accedere, etiam si semel tantum fiat, te supplicio tradit: digne vero etiam si saepe accedas, salutem inde conquiris? Non est audacia saepius accedere ad Dominicam mensam, sed indigne accedere, etiam si semel tantum quispiam toto vitae tempore accedat. Haec ille.

At vero non ipsi tantum Orientalis Ecclesiae doctores, haec tractando, redarguerunt infrequentem Eucharistiae sumptionem, sed & sacri canones gravioribus poenis eos affecere qui differrent. Et ut praetermittamus dicere de canone Apostolorum (f) animadvertente in illos, qui ingressi ecclesiam, sacram communionem non percipiunt: est canon Concilii Antiocheni (g) praecipientis itidem ab ecclesia ejciendos, qui accedentes ad eam non communicant. Porro testatur Epiphanius (h) communionem & synaxes ab Apostolis ordinatas, ut fierent feria quarta, pro sabbato, & Dominica, in quibus populi ad eas convenientes communicarent. Ex his igitur, aliisque multis quae in eadem sententiam essent adducenda, liquido constat, non quidem ex laudabili consuetudine, sed officiantia ac potius negligentia in Orientali Ecclesia egisse illos, qui semel tantum in anno, vel paulo frequentius sacram fumerent Eucharistiam, reclamantibus in eos sacris ipsorum Concilii, & antiquis scriptoribus Ecclesiasticis.

CLIX. Qui non communicant, reji-ciuntur.

(f) Can. Apostolorum 10. (g) Concil. Antiochen. c. 2.

(h) Epiph. in comp. doct.

At quod ejusdem argumenti esse videtur, & ad Ecclesiasticas res gestas maxime pertinet: dicere non praetermittimus, quo tanta rei & occultioris mysterii fides certior haberetur, frequentius accidisse, eos qui indigne ad sumptionem sacratissimae Eucharistiae accessissent, vel morte, Deo vindicante, multatos, aut a pravo demone arreptos, aliisque miserabilibus cladibus esse affectos: id quidem in primis Apostoli verba indicant, quae sunt ejusmodi (i): Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi. Quod si nos ipsos judicemus, non utique utique judicaremur. Dum judicamur autem a Domino corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur. Dionysius quidem in Ecclesiastica Hierarchia, hisce de causis multos solitos esse a demonibus vexari, testatur. Sunt de his pleraque exempla apud Cyprianum in libro de lapsis; & de suis temporibus testatur Chrysostomus (k), complures qui imparati ac indigne ad communicationem corporis Christi accessissent, a satana vexatos: sic enim ait: Plurima hujusmodi nunc quoque contingunt. Quia enim sacerdotes ignorant eos qui peccatis obnoxii indigne mysteria veneranda percipiunt; Deus saepius facit, eosdemque satana tradit. Quoties denique morbi, quoties detrimenta, quoti-

CLX. Vindicta in fumentes indigne Eucharistiam.

(i) 1. Cor. 11.

(k) Chryst. in 1. ad Tim. hom. 1.

quoties luctus calamitatesque contingunt, hujus rei gratia sunt: id Paulus quoque signanter expressit: Ideo inter vos, inquit: multi infirmi, &c. Sed id omne ex Dei misericordia; ut sic correptus, non cum hoc mundo damnetur. Unde & Pacianus (a) in eadem Apostoli verba: Latere peccator, si in hoc seculo aut morte interciperis, aut morte consumi; ne puniaris post seculum. Intellige quantum sceleris admittat qui ad altare venit indignus, cui pro remedio computatur, cum aut morbis laborat, aut morte dissolvitur. Sed de his satis: jam profequamur cetera.

(a) Pacianus lib. de panit.

CLXI. De alio conventu Ecclesiastico.

(c) Ambrosius in 1. ad Corinthios c. 14. to. 3. Rom. edit.

(d) Luc. 4.

(e) Act. 13.

CLXII. Pristinum ritum signatum reliqua.

Aliam adhuc insuper celebrandi conventus formam iisdem Corinthiis Paulus prescripsit, dicens (b): Cum convenitis, unusquisque vestrum psalmum habet, doctrinam habet, apocalypsim habet, linguam habet, interpretationem habet: omnia ad edificationem fiant. Sive lingua quis loquitur, secundum duos, aut multum tres, & per partes, & unus interpretetur. Si autem non fuerit interpretes, taceat in ecclesia, sibi autem loquatur & Deo. Prophetam autem duo aut tres dicant, & ceteri judicent. Quod si alii revelatum fuerit sedenti, prior taceat. Potestis enim omnes per singulos prophetare: ut omnes discant, & omnes exhortentur; & spiritus prophetarum prophetis subjecti sunt. Ex conventibus Judaeorum hanc formam in Ecclesia Paulus transfudit, ac docuit Gentes. Unde apud Ambrosium (c): Haec traditio synagoga est, quam nos vult sectari, quia Christianis quidem scribit, sed ex Gentibus factis, non ex Judaeis: ut sedentes disceptent seniores dignitate in cathedris, sequentes in subsellis, novissimi in pavimento super mattas. Eiusmodi erat conventus ille, cujus Lucas meminit (d), dicens. Intravit Jesus secundum consuetudinem suam die sabbati in synagogam, & surrexit legere, & traditus est illi liber Isaiae Prophetam, &c. In iisdem conventibus saepius ipsum Paulum concionatum esse, jam diximus, ut cum venit Antiochiam Pisdiae in synagogam, ubi post lectionem legis & Prophetarum (inquit Lucas e) miserunt Principes synagogae ad Paulum & Barnabam dicentes: Viri fratres, si quis est in vobis sermo exhortationis ad plebem dicite. At quoniam novis charismatibus aucta fuit Ecclesia, hisce etiam hunc Christianorum conventum Apostolus voluit illustrari: nimirum ut cum accepissent linguarum munera, necnon datus illis esset sensus per Spiritum sanctum, ut intelligerent Scripturas; eadem Spiritus dona ad edificationem Ecclesiae consummarentur: ut tunc linguis loquerentur, cum qui interpretaretur, adesset.

At vero ejusdem conventus ab Apostolo in Ecclesia instituti celebrandi ritum,

licet aliqua ex parte sit imminutus, nimirum in linguarum munere, profus tamen defuisse, nemo, puto, sapiens dixerit; quantumlibet signa potius atque vestigia ejus Apostolicae institutionis in Ecclesia remansisse, Joannes Chrysostomus testetur his verbis: Nunc illorum donorum symbola ac signa tantum tenemus: nam nunc quoque duo aut tres dicimus & vicissim, & alio tacente, alius incipit. Sed sunt tantum illorum signa & monumenta. Propterea quando inceperimus dicere, populus respondet: Spiritu tuo. Ostendens quod olim sic dicebant, non sua moti sapientia, & Spiritu, &c. Deplorat summo opere sua tempora, quibus cum eadem res agerentur, quae olim in illa Apostolorum tempore Ecclesia florentissima; non tamen ea diligentia, eaque industria; adeo ut potius imago quaedam illarum rerum, quam res ipsa repraesentaretur. Plures enim, sed alternis sermonibus, in conventibus Ecclesiasticis olim loqui solitos, sermonemque exhortatorium unumquemque eorum habere ad populum, jam superius dictum est, dum de conventu illo Antiocheno, ubi Paulus & Barnabas rogati sunt dicere, historiam recensuimus.

At dum de his agentes, oculos circumducimus ad cuncta officia Ecclesiastica, contemplanda, si quae reliqua sint quae ab Apostolo formam conventus praescriptam referant: occurrit in primis illud quod dicimus Matutinum officium; quod si attentius inspexerimus; plane intelligemus, quod ad formam spectat, eadem in ipso peragi quae & olim in illo. Sed per vestigia singula: Cum convenitis (inquit Apostolus) unusquisque vestrum psalmum habet. A psalmodum enim cantu inchoari dictos qui in Ecclesia celebrantur conventus, omnes norunt. Exhiberi post haec in illis mandat Paulus doctrinam, nempe (ut vidimus) legis & Prophetarum lectionem, quam quidem post psalmodum concentum recitari hodie in ecclesia videmus. At loco linguarum, est novi Testamenti lectio subrogata. Apocalypsis quoque statuto tempore in iisdem officiis recitatur. Et quod Paulus monet, quae dicta sunt linguis interpretari; huic muneri optime satisfaciunt sanctorum Patrum homiliae, quas itidem post divinae Scripturae lectionem, eam interpretantes recitant. At in eo hi conventus, qui apud nos sunt ab illo potissimum differunt, dum haec omnia, a nobis ex scripto recitantur, ab illis autem non item, praesertim cum linguis loquerentur. Videas insuper, quod docet Paulus, ut spiritus Prophetarum subditus sit Prophetis; quam egregie huic rei respondeat, quod qui ob-eunt munera Prophetarum lectiones legentes, non illas antea auspicantur, quam ab eo qui conventui praest, tam ipsi quam ceteris reverenter submissis capite, accip-

CLXIII. Matutinum officium quid repraesentet.

petri dicendi licentiam, illa verba praesantur, dicentes: Jube Domine benedicere; quibus Praepositus benedicens, dicendi facultatem impartitur. Nec his omnino adversatur, quod ejusmodi conventus in ecclesia noctu fiant: nam & de Paulo testatur Lucas in Actis, sermonem in ejusmodi conventu Troade celebrato produxisse, usque ad mediam noctem. Ceterum ut eadem dicamus cum Chrysostomo nuper a nobis citato, sunt haec potius imago quaedam ac signum antiquae illius Apostolicae institutionis, quam res ipsa in omnibus illi similis.

CLXIV. De Oratorii institutione Apostolica Conventui haud dissimili.

Sed divino plane consilio factum est, ut nostra aetate, ante annos triginta, ad ejusmodi Apostolici conventus formam, magna ex parte, ea potissimum quae ad audientium edificationem ex rerum divinarum sermonibus comparata, ad profectum Ecclesiae peragi mandavit Apostolus in Urbe fuerint instituta, opera in primis R. P. Philippi Neri Florentini, qui tamquam sapiens architectus posuit fundamentum, & ejus in Christo alumni R. P. Francisci Mariae Tarusii Politiani, qui in his videbatur esse dux verbi. Horum igitur studio & industria institutum primitus fuit, ut per singulos ferme dies qui ardentiori studio Christianam vitam excolerent, ad oratorium S. Hieronymi convenirent (ex eo namque & nostro collegio nomen est inditum, ut Oratorii congregatio diceretur) ubi hoc ordine religiosus haberetur conventus: Praemissa in primis silentio facta precatione, ex fratribus aliquis lectionem auspicaretur, ad promovendos animos ad pietatem accommodatam. Inter legendum etiam idem qui praesert Pater, solitus esset interloqui; ac eadem quae dicta essent, accuratius explicando, amplificando, & ardentiori studio in audientium corda insinuando, interdum etiam aliquorum ex fratribus, quid de aliqua re sentirent, rogando sententiam, in modum fere dialogi sermonem ad horum spatium magna audientium alacritate perduceret. Eiusdem jussu postea suggestum gradibus sublimiorem conscenderet ex fratribus aliquis, qui ex Vitis sanctorum probatis atque receptis, divinae Scriptura, ac SS. Patrum sententiis absque fuco vel pigmentis intextam orationem haberet. Qui huic succederet, eodem plane dicendi genere, sed diverso argumento sermonem diceret. Demum tertius his accederet, qui historias Ecclesiasticas ordine temporum dispositas enarraret. Quibus dimidia horae spatio singulis ad dicendum concessio, mira audientium utilitate pariter & voluptate perfundis, cantato hymno, ac repetitis iterum precibus, jam conventus abolveretur. Rebus igitur in hunc modum dispositis, atque Romani Pontificis auctoritate firmatis, visa est pul-

Ann. Eccl. Tom. I.

chra illa conventus Apostolici facies pro-ratione temporum reddi: cui adgaudentes probi omnes, complures ex ipsis inde mutuati exemplum, aliis in locis eadem pietatis officia instituire ac propagare conati sunt. Sed haec obiter: jam ad Paulum Corinthiorum Ecclesiam instituentem redeamus.

CLXV. In eodem, qui a Paulo Apostolo conventus describitur, consuevisse etiam populum audientem, & annuentem, respondere, Amen; idem Paulus demonstrat, dum ait: Si benedixeris spiritu; qui supplet locum idiotae, quomodo dicet, Amen, super tuam benedictionem? quoniam quid dicas, nescit. Ex ea quidem veterima institutione conventus ex Hebraeorum fontibus ducta, una cum ipsa re voces etiam in Ecclesiam transiere, ut Amen. Id quidem esse servatum antiquitus, ut populus praesens eandem vocem conclamarer, Hieronymus (a) docet, dum ait de Ecclesia Romana: Ubi sic ad similitudinem caelestis tonitruum, Amen, reboat. Hanc quidem sicut & alias plures acceptas esse ex Hebraeis, omnes intelligunt: si quidem in veteris Testamenti divinis Scripturis saepissime ex persona populi aliquid confirmantis repetita legitur. Unde merito Paulus (b) admonet non esse facultatem alicui dicendi Amen, nisi quod dicatur intelligat. Eadem ratione in Talmudicis Mafsecheth Berachot (c), dum reprehenditur audientium oscitantia, legitur triplex Amen illegitimum: primum videlicet, cum qui Amen respondens, non intellexerit quod dictum sit; quod quidem, Amen pupillum, auctor appellat: secundum, cum antequam absolvatur oratio, vox illa pronuncietur, quod Amen surreptitium nominat, cum ex oratione nondum absoluta aliquid surripit: tertium vero cum sic respondens, aliquid aliud agit; quod, sectile Amen, idem dicit, quasi dissectum in duas partes, dum audiens aliud agit. Porro sanctus Ambrosius (d) hujus vocis diversas affert significationes ut aliquando sit imperantis, interdum precantis, interdum vero confirmantis aliquid: quo sensu hic eam accipit Apostolus. Sed de his satis haec ad Ecclesiae veteres ritus insinuandos. Ceterum cum Apostolus his institutis, mox ad-moneat ut mulieres taceant in ecclesia, non tantum sic eas loqui, ut doceant, nullo modo permittit; sed nec quavis occasione, vel saltem eo praetextu ut discant, de rebus divinis loquendi tribuit facultatem, afferens pro remedio, ut, si discere volunt, domi viros suos interrogent. Quod quidem semper in Ecclesia observatum, sed ab haereticis tantum Apostolicae censurae terminum esse violatum, suis locis dicemus: modo vero rerum gestarum seriem prosequamur.

Vox Amen unde usurpata.

(a) Hieron. in praefat. lib. 2. in epist. ad Galat.

(b) 1. Cor. 10.

(c) Apud Angel. Canin. in loc. novi Test.

(d) Ambrosius in Psal. 40.

(e) Epiph. haer. 28.

CLXVI. Inter haec autem, cum Cerinthus (e) pra-

præter alios quos disseminabat errores, impie diceret, Christum non surrexisse; adderet insuper Basilides, nullam futuram resurrectionem mortuorum: Hos namque Ignatius his coloribus egregie pingit, dum eos cavendos admonet, sic dicens (a): Considerate itaque eos qui aliena sectantur dogmata, & discite quomodo ignotum asserunt esse Christi Patrem, quomodo infidam similitudinem inter se exercent, obarvitatatis nullam habeant rationem: futura negligunt, presentia & instabilia bonucurant, præcepta contemnunt, viduam & orphanum despiciunt, oppressum despuunt, vincunt rident, crucis illos pudet, passionem subsannant, resurrectionem pro fabula traducunt: posteri sunt & nepotes spiritus illius omnis mali inventoris. Hæc Ignatius ad Smyrnenfes: hos & taxat scribens ad Trallianos, sic dicens (b): Partum Virginis calumniatur: & cum pudeat illos crucis, passionem negant, nec resurrectionem credunt, sed ignotum Deum introducunt: Christum ingentium esse censent, Spiritum vero sanctum nec esse confitentur. Cum inquam, hæc pessimi omnium hominum idem disseminarent hæresiarum: his omnibus provide Paulus occurrendum putavit: si que Corinthios, ad quos scribit, primum de Christi resurrectione: tam suo quam aliorum qui viderant testimonio instruit: demum de cæterorum mortuorum resurrectione copiosissime agens, cum ad eam insinuandam probandamque multis utatur argumentis; suis ipsorum factis, qui ea dicerent, arguens, hæc ait (c): Quid facient, qui baptizantur pro mortuis, si omnino mortui non resurgunt? Ut quid baptizantur pro illis?

(a) Ignat. ad Smyr. ep. 10.

(b) Idem ad Trall. ep. 5. Paulus resurrectionem ad versus hæreticos prædicat.

(c) 1. Cor. 15.

CLXVII. De his qui baptizantur pro mortuis.

(d) Epiph. hæres. 28.

Sed quinam esset istiusmodi ludus & fabula velut in scena representata, Epiphanius (d) agens adversus Cerinthum narrat his verbis: In hac regione, Asia inquam, immo etiam in Galatia, valde viguit horum doctrina: de quibus etiam ex traditione res quadam ad nos devenit, quod quidam apud ipsos de vita decesserunt, morte præoccupati citra baptismum, alii vero pro ipsis in nomen ipsorum baptizantur; ut ne, ubi resurrexerint illi in resurrectione, penas dent, eo quod non acceperunt baptismum, & subditi sunt potestati, que mundum fecit. Et hæc de causa traditio, que ad nos devenit, eundem sanctum Apostolum dixisse ait: Si omnino mortui non resurgunt, cur & baptizantur pro ipsis? Cæterum alii recte hoc dictum interpretantes; dicunt, quod morti vicini, si fuerint in pietatis doctrina instructi, ob hanc spem obitum lavacro digni sunt: ostendentes quod qui mortuus est, etiam resurget, & ob id indiget remissione peccatorum per lavacrum. Horum vero aliquid Christum nondum surrexisse prædicant, verum resurrectionem esse cum omnibus: a-

lii vero, quod omnino mortui non resurgent. Quapropter Apostolus medium se interponeus, utrosque hos, ac reliquas hæreses eadem opera subvertit. Hæc Epiphanius.

Chrysothomus (e) arreptam testatur a Marcionitis occasionem ex verbis Pauli, ut loco defuncti viventem quempiam illi profuturum baptizent: sic enim ait: An vultis primo dicam, quo modo hanc doctrinam adulterantur qui morbo Marcionis laborant? Aque scio quidem fore ut risum multum moveam: verum enimvero etiam propterea maxime dicam, ut cum morbum magis fugiatis. Nam postquam catechumenus quispiam apud eos accesserit, sub lecto mortui abscondo aliquo qui vivit, accedunt ad mortuum, & alloquuntur, & rogant velintne baptismum accipere? Deinde illo nihil respondente; qui est absconditus inferne, pro illo dicit, se velle baptizari; & sic eum baptizant pro eo qui excessit, perinde ac si in scena luderent; tantum valet diabolus in ignavorum animis. Deinde cum accusantur, addunt hoc verbum, dicentes Apostolum dixisse: Qui baptizantur pro mortuis. Hæc ipse. Verum cum Marcion hæresiarum longe post Pauli tempora emergerit; non potuit ipse, vel ejus sectatores esse qui notantur a Paulo, sed alii, qui eadem aditarent, e quibus ipsi exemplum fuerint mutuati. At Tertullianus (f) quoque docet, non de Catholicis; sed de hæreticis Paulum esse locutum; id declarans his verbis: Sed qua, inquit, ratione baptizantur pro mortuis? Certe illa præsumptione hoc eos instituisse contendit, qua alii etiam carni vicarium baptismum profuturum existimarent ad spem resurrectionis; quæ nisi corporalis, non alia sic baptismate corporali obligaretur. Anima enim non lotione, sed responsione sanctitur, hoc est, sanctificatur. Hæc Tertullianus, quæ ferme repetit (g) agens contra Marcionem. Sed sunt & aliæ de verbis Apostoli interpretationes, quas in primis Joannes Chrysothomus affert, & Isidorus (h) Pelusiota ejus discipulus, atque alii; earum vero cupidos ad interpretes remittimus.

CLXVIII. (e) Chrysoth. in 1. ad Cor. hom. Marcionis ludus.

(f) Tertul. de resur. carn. c. 48.

(g) Tertul. contr. Marcion. lib. 5. cap. 10. (h) Isid. Pelus. lib. 1. epist. 221.

Clausurus jam epistolam Paulus (i) collectam indicit, sicut & in aliis Ecclesiis fecerat. Cum enim (ut alias dictum est), Christiani qui Hierosolymis erant, bonis omnibus spoliati a contribulibus Judæis maxima affigerentur inopia; & ex Concilio Hierosolymitano (ut vidimus) sic Paulo Gentium cura fuisset delegata, ut tamen pauperum Judæorum memor esset; cum alioqui sic comparatus esset, ut quo ipse sibi victum quæreret, manuale opus exercere consueverit, ne cui molestus esset; pro illorum tamen inopia sollicitus, se a cæteris, quæ in Asia & Græcia erant, Ecclesiis elemosynam colligere testatur, sic dicens (k): De collectis autem quæ sunt in sanctos, sicut ordinavit.

CLXIX. (i) Chrysoth. in 1. ad Cor. hom. 40. De collectis Apostoli admonitio.

(k) 1. Cor. 16. 2.

vi Ecclesiis Galatiæ, ita & vos facite. Per unam sabbati unusquisque vestrum apud se seponat, recondens quod ei bene placuerit: ut non cum venero, tunc collecta fiant. Cum autem presens fuero, quos probaveritis per epistolas, hos mittam perferre gratiam vestram Hierusalem. Quod si dignum fuerit ut & ego eam, necum ibunt. Hæc Paulus de collecta Ecclesiæ Corinthiorum indicta. Sed de collectis satis superius.

CLXX. Cur Paulus diu moratus Ephesi.

Declarans insuper Apostolus animi sui consilium, quando venturus sit Corinthum, hæc addit: Veniam ad vos, cum Macedoniam pertransiero nam Macedoniam pertransibo. Apud vos autem forsitan manebam, vel etiam hiemabo, ut vos me deducatis quocumque iero. Nolo enim vos modo in transitu videre: spero enim me aliquantulum temporis manere apud vos, si Dominus permiserit. Permanebo autem Ephesi usque ad Pentecosten. Hæc cum scribat Paulus (ut diximus) hoc anno; quidnam est, quod de non recedendo Epheso usque ad illud tempus visus est inisse consilium? Sed cur tamdiu detineretur Ephesi, hæc affert ipse causam, cum subdit: Offensum mihi apertum est magnum & evidens, & adversarii multi. Ephesus enim, quod totius Minoris Asiæ metropolis esset civitas, quodque illic esset Diana templum (de quo paulo inferius dicturi sumus) omnium gentium frequenti concursu celebrimum; & quod denique Proconsul Asiæ illic agere consuevisset, ad quem necesse esset ex tota provincia homines convenire; peropportunos ipsi visus est locus, ubi diutius Evangelium prædicando confiteret. De eadem enim civitate hæc quoque Philostratus (a) in Apollonio: Abundat bonarum artium studijs; philosophis, oratoribusque redundat: ut vere dici possit, eam civitatem non equitum robore, sed clarorum hominum millibus cæteras superare, in eaque plurimum vigere sapientiam. Hæc ille, cum Apollonii magi erga Ephesios studium commendat: ut non mireris, si erga eosdem Pauli propensus esset officium. Sed qua occasione inde abire compulsum sit, Lucas exacte describit.

(a) Philostr. lib. 2.

CLXXI. De Anathemate & Maranatha.

Attamen prius videamus quod idem Paulus in calce ejusdem primæ epistolæ ad Corinthios, in salutatione apposita, sua manu conferipta, ait: Si quis non amat Dominum nostrum Jesum Christum, sit anathema, maranatha. Quoniam vero eadem Pauli verba sacræ Synodi, necnon Episcopi in suis Ecclesiis, cum divini interminatione iudicii aliquid admonerent, suis ipsorum præceptis affigere consueverunt: operæ pretium ducimus (quod instituti ratio exigit) subobscura hæc elucidare, de iisdemque vocibus pauca disserere. Probe scimus, ex sententia Joannis (b) Chrysothomi, vocem, Anathema, esse ambiguum. Ann. Eccl. Tom. I.

(b) Joann. Chrysoth. hom. de anathema. 20mo. 3o.

quam, atque in bonam æque ac malam partem usurpari posse: quandoque enim quod certo loco appensum (c), & ex voto Deo oblatum, vel in ejus templo dedicatum est, significari; quandoque vero quod a Deo sejunctum est per impietatem, intelligi hac voce anathematis, cum complura divinæ Scripturæ exempla declarant, tum maxime id quod apud Justinum (d) legitur in hæc verba: Anathema id dicitur, quod Deo est dedicatum atque destinatum, & in communem usum amplius non convertitur; aut quod a Deo per malitiam est abalienatum. Sed jam quoniam hic accipiat Paulus, habes a Chrysothomo (e) dicente: Quid igitur est anathema? audi ipsum ita loquentem: Si quis non amat Dominum Jesum Christum, is anathema fit, hoc est, ab omnium commercio segregatus, alienus ab omnibus fit. Nam quemadmodum anathema donum, quod Deo oblatum dedicatur, nemo est qui temere manibus contingere audeat, neque ad id propius accedere: sic & cum qui ab Ecclesia separatur, ab omnibus abscondens, ac tamquam longissime abducens, hoc nomine a contrario scilicet appellat, magno cum terrore omnibus interminatus, ab eo ut separentur, ac pedem referant. Anathemati enim honoris gratia appropinquare nemo audebat: ab eo autem qui ab Ecclesia abscessisset erat, ex opposita omnes sententia separabantur. Quapropter separatio quidem tum hæc, tum illa ex æquo vulgo abalienatio erat: separationis vero modus non unus, sed isti contrarius: ab illo enim abstinebant tamquam a Deo decato: ab hoc autem decedebant tamquam a Deo abalienato, & ab Ecclesia absisso. Hucusque Chrysothomus. At non certe hoc modo Paulus (f) optabat anathema esse a Christo pro fratribus suis, ipsa nimirum gente Judæorum.

(c) Joann. Chrysoth. in 1. ad Cor. 1.

(d) Apud Just. Mart. lib. 4. qual. 121.

(e) Chrysoth. ad Rom. hom. 16.

(f) Rom. 9.

Est enim & adhuc alius ejusdem vocis sensus, ut anathema idem importet quod maledictum, secundum quod scriptum est in Zacharia (g) de Hierusalem: Habitabunt in ea, & anathema non erit amplius. Quo loco Hieronymus de Paulo (h): Pro fratrum salute, inquit, anathema esse cupit, imitari volens Dominum suum, qui & ipse, cum non esset maledictus, factus est maledictio. Sed hæc fufius in epistola (i) ad Algasiam, ubi & de alio vocis sensu hæc verba leguntur: Vult ergo Apostolus perire in carne, ut alio salventur in spiritu; suum sanguinem fundere, ut multorum anima conferverent. Quod autem anathema interdum occisionem sonet, multis veteris Testamenti testimoniis probari potest. Hæc ille.

CLXXII. Quomodo Paulus cupidus fieri anathemata.

(g) Zach. 14. (h) Hier. in Zach. 14.

(i) Hier. ep. 151. 9-9.

De Maranatha vero hæc idem auctor ad Marcellam (k): Maranatha magis Syrum est, quam Hebraicum, tamen ex confuso utrarumque linguarum aliquid & Hebræum sonet, anathema.

CLXXIII. (k) Hier. ep. 137. Maranatha post anathema.

sonet, & interpretetur, Dominus noster venit, ut sit sensus: Si quis non amat Dominum Jesum Christum, anathema sit; & illo completo, deinceps inferatur: Dominus noster venit, quod superfluum sit adversus eum odiis pertinacibus velle contendere, quem venisse jam constat. Hæc ipse. Verum quod ad causam spectat, quod post anathema ea adderentur verba: illam potius existimamus, quod Hebræi cum proferrent condemnationis sententiam, cum contestatione præsentis divini iudicii facere consueverant. Sunt de his exempla in divinis Scripturis, ut in Daniele (a), qui impudicos & calumniantes senes condemnans, ad priorem dixit: Ecce Angelus Dei, accepta sententia ab eo, scindet te medium: posteriorem item damnans, sic est allocutus: Manet Angelus Domini gladium habens, ut secet te medium, & interficiat vos. Sic & cæteri judicantes, & maledictionis sententiam pronunciantes ad dentefque Maranatha, Dei præsentiam omnia iudicantis ac punientis adesse contestabantur; sicut habetur in Psalmo (b): Judicentur Gentes in conspectu tuo. Ut probaretur esse verum, quod est scriptum in Proverbiis (c): Per me legum conditores Justin. lib. 1.1.1. Et illud: Per me potentes decernunt justitiam. Porro anathematis proxima censura erat (d) catathema, quæ erat proprie eorum qui se sic damnatis conjungerent.

(a) Dan. 13.

(b) Psal. 9. (c) Proverb. 8. (d) Apud Justin. lib. 1.1.1. 111.

CLXXIV.

Quod vero sicut Maranatha, ita & aliæ Hebræorum voces sint in Ecclesiam illapsæ, & frequenti usu receptæ, hanc Hieronymus ad Marcellam (e) scribens affert rationem: Apostolos id curasse, ut quoniam prima Ecclesia ex Judæis fuerat congregata, nihil ad credentium scandalum innovarent, sed ita ut a parvo imberant, traderent: postea vero quam in universas gentes Evangelii dilatatus est sermo, non potuisse semel suscepta mutari. Licet & illud in libris suis, quos iudei vocant, Origenes asserat, propter vernaculæ linguæ cujusque idioma, non posse ita apud alios sonare, ut apud suos dicta sunt, & multo melius esse non interpretata ponere, quam vim eorum interpretatione tenuare. Hucusque Hieronymus.

(e) Hieron. epist. 137. Cur voces Hebraicæ translatae in Ecclesiam.

(f) Aug. de doct. Christian. lib. 2. cap. 11.

(g) Aug. ep. 178.

Augustinus hæc etiam in eadem sententiam (f): Hebræa, inquit, verba non interpretata sepe invenimus in libris, sicut Amen, Alleluja, & Rachab, & Hosanna, & si qua sunt alia, quorum partim propter sanctiorem auctoritatem, quamvis interpretari potuissent, servata est antiquitas, sicut Amen, & Alleluja; partim vero in aliam linguam transferri non potuisse, sicut alia duo quæ posuimus: & alibi (g): Sciendum est, Amen, & Alleluja, quod nec Latino, nec Barbaro licet in suam linguam transferre, Hebræo cunctas gentes vocabulo decantare: ut ex

his videas, quantum venerandæ antiquitati majores detulerint, & quam parum ei consulant, qui prætextu quodam excellentioris sermonis, passim immutant antiquas voces Ecclesiasticas, ut (quod ad id de quo agimus spectat) cum loco anathematis, vel excommunicationis, more Gentilium potius quam Christianorum dicere malint, devovere diris, vel quid simile. Sed tanta (dicam cum Augustino b) est vis consuetudinis etiam ad discendum, ut qui in Scripturis sanctis quodammodo nutriti educatique sunt, magis alias locutiones mirentur, easque minus Latinas putent, quam illas quas in Scripturis didicerunt, neque in linguæ auctoribus reperiuntur.

(b) Aug. de doct. Christian. lib. 2. cap. 54. in fine.

Novas voces, quantumlibet elegantiores, esse vitandas, nec ad locutionem sacrarum rerum facile admittendas, majorum complura docent exempla, de quibus alias. Est enim ornamentum quoddam genus non mediocre, etiam oratorum, Latinorum principis testimonio, verborum ornatum contemnere: nempe ait ad amicum scribens (i): Illa tua horridula mihi & incompta visa sunt; sed tamen erant ornata hoc ipso quod ornamenta neglexerant; & ut mulieres, ideo bene olere, quia nihil oleant, videbantur. Dicebat & qui inter Græcos eloquentissimos rhetores primum sibi vendicabat locum, non esse in eo fortunam Atticæ eloquentiæ sitas, hoc vel illo scire uti verbo: quin potius rem accuratius perpendere. Quam quidem sententiam tanto auctore dignam, post Ambrosium (k) qui, prout vetus interpres, hac eadem ratione mauerat præsepium quam præsepe dicere) Augustinus (l), cum faceret ei grammaticus magnum de impropria derivatione negotium, usurpat his verbis: Si enim Demosthenes clarissimus oratorum, quibus tanta verborum fuit cura, quanta rerum auctoribus nostris; cum tamen ei nonnullam locutionis insolentiam objecisset Æschines, negavit ille in eo positas esse fortunas Græciæ, illo ne an illo verbo usus fuerit, & an huc an illuc manum porrexit: quanto minus nos laborare debemus de regulis derivandorum nominum; quando sive hoc, sive illud dicamus, intelligitur sine ambiguitate quod dicimus; quorum non in expositione sermonis, sed in demonstratione veritatis est major intentio? Hucusque ille, nobisque satis: in hæc enim pene incitii incidimus.

CLXXV. De cultioribus vocibus non curandum.

(i) Cic. ad Attic. lib. 2. epist. 1.

(k) Ambrosius in Luc. lib. 2. c. 11.

(l) Augustinus contra Cresc. lib. 2. c. 1.

CLXXVI.

Quomodo autem in Paulum commorantem Ephesi post hæc concitata sint turbæ, cum Lucas exacte (m) describat; nos in primis hic idem (ut rerum gestarum ordo postulat) recitemus: Facta est (inquit Lucas) illo tempore turbatio non minima de via Domini. Demetrius enim quidam nomine, argentarius, faciens

(m) Act. 19.

ædes argenteas Dianæ, præstabat artificibus non modicum questum: quos convocans, & eos qui hujusmodi erant opifices, dixit: Viri, scitis quia de hoc artificio est nobis acquisitio: & videtis & auditis, quid non solum Ephesi, sed pene totius Asiæ Paulus hic suadens averit multam turbam, dicens: Quoniam non sunt dii qui manibus fiunt. Non solum autem nobis hæc periclitabitur pars in redargutionem venire, sed & magna Dianæ templum in nihilum reputabitur, sed & destrui incipiet majestas ejus, quam tota Asia & Orbis colit. Fuit hæc Demetrii oratio ad concitandas turbas in Paulum & armandos in eum opifices accommodata: nec fuit difficile hoc illis persuadere, cum præsertim tum ab utili, tum ab honesto, nempe a religione, fortia argumenta deduceret. Magnum quidem compendium argentarii suo officio contrahebant, dum argenteas statuas ædesque earum ex argento itidem fabricatas, iis qui ea vovissent, plurimi venderent.

Quid in Paulum Ephesi argentarii.

CLXXVII.

Penes Gentiles etiam fuit in more, hæc pro re aliqua assequenda vovere, pictasque tabellas, rem ipsam cujus compotes facti fuissent, representantes, in templis suspendere: unde C. Cotta hoc apud Tullium (a): Tu, qui deos putas humana negligere, nonne animadvertis ex tot tabellis pictis, quam multi votis vim tempestatis effugerint, in portumque salvæ advenierint? & Horatius (b):

(a) Cic. de nat. de or. lib. 3.

(b) Hor. car. lib. 1. ad Pyrrham.

Me tabula sacer
Votiva paries indicat, uvida
Suspendisse potenti
Vestimenta maris Deo.

(c) Cicero Verrin. lib. 4.

(d) 1. Reg. 6.

Solebant itidem tabulæ pictæ argento etiam fabricari: hinc Cicero (c): Tabulas pictas etiam argenti bene facti; & Lucianus in Alexandro: Accedebant, inquit, ad hæc picturæ, imagines, signa deum ferentia, partim ex ære, partim ex argento efficta. Sed & Dio in Rhodiaca offerri consuevisse ait ejusmodi diis imagines, non ex terra fictiles, ne numen injuria afficeretur; sed æreas vel argenteas diis esse gratas, quæ semel dicatæ, perpetuo permanerent. Suas enim, filiorumve, vel nepotum imagines in deorum fanis offerri consuevisse, idem auctor in nuper citata oratione confirmat. At quod etiam ad hujusmodi oblationes spectat, de Philistæis in divinis Scripturis (d) est testimonium, eos ad averterendam plagam, per mures & ulcera divinitus illatam, juxta numerum suarum provinciarum fecisse quinque mures aureos, totidemque aureos anos, quos delicti explandi causa apud Arcam fœderis in capella posuerunt. Sic igitur in templum Dianæ Ephesiæ vel pictas tabellas, vel sculptas aut conflatas argento imagines offerentes, vo-

ta quæ nuncupaverant, persolvebant; quarum officio argentarii ingentem sibi vim pecuniæ comparabant.

CLXXVIII.

Cæterum quas Lucas ædes Dianæ argenteas ab argentariis fieri solitas esse tradidit, nihil aliud fuisse existimamus, quam ipsas argenteas statuas cum suis ædiculis, seu loculamentis: quo sensu etiam apud Ciceronem in Verrem ædes Minervæ posita dicitur in fano Apollinis. Abundante hæc donis templum Dianæ, ex eo facile colliges, quod Pompeiano civili bello in Orientem translato, Scipio (ut scribit Cæsar e) pecunias antiquitus in templo depositas, cæterasque ejusdem deæ statuas inde tolli cum jussisset; Cæsar, quo minus fieret voti compos, fuit impedimento: qui iterum postea restitit I. Appio id ipsum conanti. Sed de pecuniis deponi solitis Ephesi in templo Dianæ, hæc Dio (f): Nostis haud dubie Ephesior, apud quos multæ pecuniæ partim privatorum reconditæ in Dianæ templo, non solum Ephesiorum, sed & hospitum, & hominum undequaque vententium, partim & populorum, & Regum. Deponunt autem omnes in eo securitatis gratia, nemine unquam auso loco inferre injuriam, tametsi plurima bella gesta sint, civitasque sæpius fuerit capta. Hactenus Dio. Fidem quoque certam fecit ejus rei Annibal Carthaginensis, qui velata specie, quod habebat tot proeliis congestum aurum, in eodem Dianæ templo nova arte occulte deposuit (g). Ex quibus omnibus, quantæ esset apud omnes gentes existimationis templum illud, intelligere quisque potest. Adnumerabatur enim inter septem Orbis miracula ipsum Dianæ Ephesiæ fanum, de quo hæc Plinius (h): Magnificentia vera admiratio extat templum Dianæ Ephesiæ, ducentis (vel, ut alibi habet, quadringentis) viginti annis factum a tota Asia. In solo id palustri fecere, ne terræmotus sentiret, aut hiatus timeret. Rursum ne in lubrico atque instabili fundamenta tantæ molis locarentur, calcatis ea substravere carbonibus, dein velleribus lanæ. Universo templo longitudo est quadringentorum vigin-tiquinque pedum, latitudo ducentorum vigin-ti, columna centum vigin-ti septem a singulis Regibus factæ, sexaginta pedum altitudine, ex iis triginta sex calata; & paulo post: Cætera ejus operis ornamenta plurimum librorum instar obtinent. Talis igitur erat species templi Dianæ Ephesiæ his temporibus, cum alias antea septies fuerit restitutum, ut idem qui paulo ante auctor affirmat (i). Simulacrum vero Dianæ alii ex ebano compactum tradiderunt; alii vero, ut Mutianus Consul, qui se illud proxime spectasse dicebat, vitineum fuisse ferunt.

(e) Cæsar de bello civili lib. 3. De Dianæ templo.

(f) Dio Chrysostr. orat. 31.

(g) Justin. histor. lib. 32.

(h) Plinius nat. histor. lib. 36. cap. 14.

(i) Plinius nat. hist. lib. 16. c. 40.

Sed tantæ molis templum, Orbis (ut existimabatur) miraculum & ornamentum

CLXXIX.

tum, sub Gallieno Imp. invadentibus Gothis Asiam (ut auctor est Julius Capitolinus a) spoliatum est penitus & incensum: licet illud ipsum abhinc post septem annos ab eodem Nerone Imp. sub quo hæc in Paulum excitate sunt turbæ, tam quæ in Asia quam etiam quæ in Achaja indeorum templis dona erant pretiosa ac simulacra fuerint inde sublata: quod quidem Tacitus (b) sub Consulatu C. Lecanii & Marci Licinii factum testatur his verbis: *In eamque prædam etiam dii cedere, spoliatis templis in Urbe, egestoque auro, quod triumphis, quod votis, omnis populi Romani atas prospere aut in metu sacraverat. Enimvero per Asiam atque Achajam non dona tantum, sed simulacra, numinum abripiebantur, missis in eas provincias Acraio ac Secundo Carinate. Ille libertus cuicumque flagitio promptus: hic Græca doctrina ore tenus exercitatus, animum bonis artibus non induerat. Hæc Tacitus.*

Opifices igitur argentarii (ut ad orationem propositam revertamur) auditis his quæ a Demetrio dicebantur (inquit Lucas b) repleti sunt ira, & exclamaverunt dicentes: *Magna Diana Ephesorum. Et impleta est civitas tota confusione, & impetum fecerunt uno animo in theatrum, rapto Cajo & Aristarcho Macedonibus comitibus Pauli. Paulo autem volente intrare in populum non permisit discipuli: quidam autem & de Asia Principibus, qui erant amici ejus, miserunt ad eum, rogantes ne se daret in theatrum. Alii etiam aliud clamabant. Erat enim ecclesia confusa, & plures nesciebant ex qua causa convenissent. De turba autem detraxerunt Alexandrum, propellentibus eum Judæis. Alexander autem manu silentio postulato, volebat rationem reddere populo. Quem ut cognoverunt Judæum esse, vox facta est omnium, quasi per horas duas clamantium: Magna Diana Ephesorum. Et cum sedasset Scriba turbas, dixit: Viri Ephesi, quis enim est hominum, qui nesciat Ephesorum civitatem cultricem esse magnæ Dianæ, Jovisque prolis? Cum ergo his contradici non possit, oportet vos sedatos esse, & nihil temere agere. Adduxistis enim homines istos neque sacrilegos, neque blasphemantes deam vestram. Quod si Demetrius, & qui cum eo sunt artifices habent adversus aliquem causam: conventus forenses aguntur, & Proconsules sunt: accusent invicem. Si quid autem alterius rei quaritis: in legitima ecclesia poterit absolvi. Nam & periclitamur argui seditionis hodiernæ: cum nullus obnoxius sit, de quo possimus reddere rationem concursus istius. Et cum hæc dixisset, dimisit ecclesiam. Hucusque Lucas.*

In his quidem multa sunt consideranda, & in primis id quod Alexander de Apostolorum modestia his testatur: *Adduxistis ho-*

mines istos neque sacrilegos, neque blasphemantes deam vestram. Adducendus est ad hæc declaranda locus Josephi in libro secundo contra Apionem, quo dicitur: *Non ster enim mos est, propria custodire, non aliena potius accusare: & ut neque videre neque blasphemare debeamus eos qui apud alios putantur dii, aperte nobis legislator interdixit propter ipsam appellationem.* Hæc Josephus: ut non mireris, si Apostoli ipso ingressu prædicationis Evangelicæ in deos Gentium minime inveherentur: communis enim in dictum illud Exodi: *Diis non detrahes vulgata illa ferebatur interpretatio, ut neque in deos Gentium obloquerentur.*

Sed & observatione quidem digna res est, quomodo Alexander homo Judæus tantam civitatem adeo tumultuantem, conclamantem, obstreptentem, ac impetu concitatam brevi oratione sedaverit, atque in officio continuerit: ea nimirum tantum illos devincens ratione, quod si delictum aliquod a Paulo ejusque discipulis perpetratum fuisset, agerent de his apud Proconsules in conventibus forensibus: si vero de re alia esset quæstio, de religione videlicet, in legitima ecclesia causam tractarent. Mira quidem atque plane egregia distinctione, quænam causa ad forenses esset deferenda conventus, quæ vero in legitima ecclesia tractari deberet, perbelle monstravit, atque etiam facile persuasit. Tanta enim veritatis est vis, ut concitatos animos ac in furorem actos deliniant, atque nisi contra jus factique omnino nitantur, potiora sequi compellant. Quantumlibet autem esset Proconsulum summum jus, summaque potestas: tamen ea quæ ad cultum veritatemque religionis spectarent, non in eorum conventibus, sed in legitima ecclesia decerni debere, omnibus persuasissimum videbatur. Nam (a) & Gallio Achajæ Proconsul (ut vidimus) ab his, quæ erant de fide obortæ, abstinuit controversiis, rejiciens illarum judicium ad ejusdem facultatis homines. Sed quinam essent hi forenses conventus, quæve legitima ecclesia, quorum meminit Alexander, ut historica veritas magis magisque perspicua reddatur, operæ pretium ducimus paucis demonstrare.

A Græcis hanc consuetudinem forensium conventuum fluxisse, Dionysius Halicarnassæus (e) his verbis declarare videtur: *Templa construere impensis communibus, illi Dianæ Ephesæ, hi Apollinis in Epitropio: quo convenientes cum conjugibus & liberis, statim temporibus, una sacris dabant operam & mercimoniis: ubi publico certamine cum equis pernicibus, tum viris viribus arteve musica præcellentibus proponebantur præmia victoria, & diis civitates dabant donaria.* Peractis hæc

Modestia Apostolorum.

CLXXX. II. Duplex Forum.

(d) Act. 19.

CLXXX. III. (e) Dionys. antiq. Rom. lib. 4.

CLXXX. I.

speculis, ac negotiationibus, aliisque festis & publicis hilaritatibus: si cui civitati similitas intercedebat cum altera, præsto erant iudices, qui item componerent: tum de bello contra barbaros gerendo, dequæ mutua gentis concordia considebatur in medium. Horum & his similitum exempla secutus, animam adiecit Servius Tullius ad constituendum unum corpus, & Extant de ejusmodi forensibus conventibus in Asia fieri solitis egregia duo loca Dionis, & in primis de Cælehis Phrygiæ, sic dicens: *Ad hæc, iudicia alternis annis apud eos sunt, & congregantur multitudo hominum infinita: jurare volentium, iudicantium, rhetorum, Præfeutorum, ministrorum, servorum, leonum, maliorum, canonum, metreticum, & opificum: ut venalia, qui habent, maximo distrabant pretio: nihilque sit otiosum in civitate, neque iuga, neque ades, neque mulieres; & paulo post: Quamobrem maximum ego reor esse ad civitatis robur iudiciorum conventus: & nullam ob rem omnes tantum adhibere studium. Illorum autem jus habent insigniores civitates vicissim annis alternis; idem de istis in Melancomia prima hæc habet: *Conveniunt autem ad publicos mercatores: hi quidem propter historias, & alia spectacula & certamina. Et ex his si qui valde hujus rei sunt studiosi, nihil aliud a summo iudicio faciunt; multi varia afferunt venalia, turba forensis; alii suarum specimen edituri artium & opificum; alii suam proponunt sapientiam: multi quoque poemata ostentant tragædorum & carminum heroidorum: multi vero soluta oratione scripta commentaria legunt oris gratia, convenientibus animamque oblectare volentibus molles.* Hæc & alia Dio de forensibus conventibus ea tempestate in Asia fieri solitis: vixit enim ipse, qui hæc scribebat, hæc ipsa ætate.*

Verum apud Romanos distinctos fuisse forenses conventus, qui negotiationis causa agerentur, ab illis cum præses provincie civitates vocaret, & de controversiis earum cognosceret, vel illis in quibus conciones haberentur; vel alia ejusmodi ad Rem. spectantia negotia tractarentur, tradit Festus (d). Propterea conventus forenses, quorum meminit sanctus Lucas, illi erant, cum Proconsul in quibusdam provinciæ civitatibus, quæ sibi ad hoc peragendum commodiores viderentur, certis diebus consistens, per se vel Legatos, causas comprovincialium cognoscens iudicialiter exerceret, atque sententia diffiniret. Meminit horum sæpius Cicero (b) ad Appium præfectura in Palæstina, hæc ait: *Constitutis quinque iudicibus conventibus, in totam, eisdem æquales partes totam provinciam di-*

(a) Festus de verb. significat. Forenses conventus a Romanis instituti soliti. (b) Cic. lib. 3. epist. 6. & 8. (c) Cic. lib. 15. (d) Joseph. ant. lib. 14. c. 10.

scribant: ita ut alii iura peterent Hierosolymam, alii Gadara, Amathuntem alii, quartum vero Hierichuntem, quintum Sapphoram, quod est oppidum Galilææ: stoque liberate dominis sub optimatum gubernatione debebant. Optimares quidem appellat, quos Alexander apud Lucam Proconsules; non quod in Asiam Provinciam Minorem dictam plures cum fascibus Proconsules mitterentur: sed quod qui ab eo dirimendis litibus & cæteris causis cognoscendis præficerentur, Proconsulares iudices dicebantur, iidemque aliquando Legati (e), quos fortasse Alexander Proconsules dixit: Vel quod (ut verius credimus) sublato de medio nuper, ipse inter Neronis Imperii, dolo Agrippinæ propinquo veneno, Junio Silano Asiæ Proconsule, duo essent qui loco Proconsulis eam administrarent provinciam, Publius Celer (f) & P. Julius: hi eam curantes res familiares Principis in Asia, jubente eadem Agrippina Neronis matre, Silano hæcem interituro quo defuncto, nullus alius post ipsum Proconsul in Asia legitur subrogatus: sed ambo eam provinciam administraverunt, quorum alter, nimirum Publius Celer, post sequentem annum, Neronis secundum & Lucio Pisonis Consule tota Asia apud Neronem est accusatus: usque enim ad illud tempus, Tacitus (g) hæc scribens, illum eo magistratu esse perfunctum quæ P. C. collegæ, demonstrat.

Quod autem pertinet ad conventum quem (ut vidimus) idem Alexander legitimum Ecclesiam dicit: Chrysostomus (h) affirmat, solitos fuisse Judæos ad commendas quas inter se haberent conventiones, per in mense coire: Erant & apud Judæos alii quoque, ubicumque agerent, publici conventus, qui ab his indicebantur qui a summo Pontifice summa cum potestate ad visitandos Judæos mittebantur, ut quæ ad morum institutionem, & legis disciplinam spectarent, corrigere & emendarent. Erat eorum præcipua jurisdictio & imperium: nam principes synagogæ, sacerdotes, aliosque ministros, si factum exigere, exautorare atque in ordinem redigere poterant, ut Epiphanius cum de his agit (i), testatur. Cum igitur ex Judæis Christiana fides progenita videretur, quique Ephesi prædicarent, generis Judæi essent; Judæorum conventum Alexander, & ipse Judæus, legitimam Ecclesiam nominavit. Judæi enim habitantes Ephesi, ejusdem civitatis principes erant, ac proinde privilegiis civium potiebantur, & Ephesi dicebantur: testatur id enim Josephus libro secundo contra Apionem.

Postquam autem cessavit tumultus (inquit Lucas k) vocatis Paulus discipulis, & exhortatus eos, valedixit, & profectus est ut irer in Macedoniam. Fuerunt hæc illæ

(e) ff. de off. Procons. per 102.

(f) Tacit. lib. 13. in princip.

(g) Tacit. eodem.

CLXXX. V. (h) Chrysostomus in Act. homil. 42.

(i) Epiph. har. 30.

CLXXX. VI. (k) Act. 20.

Paulus re-
cedit E-
pheso.
(a) 2. Cor.
1.

lae Pauli angustiae, quarum, ad Corinthios
(a) secundo scribens, his verbis meminit.
Non enim volumus ignorare vos fratres de
tribulatione nostra, quae facta est in Asia:
quoniam supra modum gravati sumus supra
virtutem, ita ut taderet nos etiam vivere.
Sed ipsi in nobismetipsis responsum mortis
habuimus, ut non simus sedentes in nobis,
sed in Deo, qui suscitavit mortuos; qui de
tantis periculis nos eripuit & eruit in quem
speramus, quoniam & adhuc eripiet, adju-
vantibus & vobis in oratione pro nobis.

CLXXXVII.
Apollonii
Tyanaei
adventus
Ephesum.
(b) Philo-
str. lib. 5.
per tot.

Præter hæc quæ a Luca & Paulo sunt
scripta, si quis adhuc exactam habuerit tem-
poris rationem, proculdubio inveniet hæc
circa tempora impostorem illum, Orbis
illustrem, circulatorum dico Apollonium
Tyanaum, venisse Ephesum. Philostratus
(b) enim ejus discipulus, & fabularum
egregius concinnator, his primis Neronis
annis, Ephesum primo, mox in Græciam,
ac inde Romam, eodem imperante, venisse
testatur, qui & præstigiis, quas illum
operatum esse Ephesi, in aliisque Asiæ ac
Græciæ locis, narrat, vere an falso, de-
scribit, tamen. Verum conatum fuisse dia-
bolum his artibus Christianæ fidei observa-
ri, prout olim in Ægypto coram Pha-
raone Magi opera Dei per Moysen facta
reddere irrita fuerunt, certum est.
Cum enim viderentur eadem fere, quæ
a Deo per Paulum, magna fierent, ab Apo-
llonio factitari, atque suis ipsius artibus
homines dementari, in quale putas veri-
tatem fuisse discrimen adductam? nimirum
ut Christianæ fidei hostes qualemcumque
occasionem aucupantes, ejusdem generis
esse, ex eodemque fonte prodire quæ a
Paulo, ac quæ ab Apollonio agerentur,
stulte jactarent; immo huic forte sua glo-
riosius ostentanti, quam Paulo submisso
animo, omnia operanti, plus tribuendum
esse, impie affirmarent: quod ex eo fa-
cile potest intelligi, cum Apollonio ob-
propulsatam (quod ait Philostratus) pe-
stem, ut deorum alicui, Ephesi statuam
erigerent, & sacram rem facerent. Verum,
sicut est scriptum in libro Sapientiae
(c) Spuria, titulumina non dantur, alias
radices, nec stabile fundamentum colloca-
bunt; illius præstigiæ penitus evanuerunt;
& Dei Ecclesia, ut columna & firmamen-
tum veritatis, licet innumeris sit agitata
turbibus, & immensis vexata fluctibus,
tamen quia supra solidam firmamque pe-
tram innixa, solide firmiterque fundata
est, inconcussa omni ex parte in perpetuum
duratura subsistit. At de Apollonio
fusus dicturi sumus inferius.

CLXXXVIII.
Pauli ad-
ventus in
Macedo-
niam.

Sed quid interea Paulus, postquam E-
pheso profectus est, ut iret in Macedo-
niam? Per Minorem Asiam iter faciens,
venit Troadem nobilissimam civitatem,
quæ adjacet Helleponto: ubi quaerens Ti-
tum, cum non invenisset, transmisso fre-

to, abiit in Macedoniam. Testatur id qui-
dem ipse Paulus in posteriore quam ad
Corinthios scripsit (d) epistola, sic dicens
post enarratas graves ærumnas, quas in
Asia, nempe Ephesi, passus erat: Cum
venissem, inquit, Troadem propter Evan-
gelium Christi, & ostium mihi apertum ef-
set in Domino, non habui requiem spiri-
tui meo, eo quod non invenirem Titum fra-
trem meum: sed valefaciens eis profectus
sum in Macedoniam. Quid vero postquam
illuc venit? Ait Lucas (e): Cum autem per-
ambulasset partes illas, & exhortatus eos
fuisset multo sermone, venit in Græciam.
Brevissumam quidem summam res gestas mul-
torum mensium clausit. Nos vero, quid
Paulus dum moraretur in Macedonia, Ec-
clesias ejus provinciæ visitans, egerit,
quidve inde recedens, cum venit in Græ-
ciam (quantum ex ejusdem Pauli scriptis
explicari licuerit) enarrabimus.

CLXXXIX.
IX.

Ac illud in primis, quod venturus in
Macedoniam, rationem habens Ecclesiæ
Ephesiæ, ne penitus pastore destitutum
relinqueret, ut ejus necessitati propice-
ret, Timotheum discipulum omnium aman-
tissimum inibi remansisse voluit. Id enim
Paulus, e Macedonia primam ad eundem
scribens epistolam, testatur his verbis (f):
Rogavi te ut remaneres Ephesi, cum irem
in Macedoniam: ut denunciares quibusdam,
ne aliter docerent, neque intenderent fa-
bulis & genealogiis, quæ quæstiones præ-
stant magis, quam edificationem Dei, quæ
est in fide. Creatum fuisse Timotheum a
Paulo Ephesi Episcopum, auctor est Eu-
sebius (g), qui ait, ipsum primum omnium
obtinuisse Episcopatum Ecclesiæ Ephesiæ.
Sane quidem fuisse Timotheum, cum ad i-
psam Paulus scribit, jam ordinatum Epi-
scopum, nulla est dubitatio; quandoqui-
dem quæ essent Episcopi munera, ea eod-
em ibi exercenda requirit: nam in ea-
dem prima ad eum hoc anno scripta epi-
stola hæc dicit (h): Adversus presbyterum
accusationem noli recipere, nisi sub duobus
aut tribus testibus; & paulo post: Manus
cito nemini imposueris. Hæc & alia ad i-
psam Ephesi agentem Paulus scribit, qui-
bus plane significat, ipsum fuisse jam E-
piscopum ordinatum. Quam nobilissimi
Apostolorum Paulus & Joannes crexissent,
cuique Timotheus præfectus esset Episco-
pus, ea quæ in hæc verba sanctus Igna-
tius ad ipsos Ephesios scribit, facile mon-
strant: Faxit Deus, inquit, ut assequar,
& inveniar in sortem Ephesiorum Christia-
norum, qui & cum Apostolis in virtute
Jesu Christi semper conversati sunt, Pau-
lo, Joanne, ac fidelissimo Timotheo. Scio
qui sum, & quæ scribo: Ego minimus I-
gnatius similis his qui periculo & judicio
obnoxii sunt: vos autem misericordiam con-
secuti, firmati in Christo Jesu. De his ve-

(d) 2. Cor.
2.

(e) Act. 20.

(f) 1. Tim.
1.

(g) Euseb.
lib. 3. c. 4.

(h) 1. Tim.
5.

(a) Me-
ro qui tradunt
2. apbr. 21.
Januarii.

ro qui tradunt (a) Timotheum post hæc
succesiffisse in Episcopatu Ecclesiæ Ephe-
siæ Joanni Evangelistæ; quam manifeste
errent, suo loco inferius erit sermo.

Relicto igitur Timotheo Ephesi, cum
EXC. Paulus (ut dictum est) venisset in Macedo-
niam, primam ad eundem scripsit epi-
stolam: quod quidem cum ex dictis evi-
denter satis constat, tum etiam Patres te-
stantur (b), nec enim est quod de Pauli
priori in Macedoniam adventu possit in-
telligi: nam nondum ad illud tempus in
ea Asiæ provincia Evangelium prædicave-
rat. Cum multa Paulus eadem epistola Ti-
motheo admoneret, fidemque operibus jun-
ctam commendaret: inde docet, aliquos in
errorem esse lapsos, dum fidei non conjun-
xerunt bonorum operum conscientiam, ut
Hymenæus, & Alexander: ait (c) enim
in primis: Finis præcepti est charitas de
corde puro, & conscientia bona, & fide
non ficta: a quibus quidam aberrantes,
conversi sunt in vaniloquium, volentes es-
se legis doctores, non intelligentes quæ
loquuntur, neque de quibus affirmant; &
post nonnulla: Hoc præceptum commendo
tibi Timothee, secundum præcedentes in te
prophetias, ut milites in illis bonam mili-
tiam, habens fidem, & bonam conscien-
tiam, quam quidam repellentes, circa fi-
dem naufragaverunt: ex quibus est Hyme-
næus, & Alexander, quos tradidi satanæ,
ut discant non blasphemare. Quænam fue-
rit illorum blasphemia, cum non aperiat;
illi notam fuisse jure Theodoretus (d) e-
xistimat; ac proinde hæc ipsa Ephesi, u-
bi (ut dictum est) Paulus triennio com-
moratus est, contigisse. Fortasse hic ille
est Alexander, cujus meminit Lucas (e):
quem Judæum fuisse genere, & concita-
tas Ephesi turbas, habita ad populum
oratione, composuisse (quod ante vidi-
mus) narrat: locus enim & nomen ad
hæc opinanda cum suffragentur, non a
remotis conjectura petita esse videretur. Cæ-
terum quam facile sit a fide etiam pericli-
tari ac cadere, qui eam non æque optimis
vitæ moribus foviant, innumera pene exem-
pla, quæ suis locis narraturi sumus, mani-
feste declarant: ut vix sit reperiri declinan-
tem a fide hæreticum, qui non prius aliorum
peccatorum fordibus fuerit inquinatus.

At non de his tantum qui in illam diem
emerfissent hæretici, Timotheum Paulus
admonuit; sed & de iis quæ ventura es-
sent, hæresibus, divino Spiritu præmo-
nente, iisdem litteris eum reddidit cer-
tiorum, sic dicens (f): Spiritus autem ma-
nifeste dicit, quia in novissimis temporibus
discedent quidam a fide, attendentes spi-
ritibus erroris & doctrinis demoniorum,
in hypocritis loquentium mendacium, & cau-
teriam habentium suam conscientiam, pro-
hibentium nubere, abstinere a cibis, quos
Deus creavit ad percipiendum cum gratia-
rum actione fidelibus. Quia omnis crea-

(a) Me-
ro qui tradunt
2. apbr. 21.
Januarii.

(b) Chryf.
in 1. ad
Tim. bom.
12. Am-
bros. in
eandem
ep. & alii
recent.

(c) Ignat.
epist. 9.

(d) Ignat.
epist. 13.

(e) Iren.
lib. 1. c. 22.

(f) Theod.
har. fa. lib.
11.

(g) Epiph.
in Panar.
hæres. 28.

(h) Ignat.
ad Philad.
ep. 9.

(i) Joan. 5.

(j) 1. Tim.
4.

(k) 1. Tim.
4.

(l) 1. Tim.
4.

(m) 1. Tim.
4.

(n) 1. Tim.
4.

(o) 1. Tim.
4.

(p) 1. Tim.
4.

(q) 1. Tim.
4.

(r) 1. Tim.
4.

(s) 1. Tim.
4.

(t) 1. Tim.
4.

(u) 1. Tim.
4.

(v) 1. Tim.
4.

(w) 1. Tim.
4.

(x) 1. Tim.
4.

(y) 1. Tim.
4.

(z) 1. Tim.
4.

(aa) 1. Tim.
4.

(ab) 1. Tim.
4.

(ac) 1. Tim.
4.

(ad) 1. Tim.
4.

(ae) 1. Tim.
4.

(af) 1. Tim.
4.

(ag) 1. Tim.
4.

(ah) 1. Tim.
4.

(ai) 1. Tim.
4.

(aj) 1. Tim.
4.

(ak) 1. Tim.
4.

(al) 1. Tim.
4.

(am) 1. Tim.
4.

(an) 1. Tim.
4.

(ao) 1. Tim.
4.

(ap) 1. Tim.
4.

(aq) 1. Tim.
4.

(ar) 1. Tim.
4.

(as) 1. Tim.
4.

(at) 1. Tim.
4.

(au) 1. Tim.
4.

(av) 1. Tim.
4.

(aw) 1. Tim.
4.

(ax) 1. Tim.
4.

(ay) 1. Tim.
4.

(az) 1. Tim.
4.

(ba) 1. Tim.
4.

(bb) 1. Tim.
4.

(bc) 1. Tim.
4.

tura Dei bona est, & nihil rejiciendum,
quod cum gratiarum actione percipitur.
Quinam fuerint ejusmodi hæretici, qui post-
ea hæc docuerint, quorum Paulus do-
ctrinam condemnat: sententia est Chryso-
stomi (g) & aliorum, hos fuisse Encra-
titas, Marcionitas, & Manichæos. Verum
ante hos, ipsi Apostolorum temporibus,
quæ hæc docuerunt, & cibos aliquos
detestarentur, hæreses prodire. Nam Igna-
tius, qui tunc vivebat, eosdem taxat hæ-
reticos, cavendosque monet, qui nuptias
& cibos damnarent: sic enim ait scribens
ad Philadelphios (h) post damnatam hæ-
resim Ebionis: Si quis universa hæc confi-
teatur, sed legitimam commixtionem & li-
berorum procreationem corruptelam & pol-
lutionem appellat, aut cibos aliquos dete-
standos putat; talis apostata illum dra-
conem in se habentem fovet. Idemque ea-
dem ex causa cum de virginibus agit, quo
hos scopulos vitent, eisdem hæc monet,
sed in primis conjugatas: Uxores, inquit,
maritis subditæ sint in timore Dei: virgi-
nes Christo in puritate, non abominantes
nuptias, sed id quod præstantius est ample-
ctentes, non in calumniam matrimonii, sed
ut libertioribus animis divina legis medi-
tationi vacent. Et cum agit de cibis, ad
Heronem (i) diaconum scribens, hæc
ait: Sejuniis & precibus vaca, & carne ne
immodice id agar, ne ipse te dejicias: vi-
no & carnibus ne prorsus abstinereas: nec
enim abominanda sunt: Bona terra, in-
quit, comedetis. Sed quinam fuerit ejus-
modi dogmatistes, Irenæus (k) aperte si-
gnificat, nimirum impium Saturninum,
ejusque gregales, de quibus hæc scribit;
post alios recensitos eorum errores: Nubere,
inquit, & generare, a satana dicunt esse:
multi etiam ex his qui sunt ab eo & ab a-
nimalibus abstinent, perfecta ejusmodi con-
tinentia seducentes multos. Hos igitur fi-
gnatos esse ab Apostolo, immo a Spiritu Dei
(ut ipse testatur) nulla est dubitatio: ipse e-
nim Saturninus primus fuit (inquit Theodo-
retus l) qui matrimonium, diaboli doctrinam
nominavit, juberetque abstinere ab anima-
tis. Docebat & hæc ipsa Ebion hæresiarcha
(ut tradit Epiphanius m) adversus quem i-
dem Ignatius scribit (n) ad Philadelphios.
At nec quemquam moveat, si novissi-
mis temporibus hæc (prænunciante Spi-
ritu) obventura fore, idem testetur Apo-
stolus: nam novissimum hoc esse tempus,
Dominus. (o) illis verbis significaverat,
dicens: Venit hora, & nunc est, quando
mortui audient vocem Filii Dei. Et paulo
post: Venit hora, in qua omnes qui in mo-
numentis sunt, audient vocem ejus, &c.
Sed & ipse Paulus, scribens ad Theffaloni-
censes (p), novissimum diem, quo Christus ad-
judicandum venturus esset jam in propinquo
esse, & sua ipsius ætate affore significavit: sed
nec ipse tantum id est opinatus, sed & Joan-
nes (q) ad suos scribens, dicebat: Filio-

(g) Chryf.
in 1. ad
Tim. bom.
12. Am-
bros. in
eandem
ep. & alii
recent.

(h) Ignat.
epist. 9.

(i) Ignat.
epist. 13.

(k) Iren.
lib. 1. c. 22.

(l) Theod.
har. fa. lib.
11.

(m) Epiph.
in Panar.
hæres. 28.

(n) Ignat.
ad Philad.
ep. 9.

(o) Joan. 5.

(p) 1. Thess.
4.

(q) 1. Joan.
2.

li: novissima hora est: & sicut audistis quia Antichristus venit, nunc Antichristi multi facti sunt: unde scimus quia novissima hora est. Quotquot enim recens emergebant heretici, eosdem credebant Antichristos: sed quod predictum erat, post illum ad iudicandum Dominum esse venturum; eadem conjectura iidem putarunt Apostoli, hæc videntes, jam novissimum instare diem. Hac eadem ratione Ignatius (a), cum eadem videret oborta impia dogmata quæ Paulus novissimis temporibus eventura prædixerat, scribens ad Ephesios, quos Timotheus, ad quem Paulus scripsit, prædicta ex ejus scripto docuerat, hæc ait: *Novissima jam sunt tempora: revertamur, & timeamus Dei longanimitatem.* Secreto enim arbitrio divini consilii, quod nefas est mortalem hominem perscrutari, hæc de futuris temporibus Apostolis etiam fuisse abscondita, certum est. Sic novissimum tempus esse dictum a Spiritu, pater, eodem sensu, quo & Dominus reliquum temporis usque ad resurrectionem mortuorum atque iudicium, horam unam appellat, nempe novissimam mundi ætatem.

CXCIII.
Heretici
novatores
abusu ver-
bis Pauli.

(b) 1. Tim.
4.

CXCIV.

Ex his igitur cum luce clarius certum exploratumque habeatur, quas hereses; quosve hereticos Paulus ad Timotheum scribens, monente divino Spiritu, demonstraverit: quam impie simul ac stulte, quam inepte ac pariter inerudite, quam denique turpiter atque procaciter Novantes heretici iisdem Pauli verbis abutantur in fugillationem Catholicæ veritatis, quæ cælibatum nuptiis superextollit, & ciborum commendat abstinentiam, patet. Non sic enim, ut dicti heretici, Ecclesia Catholica commendat virginitalatem, ut venerabiles nuptias thorunice immaculatum condemnet: neque cum ciborum prædicat abstinentiam, cibos cujusque generis tamquam malos abominandosque existimat, quos a Deo optimo maximo, nec ab alio creatos dicit esse numine, aliove principio; probe sciens (quod dicit Apostolus b) omnem creaturam Dei bonam esse, & nihil rejiciendum quod cum gratiarum actione percipitur. Sicut enim ingluvies detestanda visa est omnibus, ita etiam ciborum abstinentia fuit semper ab omnibus commendata: quam ut magis magisque tamquam egregiam temperantiæ virtutemque allarum multarum altricem atque parentem, assequi valeamus, deletum quemdam atque discretionem putavit Dei Ecclesia adhibendam esse ciborum, illos scilicet aliquando ad esum adhibens, qui visum sunt ad eam consequendam magis accommodati; illosque rursus pro tempore rejiciens, qui esculentiores cum sint, majus quam ad institutum par esse videretur, nutrimentum afferant.

Non enim illum quidem commendat ac

sequitur ciborum delectum, quem falsa ex causa Pythagoras excogitavit, vel Ægyptii invenerunt; nec quem lege divina olim ad statutum tempus præscriptum, post inde jam rancidum superstitione ministravit: sed quem Deus tam in priori quam in posteriori instrumento probasse cognoscitur. Quanto enim præconio coram omni populo extulit Dominus Rechabitas (c), qui non ex præscripto instituto alicujus antelatae legis, vel patriæ consuetudinis, sed tantum quod præcepto patris sui Jonadab abstinere a vino? Quanta item laude est sublatus a sponso amicus sponsi Joannes Baptista, qui talem habuisse cognoscitur delectum ciborum, ut de illo testaretur (d), neque manducasse panem, neque bibisse vinum? At cui credimus, si Dei testimonium testantis hæc iterum non accipimus? vel quis improbare audeat, quod Deus commendat? Nonne & Paulus per eandem lineam ferram deduxit, qui & ad Romanos (e) scribens, ait: *Bonum est non manducare carnem, & non bibere vinum, neque in quo frater tuus scandalizatur, aut infirmatur?* Ex quibus videas, adeo peculiare fuisse in illa primitiva Ecclesia florantissima, nec carnes manducare, nec vinum bibere, ut quantumlibet Fideles eis legitime uti possent, tamen ut rem insolitam admirati plerique offenderentur: cujus quidem scandali habendam esse aliquam rationem, idem mandat Apostolus.

Temperasse quidem se a carne & vino Apostolos, multa afferri possunt exempla. Ut enim id in primis de Petro Apostolo dicere possimus, facile persuadet Gregorius Nazianzenus (f), dum scribit, ipsum lupinis minuto asse venentibus famem pellere consuevisse. De Jacobo fratre Domini, nec carnes unquam in cibum, nec vinum in potum adhibere solitum, Hegesippus (g) affirmat. De Mattheo etiam hæc eadem Clemens Alexandrinus (h) his verbis: *Mattheus Apostolus feminibus, bacca, & oleribus absque carnibus utebatur.* Timotheum a vino abstulisse, sed occasione stomachi flacciditatis, modicum ex eo sumendum illi Paulum imperasse; tradunt Interpretes (i). Sed & ipsum Paulum a vino se cohibuisse, suo loco dicemus. Deficeret dies, si omnium sanctorum, quorum vita & mors est egregiis miraculis illustrata, de delectu ciborum hic vellemus exempla contexere, vel catalogum sanctorum Patrum, qui eundem Ecclesiæ Catholicæ ritum præclaris elogiis vel etiam commentariis illustrarunt, hic obiter recensere. Sed satisfactum putamus negotio, si uno verbo dixerimus (quod absque aliqua dubitatione constanterque asserimus) neminem reperiri sanctorum Patrum Catholicæ fidei professorem, qui, cum de ea re incidere ser-

De ciborum re-
ligioso de-
lectu.

(c) Hier.
35.

(d) Luc. 7.

(e) Rom.
14.

CXCV.
Apostolorum ab-
stinentia.

(f) Gregor.
Naz. orat.
de amore
Pauli.

(g) Hegesippus
apud Euseb.
lib. 2.
(h) Clem.
Alex. in
Padag. lib.
2. c. 1.

(i) Joan.
Chryf.
hom. in ea
verba
Pauli.

fermo, non tantum fuerit ejusmodi Ecclesiastici ritus firmus assertor, atque egregius prædicator, sed & fidelis imitator, pariterque sectator.

CXCVI.
De certorum die-
rum jeju-
nis ex A-
postolica
institutio-
ne.

At quod superest, videamus, num sicuti ciborum delectus Dei testimonio comprobatus, & usu Christianorum receptus, & omnium Patrum testimonio firmatus habetur, ita etiam certa tempora sint divina vel Apostolica auctoritate ad jejunandum Christianis præscripta. Occurrit de his in primis Augustini sententia sic dicentis, cum agit de jejunio sabbati: *Si autem (quoniam huic quantum potui sufficienter respondi, me puto) de hac re sententiam meam queris: Ego in Evangelicis & Apostolicis litteris, totoque instrumento quod appellatur Testamentum novum, animo id revolvens, video præceptum esse jejunium. Quibus autem diebus non oporteat jejunare, & quibus oporteat, præcepto Domini vel Apostolorum non invenio definitum.* Hæc ipse. Sed quod non reperitur divinis litteris esse mandatum; an Apostolica auctoritate sine scripto, sicut cetera multa, Ecclesiæ traditum habeatur, diligentiori investigatione disquirendum proponimus. Nemo quidem (mea sententia) de his quæ ab Apostolis agerentur, ac per eos inde Ecclesiæ traderentur, S. Ignatio testis fidelior adhiberi posse videtur, qui hæc ipsa est proxime contemplatus: nec est quod quis nedum dicere, sed de tanto viro nec leviter suspicari ullatenus possit, alia ab ipso fuisse Fidelibus, quos instituit, suis epistolis persuasa, quam quæ vidisset ab Apostolis usu probata, atque Fidelibus tradita. Scribens igitur ipse ad Philippenfes (a), quos Paulus ad fidem instituerat, ne certorum dierum jejunia negligant, inculcat his verbis: *Quadragesimale jejunium ne spernatis: continet enim exemplum conversationis Dominicæ. Post passionis Dominicæ hebdomadam jejunare quartis & sextis feriis ne negligatis, ciborum reliquias pauperibus largientes. Si quis Dominicam diem aut sabbatum (uno excepto) jejunarit, hic Christi interfector est.* Hucusque Ignatius. Sed quod æque ac diei Dominicæ prohibeat jejunium sabbati, agemus de his uberius paulo post. Sic itaque Apostolorum temporibus iisdemque instituentibus, certa jejunii tempora esse definita, jam nulla remanet dubitatio.

CXCVII.
(b) Aposto-
licus. 68.
apud
Theod.
(c) Clem.
Constit.
lib. 5. c. 13.

Ann. Eccl. Tom. I.

prædictis libentius abstinemus. Apostolicam esse institutionem jejunium Quadragesimæ, absque aliqua controversa in confesso semper in Ecclesia fuit. Unde Hieronymus (d) ad Marcellam: *Nos, inquit, unam Quadragesimam secundum traditionem Apostolorum toto anno, tempore nobis congruo jejunamus.* Et S. Leo (e) agens de eodem jejunio: *Merito, inquit, a sanctis Apostolis per doctrinam Spiritus sancti majora sunt ordinata jejunia; ut per commune consortium crucis Christi, etiam nos aliquid in eo quod propter nos gessit, ageremus; & alibi (f): Quod ergo, dilectissimi, omni tempore unumquamque convenit facere Christianum, id nunc sollicitius & devotius exequendum, ut Apostolica institutio quadragesimæ dierum jejunio impleatur, non ciborum parcitate tantummodo, sed privatione maxime vitiorum.* Hæc Leo. At Theophilus (g) Alexandrinus non tantum ex Apostolica traditione, sed ex Evangelica, Quadragesimale jejunium sibi vindicat. Sed ante Tertullianus (h), Quadragesimæ jejunium, quod ipse appellat jejunium Paschatis, tam ex Scriptura quam ex traditione majorum esse præscriptum, Catholicam Ecclesiam profiteri solitam, tradit, cum ait: *Præscriptis constituta esse solemniora huic fidei Scripturis, vel traditione majorum; nihilque observationis amplius adjiciendum ob illicitum innovationis. State in gradu isto, si potestis. Ecce enim convenio vos, & præter Pascha jejunantes, citra illos dies quibus ablati sunt sponsus, & statim semijejunia interponentes, & vos interdum pane visitantes, ut cuique visum est. Denique respondetis, hæc ex arbitrio agenda, non ex imperio, &c.*

Ex his quidem perspicue intelligitur, quædam fuisse in Ecclesia Catholica (in quam invehitur Tertullianus jam Montani factus affecta) jejunia ex imperio necessitate servanda, ut jejunium Quadragesimæ; quædam voluntaria ex arbitrio animi cujusque pendencia. Quod vero ex imperio erat, tum ex Scripturis, tum ex majorum traditione dimanans, in Ecclesia inviolabiliter servari solitum; hoc ipsum necessario servandum; atque adeo ex imperio, per publicum Ecclesiæ edictum, diaconus, præconis vice fungens, publice pronuntiabat. Unde Basilius (i): *Jejunium per omne tempus utile est his qui illud suscipiunt; & paulo post: Sed multo magis hoc tempore, quo per universum terrarum orbem undique denunciatur jejunii præconium: nec ulla est insula, nec terra continens, non civitas, non gens ulla, non extremus mundi angulus, ubi non sit auditum jejunii edictum: quin & exercitatus, & viatores, & nautæ, & negotiatores omnes pariter audiunt edictum, & summo gaudio excipiunt.* Ad hæc spectat, quod

(d) Hier. ad
Marcell.
epist. 54.
De Qua-
dragesi-
malis jeju-
niis.

(e) Leo
serm. 9. de
Quadr.
(f) Idem
serm. 6. de
Quadr. &
serm. 4.

(g) Theo-
phil. Pas-
chal. ep. 1.
in fine.

(h) Tertul-
lianus
adv. her.
Psychic. c.
13.

CXC.
VIII.

(i) Basilius
de jejun. orat.
2.

(a) Greg. Naz. epist. 74. Observantia quadragesimalis jejunii.

quod jejunii legem non observantem Gregorius (a) Nazianzenus Eleusium Præfatum redarguit, dicens: *Legibus injuriam facis judex, qui non jejunas. Et quomodo leges humanas servabis, qui divinas contempnis, ac pro nihilo putas? Purga tribunal tuum.* Appellat enim jejunii præceptum divinam legem, quod adeo in Ecclesia sacrosanctum ac penitus inviolabile haberetur. Ob eandem causam Augustinus (b) hæc ad populum: *Rogo vos, fratres carissimi, & admoneo, ut in isto legitimo & sacratissimo tempore, exceptis Dominicis diebus, nullus prandere præsumat; nisi forte ille, quem jejunare infirmitas non permittit. Quia aliis diebus jejunare, remedium est, aut premium; in Quadragesima non jejunare, peccatum est: alio tempore qui jejunat, accipit indulgentiam; in Quadragesima, qui non jejunat, sentiet penam.*

(b) Aug. de temp. serm. 62.

CXCIX. Sed et Hieronymus ab hujus præcepti censura nec infirmam ætatem patitur esse immunem. Scribens enim ad Lætiam de institutione filiarum, prohibens in tenellæ ætate onerâ abstinentiæ: *In Quadragesima tamen, inquit (c), continentia vela pendenda sunt, et tota auriga retinacula equis laxanda properantibus.* Hæc idcirco, quod ejusmodi jejunium ceteris venerabilius ac majori observantia dignius haberetur. Unde idem auctor ad Eustochium scribens (d): *Jejunium, inquit, totius anni æquale est, excepta Quadragesima, in qua conceditur districtius vivere.* Et de Asella sanctissima virgine ejusmodi ad Marcellam (e) scribens affert exemplum, dicens: *Cum per omnem annum jejunio pasceretur, bido triduoque sic permanens: tum vero in Quadragesima navigii sui vela tendebat, omnes pene hebdomadas vultu lætante coniungens: et, quod impossibile forsitan est hominibus ad credendum, Deo autem præstante, possibile est, ita ad quinquagenariam pervenit ætatem, ut non doleret stomachum, non viscerum cruciaretur injuria.* Mira quidem sunt hæc, sed non nova. Nam de Christianis testatur Lucianus (f), sic solitos esse servare jejunium, ut, quod ait, decem soles sine cibo transigerent. At vero majora his sunt quæ Gregorius Nazianzenus (g) de habitantibus Ponticam solitudinem monachis sui temporis ad Hellenium scribit, complures ex illis fuisse, qui totos viginti dies totidemque noctes a cibo abstinerent, dimidia ex parte Christi jejunium imitantes; ex eisque unum sui gregis ovem fuisse testatur. Et Augustinus (h) ad Casulanum, nonnullos suo tempore repertos esse, qui ultra hebdomadam perpetuum servassent jejunium, se novisse tradit; atque addit: *Ad ipsum quadragenarium numerum pervenisse quemdam, a fratribus fide dignis nobis asseveratum est.*

(c) Hier. ep. 7.

(d) Idem ep. 22.

(e) Idem ep. 15. De Miraculosa abstinentia.

(f) Lucianus in Philopat.

(g) Greg. Naz. ad Hellen. de monach.

(h) Aug. ad Casul. ep. 86.

At vero non una erat eademque omnium Quadragesimalis observatio, ut omnes totidem æque dies transigerent jejunantes: remissior enim quorundam ejus temporis erat jejuniorum perfectio, quos tamen tolerabat Ecclesia: de quibus hæc Irenæus (i), scribens ad Victorem Pontificem: *Non enim, inquit, de die Paschatis solum, sed etiam de jejunii ratione & modo ista est constituta controversia. Quidam namque unum se jejunare oportere existimant, alii duos, non pauci plures, multi quadraginta, atque diurnis nocturnisque horis omnibus numeratis, diem suum metiuntur ac statuunt. Atque hujusmodi eorum qui observabant jejunia varietas ac discrepantia non jam nostra ætate cepta est, verum etiam longe ante apud majores nostros, qui (ut conjectura a seque licet) non accurate consuetudinem eorum, vel qui simplicitate quadam, vel privata auctoritate aliquod in posterum tempus statuisse, observarunt. Atque nihilominus, cum isti inter se pacem tranquillam retinuerunt, tum etiam inter nos retinemus; sicque varia ac discrepans jejunii ratio concordiam fidei plurimum commendat.* Hucusque de his Irenæus. Consuevisse alios ad quintam diem tempore Quadragesimæ jejunium remittere, Augustinus (k) testatur scribens ad Januarium. Diversas alias fuisse diversarum Ecclesiarum consuetudines, Sozomenus narrat his verbis (l): *Jam illam quæ huic præcessit, quæque appellatur Quadragesima: in qua populus jejunat, alii sex dierum septimanas computant, ut Ilyrii, qui ad Occidentem siti sunt, necnon & universa Libya, & Ægyptus cum Palaestinis: alii septem, ut Constantinopolitani, & nationes circumjacentes usque ad Phœnices: alii sparsim tres intra sex aut septem istas jejunant: alii tres Pascha immediate præcedentes continent, &c.* Sequitur de Montani sectatoribus dicere: sed quia ab Ecclesia exulant; dicere prætermittimus. In Ecclesia Orientali sabbatum diem a jejunio Quadragesimæ excipiebant: quod in Occidente observare consuevit olim Ecclesia Mediolanensis, ut testatur Ambrosius (m), sic dicens: *Considera: Quadragesima totis præter sabbatum & Dominicam jejunatur diebus: hoc jejunium Domini Pascha concludit.* At de causa cur alii non jejunarent die sabbati, alii vero secus, dicemus paulo inferius.

(i) Irenæus ad Victorem Pontificem.

(k) Augustinus ad Januarium.

(l) Sozomenus hist. lib. 7. c. 19.

(m) Ambrosius lib. de Eliæ & jejuniæ. c. 10.

CC. Rursus etiam in Ecclesia Mediolanensi illud Ambrosius (n) observandum admonuit, ut integri dies quadragintaduoa Fidelibus jejunio transigerentur: ea nimirum ex causa, quod sicut populus Israel a captivitatis Ægyptiacæ jugo liberatus, totidem stationibus seu mansionibus ad terram promissionis pervenit;

(n) Ambrosius lib. de Quadragesimæ serm. 34. vet. edit.

eadem fere modo, eodemque numero juniorum, quæ (inquit idem Ambrosius) mansiones quædam nostræ sunt, ad optatum Paschatis festum iidem pervenirent; unde & invenitur usurpatum apud aliquos (a), ut jejunium frequenter Statio diceretur: cui sententiæ idem Ambrosius (b) alibi adstipulari videtur. Sed de stationibus alias. In Ecclesia Romana eadem ratio habebatur, dum quadragintaduoa dies Quadragesima contineret; sed ex eis trigintasextantam diebus Fideles jejunabant, aliam tamen ratione, quam sanctus Gregorius (c) pro concione ad populum his verbis declarat: *A presenti etenim die usque ad Paschalis solemnitatis gaudia, sex hebdomadae veniunt: quarum videlicet dies quadragintaduoa sunt, ex quibus dum sex dies Dominicæ abstinentia subtrahuntur, non plus in abstinentia quam triginta & sex dies remanent. Dum vero per trecentos & sexagintaquinque dies annus ducitur, & nos per triginta & sex dies affligimur, quasi anni nostri decimas Deo damus: ut qui nobismetipsos per acceptum munus vivimus, auctori nostro nos in ejus decimis per abstinentiam mortificemus. Unde, fratres carissimi, sicut offerre ex lege jubemini decimas rerum, ita et offerre contendite & decimas dierum, &c.* Sed ejusmodi usus alia itidem immutatus est ratione, dum ad explendum numerum quadraginta dierum jejunii, quatuor ex septima hebdomada dies ad jejunandum sunt coagmentati; nimirum ut consecratum jejunio Domini tempus ab omnibus servaretur. Ex quibus omnibus manifesti erroris arguitur Socrates (d), dum ait, Christianos, qui Romæ essent, tres tantum septimanas jejunantes ante Pascha, consuevisse transigere. At licet de usu Quadragesimalis observationis diversæ fuerint diversarum Ecclesiarum consuetudines: omnes tamen in id ipsum consenserunt, ut certa anni tempora, quæ sanctum Pascha præcurrunt, eadem jejuniis celebrarent. Ceterum nec vel in minimo lædi fidem diversa variaque Ecclesiarum consuetudine, Hieronymus (e), Augustinus (f), atque Gregorius (g) tradiderunt.

(a) Tertulianus.

(b) Ambrosius serm. 25. vet. edit.

(c) Gregorius dom. 16. in Evang.

(d) Socrates hist. lib. 5. c. 21.

(e) Hieronymus ep. 28. in fine.

(f) Augustinus ep. 118. ad Januarium.

(g) Gregorius lib. 1. ep. 41. ad Leandrum.

CCII. His de quadragesimæ jejunio qua potuimus brevitate contractis, jam de ceteris quæ ex traditione itidem Apostolica in Ecclesia sunt antiquitus observata jejunia, institutam orationem. Quod igitur ad hæc spectat: ea quæ de certorum dierum observatione jejunii ab Ignatio ad Philippenses scribente tradita reperiuntur, non aliunde quam ex Apostolica observatione & traditione manasse, satis dictum est superius. Ipse itaque post inculcatum jejunium Quadragesimæ, quarta insuper & sexta feria singulis hebdomadis esse jejunandum admonet (h); quod quidem usu receptum in Ecclesia fuisse,

(h) Ignatius epist. 8.

eadem fere modo, eodemque numero juniorum, quæ (inquit idem Ambrosius) mansiones quædam nostræ sunt, ad optatum Paschatis festum iidem pervenirent; unde & invenitur usurpatum apud aliquos (a), ut jejunium frequenter Statio diceretur: cui sententiæ idem Ambrosius (b) alibi adstipulari videtur. Sed de stationibus alias. In Ecclesia Romana eadem ratio habebatur, dum quadragintaduoa dies Quadragesima contineret; sed ex eis trigintasextantam diebus Fideles jejunabant, aliam tamen ratione, quam sanctus Gregorius (c) pro concione ad populum his verbis declarat: *A presenti etenim die usque ad Paschalis solemnitatis gaudia, sex hebdomadae veniunt: quarum videlicet dies quadragintaduoa sunt, ex quibus dum sex dies Dominicæ abstinentia subtrahuntur, non plus in abstinentia quam triginta & sex dies remanent. Dum vero per trecentos & sexagintaquinque dies annus ducitur, & nos per triginta & sex dies affligimur, quasi anni nostri decimas Deo damus: ut qui nobismetipsos per acceptum munus vivimus, auctori nostro nos in ejus decimis per abstinentiam mortificemus. Unde, fratres carissimi, sicut offerre ex lege jubemini decimas rerum, ita et offerre contendite & decimas dierum, &c.* Sed ejusmodi usus alia itidem immutatus est ratione, dum ad explendum numerum quadraginta dierum jejunii, quatuor ex septima hebdomada dies ad jejunandum sunt coagmentati; nimirum ut consecratum jejunio Domini tempus ab omnibus servaretur. Ex quibus omnibus manifesti erroris arguitur Socrates (d), dum ait, Christianos, qui Romæ essent, tres tantum septimanas jejunantes ante Pascha, consuevisse transigere. At licet de usu Quadragesimalis observationis diversæ fuerint diversarum Ecclesiarum consuetudines: omnes tamen in id ipsum consenserunt, ut certa anni tempora, quæ sanctum Pascha præcurrunt, eadem jejuniis celebrarent. Ceterum nec vel in minimo lædi fidem diversa variaque Ecclesiarum consuetudine, Hieronymus (e), Augustinus (f), atque Gregorius (g) tradiderunt.

(a) Tertulianus.

(b) Ambrosius serm. 25. vet. edit.

(c) Gregorius dom. 16. in Evang.

(d) Socrates hist. lib. 5. c. 21.

(e) Hieronymus ep. 28. in fine.

(f) Augustinus ep. 118. ad Januarium.

(g) Gregorius lib. 1. ep. 41. ad Leandrum.

CCIII. His de quadragesimæ jejunio qua potuimus brevitate contractis, jam de ceteris quæ ex traditione itidem Apostolica in Ecclesia sunt antiquitus observata jejunia, institutam orationem. Quod igitur ad hæc spectat: ea quæ de certorum dierum observatione jejunii ab Ignatio ad Philippenses scribente tradita reperiuntur, non aliunde quam ex Apostolica observatione & traditione manasse, satis dictum est superius. Ipse itaque post inculcatum jejunium Quadragesimæ, quarta insuper & sexta feria singulis hebdomadis esse jejunandum admonet (h); quod quidem usu receptum in Ecclesia fuisse,

(h) Ignatius epist. 8.

docet Tertullianus (i), cum ait: *Cur stationibus quartam & sextam sabbati dicamus? Stationes enim more suo jejunia nominat. Itidem Clemens (k) Alexandrinus his verbis: Novit ipse, Fidelis scilicet, jejunii quoque enigmata horum dierum, quarti inquam, & sexti: Dicitur autem ille quidem Mercurii, hic vero Veneris.* Appellat Clemens ænigmata, causam videlicet ac latentem rationem, seu mysterium, cujus intuitu præ ceteris diebus hebdomadæ Ecclesia ex traditione Apostolica dictos dies jejunandos suscepit: quod quidem Augustinus (l) scribens ad Casulanum declarat, sic dicens: *Cur autem quarta & sexta maxime jejunet Ecclesia, illa ratio reddi videtur, quod considerato Evangelio, ipsa quarta sabbati, quam vulgo quartam feriam vocant, concilium reperiuntur ad occidendum Dominum fecisse Judæi: intermisso autem uno die, cuius vespera Dominus Pascha cum discipulis manducavit, qui finis est ejus diei, quem vocamus quintam sabbati: deinde traditus est ea nocte, que jam ad sextam sabbati, qui dies passionis ejus manifestus est, pertinebat; & paulo post: Passus est Dominus (quod nullus ambigit) sexta sabbati; quapropter & ipsa sexta recte jejunio deputatur: jejunia; quippe humilitatem significant: unde dictum est: Humiliabam in jejunio animam meam.* Hucusque Augustinus.

(i) Tertullianus ad ver. Psychic. c. 14.

(k) Clemens Alex. Str. lib. 7.

(l) Augustinus ad Casulanum.

CCIV. Et de iisdem etiam jejuniis Apostolicis canon (m), & institutio (n); quibus qui non acquiescit, complura habet de eadem re testimonia antiquorum: nam & Origenes hæc ait (o): *Habemus Quadragesima dies jejunii consecratos: habemus quartam & sextam septimanæ dies, quibus solemniter jejunamus. Est certe libertas Christiano per omne tempus jejunandi, non observantia superstitione, sed virtute continentia: nam quomodo apud eos castitas incorrupta servatur, nisi arctioribus continentia fulta subsidis? & paulo post: Sed est alia adhuc religiosa jejunandi ratio, cujus laus quorundam Apostolorum litteris prædicatur. Invenimus enim in quodam libello, ab Apostolis dictum: Beatus est qui etiam jejunat, pro eo ut alat pauperem. Hæc Origenes, cuius homilia etiam descripta habetur apud Cyrillum Alexandrinum (p). Est & de jejuniis quartæ & sextæ feriæ antiquus canon Petri martyris Episcopi Alexandrini, utriusque diei causam reddentis in hæc verba: Non reprehendat nos quispiam quartam & sextam feriam observantes, in quibus nos jejunare secundum traditionem præceptum est. Quartam enim propter initium a Judæis concilium de prodicione Domini: sextam vero, quod ipse pro nobis passus sit.*

(m) Canon apost. 68.

(n) Clemens Const. lib. 5. c. 16. & c. 17.

(o) Origenes in Levit. hom. 10.

(p) Cyrillus in Levit. lib. 10.

De iisdem quoque jejuniis diebus hæc Epi-

CCIV.

(a) Epiph. in comp. doc. eccl. Epiphanius (a): Per totum quidem annum jejunium hoc servatur in eadem sancta Catholica Ecclesia, quarta inquam, & profabbato usque ad horam nonam, excepta sola Pentecoste, per totos quinquaginta dies, in quibus neque genua flectuntur, neque jejunium imperatum est. Subdit, solitas his diebus communiones fieri hora nona, ceteris vero diebus Dominicis, matutinis horis. Tertullianus (b) etiam testatur, in ceteris jejuniis observari solitum, ut producantur usque ad vesperam, in quarta vero & sexta feria usque ad nonam tantummodo. Ceterum quod tradit, in Ecclesia Romana eam viguisse consuetudinem, ut & cetera quoque jejunia solummodo usque ad nonam producerentur: calumniose hæc dicere, atque Montani spiritus furore percitus visus est effutire: nam etiam in aliorum temporum jejuniis id, ut aliis in locis, Romæ observaretur; in Quadragesima tamen non nisi vespere jejunia solvi consueverant: quam quidem consuetudinem antiquitus observatam, tradunt hi (c) qui Ecclesiasticas observationes, quæ Romæ potissimum servarentur, suis scriptis memorie commendarunt. Rursum ne quis putet Dei Ecclesiam jejunando bis in hebdomada, Phariseos esse imitatum, quorum erat institutum, ut jejunarent bis in sabbato: nam (quod & superius, cum de illis actum est, diximus) aliis illi jejunabant diebus, nimirum secunda & quinta die; quod non tantum apud Clementem (d) legitur, sed & Epiphanius (e) idem attestatur. Manichæi etiam (f) duos dies hebdomadæ, nempe quem dicunt Solis, & qui sequitur Lunæ, jejunandos susceperant.

CCV. Sed vetus est illa quæstio, de qua (ut tradit Hieronymus g) ad Lucinium scribens) Hippolytus martyr, & alii nobiles Scriptores commentarios edidere: Cur Romæ, ac nonnullis aliis in locis Occidentalis Ecclesiæ, susceptus additusque his est dies sabbati jejunandus: cum idem jejunium Orientalis Ecclesia execrata esse, videatur ab ipsis rerum Christianarum primordiis? Nam (ut vidimus) Ignatius (h) ad Philippenses scribens hæc ait: Si quis Dominicam diem, aut sabbatum (uno excepto) jejunavit, hic Christi interfector est. Rursum etiam est de eadem re Apostolicus dictus (i) canon in hæc verba: Si quis clericus Dominicam diem, aut sabbatum (uno solo dempto) jejunare depræhendatur; deponitor: sin autem laicus; a communione desiciat. Eadem & apud Clementem (k). Est quoque canon (l) quidam, sed suppositus sextæ Synodo, quo etiam ab Ecclesia Romana proscriptum, dicitur jejunium sabbati: sed de impostura illa suo loco fatus sumus. Cur vero tanti criminis reus constituitur ex

(b) Tertullianus in Psychic. c. 20. De horæ solvendi jejunii antiquo more.

(c) Microlog. 49. & alii.

(d) Clem. Const. lib. 7. c. 24. (e) Epiph. heres. 26. & in somn. (f) S. Leo ser. 4. in Quadrage.

(g) Hier. ep. 28.

(h) Ignat. ep. 8.

(i) Canon Apostolicus 35.

(k) Clem. Const. lib. 7. c. 24.

(l) Canon 35. Cur vetitum jejunium sabbati.

sententia Ignatii, qui die Dominico, vel sabbato jejunasset, diligenter causa pervestiganda est. Par quidem ratio in utroque, licet ex causa diversa provenit. Nam hæretici, de quibus nuper diximus, qui Christi resurrectionem negabant, cum Christiani ea potissimum die gauderent, ipsi in mærore eandem diem jejunantes ducebant. Alii vero qui Deum Hebræorum Orbis conditorem & legis auctorem malum esse, Christumque ad eum destruentem venisse dicebant; quod ille quiescisset die septima, & in ejus honorem Judæi sabbatum diem colerent, ipsi in ejus contumeliam eadem die sabbati jejunabant. Horum origo a Simone mago semel exorta, in Menandrum, Saturninum, Basilidem, Cerinthum, atque Carpocratem est infeliciter propagata: testatur hæc de his omnibus Irenæus (m), sed latius Epiphanius (n), & alii plures. Vixerunt omnes hi ejusdem Ignatii temporibus, qui suis scriptis eosdem infectatus, Fidelesque ut ab his caverent, & ne sicut hi, sabbato jejunarent, admonuit. Horum impietatis heres factus est Cerdon (o), cui Marcion successit. Quorum omnium licet essent diversi circa restandam fidem errores; in eam tamen sententiam æque omnes conspirarunt, ut Deum, quem dicebant auctorem mundi traderent esse malum, & quod ad hanc partem spectabat, in ejusdem Dei contumeliam sabbato jejunarent. Nam de Marcione hæc memoriæ prodidit Epiphanius (p): Sabbatum vero jejunat ob hanc causam. Quoniam Dei, inquit, Judæorum est requies, qui mundum fecit, & in septima die quiescit; nos jejunamus hanc, ut ne officium Dei Judæorum faciamus. Hæc ex ipsorum verbis recitat Epiphanius de causa ejus diei suscepti jejunii: ex quibus etiam ceterorum, qui eadem de Deo Hebræorum sentiebant, proditur ejusdem ratio instituti. Unde & manifesta certaque redditur causa, cur Orthodoxi Orientales, penes quos ea invalescerat hæresis, a sabbati jejunio temperarent, & cur illud Ignatius tantopere execraretur.

CCVL. Fervatio diei sabbati. At in eorumdem hæreticorum detestationem, non tantum illud penes eos introductum fuit, ut diem sabbati absque jejunio ducerent, sed etiam ut magna cum hilaritate transigerent, sacrosque conventus perinde ac ipsa die Dominica haberent. Sunt de ejusmodi institutione complura antiquorum testimonia: & ut incipiamus a Clemente, cujus nomine inscriptum volumen de Constitutionibus Apostolicis e Græcorum profuixisse fontibus, qui accurate perspexerit, non inficias iterit; hæc apud ipsum leguntur (q): Sabbatum, & Dominicam diem festum agimus: quoniam illud naturæ conditæ est monumentum, hic resurrectionis. Unum autem sabbatum servandum nobis est in toto anno, quod

(m) Irenæus lib. 1. c. 20. 21. 22. 23. 24. 25. (n) Epiph. heres. 21. 22. 23. 24. 27. 28. (o) Epiph. heres. 41. & 42.

(p) Epiph. heres. 42.

CCVL. Fervatio diei sabbati.

(q) Lib. 7. c. 24.

perinet ad sepulturam Domini, in quo jejunare oportet, non festum agere. Hæc ibi. Eadem complures alii: nam id Socrates (a) his verbis confirmat: Cum, inquit, festus conventus in ecclesiis fieri solent, &c. sed longe ante Gregorius Nyssenus in eorum oratione quam habuit adversus eos qui ægre ferunt reprehensiones, hæc eadem in hunc ferme modum: Quibus oculis vides diem Dominicum, qui despiciatur es sabbatum? Annesis quod hi dies fratres sunt? Quod si alterum probro affeceris, alterum offendas. Et Anastasius Nicænus (b): Sabbatum, inquit, & dies Dominicus sunt dies sancti & festi, neque licet in eis jejunare. Sic igitur cum eam diem hæretici (ut vidimus) contumeliis afficerent, quod Deus Hebræorum, quem malum dicebant, cum mundum creasset, quiescisset; contraria ratione Catholicis, non Judaizantes quidem, sed ut Deum patrem omnium, creatorem cæli & terræ, solemniter (ut par erat) celebritate venerarentur, debitique tanto numini obsequiis colerent, in ejus honorem sabbatum, non secus ac Dominicum diem in Christi Redemptoris gloriam, celebrandum esse duxerunt: & sicut nefas ducebant die Dominica jejunare, ita etiam sabbato, quod celebris dies esset, execrandum plane esse putabant. Sed id pie quidem, religioseque, non autem (ut dictum est) Judaice, quod faciebant (ut scribit Eusebius (c) Ebionæi.

At cum hæc servarentur in Oriente; quænam causa subit, ut in Occidente ac potissimum Romæ Fideles sabbato jejunarent? Sed quænam a nonnullis allata sint causæ, primum omnium in medium afferamus. Augustinus (d) scribens ad Casulanum hæc ait: Est quidem & hæc opinio plurimorum, quamvis prohibeant esse falsam plerique Romanæ, quod Apostolus Petrus cum Simone mago die Dominico certaturus, propter ipsum magnæ tentationis periculum, pridie cum ejusdem Urbis Ecclesia jejunaverit, & consecuto tam prospero ac glorioso successu, eundem morem tenuerit; cumque imitata sunt nonnulla Occidentales Ecclesiæ. Hæc Augustinus; eandemque causam affert Cassianus (e). Alia rursus causa redditur ab Innocentio (f) Romano Pontifice in eamquam ad Decentium Eugubinum Episcopum scribit epistola: Sabbato, inquit, jejunandum esse, ratio evidentissima demonstrat. Nam si diem Dominicum ob venerabilem resurrectionem Domini nostri Jesu Christi non solum in Pascha celebramus, verum etiam per singulos circulos hebdomadarum ipsius diei imaginem frequentamus: ac si sexta feria propter passionem Domini jejunamus; sabbatum prætermittere non debemus, quod inter tristitiam atque lætitiâ temporis illius videtur inclusum. Nam utique con-

(a) Socrat. hist. lib. 6. c. 8.

(b) Anast. Nicæn. lib. 7. c. 77.

(c) Euseb. hist. lib. 3. c. 21.

(d) Aug. ep. 86. Cur Occidentales jejunium susceperint diei sabbati.

(e) Cassian. Collat. 3. c. 10.

(f) Innoc. epist. 11. c. 4.

Ratio jejunii sabbati.

(g) Socrat. hist. lib. 5. c. 21.

CCVIII. Consuetudo Ecclesiarum servanda.

Stat Apostolos biduo isto & in mærore fuisse, & propter metum Judæorum se oculuisse: quod utique non dubium est, in tantum eos jejunasse biduo memorato, ut traditio Ecclesiæ habeat, isto biduo sacramenta penitus non celebrari: quæ utique forma per singulas tenenda est hebdomadas, propter id, quod commemoratio diei illius semper est celebranda. Hæc Innocentius: quibus non solum Romæ Ecclesiæ rationabilis consuetudo probatur, sed & Orientalis Ecclesiæ usum ritumque redditur magis magisque firmata. Nam si dicta ex causa, quod sublatus est sponsus, Orientales itidem (ut dictum est) sabbato majoris hebdomadæ jejunare soliti sunt; quænam adduci hac ex parte potest ratio diversitatis, si ejusdem hebdomadæ per singulas sequentes cujusque mensis septimanas (Quinquagesima tantum excepta) eadem jejunia quartæ & sextæ ferriæ revolverentur, sabbati vero nequaquam? Unde & Innocentius jure subdit: Quod si putant semel atque uno sabbato jejunandum: ergo & Dominica, & sexta feria semel in Pascha erit utique celebrandum. Si autem Dominici diei, & sextæ ferriæ per singulas hebdomadas reparanda imago est; demeritis est bidui agere consuetudinem, sabbato prætermisso, cum non disparem habeat causam, a sexta videlicet feria in qua Dominus passus est, quando & ad inferos fuit, ut tertia die resurgens, redderet lætitiâ post biduanam tristitiam præcedentem. Non ergo nos negamus sextam feriâ jejunandum; sed dicimus & sabbato hoc appendum, quia ambo dies tristitiam Apostolis, & his qui Christum secuti sunt, indixerunt. Hucusque de ratione jejunii diei sabbati Innocentius: ex quibus patentis mendaciæ Socrates (g) redarguitur, dum ait, Romæ in Quadragesima jejunare solitos Fideles, sabbato excepto atque Dominica. Sed sicut ea die jejunare Fideles Romæ consueverant, ita nefas ducebant eam feriâre diem, ne quid cum Judæis hæc ex parte commune habere viderentur: satisque Christianæ religioni consultam visum, si (quod Testamentum, ceteraque mysteria translata essent) mutarent etiam sabbatum in Dominicam, cum ea potissimum dies tot tantisque esset cumulata sacramentis: de qua translatione hæc Tertullianus (h) in Apologetico: Æque si diem solis lætitiâ indulgemus, alia in Apolog. do loco ab eis sumus, qui diem Solis otio & victui decernunt, exorbitantes & ipsi in Judaico more, quem ignorant. Hæc ipse.

His sic se habentibus non est quod quis calumniam facere possit, si in fugillationem dictarum hæresum, non æque ac Orientalis, Occidentalis Ecclesia feriaret servandam diem sabbati, sed jejunaret: nam tum quod

illa in ipsorum regionibus obortae essent haereses, atque potissimum coaluissent, magis necessarium illis ejus antidoti remedium videretur; tum etiam quod dum illorum haeresim ea ratione improbasse, aliam tamen ex parte Ebionaeis fuisse ipsa Occidentalis Ecclesia visa esset; nam & hi pariter colebant diem sabbatum atque Dominicum, ut de eis scribit Eusebius (a). Est de jejunio sabbati canon Concilii Eliberini (b), & alius Agathensis (c), ac pleraque alia testimonia sanctorum Patrum. Non enim Romana tantum ac eidem propinqua Ecclesiae id ipsum de jejunio sabbati servare solitae erant, sed & remotae etiam, ut tradit Hieronymus (d) scribens ad Augustinum. In Africa enim apud nonnullas Ecclesias, & inter alias Hipponensem, eandem consuetudinem viguisse, ex his quae Augustinus (e) scribit, satis perspicuum habetur. At praeter antiquiores illos, qui eodem argumento tractationes memoriae mandaverunt, quae & excidisse noscuntur, Hieronymus (f) & Augustinus (g) cum de ea quaestione consulerentur, in eandem pariter conspirantes sententiam, cujusque Ecclesiae consuetudinem servandam esse scripserunt: quod & Ambrosius S. Monicam eadem quaerenti aequae respondit (h). Abundet igitur (quod ait Hieronymus i) in his unaquaque provincia in sensu suo; & praecipua majorum, leges Apostolicas arbitretur. At de jejunio sabbati satis.

(a) Euseb. hist. lib. 3. c. 21.
(b) Concil. Eliber. c. 26.
(c) Concil. Agath. c. 31.
(d) Hier. epist. 97.
(e) Aug. ep. 36. & 118.
(f) Hier. ep. 23.
(g) Aug. ep. 36. & 118.

(h) Aug. ep. 36. in fine.
(i) Hier. ep. 28.

CCIX. Jejunium quatuor temporum ex institutione Apostolica.

VII. Dies Sabbati in Quadragesima.

Ad num. CCIV. & seqq. licet Sabbatum etiam in Quadragesima fuisse apud Romanos jejunio consecratum plura demonstrant, sunt tamen quos movet S. Leonis, Socratis & Cassiodori auctoritas; e quibus Valesius in Notis ad lib. 5. Socratis cap. 22. sibi persuasit, Socratis & Leonisque aetate Romanos in Quadragesima non jejunasse die Sabbati; sed tres tantummodo dies in singulis hebdomadibus jejunio destinatos a Leone notari, quinque a Socrate. Leo enim sermone 4. de Quadragesima hanc clausulam sibi in jejuniorum indicatione familiarem ita subiicit: *Secunda igitur & quarta & sexta feria jejunemus: Sabbato autem apud B. Petrum Apostolum vigilias celebremus: qui commendati sibi gregis curam habere non desinens, custodiam nobis de suis precibus obtinebit.* Socratis vero locus sic habet: *qui Romae sunt, tres continuas hebdomadas ante Pascha, EXCEPTIS SABBATO & DOMINICO DIE, jejunant.* Locus Leonis plurimum torfit quotquot Quadragesimalis jejunii materiam versarunt haecenus. Bellarminus tomo 3. Controv. 3. lib. 2. cap. 15. autumavit, Leonem loqui de jejunio quatuor dierum qui adduntur ante primam Dominicam Quadragesima, ut numerus quadragesimarius compleatur; et non idem qui olim Hugo Menardus Sacramentarium S. Gregorii commentans, istam explicationem merito rejicit, ostenditque quatuor illos dies, Gregorii ipsius

Jam de aliis quoque jejniis, quae institutione Apostolica in Ecclesiam sunt dilapsa, breviorum instituiamus orationem. Ipsa quidem quatuor anni temporum jejunia, quae in Ecclesia servari solent, ex Apostolica institutione sumptisse principium, S. Leo absque ulla dubitatione confirmat, non autem a Callisto Papa, ut alii tradiderunt: nam ipse si qua de his scripsit, edito decreto firmavit quae a majoribus ex traditione perceperat. Leo igitur post repetitam ejus originem, dum ejusdem observationis assert rationem, haec ait (k): *Ideo enim ipsa continentiae observantia quatuor est assignata temporibus; ut in id ipsum totius anni redeunte decursu, cognosceremus, nos indefinenter purificationibus indigere.* At licet nonnihil cum legalibus videantur haec jejunia habere commune: tamen eorum quae ad optimos mores instituendos pertinere visa essent, nonnulla jure laudabiliterque esse mutatos Apostolos, idem testatur sic dicens (l): *Apostolica institutio, dilectissimi, quae Dominum Jesum Christum ad hoc venire in hunc mundum noverat, ut legem non solveret, ita veteris Testamenti sacramenta distinguit, ut quadam ex eis, sicut erant condita, Evangelicae eruditioni profutura decerneret, & quae dudum fuerant consuetudinis Judaicae, fierent observantiae Christianae.* Et inferius: *Quod igitur, dilectissimi, ex veteris praedicatione doctrinae ad purificationem animarum corporumque nostrorum jejunium septimi mensis assumimus; non legalibus nos oneribus subijcimus, sed utilitatem continentiae, quae Christi Evangelio servit, amplectimur.* Haec ipse: qui cum agit de jejunio decimi mensis, fortius eadem inculcat his verbis (m): *Non ideo negligendum est, quia de observantia veteris legis assumptum*

etate in usa non fuisse, nedum Leonis temporibus. In eam autem it ipse sententiam, non plures revera dies Romae tunc temporis jejunio fuisse consecratos, quam qui in eo Sermone a. B. Leone designantur. Subscribit Menardo Dalaeus magni nominis inter Protestantes Scriptor; Sabbatum tamen tribus illis diebus ex solito per annum Romanorum more superaddendum existimat. Valesius ne Sabbati quidem jejunium per quadragesimam Romae tunc celebratum censet, at praeter hunc Leonis locum, probationem adducit nullam. Sic inter Orthodoxos & Protestantes medium Leonem hinc inde trahit in suam quisque sententiam, nec tamen quisquam ante Quaesnellum in Dissert. VI. de Jejunio Sabbati, in Ecclesia Romana, cum intellexit, aut recte explicavit.

VIII. S. Leo contrariae opiniononi non favet.

IX. Socrates & Cassiodorus non audiendi.

ptum est jejunium decimi mensis; tamquam hoc de illis sit, quae inter discretiones ciborum, inter baptismatum differentias, & ovium pecudumque hostias esse desisterunt. Illa enim, quae rerum futurarum figuras gerebant, expletis quae significaverunt, finita sunt. Jejuniorum vero utilitatem novi testamenti gratia non removit, & continentiam corpori atque animae semper profuturam pia observatione suscepit.

(k) Leo in jejun. mens. sept. serm. 9.
(l) Leo in jejun. mens. sept. serm. 7.
(m) Leo in jejun. mens. dec. serm. 4.

CCX. Quatuor tempora decreta Jejunii.

(a) Tertul. adv. Psychic. c. 13.
(b) Leo in jejun. dec. mens. ser. 8.
(c) Zach. 8.
(d) Athan. in Apolog. de fuga sua.

Ad haec (ni fallimur) Judaeorum antiqua jejunia Tertullianus (a) videtur alludere, dum ait: *Aspice Judaicos Fastos, & invenies nihil novum, si quae patribus sunt praecipua, omnis deinceps posteritas hereditaria religione custodit.* Quenam essent autem horum jejuniorum praecipua tempora, idem Leo (b) alibi declarat his verbis: *Hujus observantiae utilitas, dilectissimi, in Ecclesiasticis est praecipue constituta jejunis, quae ex doctrina sancti Spiritus ita per totius anni circulum distributa sunt, ut lex abstinentiae omnibus sit adscripta temporibus. Siquidem jejunium vernum in Quadragesima, aestivum in Pentecoste, autumnale in mense septimo, biennale autem in hoc qui est decimus, celebramus, intelligentes divinis nihil vacuum esse praecipitis.* At duo priora apud Hebraeos alio erant distincta ordine; de quo ait Zacharias (c): *Haec dicit Dominus exercituum: Jejunium quarti, & jejunium quinti, & jejunium septimi, & jejunium decimi erit domui Juda in gaudium & letitiam, & in solemnitates praclaras.* Eadem quatuor temporum jejunia celebrari solita in Ecclesia Orientali, Athanasius (d) Ann. Eccl. Tom. I.

Monachos & Clericos, Homilias Sermonesque SS. Patrum suis usibus aptare, atque aliqua addere, quae propriae solemnitati convenirent. Quare arbitratur Quaesnellus simile quid contigisse huic Sermoni 4. de quadragesima; ab ea sc. ad aliud jejunium translatum esse: atque ut pro more Leonis, & pro loci etiam consuetudine, feriarum, quae istis jejniis deputatae erant, solennis inter officia fieret inditio, concinnata est praefata formula, quam bona fide transcripserunt ex libris Lectionariis, qui de S. Leonis Sermonibus in unum corpus colligendis, & publicae luci dandis primi cogitaverunt. Testis est enim Gregorius Turonensis lib. 10. cap. 31. *Perpetuum illius urbis Episcopum, qui Leonis aequalis erat, ut suppar, terna in septimana jejunia instituisse a Martini depositione usque ad Natale Domini, quod postea in Concilio Martisconensi I. his verbis confirmatum: Ut a feria S. Martini usque ad Natale Domini, secunda & sexta Sabbati jejunetur, & sacrificia quadragesimali debeat ordine celebrari, &c.* Hinc sumta illa verba, in quibus explicandis ante Quaesnellum frustra sudatum est.

Quoad Socratem, is egregie hallucinatus, inquit ibidem Quaesnellus, Graecumque homo sextantis fere leucis a Romana urbe agens, Romanam disciplinam ignarus, incertissimique deceptus rumulculis, aliis errandi locum dedit. Socratis errorem correxit Sozomenus, cum lib. 8.

satis monstrasse videtur, dum de aestivo jejunio tempore Pentecostes celebrari consueto meminit, dicens: *In hebdomada siquidem post sacram Pentecosten populus, completis jejniis, ad orandum ad coemeterium abiit.*

Praeter haec omnia, antiquissimus mos in Ecclesia inolevit, ut sive cum ab Episcopis essent Concilia celebranda, sive cum aliqua urgens afflictio immineret, vel alia aliquo modo opportunitas postularet, unusquisque Episcopus suo populo peculiaris quaedam ex animi arbitrio indiceret observanda jejunia. Est egregium de ea re monumentum (ut praetermittamus canones de his statutos, & exempla quamplurima) apud Tertullianum (e): agens enim contra Psychicos, ac proinde adversus Catholicos, qui Catholicae Ecclesiae mores essent, his verbis significat: *Bene autem, quod & Episcopi universae plebi mandare jejunia asoleant: non dico de industria, stipium conferendarum, ut vestrae captivae est: sed interdum & ex aliqua sollicitudinis Ecclesiasticae causa. Itaque si & ex edito hominis, & in unum omnes commoverentur agitatis; quomodo in nobis ipsam quoque unitatem jejunationum & xerophagiarum & stationum denotatis? & paulo post: *Aguntur praecipua per Gracias illas certis in locis Concilia ex universis Ecclesiis, per quae & altiora quaeque in commune tractantur, & ipsa representatio totius nominis Christiani magna veneratione celebratur. Et hoc quam dignum, fide auspicante congregari undique ad Christum. Vide de quam bonum & quam jucundum habitare**

CCXI. Jejunia arbitrio Episcoporum sanciri solita.

(e) Tertul. adv. Psychic. c. 13.

ve fratres in unum; hoc tu psallere non facile nosti, nisi quo tempore cum compluribus cenas. Conveniunt autem illi stationibus prius & jejunationibus operati, dolere cum dolentibus, & ita demum gaudere cum gaudentibus norunt. Hucusque Tertullianus, cum eo exemplo nova a Montano constituta jejunia validare conatur: sed de illis nos fufius suo loco agemus. Porro quod ad hæc per homines indicta jejunia spectat; quantum illis Deus favore visus sit, ut etiam miraculis maximis editis comprobarit, testis est Irenæus (a), dum de hæreticis, qui numquam quid simile facere potuerunt, hæc ait: Nec enim cæcis possunt donare visum, neque surdis auditum, neque omnes demones effugare, præter eos qui ab ipsi immittuntur (si tamen & hoc faciunt) neque debiles, aut claudos, aut paralyticos curare, vel alia quadam parte corporis vexatos (quemadmodum saepe evenit fieri secundum corporalem infirmitatem) vel earum quæ a foris accidit infirmitatum bonas valetudines restaurare: tantum absunt ab eo ut mortuum excitent, quemadmodum Dominus excitavit, & Apostoli per orationem; & in fraternitate sepiissime propter aliquid necessarium, ea quæ est in quoque loco Ecclesia universa postulante, per jejunium & supplicationem multam reversus est spiritus mortuo, & donatus est homo orationibus sanctorum. Hæc ille. Atque satis de antiquis jejunis Ecclesiasticis occasione delectus ciborum, cuius (ut vidimus) Paulus meminit scribens ad Timotheum. Sed jam

(a) Iren. lib. 2. c. 57.

pauca reliqua, quæ a Paulo hoc eodem anno sunt gesta, & a Luca conscripta, suo ordine referamus.

CCXII.

Cum igitur Paulus magnam hujus anni partem insumpisset in Macedonia, illas confirmans Ecclesias; quid egerit post hæc, Lucas in Actis (b) declarat his verbis: Cum autem pertransisset partes illas, Macedonia scilicet, & exhortatus eos fuisset multo sermone, venit in Græciam, non quidem pedestri itinere, sed usus navigatione. Nam per Ægæum mare Cycladas adnavigans, pervenit Cretam, illicque ad eam curandam Ecclesiam reliquit Titum discipulum amatissimum. Id quidem ex epistola ejusdem Pauli ad Titum (c) satis colligitur, dum ait: Hujus rei gratia reliqui te Creta, ut ea quæ defuncti corrigas, & constituas per civitates presbyteros. Quomodo autem scripta ad eum epistola, ipsum in Græciam advocaverit, dicemus suo loco, sequenti anno. Finis jam esto narrationi rerum gestarum præfentis anni, quo (ut vidimus) Paulus recedens Epheso, abiit in Macedoniam, ac tandem in Græciam, scripsitque diversis temporibus primam epistolam ad Corinthios, ac aliam itidem primam ad Timotheum.

CCXIII.

(d) Tacit. Annal. lib. 13.

Quod pertinet ad res Romanas: hoc eodem anno (d) Nero Imp. Britannicum Cæsarem Claudii ex Messalina filium veneno sustulit, simulque ad omnem savitiam atque libidinem animum hæctenus continentem prostituit: sed hæc pluribus Ethnici historici tractant.

JESU CHRISTI ANNUS 58.

PETRI ANNUS 14.

NERONIS IMP. ANNUS 2.

Anno jam adveniente Christi quinquagesimo-octavo, Q. Volusio (e) & P. Cornelio Scipione Coss. Paulus Apostolus cum (ut dictum est ex Luca f) anno superiori pervenisset ex insula Creta in Græciam, jamque aditum sibi pararet, ut Evangelium prædicaret ceteris gentibus, quæ usque ad Illyricum interiarent; Titum, quem Cretæ reliquerat, scripta ad eum epistola, ut Nicopolim quam citissime se conferret admonuit, dicens (g): Cum misero ad te Artemam, aut Tychicum, festina ad me venire Nicopolim: ibi enim statui hiemare. Est hæc civitas juxta sinum Ambracium posita in provincia Acarnaniæ, qua terminatur Epirus, a Græcia per Acheloum flumen divisa. Cum igitur Titum jubeat venire Nicopolim; putarunt nonnulli, ibidem loci datam, fuisse dictam ad Titum epistolam; verum cum in ea dicat Apostolus: Ibi statui hi-

(e) Tacit. Annal. lib. 13.

(f) Act. 20.

Ex Græcia Paulus scribit ad Titum.

(g) Tit. 3.

mare; nondum eo pervenisse, plane declarat. Sed ut de his fufius agamus: quod ad Titum pertinet, ad quem Paulus Græcia scribit epistolam: fuisse ipsum ab eo ordinatum Cretensem Episcopum, in confesso est apud omnes, licet alii senserint non Cretæ solum, sed & aliarum ejusdem pelagi adjacentium insularum illi esse curam ab Apostolo demandatam: quin & ejusdem Pauli (h) testimonio comperitur habetur, postea & in Dalmatiam Evangelii causa profectum esse. Est ejus epistolæ talis inscriptio: Paulus servus Dei, Apostolus autem Jesu Christi, &c.

(h) 2. Tim. 4.

Sicut Apostolorum res gestas, ita & in scribendo morem observare, nostrarum partium esse deducimus, Honoris quidem titulum esse Apostolatam, & qui primum in Ecclesiastica hierarchia sibi vindicet locum, ejusdem testificatione (i) expressum habetur. At licet alibi se abortivum dicat,

II.

(i) 1. Cor. 12. Ephes. 4.

cat, & indignum hoc (a) nomine: tamen in scribendis litteris eo utitur honoris titulo, non quidem arrogantia fastu, sed ordine atque decencia muneris: adeo ut, cum opus fuerit, illum ipsum gloriæ titulum non tam gloriose quam libere consueverit ostentare; ut cum ad Corinthios (b) scribens, ait: An non sum Apostolus? & ad Timotheum (c): Postius sum ego prædicator, & Apostolus (veritatem dico, non mentor) doctor Gentium in fide & veritate. Unde & S. Hieronymus in hunc locum: Quod Paulus ait: Apostolus Jesu Christi: tale mihi videtur, quasi dixerit: Præfector prætorio Augusti Cæsaris, Magister exercitus Tiberii Imp. & infra: Grandem, inquit, inter Christianos sibi vendicans dignitatem, Apostolorum se Christi titulo prænotavit, ut ex ipsa lectione nominis auctoritate detereret; indicans, omnes qui Christo crederent, debere esse sibi subjectos. Hæc Hieronymus. Ceterum ne in his multum immerer: consuevisse majores nostros non tantum ex munere debitis uti titulis, sed eisdem aliis impartiendo fuisse copiosissimos, unum de Ignatio testimonium satis superque poterit admonere: qui ad Heronem diaconum scribens, sic exorditur (d): Ignatius, qui & Theophorus, a Deo honorato, exoptatissimo, ornatissimo, Christo Spirituque pleno germano filio in fide & charitate Heroni diacono Christi, famulo Dei. Hic sane Catholicorum mos fuit. At quid hæretici? Audi Chryostomum (e): Ut diabolus, ita (inquit) etiam quilibet facit hæreticus vehementissimus in tempore persecutionis loquens cum Pontifice, nec cum vocat Pontificem, nec Archiepiscopum, nec Religiosissimum, nec Sanctum. Sed quid? Reverentia tua, Sapientia tua, Prudentia tua, Justitia tua, & nomina illi adducit communia, ejus negans auctoritatem. Diabolus hoc tunc fecit in Deo. Hæc ille. Ann. Eccl. Tom. I.

(a) 1. Cor. 15.

(b) 1. Cor. 9.

(c) 1. Tim. 2.

Tituli honoris copiose imptiti.

(d) Ignat. ep. 13.

(e) Chryst. hom. in Psal. 13.

Scribens igitur Paulus ad Titum, illum primum admonuit, cujus rei causam eum reliquisset Cretæ; nimirum, ut quæ essent corrigenda, corrigeret, constitueretque per civitates presbyteros. Quales vero esse deberent, qui civitatibus præficiendi essent sacerdotes, his verbis velut quibusdam coloribus pingens; ait (f): Si quis sine crimine est, unus uxoris vir, filios habens fideles, non in accusatione luxurie, aut non subditos. Oportet enim Episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem, non superbum, &c. Cum ergo quales esse deberent presbyteri, qui præficiendi essent per civitates, describat, moxque eosdem Episcopos nominet; inde Joannes Chryostomus (g) in eadem sententiam adductus est, ut existimaret, non communes quoque presbyteros, sed Episcopos ab eo diversis civitatibus institutos, Paulum Tito mandasse. Eadem occasione Hieronymus (h) ejus sententiæ firmus assertor fuisse videtur, ut olim his coalescentis Ecclesiæ primis exordis, idem esset presbyter qui & Episcopus, & consuetudine potius quam Dominica institutione factum, ut presbyteris præessent Episcopi. Utitur ad eandem rem probandam ejusdem ad Titum Pauli testimonio, necnon & epistolæ ad Philippenses, ubi cum in ejus inscriptione dicit: Paulus & Timotheus servi Jesu Christi, omnibus sanctis in Christo Jesu, qui sunt Philippis eum Episcopis & diaconis. Per Episcopos significare voluisse presbyteros, certum esse putavit: quandoquidem unum in civitate Episcopum esse oportuit, & non plures. Sic etiam & in Actis, cum Paulus alloquitur presbyteros Ephesinæ Ecclesiæ, eosdem appellat Episcopos, dicens (i): Attendite vobis & universo gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos pascere Ecclesiam Dei. Ad hæc etiam adducitur, quod idem Paulus scribens ad Titum

III.

(f) Tit. 1. De Episcopis & presbyteris.

(g) Chryst. in epist. ad Tit. hom. 2.

(h) Hier. in ep. ad Tit. c. 1. & ad Evagrium epist. 83.

(i) Act. 20.

Q 99 2 100

SANCTI PETRI 3.

NERONIS IMP. 2.

SÆC. I. ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5549.

Anno Urbis 809.

Olymp. 208. an. 4.

AN. C. 56.

9. DC. 19. P. 18. April. Indict. 14.

JESU CHRISTI 56. secund. Baronium 58.

[1] Ad num. I. Coss. Q. Volusius, Saturninus & P. Cornelius Scipio ex inscriptione Onuphriana & ex Phlegonte in lib. de Reb. M. Consules.

[1] Coss. Q. Volusius Saturninus & P. Cornelius Scipio. Lapis apud Onuphrum in consulibus hujus anni: Q. VOLUSIO SATURN. P. CORNELIO SCIP. COS. AUGUSTALES. QUI NERONT. CLAUDIO. CAESARI AUGUST. ET AGRIPPINÆ. AUGUSTÆ. &c. Ludi facti dicuntur XIII. XII. K. Mart. Nomina Neronis & Agrippinae abraha sunt apud Pighium ad A. V. 808. & apud Gruterum pag. IX. 4. In tabula aenea apud Reinesium pag. 476. VOLUSIO, P. CORNELIO. COS. VI. NON. MART. S. C. QUODQ. VOLUSIUS. P. CORNELIUS. VERBA FECERUNT. Tacitus Annal. lib. XIII. cap. XXV. Q. Volusio P. Scipione Coss. Plinius lib. VII. Cap. XIV. Nuper etiam L. Volusio Saturnino, in Urbis præfectura extincto, notum est, Cornelium Scipionem gentis, Volusium Saturninum qui consul fuit, genitum post LXII. annum. Fasti Idatii & Vindebonenses: Saturnino & Scipione. Pighio, & Almelovonio successores creduntur ex K. Julii Curtius Marcia, & Dubius Avitus.

(a) *1. Tim.* motheum (a), cum instruxisset Episcopos, ad diaconos transit, presbyteris praetermissis, quasi illos cum Episcopis comprehensos esse voluerit: sicut etiam cum inferius eundem alloquens ait (b): *Noli negligere gratiam, quae in te est, quae data est tibi per impositionem manuum presbyteris; nempe Episcoporum, presbyteros dicens Episcopos, quorum (ut idem proficitur Hieronymus (c) scribens ad Evagrium) est muneris ordinare, non autem presbyterorum. His additur, quod & Petrus (d) & Joannes (e) cum essent Apostoli, se ipsos tamen presbyteros nominant: Hæc cum pluribus in locis (f), itaque fufus idem auctor pertractet: totam quaestionem hoc ligat nodo conclusionis, ut idem esset Episcopus qui & presbyter, idemque presbyter qui & Episcopus ac, deum ait (g): *Hæc propterea, ut ostenderemus apud veteres eosdem fuisse presbyteros, quos Episcopos: paulatim vero, ut diffusionum feminaria evellentur, ad unum quæmnem sollicitudinem esse delatam. Sicut ergo presbyteri sciunt se ex consuetudine Ecclesiae, ei qui sibi praepositus fuerit, esse subiectos: ita Episcopi noverint, se magis consuetudine quam dispositionis Dominicae veritate presbyteris esse majores, & in commune habere Ecclesiam regere, imitantes Moysen, qui cum habuerit in potestate solus praesse populo Israel, septuaginta elegit, cum quibus populum iudicaret. Hæc ille, qui id ipsum habet in epistola ad Evagrium, affirmans nimirum, occasione schismatis tollendi, atque vitandi, institutum esse, ut: uni ex presbyteris omnes parent, quem Episcopum nominarent.**

IV. Arripuerunt autem ex his male acceptis occasionem Novatores, ut Episcopalem dignitatem dicerent mala ex causa in Ecclesiam irrepsisse, & non a Christo fuisse institutam. Cum igitur vel hac via hierarchicum ordinem in Ecclesia contentur evertere: ex instituto necessitas nobis incumbit, ut de his attentius, sed tamen quantum breviter possumus, disseramus. Sed illud in primis monendum esse putamus; inconsulte nimis esse locutos, ac prorfus hallucinatos (h), qui hac ex parte Hieronymo aliisque gravissimis Ecclesiae Catholicae Patribus adeo temere Arianismum impingere non sunt veriti. Aerius enim haeresiarcha (ut de eo tradit Epiphanius i) homo proca, eo quod non potuerit creati Episcopus, sed presbyter semel ordinatus, semper in ea functione permanferit, dicere non est veritus, nihil prorsus inter Episcopum ac presbyterum interesse. Sed quam impudenter & impie cogantur Hieronymus, Ambrosius, Augustinus, & Joannes Chryostomus (ut praetermittam cæteros eadem cum his sentientes) dista hæresi inviti licet ac se pius reclamantes ad stipulari, apud a-

(b) Sugillat auctor post hæreticos Michaelem Medinam in lib. de sacr. hom. orig. c. 5. (i) Epiph. haeresi 75.

quum lectorem iudicium esto. At videamus primum quid Aerius diceret: *Erant (inquit Epiphanius) ipsi sermo furiosus magis quam humanae conditionis, & dicebat: Quid est Episcopus ad presbyterum? nihil differt hic ab illo: unus enim est ordo, & unus (inquit) honor, & una dignitas. Imponit manus Episcopus, ita etiam presbyter: lavacrum dat Episcopus, similiter & presbyter: dispensationem cultus divini facit Episcopus, & presbyter similiter: sedet Episcopus in throno, sedet etiam presbyter.* Hæc de Aerii hæresi Epiphanius: a qua Hieronymus quantum abhorreat, sua ipsius scripta testantur.

Ipse igitur in primis in eadem, quam ad Evagrium (k) scripsit, epistola, certe quidem longe majori dignitate sublimem, etiam in sedendo, fuisse Episcopum, ampliorique auctum officio in manus impositione, ut ipsius tantum & non presbyteri esset id muneris, contra Aerii dogma egregie profutur: qui de sede sublimiori in primis hæc ait: *Nam & Alexandria a Marco Evangelista usque ad Heraclam. & Dionysium Episcopos, presbyteri semper unum ex se electum in excelsari gradu collocatum, Episcopum nominant: quomodo si exercitus Imperatorem faciat. De manus vero impositione sic excipit. Quid enim facit, excepta ordinatione, Episcopus, quod presbyter non faciat? At quanta hæc est differentia? Audi Epiphanius (l): *Dicere, inquit, ipsum Episcopum & presbyterum æqualem esse, quomodo erit possibile? Episcoporum enim ordo, patrum generator est; patres enim generat Ecclesiae; presbyterorum vero, non potens generare patres, per lavacri regenerationem generat filios Ecclesiae, non tamen patres, aut doctores; & quomodo possibile erat presbyterum constituere non habentem manuum impositionem ad eligendum, aut dicere ipsum æqualem esse Episcopo?* Hæc ille. Agens item S. Hieronymus contra Luciferianos, concessam esse etiam eam manus impositionem Episcopis dicit, negatamque presbyteris; qua baptizati reciperent Spiritum sanctum: ait enim: *Non quidem abnuo esse Ecclesiarum consuetudinem, ut ad eos qui longe in minoribus urbibus per presbyteros & diaconos baptizati sunt, Episcopus ad invocationem sancti Spiritus manum imponitur excurrat; et paulo post: Quod si hoc loco quaeris, quare in Ecclesia baptizatus, nisi per manus Episcopi non accipiat Spiritum sanctum, quem nos asserimus in vero baptizate tribui: Disce hanc observationem ex ea auctoritate descendere, quod post ascensum Domini Spiritus sanctus ad Apostolos descendit; ac denique: Ecclesia salus in summi sacerdoti dignitate pendet: cui si non exors quadam & ab hominibus eminentur auctoritas, tot in Ecclesia efficiuntur schi-**

V. (k) Hier. ad Evagr. ep. 85.

Quam præfiet Episcopus Presbyteris.

(l) Epiph. haeresi 75.

schismata, quot sacerdotes. Inde evenit ut sine charismate & Episcopi iustione neque presbyter neque diaconus jus habeant baptizandi. Hucusque Hieronymus; qui & in citata superius epistola ad Evagrium (a), & ad Nepotianum (b), sicut ab Aaron ceteri differebant sacerdotes, ita in Ecclesia eodem gradu ab Episcopis differre presbyteros, firmiter asseverat. Hæc quidem quantum impugnent Aerium, nemo non videt.

VI. Sed quod negaretur presbyteris, Episcopis vero concessum esset (ut aliam ingrediamur differere controversiam) numquid hoc post oborta in Ecclesia schismata ortum habuerit, ut Hieronymus his verbis videtur asserere: *Quod postea unus electus est qui ceteris praeposatur, in schismatis remedium factum est; ne unusquisque ad se trahens, Ecclesiam Christi rumperet; vel cum alibi (c) ait: Idem presbyter quod Episcopus: & antequam diaboli instinctu studia in religione fierent, & dicebatur in populis; Ego sum Pauli, ego Apollo, ego vero Cepha; communi presbyterorum consilio Ecclesiae gubernabantur. An potius olim ipso initio nascentis Ecclesiae ante aliquam diffensionem constat hæc fuerint ab Apostolis observata, diligenter est exquirendum. Quia in re non alium in praesentiarum adversus Hieronymum valentiorum auctorem, fortioeremque testem, quam ipsum sibi Hieronymum objicere possumus; qui eodem commentario adversus Luciferianos conscripto aperte demonstrat, manuum impositionem concessam Episcopis, presbyteris vero interdictam, non factam esse post exorta schismata in Ecclesia; sed, quod ait: *Disce hanc observationem ex ea auctoritate descendere, quod post ascensum Domini Spiritus sanctus ad Apostolos descendit; eaque ratione quantumlibet a Philippo baptizati essent Samaritani, tamen ad imponendam super eos manum, ut acciperent Spiritum sanctum, missos esse (ut Acta (d) declarant) Petrum atque Joannem, quod Apostolorum tantummodo hoc esset munus. Non ergo post orta schismata, sed statim ipsa prima Ecclesiae ætate hæc esse servata, ejusdem Hieronymi testimonio confirmatur.**

VII. Sed ad hæc insuper, an id ipsum ab hominibus factum sit, an vero institutione divina fuerit ordinatum; & verum ne sit quod ibidem Hieronymus affirmare videtur, ex Ecclesiae consuetudine potius quam dispositione divina fuisse introductum, ut presbyteris Episcopi praessent; est accuratius perveftigandum, nam hæc ipse ait (e): *Sicut ergo presbyteri sciunt se ex Ecclesiae consuetudine et, qui sibi praepositus fuerit, esse subiectos: ita Episcopi noverint se magis consuetudine quam dispositionis Dominicae veritate presbyteris*

(a) Ad Evagr. ep. 85. in fin. (b) Ad Nepotianum epist. 2.

VI. De sententia S. Hieronymi.

(c) Hier. in ep. ad Tit. 11.

(d) Act. 8.

(e) Hier. in ep. ad Tit. 11.

esse majores, & in commune debere Ecclesiam regere; hæc Hieronymus. Sed cum jam tertiam hanc aggredimur quaestionem; illud in primis nobis est perquirendum; numquid ut Episcopus in Ecclesia praesit, aliunde quam e divina institutione manarit; ac deinde, quid de hac re vere Hieronymus senserit, quove sensu ejus sint verba accipienda, simul inspiciendum. Sed praestat ut de his singulis ejusdem Hieronymi rogemus sententiam: ut hac ratione non tantum veritati consultum sit, sed sensum germanum verborum ejus facillius assequentes, ipsum omni ex parte calumnia liberemus. Certe quidem de Episcopatus origine & dignitate quid senserit, non semel suis ipse scriptis testatum reliquit. In eadem in primis epistola ad Evagrium (f) scripta, de Episcopis dum loquitur, omnes Apostolorum successores esse confirmat; & ad Marcellam (g) scribens: *Apud nos, inquit, Apostolorum locum Episcopi tenent; eadem in Michæam (h) aliique in locis: ut ad Heliodorum (i) cum scribit, & de Episcopis loquitur: Absit, inquit, ut de his quicquam sinistrum loquar, qui Apostolico gradu succedentes, Christi corpus sacro ore conficiunt. Si igitur loco Apostolorum succederent Episcopi (quod omnium Orthodoxorum sententia receptum est) eadem est origo & dignitas Episcopatus, quæ est etiam Apostolatus: nam & hoc in sæculi magistratibus experimur, ut qui in locum alterius suffectus est, idem cum illo dicatur deducere principium & potestatem, quo prædecessor est munere auctus, ac dignitate prælatus. At sicut in confesso est apud omnes, dignitatem Apostolicam esse a Christo Domino institutam, id testantibus Evangelistis; in illam Apostolis succedentes Episcopos, ex eodem plane fonte fluxisse, necessario affirmandum esse, compertissimum cuique videri potest. Ex his igitur perspicuum redditur, ipso itidem Hieronymo sæpius attestante, Episcopalem dignitatem non ab hominibus, vel cujusvis occasionis obortæ consuetudine, sed ab ipso Domino Redemptore omnium Jesu Christo, ipsomet eam instituisse, manasse.*

Cum ergo de re ipsa constet, non esse recens ab Apostolis adinventam, sed a Domino institutam: de nomine modo erit perveftigandum, an fuerit recens introductum: ac demum in quem sensum sint Hieronymi verba accipienda. Contat quidem divinarum Scripturarum testimonio, Apostolatam esse nominatum Episcopatum; quod enim scriptum erat in Psalmo (k): *(k) Psal. Et Episcopatum ejus accipiat alter; hoc ad Judæ Apostolatam referendum esse, Petri Apostoli testificatione ratum habetur, dum in ea corona fratrum fere centum, viginti (ut habent Acta l) de sufficiendo (l) ad-*


Episcopi successores Apostolorum.

(f) Hier. ep. 85. (g) Hier. ep. 54. (h) Hier. cap. 2. in Mich. (i) Idem epist. 11.

VIII.

(k) Psal. 108.

(l) Act. 1.



aliquo in locum Judæ habuit eoncionem. Si igitur Matthias in Judæ Episcopatum subrogatus est; plane constat, ipsum æque esse dictum Episcopum, sicut Apostolum; sic etiam & ceteros Apostolos, quod una esset omnium dignitas atque potestas, esse appellatos Episcopos, ac tunc præsertim, cum ipsi alicujus civitatis Ecclesiam, in qua functiones, Episcopales exercerent, gregisque Domini curam agerent, administrandam susciperent; unde constat, eodem auctore Hieronymo (a), Jacobum Apostolum statim post passionem Domini esse ordinatum Hierosolymorum Episcopum. Transit quippe in Ecclesiam cum sua significatione atque proprietate, vox Græca, Ἐπίσκοπος: tali enim nomine (ut auctor est Suidas (b)) dicebantur inspectores & custodes, quos Athenienses in suæ ditionis urbes ad statum cognoscendum atque influendum mittebant, quorum apud Græcos historicos frequens mentio est: ad quos etiam, ni fallor, alludit Cicero, dum ait (c): *Vult enim me Pompejus esse, quem tota hæc Campania & maritima ora habeat episcopum.* Hæc ipse; & S. Augustinus de Civitate Dei (d), illa Pauli explicans verba (e): *Qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.* Exponere, inquit, *vult, quid sit Episcopatus: quia nomen est operis, non honoris: Græcum est enim, atque inde ductum vocabulum, quod ille qui præficitur, eis quibus præficitur superintendit, curam eorum scilicet gerens: cui quippe, super, ὑπὲρ; vero, intentio est: ergo ὑπεροπῆν, si velimus, Latine, superintendere, dicere possumus: ut intelligat non se esse Episcopum, qui præesse dilexerit, non prodesse.* Hætenus de Episcopi nomine in ecclesia antiquissimo.

IX. Ceterum sicut Apostoli dicti reperiuntur Episcopi; ita qui Ecclesis præfiebantur Episcopi, iidem nominabantur Apostoli. Sunt de his multa in divinis Scripturis exempla. Epaphroditus enim Episcopus Ecclesiæ Philippensium a Paulo (f) Apostolus appellatur: Andronicus (g) & collega Junias, ejus cognati, eadem ratione nobiles in Apostolis fuisse dicuntur: de aliis his similibus ad Corinthios scribens (h), eos nominat Apostolos Ecclesiarum. Secundum etiam eandem analogiam, quod & presbyteri præfecti essent Fidelium curæ, iidem & Episcopi ea ex parte dicti reperiuntur, ut superius ex nonnullis Apostolicis scriptis est demonstratum: ut cum Paulus ad Philippensium Ecclesiæ Episcopos & alios suam inscripsit epistolam: vel cum alloquens presbyteros Ecclesiæ Ephesinæ, eosdem appellat Episcopos, & aliis locis superius recitatis. Itemque quod Episcopi ex seniorum collegio eligerentur; eosdem esse nominatos presbyteros, ex hac, de qua agimus, Pauli ad Titum epistola patet.

(a) Hier. de Script. Eccl. in Jacobo.

(b) Suid. in his.

(c) Cic. ad Attic. lib. 7.

(d) Aug. de Civit. Dei. li. 19. c. 19.

(e) 1. Tim. 3.

(f) Philip. 2.

Episcopi nominati Apostoli.

(g) Rom. 16.

(h) 2. Cor. 8.

Sed quod spectat ad nomen presbyteri: commune videtur olim fuisse vocabulum tam Apostolis, quam ceteris inferioris ordinis sacerdotibus. De Apostolis quidem, iidemque Episcopis, superius dictum est pluribus testimoniis. Ceterum re ipsa distinctos fuisse omnino presbyteros ab ipsis Apostolis, Acta Apostolorum satis superque declarant, dum in eis legitur (i): *Cum autem venissent Hierosolymam, suscepti sunt ab Ecclesia, & Apostolis, & senioribus;* ac rursum: *Convenerunt Apostoli, & seniores videre de verbo hoc.* Ac iterum: *Tunc placuit Apostolis, ac senioribus cum omni Ecclesia.* In litteris item ab Apostolis ex Concilio Hierosolymitano Antiochiam missis hæc habetur inscriptio: *Apostoli, & seniores fratres his qui sunt Antiochia & Syria:* eademque (k) iterum alias. Porro quos seniores dicit, eosdem fuisse presbyteros, non tantum nomen, sed & res ipsa demonstrat. Cum enim (quod scribit idem Hieronymus (l)) in epistola ad Evagrium) constet institutiones Apostolicas sumptas de veteri Testamento; & quod Aaron & filii ejus atque Levitæ in templo fuerunt, hoc Episcopi, presbyteri, & diaconi essent in Ecclesia: sicut ergo cum Dominus septuagintaduos delegit discipulos post Apostolos, formam illam representasse visus est, qua Moyses septuagintaduos jussu Domini seniores (ut Numeri (m) liber habet) elegit: ita etiam dictos septuagintaduos (n) discipulos nominatos esse seniores, itemque presbyteros, ratio persuadet, quæ Patrum omnium sententia rata habetur; omnibus affirmantibus, eos quos vocamus presbyteros, illos esse, quos numero præscripto delectos, usus loquendi discipulos nonnavit, cum alioqui & Christiani omnes (ut Acta testantur) discipuli dicebantur. At quemadmodum apud Judæos etiam Apostolorum temporibus pristina illa vigeat consuetudo, ut seniores una cum Principibus sacerdotum in Concilium convenirent (o), ac sententiam rogati dicerent (quod multis in locis Evangelistæ (p) testantur) sic etiam ab Apostolis primis illis temporibus esse servatum constat, ut seniores etiam ad Concilium admitterentur.

Cum igitur, quod ad sacerdotium spectat, par esset Apostolorum eorumdemque Episcoporum, atque presbyterorum ordinatio, pariterque iidem cum illis in Concilio considerent; cumque communicatio nominum inter eos videretur esse communis, dum Episcopi presbyteri, atque hi episcopi dicerentur: factum est (q) Hier. (quod ait Hieronymus q) ut eo perseverante ordine, ante oborta schismata, occasione communi presbyterorum consilio Ecclesiæ gubernarentur. Postea vero illud evenisse subdit, consuetudine potius quam depre-

X. Nomen Presbyteri commune & proprium.

(i) Act. 15.

(k) Act. 16.

(l) Hier. ep. 85.

(m) Num. 11.

(n) Luc. 10.

(o) Act. 15.

(p) Matt. 14. 27. 28. Luc. 20. 22.

Act. 24. XI.

(q) Hier. in ep. ad Tit. c. 1.

dispositione Dominica, in administrandis rebus Ecclesiasticis presbyteros fuisse subiectos Episcopis, quibus solis cessisset illarum cura præcipua: nec presbyteri amplius ad communem consensum, in quo de his quæ ad gubernationem Ecclesiæ pertinent, ageretur, essent admissi, sed illi soli qui ex collegio presbyterorum in Episcopos essent assumpti: sicque factum est, ut qui in nonnullis æquales Episcopis esse viderentur: postea illis in omnibus subiecti essent: satisque sufficere presbyteris visum est, si suis Episcopis assiderent consiliiarii in Synodis, quas quique eorum in suis diocesis cogere consueverit. Unde & Ignatius (a) ad Trallianos, cum de presbyteris loquitur: *Quid vero sacerdotium est, quam sacer cætus consiliiarii & assessoris Episcopi?* Hoc igitur sensu, ne idem ipse sibi contrarius sæpe dicatur, Hieronymi eam accipiendam esse sententiam, qua dicit, non institutione Dominica, sed consuetudine factum ut Episcopi subiectos haberent presbyteros, omnes puto facile intelligere.

XII. Sed quando hæc cæpit servari consuetudo? certe Apostolorum temporibus, quorum etiam est auctoritate firmata: nam cum Paulus (b) ad Timotheum, quem diximus creatum fuisse Episcopum Ephesinum, scribens dicit: *Adversus presbyterum accusationem noli recipere, nisi sub duobus aut tribus testibus.* Plane satis evidenter demonstrat, Timothei Ephesini Episcopi fuisse munus, presbyteros judicare, ac proinde illis & auctoritate ac dignitate præstitisse: Nam quod par in parem imperium non habeat, vulgatum est omnibus; qua ratione etiam in hac ipsa, de qua agimus, epistola ad Titum quem diximus Cretensem fuisse Episcopum, Paulus ipsum admonet, ut constituat per civitates presbyteros, quos ea ratione, quam superius diximus, alibi appellat Episcopos. Ignatius, qui Apostolorum temporibus administrabat Ecclesiam Antiochenam, non aliud scripsit, quam quæ essent ab Apostolis in Ecclesia ordinata: qui dum hierarchicum Ecclesiæ Catholicæ ordinem sæpe commemorat, presbyteros esse subiectos, Episcopis, absque aliqua dubitatione testatur, ac in primis ad Tartenses (c) hæc dicens: *Presbyteri, subiecti estote Episcopo, diaconi presbyteris, populus presbyteris & diaconis. Qui hoc ordinis decorum servaverint, pro eorum animabus libens animam meam commutavero, & Dominus sit cum ipsis perpetuo.* Rursum ad Smyrnenes (d) eadem inculcans, hæc ait: *Laici diaconis subiectantur, diaconi presbyteris, presbyteri Episcopo, Episcopus Christo, ut ipse Patri.* Hæc ille, ubi & superius Episcopum appellat Principem sacerdotum, nec quicquam majus in Ecclesiæ Episcopo reperi-

(a) Ignat. ad Trall. ep. 5.

(b) 1. Tim. 5.

Presbyteri subiecti Episcopis.

(c) Ign. ep. 7.

(d) Ign. ep. 1.

ri, qui & ea distinctione, qua dicit: *Omnes Episcopum sequimur, ut Christus Patrem; & presbyterorum collegium, ut Apostolos;* magnam sane differentiam utriusque status ac gradus fuisse demonstrat. Idemque in omnibus fere, quas scribit ad Ecclesias diversas epistolas, ut Episcopo primum, inde presbyteris, demum diaconis obediant, admonet; ut cum sic scribit ad Trallianos (e): *Episcopo subiecti estis, velut Domino.* Et paulo post: *Sed & presbyteris subiecti estis, ut Christi Apostolis.* Ac rursum post multa: *Quid aliud est Episcopus quam is qui omni principatu & potestate superior est?* Et ad Philadelphios (f) Ignat. (f): *Boni sunt, inquit, Sacerdotes, & sermonis ministri; melior autem est Pontifex, cui credita sunt sancta sanctorum, cui soli commissa sunt secreta Dei.* Idem & superius eundem ordinem hierarchicum explicans, ut presbyteri Episcopo obediant, admonet. At his quid evidentius dici potest?

XIII. Ex his quidem satis perspicue demonstratum est, Episcopos a Domino in Apostolis institutos, presbyteros itidem esse ab eo in septuaginta duobus discipulis ordinatos; quorum si aliqua ex parte auctoritas in Ecclesiastica administratione videri possit fuisse contracta, id Apostolorum temporibus, & proinde ab ipsis Apostolis esse factum, atque a sanctissimis Patribus, ut Ignatio & cæteris aliis comprobatum: adeo ut nulla prorsus de illapso abusu possit esse calumnia: nec de ablata aut diminuta auctoritate querela. Multa adhuc etiam ex Patrum sententia & sacrorum Conciliorum decretis addenda fuissent: sed quod ad historicam veritatem testandam, quam profitemur, hæc satis esse putamus, brevitati consulentes, illa libentius prætermittimus.

XIV. Quod vero Paulus monens Titum; quales esse deberent qui in presbyteros seu Episcopos eligendi essent, hæc ait (g): *Si quis sine crimine est, unius uxoris vir, filios habens fideles, non in accusatione luxuria; cur non magis cælibem eligendum præcipiat, qui nullam umquam uxorem habuerit, quam unius uxoris virum?* Sane quidem in Creta, de cujus Ecclesia agit, nullum cælibem, qui numquam duxisset uxorem, erat possibile reperiri; cogentibus nimirum antiquis Cretensium legibus, ut omnes homines a puero uxores ducerent; quod testatur Strabo (h) qui ex Ephoro Rempublicam describit Cretensium: cum alioqui, etiam si ea lex cessasset, haud facile foret inter Gentiles, qui recenter Christo nomen dedissent, audentium hominem cælibem reperiri, quam obrem & ad Timotheum Ephesiorum Episcopum scribens, hoc ipsum monuit. Quod item de filiis admonet, ut qui ordinandus esset, filios haberet fideles, non in

(e) Ign. ep. 5.

(f) Ign. ep. 9.

XIII. Conclusio disputatæ quæstionis.

XIV.

(g) Tit. 1.

(h) Strab. li. 10.

in accusatione luxuriæ: eo respectu videtur etiam Paulus, scribens hæc, habuisse, quod apud eodẽm Cretenſes mos turpiſſimus atque infamiſſimus inoleviſſet: nimirum ut licite in pueros inſanirent, quos etiam quantumvis nobiles licebat rapere, & apud ſe amatores ad duos meſes retinere, & ſic donatos muneribus remittere. Sed quod eſt deterius; hæc non probro, quin potius laudi illis adſcribebantur: adeo ut (inquit idem Strabo) formoſis & illuſtri genere ortis turpe eſſet nullum habere amatorem: moribusque hoc eorum imputari: haberique a cunctis in honore pueros raptos, ait, ut tam in conſeſſu quam in ambulando primarius illis locus tribueretur, ſplendidiorique permitteretur uti veſte ab amatore donata. Hæc quantumlibet obſceniſſima, referre (licet non ſine ſtomacho) non prætermiſimus: ut ex his tum ſenſus verborum Pauli aperiretur; tum etiam, ut quantum putorem atque putredinem ſal abſterſerit Apoſtolicum, mundo adeo neceſſarium, intelliſſeretur.

XV. De Cretenſi Eccleſia.

Paulus igitur, ut turpiſſimos Cretenſium mores Evangelica prædicatione fuccideret, eos ex illis tantum mandat præbyteros ordinari, qui a tanto ſcelere abhorrentes, filios (quod ait) haberent fideles, non in accusatione luxuriæ: qui ſcilicet ſuorum filiorum exemplo, quid de cæteris faciendum eſſet, non verbis tantum, ſed factis facile ſuaderent. Tam pravis affectus moribus in officio contineri poſſe, haud levioris negotii videbatur: ut merito antiquiſſimi poetarum Epimenidis in eos illam ſententiam regerat: *Cretenſes ſemper mendaces, mala beſtiæ, ventres pigri*. Sed hæc olim Cretenſes: nam Evangelii poſtmodum exulta legibus, facta eſt Eccleſia Cretenſium nobiliſſima; ut quæ non ſicut cæteræ Orientales Eccleſiæ diverſis hæreſibus fœdaretur, ſed virgo multis sæculis illibata permanſerit. Teſtantur id quidem Martinus Cortynæ (a) & cæteri Cretenſes Epifcopi iis litteris, quas poſt Chalcædonenſe Concilium ad Leonem Imperatorem ſcripſerunt, his verbis: *Dicimus tranquillitati veſtræ, quia ab initio totius hæreticæ blaſphemie inexperta eſt veſtra Creta, decem martyribus provincialibus paſſionis tempore deprecantibus Salvatorem Deum, ut libera a tentationibus hæreticis, ſemper ab æſtu eorum provincia ſervaretur*. Agere præterea conſueviſſe in Creta nobiles Judæos, Joſephus hiftoricus (b), qui inde ſibi uxorem accepit, affirmat. Sed hallucinatus proſecto eſt Cornelius Tacitus (c), qui de Judæorum agens origine, eos e Creta deſcendiſſe teſtatur eſt, diſtoſque Judæos, quaſi Idæos, ab Ida in Creta monte. Miratus ſum, ſcriptorem alioqui inter Gentes nobilem, in rebus Judaicis tantopere deliraſſe. Verum non

(a) Tom. 2. Concil. nov. edit.

(b) Joſeph. in Vit. ſua.

(c) Tacit. Annal. lib. 21.

ipſe ſolus, ſed & complures alii Ethnicorum ſcriptorum de Judæis errore lapſi ſunt; ut Strabo (d), qui eos ex Ægyptiis tradidit eſſe prognatos; itemque Apion Alexandrinus, & alii, quos Joſephus (e) redarguit. Denique quotquot aliunde, quam ex ſacris litteris, Judæorum originem ſunt proſecuti, in maximos eſſe lapſos errores, facile quis inveniet. Sed de his hætenus.

(d) Strab. li. 16.

(e) Joſeph. cont. Apion. lib. 2.

Jam ad Pauli epiſtolam ad Titum ſcriptam, unde eſt digreſſa oratio, revertamur. Quod non tantum, cum ad eum ſcribit, ut in præbyterum eligendus, unius tantum ſit uxoris vir, admonet, ſed a Timotheo (f) (ut dictum eſt) id ipſum expoſcit: hæc quidem in re fuit quorundam ſententia, Paulum Apoſtolum ſi ipſos admonuiſſe ordinare monogamos; ut polygamos, plures ſcilicet ſimul uxores habentes, excluderet. Sed quod pertinet ad Gentes ad Chriſtum converſos: nec Cretenſes, nec Ephęſios, hiſque propinquos populos fuiſſe polygamos, uſquam invenimus: Athenienſes tantum occasione exhaustæ belli cladibus juventutis, polygamiæ aliquando admiſiſſe reperimus, ceteros numquam. Nam & Euripides in Andromache hæc habet: *Ὅς δὲ γὰρ καλὸν δούει ἠνακτοῖν ἀνδρῶν ἐν ἡλικίᾳ ἔχειν*, hoc eſt: *Non enim decet, duabus mulieribus virum unum præeſſe*. Verum de Judæis non inſicias imus, conſueviſſe his etiam temporibus aliquos ipſorum plures ſimul habere potuiſſe uxores: Joſephus (g) enim id teſtatur, ſic dicens: *Mos enim nobis eſt patrius, plures ſimul uxores habere*. Sed & Juſtinus martyr in dialogo cum Tryphone hæc ait: *Melius fuerit Deum nos, quam inſpientes & cæcos Rabbinos veſtros ſequi; qui ſane ad hunc uſque diem & quatuor & quinque uxores habere unumquemque veſtrum permittunt: & ſi quis venuſtam inſpiciens, eam expetierit; cum Jacob, tum aliorum Patriarcharum facta commemorant; nihil iniqui agere talia facientes aſſeverant*.

XVI.

(f) 1. Tim. 3. Non Gentiles ſed Judæi Polygami.

(g) Joſeph. ant. lib. 17. cap. 1. in vet. cap. 2.

Ceterum quantumlibet ad excludendos polygamos, Paulum dixerimus monuiſſe, ordinandos eſſe monogamos: non ſic quidem id ab eo quis putet eſſe dictum, ut unius uxoris virum potius quam cælibem præceperit ordinandum; ſed quod non facile (ut dictum eſt) apud Gentes, Judæove provectæ ætatis eſſet hominem reperi, qui non eſſet conjugio obligatus. Quis enim tam obtuſæ mentis poterit in animum ducere, ut Paulus ad præcipuam maximamque omnium Eccleſiaſticam functionem, ad ipſum inquam diviniſſimum ſacerdotium, conjugatos magis quam cælibes inſtituerit eligendos, cum alias admoneat (h), ne Deo militans implicet ſe negotiis ſæcularibus? quæ quidem obligatus nuptiis, danſque operam liberis procreandis

XVII.

(h) 2. Tim. 2.

(a) 1. Cor. 7. dis & educandis, vitare non potuiſſet, eodem ipſo teſtante, atque dicente (a): *Tribulationem carnis habebunt hujusmodi*. Si item ejuſdem Pauli ſententia, conjugium conſtat eſſe impedimento, quo minus vir Deo penitus uniat, ſed ſit ex parte diviſus, cum dicit (b): *Qui autem cum uxore eſt, ſollicitus eſt quæ ſunt mundi, quomodo placeat uxori, & diviſus eſt*. Contra vero de cælibe: *Qui, inquit, ſine uxore eſt, ſollicitus eſt quæ Domini ſunt, quomodo placeat Deo: quis adeo mente captus animo concipere poterit, ut ad præſtantiffimum omnium munus ſacerdotale ob-eundum, illos potius cooptari maluerit, quos dicit neceſſitate adſtringi cogitare quæ mundi ſunt, & uxoribus inſervire; quam eos, qui his liberi nexibus, non ex parte a Deo diviſi, ſed toti illi conjuncti, ea quæ Dei ſunt, tantummodo cogitent? Si enim, quod idem ait, bonum eſt homini ſic eſſe: cur tanto bono privandus eſſet ſacerdotio initiandus? At in hanc ſententiam hæc habet Siricius (c): *Fortè creditur quia ſcriptum eſt: Unius uxoris virum. Non permanenti in concupiſcentia generandi dixit, ſed propter continentiam futuram. Neque enim integros non admittit, qui ait: Vellem autem & omnes homines ſic eſſe, ſicuti & ego. Et apertius declarat dicens: Qui autem in carne ſunt, Deo placere non poſſunt. Vos autem non eſtis in carne, ſed in ſpiritu*. Præterea ſi ad excludendos cælibes, conjugatos viros Apoſtolus eligendos mandaviſſet: cur ſingularis uxoris meminit dicens, *Unius uxoris virum*; cum omnes, quotquot inter Chriſtianos conjugati eſſent, unius tantum uxoris ſinguli viri eſſent, nec ullus proſus inter eos reperi poſſet, qui duas vel plures ſimul haberet uxores, Chriſtianiſmum id legibus prohibentibus: & non potius dixit, *Uxorem habentem*? Sed quomodo e ratione Paulus bigamum excludi voluerit, agemus inferius.*

(b) Ibidem. De cælibatu ſacerdotum Miniſtrum.

(c) Siricius ep. 4. cap. 9.

XVIII. Conjugati creati Epifcopi.

(d) Hieron. adverſ. Jovinian. lib. 1.

At illud, quod ad hæc ſpectat, in primis dicendum eſt, conjugatos olim ſæpius eligi contigiſſe; ea tamen lege, ut quantumlibet neceſſitate cogente ejuſmodi aſſumerentur, conſentiente primum uxore, ſic electi deſinerent proſus uſu conjugii eſſe viri; atque adeo, ut ſi inventi eſſent liberis operam dare, redigerentur in ordinem. Quod ita Apoſtolica traditione receptum, uſuque probatum erat, ut quantumlibet Jovinianus impuriſſimus eſſet, aſſumeret tamen hoc ipſum, ad quem Hieronymus (d): *Certe, inquit, conſiteris non poſſe eſſe Epifcopum, qui in Epifcopatu ſuos faciat: alioquin ſi deprehendiſſus fuerit, non quaſi vir tenebitur, ſed quaſi adulter damnabitur*. Adeo, inquam, alta radice fixa in Eccleſia erat continentia ſacerdotum, ut eam convellere ipſi hæretici deſperarent; quippe qui non ignorarent, ab Ann. Eccl. Tom. I.

Apoſtolis eſſe plantatam, ac feliciffimè propagatam. Quod Patres in Concilio ſecundo (e) Carthaginenſi ingenue ſunt profeſſi, teſtantes id ſanctos Apoſtolos docuiſſe, & in Eccleſia antiquitus ab omnibus eſſe ſervatum: ſicque interdum ad ſacros ordines conjugati adſciſcerentur, ut a conjugii uſu penitus temperarent.

Accidebat & hoc olim frequenter, ut moribus ſpectatiſſimi, quantumlibet uxorem haberent, in Epifcopos eligerentur; licet cælibes non deeſſent, qui omnibus numeris abſoluti ad eam provehi dignitatem mererentur. Sed quibus ex cauſis id evenire conſueverit, Hieronymus (f) declarat his verbis: *Evenit interdum, ut triſtior vultus, adductum ſupercilium, inceſſus pomparum ferculis ſimilis offendat populum, & quia nihil habet quod reprehendat in vita, habitum ſolum oderit & inceſſum. Multi eliguntur non amore ſui, ſed alterius odio. In plerique ſuffragium meretur ſola ſimplicitas, & alterius prudentia & calliditati quaſi malitia opponitur. Nonnumquam errat populi plebiſque judicium: & ſacerdotibus comprobandis unusquiſque ſuis moribus favet, ut non tam bonum, quam ſui ſimilem quærat præpoſitum. Evenit aliquoties, ut mariti, quæ pars major in populo eſt, maritiſque ſibi applaudant, & in eo ſe arbitrentur minores non eſſe virginibus, ſi maritum virgini præferant. Dicam aliquid, quod foſitan cum multorum offenſa dicturus ſum: ſed boni mihi non iraceſcentur, quia eos peccati conſcientia non remordebit. Interdum hoc & Pontificum vitio accidit, qui non meliores, ſed argutiores in clerum eligunt & ſimpliciores quoſque atque innocentes inhabiles putant: vel aſſumibus & coſtibus, quaſi terrene militiæ officia largiuntur: ſive divitum obediunt juſſioni: quodque his pejus eſt, illis clericatus donant gradum, quorum ſunt obſequiis deliniti. Alioqui, ſi juxta ſententiam Apoſtoli, non erunt Epifcopi niſi mariti, ipſe Apoſtolus Epifcopus eſſe non debuit, qui dixit: *Volo autem omnes eſſe, ſicut ego ſum*. Et Joannes hoc gradu indignus exiſtimabitur, & omnes virginibus & continentes, quibus quaſi pulcherrimis gemmis Eccleſiæ monile decoratur. Hucusque Hieronymus.*

(e) Concil. Carthag.

XIX.

(f) Hieron. adverſ. Jovinian. lib. 1. Conjugati interdum potius quam cælibes electi.

Qui igitur (ut dictum eſt) uxores habentes, in Epifcopos aſſumebantur, tam in Orientali quam Occidentali Eccleſia, abſtinere, ſi munus aſſequi vellent, accedente uxorum conſenſu, ab ipſarum conſuetudine cogebantur: quod antiquorum Patrum teſtimoniis habetur exploratiſſimum. Nam in primis, quod ſpectat ad Orientales, Epiphanius (g) hoc ipſum perquam egregie teſtatur, ſic dicens: *Sanctum ſacerdotium ex virginibus quidem ut plurimum procedens: ſi vera non ex*

XX.

(g) Epiph. in conſeſſu. Conjugati Epifcopi abſtinebant a conjugio.

virginibus, at ex solitariam vitam degentibus. Si vero non successerint ad ministerium solitariam vitam degentes; de his qui continent a propriis uxoris, aut ab unis nuptiis viduitatem servantibus: nam cum qui secundas nuptias contraxit, non licet in ipsa ad sacerdotium suscipere; etiam si is qui ab initio continens viduus fuerit, possit habere locum Episcopi, presbyteri, diaconi, & subdiaconi. Hæc Epiphanius. Rursum de usu Orientalis Ecclesiæ Hieronymus (a), qui easdem peragravit & incoluit regiones, hæc tradit, dum invenitur in novos hæreticos, qui non nisi uxoratos ad ordines promovebant: Proh nefas! Episcopos sui sceleris dicitur habere consortes: si tamen Episcopi nominandi sunt, qui non ordinant diaconos, nisi prius uxores duxerint; nulli calibi credentes pudicitiam, immo ostendentes quam sancte vivant, qui male de omnibus suspicantur, & nisi prægnantes uxores viderint clericorum, infanteque de ulnis matrum vagientes, Christi sacramenta non tribuunt. Quid facient Orientis Ecclesiæ? quid Ægypti, & sedis Apostolicæ, quæ aut virgines clericos accipiunt, aut continentes, aut si uxores habuerint, mariti esse deserunt? Hoc docuit Dormitantius Libidini frenam permittens. Porro hoc ipsum traditum ab Apostolis, ad Pammachium (b) scribens, docet his verbis: *Apostoli Pammach. vel virgines, vel post nuptias continent. ep. 50. in Episcopi, presbyteri, diaconi, aut virgines eligantur, aut vidui, aut certe post sacerdotium in æternum pudici.* At de cælibatu Apostolorum, ut Pauli, & aliorum, satis superius dictum est. Est ejusdem veritatis egregius assertor Basiliius (c) qui scribens ad Peragorium, quem licet decreptæ ætatis sacerdotem, quod presbyteram (de quo vocabulo ante diximus) nempe uxorem suam, quam presbyter cooptatus jussu canonum reliquerat, rursus in domum admisset, gravissime eum increpavit, excommunicationem, nisi eam dimitteret, acriter comminatus.

(a) Hier. in Vigilant.

(b) Item ad Pammach. ep. 50. in Episcopi, presbyteri, diaconi, aut virgines eligantur, aut vidui, aut certe post sacerdotium in æternum pudici.

(c) Basil. ep. 17. in addit.

XXI.

(d) Conc. Nicæn. can. 3. De cælibatu Clericorum ex Nicæno canone.

(e) Socr. lib. 1. c. 8.

Hæc de usu Orientalis Ecclesiæ, quando illic, cum florentissima esset, vigeat inter Catholicos morum integra disciplina: quæ etiam sacrosanctæ Nicænæ Synodi (a) videntur auctoritate firmata. Dum enim statuit, ne cum Episcopo, presbytero, & diacono subintroductæ mulieres habitarent, sed tantum illæ, quarum mulieris portus esse possit suspicio, quas & recenseret, nempe matrem, sororem, aviam, amitamque, quarum admittat contubernium: cum nec, sicut de reliquis, excipiat de uxore: sane quidem eam, sicut cæteras non admittendam esse, liquido visa est statuisse. Hæc sane sancita ibi esse a Patribus, non obscure Basiliius in citata modo epistola docet. Quapropter cujus sint fidei quæ a Socrate (e) & So-

zomeno (f), qui longe post Nicænum Concilium vixere, sunt scripta, ex dictis quibus facile judicabit. Ajunt enim Paphnutium Episcopum rogationi Episcoporum intercessisse, quo minus legem ferrent, qua ne Episcopi, presbyteri, diaconi, ac subdiaconi uxoris, quas ante sacros acceptos ordines habuissent, possent uti, prohiberentur. Nam quomodo dicunt, sacrum Patrum confesum acquiescisse Paphnutio, si a contubernio ipsorum constet edito canone exclusas? Vel quomodo his adversari Paphnutius præsumpsisset; cum constaret, nec ipsos Arianos ordinare consuevisse, quos novissimum conjugio obligatos? quod Epiphanius agens (g) adversus Ebionæos, in Josepho demonstrat. Certe si velimus eisdem non esse mentitos, de illis tantummodo totam illam agitatum esse controversiam dicendum est, qui cum ordinarentur invitati, contestati essent, non posse se continere: quibus sic nihilominus ordinatis si Ancyranum Concilium (h) haud diu ante prospexerat, ut concederet eis ducere posse uxorem; quanto æquius indulgisse, visa esset Nicæna Synodus, ut quam ante susceptos ordines habuissent, secum retinere possent? Hos fortasse cum satagerent aliqui Episcopi in parem cum ceteris continentia observationem reducere; ne id fieret, juste Paphnutius intercessit. Sed hæc suo loco alias pluribus.

(f) Sozom. lib. 1. c. 22.

(g) Epiph. hæref. 30.

(h) Concil. Ancyr. c. 13.

Cæterum S. Leo (i) nec ipsis subdiaconis Græcorum Ecclesiæ uti permisit uxoris, sic scribens ad Anastasium Episcopum Thessalonicensem: *Cum extra clericorum ordinem constitutis nuptiarum societati & procreationi filiorum studere sit liberum: ad exhibendam tamen perfectam continentiam puritatem, ne subdiaconis quidem carnale connubium conceditur; ut & qui habent, sint tanquam non habentes; & qui non habent, permaneant singulares. Quod si in hoc ordine, qui quartus a capite est, dignum est custodiri; quanto magis in primo, aut secundo, vel tertio quoque servandum est, ne aut Levitico ministerio, aut presbyteri honore, aut Episcopali excellentia quisquam idoneus existimetur, qui se a voluptate uxoria necdum frenasse detegitur?* Hæc S. Leo ad Græcos. At quomodo iis licuisset uxores post ordines retinere, qui quantumlibet cælibes essent, tamen quod vel viduam duxissent, vel aliter bigami fuissent, illis ex traditione Apostolica Innocentius (k) Papa, scribens ad Episcopos Macedoniæ, Ecclesiasticis ordinibus interdicit?

XXII. (i) Leo ep. 82. cap. 4. De archidiacono cælibatu Ecclesiæ Orientalis lib. 1.

(k) Innoc. Papa epist. 22.

His igitur tam omnium Orientalium Ecclesiarum consuetudine, atque sanctorum Patrum testimonio testatis, quam Nicæni Concilii auctoritate firmatis ac stabilitis, itolorum scilicet uxoratos in sacros ordines cooptatos jam in posterum ad continentiam ser-

van-

(a) Can. Ap. 5.

(b) 1. Tim. 5.

(c) 1. Cor. 9.

(d) Cassiod. Inst. divin. lect.

(e) Habetur in Collect. Cresc.

(f) 1. Cor. 10.

(g) Greg. lib. 7. in epist. 30. Vetitum contubernium cum uxore relicta.

(h) Greg. lib. 1. in epist. 42.

XXV.

vandam adstrictos fuisse: non est quod de canone Apostolorum (a) rursus quis moveat quæstionem quod eo statutum sit, ne Episcopus, aut presbyter, aut diaconus uxorem suam prætextu religionis abjiciat; nam apocryphorum non est tanta auctoritas, ut quæ sunt tam certa, rata, atque firmata, convellant. Verum nec ibi sic ne abjiciat admonetur, ut det operam liberis procreandis; nam Apostolos (quod distum est) quantumlibet conjugatos, post Apostolatam consecutum ab his temperasse, antiquorum testimonio certum habetur: sed quod Paulus admonuit (b): *Si quis suorum & maxime domesticorum curam non habet, fidem negavit, & est infidelis deterior*, illarum curam agerent. Nam & Petrum una secum uxorem circumduxisse tradunt, de quo & Paulus (c). *Nunquid non habemus potestatem mulierem sororem circumducendi, sicut ceteri Apostoli fratres Domini, & Cephas?*

Non aliter quidem Canonem illum interpretatos esse majores nostros, certo argumento est, quod Dionysius Græcorum scriptorum suorum temporum nobilissimus, qui claruit Justino seniore imperante, de quo & summa cum laude meminit Cassiodorus (d), in sua Collectione sacrorum canonum, quibus singulis summum præfixit titulum, eidem hanc inscriptionem præposuit (e): *Ut Episcopus aut presbyter uxorem suam, quam debet caste regere, non relinquat.* Verum quoniam, quod de se ait Apostolus (f): *Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt: omnia mihi licent, sed non omnia edificificant*; optime consultum est, ut sacris functionibus mancipati, non tantum extranearum, sed & conjugum vitarent contubernium. Quod majorum exemplo, & sacrorum canonum institutione esse faciendum, S. Gregorius Papa scribens ad Romanum Defensorem (g) pluribus docet, qui secundum illum a Donyso inscriptum illius canonis titulum eadem de Episcoporum uxoris habet verba, cum ait: *Hoc tantummodo adjecto, ut sicut canonica decrevit auctoritas, uxores, quas caste debent regere, non relinquunt.* At quomodo non relinquunt? numquid ut illis utantur? (quod Novator quispiam facile ausus erit interpretari) an non magis (quod dictum est) ut illius curam gerant? Nam quomodo, quæso, Gregorius id concedat Episcopis, qui scribens ad (h) Petrum, nec subdiaconos recipiendos esse constituit, nisi qui cum uxoris antea acceptis vixerint continentes? Sic igitur quantumlibet velimus canonem illum firmissimæ esse auctoritatis; tamen secundum universalem Ecclesiæ usum ex omnium Patrum consensu, non nisi eam quam diximus, interpretationem recipere, certum est.

At hæc omnia a majoribus firmiter sanc-

cita atque firmata, Episcopi illi qui seorsum post absolutam Sextam Synodum (i), usurpato tamen ejusdem Synodi nomine, privato conventiculo convenere, labefactarunt, ac penitus inverterunt: statuentes, non tam contra Ecclesiæ Romanæ consuetudinem atque decreta, quam totius simul Catholicæ Ecclesiæ ab Apostolorum temporibus præscriptum usum & legibus Ecclesiasticis stabilitum, ut conjugati ad sacros allesti ordines, retinerent quas habebant uxores; quibus, certis tantum diebus exceptis, ad libitum admiscerentur. Adsciscentes insuper iidem ad suum ipsorum confirmandum conatum aperta mendacia; quasi in Concilio, quod citant, Carthaginensi statutum fuerit ut clerici ab uxoris abstinere tempore vicis suæ: quam insigniter mentiantur, ipsa de hac re sæpius ab Africanis Episcopis sancita decreta testantur. Nam non tantum, quem superius citavimus, canon secundus Concilii secundi Carthaginensis, ut sacris ordinibus mancipati, se abstinere ab uxoris, cavet: sed & tertius canon quintæ Synodi Carthaginensis hoc ipsum vehementer injunxit absque aliqua temporis distinctione: nec aliter habet antiqua Dionysii nuper citata Collectio longe ante Sextæ Synodi tempora edita: ut ex his apertissima illorum appareat impostura, quam ut honesto titulo eadem illa seditionum factio validaret, ad cellenda statuta Patrum, aucupari conata est ex Sextæ Synodi nomine auctoritatem: nam Græcorum trecentorum quinquaginta Orthodoxorum Episcoporum, qui ad Septimam Synodum (k) œcumenicam convenere, testimonio constat, in Sexta Synodo nullum editum esse canonem. Sed de his uberius suo loco: non enim diutius immorandum, cum in his quæ sæpe sæpius inferius dicturi sumus, de clericorum continentia, de qua agimus, multa suppetant argumenta.

(i) Sext. Synod. c. 15. apud Theodor.

Impostura sub nomine sextæ Synodi.

(k) Sept. Synod. act. 4. & 5.

Quod vero spectat ad Occidentalis Ecclesiæ usum, & antiquam sacris legibus firmatam consuetudinem, ut conjugati in sacros ordines cooptati, ab uxorum contubernio & conjugali conjunctione cessarent: est abunde, quæ superius ex sancto Hieronymo & aliis sunt dicta, ad id probandum sufficere possint; adjiciam tamen aliqua, quæ tum a sacris Conciliis, tum etiam a Romanæ Ecclesiæ Pontificibus reperiuntur esse statuta. At in primis meminisse oportet (quod superius dictum est) testimonio sanctorum Patrum, qui ad secundam Synodum Carthaginensem convenere, id non recens in Ecclesia institutum, sed ex traditione Apostolica antiquitus semper servatum. Quod igitur in sanctis Patrum conventibus de hac re habentur promulgata decreta: illis quidem non novi quipiam fuit inductum, sed quod semper an-

XXVI.

R r r 2

Ann. Eccl. Tom. I.

tiquitas observasset, sed tamen vel negligentia prætermisisset, aut temeritas violasset, aut abusus aliqua ex parte corrumpisset; ut in re maximi ponderis, ad iterum atque iterum novos de re veteri edendos canones permoti sunt. In Concilio Eliberino (a), quod urgente adhuc ultima persecutione apparet celebratum fuisse, de conjugatis in sacrum officium cooptatis hæc reperuntur esse statuta: Placuit in totum prohibere Episcopis, presbyteris, diaconis, & subdiaconis positus in ministerio, abstinere se a conjugibus suis, & non generare filios: quod quicumque fecerit, honore clericatus exterminetur. Arelatensi (b); etiam Synodo paulo post, Silvestri Romani Pontificis tempore celebrata; hæc renovata his verbis habentur: Assumi aliquem ad sacerdotium in vinculo conjugii constitutum, nisi fuerit promissa conversio, non oportet. Hæc ipsa Siricius (c); hæc itidem Innocentius Papa (d) suis epistolis decretalibus statuerunt, quas citat Synodus Agathensis (e) Id ipsum Synodus Turonensis (f); cujus Ecclesiæ Gregorius Episcopus non ut de re statuta recens, sed quæ servaretur antiquitus, hæc ait (g) de Urbico Episcopo Arvernensi. Hic fuit ex Senatoribus conversus, uxorem habens: quæ juxta consuetudinem Ecclesiasticam, remota a consortio sacerdotis, religiose vivebat. Idemque alibi (h) refert, Maclianum Regis Britannorum fratrem factum Episcopum, potiturum post mortem fratris regno, cum uxorem quam dimiserat recepisset, fuisse ab Episcopis excommunicatum. In secunda enim Synodo Turonensi (i) statutum istud etiam reperitur: Si inventus fuerit presbyter cum sua presbytera, aut diaconus cum diaconissa, aut subdiaconus cum sua subdiaconissa; annum integrum excommunicatus habeatur, & depositus ab omni officio clericali, inter laicos se obsecrare cognoscat. Presbytera vero mulier, diaconissa, vel subdiaconissa, sic dictæ a munere mariti, erant ipsorum conjuges, quas reliquerant; verum earum non dico carnali actu, sed vel levi concupiscentia affici, culpæ non mediocri dabatur, ut habetur declaratum exemplo Ursini presbyteri, quod sanctus Gregorius scribit his verbis (k): Hic ex tempore ordinationis suæ, presbyteram suam ut sororem diligens, sed quasi hostem cavens, ad se propius accedere nunquam sinebat; eamque sibi appropinquare nulla occasione permittens, ab ea sibi communionem funditus familiaritatis absceiderat; & paulo post: Hic venerabilis vir, cum longam vitæ impleisset ætatem, anno quadragesimo ordinationis suæ, inardescente graviter febre correptus, ad extremam deductus est. Sed cum eum presbyteram suam conspiceret solutis jam membris in morte distentum; si quod adhuc ei

(a) Conc. Eliber. can. 33.

Conjugati ordinati abstinere a coniuge iussi.

(b) Conc. Arelat. 2. c. 2.

(c) Siric. epist. ad Himerium c. 7.

(d) Innoc. Papa epist. 3. ad Exuper. 1.

(e) Conc. Agath. c. 9.

(f) Conc. Turon. 1. can. 1. 2.

(g) Greg. Turon. hist. Fran. 1. 1. c. 44.

(h) Greg. hist. lib. 4. c. 4.

(i) Conc. Turon. 2. can. 20.

(k) Gregor. Dial. lib. 4. c. 11.

vitale spiramen inesset, naribus ejus apposta curavit aure dignoscere. Quod ille sentiens, cui tenuissimus inerat status, quantum visu valuit ut loqui potuisset, infervescens spiritu, collegit vocem, atque erupit dicens: Discede a me mulier: adhuc igniculus vivit: paleam tolle. Hoc igitur exemplo quisque perpendat, quanto studio conjugati ad ordines semel assumpti, conjugum caverent consuetudinem. Ad hæc insuper alia complura essent addenda in eam sententiam, sacrorum Conciliorum decreta, Patrum testimonia, ac Sanctorum denique exempla: at quoniam de his millies agendi in Annalibus opportunior occasio aderit, putavimus hæc in præsentiarum sufficere satis ad insinuandam ex instituto antiquam Ecclesiasticam consuetudinem de illis, qui unius uxoris conjugio obligati, ad sacros ordines essent assumpti.

Hæc quantumlibet omni ex parte firmissima sint: tamen quoniam Apostoli verba non de his qui conjugati tunc essent, sed de illis potius qui unicam tantum habuissent uxorem, nec bigami essent, ad sacerdotale munus cooptandis, communi consensione Patres omnes ferme sunt interpretati: quæ de ea re fuerit antiqua Catholicæ Ecclesiæ consuetudo, ex instituto nobis agendum incumbit. Equidem si expendamus rectum Pauli verborum sensum; non aliud, quam de non assumendo ad sacerdotium bigamo, visus est statuisse. Nam cur, quæso, ordinandum præcipit unius uxoris virum? Non certe ut excludi voluerit (quod superius satis perspicue est demonstratum) qui cælibes essent. Si vero ut rejiceret eos qui non unius, sed plurium haberent uxorem viri: equidem nullus ejuscemodi (ut etiam dictum est) reperiri poterat in Ecclesia; nam ut quis plures simul haberet uxores, prohibebatur Christianis legibus: quandoquidem sive Judæus, sive Gentilis, quantumlibet antequam Christiana religione initiaretur, plures conjuges habuisset; prima retenta, ceteris nuncium remittere cogebatur, si in Ecclesiam voluisset admitti. Si igitur nullus penitus, qui inter Christianos profiteretur, duarum uxorum maritus poterat inveniri: cum dicit Paulus ordinandos esse unius uxoris viros, de illis intellexisse necesse est affirmare, qui unam tantum, & non plures olim habuissent uxores.

Quanam autem ratione bigami ab Apostolo prohiberentur, ne ad Episcopatum promoverentur, est studiosius exploranda, & ejus causa altius repetenda. Diximus sæpe superius, Apostolos ea quæ ad institutionem ac bonorum morum disciplinam spectare vidissent, eadem majori aucta fœnore ex Synagoga in Ecclesiam transferre conatos esse; sicque eadem

XXVII.

De bigamis, non ordinandis.

XXVIII.

(a) Tert. de monog. c. 7.

Cur vetiti bigami promovendi.

(b) Idem ibidem.

(c) Levit. 21.

XXIX.

(d) Hieron. ad Ag. rub. epist. 11.

Etiam Gentiles excluderent Bigamos.

(e) Tertul. de monog. in fin. (f) 1. Tim. 5.

(g) Tertul. ad uxor. lib. 1. de monog. c. 10. 11. 12.

(h) Innoc. ad Episc. Maced. ep. 22. c. 1. 2.

(i) Leo ep. 87. cap. 1. in fin.

(k) Vict. de perfec. Vonn. l. 1.

XXX. (l) Ambr. ad Vercell. l. 1. c. 25. c. 11. Rom.

dem non tantum (ut ait Tertullianus a) reservata manerent; verum & ampliata; ut scilicet redundare possent mores Christianæ religionis super Scribarum & Pharisæorum justitiam: At si justitia, inquit, utique & pudicitia. Cum igitur (quod idem ait b) prohiberet lex divina sacerdotes denuo nubere, veteretque summum Pontificem (c) ducere in uxorem viduam vel ab aliis repudiatam, vel meretricem; sed tantummodo virginem permitteret: instituturus Apostolus in Ecclesia sacerdotes, cum constaret ea ratione quam diximus, non facile reperiri virgines Christianas ætate ad sacerdotii munus suscipiendum idoneas, ex viduis eos assumi debere præcepit, qui unius tantum fuissent uxoris viris. Nec passus est, eos qui assumendi essent in Ecclesiam sacerdotes, esse bigamos, cum sciret in legali sacerdotio fuisse monogamos. Itaque merito Paulus, eum qui fuisset unius uxoris vir, in Episcopatum esse cooptandum, Timotheum primo, ac denique Titum admouit.

At quidni hæc præstaret Ecclesia Christi, cum & Gentiles in falsa religione, pene eadem confuissent observare? de quibus Hieronymus (d) : Flamen, inquit, unius uxoris ad sacerdotium admittitur: Flamini quoque unius mariti eligitur uxor: ad tauri Egyptii sacra semel maritus assumitur. Hæc ipse, eademque prorsus Tertullianus (e) ante ipsum. Sane quidem non tantum Episcopum, sed & viduam in ecclesiæ ministerium sic eligendam esse, idem Paulus ad Timotheum (f) scripsit, dicens: Vidua eligatur non minus sexaginta annorum, quæ fuerit unius viri uxor. At quomodo passurus esset assumi in sacerdotium qui duas vel plures successive habuisset uxores, si viduam eligendam (quod nullius est sacramenti) non nisi eam quæ fuisset unius viri uxor, admitti voluit? Id ipsum servatum esse antiquitus in Ecclesia; pluribus docet Tertullianus (g); qui & probro adscribit, quod aliqui bigami reperirentur præsidere. Hæc autem tam in Occidentali quam etiam in Orientali Ecclesia observata, Innocentius Papa (h) ex traditione Apostolica sibi vindicat: quæ quidem mordicus tenuisse Apostolicæ sedis Antistites, in exemplum est S. Leo (i), qui, quantumlibet Ecclesia Mauritanie ob Vandalicam cladem sacris ministris vehementer egeret, eaque de causa (ut auctor est Victor Uticensis k) ad Romanum Pontificem legatos misisset, nihilominus nullatenus passus est ut ibi bigami ordinati in sacro officio ministrarent.

Præter Apostolicas vero servatas in Ecclesia traditiones, Ambrosius (l) de eadem institutione citat Nicæni Concilii ca-

nonem, sic dicens: Cognoscimus non solum hoc Apostolum de Episcopo & presbytero statuisse, sed etiam Patres in Concilio Nicæni tractatu addidisse; neque clericum quamquam debere esse, qui secunda conjugia sortitus sit. Quomodo enim potest consolari viduam, honorare, cohortari ad custodiendam viduitatem, servandam marito fidem, quam ipse priori conjugio non servaverit? At certe multo minus idoneus est, ut virginitatem eminentissimum in Ecclesia statum quempiam colere persuadeat, qui non unius tantum, sed duarum conjugum sit fructus voluptate. Sed adhuc ejusdem Apostolicæ institutionis aliæ ab aliis quoque afferuntur rationes. At licet exciderit, sicut & alii etiam nonnulli, canon ille Nicæni Concilii: quidni tamen id in Ecclesia Catholica servandum esse Patres statuissent, quandoquidem & Ariani id ipsum præstarent, ut nullo pacto bigamum quempiam ordinarent? quod satis aperte Epiphanius (m) demonstrat, dum agens adversus Ebionæos, de Josepho Comite narrat, quod cum Ariani eum rapere vellent ut ordinarent, se bigamum esse testatus, periculum imminens evitavit. At de his, quod ad institutum pertinet, satis dictum.

Quod vero ad istorum temporum, & rerum de quibus agitur, statum spectat: constat quidem tam ex dicta, quam hoc anno Paulus ad Titum dedit, epistola, quam ex posteriori ad Corinthios scripta, multos in his Græciæ regionibus hoc tempore solitos circumvagari pseudoapostolos; de his enim hæc scribit ad Titum (n) : Sunt multi inobedientes, vaniloqui, & seductores, maxime qui de circumcissione sunt: quos oportet redargui, qui universas domos subvertunt, docentes quæ non oportet, turpis lucri gratia, &c. Hos enim fabulas quasdam disseminasse, genealogias & quæstiones nonnullas pervulgasse tradit; quas ut viter, aliosque cavenda admoneat, ingerit. Horum vero causa, quod multa mentiti essent de Christo, Lucas scribendi Evangelium arripuisse occasionem existimatur. Sane quidem, quod non probaret quæ ab aliis scripta essent, se idcirco Evangelium scribere instituisse, iis quæ in præfatione ad Theophilum scribit, testari videtur, dum sic ait: Quoniam quidem multi conati sunt ordinare narrationem quæ in nobis completa sunt rerum, &c. pseudoapostolos ac pseudo-scriptores his sigillatos verbis a Luca, firma est Patrum sententia: id enim Origenes (o), Epiphanius (p), Ambrosius (q), & alii recentiores (r) omnes affirmant. Hos fuisse Cærinthum & Merinthum, aliosque ejusdem farinae homines, idem Epiphanius (s) tradit. Nec est quod adeo facile Græci, quos Paulus & Lucas instituebant, ad hos redarguen-

Ariani etiam bigamos ordinare recusatant.

(m) Epiph. hares. 30.

XXXI.

(n) Tit. 1.

Evangelium scribendi Lucæ occasio data.

(o) Orig. hom. 1. in Lucam.

(p) Epiph. hares. 51.

(q) Ambr. in Luc. 1.

(r) Bedæ. Enph. & alii in Luc. 1.

(s) Epiph. hares. 51. dos

dos uti potuissent Matthæi vel Marci Evangelii jam ante hæc tempora editis: quippe qui diversa lingua scripserunt: nam Matthæus Hebraice & Hebræis, Marcus vero Latine atque Latinis (ut pluribus superius dictum est) suum Evangelium tradiderunt. Conveniunt temporibus & loca, nam cum testetur sanctus Hieronymus (a), Lucam in Achajæ & Bœotia partibus Evangelium conscripisse; has regiones his temporibus peragravit Paulus, cui Lucas fideliter inhærebat, ut ea quæ diximus & proxime dicturi sumus, manifeste declarant. Ex his vero Euthymius (b), & si qui alii cum ipso fenserunt, mendacii arguuntur, qui dixerunt, scriptum a Luca Evangelium anno decimoquinto postquam Dominus ascendit in celum: nam nec eo tempore, nec post multos annos Lucam in Achajam cum Paulo venisse, ex his quæ superius dicta sunt, exploratissimum est.

XXXII.

Paulo autem hortante, ipsum scripsisse, deque Evangelio Lucæ illum intellexisse, cum ait: *Secundum Evangelium meum tradit sanctus Hieronymus (c): ac de eodem intellexisse, cum ait; Misimus cum illo fratrem, cujus laus est in Evangelio per omnes Ecclesias.* Verum hæc de aliis diversis, puta Barnaba, vel Sila, dicta esse, alios existimasse, superius, cum alias de Luca egimus, habuimus mentionem.

(a) Tert. contra Marc. lib. 4.

Sane quidem Tertullianus (d) ante Hieronymum, Evangelium Lucæ illud fuisse, quod suum Paulus dicit, affirmat. Dorotheus (sed nescio unde acceperit) iussu Petri a Luca scriptum (e) esse Evangelium tradit. Quisnam vero ille Theophilus fuerit, ad quem Lucas suum scribit Evangelium, neminem hætenus invenimus definisse: putantibus nonnullis non esse nomen proprium alicujus viri, sed cognomen Christiani cujuspiam, qui Theophilus sit cognomento dictus, sicut & Ignatius est cognominatus Theophorus. Verum, enimvero si ex apocryphis veritatem aliquando expiscari conceditur; reperimus in libris Recognitionum Clementis (f), fuisse Theophilum nobilem civem Antiochenum; qui a Petro ad fidem Christianam capeffendam adductus, domum quoque suam usui Christianorum mancipatam, in ecclesiam mutavit; in qua Petrus conventus agens, cathedram posuit. Ad hunc igitur a Luca scriptum fuisse Evangelium, ea saltem ratio persuadet, quod & ipse Lucas, ut ille, patria Antiochenus, ad Antiochenum concivem, gentilem suum, de Dei Ecclesia optime meritum, illud jure conscripserit. Reperimus insuper apud eundem Clementem (g) in libris Constitutionum quemdam Theophilum, quem auctor dicit fuisse esse Zachæo in Episcopatu Ecclesiæ Cæsariensis in Palæstina: an autem idem sit cum Theo-

(f) Clem. Recogn. lib. 10. cap. ult.

(g) Const. Apost. 1. 7. c. 46.

philo Antiocheno, non possumus certum, quid affirmare.

Sed & illud de eodem Theophilo non prætermittimus dicere, illustrem sane virum fuisse, ad quem non tantum Evangelium, sed & Acta Apostolorum idem Lucas inscripserit: nam illum honestissimo exornat titulo, dicens in præfatione Evangelii: *Optime Theophile; eo quippe titulo Paulum Apostolum (h) nominasse constat tum Felicem, tum Festum Judææ Præsides, ut cum ait: Optime Felix, Optime Feste, dum coram ipsis constitutus causam diceret. Sic & Tribunus militum Claudius suas litteras ad eundem Felicem Præsidem datas, quæ apud Acta habentur, ejusmodi titulo consignavit, dicens (i): Claudius Lyfias optimo Præsidi Felici.* Ut plane liquido appareat, solitum ejusmodi titulum impartiri nobilissimis viris, fuisseque amplissimæ dignitatis indicem, & non personæ laudem; ut absque aliquo mendacii scrupulo quibuscumque magistratibus illis fungentibus consueverit impartiri: alioqui non putandum, Paulum ea adulatione atque mendacio demulcere voluisse scelestissimum omnium Felicem, vel Festum, optimos appellando. Quamobrem accidisse existimamus, ut sicut illis temporibus ille vigeat loquendi usus, ut quique candidati hoc titulo salutarentur, *Boni viri:* ita magistratum jam adepti, iidem Optimi dicerentur, unde & Optimates. De candidatis est illud Senecæ (k) ad Lucilium, dum ait: *Sic illum amicum vocasti; quomodo omnes candidatos, Bonos viros dicimus; quomodo obvios, si nomen non succurrit, Dominos salutamus.* Quantæ enim excellentiæ titulus esset, ut quis, Optimus, salutaretur, Trajanus Imperator plane declaravit exemplo: nam (ut de eo scribit Dio l) *cum amplissimis gloriæ titulis appellaretur: nihil tamen eum, inquit, magis quam cognomen Optimi juvit.*

Sed jam ad Lucam iterum revertamur. Inter typica ac symbolica illa quatuor Evangelistarum insignia, quæ primum Ezechielii, inde vero Joanni Evangelistæ fuerunt divinitus demonstrata, & a Patribus divino plane spiritu declarata: facies bovis ob ministerium sacerdotii, a quo Lucas Evangelium aufpicatur, ab omnibus ipsi tribuitur: cum alioqui (si licet sacris profana conjungere) antiqua voce in Italia (ut auctor est Varro m) bos Luca consueverit appellari. Plura de Luca & Evangelio ab eo conscripto summa cum laude meminit Irenæus. Sed quod antea polliciti sumus, dicere non prætermittimus, an Lucas in numerum septuagintaduorum discipulorum sit referendus, vel inter Pauli discipulos adlegendus. Epiphanius (n) expresse testatur, Lucam fuisse unum de septuagintaduobus. Euthymius

XXXIII.

(h) Act. 24.

Insignis titulus nomen optimi.

(i) Act. 23.

(k) Senec. lib. 1. ep. 3.

(l) Dio. in Traiano.

(m) Varro de lingua Lat. lib. 6. De Luca nomine & ministerio in Epiph. in Panar. daret. 510

in præfatione in Evangelium Lucæ, id ipsum sentiens, nititur testimonio Origenis. Sed ubi id dixerit Origenes, non invenimus; nisi quod in Evangelii Lucæ exordium hæc dicat: *Inculcat & replicat, quoniam quæ scripturus est, non rumore cognoverit, sed ab initio ipse fuerit consecutus: sed de horum verborum sensu dicemus postea.* Dorotheus quoque in Synopfi recenset Lucam inter septuagintaduos discipulos Domini; sed hand constans est fides ejus, quem constat adnumerasse inter eos complures discipulos Pauli. Demum quicumque loquentem Lucam de duobus discipulis abeuntibus Emmaumentem, interpretati sunt alterum ex eis, cujus nomen non exprimitur (quod id modestiæ causa ipse tacuisse putetur) fuisse Lucam, iidem omnes æque confirmant, ipsum fuisse ex numero septuagintaduorum discipulorum. Certe quidem si illum Cleophæ comitem in via Lucam fuisse perspicue monstrari possit, omnis prorsus de ea re controversia soluta esset: sed quia tantum levissima, qui hæc agunt, conjectura agunt, res est diligentius exquirenda. Quid antiquitas senserit, quisnam fuerit discipulus ille Cleophæ comes, Origenes (a) contra Celsum agens, ut in re confessa, monstrat sic dicens: *Et in Evangelio Lucæ, ad invicem Simone & Cleophæ de omnibus que sibi acciderant colloquentibus, superveniens Jesus ambulabat cum eis.* Hæc Origenes, qui ceteris antiquior id ex traditione prostanti posuisse videtur.

(a) Orig. contra Celsum lib. 2.

XXXV. Lucas non Domini sed Apostolorum Discipulus.

Quamobrem quid de Luca sentiendum, a nullo securius, sicut neque certius, neque verius, quam ab ipso Luca petendum est. Cum enim ipse in sua ad Evangelium præfatione aperte profiteatur, se ea quæ scripturus esset, accepisse ab iis qui viderant, & ministri sermonis fuerant; plane declarat, se ea non vidisse, vel coram audisse, sed ab aliis, qui cum Domino versati essent, accepisse. Sed reddamus ipsius verba: *Quoniam quidem multi conati sunt ordinare narrationem quæ in nobis completa sunt rerum: sicut tradiderunt nobis qui ab initio ipsi viderunt, & ministri fuerunt sermonis.* Ex traditione igitur, quam acceperat, ea se scribere cum manifeste testetur; certe se alium quam ex septuagintaduobus discipulis, qui cum Domino versati sunt, aliquem fuisse, manifeste significare videtur. Joannes enim Evangelista, quod cuncta vidisset, aliis usus est verbis, sic dicens: *Quod fuit ab initio, quod audivimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectaverunt de verbo vitæ (& vita manifestata est) & vidimus, & testamur, & annuntiamus vobis.* At quod prosequitur Lucas: *Visum est & mihi, absecuto omnia a principio, diligenter ex ordine tibi scribere, optime Theophile; perinde est, ac si dixis-*

set: *Quæ accepimus aliorum traditione, (quod dixerat) visum est omnia a principio diligenter ex ordine scribere.* Hæc perspicue intelligentes antiqui Ecclesiastici traditores, absque aliqua dubitatione tradiderunt, Lucam non Domini, sed Apostolorum fuisse discipulum. Hac namque nomenclatura iterum usus est Irenæus (b), dicens: *Lucas sectator & discipulus Apostolorum; & Tertullianus (c) ait: Porro Lucas non Apostolus, sed Apostolicus; non magister, sed discipulus utique magistro minor; certe tanto posterior, quanto posterioris Apostoli sectator, Pauli sine dubio.* S. Hieronymus quoque in præfatione super Matthæum, Pauli discipulum Lucam appellat. Idem sentiens Theodoretus (d) hæc habet: *Etenim cum non vidisset B. Lucas, in principio operis dicit se ea narrare, de quibus certior factus est. Nos autem etsi audiamus eum non vidisse quæ narrat, sed hanc doctrinam accepisse ab aliis, non minus ei & Marco credimus, quam Matthæo & Joanni.* Lucam igitur non solum Pauli fuisse discipulum, sed ab ipso genitum in Evangelio, S. Hieronymus (e) testatur, dicens: *Appellatur filii Prophetarum, quales & in novo Testamento Apostoli genuerunt, Paulus Timotheum, Lucam, & Titum multosque alios.* Hac eadem ratione & Origenes (f) existimavit Paulum nominasse inter alios Lucium (Lucam, ut ait) cognatum suum. Sed de his hætenus, jam reliqua prosequamur.

(b) Irenæus lib. 3. c. 11. (c) Tertull. contr. Marcion. lib. 4. c. 2.

(d) Theodoretus in præf. sanct. Patrum in fin.

(e) Hier. in Isai. c. 65.

(f) Orig. in epist. ad Rom. in fin.

XXXVI. Paulus scripsit secundam epistolam ad Corinthios.

Nicopolim cum Paulus hiemis tempore pervenisset, ibi (ut existimamus) scripsit secundam epistolam ad Corinthios: ea nimis occasione, quod cum superiori epistola anno præterito Ephesi ad eos data pollicitus esset (g) se ad eos venturum, cum Macedoniam pertransisset, nec tamen id præstitisset; se excusans, hanc secundam ad eos scripsit epistolam, qua inter alia ait (h): *Hæc confidentia volui prius venire ad vos, ut secundam gratiam haberetis; & per vos transire in Macedoniam, & iterum a Macedonia venire ad vos, & a vobis deduci in Judæam. Cum ergo hoc voluisssem, numquid levitate usus sum? aut quæ cogito, secundum carnem cogito, ut sit apud me, est, & non? & paulo post: Ego autem testem Deum invoco in animam meam, qui parcens vobis, non veni Corinthum. Eadem quoque epistola, cum in primis quæ in Asia passus sit, doceat; quæ postea sit passus in Macedonia, his verbis significat (i): *Non enim volumus ignorare vos, fratres, de tribulatione nostra, quæ facta est in Asia, quoniam supra modum gravati sumus supra virtutem, ita ut cederet nos etiam vivere. Sed ipsi in nobis ipsis responsum mortis habuimus, ut non simus fidentes in nobis, sed in Deo, qui suscitavit mortuos, qui a tantis periculis nos eripuit; & post multa (k): Cum venissemus**

Paulus scripsit secundam epistolam ad Corinthios. (g) 1. Cor. 16.

(h) 2. Cor. 1.

(i) 2. Cor. 1.

(k) 2. Cor. 7.

mus in Macedoniam, nullam requiem habuit...

XXXVII.

Miserat enim Paulus Titum una cum sociis Corinthum, collectae causa, quam jam per priorem epistolam intimaverat.

(a) 2. Cor. 8. De legatione Titii.

(b) 2. Cor. 9.

Miserat autem fratres, ut ne quod gloriamur de vobis, evacuetur in hac parte, ut (quemadmodum dixi) parati sitis...

(c) Ibidem.

Scio enim promptum animum vestrum, pro quo & de vobis glorior apud Macedones: quoniam & Achaja parata est ab anno praeterito, & vestra emulatio provocavit plurimos.

XXXVIII.

Cum eadem epistola Paulus iterum suum ad eos pollicetur adventum: ut ve-

niens cuncta laeta atque tranquilla reperiret; adhuc absens, miseratione commotus, incestuosum illum, quem prioribus litteris tradiderat satanae, jam indulgens absolvit: quod ab illis ratum haberi rogat, sic dicens (d): Sufficit illi qui huiusmodi est, objurgatio haec quae fit a pluribus: ita ut e contrario magis donetis & consolemini, ne forte abundantiori tristitia absorbeatur qui huiusmodi est.

(d) 2. Cor. 2. De Indulgentia in Ecclesia concedi solita.

Frequens eius rei usus in Ecclesia reperitur, cum persecutionum temporibus lapsi Fideles, ad Ecclesiam redeunt, exomologesimque facientes, indulgentiam vel de iuncto vel de iungendo poenitentiae tempore, quo extra communionem in afflictione agere deberent, instanter deprecabantur: & quo minus se eam assequi ob facinorum magnitudinem diffident, commendatitiis sanctorum litteris, qui fidei causa in carcere detenti essent, eam promereri studebant.

XXXIX. Antiquus Indulgentiarum usus.

(e) Tertullianus ad mart. c. 1.

(a) Cyprianus epist. 11.

ac praepropere, peterent pro lapsis indulgentiam, sic scribit (a): Illi (qui lapsi sunt scilicet) contra Evangelii legem, contra vestram quoque honorificam petitionem, ante actam poenitentiam, ante exomologesim gravissimi atque extremi delicti factam, ante manum ab Episcopo & clero in poenitentiam impositam, offerre lapsis pacem, & Eucharistiam dare, id est, sanctum Domini corpus profanare audeant, &c. negandam profus esse, si vi quadam atque procacia peteretur, tam ipsi Cypriani (b) quam Cleri Romani (c) declarant epistola, ac praesertim liber a Cypriano scriptus de lapsis. Sed sicut aliquibus importune vel inofficiose petentibus vigor sacerdotalis resistere videbatur, ita humiliter submissequae indulgentiam efflagitantibus pastoralis commiseratio, cum praesertim temporis ratio postularet, praesto erat: quod saepius idem auctor demonstrat, dum Novatianos suis scriptis exagitat, ut ea potissimum epistola docet, quam ejus argumenti, nimirum de indulgentia lapsis danda, ad Cornelium scripsit (d). Sed & in Magno Niceno Concilio (e) statutum reperitur, ut pro animi ardore, quo quis susceperit injunctam peragere poenitentiam, possit Episcopus indulgentiam, ne praestitutum integrum tempus perolvere teneatur, illi praestare. Sunt & alii de eadem re diversorum Conciliorum canones; sed de his alias.

(b) Cyprianus epist. 54. (c) Concilium Nic. c. 11. & 12.

XL. Communitio Pauli.

(f) 2. Cor. 12. 13.

At redeamus ad Paulum: qui quantumlibet benignum ac indulgentem cum Corinthiis sic nequiter lapsis se praebere, quod nimirum ille aliqua saltem ex parte de admisso scelere egisset poenitentiam: adversus eos tamen, qui luxuriis item essent turpissime inquinati, nec poenitentiam egissent, se vindicem fore minatur, sic dicens (f): Timeo enim, ne forte cum venero, non quales vobis, inveniam vos; & ego inveniar a vobis, qualem non vultis; & paulo post: Ne iterum cum venero, humiliet me Deus apud vos, & luceam multos ex iis qui ante peccaverunt, & non egerunt poenitentiam super immunditia & fornicatione & impudicitia quam gesserunt. Ecce tertio hoc venio ad vos. In ore duorum vel trium testium stabit omne verbum. Praedixi, & praedico, ut praesens, & nunc absens iis qui antea peccaverunt, & ceteris omnibus, quoniam si venero iterum, non parcam. Haec ad eos ille: solutissimos enim in venerem fuisse Corinthios, superius dictum est.

XLI.

Jam cetera, quae ad Pauli res gestas spectare videntur, ordine prosequamur. Eadem quippe epistola, occasione quorundam, qui iactanter nimis in magnum veritatis praedictum adversus ipsum se extollebant, sui Apostolatus insignia, quae nimirum causa Evangelii passus esset, ne-

cessitate compulsus & invitus (quod saepius protestatur) aspicienda ob illorum oculos ponit. At quoniam quod ad graves arumnas, quas perpeffus est, spectat, earum major pars a Luca praetermissa cognoscitur; ejus verbis ipsa recitare, oportere ducimus: ait igitur (g): Ministri Christi sunt, & ego (ut minus sapiens dico) plus ego: in laboribus plurimis; in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter. A Judaeis quinquies quadragenas una minus accepi. Ter virgis caesus sum, semel lapidatus sum: ter naufragium feci, nocte & die in profundum maris fui. In itineribus saepe, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex Gentibus, periculis in civitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus, in labore & arumna, in vigiliis multis, in fame & siti, in jejuniis multis, in frigore & nuditate: praeter illa quae extrinsecus sunt: instantia mea quotidiana, sollicitudo omnium Ecclesiarum. Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non uror? &c.

(g) 2. Cor. 11. Quae passus sit Paulus.

Horum quidem complura a Luca esse praetermissa, nemo non videt: idque non invidia vel oscitantiae causa: sed quod (ut in multis observavimus) non nisi ea, quibus praesens fuit, singillatim, recenset; cetera vero adeo summatim, ut tribus fere verbis res gestas plurimum mensuram & annorum perstringat. Nam (ut nuper vidimus h) Pauli Epheso discessio- nem, in Macedonia commorationem, praefectionem in Graeciam, & navigationem Troadem, quae duorum prope annorum spatio esse perfecta epistola ejus manifeste declarant, perpauca absolvit. Sed quod ad ea quae a Paulo recensita sunt pertinet: de Judaica illa animadversione, qua undequadragesima verbera infligebantur, cum quinquies se ea Paulus affectum esse testetur, Lucas ne verbum quidem. Cumque Paulus ter se caesum virgis dicat; de unica tantum virgarum animadversione facta Philippis idem (i) meminit, & de lapidatione (k) facta Lystris. De naufragio item in hanc diem tertium passo, nihil prorsus. Sed hic & illud breviter necessario monendum putamus lectori; nonnullis accidisse, ut temporum ignoratione in maximos errores incidant, putantes nimirum, naufragium apud Melitam passum (quod Lucas (l) narrat) unum e tribus fuisse a Paulo enumeratis: non animadvertentes, secundam epistolam ad Corinthios longe ante illud naufragium esse scriptam. Quamobrem scrupulosa, quae videtur in historia temporum indagatio, quantum conferat ad veram atque germanam divinae Scripturae interpretationem, quisque facile judicabit. Haec

XLII.

(h) Act. 20. Praefectio missa a S. Luca.

(i) Act. 16. (k) Act. 14.

(l) Act. 27.

fentiens Joannes Chrysostomus (a), & ipse quibus in locis, quandoque Pauli epistola fuerint scripta, pervestigans, hæc ait: Proinde hunc laborem nemo extrarem, neve hanc indagacionem supervacaneæ curiositatis esse putet: confert enim nobis non parum ad quæstiones explicandas ipsum epistolarum tempus.

XLIII. Quod vero pertinet ad profundum maris, in quo se nocte ac die fuisse Apostolus tradit: cum multæ de ea re afferantur interpretationes: accipe, si non displicet, quod apud Bedam (b) legitur ex Theodoro, fuisse eo nomine teterrimum omnium carcerem Cyzicenum, qui ex eo quod altissimus esset, adeoque deorsum depressus, merito Profundum maris sit dictus: porro illi similis erat Athenis famosissimus carcer, Barathrum appellatus, vel qui Syracusis, Latomiæ nominatus, & qui Romæ nuncupatus est Tullianus, aliqua ex parte eidem comparandus: hi enim nominatissimi omnium habentur. At licet neque in Actis a Luca conscriptis, nec in epistolis Pauli habeatur aliqua mentio de Pauli adventu Cyzicum: tamen cum constet eum venisse Troadem, Cyzicum itidem in Propontide situm conscendisse, par est credere: nam cum, Strabonis (c) sententia, ea civitas ob magnitudinem, pulchritudinem, & legum bonitatem, bello pacique accommodata, comparari posset cum principibus Asiæ urbibus; quæque (ut idem ait) iidem esset prædita ornamentis, quibus Rhodiorum, Massiliensium, & Carthaginensium nobilissimæ civitates; a Paulo non fuisse eam neglectam, æquum est existimare. Quæ ergo ibi gravissima passus est, inter eas adnumerat tribulationes, quas omnium vehementissimas in Asia se esse perpeffum, in eadem dicit epistola (d). Nec quemquam moveat, quod de carceribus superioribus habuerit mentionem, dicens: In carceribus abundantius; nam & de plagis acceptis itidem cum meminisset, quæ generatim complexus erat, postea speciatim enumerat. Sed quod diversa sit de profundo maris diversorum sententia, lector quid velit sentiat.

XLIV. Post recensitas denique quas passus est poenas; eadem, quam diximus, occasione, quod ante annos quatuordecim ad tertium cœlum (e) raptus, visiones & revelationes acceperit, narrat; de quibus nos sup loco superius egimus, anno nimirum Domini quadragesimoquarto, quo contigerunt. Cum vero ad Corinthios epistola scripta, Paulus, quod sæpe pollicitus erat, iterum spondet, Corinthum visit esse venturum: tertium hunc esse suum Corinthum adventum, ipse iterum eadem epistola testatus est, dicens (f): Ecce tertio hoc paratus sum venire ad vos; & in fine iterum: Ecce tertio hoc venio ad

(a) Chryf. in epist. ad Rom. in prin. (b) Beda lib. quas. g. 3. tit. 3. col. 391. De profundo maris. (c) Strab. lib. 12. (d) 1. Cor. 11. (e) 2. Cor. 11. (f) 2. Cor. 12. 13.

vos. Verum cum neque ex Luca in Actis, nec alibi in eisdem Pauli epistolis de secundo ejus Corinthum adventu mentio habeatur: fortasse sic accidit, ut quemadmodum de se testatur idem Paulus triennio (g) mansisse Ephesi, cum tamen non semper ibi confederit, sed ad alias Asiæ civitates profectus Evangelium prædicans (quod Lucas (h) testatur) Ephesum reversus, sic a primo suo ad illos adventu triennio manserit: ita etiam, dum scribit Lucas (i) Paulum annum & sex menses mansisse Corinthi, non intelligendum sit, ut numquam per illud tempus inde recesserit, sed ad alias propinquiores Achajæ civitates ipsum migrasse, atque iterum redeuntem, dictum tempus expleffe: alio enim hæc quam dicto sensu accipi non posse, qui cuncta exacte perlegerit, æque consentiet.

De reliquis Pauli rebus gestis per tres menses, quibus (ut Lucas (k) ait) mansit in Græcia (intelligens per Græciam regiones omnes quæ ab Achaja usque in Illyricum interjacent) ea tantum habemus expressa, quæ idem ipse Paulus scribens ad Romanos (l) his verbis significat: Non enim audeo aliquid loqui eorum quæ per me non effecit Christus in obedientiam Gentium, verbo & factis, in virtute signorum & prodigiorum; in virtute Spiritus sancti: ita ut ab Hierusalem per circuitum usque ad Illyricum repleverim Evangelium Christi: sed quam rationem habuerit in prædicando, mox subdit: Sic autem prædicavi Evangelium hoc, non ubi nominatus est Christus, ne super alienum fundamentum edificarem: sed sicut scriptum est: Quibus non est annuntiatum de eo, videbunt; & qui non audierunt, intelligent. Hæc Paulus, qui proximo jam vere in Syriam recta solve- re, ut quam collegerat pecuniam, Hierosolyman ad pauperes illic agentes deferret, in animum duxit; sed insidiantibus illi Judæis, id facere minus licuit: quamobrem, ut qua venerat via, rediret in Macedoniam, iter aggreditur una cum suis: hæc enim Lucas (m) paucis describit, sic dicens: Cum fecisset menses tres, facta sunt illi insidia a Judæis navigaturo in Syriam: habuitque consilium, ut reverteretur per Macedoniam.

Sed antequam Paulus rediret in Macedoniam, Corinthum versus iter direxisset, ac Cenchreas (quod est navale Corinthiorum) pervenisse, ibique scripsisse ad Romanos, Origenes (n) existimavit, qui ait: Illud haud absurde admonerimus, quod videtur hanc epistolam de Corintho scribere: & aliis quidem pluribus indicis, evidentius autem ex eo quod dicit: Commendo autem vobis Phœben sororem nostram, ministram Ecclesiæ quæ est Cenchreis (Cenchrea enim dicitur locus Corintho vicinus,

immo prorsus ipsius Corinthi) & ex hoc ergo apparet de Corintho scripta, & aliis quidem pluribus indicis: evidentius tamen ex eo quod dixit: Salutat vos Cajus hospes meus; de quo Cajus scribens Corinthiis meminit dicens: At gratias ago Deo meo, quod neminem vestrum baptizavi, nisi Crispum & Cajum. Simile & deinde datur indicium, ubi dicit: Salutat vos Erastus arcarius civitatis; de quo Erasto ad Timotheum secundum scribens dixit: Erastus remansit Corinthi. Hæc Origenes; ex quibus eam epistolam ad Romanos apud Corinthum scriptam esse concludit; cui nos etiam assentimur. Antequam igitur cætera Pauli itinera relegamus; in his quæ ad Romanos scribit, & ad historican veritatem spectare cognoscuntur, paululum immoremur.

(g) Act. 20.

(h) Act. 18. 19.

(i) Act. 18.

XLV.

(k) Act. 20.

(l) Rom. 15.

(m) Act. 20.

XLVI.

(n) Orig. in pref. in epist. ad Roman. Theodor. in pref. in epist. Pauli, & alii.

Paulus ad Romanos scribit. immo prorsus ipsius Corinthi) & ex hoc ergo apparet de Corintho scripta, & aliis quidem pluribus indicis: evidentius tamen ex eo quod dixit: Salutat vos Cajus hospes meus; de quo Cajus scribens Corinthiis meminit dicens: At gratias ago Deo meo, quod neminem vestrum baptizavi, nisi Crispum & Cajum. Simile & deinde datur indicium, ubi dicit: Salutat vos Erastus arcarius civitatis; de quo Erasto ad Timotheum secundum scribens dixit: Erastus remansit Corinthi. Hæc Origenes; ex quibus eam epistolam ad Romanos apud Corinthum scriptam esse concludit; cui nos etiam assentimur. Antequam igitur cætera Pauli itinera relegamus; in his quæ ad Romanos scribit, & ad historican veritatem spectare cognoscuntur, paululum immoremur.

XLVII. Ad Gentiles potissimum, qui Romæ erant credentes, hanc Paulus scripsit epistolam: quod quidem ex verbis ipsius liquido constat: sicut enim ait in ejus exordio (a): Sæpe proposui venire ad vos (& prohibitus sum usque adhuc) ut aliquem fructum habeam in vobis, sicut & in cæteris Gentibus. Græcis ac barbaris, sapientibus & insipientibus debitor sum: & prope finem (b): Audacius autem scripsi vobis, fratres, ex parte, tamquam in memoriam. vos reducens: propter gratiam quæ data est mihi a Deo, ut sum minister Christi Jesu in Gentibus, testificans Evangelium Dei, ut fiat oblatio Gentium accepta & sanctificata in spiritu sancto. At qualis eo tempore esset status Romæ Ecclesiæ, eodem prædicante audiamus; hæc enim ait (c): Primum quidem gratias ago Deo meo per Jesum Christum pro omnibus vobis, quia fides vestra annuntiat in universo mundo: ac rursum (d): Certus sum autem, fratres mei, & ego ipse de vobis, quoniam & ipsi pleni estis dilectione, repleti omni scientia, ita ut possitis alterutrum movere: ac demum (e): Vestra obedientia in omnem locum divulgata est. Gaudeo igitur in vobis.

XLVIII. His igitur patet, jam florentissimam fuisse Romanorum Ecclesiam, ac mirifice propagatam, atque adeo auctam, ut ejus fides annuntiaretur in universo Orbe, & quod addit, ejusdem obedientia in omnem locum divulgata esset. Hæc non eis blandiens (inquit Theodoretus f) sed vera dicens, posuit Apostolus: neque enim fieri poterat, ut quæ Romæ eveniebant, ea illos qui in toto erant orbe terrarum, laterent. In illa enim Imperatores regiam suam habebant, & illinc emittebantur & qui gentibus præessent, & qui vestigalia a civitatibus exigent. Jam vero in illam quoque decurrebant omnes qui regalia profitebantur beneficia, & per hos omnes ubique significabatur quod civitas Romanorum Christi doctrinam perceperat. Hæc ille. Sanctus Hieronymus (g) hæc magna con-

(a) Hier. in pref. l. 2. in epist. ad Galat. (b) Hier. in pref. l. 2. in epist. ad Galat. (c) Hier. in pref. l. 2. in epist. ad Galat. (d) Hier. in pref. l. 2. in epist. ad Galat. (e) Hier. in pref. l. 2. in epist. ad Galat. (f) Theodor. in pref. in epist. Pauli, & alii. (g) Hier. in pref. l. 2. in epist. ad Galat.

fideratione a Paulo esse dicta cognovit, unde ait: Vultis scire, o Paula & Eustochium, quomodo Apostolus unquamque provinciam suis proprietatibus denotavit? Usc que hodie eadem vel virtutum vestigia permanent, vel errorum. Romæ plebis laudatur fides. Ubi aliquando tanto studio & frequentia ad Ecclesias & ad martyrum sepulcra concurratur? Ubi sic ad similitudinem cælestis tonitruum, Amen reboat, & vacua idolorum templa quatuntur? Non quod aliam habeant Romani fidem, nisi hanc quam omnes Christi Ecclesiæ; sed quod devotio in eis major sit, & simplicitas ad credendum. Hæc Hieronymus. Idem qui supra Theodoretus (h) scribens ad sanctum Leonem Romanum Pontificem hæc habet de Romana urbe, & fide illius: Accedit his, quod hoc quoque, quod rerum positur, peperit Imperium, & propria sua appellatione eos quibus imperat imperium: præcipue autem & insigniter eam exornat fides, & fide dignus testis divinus Apostolus, qui clamat: Fides vestra annuntiat in universo mundo. Si autem divine prædicationis, statim susceptis seminibus, mirabiles hos fructus & iam uberes tulit; quænam ad eam, quæ nunc in ea versatur, pietatem laudibus celebrandam suffecerit oratio? Hæc ipse.

XLIX. Accidit hanc ob causam, quod sicut omnes qui Romano subessent Imperio, Romanorum appellatione nobilitati essent, secundum quod lege (i) sancitum est, ut omnes qui sub orbe Romano sunt, Romani cives appellarentur: ita pariter omnes quotquot Catholica fide pollerent, Romani itidem dicerentur: eo quod fides Catholica, Romana pariter diceretur. Quod licet superius occasione Catholici nominis sit perspicue demonstratum; tamen eadem hic repetere (quod rei exigat argumentum) haud otiosum putamus; & in primis testimonium Theodosii junioris Imperatoris sic scribentis ad Acacium (k) Episcopum Berceensem: Vos probatos Romæ religionis Sacerdotes esse, manifesto argumento declarate. Sed & ipsos hæreticos consuevisse Catholicos communi loquendi usu itidem nominare Romanos, plura sunt exempla; ut apud Victorem Uticensem (l), cum jocundus Arianus Episcopus ad Regis filium: Si gladio, inquit, perveneris, incipient Romani martyrem prædicare: & apud Gregorium Turonensem (m) itidem de Ariano Principe: Cogitavit intra se (Romanos enim vocant homines nostræ religionis) ut ita accidat, & non sit virtus Dei. Itemque inferius (n) de Ariano sic dicente: Si consenseris dictis meis, exercemus hodie cachinnum de hoc Romanorum presbytero; hoc est, de Catholico Sacerdote: ac rursum de iisdem Arianis, qui erant in Galliis (o): Quid putatis (dicebat unus

(i) L. in Urbe Ro. ff. de stat. hom. secundum legationem Alciati. Fides Romana, eadem quæ Catholica. (k) Extant in Act. Concil. Ephef. edit. Pel. tan. tom. 5. cap. 10. (l) Victor Uticen. de persec. Vand. lib. 2. (m) Greg. Turon. de glor. mart. c. 25. (n) Eod. l. c. 30. (o) Eod. l. c. 79.

Eminentis fides Romanorum.

(h) Habetur tom. 2. in fine novæ edit.

(i) L. in Urbe Ro. ff. de stat. hom. secundum legationem Alciati. Fides Romana, eadem quæ Catholica.

(k) Extant in Act. Concil. Ephef. edit. Pel. tan. tom. 5. cap. 10.

(l) Victor Uticen. de persec. Vand. lib. 2.

(m) Greg. Turon. de glor. mart. c. 25.

(n) Eod. l. c. 30.

(o) Eod. l. c. 79.

ex illis) quod nunc isti Romani dicant.

Datum est hujus loquendi usus ea occasio, quod cum Romana Ecclesia Petri peculiaris esset; qui (quod monstratum est saepius) sicut caput totius Ecclesiae a Christo Domino institutus, non tantum eorum qui Romae vel in Italia essent, sed omnium in orbe terrarum Christianorum pastor diceretur & esset; ita ipsa merito mater omnium diceretur Ecclesiarum. Sed quod insuper supra Petram, eundem & Petrum, a Christo fundatae Ecclesiae datum ab eodem esset privilegium, ut portae inferi, nempe haereses (ut Epiphanius & alii sunt interpretati) non prevalerent adversus eam; eadem ex causa qui essent fide sincera, ac probati in omnibus Orthodoxi, iidem Romani ab omnibus dicerentur. Nam ait Iræneus (a): Ad hanc enim Ecclesiam propter potentioris principalitatem necesse est omnem convenire Ecclesiam, hoc est, eos qui sunt undique, Fideles: in qua semper ab his qui sunt undique, conservata est ea quae est ab Apostolis traditio. Sicque quod dicit Paulus de Romanis: Fides vestra annuntiatur in universo mundo, propheticè dictum esse, Cyprianus in primis existimavit; qui ad Cornelium Papam scribens (b) hæc ait: Dum apud vos unus animus, & una vox est, Ecclesia omnis Romana confessa est. Claruit, fratres carissimi, fides, quam de vobis beatus Apostolus prædicavit: hanc laudem virtutis, & roboris firmitatem jam tunc in spiritu prævidebat, & præconio futurorum merita vestra contestans, dum parentes laudat, filios provocabat. Hæc ipse. Sed observatione illud quoque, secundum Joannem Chryostomum (c), dignum est, quod ait Apostolus: Fides vestra annuntiatur in universo mundo: quod scilicet, sicut Ecclesia Romana, Petro prædicante, crediderat, ita credere deberent cæteræ nationes: ait enim ipse: Non dixit, Manifestatur, sed, Annuntiatur: & paulo post: Hoc solum ait, Annuntiatur: ac recte quidem, Annuntiatur: planum faciens, quod dicitis nihil quicquam addendum vel demendum esset. Angeli seu nuntii hoc est opus, quæ dicuntur, ea sola deferre: ob quod & Sacerdos Angelus vocatur, quod non sua ipsius, sed ea tantum nuntiat, quæ ab eo acceperit, a quo delegatur. Quamquam Petrus inibi etiam prædicavit: sed illius facta, sua esse ducit: usque adeo (quod antea diximus) invidentia omni supra modum vacabat: Hæc ipse, exacte considerans, quod quantumlibet idem Apostolus magnis præconis celebret Ecclesiam Theſſalonicensium (d), ad ipsam scribens, nihilominus nequicquam tale de illa locutus fuerit.

Sed cum tam ex nuper dictis, quam etiam ex superius enarratis de adventu

Petri Romam anno secundo Claudii Imp. constet Romanam Ecclesiam jam primitus erectam atque institutam fuisse: quænam subesse potuit causa, ut ad Romanos Paulus scribens, nullam prorsus de Petro oras prædicationem Evangelii convertisse, & in his hæcenus laborasse: quippe cum universi gregis curam a Domino sibi demandatam suscepisset, & quod ipse coram Apostolis de se testatur, dicens: Elegit Deus per os meum audire Gentes verbum Evangelii, & credere; non erat ejus officii, in uno loco consistere, sed quantum homini licuisset, universum peragrarè Orbem, & nondum credentes ad fidem perducere, credentes vero in fide penitus stabilire. Si enim Paulus ad prædicandum itidem Gentibus Evangelium a Deo electus erat, licet neutiquam ei universi gregis cura credita esset; tamen ex his quæ Lucas scribit, vidimus eum tot provincias circumlustrasse: ac ita (ut de se ipse testatur e) Hierosolymis in Illyricum usque longe lateque Evangelium prædicasse, ut cum locum ulterius non haberet, Hispanias cogitaret: quid de Petro dicendum est, cujus præcipue muneris erat in his præ cæteris insudare? Cum præsertim non sicut in Orientalis orbis partes, sciamus cæteros Apostolos missos esse in Occidentem, uno excepto Barnaba, qui ad breve tempus Ligures docuit; vel Jacobo (si tamen consenserimus iis qui tradunt eum cito rediitum Hispaniam penetrasse) cæterorum autem neminem esse missum, liquido appareat. Petri igitur muneris erat, ut qui jam complures Orientis provincias prædicando Evangelium peragraſſet, jam (quod reliquum esse videbatur) lustraret orbem Occidentalem, & usque ad Britannos (quod tradunt Metaphraſtes (f) & alii) Christi fidem annuncians penetraret.

Certe quidem Gregorius (g) scribens ad Episcopos Numidiæ, eos ab Apostolo Petro accepisse ordinationum initia testatur; hoc est, quod & ante Tertullianus (h) dicebat: Habes Romam, unde nobis quoque auctoritas præsto est: Et Cyprianus (i) Romanam Ecclesiam matricem appellat, quod non tantum Carthagenensis Ecclesia ab ea fidem accepisset, sed quæ sub ipsa continentur Mauritania atque Numidia. Et quis mirabitur hæc, cum idem Paulus hac ipsa epistola testetur, impletum esse quod prædictum in Psalmo fuerat (k): In omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum? Merito igitur manifestum fuisse ait Innocentius (l) ad Decentium scribens, Ecclesias in omni Italia, Gal-

Petrus occidentalem orbem peragravit.

(e) Romi 15.

(f) Metaph. die 29. Junii.

LII. (g) Greg. lib. x. epist. 75. (h) Tert. lib. de Praescrip. c. 36. (i) Cypri. epist. 45. Populi a Petro vel discipulis docti. (k) Psal. 10.

(l) Innoc. ep. 1.

(a) Iræneus lib. 3. c. 23. Romana Ecclesiae prærogativa.

(b) Cypri. epist. 57.

(c) Joan. Chryſt. in epist. ad Rom. hom. 2.

(d) Theſſ.

II.

lia, Hispania, Africa, Sicilia, ac insulis interjacentibus positas, a nullo alio quam a Petro, vel ejus discipulis & successoribus institutas esse. Non est ergo quod jure quis possit de absentia Petri calumniam facere, vel de silentio Pauli movere quæſtionem; cum scribens ad Corinthios, Galatas, Ephesios, Theſſalonicenses, & alios, nequicquam de ipsorum Episcopis expressè meminerit. Potuit & illud remporibus Petrum Romæ egisse (ut familiariæ alias ad ipsum Paulus eidem tabellario dederit litteras; adeo ut non opus esset per alios salutari, cui ipse, suis privatis litteris monens, salutem plurimam impartitus esset. Hæc enim humanitatis officia inter Apostolos intercessisse, quis tam ab humanitate alienus negare præsumperit? Sed de his satis.

LIII. Quam autem occasione Paulus per motus scripserit ad Romanos, ex ejus epistolæ argumento facile assequi licet; de quo hæc S. Augustinus (a): Epistola, inquit, quam Paulus Apostolus scripsit ad Romanos, quantum ex ejus textu intelligi potest, quæſtionem habet, utrum Judæis solis Evangelium Domini nostri Jesu Christi venerit propter merita operum; an vero nullis operum meritis præcedentibus, omnibus Gentibus venerit justificatio fidei, quæ est in Christo Jesu: ut non quia justi erant, homines crederent; sed credendo justificati, deinceps juste vivere inciperent. Hoc ergo docere contendit Apostolus, omnibus venisse gratiam Domini nostri Jesu Christi: quam propterea etiam gratiam vocari ostendit, quia non quasi debitum justitiæ redditum est, sed gratuito datum. Hæc de epistolæ argumento Augustinus. Sed qua rursum occasione ita scripserit, hanc deinde affert rationem quæ ex eadem ipsa epistola pariter intelligitur: Cæperant, inquit, nonnulli qui ex Judæis crediderant, tumultuari adversus Gentes, & maxime adversus Apostolum Paulum, quod incircumcisos & a legis veteris vinculis liberos admittebat ad evangelii gratiam, prædicans eis, ut in Christum crederent, nullo imposto circumcissionis carnalis jugo: sed plane tanta moderatione, uti nec Judæos superbiere permittat, tamquam de meritis operum legis; nec Gentes merito fidei adversus Judæos inflari, quod ipsi receperint Christum, quem illi crucifixerunt. Hæcenus Augustinus. Ex his plane adducimur, ut credamus Petrum Roma absentem fuisse; nam sicut olim in Concilio Hierosolymitano Judæos Christianos eadem ex causa tumultuantes, Apostolica auctoritate (b), reddita de omnibus ratione, compescuit; haud dubium hæc eadem Romæ idem Petrus, si præfens fuisset, minori negotio præstitisset. Nisi dicere velimus,

(a) Aug. in expos. inchoata ejusd. ep. De argumento Epistolæ ad Romanos.

(b) Act. 15.

eadem omnia pro sua defensione Paulum scripserit, quod de abrogatis legalibus sibi negotium factum esset.

At quicquid sit: quantumlibet ad ipsos Paulus scribens, eosdem tantopere laudet, & ad pietatem instituat, & multis argumentis amorem suum erga ipsos testatum reddat: tamen non prætermittit, quo minus illos redarguat, facilitatis nimirum atque superbiæ, quod (ut notat Hieronymus c) hæc fuerint peculiaris vitia Romanorum; quæ etiam Bernardus (d) exprimat, sic dicens: Populus Romanus est. Nec brevius potui, nec expressius tamen aperire de tuis parocianis quod sentio. Quid tam notum sæculis, quam protervia & fastus Romanorum? Gens insueta paci, tumultui assueta; gens immitis, & intrastabilis, & usque adhuc subdi nescia, nisi cum non valet resistere. Hæc ille: quæ nos idcirco retulisse volumus, ut quisque intelligat, non esse Romanorum virtutis, si Romana Ecclesia semper florentissima, caput extitit omnium Ecclesiarum; & deficientibus cæteris sedibus Apostolorum, ipsa permanferit inconcussa; & sicut olim, ita & semper illibata fides ipsius in universo orbe Catholico prædicetur; sed potius esse sedis Petri tam excellentem prærogativam, & privilegium eidem divinitus impartitum. Dei enim donum est non ex operibus (e), ne quis gloriætur.

Verum ut tandem de illis, quorum idem Paulus (f) in fine suæ epistolæ meminit, agamus (id enim ad rerum gestarum historiam spectare quis dubitet?) Cum commendat in primis Phœben ministram Ecclesiae quæ est in Cenchreis, opinamur eam fuisse diaconissam, ejusdemque muneris & Mariam, de qua inferius ait: Salute Mariam, quæ multum laboravit in nobis: similiter Tryphænam & Tryphosam; quæ, inquit, laborant in Domino: pariterque Persidem, de qua itidem ait: Salute Persidem carissimam, quæ multum laboravit in Domino; quantum scilicet sexui foemineo jure concessum esset: fuisse enim quasdam Ecclesiasticas functiones, quæ mulierum diaconissarum essent, satis superius dictum est; ne quis putet has verbi prædicationem administrasse, quam jam Paulum illis inhibuisse, cum ad Corinthios scriberet, certum est, cum dixit (g): Mulieres in Ecclesiis taceant. Quibus non tantum ibi docere, immo nec interrogare quidem, ut discerent, illis permisit, dicens: Si quid autem volunt discere, domi viros suos interrogent. Turpe est enim mulieri loqui in Ecclesia. Sed hoc ipsum Chryſostomus eo temperamento existimat intelligendum, ut non prorsus fæminis Apostolus interdixerit quolibet divino sermone, sed illo tantum qui publicus haberetur: sic enim ait: Præſidentiam, quæ fit in medio Ecclesiarum, illis prohibet, sedem.

LIV. Romano-rum mores Paulus fugillat.

(c) Hier. in præf. lib. 2. in epist. ad Rom. (d) Bern. ad Eugen. lib. 4.

(e) Ephes. 2.

LV. (f) Rom. 16.

(g) 1. Cor. 14.

Fæminis qui docendi non duntaxat permissus.

demque in pulpito, non doctrina verbum; non eam doctrinae rationem, quae ad privatum usum pertinet, amputando, sed eam quae in medio sit & in communi theatro, quae ipsis congruit doctoribus. Hæc ipse; ac merito quidem: nam quomodo vir infidelis per mulierem Fidelem sanctus efficeretur (quod ait Paulus a) nisi illa ipsum docente? Habent & Acta (b), non tantum Aquilam Ponticum, sed & uxorem ejus Priscillam, Apollo genere Alexandrinum in fide Christiana instituisse. Sed quod ad hos pertinet: reversos esse Romam Corintho, quo a Claudio pulsi ab Urbe abierant, satis apparet: morte enim Claudii (ut diximus) Romam postliminio sunt reversi qui fuerant inde illius edicto expulsi Judæi: at non tantum illi, sed & alii Christi fideles illinc, Nerone Imperatore creato, Romam venerunt, & inter alios, quos nominat & salutari mandat, Tryphæna & Tryphosa nobiles Iconientes fæminæ a Paulo Iconii ad Christum convertæ, quarum est mentio in Theclæ Actis, quæ & fidelissima esse monstravimus.

(a) 1. Cor. 7.
(b) Act. 18.

LVI.
(c) Doroth. in Synopsi. Qui salutati sunt a Paulo.

(d) Græc. Menolog. die 15. Mart. (e) Hippolit. de 72. discip. (f) Martyrolog. Rom. ea die.

(h) Sueton. in Claud. c. 28. Tacit. lib. 11. Dio lib. 60.

Mandat insuper salutari & Epænetum, quem Dorotheus (c) tradit factum esse Episcopum Carthaginensem; sed nulla ejus rei mentio reperitur apud Africanos scriptores Ecclesiasticos. Post hos omnes salutem suo nomine dici mandat Andronico & Junia, quos cognatos & concaptivos appellat, ac nobiles in Apostolis, quod ad illud munus ante ipsum adsciti fuissent: quamobrem jure creditum est, hos fuisse Christi antiquos discipulos; quorum Andronicum factum fuisse in Pannonia Episcopum, idem auctor tradit. Adhuc etiam Urbano & Stachi salutem dicit; quorum hunc ad Byzantinam Ecclesiam administrandam a Petro fuisse missum, jam superius diximus. His adjecit Apellem & Herodionem, alioque qui ex Aristobuli essent vel ex Narcissi domo. Quod vero ad Aristobulum spectat: missum illum fuisse ad regendam Ecclesiam in Britannia collectam, Græci (d) testantur. Narcissum vero Athenarum Ecclesiam curasse, Ampliatum Odissæ, & Urbanum in Macedonia esse creatum Episcopum, Hippolytus (e) testari videtur: quorum omnium anniversaria agit commemoratio tam a Græcis quam a Latinis trigesima prima mensis Octobris (f). Quod ad Narcissum spectat, constat errasse qui putarunt Apostolum intellexisse de his qui erant ex familia Narcissi potentissimi liberti Claudii Imperatoris, penes quem (ut Suetonius (g) Tacitus, ac Dio testantur) summa rerum erat. Hæc facile suaderi possent; nisi constaret ipsum Narcissum odio Agrippinæ matris Neronis Imperatoris, ante biennium, cum primum scilicet Nero creatus est Imperator, fuisse necatum; Tacitus

(h) enim mortem ejus recenset sub Consulatu Afirii & Acilii. Præter hos autem addit Rufum, Afyncritum, Phlegontem, Hermam, Patrobam, Hermam, Philologum, Nereum, quibus ferme singulis certas Episcopatus sedes tribuit Dorotheus: sed quoniam ejus fides improbat in multis, referre omittimus. Novissime autem salutari mandat Juliam & Olympiadem.

LVII.

Rursum vero, qui illis æque salutem impertiant, recensens, ait: *Salutat vos Dorotheus adjutor meus, & Lucius, & Jason, & Sospater, cognati mei.* Porro Lucium, quem dicit, eundem esse cum Luca, ea ratio persuadet, quod (ut ejusdem (i) Acta declarant) una cum his Paulo conjunctus erat. Sed quod eos idem Paulus cognatos appellat, sicut & paulo superius Juniam & Andronicum; non propinquitate sanguinis, eo quod diversarum essent ac longe distantium regionum; sed quod eosdem in Evangelio genuisset, ita dixisse Origenes (k) existimavit: sed verius putamus, sic cognatos eos esse nominatos, quod essent ejusdem gentis, nempe Judæi. Nam idem superius Judæos omnes cognatos suos appellat, cum ait (l): *Optabam enim ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem, qui sunt Israelitæ.* Certe si quos genuit in Evangelio, cognatos dicere voluisset, ante omnes Cajus, quem baptizaverat, & alii plures eo digni erant nomine. Sed quod non æque Aquilam & Priscillam, quos constat fuisse Judæos, cognatorum nomine exornet, illam puto fuisse causam, quod hi notiores esse videbantur, quippe qui alias tempore Claudii Romæ agebant: ceteros vero fortasse advenas Judæos sic spectatim opus fuerit demonstrasse. Scripsit Tertius Pauli discipulus, qui ei erat a manu, hanc epistolam, ut ipse scribens indicat dicens: *Saluto vos ego Tertius, qui scripsit hanc epistolam in Domino.* Hunc factum esse Episcopum Iconii, Diodorus (m) Tarsensis in primis, & post eum Dorotheus testantur. Quæ autem absoluta epistola, post Amen, ex more positum, sunt subscripta, manu Pauli (quod in aliis interdum facere consuevit) esse exarata, & tamquam appendicem addita, existimamus. Sed hæcenus de epistola ad Romanos.

(i) Act. 20. De Cognatis Pauli.

(k) Orig. in epist. ad Rom. c. 16.

(l) Rom. 9.

(m) Dioc. Tarsen. in epist. ad Rom. 16. Doroth. in Synopsi.

LVIII.

Antequam autem Pauli ac sociorum iter Hierosolymam versus singillatim, ut a Luca descriptum habetur, ordine prosequamur, necessarium ducimus, ea primum referre, quæ antequam illuc pervenerit Paulus, ibi facta esse noscuntur. Sane quod hoc anno (ut dicturi sumus uberius suo loco) Paulus vincens cum ad castra apud Tribuanum ductus esset, rogatus est ab eo (n), num ipse Ægyptius ille esset qui ante hos dies tumultum in populo concitasset, & seductos quamplurimos Judæos cum

(n) Act. 21.

De Rerum Judaicarum statu. cum in desertum duxisset; ea de mago illo hoc anno contigisse, evidens est testimonium; quænam vero hæc fuerint, Josepho ea narrante, hic referre operæ pretium existimamus. Sed ut sciamus pariter quisnam esset primis his Neronis temporibus Judæorum status, rem paulo altius repetere opus esse videtur; idque ex Josepho, qui his verbis, ut se habuit, exacte describit (a): *Cæterum Judææ res prelabebantur usque in deterius: tota enim referta erat latronum receptaculis, & magister præstigatoribus, imperitique vulgi seductoribus: quorum multos, sicut & latrones, Felix Præses quotidie comprehensos afflicebat suppliciiis; & in his Eleazarum Druæi filium, qui non mediocrem latronum globum circa se habebat, dolo vivum in suam potestatem redegit: data enim ei fide quod nihil mali esset passurus, persuasit ut ad se veniret, moxque vincitum Romanam transmisit. Cumque odio prosequeretur Jonathanem summum Pontificem, ut admodum ab eo sepe de administrandis melioribus rebus Judaicis, ne omnium errorum invidia publica in ipsum recideret [ad cuius preces hunc Procuratorem Cæsar miserat] rationem excogitavit, qua liberaretur ab ejus molestis interpellationibus. Græve est enim nocendi cupidus, si admonentur crebrius. Quæ de causa Felix amicum Jonathanem fidissimum Dorem, Hierosolymitanum genere, induxit promissa pecunia, ut scarios ipsi Pontifici immitteret. Quod ille in gratiam Præsidis fecit his artibus. Quidam quasi religionis ergo in urbem ascenderunt sicis clam succincti sub vestibus: qui permixti Jonathanis famulitio, peremerunt hominem. Cujus facinoris quia nemo ultor exiit, invitati hac licentia scarii per singula festa ventitantes, & tela celantes, pari modo immixti turbis, alios confodiebant propter privatas inimicitias, alios conducti pecunia: idque non modo in reliquis urbis partibus, sed & in ipso templo; nam & ibi interdum ausi sunt cades patrare, ac si nihil hoc modo pietatem læderent: unde fas est credere, Deum tanta impietate offensum, aversatum esse Hierosolyma, temploque ut non amplius puro domicilio Romanos induxisset, purificatos id flammis lustralibus; gentique cum liberis simul & uxoribus servitutis jugam imposuisse, quo castigatior redderetur hoc infortunio. Et urbs quidem talibus infestabatur latrociniis. Prosequitur idem dicere de Magis populum seducuntibus, verbis istis:*

Impositores autem & magi turbas illectas post se traherant in solitudines, pollicentes se divinitus ostensuros eis clarissima signa & prodigia; persuasivaque multitudo mox pœnas luit dementia; retractos enim eos Felix neci dedit. Eodem tempore quidam ex Ægypto venit Hierosolymam, va-

(a) Joseph. ant. lib. 20. cap. 6. & de bello Jud. l. 2. c. 11.

LIX. Magi seducunt populum.

rem se esse profertens, & plebi suadens, ut secuta se in montem Olivæ ascenderet, qui e regione urbis ad quintum stadium est: illic enim visuros suo jussu cadere Hierosolymorum mœnia, ita ut per eorum ruinas aditus in civitatem pateat. Quo cognito, Felix jubet milites arma sumere; stipatusque multis equitibus ac peditibus, erumpens invadit turbam seductam ab Ægyptio: quorum quadringentis occisis, ducentos vivos cepit: Ægyptius autem ipse pugna elapsus disparuit. Hæc Hierosolymis. Quid autem foris, idem narrat his verbis: *Post hæc latrones rursum ad rebellandum Romanis incitabant populum, dictitantes excutiendum illorum imperium; & non assentientium vicos direptos absumebant incendiis.*

LX. Altercatio inter Judæos & Syros Cæsareæ.

Apud Cæsaream quoque inter Judæos habitatores & Syros de puri jure civitatis vixia exordia est. Nam Judæi potiori conditione volebant esse, quod urbis ejus conditor Herodes Rex fuerit Judæus genere. Id Syri non inficiabantur quidem, sed agebant urbem turrim Stratonis dictam a principio; quo tempore nullum ibi Judæum inhabitasse. Quæ res post pervenit ad cognitionem Præsidum, correptisque ex utraque parte tumultus auctoribus, affecerunt eos verberibus, & hoc modo seditionem compresserunt aliquamdiu. Rursus autem oppidani Judæi freti divitiis, per contumeliam Syros laceffebant convicio: qui tamen inferiores quod ad facultates attinet, ferociores tamen eo quod plurimi Romani per ea loca militantium Cæsarienses essent & Sebasteni patria, aliquantisper & ipsi regerebant in Judæos convicia. Deinde ad lapides ventum est, ita ut multi utrinque vel sauciarentur, vel caderent: penes Judæos tamen fuit victoria. Felix autem ut vidit contentionem progressam usque ad belli speciem, proficiens rogabat Judæos ut desinerent: quibus non parentibus, immisit armatos milites; multisque caesis, plures captivos fecit, & multas eorum domos divitiis refertas in prædam concessit militibus. Judæorum vero honoratiores, aut modestiores, sibi ipsi timentes, rogaverunt Felicem, ut militibus receptis caneret, parceretque jam, & respiciendi facultatem concederet: idque Præses indulget eorum precibus.

LXI. Dissidium inter Sacerdotes & Pontifices.

Subdit idem de civili discordia constata inter ipsos sacerdotes atque Pontifices, sic dicens: *Per idem tempus Agrippa Rex summum sacerdotium Ismaeli contulit Phabæi filio: & ipsi summi Pontifices dissidere cœperunt a Sacerdotibus & Primatibus Hierosolymitanorum civium: singulique incedebant stipati manu audacissimorum & seditionum hominum: conflitantesque inter se mutuis certabant convitiis & lapidationibus; nec erat qui compefceret, quasi vacante urbe magistratibus. In tantum autem exarsit sum-*

summorum Pontificum impudentia, ut audent servos suos in areas remittere, qui auferrent debitas sacerdotibus decimas, ita ut aliqui pauperiores e Sacerdotum ordine alimentorum inopia fame deficerent. Tanto plus tum pollebat violentia seditionum, quam iustitia. Haecenus Josephus de miserimo statu Judaeorum hujus anni, quo & Felix (ut suo loco dicemus) e magistratu abiit.

LXII. Sed jam ad Paulum redeamus: qui (ut vidimus) hoc ipso anno venturus Hierosolymam, collectam pecuniam allaturus ad Christianos qui ibi erant paupertate preffis, recessit Corintho: illicque remanente (a) Erasto, ceteri comitati sunt eum, nimirum (ait Lucas) Sosipater Pyrrhi Bereensis, Thestalicenſium Aristarchus, & Secundus, & Cajus Derbeus, & Timotheus, Asiatici vero Tychicus, & Trophimus. Hi cum praecessissent, sustinuerunt nos Troade. Haec de professione Corintho, & de Pauli comitibus Lucas (b): qui praefens his omnibus, quippe qui erat unus ex his qui Paulum comitabantur, exacte relegens non solum res ipsas in itinere gestas, sed & dies fere singulos numerans, luculentam fatisque perspicuam ejus peregrinationis nobis reliquit historiam; quam in haec verba prosequitur: Nos vero navigavimus post dies Azymorum a Philippis, & venimus ad eos Troadem diebus quinque, ubi demorati sumus diebus septem. Quid vero ibi acciderit, mox subdit his verbis: Una autem sabbati cum convenissemus ad frangendum panem, Paulus disputabat cum eis, profecturus in crastinum, protraxitque sermonem usque ad mediam noctem. Erant autem lampades copiosae in cenaculo, ubi eramus congregati. Sedens autem quidam adolescens nomine Eutychus super fenestram, cum mergeretur somno gravi, disputante diu Paulo, ductus somno, cecidit de tertio cenaculo deorsum: & sublatus est mortuus. Ad quem cum descendisset Paulus, incubuit super eum, & complexus dixit: Nolite turbari, anima enim ipsius in ipso est. Ascendens autem, frangensque panem, & gustans, satisque allocutus usque ad lucem, sic profectus est. Adduxerunt autem puerum viventem, & consolati sunt non minime. Haec Lucas de rebus gestis Troade.


(b) Act. 20. Quamvis enim Paulus in Troade diebus quinque, ubi demorati sumus diebus septem. Quid vero ibi acciderit, mox subdit his verbis: Una autem sabbati cum convenissemus ad frangendum panem, Paulus disputabat cum eis, profecturus in crastinum, protraxitque sermonem usque ad mediam noctem. Erant autem lampades copiosae in cenaculo, ubi eramus congregati. Sedens autem quidam adolescens nomine Eutychus super fenestram, cum mergeretur somno gravi, disputante diu Paulo, ductus somno, cecidit de tertio cenaculo deorsum: & sublatus est mortuus. Ad quem cum descendisset Paulus, incubuit super eum, & complexus dixit: Nolite turbari, anima enim ipsius in ipso est. Ascendens autem, frangensque panem, & gustans, satisque allocutus usque ad lucem, sic profectus est. Adduxerunt autem puerum viventem, & consolati sunt non minime. Haec Lucas de rebus gestis Troade.

LXIII. Sacram synaxim hunc conventum fuisse, Augustinus (c) in primis sugillans Priscillianitas & Manichaeos, testatur his verbis: Nec illud moveat, quod Priscillianista Manichaeorum simillimi ad jejunandum die Dominico solent testimonium de Apostolorum Actibus adhibere, cum esset Apostolus Paulus in Troade: & inferius de ipso Apostolo Paulo sic loquitur: Ascendens autem, inquit, cum fregisset panem atque gustasset, satisque esset allocutus usque ad diluculum, sic profectus est. Absit

ut hoc sic accipiatur, tanquam solemner A postoli Dominico die solemniter jejunare. Una enim sabbati tunc appellabatur dies qui nunc Dominicus appellatur; quod in Evangelis apertius invenitur: nam dies Resurrectionis Domini, Prima sabbati a Matthaeo, a ceteris autem tribus Una sabbati dicitur; quem constat eum esse quem Dominicus postea appellatus est. Aut ergo post peractum diem sabbati, noctis initio fuerant congregati, quae utique nox jam ad diem Dominicum, hoc est: ad Unam sabbati pertinebat & ita eadem nocte fracturus panem, sicut frangitur in Sacramento Corporis Christi, produxit sermonem usque ad mediam noctem, ut post sacramenta celebrata, rursus usque ad diluculum alloquens congregatos, quoniam multam festinabat, ut lucente proficisceretur Dominico die. Aut certe si in Una sabbati non per noctem, sed per diem hora Domini fuerant congregati: eo ipso quod dictum est, Paulus disputabat illis exiturus alia die, expressa est causa producendi sermonis: quia fuerat exiturus, & eos sufficienter instruere cupiebat. Non ergo solemniter die Dominico jejunabatur: sed necessarius sermo, qui studii ferventissimi audiebat ardore, reficiendi corporis causa interrumpendus esse non visus est profecturo Apostolo, qui eos propter alios suos usquequaque discursus, vel nunquam vel rarissime visitabat: praesertim quia tunc ex illis terris (sicut consequentia docent) ita discessurus erat, ut jam non esset eos in carne visurus. Ac per hoc magis ostenditur Dominici diebus solita illis non fuisse jejunia; quia ne hoc crederetur, curavit scriptor libri causam producendi sermonis exponere: ut sciremus, si aliqua necessitas oriatur, urgentiori actioni non esse prandium praeserendum quamvis ab istis avidissime audientibus, & ipsum fontem cogitantibus profecturum: atque inde magna siti non aqua, sed verbi, sine satietate quicquid infuebat haurientibus, non tantum, carnale prandium, verum etiam coena contempta est. Sed tunc quamvis Dominico die solita illis jejunia non fuissent, non erat tamen Ecclesiae tam insignis offensus, si aliqua tali necessitate, qualem Apostolus Paulus habuit, die toto Dominico usque ad mediam noctem vel etiam usque ad diluculum reficere corpora non curarent. Haec sunt quae de eo sacro conventu disputat Augustinus, cui Beda (d) ac ceteri Orthodoxi scriptores assentiuntur.

LXIV. Quod autem S. Augustinus eam panis fractionem, non tantum sacrae, sed communis etiam mensae usui applicari posse significat; cum nec de incidendo panem, sed frangendo duntaxat, in divinis Scripturis sit mentio: plane indicatur viguisse apud Judaeos eam consuetudinem, ut confi-

ficientes panes, eos incisionibus in particulas plures signatos coquerent: quod quidem ex Rabbino rerum Judaicarum antiquarum perito accepimus; eos sic incisos coquere solitos panes, ut sic ad esum non esset opus illos incidere, sed solum frangere; sicuti facere solent etiam hodie in placentis azymis ea plane figura, qua expressas eas hic vides.



Indeque evenisse putamus quod de buccellis comedendis in iisdem divinis Scripturis frequens mentio reperitur. Sicut etiam apud Romanos constat fuisse usum receptum, ut panem quemlibet, placentamve, quadrifida decussatum incisione, ad dividendum postea in partes quatuor, coquerent; cujus singulae partes, quadræ nominarentur, non quod quadratam figuram referrent, sed quod quarta pars panis esset. Habes enim id in primis a Virgilio in Moreto descriptum his versibus, cum agit de conficiente panem:

Format opus palmaque suam dilatat in orbem,
Et notat expressis aquo discrimine quadræ.

(a) Horat. li. 1. epist. 18.

Sed & de iisdem quadræ Horatius (a):
Qui dicit & elamat, Victum date: succinit alter,
Et mihi dividuo findetur munere quadræ;

(b) Martialis lib. 3. epig. 76.

& Martialis (b):
Nec te liba juvant, nec secta quadræ placentæ;

(c) Lib. 9. epig. 95.

& alibi (c):
Libetur tibi candidas ad aras
Secta plurima quadræ de placenta;

(d) Juvenalis satyr. 5.

& Juvenalis (d):
Ut bona summa putes aliena vivere quadræ;

(e) Virg. Aeneidos 7.

licet pro mensa alii quadræ acceperint, sicut & in illo Virgilio (e):
Ann. Eccl. Tom. 1.

patulis nec parere quadræ.


Ceterum, teste Varrone (f) tempore dictorum poetarum mensæ solebant esse rotundæ, & non quadratæ; unde & complures poetae orbes posuere pro mensis: quod antiqua marmora docent exhibentia mensas orbiculares. Sicut & ex iisdem dictis errare mihi videntur, qui discos ad desuper incidendum edulia positos, quadras dictos esse putarunt. Ad ea rursus quæ dicta sunt, Athenæus (g) locuples testis accedit, dum ait: Blomilios panes vocari dicunt habentes incisiones, quos Romani quadratos vocant. Ad stipulatur egregie & Hesiodus (h), ubi hæc habet Græce:

Ἄγρον δαμνύστας τριπέδιλους ἐνταρ' ἀλάκων.

Latine sic:

Panem quadrifidum cenatus morsibus edo.

Sed describenda hic ex antiquis imaginibus sculptis ejusmodi panis decussati forma, quam sic exhibent quæ hactenus visuntur Romæ vetera monumenta.



Ita enim sculpta extat in Sigmate illo quod apud S. Chryzogonum est, formis expresso a Fulvio Ursino, ubi astans minister singulis accumbentibus singulos panes ex canistro præbet. In Marmorario apud S. Laurentium in Lucina aliud huic simile, spectare licet: sed & in sarcophago operis Christiani in Ecclesia S. Sebastiani, in cœmeterio Callisti cophini sic efformatis panibus pleni habentur insculpti: & aliis in locis memini me vidisse, sicut in Ecclesia S. Clementis veteri pictura redditos. Quod igitur in iisdem Christianorum monumentis itidem contingat panes eodem modo efformatos inspicere; plane significatur, eundem Gentilium morem illis signis decussandi panes antequam coque-

rentur, ab ipsis Christianis, quod typus crucis iisdem signis exprimeretur, religio- se esse susceptum: id enim ex his quæ S. Gregorius (a) in Dialogis scribit, satis perspicue potest intelligi: ait enim in Martyrio Monacho:

(a) Greg. Dial. lib. 2. c. 12.

LXVI.

Dum quadam die fratres illius panem subcinerit fecissent, eique obliti essent signum imprimere, sicut in hac provincia crudi panes signo signari solent, ut per quadras quatuor partiti videantur; idem Dei famulus affuit, eisque referentibus, signatum non fuisse cognovit. Cumque panis ille prunis esset & cineribus cooperitus dixit: Quare hunc minime signastis? Qui hoc dicens, signum crucis contra prunas fecit. Quo signante, protinus immensum crepitum panis dedit, ac si ingens in ignibus olla crepisset. Qui dum coltus postmodum fuisset ab igne substractus, ea cruce signatus inventus est, quam non contactus, sed fides fecit. Hactenus S. Gregorius. Sed & illud liquet, non solum communes panes ad esum paratos ejusmodi decussatione crucis signum exprimente a majoribus consignari consuevisse, sed & eos ad sacrum Eucharistiæ usum absque fermento confici solitos: cuius tamen divisæ in fractione partes, non quadras, sed particulas, seu buccellas ob panis illius exiguitatem appellatas esse, superius diximus. Factum vero postea est, ut in iisdem mysticis panibus non crux tantum, sed Christus crucifixus formis redderetur expressus. At de his hactenus, quæ occasione duplicis fractionis panis volumus addidisse. Jam vero ad Paulum Troade professionem instituentem redeamus.

LXVII.

Cum igitur quam vehementissimo Pauli desiderio Troes affecti essent, adeo ut ejus audiendi cupiditate diem noctemque pendentes ab ejus ore transegerent: non sicut Ephesii postea dixit, se non amplius ab illis fore videndum; sed pignus apud illos relinquens, spem reditus tribuit: reliquit enim apud eos penulam, atque libros, quos tamen sequenti anno ad Timotheum scribens, ut ad se mitteret, litteris (b) significavit, sic dicens:

(b) 2. Tim. 4. De Penulæ usu.

Penulam, quam reliqui Troade apud Carpum, veniens affer tecum, & libros, maxime autem membranas. Sed quænam esset Pauli penula, instituto obligati, quo glossemata elucidare polliciti sumus, nobis est explicandum. Fuisse in primis penulam, vestem ad frigus ac pluvias expellendas compositam, qua potissimum iter agentes uti consueverunt, satis explicat

(c) Lamprid. in A. Lex. (d) Cicero ad Attic. l. 13. (e) Martialis epigr. l. 14.

Ælius Lampridius (c), quod & Cicero (d) ad Atticum scribens æque demonstrat, & Spartianus in Hadriano. Duplicisque erant generis penulæ; villosa altera, altera vero scortea: de utraque Martialis (e), qui villosam Gausapinam appellat, agit: sed de penula scortea primum hoc distinctio:

Ingredivare viam, cælo licet usque sereno, Ad subitas nusquam scortea desit aquas: & de penula Gausapina: Is mihi candor inest, villorum gratia tanta est, Ut me vel media sumere messe velis.

Concessisse Alexandrum Imp. senibus Romæ ad frigus pellendum uti penulis, idem qui supra auctor est Lampridius. Cessisse itidem penulas usui oratorum, dum in foro causas agerent, his traditur apud Tacitum (f): Quantum humilitatis putamus eloquentiæ attulisse penulas istas, quibus adstricti, velut inclusi, cum iudiciis fabulamur?

(f) Tacit. in Dialog. de Orat.

Ceterum quod ad Pauli penulam spectat, alia & ab his proferenda diversa illa erat. Quæ enim, quæso, ratio patitur, ut in itinere ipse positus, iter agentis vestem adeo necessariam ipso ferme initio peregrinationis ibi reliquerit? Rursum, quæ subit occasio, ut dum Romæ esset in suo conducto, libero detentus carcere, ubi mansit biennio, eadem tunc egeret penula; ut eam secum Romam ut ferret, Timotheum rogarit? Quamobrem aliæ fuerunt de Pauli penula diversæque sententiæ: quosdam enim sensisse, eam fuisse loculos seu thecam, in qua libri conderentur, tradit Joannes Chrysostomus (g): alii tamen antiquiores, per id quod penulam vertit interpres, ex eo quod Græce habetur, volumen, Paulum significare voluisse senserunt. Unde (h) Hieronymus ad Damasum scribens, hæc ait: Volumen Hebræum replico, quod Paulus quibuslibet juxta quosdam vocat: sicque Paulus ad se deferri mandavit volumen Hebræum, nempe vetus Testamentum, libros, & membranas: licet hæc inter se differant. Nam volumen chartæ in se ipsas revolutæ conficiunt: librum vero dicere consueverunt, cum multæ papyraceæ chartæ junctæ simul compaginantur; si autem conficerentur ex pellibus, tunc dicentur membranz. Volumen autem dici consuevisse vetus Testamentum, divina Scriptura (i) sæpe testatur: quod sic revolutum esset, prout & hodie in synagogis utuntur Hebræi.

LXVIII. Quæ Pauli penula.

(g) Chryst. in 2. ad Tim. 4. hom. 10.

(h) Hier. ep. 125. q. 2.

(i) Exod. 24. Deut. 17. 28. 29. 32. & aliis locis.

Rursum vero penulam dici vestem sacram, apud Græcos Christianos scriptores sæpius testatum habetur, sic dictam, quod uno interjectu totum ambit sacerdotem, a *παυρομαι* & *παιον*, quod tota conspiciatur; quam & Latine planetam, dicere consueverunt, a *πλανητος*, quod circum errans totum ambiat corpus, sicut esse solent quæ antiquiores in Ecclesiis aservantur: sunt enim de his complura testimonia, in primis Nicephori (k) Episcopi Constantinopolitani, qui scribens ad Leonem Tertium Romanum Pontificem & dona mittens, hæc ait: Symbolum

LXIX. Penula vestis sacerdotalis.

(k) In Codic. Bibl. Vatic. & excusa est inserta in Act. Conc. Ephes. edit. Pelt. 1. 5. c. 22.

Jam autem mediatrix inter nos dilectionis missus fraternæ vestra beatitudini encolpium aureum, crucem pectoralem scilicet, cujus una facies crystallum inclusum, altera picta nigello, & inus habet alterum encolpium, in quo sunt partes honorandi ligni in figura crucis positæ; tunicam candidam, & penulam castaneam; inconsutilem stolam, & semicinctia auro variegata. Hæc secundum antiquam translationem, ut reperimus in codice scripto epistolarum Nicolai Papæ. Vertit penulam interpres, quæ Græce erat *παυρομαι*; sicut a Philotheo Episcopo Constantinopolitano in commentario (a) de sacris officii edito dictum *παυρομαι*, casulam (quod idem est quod planeta) vertit interpres, sic dicens: Egre ditur retro Sacerdos demissam portans casulam: & inferius voce Græca: Sacerdos aperiens sanctas portas demissum phœnolium gestans. Itemque Metaphrastes (b) in Marciano: Habet stolam penulam vestem sacerdotalem, quæ corruptus operiebat. Verum ex his duabus recitatis sententiis, vel de volumine, vel de sacra veste, alterutram quam velit lector sequatur: sed magis placet ut volumen sacre legis intelligi debeat; tum, quod Græce legatur *παυρομαι*, & non *παυρομαι*; tum etiam, quod haud magni videretur esse negotii vel impensæ alias sacras vestes ejusdem generis Romæ conficere, absque eo quod ex Asia eam velit per Timotheum ad se deferri. Non sic quidem de legis volumine, quod cum sacrosanctum haberetur, haud facile librariis describendum committeretur. Sed jam ad ipsam die Dominico celebratam synaxim Troade revertamur.

(a) Habetur tom. 4. Bibl. Sancti. c. 152. 8.

(b) Metaph. 10. Jan.

LXX.

(c) Act. 20.

(d) Persius satyra 5. De usu lampadarum religionis causa.

Quantumlibet ad noctis tenebras expellendas copiosum numerum, quem Lucas (c) refert, fuisse lampadam in cœnulo collocatum, quisque jure dicere posse videatur: tamen exploratissimum est consuevisse Judæos non tantum ad lumen inducendum, tenebrasque pellendas lucernas incendere, sed & lætitiæ causa, cum celebratam aliquam agerent, ut docet etiam Persius versibus illis alia occasione a nobis superius recitatis, cum ait (d):

At cum Herodis venere dies, unctaque fenestra Dispositæ pinguem nebulam vomuere lucerna.

Sicque non tantum lætitiæ causa, sed & religionis ergo, incendi ab eis consuevisse lucernas, exploratissimum est. Et ut prætermittamus de candelabro auro septem infusoria habente, re omnibus notissima; testatur Josephus (e), cum servaretur stola Pontificia in turri cui nomen erat Antonia, ibi quotidie solitam incendi lucernam. Qui quidem usus in Ann. Eccl. Tom. I.

(e) Joseph. antiq. l. 20. c. 6.

Ecclesiam dimanavit: nam non ad lucem tantum inducendam, sed ad pium religionis cultum amplificandum interdum vel in sacris adhiberi, vel aliter in honorem numinis accendi lumina, consuetudinis fuisse, complura sunt antiquorum exempla. Cum enim ab ipso verum nostrarum initio ordinem fuisse constet in Ecclesia Cæroferariorum Clericorum, qui & Acolythi dicebantur, cujus (ut diximus) mentio est apud Cyprianum, Cornelium Papam, Eusebium, Romanum Concilium, sub Silvestro, necnon Synodum quartam Carthaginensem; quorum eo ordine initiatorum Clericorum munus erat, ad sacram mysteriorum pompam ferre accensos cereos: cumque eadem sacra, licet aliquando nocte, ut in Vigiliis, tamen clara etiam die luce peragi consuevisse, certissimum sit: æque exploratum habetur, adhiberi solita in Ecclesia luminaria non ad tenebras tantum propellendas, sed ad sacri quoque cultus celebritatem illustrandam. Id equidem in Orientis Ecclesiis fieri solitum, S. Hieronymus agens contra Vigilantium fidei desertorem istæ Catholicis exprobrantem; plane testatur his verbis: Absque martyrum reliquiis, per totas Orientis Ecclesias, quando legendum est Evangelium accendunt luminaria, jam Sole rutilante, non utique ad fugandas tenebras, sed ad signum lætitiæ demonstrandum. Hæc ipse, qui agere pergit de luminum mystico sensu.

LXXI. Non spernendus usus luminum.

De aliis vero locis, quod ad diurnum spectat lumen, sic dicit: Cereos autem non clara luce accendimus, sicut frustra calumniaris: sed ut noctis tenebras hoc solatio remperemus, & vigilemus ad lumen, ne cæci tecum dormiamus in tenebris. Quod si aliqui propter imperitiam & simplicitatem secularium hominum, vel certe religiosarum seminarum, de quibus vere possumus dicere: Confiteor, zelum Dei habent, sed non secundum scientiam: hoc pro honore martyrum faciunt: quid inde perdis? Causabantur quondam & Apostoli, quod periret unguentum; sed Domini voce correpti sunt. Neque enim Christus indigebat unguento, nec martyres lumine cereorum: & tamen illa mulier in honorem Christi hoc fecit, devotioque mentis ejus recipitur: & quicumque accendunt cereos, secundum fidem suam habent mercedem, dicente Apostolo: Unusquisque in suo sensu abundet. Idololatrias appellas hujusmodi homines? Non diffiteor, omnes nos, qui in Christo credimus de errore Idololatriæ venisse: non enim nascimur, sed renascimur Christiani. Et quia quondam colebamus idola, num colere Deum non debemus, ne simili eum videamur cum Idolis honore venerari? Illud fiebat idolis, & idcirco deestandum est: hoc fit martyribus, & idcirco recipiendum est. Hæc Hieronymus, qui

qui ad Riparium (a) scribens; exclamat: Accensis me, inquit, ante tumulos eorum cerei; Idololatria insignia sunt?

Haud equidem est dubium, Gentiles etiam (quod & Judaei pia religione agebant) incendere consueverunt eadem ex causa lucernas: unde & Juvenalis (b):

Et matutinis operantur festa lucernis. Docet hoc ipsum Tertullianus (c) saepius ut in Apologetico: Nec lucernis, inquit, diem infringimus? & inferius: Quam elatissimis atque clarissimis lucernis, ubi bula enubilabat, & ad uxorem (d) veni-

nit de janua lucernatae non onerari in libro de idololatria de eadem re agit sed de eo loco inferius. De his etiam loquitur plebs testis est Dio in Nerone, cum aeternitatis & honoris causa Urbem replerant fuisse lucernis; & festa fronde necnon suffibus. Sed cum haec ipsa (ut vidimus) aequae Judaei facerent atque Gentiles: cur non potius a Judaeis, ea sicut & plebs raque alia, quam a Gentilibus Ecclesiam mutuata esse dixerimus? Et si velint accepta ab illis esse, quid absurdum est eadem in veri Dei cultum conversa fuerunt, ut alia multa quae superius recensuimus?

Hujusmodi quidem pietatis officia fetu ventissimo studio a Fidelibus exhiberi collita constat testimonio etiam Vigilantium dicentis, molis cereorum; Sole fulgente, accendi solere in Ecclesiis; licet ipse plurimum cultum derideat, perinde ac si id Fidelibus facerent ad martyres illuminandos. Inquent haec jure Hieronymus: Cereos non clara luce accendimus (sicut frustra calumniaris) nimirum ut hoc pietatis officio partem martyres & tenebris vindicari, quorum lucerna (e) est Agnus. Sed mysterium docet, scilicet sic facere, ut (quod sequitur) noctis tenebras hoc solatio temperemus: nempe, quod ait Apostolus: Nox praecessit, dies autem appropinquavit: abjiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis: ac proinde (quod subdit) vigilemus ad lumen, ne cuncti tecum dormiamus in tenebris: perstat enim in metaphoram, qua superius jam quarto eundem non Vigilantium, sed Dormitantium nominarat; & paulo superius dixerat: Tu vigilans dormis, & dormiens scribis. Vel adhuc etiam dicere possumus, quod ait: Cereos non clara luce accendimus; non ipsum diem per lucem claram intellexisse, sed lumen ipsum quo cerei accenduntur: ut sit sensus: Non fulgenti lumine accendimus cereos (ut tu dicis) ad illustrandos martyres; sicque nihil de die esse locutum. Nam quoniam pacto negasse potuit, interdiu a Fidelibus accendi lumina, qui paulo post de toto Oriente, ubi ipse agebat, haec ait: Per totas Orientis Ec-

LXXXIII. Frequens luminum usus.

(e) Apo. 2.1.

clesias, quando legendum est Evangelium, accendunt luminaria, jam Sole rutilante, non utique ad fugandas tenebras, sed ad signum laetitiae demonstrandum. Immo & id ipsum factitari solitum in Ecclesia Hierosolymitana, sub qua vivebat ipse Hieronymus, Epiphanius scribens ad Joannem tunc temporis ejus sedis Episcopum, demonstrat, dum ait: Cum venissem in villam que dicitur Anablatba, vidi semque praeteriens ibi lucernam ardentem, interrogassemque quis locus esset, didicissemque esse Ecclesiam, &c. accidit id quidem interdiu: nam noctu non mirum multas videri ubique ardentis lucernas. At nec rursus potuit Hieronymus ea dixisse de Ecclesia Occidentali, in qua pariter accendi solita lumina interdiu, S. Paulinus ipsius aequalis docet his versibus (f):

Clara coronantur densis altaria lychnis, Lumina ceratis adoleantur odora papiris, Noctae dieque micant. Sic nox splendor, quae dies Fulget, & ipsa dies caelesti illustris honore. Plus micat innumeris lucem geminata lucernis.

Sic pariter quod idem subdit Hieronymus: Quod si aliqui propter imperitiam & simplicitatem secularium hominum, vel certe religiosarum seminarum, de quibus possumus dicere: Confiteor, Dei zelum habent, sed non secundum scientiam: hoc pro honore martyrum faciunt: quid inde perdis? idem est ac si diceret: Esto quod tu dicis, id eo modo quo asseris, faciant simplices, ut parent cereis martyres illustrandos, sicque habeant zelum non secundum scientiam: quid tamen inde perdis? Usitatus est differendi modus Hieronymi, ut adversus haereticos pugnant, nec latum unguem eidem loco cedat. Ceterum ejusmodi pietatis cultum a se probari, in eodem commentario paulo inferius, & supra, eodem argumento ad Riparium scribens, aperte aequae ac libere (quod dictum est) profitetur, dum ait: Accensis ante tumulos eorum cerei, idololatria insignia sunt? Haec ipse, Vigilantium dictum execratus. Commendant & ceteri sanctissimi Patres ejus saeculi, ejusmodi a Fidelibus fieri solitas oblationes: & tantum abest ut haec fuerint simplicium officia tolerata, vel habentium zelum non secundum scientiam; ut S. Augustinus (g) ad haec ipsa praestanda pro concione populum sit exhortatus, sic dicens: Qui posunt, aut cereolos, aut oleum, quod in cociandelibus mittatur, exhibeant: & Paulinus (h) his versibus:

Ast alii pictis accendant lumina ceris, Multiforesque cavas lychnos laquearibus aptent, Ut vibrent tremulas funalia pendula flammis.

LXXXIV. Quae Hieronymi sententia fuerit.

(g) S. Aug. de temp. serm. 215.

(h) Paulin Natal. 6. S. Felii.

Est

LXXXV. Undique probatus sacer usus luminarium.

(a) Aug. ser. 33. de divers. iterum & de Civ. Dei. 22. c. 8. (b) Evod. de mirac. S. Steph. 1. c. 2. & 1. 2. c. 2. (c) L. 1. c. 13. (d) Athan. ep. ad Orthod. circa princip.

(e) Ixat. 1. 1. Conc. in Silvest.

(f) Greg. 1. 1. indic. 9. ep. 66.

(g) Aug. ep. 165.

LXXXVI.

(h) Greg. Turon. de mirac. sancti Martini c. 1. prope finem.

De usu Sacrae Cerae in agni formam effigiat.

Est & commentarius Evodii Uzalenis Episcopi, cujus meminit saepius (a) Augustinus, ubi de cereis affert solitis ad reliquias S. Stephani (b), iisdemque divinitus in visione monstratis agit, deque eo qui obtulit candelam argenteam (c). Deplorat Athanasius (d) cereos a Fidelibus oblatos, sed ab Arianis sublato, & idolis incensos. Quam vero sumptuosa esse solerent vasa aurea, vel argentea, vel alterius generis metallorum affabre facta ad lumina incendenda composita, ut pharicantari, lampades cum delphinis, coronae cum liliis, candelabra, cerosstrata, atque lucernae, in quibus non oleum commune tantum, vel cera, sed interdum opobalsamum vel nardinum oleum in honorem Dei vel Sanctorum incenderetur, satis expressum ac saepius repetitum habetur in libello de magnificentia Constantini, de donis scilicet quae nonnullis a se erectis Ecclesiis contulit: quod quidem scriptum ut legitimum atque germanum (e) Ecclesiae Romanae semper habuit; dicemus nos de ipso suo loco. Perseverasse noscitur id genus vasorum usus etiam Gregorii Papae tempore: qui ad Anthemium (f) scribens, meminit de coronis cum delphinis, aliisque lilia habentibus furto sublatis. Nec quis miretur, si haec facta sint tempore pacis Ecclesiae, regnantibus Christianis Imperatoribus: cum constet, urgente adhuc persecutione, Ecclesias uti consuevisse argenteis lucernis, atque capitulatis, quae lampades erant multa habentes capita, quibus lumina incenderentur, quorum apud Augustinum (g) est mentio ex Aetis proconsularibus. At vero haec pietatis officia fuisse Deo gratissima, complura miracula, quae tum oleo distarum lampadam, tum etiam cera e candelabris sumpta peragi consueverunt, quae alibi attigimus, certissimam fidem faciunt. Sed in praesentiarum satis esse putamus, eundem qui supra, Paulinum fidelissimum testem adducere; quem Gregorius Turonensis (h) ex libro ejusdem, quem scripsit de rebus S. Martini, citat his verbis: Factum est autem, ut proventus tentatoris immixtum incendium domum voraci flamma combureret, & sparsum per aridas tabulas cuncta vastaret. Interea clamor ad caelum tollitur, & B. Martini auxilium imploratur. Meminit ille etiam cerea particula a Sancti templo delata: quae reperta, & igni injecta, protinus cunctum resinxit incendium: novoque miraculo cera, quae ignem alere esse solita, violentias ignis vi sanctitatis oppressit. Haec Paulinus in sexto operis sui libro versu conscripsit, accepto a sancto Perpetuo Episcopo Turonensi de his indiculo. Hucusque Gregorius. Certe quidem hac nostra aetate complura his similia constat edita esse miracula ex ceris illis, quae

ex cereo acceptae Paschali, aliisque puris admixtae, & sacro chrismate delibatae, ac benedictione sanctificatae sunt: quae & eo quod agni, Christi typum praeserentis, haberent impressam imaginem, Agnus Dei dicit consueverunt: quas recens baptizati suspensas ferrent ad collum. Nam cum suis infantibus Gentiles bullas, ad averendas fascinaciones (ut docet Varro (i) Varro de re turpica. consignatas, vel aliter superstitioibus auctas, collo appenderent; ad eas abolendas (ut de multis aliis accidit) placuit superstitione in religionem mutata, ex ejusmodi sacris ceris bullas confici, quas agni Christum praeserentis imagine insignitas geniti in Christo gestarent. Cordis item imaginem in bullis suis Gentiles ferre consueverant, quo (ut tradit Macrobius (k) sic noscerent se esse homines, si corde praestarent: Christiani vero, Christi agni imagine, discerent ejus exemplo esse mites & humiles corde. Sed in his non immoramur, quod sciamus R. P. Vincentium Bonardum, Magistrum Sacri Palatii collegam, novarum ex officio scriptio-num cognitorem, ejusdem argumenti eruditum scripsisse libellum.

Ceterum quis prohibet (quod saepius diximus) profana per verbum Dei sanctificata, in sacrum transferri usum? Nonne constat, ex Aegyptiorum auro & argento, Dei iussu, sacra vasa ad divinum cultum esse confata? Multa quidem ex superstitione Gentilitia in Christianam religionem laudabiliter esse translata, pluribus exemplis superius, Patrumque auctoritate sunt demonstrata. Sed quod ad lampades ac cereos, de quibus est sermo, spectare videtur: quis jure calumniatur, si quae olim idolis (ut ait Hieronymus l) eadem modo martyribus offerantur? si quae etiam diebus sabbatis lucernae accenderentur in templis, non quod (ut inquit Seneca m) dii egerent lumine, sed pietatis ergo; eadem in Dei genitricis honorem sint translatae? Si insuper qui in Saturnalibus (n) cerei erogabantur, in solemnitatem Occursus Domini & sanctissimae ejus Genitricis fuerint permutati? Quid, inquam, mirum, si inolitas apud Gentiles consuetudines, a quibus eos, quamvis Christiani effecti essent, penitus posse divelli impossibile videretur, easdem in veri Dei cultum transferri, sanctissimi Episcopi concesserunt? Mirificum illum Gregorium Thaumaturgum id praestitisse, Gregorius Nyssenus (o) testatur; idque & alios factitasse, & communi Ecclesiae usu receptum fuisse, Theodoretus (p) affirmat. Facum usus in sacris origo tribuitur Atheniensibus, de quibus haec apud Suidam (q): Lampadis tria festa agunt Athenienses, Panathenais, Vulcanalibus, Prometheis. Ister ait, Athenienses primum facibus esse usos in Vulcani sacris, qui usus ignis primus depre-

LXXXVII. Gentiles ritus christiana depurati.

(l) Hieron. Vigilant. (m) Seneca lib. 5. ep. 66.

(n) Festus verbo Cere. Macrobius in Saturnalibus. lib. 1. c. 7.

(o) Greg. Nyssen. in vita S. Greg. Thaumaturgi.

(p) Theodoret. de Eucharistia. lib. 8. in fine. (q) Suidam. Lampades.

henderit, & mortalibus demonstravit. Hæc Suidas. At si quis repetat ejus rei antiquiorem originem; ex Ægyptiis in Græcos, sicut & idolorum cultum, & omnium fere deorum nomina (ut Herodotus. (a) auctor est) fluxisse reperiet. Nam (ut idem testatur) ab eisdem Ægyptiis (b) vetus agebatur anniversaria die solemnitas; quæ nominabatur Accensio lucernarum, cum illi noctu circa domos suas solebant accendere frequentes lucernas. Cum autem ab inuito tot sæculis usu tam Ægyptii, quam ceteri eos imitati, divelli vix possent; veneranda antiquitas Ecclesiastica, non sine instinctu divini numinis, superstitionem in religionem convertit; effecitque ut quod impendebatur idolis, providè in Dei cultum converteretur, nimirum ut in ipsa Ascensionis Dominicæ nocte in honorem Domini eadem exhiberetur pietatis obsequia: sicque non tantum in Ægypto, sed in Palæstina, aliisque Christiani orbis Ecclesiis, ut ea nocte plures lucernæ accenderentur, fuit olim pia consuetudine introductum, quod alicubi hæcenus perseverat. Testatur & Beda (c), de locis sanctis agens, nocte Ascensionis Domini sic montem Olivæ lampadam lumine illustrari, ut mons ardere, & cetera loca supposita viderentur. Quis insuper inique ferat, si quæ olim complures Christianorum in natalitiis principum consueverunt facitare, eadem in natalitiis martyrum fuerint commutata?

At quam faciles essent Christiani complures, ut hæc olim Gentilium more præstando, idololatriæ crimen incurrerent, si dem certam facit Tertullianus (d) qui in eos invectus, sic ait exprobrans: *Sed luceant, inquit, opera vestra. At nunc luceant tabernæ & januæ nostræ. Plures jam invenies Ethnicorum fores sine lucernis & laureis, quam Christianorum.* Hæc Tertullianus: ex quibus poterit quisque perfacile intelligere, quam bene consultam fuit, & sicut necessario, ita & pie effectum, ut facer usus cereorum ac luminum a superstitione Gentilium vindicatus, veri Dei cultui fuerit consecratus; quo pietatis officio Fideles non amplius superstitionem Gentilitiam, sed divinum numen excolerent. At ut tandem rem divino testimonio obsegnatam relinquamus; hæc pia religionis officia Deo esse acceptissima, non semel, verum multoties ipse miraculis editis declaravit. Quorum ea breviter hic tantum referam, quæ S. Gregorius Papa (e) de rebus suo tempore in Urbe gestis scribit his verbis: *Die vero alio cum in ea lampades sine lumine dependerent, emissio divinitus lumine sunt accense. Post paucos iterum dies, cum expletis Missarum solemnibus, extinctis lampadibus, custos ex eadem Ecclesia egressus esset, post paululum intravit, & lampades, quas ex-*

(a) Herod. in Euterp. lib. 2.
(b) Idem ibid.

(c) Beda de locis sanctis c. 7.

XXXVIII.

(d) Tertul. ad Idol. c. 24.

Divino miraculo usus lampadam comprobatus.

(e) S. Greg. Dial. lib. 3. c. 30.

stinctas reliquerat, lucentes reperit: quas negligenter extinxisse se credens, eas jam sollicitus extinxit, & extens Ecclesiam clausit: sed post horarum trium spatium regressus, lucentes lampades, quas extinxerat, iterum accensus invenit: ut videlicet ex ipso lumine aperte claresceret, quia locus ille a tenebris in lucem venisset. Hæc ille, cum agit de Ecclesia S. Agathæ ab Arianis vindicata, & Catholicorum usui restituta. Complura alia ac fere innumera his essent addenda exempla divinitus ostensa, sed quoniam alio tendimus, nempe ad Paulum Troade abeuntem, hic de his finis esto.

Peraetis sacris, atque ad Lucem Paulus producto sermone, quod oportuum jam adesse tempus videretur, relictis suis qui navem conscenderent, ipse pedestri itinere propinquum locum, qui Asson est nomen, pervenit, oppidum celeberrimum, portum habens aggere constructum, ut ab Homero (f) describitur, qui & a Plinio (g) Asson Troadis nominatur. Qui vero antea navigio profecti erant discipuli, Asson appellentes, illic in navi Paulum assumpserunt. Scribit autem hæc Lucas his verbis (h): *Nos autem ascendentes navem, navigavimus in Asson, inde suscepturi Paulum: sic enim disposuerat ipse per terram iter facturum. Cum autem invenisset nos in Asson, assumpto eo, venimus Mythylen (est civitas maritima in Lesbo insula portum habens;) & inde navigantes sequenti die venimus contra Chium, & alia applicuimus Samum, & sequenti die venimus Miletum. Proposuerat enim Paulus transnavigare Ephesum, ne qua mora illi fieret in Asia: festinabat enim, si possibile sibi esset, ut diem Pentecostes faceret Hierosolymis.* Hæc Lucas. Quoniam enim Paulus experimento didicerat, qua in se filii, quos genuerat in Evangelio, charitate essent affecti, quippe qui septem diebus ab illis Troade retentus esset, nec sibi ceteris abeuntibus una cum eis navim conscendere licuisset, sed ab illis (ut par est credere) comitantibus, vix tandem divelli potuisset: Hanc ob rem, ne Ephesum appellens, a Christianis, illic agentibus, multis pariter diebus detineretur invitus; Chio navigans, relinquens Ephesum, primo Samum, inde Miletum pervenit, quæ est nobilissima urbs Carie ad mare stræ. Sed hic animadvertendum, quod Græca exemplaria aliquid amplius habent a Latinis, nimirum eos, postquam appulissent Samum, commemoratos esse Trogyllii, & sic sequenti die venisse Miletum; hæc enim in Græcis exemplaribus leguntur: *ἡ μέρητες ἐν τρογυλλίῳ*: Quæ quidem lectio haud est recens: nam & iis additis Joannes Chryostomum legisse constat, ac Græcorum ceteros omnes. Porro Trogyllium est promontorium pos-

LXXXIX. Pauli navigatio.

(f) Homer. Iliad. (g) Plin. lib. 2. c. 96. & lib. 36. c. 17. (h) Act. 20.

tum contra Samum, habens juxta se parvam insulam, Trogyllium itidem appellatam. Distare a Samo Trogyllium stadiis quadraginta, Strabo testatur (a). Sic igitur cum proxime adiaceat Trogyllium Samo: eos primo appulisse Samum, ac deinde paulo ulterius navigantes ea die commemoratos esse Trogyllii, sequenti vero constat venisse Miletum. Studebat ille pro viribus navigationem sic maturare, ut solemnitatem Pentecostes ageret Hierosolymis.

At quid sibi vult (inquit (b) Chryostomus) ista festinatio? Non propter festum, sed propter multitudinem (interim hæc Judæis dabat) & rapere volens inimicos, festinabat sermonem annuntiare. Sed & plane declaravit eventus, cur tantopere festinare Pentecosten peragere Hierosolymis. Sciebat enim præcurrisse illuc ex Asia Judæos, qui illum accusarent, calumniantes, ipsum adversus legem, templum, & populum agere; sicque (quod & (c) fecerunt) in eum universonum populum concitarent. Nec insuper ipsum, latebant; quæ & postea sibi, Hierosolymam cum pervenisset, sunt significata: nimirum, illos ipsos Judæos qui receperant Evangelium (d), quorum erat numerus multorum millium, omnes legis æmulos, pene infenso animo esse in Paulum, quod accepissent ipsum prædicare, discellionem a Moyse. Quamobrem ut tempori inferviret (quod & ipse de testatur) factus Judæis tamquam Judæus, & iis qui ex lege essent, tamquam & ipse sub lege esset; ut Judæos, & eos qui sub lege essent, lucrifaceret) ad solemne festum Pentecostes Hierosolymam festinat accedere, quos declararet se patrias leges non adeo aversari. Permissa enim ad tempus fuisse legalia, ut iisdem opportuno tempore uterentur, si vellent, Apostoli, satis superius dictum est: licet Epiphanius existimavit, Paulum Christiano more peregrisse Pentecosten. Sed si hoc ipse mente concepisset; quid opus habuisset, ut illam Hierosolymis ageret, tantopere festinare? nam si Christiano more illud festum acturus erat; non Hierosolymis tantum, sed in omnibus Ecclesiis celebrare, liberum erat. Ceterum ea ipsa quæ egit, cum Hierosolymam pervenisset, cujus rei causa (ut dictum est) illuc profectus sit, aperte declarat.

Verum quod pertinet ad legalia: haud diutius ea permansisse, sed hæc ipsa ætate magna ex parte fuisse sublata, manifeste apparet; quandoquidem Ignatius, qui undecimo Trajani anno, quo passus est, suas in itinere positus Romam veniens scripsit epistolas, plane id admonet scribens ad Philippenses (e), ne festum Paschatis agerent cum Judæis, sic dicens: *Ad hæc confessor Episcopo & presbyteris in Domino: Si quis cum Judæis celebrat*

(a) Strabo lib. 14.

LXXX. (b) Chryst. in Act. hom. 43. Pauli consilium veniendi Hierosolymam.

(c) Act. 21.

(d) 1. Cor. 9.

LXXXI. De festis diebus Christianorum.

(e) Ignat. epist. 8.

Pascha, aut symbola festivitatis eorum recipit, particeps est eorum qui Dominum occiderunt & Apostolos ejus. Porro alias esse introductas in Ecclesiam festivitates, eadem epistola idem ipse declarat, sic dicens: *Festivitates ne debonestetis.* Meminit & inferius de die Dominico: de quo & ad Magnesianos (f) scribens: *ad Magnesianos, inquit, omnis Christi agnoscens. ep. 6. mator Dominicum celebret diem, diem resurrectioni consecratum Dominica, reginam & principem omnium dierum.* Meminit ejusdem & Joannes (g) in Apocalypsi. Certe quidem ipso exordio nascentis Ecclesiæ observari coeptam ab Apostolis diem Dominicam, qua simul ad sacram synaxim convenirent, argumento sunt quæ nuper de conventu Troade ab Apostolo habito una sabbati, dicta sunt; quodque Paulus ad Corinthios (h) scribens, una item sabbati pecuniam pro collecta afferari præcepit. Porro fieri solitas collectas die Dominico, jam superius diximus. Sed de die Dominico paulo inferius plura dicenda sunt.

Quod autem ad Pascha pertinet: placuit Petro in primam diem Pascha transferri: non enim Pius Papa, vel Victor (ut alii putant) fuerunt ejus rei auctores, cum (quod Beda (i) testatur) constet Petrum die Dominico Pascha Romanæ celebrasse, atque id ipsum Marcum monente eodem Petro, Alexandriæ docuisse. Quod & Proterus Episcopus Alexandrinus scribens ad Leonem Romanum Pontificem ingenuè profitetur, cuius fragmentum epistolæ idem qui supra recitat Beda (k). Manifeste igitur Socrates (l) Novatianus homo hallucinator, dum ex decreto Novatianorum confirmat esse debere in cuiusque voluntatis arbitrio, quando velit Pascha peragere; quod nulla dicat ratione consistere, quando illud sit celebrandum. Sed Novantes Novatianos libenter auscultant, captantes quamcumque a quovis oblatam occasionem, ne vel in his subijci videantur Catholicæ Ecclesiæ. Sed de his alias plurius. Explosis igitur legalibus carimoniis, sic illa quæ præcipua esse videbantur Judæorum festa, Pascha atque Pentecosten, ex parte Apostoli celebrare coeperunt: ut retinentes nomina, quæ nova erant in illis & augustiora, atque illa ipsa quæ iisdem solemnitatibus typice erant significata, jamque per Christum impleta mysteria celebrarent. Hæc vero docuisse Apostolum, cum post hæc Romæ agens id scripsit ad Colossenses (m): *Nemo vos judicet in cibo aut potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, aut sabbatorum, quæ sunt umbra futurorum, corpus autem Christi; complures existimant. Non enim penitus festa Paulum abstulisse, sed (ut dictum est) ex parte tantum, Ter-*

(f) Ignat. ad Magn. ep. 6.

(g) Apoc. 1.

(h) 1. Cor. 16.

LXXXII. Dies Paschatis a Petro præscriptus. (i) Beda in Retract. in Act. Apost. c. 20.

(k) Beda lib. de rat. temp. c. 42. (l) Socrat. lib. 5. c. 21.

(m) Coloss. 2.

(*) Tert. ad ver. Pfy. obis. c. 24. tullianus (a) antiquitatum Ecclesie e-

LXXXIII. (b) Galat. 4. Quae die- rum da- mnetur. observa- tio.

(c) Orig. contra Cels. lib. 8.

(d) Greg. Naz. in orat. in S. Pent.

gregius testis docet his verbis: Si omnem in totum devotionem temporum, & dierum, & mensum, & annorum erasit Aposto- lus: cur Pascha celebramus annuo circulo in mense primo? cur quinquaginta exinde diebus in omni exultatione decurrimus? At vero nec cum ad Galatas Paulus scribens (b) dixit: Dies observatis, & mensis, & tempora, & annos. Timeo vos, ne forte sine causa laboraverim in vobis; aliquid quam Judaicas caerimonias sugillavit. Nam Origenes, qui & iisdem cum Ter- tulliano temporibus claruit, nempe Seve- ri Imperatoris, haud amplius quam cen- tum quinquaginta annis a temporibus A- postolorum, de utraque Pauli sententia agens, ac fufius disputans contra Celsum (c) haec ait: Accommodatissime, ad festos dies Gentilium scilicet arguendos, illud apud Paulum dictum videtur: Dies autem observatis, & mensis, & tempora, & an- nos; timeo forte ne sine causa laborave- rim in vobis. Quod si quis ad haec fortas- se objecerit vel Dominicos dies, vel pa- rasceves, & Paschatis, vel Pentecostes tempora, quae ex diebus utique constant: dicendum, perfectiorem quemque, qui pro verbi Domini ac Dei natura, dictis factis- que & cogitationibus semper insistat, assi- duo in Domini diebus versari, & Domi- nicos perseveranter agere dies, & ad ve- ste vivendum sedulo paratorem se reddere, & a mundi suavitatibus abstinere, &c. Per- git enim agere de Paschate, quod celebra- tur a Christianis, quod eo tempore im- molatus sit Christus; & de Pentecoste, quod Spiritus sanctus caelitus effusus sit in Apostolos atque discipulos. Ac denique monstrat pluribus, perfectiores Christia- nos mente sua semper agere dies festos; esse tamen imbecilliores, qui sensibilibus indigerent exemplis, iidemque his statu- tis festis manu ducendi essent ad sublimio- rem perfectioremque disciplinam, quam- obrem haec subdit: Istiusmodi arbitror ubi Paulus cognovisset festi diei partem, fe- stum id nominasse, quod praeter dies ce- teros festos stans diebus celebraretur; & ex istiusmodi dicto aperuisse, non in par- te aliqua festi diei, sed in integra qua- dam & indeficiente hunc esse, qui pro ver- bi doctrina vitam perpetuo duxerit. De iidem festis sic ex parte sublatis haec & Gregorius Nazianzenus (d): Festos dies Judaicus etiam agit, verum juxta litteram: Legem enim corpoream sectans, ad spi- ritualem legem non pervenit. Festos quoque dies Gentilis agit, verum juxta corpus: & paulo post: Feriamur ipsi quoque, ve- rum ut Spiritui gratum est; & inferius, cum agit de festo Pentecostes, deque ra- tione ejus festi diei celebrandi a Christia- nis inita, haec addit: Ob has fortasse ra- tiones, vel his proximas, vel etiam publi-

miores quasdam, magisque divinas, Pen- tecostes diem Hebraeorum voce colimus; quemadmodum & alios multos Hebraicos ritus observamus, apud illos quidem figu- ra tenus celebratos, a nobis autem mysti- ce restitutos atque perfectos. His consen- tientia scribit Basilus (e). At in his sic ex parte mutandis, ritus etiam Apostolos Ecclesiam docuisse, qui- bus celebrarentur, Hilarius (f) testatur his verbis: Haec quidem sabbata sabbato- rum ea ab Apostolis religione celebrata sunt, ut his Quinquagesime diebus nullus neque in terram strato corpore adoraret, neque jejuniis festivitatem spiritualis bu- jus beatitudinis impederet: quod id ipsum extrinsecus etiam in diebus Dominicis est constitutum, qui ultra sabbati numerum per plenitudinem Evangelicae praedicationis ac- cedunt. Namque cum in septimo die sabbati sit & nomen & observantia constitu- ta; tamen nos octava die, quae & ipsa pri- ma est, perfecti sabbati festivitate letamur. Hucusque Hilarius. Sed & Epipha- nius (g) agens contra Aerium nebulonem, primum sacrorum statutorum dierum im- pugnatorem, non aliunde quam ex Apo- stolica constitutione observationem ejusmo- di Ecclesiasticam tot saeculis ante praescri- ptam sibi vindicat. Sed quam erudite & eleganter Hiero- nymus (h) haereticorum objectiones, qui ex Apostoli verbis captiones quascumque possint, calumniose admodum aucupantur, refellat, haec accipe: Dicat aliquis: Si dies observare non licet, & mensis, & tempora, & annos; nos quoque simile cri- men incurrimus, quartam sabbati obser- vantes, & parasceven, & diem Domini- cam, & jejunium Quadragesimae, & Pascha festivitatem, & Pentecostes lactitiam, & pro varietate regionum diversa in honore martyrum tempora constituta. Ad quod qui simpliciter respondebit, dicet, non eosdem Judaicae observationis dies esse, quos no- stros. Nos enim non Azymorum Pascha ce- lebramus, sed Resurrectionis & Crucis: nec septem juxta morem Israel numeramus hebdomadas in Pentecoste, sed Spiritus sancti veneramus adventum. Et ne inordi- nata congregatio populi fidem minueret in Christo; propterea dies aliqui constitu- ti sunt, ut in unum omnes pariter ve- niremus: non quo celebrior sit dies illa qua convenimus; sed quo quacumque die conveniendum sit, ex conspectu mutuo la- titia major oriatur. Qui vero opposita qua- sitioni acutius respondere conatur, illud af- firmat; omnes dies aequales esse, nec per parasceven tantum Christum crucifigi, & die Dominica resurgere, sed semper sancta Resurrectionis esse diem, & semper eum- carne vesci Dominica. Jejunia autem, & congregationes inter dies propter eos & a viris prudentibus institutos, qui magis sa- cu-

(e) Basil. in Isai. cxi. & ad Amphilo- ch. de Spir. sancti. c. 27. LXXXIV. De festis ex parte mutatis. (f) Hilar. in prolog. expof. Ejal.

(g) Epiph. haesi. 75.

LXXXV. (h) Hier. in epist. ad Galat. c. 4.

Quomodo Christiani festos dies observent.

culo vacant quam Deo, nec possunt; immo nolunt toto in ecclesia vita sua tempore congregari, & ante humanos actus Deo orationum suarum offerre sacrificium. Quo- tus enim quisque est, qui saltem haec pau- ca, quae statuta sunt, vel orandi tempora, vel jejunandi, semper exerceat? Haec & alia Hieronymus, ut apparet, in sententiam Origenis. At non hi quidem sic cun- ctis Christianis dies aequales esse dixerunt, ut festa dies non praestet non festae: sed quod dies, in quantum dies sunt, omnes ab eodem auctore creati, ejusdem sint con- siderationis: tamen quod in aliquibus gran- dia incidere divina mysteria, ex his eos- dem reddi celebriores constat: sicut de campis accidit, qui cum omnes aequae sint terra, ille tamen nobilior habetur ceteris, in quo magis egregia sunt fata semina, vel plantatae arbores. Quamobrem cerri dies his muneribus divinitus illustrati, celebriori cultu peragi debuerunt; cum- alioqui ob immensam Dei erga mortales largitatem effusam, cum sufficere illi dies praescripti ad referendas gratias minime videantur, omnibus diebus eadem medita- ri omnes aequae debeant.

LXXXVI. De sensu verborum Apostoli.

(a) Aug. epist. 119. & in En- chir. c. 79.

(b) Aug. contra Fa- ust. lib. 32. c. 11. 12.

(c) Aug. contra A- drian. cap. 16.

(d) Epist. 219.

(e) Rom. 24.

Ann. Eccl. Tom. I.

postolum de aliis quam Judaeorum festis esse locutum. Ex his igitur ex sententia Origenis & Hieronymi recitatis, quibus dicitur, Christia- nos sanctiores non hanc vel illam ad di- vinum cultum praescriptam habere diem, sed cunctis propensus divinum Numen venerari, inferri posse videtur, ea potis- simum ratione in Ecclesia antiquitus insti- tutum, ut dies hebdomadae omnes, feriae nomine dicerentur. Non enim recens vel a Silvestro Papa primum hujusmodi est excogitata nomenclatura, quae ab anti- quioribus Ecclesiasticis scriptoribus reperit- ur usurpata. Nam & Tertullianus (f) fre- quenter meminit de quarta & sexta fer- ia. Idemque ait (g): Nobis certe omnis dies etiam vulgata, consecratione celebra- tur: & alibi (h). Nos intelligimus, ma- gis sabbatizare vos omni opere servili semper debere, & non tantum septimo quo- que die, sed per omne tempus: & Hiero- nymus (i) ad Algasiam, cum & illud Pauli explicat: Nemo vos judicet in par- te diei festi. Ut alios, inquit, dies festos putent, alios non festos: nobis enim, qui in Christum credimus resurgentem, jugis & aeterna festivitas est. Accedit his il- la ratio, quod sicut Judaei (k) Paschalem solemnitatem septem diebus comedentes azyrna celebrabant, ita Christi Ecclesiae placuit totidem dies alia ratione post Pa- scha solemniter agere, eamque ob cau- sam eos ferias dicere; quarum quoniam prima erat ipsa festivitas Paschae, quae mox sequitur, secunda, ac deinceps ceterae numerarentur eodem ordine. At quoniam (ut dictum est) quolibet die primo, quem Dominicum appellandum esse majores cen- fuerunt, eandem Christi resurrectionis me- moriam singulis agendam hebdomadis sta- tuerunt: inde factum est etiam, ut sicut in prima Resurrectionis hebdomada dies singuli feriae nomine dicebantur, ita se- quentibus singulis hebdomadis, quod ea- dem repetita solemnitas videretur, eodem quoque modo ceteri hebdomadae dies etiam feriae dicerentur, cum praesertim Fideles hor- rerent eosdem a diis Gentium nominare, vel Judaico more a sabbato primam, secundam sabbati, & sic deinceps nomen deducere. Verum quoniam prima feria, eadem- que praecipua, praeclearissimis insignita my- steriis, dies Dominica meruit nuncupari: idque cum factum reperitur Apostolorum temporibus (ut superius dictum est) non ab aliis quam ab ipsis fuisse statutum, at- que servari mandatum omnes qui mente valeant, dicturos putamus. Actum est fu- perius de diei Dominici praerogativis, qua- rum in Synodo coram Theophilo sexto Antiochenae Ecclesiae Episcopo sex a san- ctis Patribus sunt recensitae. Attingerunt ex his aliquas Origenes (l), Athanasius (m), Hilarius (n), Basilus (o), Hiero- ny-

LXXXVII.

(f) Tert. ad ver. Pfy. c. 2.

(g) Idem eodem c. 14.

(h) Idem advers. Ju- daeos cap. 4.

(i) Hieron. epist. 151. q. 10.

(k) Exod. 12. Levit. 23. Num. 28.

(l) Orig. in Exod. ho- mil. 7.

LXXXVIII. De die Domini- co.

(m) Athan. in illud Matthaei: Omnia tradita sunt mihi.

(n) Hilar. in proe. super Psal. 101.

(o) Basil. in Hexamer. hom. 2. in fine.

(a) Hier. in op. ad Gal. lat. 6.4. (b) Aug. serm. 251. de temp. (c) Leo ep. 81. c. 1. (d) Sext. Syn. c. 8. tom. 2. Concil.

(e) Chrys. de resur. homil. 5. (f) Nicæn. Concil. can. 29. (g) Aug. de temp. serm. 251.

nymus (a) a S. Augustino (b) etiam multæ collectæ leguntur: sed & S. Leo (c) ceteris locupletius de ejus diei sacramentis ad Dioscorum scribit, itemque Sextæ Synodi (d) adjecti canones. Nec dicere prætermittimus triplici nomine eandem primam diem dictam reperiri: nam non tantum eam dixere majores Dominicam, utpote quia de ea illud prædictum videretur: Hæc dies, quam fecit Dominus; sed & alii eam nominavere diem panis, alii diem lucis. Sed cur fuerit his tribus nominibus insignita, fufius explicat sanctus Joannes (e) Chrysostomus: nobis modo in his non immorandum. Præter tot antiqua de ejus diei cultu monumenta, est & canon Magni Nicæni Concilii (f): Sanctus Augustinus (g), qui ejusmodi observationem diei ab Apostolis institutam affirmat, de ejusdem cultu hæc tradit: Dominicum ergo diem Apostoli, & Apostolici viri ideo religiosa solemnitate habendum esse sanxerunt, quia in eodem Redemptor noster a mortuis resurrexit; quique ideo Dominica appellatur, ut in eo terrenis operibus vel mundi illecebris abstinentes tantum divinis cultibus serviamus. Et post multa de ejusdem diei insignibus, addit: Ac ideo sancti Doctores Ecclesiæ decreverunt omnem gloriam Judaici sabbatismi in illam transferre, ut quod ipsi in figura, nos celebraremus in veritate. Observemus ergo diem Dominicum, fratres, & sanctificemus illum, sicut antiquis præceptum est de sabbato, dicente legislatore: A Vespera usque ad vesperam celebrabitis sabbata vestra. Videamus ne otium nostrum vanum sit; sed a vespera diei sabbati usque ad vesperam Dominica diei, sequestrati a rurali opere, & ab omni negotio, solo divino cultui vacemus. Veniat ergo, cuiusque possibile sit, ad vespertinam atque nocturnam celebrationem, & oret ibi in conventu ecclesiæ pro peccatis suis Deum. Qui vero hoc non possit, saltem in domo sua oret, & non neget Deo solvere votum, ac reddere pensum servitutis. In die vero nullus se a sacrarum Missarum celebratione separet; neque quis domi remaneat, ceteris ad ecclesiam pergentibus; neque in venatione se occupet. Hæc & alia de ejus diei cultu Augustinus.

LXXXIX. De celebrando dominico. (b) Synod. Agathens. can. 47. (i) Conc. Matifcon. non. can. 1. (k) Sext. Synod. c. 8. tom. 2. Conc.

Quod vero primum dicit, ea die Missas audiendas: non tam Augustini sententiam, quam communem totius Ecclesiæ usum secuta, hoc ipsum monuit Synodus Agathensis (b). De vigiliis nocte Dominicæ celebrandis extat canon Concilii Matifconensis (i), necnon nuper citatus canon in appendice ad Sextam Synodum (k), quo etiam jubetur ut ea die oblationes more majorum offerantur in ecclesia. Sed non res est recens introducta: quandoquidem & Cyprianus invenitur in mulierem divitem, quæ sine ob-

latione eadem die ad ecclesiam conveniret, sic dicens (l): Locuples & dives es, & Dominicum celebrare te credis, quæ carbonam omnino non respicis; quæ in Dominicum sine sacrificio venis; quæ partem de sacrificio, quod pauper obtulit, sumis? Hæc ipse: & licet alio sensu Dominicum alii accipiendum putent, nempe pro ipso sacrificio; tamen illud die Dominica publico conventu celebrari solitum, alibi diximus. Eadem est querela Augustini (m), dicentis in divites: Oblationes, quæ in altario conferuntur, offerte. Erubescere debet homo idoneus, si de aliena oblatione communicaverit. Est & de his Paulini (n) ad plebem pia admodum exhortatio, & in religiofo officium omittentes iusta objurgatio. Sed de collectis & oblationibus dictum est superius. Hæc satis de his quæ ad diem Dominicam spectant, quam ex septem ceteris festam novimus; licet olim (ut dictum est) in Oriente & dies sabbati etiam feriarentur.

In eos vero qui feriam quintam absque operatione agerent, Augustinus (o) vehementer invehitur, dicens: Et quia audivimus, quod aliquos viros vel mulieres ita diabolus circumveniat, ut quinta feria nec viri opera faciant, nec mulieres lanificium: coram Deo & sanctis Angelis ejus contestamur, quia quicumque hoc observare voluerint, nisi per prolixam & duram penitentiam tale sacrilegium emendaverint, ubi arsurus est diabolus, ibi & ipsi damandi sunt. Isti enim infelices & miseri, qui in honorem Jovis in quinta feria opera non faciunt, non dubitro quia ipsa opera die Dominico facere non erubescunt, nec metuent. Et ideo quocumque tales esse cognoveritis, durissime castigate. Et si emendari noluerint, nec ad colloquium, nec ad convivium vestrum eos venire permittite. Si vero ad vos pertinent, etiam flagellis cadite; ut vel plagam corporis timeant, qui de anima suæ salute non cogitant. Nos enim, fratres carissimi, cogitantes periculum vestrum, paterna vos sollicitudine admonemus. Hucusque Augustinus: quibus videas, quanta vigilantia intenderint Patres ne in feriacionem dierum aliqua irreperet superstitione. His enim similia scripsit S. Gregorius (p) adversus eos qui diem sabbati æque ac Dominicum feriarent, ipsumque Dominicum Judaice celebrarent, quod olim vetuerat etiam Concilium Laodicense (q). Ebionæos ejus erroris redargutos esse, quod æque sabbatum ac diem Dominicum colerent, testatur Eusebius (r): at de his superius, ubi actum est de jejunijs sabbati, fufius dictum. Sed ut summam de ceteris Ecclesiæ diebus festis agamus: eadem sane ratione, qua Apostoli ea servanda instituerunt, qui

(l) Epp. de oper. & elem.

(m) Aug. de temp. ser. 251.

(n) Paul. ep. 32.

XC. (o) Aug. eodem. De feriacionibus diem quintam.

XCII. (p) Basil. Nol. in Natal. 9. S. Felicit.

(q) Greg. lib. 11. c. 3. (r) Conc. Laod. can. 29. (s) Euseb. lib. 3. cap. 21.

XCI. De institutione aliorum dierum festorum.

(a) Aug. contra Faust. lib. 32. c. 12.

(b) De Civ. Dei lib. 10. c. 4.

(c) Clem. Constit. lib. 5. c. 13. & 20. in fine.

XCII. (d) Basil. Nol. in Natal. 9. S. Felicit.

isdem successerunt Apostolici viri, reliqua quæ sunt postea superaddita festa introduxerunt, ac posteris tradiderunt. Augustinus enim scribens contra Faustum hæc addit (a): Ea quippe anniverfarie in Ecclesia celebrantur, quæ insigniter excellentia certis diebus facta sunt; ut eorum necessariam salubremque memoriam, festivitas concelebrata custodiat: & alibi (b): Beneficiorum Dei solemnitatibus, festis, & diebus statutis dicamus sacramusque memoriam, ne volumine temporum ingrata subrepat oblivio. Hac, inquam, ratione & festa Natalis Domini, Epiphaniarum, necnon Ascensionis celebranda in Ecclesia, sunt salubriter introducta. Sed quoniam tempore hæc accesserint, haud tutum est definire: nisi qui certam fidem adhibendam esse putat illis Apostolicis institutis, quæ Clementis nomine vulgata habentur. In his (c) enim de dictis tribus hisce festivitatibus habetur mentio, tamquam fuerint ab Apostolis instituta: quod & pie credendum est: nam quo tempore ceteræ festivitates agerentur, aliqua est memoria; de his autem antiquioribus atque præclarioribus nullum invenitur institutionis exordium. Certe veteres sancti Patres, qui his diebus homilias ad populum habuerunt, de his festis ut de re antiquissima locuti sunt. Paulinus (d), qui temporibus Theodosii senioris claruit, ea a Deo accepta, nempe divinitus instituta esse, testatur his verbis:

Ergo velut cælum stellis, ut floribus arva, Temporibusque annos Dominus, sic ipse diebus Tempora distinxit festis, ut pigra diurnis Ingenia obsequiis saltem discrimine facta Post intervallum reducens sollempnia voto Sancta libenter agant. Hæc Paulinus.

Qui etiam ibidem relegens sacra festa quæ suo tempore in Ecclesia agebantur, non tantum nuper dictorum meminit, sed etiam natalitiorum sanctorum martyrum, de quibus paulo inferius paucis acturi sumus. Sed quod illa a Domino instituta dicit, in eum sensum accipiendum est: Deus qui in Decalogo legem præscriptam dedit, qua festos dies juberet coli, eosque illos esse postea declaravit, quibus maxima quædam ipse contulisset in Hebræorum populum beneficia, quæ ne memoria exciderent, mille alijs monumentis in mentibus voluit esse fixa: cum vero postea longe majora per Filium suum, in hunc mundum missus, universo humano generi elargitus est dona, & immensa

addidit beneficia; cur non videretur ab eo pariter esse statutum, ut eorum memoria æque solemniter celebritate anniverfarie coleretur? Neminem enim hæc adeo perspicua negaturum putamus, nisi qui omnis prorsus a Deo inditæ homini rationis est expers: cum præsertim (ut pluribus dictum est) illa priora, horum quæ postea contigerunt, typum gererent; sicque ea etiam ratione, illa fore legitima sempiterna, prædicta, essent; quod licet typice aliquando & ad tempus illa, postea vero secundum veritatem forent ab omnibus perpetuo celebranda.

Quod vero spectat ad festa sanctorum, quæ a majoribus dici natalitia consueverunt; etsi hæc alibi attigerimus, quoniam tamen id in præsentiarum a nobis exigit ratio argumenti, de hisdem hic paucis agendum putamus. Non negligenda in primis omnino videntur quæ de his apud Clementem (e) scripta leguntur, manasse hæc scilicet ex Apostolicis institutis; cum antiquæ traditioni de sanctorum natalitijs celebrandis complures antiquissimi scriptores adstipulentur. Nemo certe, nisi Apostolorum auctoritate, rem tantam in nova Ecclesia absque ullo divina Scripturæ exemplo introducere, præsumpsisset: neque rursum ab universali Ecclesia recepta esset, nisi id omnes ex Apostolica traditione manasse novissent. Quoniam pacto, quæso, cum nondum anni centum ab Apostolorum temporibus lapsi essent, dum ad illud tempus superstitibus adhuc fuissent nonnulli Apostolorum discipuli, Ecclesia (f) Smyrnenfis, scripta epistola non tantum ad Ecclesiam Philomiliæ, sed ad omnes Catholicos Christianos ubique gentium, egregie libereque profiteretur se prope diem celebraturam diem festum martyrii Polycarpi solemniter celebrare, nimirum, cum cessaret dira persecutionis rabies; nisi Apostolorum auctoritate id jure, sancte, pieque facere licuisset? Sed reddamus (quo hæc planiora fiant) ejus epistolæ verba, quæ sunt hujusmodi, post enarratum martyrium Polycarpi: Nos postea ossa ejus, potiora lapillis pretiosis, auroque puriora, ex cineribus selecta eo loco reposuimus, qui illis erat decorus consentaneusque: ubi sane nobis in unum aliquando coactis, Dominus præstabit, ut celebrem ejus martyrii diem, instar natalis festi, cum exultatione & gaudio quantum fieri potest maximo recolamus: idque cum ad martyrum memoriam, qui antea tale certamen confecerunt, tum ad eorum exercitacionem, mentisque ad talem constantiam præparationem, qui postea Christum eo genere mortis ingenue confessori sint. Hæc ibi.

Ex his quidem tum majorum de ea re

XCIII.

(e) Clem. Constit. lib. 8. c. 39. Festi dies sanctorum Martyrum ex Apostolica institutione.

(f) Apud Euseb. lib. 4. c. 14.

XCIV.

De die natalitio celebrando.

traditio declaratur, tum etiam quæ apud Clementem in hæc verba leguntur, probata magis ac magis redduntur: In die (inquit auctor) Stephani protomartyris quiescant, & reliquorum sanctorum martyrum, qui Christum propria vitæ anteposuerunt. Confirmant hæc etiam quæ Origenes, qui sequenti sæculo vixit, nempe sub Severo, sua in Matthæum homilia (a) de infantibus Innocentibus martyribus ait: Bene & secundum voluntatem Dei eorum memoriam sancti Patres celebrari mandarunt sempiternam in Ecclesiis, veluti pro Domino morientium. Id ipsum est quod dicit Tertullianus (b) ex antiqua majorum traditione: Pro natalitiis annua die facimus. Per natalitia, dies obitus sanctorum intelligi, nuper citatus Origenis locus satis expresse significat. His addimus celebrem Cypriani locum (c) in epistola ad Clerum Carthaginensem, qua admonuit, ut dies eorum qui martyrio mortem oppeterent, Ecclesiasticis tabulis adnotarent, quo eorum memorias celebrare possent. Sunt hæc ejus verba: Denique & dies eorum, quibus excedunt, adnotate; ut commemorationes eorum inter memorias martyrum celebrare possimus, quamquam Tertullus fidelissimus & devotissimus frater noster pro certa sollicitudine & cura sua, quam fratribus in omni obsequio operationis impertit, qui nec illic circa curam corporum deest, scripserit, & scribat, ac significet mihi dies, quibus in carcere beati fratres nostri ad immortalitatem gloriose mortis ex ista transeunt; ut celebrentur hic a nobis oblationes & sacrificia ob commemorationes eorum que cito vobiscum, Domino protegente, celebrabimus. Hucusque Cyprianus. Idem ipse (d) alias quoque ad eisdem: Sacrificia, inquit, pro his semper (ut meministis) offerimus, quoties martyrum passiones & dies anniversaria commemoratione celebramus. Gregorium Thaumaturgum instituisse suos, quos nuper ad fidem converterat, ut celebrarent natalitia martyrum, auctor est Gregorius Nyssenus (e). Denique ne singulos recensendo ejus rei fidelissimos testes, molestiam afferam; satis sit una sententia rem absolvere: nimirum libere affirmare, neminem post recensitos reperiri sanctorum Patrum, rerum Ecclesiæ traditorum, qui vel homilias in sanctorum martyrum natalitiis non scripserit, vel alia occasione eorumdem non meminert.

(a) Orig. hom. 3. in Matth.

(b) Tert. de coron. milit. c. 3.

(c) Cypri. ep. 37.

(d) Idem ep. 34.

(e) Greg. Nyss. in Vita S. Gregor. Thaumaturg.

XCIV. Confessorum dies festi.

(f) Greg. Nyss. orat. in laud. S. Basilii.

At non tantum martyrio consummatorum, sed & ceterorum (f) sanctorum, peragi solitas in Ecclesia anniversarias celebritates, Gregorius Nyssenus declarat, ordinemque describens, sic ait: Ordo autem nobis spiritualium celebratum, atque conventuum is est, quem magnus Paulus docuit, superne atque calitis hujusmodi rerum cognitionem adeptus. Ait enim

ille, in primis Apostolos & Prophetas constitutos & ordinatos esse, post illos vero pastores & doctores. Convenit igitur ordo solemnium conventuum & celebratum cum Apostolica hac ordinatione. Et paulo post recensitam Christi festivitatem, hæc subdit: Primum nobis Apostoli & Prophetæ spiritualis cætus initium fecerunt; utraque enim prorsus circa eosdem sunt dona, & Apostolicus spiritus, & spiritus prophetiæ. Sunt autem hi, Stephanus, Petrus, Jacobus, Joannes, Paulus. Deinde post hos, conservato ordine suo, pastor & magister præsentem nobis celebratam auspiciatur. Hæc Gregorius, cum in festo die fratris sui Basilii eum pro concione laudavit. Sicut & Gregorius Nazianzenus, qui pariter Athanasium, jam diu ante vita functum, eadem de causa visus est encomio celebrasse.

Quanta autem animi alacritate essent majores nostri in celebrandis anniversariis festis diebus, ex his quæ scribit Dionysius Alexandrinus (g) facile potest intelligi, cujus de ea re sententiam superius recitavimus; & cum ipse, tum etiam aliorum antiquorum testimonio demonstravimus, nec tempore cuiusvis maximæ persecutionis urgentis abstinuisse Fideles, ubicumque agerent, etiam si in carcere essent, una simul, quantum loci & temporis opportunitate daretur, conventus agere, festosque dies celebrare, & sacre Eucharistiæ participes fieri. Sed consule quæ de his superius dicta sunt, cum de Ecclesia & conventu ecclesiastico adum est. Reddita autem pace Ecclesiæ, quanto celebriori ac frequentiori conventu non unius loci vel civitatis, sed totius plane provincie populi in unum locum convenientes, festos dies celebrare consuevisent, duo tantum exempla ex antiquioribus monumentis in medium afferre satis sit; quorum alterum Orientalis Ecclesiæ, alterum vero Occidentalis consuetudinem patefaciet. Gregorius Nyssenus (h) in ea oratione quam habuit in natali die S. Theodori martyris, hæc est ad populum pro concione locutus: Vos, qui populus Christi, qui grex sanctus, ac regale estis sacerdotium, qui undique ex urbibus & ex agris catervatim confluxistis, unde signo itineris accepto, in hunc locum venistis? Quis vobis hic veniendi adeo seriam ac quasi præstitutam necessitatem imposuit, idque tempore hiberno, quo tempore & a bello quies est, & miles armaturam amovet, & nauta gubernaculum super flumen ponit, & agricola aratores boves in præsepi curant quiescit? An palam est, quod sanctus martyr ex militaribus ordinibus & tuba cecinit, & multos ex diversis regionibus ad sue quietis locum & sedem vocavit, non ad bellicum instruens apparatus, sed ad dulcem ac maxime Christi-

XCVI.

(g) Dionys. Alex. apud Euseb. lib. 7. c. 17.

Frequens concursus ad natalitium SS. Martyrum.

(h) Greg. orat. in S. Theod.

(a) Greg. Nyssen. orat. 1. & 2. in quadr. mart.

XCVII.

(b) Gall. Plac. ad Pulch. ep. extat. tom. 2. Concil. in præamb. Concil. Chalced.

(c) Prudent. Peri. Steph. hym. 11.

Quam frequens populus ad celebritates Sanctorum.

XCVIII.

(d) Paulinus in Nat. S. Felicis. Oblationes Fidei- lium ad festa Martyrum.

nos utique decentem pacem cogens? Hæc Gregorius, qui (a ne hoc prætermittamus dicere) in festo die sanctorum Quadragesima martyrum, ob frequentissimum cœtum qui convenerat, hominumque compressionem & strepitum, coactus est luculentam orationem, quam in laudem martyrum inchoaverat, inabsolutam relinquere, & die sequenti resumere.

Non certe minor vigeat in Occidentalibus fidei ardor in celebrandis festis diebus martyrum. Omittimus dicere de natalitio Apostolorum, a quo abesse, testimonio Gallæ Placidie (b) scribentis ad Pulcheriam, sacrilegium putabatur. Quid in solemnitate ceterorum martyrum peragi consuevisset, ex his quæ Prudentius cecinit in Hippolyto, satis perspicue potest intelligi, dum de frequenti accessu ad ejus ecclesiam, quæ erat extra mœnia, in die natali ipsius, agit his versibus (c):

Jam cum se renovat decursis mensibus annus, Natalisque diem passio facta refert: Quanta putas studiis certantibus agmina cogi, Quæve celebrando vota coire Deo? Urbs Augusta suos vomit effunditque Quiritis, Una & patricios ambitione parit. Confundit plebes phalanx umbonibus æquis Discrimen procerum, præcipiente fide. Nec minus Albanis acies se candida portis Explicat, & longis ducitur ordinibus. Exultant fremitus variarum hinc inde viarum: Indigena, & Picens, plebs & Etrusca venit. Concurrit Samnitis atrox, habitator & alta Campanus Capue, jamque Nolanus adest: Quisque sua latus cum conjuge, dulcibus & cum Pignoribus rapidum carpere gestit iter. Vix capiunt patuli populorum gaudia campi, Heret & in magnis densa cohors spatii.

Multa his similia scripta sunt a Paulino in suis quæ edidit S. Felicis Natalibus. Sed ex eo, quænam solerent sic convenientes ad festa martyrum offerre munera, tantummodo recitabimus: quæ his versibus explicat (d):

Cædo, alii pretiosa ferant donaria, meque Officii sumptu superent, qui pulchra tegendis Vela ferant foribus, seu puro splendida lino, Sive coloratis textum fucata figuris. Hi leves titulos lento poliant argento, Sanctaque præfixis obducant limina laminis. Ast alii pictis accendant lumina ceris, Multiforesque cavis lychnos laquearibus apient;

Ut vibrent tremulas funalia pendula flammæ: Martyris hi tumulum studeant perfundere nardo, Et medicata pio referant unguenta sepulcro.

Prosequitur dicere de nummis solitis erogari in pauperes. Rursum vero de unguentis afferri consuetis his diebus ad sepulcra martyrum, meminit & Prudentius itidem ubi supra in Hippolyto, sic dicens:

Oscula perspicuo figunt impressa metallo, Balsama diffundunt, stertibus ora rigant.

Et Gregorius (e) scribens ad Secundinum: Aloem vero, inquit, thymiam, styracem, & balsamum sanctorum martyrum corporibus offerenda, latere præsentiam deferente, transmissur. Sed quod ad titulos argento ornatos, ipsaque laminas ante limina affigi solitas pertinet; liquet eas fuisse tabellas pictas, vel aliter argento incisas imagines, quibus, quæ a sanctis martyribus fuissent affectu beneficia, vota reddentes, iidem patefacerent.

Ceterum (ut hæc ad postremum attingamus) non sic, ut calumniati sunt hæretici, & inter alios Manichæi, hæc agentes mutarunt majores nostri idola in martyres; quasi ut Gentiles deos suos, sic ipsi homines colerent: hanc enim calumniam S. Augustinus sæpissime confutasse reperitur; ut in primis cum agens contra Faustum talia in Catholicis inclamantem, hæc ait (f) : Populus autem Christianus memorias martyrum religiosa solemnitate concelebrat, & ad excitandam imitationem, & ut meritis eorum confocietur; atque orationibus adjuvetur: ita tamen, ut nulli martyrum, sed ipsi Deo martyrum sacrificemus, quamvis in memoriam martyrum constituamus altaria. Quis enim natalitia Antistitum in locis sanctorum corporum assistens altari, aliquando dixit: Offerimus tibi Petre, aut Paule, aut Cypriane? Sed quod offertur, offertur Deo, qui martyres coronavit, apud memorias eorum quos coronavit, ut ex ipsorum locorum admonitione major effectus exurgat. Hæc Augustinus, qui eadem sæpe repetit, ut in libris de Civitate Dei (g) iterum, & in fermone de Natali sanctorum (h) Fructuosi, Augurii, & Eulogii.

Quod demum veluti corollarium addimus: sic Christiani celebrare festos dies consueverunt, ut neque Judaicæ superstitioni communicarent, neque Gentilium fordibus inquinarentur. Unde Gregorius Nazianzenus (i) : Festos dies Judæus etiam agit, verum juxta litteram: legem enim corpoream confectans, ad spirituales legem non pervenit. Festos quoque dies Gentilis agit, verum juxta corpus, deo-

(e) Greg. ep. 157.

XCIX.

(f) August. contra Faustum lib. 20. c. 22. Quam pie Fideles celebrant natalitia Martyrum.

(g) August. de Civitate Dei lib. 8. c. 17. & lib. 22. c. 6.

(h) Idem serm. 101. de diversis c. 10.

(i) Gregor. Naz. orat. in S. Petri.

CHRISTI 58.

PETRI 14.

NERONIS IMP. 2.

CHRISTI 58.

PETRI 14.

NERONIS IMP. 2.

que suos & demones, quorum alii obscenarum rerum sunt architecti, alii ex obscenarum rebus honorem consecuti sunt: ac proinde fœda quoque & obscœna est eorum festi celebrandi ratio, ut hoc ipsum quod peccant in Dei honorem cedat, ad quem virtutum quasi res. quædam honesta & prædicanda confugit. Feriamur ipsi quoque, verum ut Spiritui gratum est. Hæc & alia de his Gregorius, cum agit de festo Pentecostes, cujus gratia ejusmodi a nobis est suscepta narratio. At quod pertinet ad festa Gentilium; modestior illa prima apud eos lex sancita videbatur, quæ a Luciano recitatur his verbis (a): Ne quid intra festi tempus agito, neque publicum, neque privatum, nisi quæ ad lufum, ad voluptatem, animique oblectationem pertinebunt. Sed quam diversæ ab his sint de diebus festis agendis Christianæ leges, omnes intelligunt. At de his hactenus. Jam enim receptui canendum, & quæ ad insinuandos ex instituto antiquos mores Ecclesiæ digesta est oratio, revocanda, atque ad rerum gestarum narrationis cursum ordine dirigenda est.

(a) Lucian. epist. Saturnal.

CI.

(b) Act. 20.

(c) Iren. lib. 3. c. 14. Paulus aliquitur primores Ecclesiæ Ephesi.

Mileti cum adhuc esset Paulus (inquit Lucas b) mittens Ephesum, vocavit majores natu Ecclesiæ (at non tantum presbyteros, sed & Episcopos, qui erant tum Ephesi, tum etiam in proximis civitatibus constituti, a Paulo vocatos, Irenæus affirmat c). Qui cum venissent ad eum, & simul essent, dixit eis: Vos scitis a prima die qua ingressus sum in Asiam, qualiter vobiscum per omne tempus fuerim, serviens Domino cum omni humilitate & lacrymis, & tentationibus, quæ mihi acciderunt ex insidiis Judæorum: quomodo nihil subtraxerim utilium, quo minus annuntiares vobis, & docerem vos publice, & per domos, testificans Judæis atque Gentilibus in Deum penitentiam, & fidem in Dominum nostrum Jesum Christum. Et nunc ecce alligatus ego Spiritu, vado in Hierusalem, que in ea mihi ventura sunt, ignorans: nisi quod Spiritus sanctus per omnes civitates mihi protestatur, dicens: quoniam vincula & tribulationes Hierosolymis me manent. Sed nihil horum vereor: nec facio animam meam pretiosiores quam me, dummodo consummem cursum meum, & ministerium quod accepi a Domino Jesu, testificari Evangelium gratiæ Dei. Et nunc ecce scio quia amplius non videbitis faciem meam vos omnes, per quos transivi prædicans regnum Dei. Quapropter confessor vos hodierna die, quia mundus sum a sanguine omnium. Non enim subterfugi, quo minus annuntiares omne consilium Dei vobis. Attendite vobis & universo gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos, regere Ecclesiam Dei, quam acquisit sanguine suo. Ego scio, quoniam intrabunt post distensionem meam lupi rapaces in vos, non parcetes gregi.

Et ex vobis ipsis exurgent viri loquentes perversa, ut abducant discipulos post se. Propter quod vigilate, memoria retinentes, quoniam per triennium nocte & die non cessavi cum lacrymis monens unumquemque vestrum. Et nunc commendo vos Deo, & verbo gratiæ ipsius, qui potens est edificare & dare hereditatem in sanctificatis omnibus. Argentum, & aurum, aut vestem nullius concupivi. Ipsi scitis, quoniam ad ea quæ mihi opus erant, & his qui mecum sunt, ministraverunt manus istæ. Omnia ostendi vobis, quoniam sic laborantes, oportet suscipere infirmos, ac meminisse verbi Domini Jesu: quoniam ipse dixit: Beatius est magis dare, quam accipere. Et cum hæc dixisset, positis genibus suis oravit cum omnibus illis. Magnus autem stertus factus est omnium, & procumbentes super collum Pauli, osculabantur eum, dolentes maxime in verbo quod dixerat, quoniam amplius faciem ejus non essent visuri. Et deducebant eum ad navim. Cum (d) autem factum esset ut navigarem, abstraxerunt ab eis, recto cursu venimus Coum, & sequenti die Rhodum, & inde Pataram. Et cum invenissemus navem transfretantem in Phœnicem, ascendentes navigavimus. Cum apparuissemus autem Cypro, relinquentes eam ad sinistram, navigavimus in Syriam, & venimus Tyrum: ibi enim navis expositura erat onus. Inventis autem discipulis, mansimus ibi diebus septem: qui Paulo dicebant per Spiritum, ne ascenderet Hierosolymam. Et expletis diebus, profecti ibamus, deducuntibus nos omnibus cum uxoribus & filiis usque foras civitatem: & positis genibus in littore, oravimus. Et cum valescivissemus invicem, ascendimus navem: illi autem redierunt in sua. Hæc Lucas.

(a) Ignat. epist. 11.

(b) Ignat. epist. 13.

(c) Idem epist. 11.

CHII. (d) Amal. de Ecclesi. offic. c. 21.

CII.

(e) Tert. de coron. mil. c. 3. De Ritibus in precationibus.

Observatione dignum putamus, cum Apostolus tam apud Miletum quam etiam in Tyri littore positus genibus orasse dicatur, nequaquam (quod etiam diximus superius) ipsum Christiano more Pentecosten celebrasse. Siquidem (ut Tertullianus (e) atque alii omnes testantur) a die Paschæ usque ad Pentecosten nefas erat genuflexo adorare. Ex antiqua enim Ecclesiæ traditione (inquit ille) die Dominico jejunium nefas ducimus, vel de geniculis adorare. Eadem immunitate a die Paschæ in Pentecosten usque gaudemus. Hæc ille. Hujusrei causa instituti ratio a nobis exigit, ut de antiquis Ecclesiæ moribus ac ritibus in precibus adhiberi solitis hic potissimum agamus: ac primum de pristino usu Fideles in ecclesiam convocandi: de illis enim agimus ritibus, qui in publicis Christianorum conventibus, non privatim adhiberi sunt soliti. Ad cogendum igitur in unum locum Fideles omnes precum causa, quousque Dei Ecclesia sub Gentium Regibus undique quasi hostibus ob-

fessa permansit, haud liberum erat populum patenti aliquo signo ad synaxim publicumque convocare conventum. Nec licet certi statuti essent dies celebrandi conventus, ipsa dies (quod ajunt) poterat interpellare pro homine. Nam urgente persecutione, haud liberum erat ibidem loci semper convenire; sed necesse erat frequenter mutare loca, eademque nec inventu facilis. Quamobrem privatim singulos a ministro Ecclesiæ idmuneris obeunte, qui Cursor dicebatur, Episcopi seu presbyteri monitu vocari opus erat. De Cursoris electione hæc habet Ignatius (a) scribens ad Polycarpum: Decet, beatissime Polycarpe, Concilium cogere sacrosanctum, & eligere si quem vehementer dilectum habetis & impigram, ut possit divinus appellari Cursor, & hujusmodi creare, & in Syriam profectus laudibus celebret impigram charitatem vestram ad gloriam Dei. Ad ministerium enim Antiochenæ Ecclesiæ ejusmodi Ignatius adfiscendum curavit. Erat & Cursoris munus, ab Episcopo datas litteras ferre: sed de his alibi pluribus. Ceterum ad idem quoque opus & diaconus incumbere. Unde idem Ignatius ad Heronem, diaconum Antiochenum scribens, hæc ait (b): Synaxim ne negligas, omnes nominatim inquire. Sed super omnes, ut hoc propensius ageretur, invigilabat Episcopus: quam ob causam idem scribens ad Polycarpum (c): Crebrius, inquit, celebrentur conventus, synodusque nominatim omnes inquire.

De Signo ex pulsatione lignorum. (e) Nicæn. Concil. act. 4.

His sic habentibus, haud assentimur Amalario (d), qui existimavit, tempore persecutionis Ecclesiæ, sonitu lignorum (ut sit hodie tribus ultimis diebus majoris hebdomadæ) ad synaxim vocari solitos Christianos. Ejus enim rei usus cum nullum prorsus vetus reperitur monumentum litteris consignatum; nec ratio ipsa patiar, ut dum hæc illi secretius agenda curarent, tanto lignorum strepitu omnium Gentilium aures & oculos in se converterent; haud nobis probari potest: cum præsertim nec verum fuisse appareat, solitum esse olim (ut nunc ea sit ratione tribus illis diebus majoris hebdomadæ) mæstitia tantum tempore ad convocandum populum ligna pulsari. Nam in secunda Nicæna Synodo hæc leguntur (e) ex libellis illi oblato de miraculis martyris Anastasii: Cum sanctæ civitati reliquiæ sacræ appropinquaissent, omnibus res ea fuit declarata & significata. Itaque lætitia magna perfuncti omnes, surgentes subito, lignaque sacra pulsantes invicem, obviam facti sunt in veneranda Virginis Deiparæ æde, quæ appellatur Nova. Illinc cum cruce & supplicatione egressi, læti & gaudentes cum gratiarum actione sacris reliquiis accurrerunt. Hæc ibi. At nec apud

aliquem me legisse memini, exceptis dictis diebus, aliquam ecclesiam solitam esse populum convocare pulsatione lignorum, sed tantum monasterii monachos, prout dictum declarat exemplum, & nonnulla alia, ut apud Cyrillum in Actis Theodosii Cœnobiarchæ, & alios. Sed in his etiam diversa erat inter eos consuetudo; nimirum, vel ut omnes æque pulsatione convocarentur, vel singillatim fores singulorum pulsarentur: ut est de his exemplum apud Palladium in Lausiaca, dum ait: Postquam hoc modo solitum tempus impleisset, signo mallei, quo ceteros fratres excitabat, percutiens fores omnium cellarum, ad propria oratoria deducebat. At nec apud omnia pariter monasteria hæc usu recepta erant, ut pulsatione lignorum omnines convocarentur; nam testificatione Hieronymi (f) exploratum habetur, in monasterio S. Paulæ, una voce altius decantata, nimirum, Alleluja, omnes ad synaxim vocari solitas moniales: sic enim ait: Post alleluja cantatum, quo signo vocabantur ad collectam, nulli resistere licitum erat: sed prima seu inter primas veniens ceterarum opperiebatur adventum, pudore & exemplo ad laborem eas provocans, non terrore. Hæc Hieronymus.

(f) Hier. epist. 27.

Ceterum reddita Ecclesiæ pace (quo tamen id fieri ceptum sit anno, nobis est incompertum) ex edito loco publico grandioribus tintinnabulis, quæ postea a loco ubi primo grandiora fieri cœperunt, Campanæ sunt appellata, populus ad ecclesiam vocari solitus fuit. Apud Hebræos (ut alias dictum est) sacerdotem ex eminenti turri sonitu rubæ populo sabbatum indicare consuevisse, Josephus est auctor (g). Gentiles vero sonitu tintinnabuli ad thermas & operas consuevisse homines convocare certum est. Unde Martialis (h):

CIV. De usu tintinnabulorum.

(g) Joseph. de bello Jud. 1. 5. c. 9. (h) Martialis lib. 14.

Redde pilam, sonat æs thermarum, ludere pergis?

Et Juvenalis (i):

(i) Juvenal. sat. 6.

Tot pariter pelves, & tintinnabula dicas Pulsari: jam nemo tubas atque æra fatiget.

Excubiarum quoque præfectos secum ferre solitos ad explorandos vigiles tintinnabula, ut iis auditis responderent, testatur Suidas (k). Qui primus tintinnabula ad januas poni solita, in editiori loco ædis Jovis Capitolini posuerit, apud Suetonium (l) Augustus fuisse legitur. Apud Syros quoque in sacris adhiberi solita tintinnabula, Lucianus auctor est (m): cujus etiam auctoritate incompertum habetur, nequaquam ea levem sonum edere solita: nam eorum pulsatione excitari consuevis-

(k) Suid. verb. (l) Sueton. in Oct. c. 91. (m) Lucian. de merced. cond.

se tradit servos & mercenarios ad opera exhibenda, eodemque sono ad eadem iterum revocari cum ait: Deinde mane ad tintinnabulum expergefactus, discussa ab oculis dulcissima somni parte, una sursum deorsumque circumcurfans, hesternis luto etiam pedibus inbærente. Et inferius: Dum hæc tecum loqueris, jam sonuit tintinnabulum, jamque ad eadem tibi redeundum est. Hæc ille: quibus persuademur eadem tintinnabula etiam a Gentilibus solita fieri grandiora, in Ecclesia vero maxima, editoque loco ad populum convocandum, & ad divina obeunda opera excitandum exposita, usu profano in sacrum rite converso.

CV.

Quod autem ad situm corporis in precatione servari solitum spectat: ad Orientem conversos olim majores nostros adorare consuevissent, certum est; cum alioqui Judæi ad Occidentem spectantes, (ut ex divina Scriptura (a) Hieronymus (b) attestatur) adorandi usum haberent, quod & ipse templi situs demonstrat: quandoquidem Salomonis templum ad Orientalem plagam spectasse, Aristæas (c) qui illud describit, affirmat. Nam quod maxime omnium deplorandum esse videretur, ostendit Deus Ezechielii (d) inter vestibulum & altare positos viros, qui dorsa vertentes contra templum Dei, facies ad Orientem spectantes haberent: sed hæc Hierosolymis. Ceterum qui foris essent (ut ibidem testatur auctor) ubicumque reperirentur, conversi ad templum orabant, prout divina Scriptura (e) eos admonuisset; quod etiam Daniele (f), cum Deum precaretur, fecisse constat. Post Christum id etiam faciendum docuit suos Elxai hæreticus, qui vixit Trajani temporibus, ut Epiphanius de ipso testatur, cum de Offensis scribit (g). Gentilium potius quam Judæorum fuisse consuetudinem ut ad Orientalem plagam spectantes precarentur, satis constat ex templorum situ, de quibus hæc Clemens Alexandrinus (h): Quæ, inquit, erant ex templis antiquissima, respiciebant ad Occidentem; ut qui stant vultu converso ad imaginem, docerentur verti ad Orientem. Pythagorici etiam id facere consuevissent traduntur. Verum de templis Gentilium & adorandi situ aliter scribit Porphyrius; nimirum templorum statuas, & ingressus Orientem spectasse, uti adeuntes templum, ad Occasum conversi, diis effunderent preces (i). Itidem Lucianus (k) de veteribus & ipse tradit, consuevissent ad Solis ortum spectantia templa ædificari. Quamobrem diversum, secundum diversorum populorum ritum fuisse apud antiquos Ethnicos usum dici posse videtur; cum alioqui Vitruvius (l) templorum faciem ad Occidentem ædificandam proponat, quo orantes in eis faciem conversam habeant

(a) Ezech. 8. (b) Hieron. in Ezech. c. 3. (c) Aristæ. de 72. Interpret. (d) Ezech. 8.

(e) 3. Reg. 8. (f) Dan. 6.

(g) Lib. 1. c. 19.

(h) Clem. Alexand. Strom. Orare ad Orientem conversi. (i) Apud Calium Rhodig. lib. 12. c. 1. in fine. (k) Lucian. in lib. de Domo.

(l) Vitruv. lib. 4. cap. 5.

ad Orientem. Qui igitur dixerunt Judæos adorare solitos ad Orientem conversos, divinæ Scripturæ auctoritate arguuntur erroris: nec suffragatur locus, qui citatus habetur apud Clementem (m), Paralipomenon capituli quinti in fine: nam ibi non dicitur, Levitas ad Orientem conversos precatos esse, sed tantum quod starent ad Orientalem plagam altaris.

CVI.

Ceterum penes antiquos Christianos quam inviolabiliter observaretur, ut ad Orientem conversi funderent Deo preces; ex his in primis, quod Gentiles eam ob causam dicerent Christianos adorare Solem (quod Tertullianus (n) testatur) affirmari posse videtur. Hunc autem orandi ritum ab Apostolis esse traditum, complurium antiquorum testimonio comprobatur: apud Justinum (o) enim hæc scripta habentur: Quandoquidem apud vos præstantissima quæque ad honorem & venerationem Dei destinamus, opinione autem hominum probabilior est Oriens aliis creature partibus: eam ob causam orationis tempore vultu ad Orientem omnes convertimur: perinde atque dextra manu in nomine Christi eos signamus, qui sigillo tali indigent, eo quod præstare sinistra putetur, quamvis postura & non natura illa differat. Non aliter & Oriens, ut præstantior creature pars ad Deum adorandum est designata. Et quia ad Orientem spectantes precationes agimus, non id prophetis & Apostolicis adversatur vocibus: in omni enim loco Oriens existit precantibus. Et quia in quam partem videndi sensum convertimus, in eadem parte adorant: impossibile est autem precum tempore in quatuor creaturæ partes respicere: propterea in unam partem intendentes, orationem peragimus, non proinde ut ea sola opus sit Dei, nec tamquam in ea habitatio sit Dei destinata: sed quasi in locum ei, quæ a nobis Deo exhibetur, veneranda observationi ordinatum. Porro a quibus orationem Ecclesia accepit, ab iisdem quoque ubi orare solerent, consuetudinem accepit, a sanctis nimirum Apostolis. Hactenus ibi. Basilii (p) item ejusmodi institutionem ab Apostolis manasse confirmat, & ante ipsum Origenes (q) in hæc verba: In Ecclesiasticis observationibus sunt nonnulla hujusmodi, quæ quidem facere necesse est, nec tamen ratio eorum omnibus patet: nam quod verbi gratia genua flectimus orantes, & quod ex omnibus cali plagis ad solam Orientis partem conversi orationem fundimus, non facile cuique puto ratione compertum. Et paulo post: Et tamen hæc operata & velata portamus super humeros nostros, cum ita implemus ea & exequimur, ut a magno Pontifice & ejus filiis tradita & commendata susceperimus. Hæc Origenes, per Pontificem & filios ejus, Christum & Apostolos intelligens. Rur-

(m) Clem. Const. lib. 7. c. 44.

(n) Tertul. in Apolog. c. 16.

(o) Cur Christiani conversi ad Orientem orarent.

(p) Lib. 1. c. 118.

(q) Basil. de Spir. Sanct. c. 27.

(r) Orig. in lib. Num. hom. mil. 3.

CVII.

(a) Athan. lib. 9. c. 14. Causæ instituti diversæ redduntur. (b) Psalm. 132. (c) Zach. 14. (d) Zach. 3. & 6.

Rursus vero quod ad mysterium pertinet: præter illa quæ ex incerto auctore apud Justinum sunt recitata, Athanasius (a) tres etiam affert causas: Quarum prima ex divina Scriptura sibi vindicat auctoritatem, quod scriptum sit in Psalmo (b): Adorabimus in loco, ubi steterunt pedes ejus; junctis his quæ a Zacharia (c) sunt de Christo dicta: Stabant pedes ejus in die illa super montem Olivarum, qui est contra Hierusalem ad Orientem. Qui item ipsum Christum, Orientem appellat iterum (d). Secundam vero hanc addit causam, quod in divinis Scripturis Deus dictus lux sit, idemque lucis creator: quamobrem ad eam cæli partem spectare debere precantem, quæ potissimum lucis jubar oritur; non quod Christiani lucem creatam colerent, sed ut ex sidere omnium splendidissimo ad ejus creatorem mens humana tolleretur. Tertiam vero affert causam, quod cum Paradisus, unde pulsus est homo, in Oriente positus esset, eo revertendi mens cupida, oculos etiam illo dirigeret, sed hæc ipse pluribus. Quod igitur Oriens fons velut quidam luminis haberetur, atque Occidens esset hieroglyphicum tenebrarum, inde etiam ea vetus fuit in Ecclesia observatio, ut baptismate initiantibus, diabolo prius renuntiarentur, Occidentem versus statureretur, sicque positus, tertio illa renuntiantis verba proferret: idemque postea Christum Dominum confessurus, ad Orientem conversus id totidem vicibus faceret. Idque non tantum Dionysius (e), sed & Cyrillus (f) testatur qui ait: Cum Solis occasus apparentium tenebrarum sit locus; diabolus autem cum sit tenebræ, robur in illis suum habet: idcirco symbolice Occasum spectantes, caliginoso illi tenebrarum principi renuntiat. Et post multa: Cum itaque satana renuntiaveris, & omne cum illo pactum rescideris, veteres inquam pactiones cum inferno, aperitur tibi Paradisus Dei, quem ipse ad Orientem plantavit: & hujus rei symbolum est, cum ab Occasu converteris ad Ortum, quæ lucis est regio. Tum admoneris ut dices: Credo in Patrem & Filium & Spiritum sanctum. Hæc Cyrillus. Joannes Damascenus (g) dictas causas retexens, hæc etiam addit: Dominus cum in cruce penderet, ad Occasum prospiciebat; eoque nomine ita adoramus, ut eum obtineamus. Ac rursus cum in cælum reciperetur, ad Ortum efferebatur, sicque a discipulis adoratus est: atque ita venturus est, ut eum in cælum intuentem conspexerunt; quemadmodum ipse quoque Dominus dicit: Sicut fulgur exit ab Oriente, & pariet usque in Occidentem, ita erit adventus Filii hominis. Quocirca adventum ejus opperientes, ad Orientem oramus. Est autem Apostolorum Ann. Eccl. Tom. 1.

hoc institutum, litteris sacris haudquam proditum: complura enim illi, nulla scriptura auctoritate nixa, nobis tradiderunt. Hucusque Damascenus:

Porro cum ejusmodi occasione in nonnullos clanculum superstitio irrepsisset, Leo Romanus Pontifex (h) quamcitissime, ne latius serperet malum, occurrit; hisque verbis pro concione populum admonuit: De talibus institutis (Priscillianitarum, videlicet) illa etiam generatur impetitas, ut Sol inchoatione diurnæ lucis exurgens, a quibusdam insipientioribus de locis eminentioribus adoretur. Quod nonnulli etiam Christiani adeo religiose se facere putant, ut priusquam ad beati Petri Apostoli basilicam, quæ uni Deo vivo & vero est dedicata, perveniant; superatis gradibus, quibus ad suggestum aræ superioris ascenditur, converso corpore ad nascentem se Solem deflectant, & curvatis cervicibus in honorem se splendidi orbis inclinent. Quod fieri partim ignorantie vitio, partim Paganitatis spiritu, multum tabescimus & dolemus: quia et si quidam forte creatorem potius pulchri luminis, quam ipsum lumen, quod est creatura venerantur: abstinentiam tamen est ab hujusmodi specie officii. Hæc ille idcirco, ne quid commune cum Priscillianistis atque Gentilibus Fideles haberent. Sed de his satis.

CVIII.

(h) Leo de Nativit. serm. 7. Superstitio irrepsens amputatur.

Quod item ad habitum corporis in fundendis precibus spectat: stantes aliquando, aliquando vero genibus flexis adorare Christianos debere, veterissima est in Ecclesia institutio. Et sicut distincta sunt tempora pro ratione divinorum mysteriorum, ita pariter peculiare cujusque temporis adscripti reperuntur precandi ritus: nimirum ut quoniam dies Dominicus resurrectioni Domini est consecratus, ut non nisi stantes Fideles orarent, antiquitas docuit, sic etiam Quinquagesimæ tempore, quod a Paschate usque ad Pentecosten interponitur. Ejusmodi communes omnibus Christianis observationes esse in Ecclesia antiquitus observatas, tradit Tertullianus (i) quem superius citavimus. Cuius institutionis rationem & causam hanc affert auctor, qui apud Justinum ad hæc rogata respondit (k): Si genuum inclinatio in precationibus magis peccatores Deo commendat, quam si stantes orent, magisque ea res divinam permovet misericordiam: quapropter diebus Dominicis, & a Paschæ feriis ad Pentecosten usque, precantes genua non flectunt? Unde autem talis etiam in Ecclesia consuetudo? Est ad hæc responsio: Quia utriusque nos oportuit jugem obtinere memoriam, & ipsius per peccatum lapsus nostri, & gratiæ Christi nostri, per quam a lapsu resurreximus: ea propter genuum per sex dies inclinatio symbolum & nota est lapsus per peccata nostra. Quod

CIX. Stantes orare soliti Christiani.

(i) Tertul. de coron. milit. c. 3.

(k) Apud Justin. lib. 1. c. 9. 115.

vero die Dominico genua non flectimus, si- gnum est & designatio resurrectionis, per quam gratis Christi & a peccatis & a mor- te, quae ab illo interfecta est, liberati sumus. A temporibus autem Apostolorum consuetudo talis accepit initium, prout ait beatus Irenaeus martyr & Episcopus Lug- dunensis in libro de Paschate, ubi quoque mentionem facit Pentecostes, in qua genua non inflectimus; quoniam pari est cum die Dominico potestate, juxta eam, quae de illa est dicta, causam. Haec apud Ju- stinum.

CX. Orare genua flexi vel strati,

Si haec igitur rata habentur, & ex Apo- stolorum traditione testificatione Irenaei, qui Polycarpi Joannis Evangelistae discipu- li fuit auditor, fluxisse constant, fuerint- que non ab aliis quam ab Apostolis insti- tuta: tamen post haec tempora, de qui- bus modo historiam teximus, non ante id esse factum oportuit: nam hoc anno (ut vidimus) Paulus tempore quod inter- labitur a Paschate in Pentecosten, in Ty- ri littore positus genibus adoravit. Porro ejusdem in Ecclesia ritus ceteri antiquo- rum Patrum etiam meminerunt, nec est opus recensere singulos. Videas interim Paulum absque ulla etiam necessitate Ju- daeorum moribus inserviendi, inter suos positum, patrios in deprecando ritus ser- vasse: genua enim in precibus flectere, Judaei consueverunt. Nam & de Salomo- ne ait divina Scriptura: Utrumque genu in terra fixerat, & manus expanderat in calum. Stratos in terra insuper, si qua saeva urgeret calamitas, Fideles precari consueverunt, tota exemplo est Christiano- rum legio, quae sub Marco Aurelio An- tonino sic Deum precata, hostibus inter- necionem, & Romanis militibus ultimo discrimine laborantibus salutem obtinuit; quod ejusdem Imp. ad Senatum Romanum epistola (a) scripta significat. Manus item expandere, & in altum tollere, cum pre- carentur, Christianos consuevisse, exem- pla sunt plurima: idque non aliunde, quam ex institutione Apostolica, Ecclesia sibi vendicat. Paulus enim ad Timotheum scribens (b): Volo, inquit, viros orare in omni loco, levantibus puras manus. De eodem ritu haec habet Tertullianus (c): Nos vero non attollimus tantum, sed etiam expandimus, & Dominica passione modu- lantes & orantes confitemur Christo; & in- ferius: At qui cum modestia & humilitate adorantes, magis commendamus preces nostras, ne ipsis quidem manibus sublimius elatis, sed temperate & probe elatis; ne vultu quidem in audaciam erecto, &c. Se- dendo autem adorare, extra disciplinam esse testatur. Sed & ejusdem Apostoli scribentis Corinthiis (d), ut viri delecto capite Deum adorarent, est institutio; qui & ejusdem ritus rationem affert. Cur vero Romani non nisi tecto capite deos

(a) Apud Justin. mart. post orat. ad Antonin.

(b) 1. Tim. 2. (c) Tertul. de orat. c. 11. 12.

(d) 1. Cor. 11.

precarentur, Saturno excepto, & Honore, quibus non nisi aperto capite sacrifi- care licebat, Plutarchus (e) pluribus dis- ferens, causas diversas adducit; quas, ut ab instituto alienas, praetermittimus re- censere.

Ceterum in omnibus situ & corporis habitu verecundiam, modestiam, animique demissionem praeferre debere Fideles omnes, cum Deum precantur, tum Tertul- lianus tum Cyprianus (f) inculcant. Ut etiam in precationibus aliquando suum, quis pugno tundat pectus, Publicani a Christo adeo commendati probat exem- plum: quo signo animi poenitentiam de- clarari, facto illorum qui post Christi pas- sionem revertentibus percutientes pectora sua (g), significatur: Quod & Nicolaus Rom. Pont. ad consulationes Bulgarorum rescribens, docet his verbis: Pectus percui- timus, significantes videlicet, quod ne- quiter gessimus, displicere nobis, & ideo antequam Dominus feriat, & antequam ultio extrema veniat, commissum poenitentia digna punire. Idem & de ritu jungendi manus in adoratione, haec ad eosdem: Di- citis quod Graeci fateantur, quod in ec- clesia qui non constrictis ad pectus mani- bus steterit, maximum habeat peccatum. Hoc ut fieret, praecipuum fuisse, nunquam, ni fallor, invenitur: ac per hoc nisi fiat, peccatum non est: nam quidam faciunt hoc, quidam illud genus humilitatis: nec istud est peccatum, nisi forte quis pertinaciter recusaverit facere quod omnes viderit fa- cientes. Verum & hoc cum sit, non nisi hu- militatis gratia fit: ut vera scriptum est: Oratio humiliantis se nubes penetrat: Proinde si hoc, siue aliud quid humili- tatis excogitare potest homo, non est re- prehendus, Ac post pauca: Quia in E- vangelio, reproborum ligari manus & pe- des reperitur: quid aliud isti agunt, qui manus suas coram Domino ligant, nisi Do- mino quodam modo dicant: Domine ne ma- nus meas ligari praecipias, ut mittas in tenebras exteriores; quoniam ecce ego jam eas ligavi, & ecce in flagella paratus sum. Haec Nicolaus, secundum illud Pauli (h): Si nos ipsos judicavimus, non utique ju- dicavimus.

Sed illud quoque ad ritum precandi spectat, procedentes aliquando consuevisse Fideles publico conventu fundere ad Deum preces. De procedendo meminit Tertul- lianus (i), dum ait: Si procedendum erit, numquam magis familiae occupatio adve- niat. Et Hieronymus ad Eustochium (k): Martyres tibi quaerantur in cubiculo tuo; numquam causa deerit procedendi, si sem- per, quando necesse est, progressura sis. Hoc idem ad Gaudentium (l), necnon ad Laetam (m), ne suas filias procedere patiantur. Est mentio de processionibus in Concilio Laodiceno (n): eadem a Pa-

(e) Plutar- ch. pro- blem. qua. Rom. 10. 11. 12. CXI. De aliis in orando ritibus. (f) Cypri- an. lib. de orat.

(g) Luc. 23.

(h) 1. Cor. 11.

CXII. De ritu proce- dendu.

(i) Tertul. ad uxor. lib. 2. c. 4. (k) Hier. epist. 22.

(l) Idem epist. 12. (m) Idem epist. 7. (n) Concil. Laodicen. c. 37.

tribus dictas esse Litanias; quod expia- tionis causa indici publice consueverint, multa exempla declarant. Has ipsas in ecclesia Magni Gregorii, cognomento Thaumaturgi, peragi solitas, auctor est Basilius (a) scribens ad Neocaesarienses. Frequentatas easdem tam in Orientali quam in Occidentali Ecclesia fuisse, in diebusque magis illustratas, constat; dice- mus de his pluribus inferius suis locis: in- terim quae a nobis dicta sunt in Notatio- nibus ad Romanum Martyrologium, con- sultare cuique liberum erit. At haec jam satis de diverso ritu in precando servari solito, occasione Pauli Apostoli, qui (ut vidimus, auctore Luca) in littore Tyri positus genibus, Deum precatus est. Quae autem post haec secuta sint, idem Lucas ejusdem Pauli comes narrat (b) his ver- bis:

(a) Basill. ep. 63.

(b) Act. 21.

CXIII.

Cum, inquit, valescissimus invicem, ascendimus navem, illi autem redierunt in sua. Nos vero navigatione explicita, a Tyro descendimus Ptolemaidem, & saluta- tis fratribus, mansimus die una apud illos. Alia die profecti, venimus Casaream: & intrantes domum Philippi Evan- gelistae, qui erat unus ex septem, mansimus apud eum. Huic autem erant qua- tuor filiae virgines prophetantes. Extabant adhuc Hieronymi temporibus Casarea Palastinae domuncula & cubacula filiarum Philippi, quae S. Paula Hierosolymam i- tura, Casaream cum venisset, pio invi- sit affectu: Hieronymus (c) enim ejus re- legens iter, sic ait: Mirata est Stratonis turrim ab Herode Rege Judaeae in honorem Caesaris Augusti Casaream nuncupatam; in qua Cornelii domum, Christi vidit ec- clesiam, & Philippi adiculas, & cubicu- la quatuor virginum prophetarum. Idem (d) agens contra Jovinianum haereti- cham, in his quatuor filiabus Philippi post crucem Christi consecratis esse primitias virginitatis demonstrat, haec dicens: Post crucem Christi, statim in Actis Apostolo- rum una domus Philippi Evangelistae qua- drigam producit virginum filiarum: ut Ca- saream, in qua ex Gentibus Ecclesia per Centurionem Cornelium fuerat dedicata, etiam virginum puellarum praebere exem- pla. Quod autem tradit Clemens Ale- xandrinus (e), Philippam filias suas nu- ptui dedisse: non de Philippo diacono ma- nifestum est loqui, sed de Philippo Apo- stolo: nam adversus eos agens, qui nu- ptias reprobandas, haec ait: An etiam re- probant Apostolos? Petrus enim & Philip- pus filios procreaverunt: Philippus autem filias quoque suas viris tradidit. Verum Philippi Apostoli quoque filias fuisse vir- gines, & obdormisse Hierapoli, Polycra- tes (f) auctor est; qui (sicut habetur a Hieronymo recitatus) haec ad Victorem Romanae Ecclesiae Pontificem scripsit: Phi-

De Filia- bus Phi- lippi. (c) Hier. epist. 27.

(d) Idem advers. Jovin. lib. 1.

(e) Clem. Strom. lib. 3. c. 24.

(f) Hiero- nym. de script. Ec- cl. in Po- lycrate.

lippum loquor de duodecim Apostolis, qui dormivit Hierapoli, & duas filias egit, quae virgines senuerunt, & aliam ejus fi- liam, quae Spiritu sancto plena in Ephe- so occubuit. Haec Polycrates apud Hierony- mum. Apud Eusebium (g) autem textus est. Polycratis diversae lectionis reperitur: nam dicitur Philippus ille fuisse ex septem dia- conis, duasque filias ejus virgines usque ad obitum permansisse, quarum alteram Ephefi in Domino obdormisse tradit.

Sed idem Eusebius ex Caji antiqui Theo- logi disputatione subinfert testimonium de Proclo, dicente, quatuor filias Philippi diaconi Hierapoli cum patre in Domino requiescere: sic enim ait: Porro in dis- putatione Caji, quam paulo ante recitavi, Proclus, contra quem disputationem insti- tuit, de morte Philippi & filiarum ejus his a nobis expositis admodum consentiens, sic loquitur: Post Hierapoli in Asia quatuor filiae Philippi prophetissae fuerunt, ibidem- que tum illarum, tum patris sepulcrum lo- catum est. Haecque illas ipsas esse, qua- rum in Actis Lucas meminit, profitetur. Sed mira diversitas in eodem Eusebio, dum quas dicit Philippo diacono natas, inferius (h) cum agit de Papia, qui il- las novit, & multa ab illis tradita accepit, Philippi Apostoli filias dicit. Verum in versione Ruffini (i), non Philippi A- postoli, sed Evangelistae fuisse leguntur. Ceterum Dorotheus (k) (si qua fides ad- hibenda est auctori) Philippo Apostolo di- cit fuisse filias, easque Hierapoli una- cum patre quiescere. Quid in his ambi- guis dicendum sit, non habemus; nisi quod quae dicuntur de Philippi diaconi filiabus, iisdemque virginibus, ex divina Scriptu- ra sibi vendicant auctoritatem: quae au- tem de filiabus Apostoli ab aliis sunt rela- ta, ex incerto feruntur auctore, & nomi- nis errore jactata putantur, dum, quae sunt Philippi diaconi, Philippo Apo- stolo sunt adscripta; cum praesertim inge- nue profiteatur Hieronymus (l), nullam haberi certitudinem, praeter Petrum, ali- quem alium Apostolorum conjugio obliga- tum fuisse. Porro Clementis de nuptiis fi- liarum Philippi assertio, omnium attesta- tione, rejicitur; cum quotquot de his a- gunt scriptores, omnes ex aequo easdem- que virgines nominent. Legimus in Menolo- gio, unam ex quatuor filiabus Philippi, Hermionem dictam, sub Trajano Impera- tore gravissima passam, in Domino quie- visse pridie Nonas Septembris.

(g) Euseb. hist. lib. 3. c. 25.

CXIV. Quae Phi- lippi Dia- cono & quae Phi- lippi Apostoli Filia.

(h) Euseb. hist. lib. 3. c. 33.

(i) Euseb. lib. 3. c. 31.

(k) Dorotheus in Synopsi.

(l) Hier. advers. Jovin. lib. 1.

CXV.

Sed reliquum est, ut quae Papias, Joan- nis auditor, inter alia ab iisdem virgini- bus se accepisse testatur, quae recenset Eu- sebius (m), hic & nos exscribamus: sic enim ait: Verum quemadmodum Papias, qui temporibus iisdem vixit, historiam permiram a Philippi filiabus se excepisse asserat, in praesentia exponendum videtur.

(m) Euseb. hist. lib. 5. c. 33.

Mortuum enim suo tempore narrat excitatum. Aliud etiam, quod non minus habet admirationis, iusto cognomento Barsabæ contigisse: nimirum, ubi venenum mortiferum ebiberat, cum propter gratiam ipsi a Domino tributam, molestia nihil aut incommodi pertulisset. Hunc autem Iustum post Salvatoris ascensionem sanctos Apostolos cum Matthea statuisse, & precatos ut alter ex illis duobus in Judæa proditoris locum sortito delectus, numerum ipsorum suppleret, Acta Apostolorum declarant. Hæc & alia de his ex Papia Eusebius. Quod vero Philippus hic unus ex septem diaconis dicatur Evangelista, non id accidit (ut alias diximus) quod scripsisset Evangelium (licet spurium quoddam Philippi nomine olim ferretur editum Evangelium) sed id cognomen inditum est ob Evangelii prædicationem, sic enim & Paulus, cum ad Timotheum scribens ait: *Opus fac Evangelistæ; nequaquam voluit admonuisse ut scriberet Evangelium, sed ut, quod ad Evangelii prædicationem spectaret, esset omnibus numeris absolutus. At jam redeamus ad Paulum.*

CXVI. Cum Cæsareæ ageret, & ibi (inquit Lucas a) moraretur per dies aliquot, supervenit quidam a Judæa Propbeta, nomine Agabus. Is cum venisset ad nos tulit zonam Pauli, & alligans sibi pedes & manus, dixit: *Hæc dicit Spiritus sanctus: Virum, cujus est zona hæc, sic alligabunt in Hierusalem Judæi, & tradent in manus Gentium. Quod cum audissemus, rogabamus nos & qui loci illius erant, ne ascenderet Hierosolymam. Tunc respondens Paulus dixit: Quid facitis stentes, & affligentes cor meum? Ego non solum alligari, sed & mori in Hierusalem paratus sum propter nomen Domini Jesu. Et cum ei suadere non possemus, quævisimus, dicentes: Domini voluntas fiat. Post dies autem istos preparati ascendebamus in Hierusalem. Venerunt autem & ex discipulis a Cæsareæ nobiscum, adducentes secum, apud quem hospitaremur, Mnasonem quemdam Cyprium, antiquum discipulum. Hæc Lucas. Hunc ex numero fuisse septuagintaduorum, omnes æque consentiunt. At cum Hierosolymis idem hospitium, ac proinde domum habuisse dicatur, satis apparet persecutionem illam, cujus superius facta est mentio, Hierosolymis in Christianos illatam, qua inter alia quæ passi sunt, bonis omnibus spoliati fuerunt, civitates tantummodo attigisse, peregrinos nequaquam. Mnason enim (ut dicitur) antiquus discipulus, genere Cyprius, non tantum domum, sed & illa illic (ut par est credere) bona possedit, quibus Fideles Hierosolymam venientes fraterna charitate foveret. Nec enim de antiquo discipulo ac prædicitore licet opinari, occultum tam diu agere Hierosolymis licuisse: nisi*

* Jafonem.
De Mnazone antiquo Discipulo.

fortasse accidit, ut post persecutionem illam, distractis ille paternis bonis quæ Cypri habuerit (quod vivo adhuc parente ante facere non potuisset) ex illis pararet quod Christianorum usui pateret hospitium. Porro si Jafonem pro Mnafone (ut nonnulli codices habent) legi placet; diversum hunc esse ab illo qui Thessalonice eundem hospitio excepit Paulum, de quo idem Lucas (b) scribit, facile persuademur; illumque esse credimus Jafonem, cujus idem Paulus ad Romanos (c) scribens habuit mentionem; Horum alterum in Syria, alterum vero in Cilicia, nempe Tarsi ordinatum fuisse Episcopum, ex Græcorum Menologio aliisque auctoribus alibi notavimus.

Sed institutam semel narrationem de rebus Pauli Hierosolymis gestis, ut a Luca sunt scriptæ, ordine prosequamur. Ante tamen hæc omnia, accuratius investigemus (quantum fas est assequi) an Paulus, ut in animum duxerat, pervenerit Hierosolymam tempore Pentecostes (d). Non enim superflua & inanis hæc erit distinctio temporis, sed quæ plurimum (ut inferius apparebit) conferat ad rerum gestarum veritatem certius consequendam. Constat in primis, Luca (e) testante, Paulum una cum suis post dies Azymorum, solvissè Philippis, & diebus quinque Troadem appulisse, septemque dies ibi egisse, indeque tribus diebus pervenisse prospera navigatione Miletum. Ibi cum aliquantum temporis constitisset, quod properaret (ut ait) Pentecosten agere Hierosolymis, quamprimum inde recedens, prima die Coum, sequenti vero Rhodum pervenit, ac inde Pataram Lyciæ: ubi natus navem onerariam Phœnicem versus solentem, Tyzum appulit, ubi septem peregit dies, Ptolemaide autem diem unam; inde Cæsaream profectum, egisse, illic dies aliquot eum tradit, ac inde Hierosolymam concessisse. Habita igitur horum omnium ratione, considerataque prospera ubique navigatione Dei favore concessa, & Pauli animo cupiente, & ob hoc festinante Hierosolymis agere Pentecosten; facile ut existimemus adducimus, eadem jam solemnitate instante, ipsum Hierosolymam pervenisse. Quinquaginta enim dies numerandi a sequenti Azymorum die, cum manipulus offerretur, utique ad festum Pentecostes intercedebant, nimirum (ut divina lex (f) præcepit) septem hebdomadæ plenæ. Opportune igitur Paulum ad solemnitatem Pentecostes Hierosolymam pervenisse, ibique una cum Nazaræis purificatum, eam solemnitatem ex legis Moyfi præscripto sanctissime peregisse, ex his quæ sunt dicta, affirmari posse videtur. Confirmat hæc ipsa, eandem fere rationem dierum iniens Joannes Chryostomus (g), Paulumque

(b) Act. 17.
(c) Rom. 16.

CXVII.

(d) Act. 20.

(e) Act. 20.

Recapitulatio navigationis Pauli.

(f) Lev. 23.

(g) Chryst. in Act. per hom. 45.

pervenisse Hierosolymam, instante solemnitate Pentecostes, testatur his verbis: *Vide, inquit, obsecro, nunc & dies. Post Azyma in Troadem venerunt diebus quinque, deinde ibi fecerunt dies septem; & habes duodecim dies. Deinde Asson & Miletum contra Cibum, & Trogyllium in Samum, & Miletum; & sunt decem & octo dies; postea in Coum & Rhodum, in Pataram: en viginti & unum dies. Deinde illinc per dies quinque in Tyzum; ut sint dies vigintifex. Mox illic moratur diebus septem, colligunturque triginta & tres dies; & postea Ptolemaide una die peringunt, & sunt dies trigintaquatuor. Deinde Cæsareæ manent pluribus aliis diebus, & sic complentur dies Pentecostes, & ibi, nimirum Hierosolymis, illam facit: Hucusque Chryostomus.*

CXVIII. Hierosolymam pervenisset, Lucas his verbis singillatim recenlet (a): *Cum autem venissemus Hierosolymam, libenter acceperunt nos fratres. Sequenti autem die introibat Paulus nobiscum ad Jacobum, omnesque collecti sunt seniores. Quos cum salutasset, narrabat per singula, quæ Deus fecisset in Gentibus per ministerium ipsius. At illi cum audissent, magnificabant Deum, dixeruntque ei: Vides, frater, quot millia sunt in Judæis, qui crediderunt? & omnes emulatores sunt legis. Audierunt autem de te, quia discessionem doceas a Moyse eorum qui per Gentes sunt Judæorum, dicens non debere eos circumcidere filios suos, neque secundum consuetudinem ingredi. Quid ergo est? Utique oportet convenire multitudinem: audierunt enim te supervenisse. Hoc ergo fac, quod tibi dicimus. Sunt enim viri quatuor, votum habentes super se. His assumptis, sanctifica te cum illis: & impende in illis, ut radant capita: & scient omnes, quia quæ de te audierunt, falsa sunt, sed*

III. Ad num. CXVIII. Turrianus lib. 1. pro Canon. Apostol. cap. 15. Baronius, & Binius in sua Collectione Conciliorum Canones novem proferunt Antiocheno cuidam Apostolorum Concilio adscriptos, quos apocryphos & plane supposititios esse demonstrat Vir eruditissimus. Præterquam quod enim nulla eorum occurrit memoria in veteribus Ecclesiasticæ Historiæ monumentis ante Baronium, neque in Patribus, Conciliis, aut Canonum codicibus ante Binium, plurima falsa & absurda in eis continentur. Primus Canon decernit, ut credentes in Jesum, quos illius temporis homines vocabant Galilæos, Christiani vocarentur. Et tamen Galilæorum nomen nonnisi sub Juliano Apostata Christianis impositum. II. VII. & IX. Canon sancit abstinendum esse a circumcissione, a sanguine, a suffocato, a fornicatione; & permittunt vesci carne suilla, & pisce testam habente, necnon de eo qui squammis caret. At Apostoli decreta in Epistola synodica Hierosolymitani Con-

ambulas & ipse custodiens legem. De his autem, qui crediderunt ex Gentibus, nos scripsimus, judicantes ut abstineant se ab idolis, & immolato, & sanguine, & suffocato, & fornicatione. Hæc in conventu fratrum a senioribus Paulus accepit. Quartam hanc nonnulli nominant Synodum Apostolorum: sicque eas numerant ex his quæ in divina Scriptura notata habentur. Prima fuit Synodus, in qua actum est de electione Matthiæ; secunda, de Diaconorum electione; tertia, de non cogendo Gentes circumcissionem accipere; novissima vero hæc, in qua ne Gentes Judæi uti legalibus prohiberentur, rogatio facta est. Verum hæc familiaris potius fuit admonitio, quam synodica constitutio; atque ea occasione adhibita, magis dispensatio, quam dogmatis definitio.

At quod ad hujusmodi conventus Apostolicos pertinet: satis superque exploratum habetur, Apostolorum exemplo laudatissimum antiquum illum usum in Ecclesia Catholica inviolabilem permanisse, ut, cum qui ad fidem, vel ad bonos mores & disciplinam Ecclesiasticam pertinens consultandum esset, in unum Patres coirent, sicque simul collectis, singulorum sententia rogaretur, ac denique quid ab omnibus servandum esset, sanctæ ac legitime communibus suffragiis firmaretur. Verum si quis ejus rei ipsum exordium repetat, inveniet non tam ab Apostolis quam ab ipso Christo duxisse principium, atque sumpsisse auctoritatem: quando scilicet (ut diximus suo loco superius) de summa rerum Christus agens, suos rogavit, quem dicerent homines esse filium hominis. Sic igitur tam Domini exemplo, quam etiam Apostolorum frequentiori usui, ejusmodi cogendi conventus, quibus quæ essent agenda tractarentur, mansit stabilita atque firmata consuetudo in Ecclesia, quæ

CXIX. Ulius celebrandi Concilia.

cilii tam luculenter, tamque nitide equum, canonibus verbosis & inutilibus non recudissent. Secundo decernit nonus Canon, ut Christiani anagogice vivant. Qui loquendi modus nec Apostolis, nec ullis Scriptoribus solennis est. Sen sum anagogicum Christiani in Scripturis sacris norunt; nullus dixit vitam anagogicam. Denique certum est, imagines Christi, & maxime statuas, primis Ecclesiæ seculis non fuisse substitutas loco idolorum, nec Fidelium venerationi expositas, ne cultus idololatriæ obsequium multasse viderentur Christiani, non vero reliquifese; quod Patrum adversus Ethnicos disceptationes, & susceptæ pro nostra Religione apologiæ diserte probant: ut & ipsum Ethnicorum silentium, qui Imaginum usum & venerationem Christianis nunquam obijciunt, tam splendide tamque obviam objectionem non prætermittunt, si apud eos Imagines extitissent aliquæ: quod denique probat prohibitio picturæ & statuarie artis Christianis primorum seculorum facta, teste

(a) Vinc. Lirinensis de hares. lib. 3. c. 32.

quæ ejusmodi conventus usitatori vocabulo consuevit nominare Concilia, de quibus hæc scite Vincentius Lirinensis (a): Ipsa Catholica Christi Ecclesia sedula & cauta dispositorum dogmatum custos, nihil in his unquam permutat, nihil minuit, nihil addit: non amputat necessaria, non apponit superflua, non omittit sua, non usurpat aliena: sed omni industria hoc unum studet, ut vetera fideliter sapienterque tractando, si quæ sunt illa antiquitus informata & inchoata, accuret & poliat: si quæ jam expressa & enucleata, consolidet & firmet: si quæ jam confirmata & definita, custodiat. Denique quid unquam aliud Conciliorum decretis existit, nisi ut quod ante simpliciter credebatur, hoc idem postea diligentius crederetur? quod antea lentius predicabatur, hoc idem postea instantius predicaretur? quod antea securius credebatur, hoc postea sollicitius excoleretur? Hoc, inquam, semper, neque quicquam præterea hæreticorum novitatibus excitata, Conciliorum suorum decretis Catholica perfecit Ecclesia, nisi ut quod prius a majoribus sola traditione susceperat, hoc deinde posteris etiam per scripturæ chirographum consignaret, magnam rerum summam ut paucis litteris comprehendendo, & plerumque propter intelligentiæ lucem, non novum fidei sensum novæ appellationis proprietate signando. Hucusque Vincentius.

CXX. Quid actum in Conventu Hierosolymitano.

Sic igitur & in præfenti seniorum conventu rata firmaque decernuntur quæ de Gentilibus credentibus in superiori Synodo statuta fuerant. De Judæis vero qui Evangelium susceperant, quorum millia essent qui Hierosolymis agerent, omnesque ex æquo legis æmulatores existerent: cum eos legalibus interdicerent, minus opportunum tempus esse conspiceretur: in præfentiarum id illis esse cedendum, & sic cum infirmis infirmari,

scilicet Tertull. lib. contra Hermogenem cap. 1. & lib. de Idololatria cap. 3. Imo statuarum usum nondum fuisse inductum in Christianorum templa tempore septimæ Synodi generalis, constat ex eadem Synodo act. 7. & Eruditi consentiunt. Quare canon octavus Synodo Antiochenæ Apostolorum adscriptus, fidei Synodi fidei canon est: siquidem pro idolis adorandam esse decernit statuam Christi Domini. Nisi tunc Baronius auctoritate Innocentii I. Papæ epist. 18. ubi de Antiochena Ecclesia loquens ait: Ibi & nomen accepit Religio Christiana, & Conventum Apostolorum apud se fieri celeberrimum meruit. Sed si nomine Conventus celeberrimi Synodus intelligenda sit, Innocentius, quod maximis etiam Viris quandoque contigit, id tribuit Antiochiæ, quod convenit Hierosolymis; quæ in re labi eo proclivius, quod celeberrimus ille Conventus Hierosolymis habitus, seu Hierosolymitanum Apostolorum Concilium de Antiochenæ Ecclesiæ causâ, & ejusdem rogatu celebratum fuit. Alterum Baronii fundamentum est, Gregorium Pisinuntensem E-

visum esse consultius. Quamobrem ut Paulus cum Nazaræis, hac utens dispensatione, votum exsolviturus in templo, quo se legis Moyssi observantissimum probaturus erat, sese sisteret, eidem persuaserunt. Admiranda plane res est & consideratione dignissima; Paulum, qui non ab homine, sed a Christo acceperat Evangelium, quique ea de causa Antiochiæ restiterat in faciem Petro, qui insuper sapius suis antehac scriptis epistolis de legalibus ablegandis aperta suffragia dederat, ac sententiam stabilierat, tantum seniorum modo conventui desulisse, ut illorum se subjiciens voluntati, eorumdem arbitrio per dispensationem in servandis legalibus impenderet officium; ea nimirum præstans, quæ non nisi a sanctioribus Judaicæ legis observatoribus exhiberi munerata consueverant.

His igitur Paulus volens lubensque in omnibus obsequens, assumptis viris (inquit Lucas b) postera die purificatus cum illis intravit in templum, ammittens expletionem dierum purificationis, donec offerretur pro unoquoque eorum oblatio. Quæ autem essent ejus officii caerimonie, & sacri a lege ritus præscripti, liber Numeri (c) satis docet, nimirum ut abstinerent a vino, caput raderent, & finito tempore agnum, ovem, & arietem offerrent in templo, capilloque deponerent, qui cremarentur una cum sacrificio pacificorum. Sed quoniam certum tempus, quo abstinerent Nazaræi a vino, lege definitum minime reperitur: quid his temporibus ex consuetudine communiter ageretur, Josephus (d) docet his verbis: His autem, qui morbo, vel aliis necessitatibus implicantur, mos est orare per triginta dies, antequam immolarent hostias, abstinere quoque a vino, & capillos radere. At quomodo una cum Nazaræis Paulus ea omnia in templo exhibuisse officia potuit, cum

piscopum in VII. Synodo generali act. 1. citare primum illorum canonum ex Synodo Apostolorum apud Antiochiâ. Sed hinc tantum deduci potest, Concilium istud ante septimam Synodum, confectum fuisse. Ejus autem nullam rationem Patres habuere, cum solas coloribus pictas tabulas & icones in Religionis usum admiserint, non vero statuas, quarum usum præfati canonis probasset auctoritas, si quæ apud illos extitisset. Denique multæ apocryphorum quæstiones a septimæ Synodi Patribus probatæ, qui in factorum librorum Critica rudes erant. Canonem octavam citatum, qui est de Imaginibus, pluribus explicat ac defendit Baronius: Petavius vero in tomo 2. Theologicorum Dogmatum de Incarnatione lib. 15. cap. 14. num. V. explicat & suppositum esse concludit. Christiani primis Ecclesiæ seculis videntur dicti Galilæi: cum in dialogo Philopatris a Luciano scripto divus Paulus, qui Tarsi natus erat, vocetur Γαλιλαίος. Quare prima ratio adversus Concilium Antiochenum inefficax est.

CXXI.

(b) Act. 11.

(c) Num. 6.

De ritu Nazaræorum.

(d) Joseph. de bello Jud. lib. 2. c. 15.

Baron. anno 57. num. cxi.

Spond. i. bid. num. xxxiv.

cum inopinato & ante diem tantum, ut id faceret cum aliis admonitus esset? quoniam vero pacto triginta diebus perseveravit abstemiis? Ex his igitur colligi plane posse videtur, Paulum, qui magna ex necessitate Timotheo languenti stomacho prohibuit aquam bibere, & ut modico vino uteretur præcepit, a vino penitus temperasse; sicque haud impossibile ei fuisse (quod abstemiis semper esse soleret) Nazaræorum in templo munus explere: alioqui fuisset hæc potius quedam legis illusio, & simulata sanctitatis effusio, & tamquam in scena fabula, ac in re gesta affectatum mendacium: indigna pyroforis omnia, quæ non tantum de Apostolo, sed nec de quolibet Christiano dicantur. At nec seniores legem æmulantes Paulo Nazaræorum numeros suasissent explere, nisi in omnibus competum habuissent, ea omnia faciendi illi pariter facultatem in promptu fuisse.

CXXII.

Hæc cum ageretur; una insuper cum Nazaræis & Paulum capillis abrasum esse, immo & ut etiam cæterorum capilli raderentur, curam impendisse, satis Acta declarant. Unde & Hieronymus (b) hac eum interpellat apostrophe: O Paulus, & in hoc te rursum interrogo: Cur caput raseris, cur nudipedalia exercueris de caerimonis Judæorum? Cur obtuleris sacrificia, & secundum legem pro te hostia fuerint immolata? Utique respondebis: Ne scandalizarentur qui ex Judæis crediturunt. Hæc ipse. Ex his etiam, quod Nazaræi, qui ceteris sanctiores haberentur, religionis ergo in templo capituladenda offerrent, Apostolica traditione in Ecclesiam derivatum traditur, ut qui a communi hominum vita recedentes, exquisitius vivendi genus affectarentur, ac per omnia sese divino cultui manciparent, deberent eorum capita radi. Id Isidorus

(a) Act. 21. (b) Hier. ep. 89.

De tonsura in Ecclesiâ introducta.

(c) Isid. de divinis offic. in conc. Aquisgran. c. 1.

(d) Execb. 5.

his verbis testatur (c): Tonsura Ecclesiastica usus a Nazaræis, ni fallor, exortus est; qui prius crine servato, denuo post vitæ magnam continentiam, devotione completa, caput radebant, & capillos in ignem sacrificii ponere jubebantur, scilicet ut perfectionem devotionis suæ Domino consecrarent. Hujus ergo exempli usus ab Apostolis introductus est, ut qui divinis cultibus mancipati, Domino consecrantur, quasi Nazaræi, id est sancti Dei, crine præciso innoventur. Hoc quoque & Ezechiel (d) Propheta jubetur, dicente Domino: Tu fili hominis sune tibi gladium acutum, & duces super caput tuum & barbam. Videlicet quia ipse sacerdotali genere Deo in ministerio sanctificationis serviebat. Hoc & Nazaræos Priscillam & Aquilam in Actis Apostolorum primos fecisse legimus, Paulum quoque Apostolum, & quosdam discipulorum Christi, qui hujusmodi cultu imitandi extiterunt.

Est autem clericis tonsura signum quoddam, quod in corpore figuratur, & in anima agitur: scilicet ut hoc signo & religione vitia rescentur, & criminibus carnis nostræ quasi crinibus exuamur; atque inde innovatis sensibus, ut comis rudibus enitefcamus; expoliantes nos, juxta Apostolum, veterem hominem cum actis suis, induentes novum, qui renovatur in agnitione Dei: quam renovationem in mente oportet fieri, sed in capite demonstrari, ubi ipsa mens noscitur habitare. Quod vetero detonso capite superius, inferius circuli corona relinquatur: sacerdotium, regnumque Ecclesiæ in eis existimo figurari. Tiara enim apud veteres constituebatur in capite sacerdotum: hæc ex bysso confecta, rotunda erat, quasi sphaera media: & hoc significabatur in parte capitis tonsura: corona autem latitudo aurei circuli est, quæ Regum capita cingit. Utrumque itaque signum exprimitur in capite clericorum, ut impleatur corporis etiam quoddam similitudine, quod scriptum est, Petro Apostolo prædicente: Vos estis genus sanctum, regale sacerdotium. Quæritur autem, cur sicut apud antiquos Nazaræos, non ante coma nutritur, & sic tondetur? Sed qui hæc exquirunt, animadvertant quid sit inter illud propheticum velamentum, & hæc Evangelii revelationem, de qua dicit Apostolus: Cum transferis ad Christum, auferetur velamen. Quod autem significabat velamen interpositum inter faciem Moysi, & aspectum filiorum Israel, hoc significabat illis temporibus coma sacerdotum. Nam & Apostolus comam pro velamento dicit esse: proinde jam non oportet ut velentur crinibus capita eorum qui Domino consecrantur, sed tantum ut revelentur: quia quod erat occultum in sacramento prophetiæ, jam in Evangelio declaratum est. Hucusque Isidorus.

CXXIII. Clericorum tonsura quid mystice.

Quod igitur non integra clericorum vel monachorum capita raderentur: præter hæc quæ ab Isidoro sunt dicta, illa etiam causa suppeditari posse videtur; ne scilicet secundum Judaicum vel Gentilium ritum nos facere videremur: nimirum Judaizare cum Nazaræis, & superstitionem sectari Isidis, Serapidis, & aliorum Gentilium sacerdotum, qui omnes corporis pilos & capillos capitis penitus abradebant (e). Scimus & apud Græcos, Traegenios, & Assyrios, Judæis confines, æmulatos esse ejusmodi ritum tondendi capillos, eisdemque in templo offerendi (f) numini, sicut & abstinentiam ab esu porcinæ carnis, & alia. Sed & apud Romanos, cum primum barbam raderent atque crines, ea numini dedicare, moris fuisse, apud Suetonium (g) in Nerone notatum habes. Alia insuper affertur causa, cur capillorum corona, reliquo raso capite, integra consueverit remanere: nimirum

CXXIV. De tonsura Judæorum ac Gentilium.

(e) Hieron. in Ezech. c. 40. & Ambros. ad Sabina. epist. 30.

(f) Sueton. in Nerone, cap. 12. & ibi Isid. terpr.

(a) Beda de gestis Angl. l. 5. c. 22.

mirum ob jugem memoriam spinæ coronæ impositæ capiti Domini nostri Jesu Christi; idque ab Apostolis factitatum, & Ecclesiæ traditum, certa assertione apud Bedam (a) legitur, ubi post alia: Inter omnes, inquit, quas in Ecclesia, vel in universo hominum genere reperimus tonsuras, nullam magis sequendam amplectendamque jure dixerim, ea, quam in capite suo gestabat ille, cui se consentienti Dominus ait: Tu es Petrus. Et paulo post: Neque ob id tantum in coronam attondemur, quia attonsus ita est Petrus: sed quia Petrus in memoriam Dominicæ passionis ita attonsus est; idcirco & nos, qui per eandem passionem salvari desideramus, ipsius passionis signum cum illo in vertice, summa videlicet corporis nostri parte, gestamus. Sicut enim omnis Ecclesia, quæ per mortem sui vivificatoris Ecclesia facta est, signum sanctæ crucis in fronte gestare consuevit, ut crebro vexilli hujus munimine a malignorum spirituum defendatur incurfibus, & crebra hujus admonitione doceatur, se quoque carnem cum vitiiis & concupiscentiis crucifigere debere: ita etiam oportet eos, qui vel monachi votum, vel gradum clericatus habentes, arctioribus necesse habent pro Domino se continentie funibus adstringere, formam quoque coronæ, quam ipse in passione sua spinam portavit in capite, ut spinas ac tribulos peccatorum nostrorum portaret, id est, exportaret ac auferret à nobis, suo quemque in capite per tonsuram perferre; ut se irrisiones & opprobria pro illo libenter ac prompto animo sufferre, ipso etiam frontispicio doceant: ut coronam vitæ, quam reprobus misit Deus diligentibus se, semper expectare, proque hujus perceptione & aduersa mundi & prospera contemnere designarent. Hæc ille ibi; quæ & alii (b) tradiderunt.

(b) Albinus Elac. de divinis offic. Raban. de instit. cleric. & alii.

(c) Germanus in theor. rev. Ecclesiast.

Petri exemplo tonsura introducta.

CXXV. rum tonsura adducitur causa a Germano (c) Episcopo Constantinopolitano, his verbis: Duplex corona circumposita capiti sacerdotis, capillorum significatione imaginem refert venerandi capitis Apostoli Petri: qui cum missus esset ad prædicationem Domini & magistris, ei tonsa est ab his qui ejus sermone non credebant, ut illud diceretur ab ipsis; eique Christus magister benedixit, & infamiam in honorem, illusionem in gloriam convertit, & posuit super caput ejus coronam non ex lapidibus pretiosis, sed lapide & petra fidei ejus fulgentem super aurum & topatium & lapides pretiosos. Hæc cum scribat Germanus, quantumlibet unde acceperit auctorem non citet, ex majorum tamen traditione cum mutuatum esse, credendum est; cum enim sciamus consuevisse ejusmodi ludibrio Romæ affici sapientes viros, qui philosophi dicerentur; eandem in Petrum

illatam esse contumeliam, haud vanum erit existimare. Sane de Apollonio Tyanæo philosopho Pythagoreo, qui ejus sæculi suo tempore erat facile princeps, scribit Philostratus (d) a Domitiano esse detrusum in carcerem, ab eodemque misum esse tonsorem, qui comam capitis & promissam philosophicam barbam amputaret; cum alioqui criminum rei intonsa barba atque capillo agere soleret. Sed & si qua fides apocrypho est adhibenda, legitur in pseudo Prochoro, Joannem Evangelistam jussu ejusdem Domitiani ignominie causa capite attonsum esse. Testatur & Cyprianus (e) similia de damnatis ad metalla, cum ait: Semitonis capitis horrescit capillus. Et in responsione: Semitonis capitis capillaturam adæquasti. Solebat ejusmodi abrasio capitis signum esse hominis turpissimi & scelestissimi: unde illud Ciceronis pro Roscio Comedo: Nomen ipsum caput, & supercilia illa penitus abrasa olerere malitiam, clamitare calliditatem videntur? Et infra: Qui idcirco capite & superciliis semper est rasus, ne unum pilum boni viri habere dicatur. Hæc Cicerone de levissimo homine, qui sic se raserat.

(d) Philostr. in Apollon. l. 7.

(e) Cyprian. epist. 77.

CXXVI.

Verum quæ ab aliis ignominie causa hinc hominibus fieri solebat abrasio, diversi generis erat: nam præter illas de quibus est dictum, alia erat, quæ a Luciano sic describitur, dum agit de morione: Moxque ingressus deformis quidam, deverso capite, pauculos capillos in vertice gestans, eosque crispæ in morem erectos. Hæc in Convivio Lucianus. Idem in epistola ad Saturnum; Vertex illius asperis & pungentibus setis sit hirtus, reliqua capitis parte nuda. Tertullianus (f) etiam sic attonderi consuevisse Numidas testatur, cum ait: Apud aliquos Numidas etiam equis castratos, juxta cutem tonsor, & cultri vertex solus immunit? Hæc ille. Addimus illud, quod Cajus Imp. occipitia adolescentulorum ludibrii causa radere consueverat: de quo Suetonius (g): Pulchros & comatos, quoties sibi occurrerent, occipitio raso deturpabat. Moris fuisse etiam apud Romanos, servorum radi capita, Tacitus & alii plures testantur. Sicque videas non unius generis fuisse capillorum abrasiones, licet omnes fere ad inurendam ignominie notam ab aliis pro animi cujusque sententia excogitarentur. Erat enim & capitis abrasio manumissionis nota, sicut & pileus, ut indicat Plautus (h) illis verbis: Ut ego hic hodie raso capite calvus capiam pileum. Itemque qui maris tempestatem evasissent, rasis capitibus vota diis persolvere consuevisse, auctor est Lucianus (i): de quo usu etiam Pomponius Arbiter his verbis: Notavit sibi ad Lunam tonsorem intempestivo inbarentem ministerio, execratusque o-

(f) Tertull. lib. de pallio c. 4. Ignominie causa introducta abrasio vel tonsura. (g) Suet. c. 35.

(h) Plautus in Amph. act. 1. scen. 1. (i) Lucian. in Deorum dial. in fin.

(a) Non. de doct. indag.

(b) Non. 6.

CXXVII. Tonsura clericorum ex Apostolico ritu.

(c) Levit. 21.

(d) Levit. 19.

omem, quod imitaretur naufragorum ultimum votum, in cubile rejectus est. Et post pauca: Audio enim non licere cuiquam mortalium in mari neque unguis, neque capillos deponere, nisi cum pelago ventus irascitur. Agit enim de iis qui novacula caput & supercilia radebant: existimatur (a) autem utraque abrasio ab eadem causa profecta, quod scilicet sicut servituti obnoxii ea abrasione libertatem se consecutos esse testabantur, ita tempestatem maris qui evasissent, se liberatos esse eo signo profiterentur. Ceterum id ex nuncupato voto naufragos facere solitos, idem qui supra Petronius Arbiter tradit; & hac in re Nazaræis (b) consimiles, qui exolventes votum emissum, caput raderent; ut paulo superius dictum est. Sed jam ad clericorum tonsuram, cujus causa ejusmodi facta est digressio, revertamur. Ea igitur quæ Principi Apostolorum ditionis & ignominie causa illata est infamie nota, totius Ecclesiæ honori cessit. Et quid mirum, cum ipsa quoque poenarum instrumenta pietas Christiana in amplissimam gloriam commutare, & habere consueverit in honore? idque virtute, ac merito Crucis Christi, quæ mundi contemptibilia, ignobilia, & infirma ad maximum omnium gloriæ culmen e-

Sed antiquum ejus rei usum inspiciamus. Præter illa quæ de Apostolica institutione atque traditione sunt ex dictis nuper auctoribus recensita, non aliunde id certe quam ab Apostolico fonte fluxisse, Oriens Occidentemque pariter, ac omnes denique regiones, in quibus Christiana fides est aliquando propagata, pari consensione vitæ sunt non solum hoc esse testatæ, sed æque omnes id ipsum firmissimæ ejus rei observatione probasse. Doceat quis velim, provinciam Orbis aliquam, quæ Christi nomen acceperit, ejusdem fuisse tonsuræ clericalis expertem? Quoniam alio, quæso, quam Apostolorum præconio, rem tam novam, atque adeo inusitatam, ac penitus ab aliis intentatam, radendi in modum sphaeræ vel coronæ capitis, Christianus orbis potuit suscepisse, ac firmiter tenuisse, nullo præcedente majorum exemplo? Nam si, Judæos spectes, unde fluxit Christiana religio: divina lege radere caput sacerdotibus interdictum fuisse reperies, dicente atque (c) monente: Sacerdotes nec radent caput, nec barbam. Et communiter omnibus vetitum (d) in rotundum attondere comam, & radere barbam, licet servorum illorum diversa lectio habeatur. De Gentilibus diximus, plane diversum a nostro fuisse illorum ritum, quippe qui non tantum capitis capillos omnes usque ad supercilia, sed totius corporis pilos, Isis præsertim sacerdotes radere consuevisent. Et quis

Ann. Eccl. Tom. I.

existimæ, Christianos voluisse illos imitari, quorum non tantum sacra, sed & sacerdotes eam præsertim ob causam tantopere deriderent? Consulat, qui de his dubitat, antiquorum patrum adversus Gentiles scriptas Apologias, in quibus utique hæc omnia fusius inveniet explicata. Nemo igitur sanæ mentis leviter dixerit esse introductum atque servatum ab exemplo quod Catholica ubique Ecclesia custodivit.

Certe adeo pervulgata in Orbe res fuit ut nec scriptores Ethnici de ea tacuerint. Nam Ammianus Marcellinus (e) testatur temporibus Juliani Apostatæ, Theodorum quemdam Ecclesiæ ædificandæ præfectum, ab Ethnicis supplicio affectum, quod (ut ait) cirros puerorum licentius detondebat: nihil aliud significans, nisi quod poenas dedit eo prætextu, quod complures pueros in clericos cooptaret: capillorum enim tonsura ejusmodi initiari (ut etiam modo fit) antiquitus consuevisse, satis est exploratum. Sed & exemplum habes in Otrejo Episcopo Meliteni, sanctitate & doctrina celeberrimo, qui claruit temporibus Theodosii senioris, cujus & sanctionibus (f) commendatur, cum S. Euthymium ordinavit lectorem. Hæc enim de eo Cyrillus (g) in rebus gestis Euthymii scribit: Cum eum baptizasset, & pilos, qui ex lege tondeantur pueris rotundisset, in gradum lectorum eum cooptat. Sed quod amplior esset illorum tonsura, qui majoribus initiarentur ordinibus; hinc Evagrius (h) Scholasticus ait: Coma abrasa, presbyter designatur est. Mentio est ejus ritus apud Dionysium (i), cum agitur de his qui in monachos cooptantur, ejusque rei spiritualis sensus declaratur. Ad hoc pertinet, quod in libro de Romanis Pontificibus per vetusto, qui fertur nomine Damasi, de Aniceto habetur; instituisse scilicet secundum præceptum Apostoli, nec clerici comam nutrent. Multa enim, quæ ab Apostolis sive scripto, sive sine scripto statuta essent, decretis iterum editis, ea accuratius esse servanda, sæpe Romani Pontifices præceperunt. Sed quod illic breviter notatur, ut secundum Apostoli (k) præceptum clerici comam non nutriant: haud de communi illa viris omnibus a Paulo præscripta lege, ne videlicet illi mulierum exemplo comam nutrent, significare voluit auctor illis verbis: sed ut qui sanctioris vitæ mancipantur ordinibus, exultioris etiam vitæ characterem in capite ferrent. Hocque idem habetur in Concilio Carthaginensi (l) & Agathensi (m), ne clerici comam nutriant, sed tondeant. At si non de tonsura in modum sphaeræ fieri solita Patres intellexerunt: quid tam instantè clericis faciendam esse mandarunt, quod Apostolica

CXXVIII.

(e) Ammianus Marcell. lib. 12.

(f) De fide Cathol. 3. Cod. Theod. (g) Cyrillus in Euthym. apud Lips. tom. 5.

(h) Evagrius hist. lib. 2. c. 26. in fin. (i) Dionysius de Ecclesiast. hier. par. 2. c. 3.

(k) 1. Cor. 11.

(l) Conc. Carth. 4. c. 44. (m) Conc. Agath. c. 20.

Yyy lege

lege quivis laicus facere teneretur, nempe comam non nutrire, sed capillos deponere? Quod igitur clericis id faciendum præcipitur, quia alia ratione videretur esse mandatum, alio etiam ritu erat implendum; nimirum ut in summo vertice depressius caput tonderent, aut raderent.

CXXXIX. Cum vero multæ ejus rei allatæ sint causæ, illam adjicimus, nempe, ut mancipatæ semel vitæ divino cultui per capillorum oblationem, eo signo sapius iterato, assidue meminisse deberent; & quod solemniter semel præstitissent, sæpe repeterent. Licet de his non fuerit una consuetudo omnium Ecclesiarum. Nam in Hispania postmodum accidit, ut occasione quorundam hæreticorum qui eandem cum Catholicis usurparent capillorum tonsuram, ac proinde eo signo vellent videri Catholici: ejus regionis Episcopi, conventu habito, dilatandam ejusmodi capitis tonsuram statuerint. Est de his canon in hæc verba descriptus (a): Omnes clerici, vel lectores, sicut Levitæ & sacerdotes, detonso superius capite toto, inferius solum circuli coronam relinquunt: non sicut hucusque in Gallia partibus facere lectores videntur, qui prolixis, ut laici, comis, in solo capitis apice modicum circulum tondent. Ritus enim iste in Hispaniis hucusque hæreticorum fuit. Unde oportet pro amputando ab Ecclesiis scandalo, hoc signum de decore auferatur, & sit una tonsura vel habitus, sicut totius Hispaniæ est usus. Qui autem hoc non custodierit, fidei Catholiciæ reus erit. Porro eandem coronæ formam in S. Nectio Episcopo Trevirensi habes divinitus efformatam: sic enim de eo scribit Gregorius Turonensis (b): Sanctus Nectius Episcopus ab ipso ortus sui tempore clericus est designatus; nam cum partu fuisset effusus, omne caput ejus ut est consuetudo nascentium infantium, a capillis nudum quidem cernebatur, in circuitu vero modicorum pilorum ordo apparuit, ut putaretur ab eisdem coronam clericis fuisse signatam.

(a) Concil. Tolet. 4. c. 40.

(b) Greg. Turon. in vita Sancti. Patr. c. 17.

CXXX. Ceterum & in his, sicut in aliis multis, diversa fuit diversarum Ecclesiarum consuetudo: ubi vero nihil corruptum est ab hæreticis, nulla alia mutatio intercessit. Non enim fuit recens æmulatio hæreticorum, ut & ipsi incederent tonsura decori. Nam si fidem adhibentus his quæ ab erudito auctore scripta recitantur, dico a Beda (c): jam ipsi Apostolorum temporibus etiam Simon magus tonsuræ genus quoddam excogitavit. Sed hæc a majoribus scripta non produuntur: nam & de eadem epistola, quam recitat Beda, locutus esse videtur Amalarius (d), qui eam hæc tantæ fidei fuisse dicit, ut reciperetur ab omnibus.

(c) Beda hist. Anglic. lib. 5. cap. 82.

(d) Amal. de Eccles. offic. c. 5.

Ipsæ enim dum de tonsuræ origine disputat, hæc scite quidem atque prudenter affirmat: Interrogatur, inquit, ab aliquibus, quis primus tonsus sit nostro more? Legi in epistola cujusdam viri, Petrus: sed quia non tantæ auctoritatis est, ut ex illa firmare valeamus nostram sententiam; malimus eam silentio præterire. Non tamen abs re est si dixerimus, illum, aut aliquem successorem ejus, primo fuisse tonsuram nostro more; quoniam ab illa Ecclesia sumptus est talis usus, in qua illi sederunt. Sed quid ad nos? cum multa agamus ex consuetudine præsentis Ecclesiæ, quorum auctores non perferuntur specialiter: sicut nec observationes Quadragesimalis temporis ante Pascha; scimus tamen ex demonstratione S. Augustini, consensione Ecclesiæ eam esse roboratam: sic & nos dicimus, tonsuram nostram ex auctoritate & consuetudine Romanæ Ecclesiæ esse roboratam. Hæc & alia Amalarius. Sed quod ait, etsi non a Petro, saltem ab aliquo Petri successore, tonsuram usum antiquam sibi originem vindicare: certe de nullo alio, quam de Aniceto est testimonium; qui cum tam proximus fuerit Apostolorum temporibus, quod ipse statuit, æque ab Apostolis traditum esse potuit. Nam, quod Irenæus (e) testatur, ad sua tempora, nempe sub Eleuthero, in Romana Ecclesia traditiones Apostolicæ illibatae atque incorruptæ servatae sunt: ut merito eam ob causam idem appellet ipsam Romanam Ecclesiam divites depositorium Apostolicarum traditionum.

Verum distinctam fuisse tonsuram monachorum ab ea quæ est clericorum, certum est: cum illi non tantum verticem capitis, sed totum fere caput radere consuevissent; ut sic nimirum, quod esset ipsorum vitæ studium, declararent. Abrafionem quippe capitis, symbolum ac hieroglyphicum fuisse lugentis atque mœrentis hominis, non solum proditur testimoniis divinæ Scripturæ, sed assertionibus etiam externorum. Quod ad illam spectat; de Job (f) habetur testatum, cum suarum cladum nuntios accepisset, tonso capite adorasse. Et Isaias (g): Vocabit Dominus Deus exercituum in die illa ad fletum & ad plantum, ad calvitium & ad cingulum: & illud Michæ (h): Decalvare & tondere super filios deliciarum: dilata calvitium tuum. Quod vero ad Gentiles pertinet barbaros, hæc Suetonius (i): Regulos quosdam barbaram possuisse, & uxorum capita rasisse in indicium maximi luctus. Facere id consuevissent Argivos mœroris causa, testatur Herodotus (k): affirmat id ipsum Lucianus (l) de Syris, qui funera raso capite celebrarent. Solum apud Romanos, quod tonsa barba ac capite tolerent incedere,

(e) Iren. lib. 3. c. 3. & 4.

(f) Job. 1.

(g) Isai. 2.

(h) Mich. 1.

(i) Suet. in Cajo Caligula c. 5. (k) Herod. lib. 1. hist. (l) Lucian. de Deo in Syria.

Ab Ecclesia Romana probata tonsura.

CXXXI.

Mœroris signum tonsura capitis.

in maximo luctu capillum & barbam promittere mos fuit, ut Suetonius (a) de Julio Cæsare sic tradit: Diligebat usque adeo, ut audita clade Tituriana, barbam capillumque submisisset, nec antea ademerit, quam vindicasset; & de Augusto, cum audisset cladem Varianam in Germania acceptam: Adeo, inquit, consternatum ferunt, ut per continuos menses barba capilloque submisso, caput interdum foribus illideret. Offendit eadem in Cajo (b). Reos quoque apud Romanos mœroris causa capillos demittere solere, testatur Plinius (c). At non reos tantum, sed & reorum amicos & affines id facere solitos, colligitur ex Ulpiano J. C. (d) & Seneca (e), atque aliis.

Ut igitur, quod monachorum erat officii, solitariam vitam agere ac lugere peccata, hoc etiam corporis cultu proficerentur; optime jureque consultum est, ut ipsa initiatione monasticæ conversionis, capita raderent. Hæc etiam Basilus in Regula monachorum suorum, quam scripsit, nuper Romæ excusa, demonstrat. De eadem monachorum tonsura Paulinus (f) ad Severum scribens, agit his verbis: Nos adeant & revisant consuetudinem & compallidi nostri, non vestibus pictis superbi, sed horrentibus cilicis humiles: nec oblamyde curta lini, sed sagulis palliati: nec balneo, sed veste succincti: nec improba attonsi capitis fronte criniti, sed casta infortitate capillum ad cutem cæsi, & inaequaliter semitonsi, & destituta fronte præarasi, & orndu pudicitia inornati. Itemque de monachis casti tenus attonsis loquitur Salvianus Massiliensis (g), dum deplorans Africanæ Ecclesiæ acerbissimum statum, hæc ait: Non sine causa itaque istud fuit, quod intra Africa civitates, & maxime intra Carthagini muros, palliatum & pallidum & recis comarum fluentium jabis ad cutem tonsuram videre, tam infelix ille populus, quam infidelis, sine convicio atque execratione vix poterat. Etsi quando aliquis Deo servus, aut de Ægyptiorum canobis, aut de sacris Hierosolymorum locis, aut de sanctis eremi venerandisque secretis ad urbem illam officio divini operis accessit; simul ut in populo apparuit, contumelias, sacrilegia, & maledictiones excepit. Nec solum hoc, sed improbiis flagitiosorum hominum cabinnis, & detestantibus ridentium sibilis, quasi tauris cadebatur: vere ut si quis ea inscius rerum fieri videret, non aliquem hominem ludificari, sed novum inauditumque monstrum abiri atque exterminari arbitraretur; & post multa, exaggerando contra monachos gesta, denum hæc ait: Et miramur si nunc barbaros illi perferunt, cum videamus quod sancti viri in illis barbaros perulerunt? Justus ergo est

(a) Suet. in C. Julio c. 67.

(b) Idem in Cajo c. 24.

(c) Plinius lib. 7. epist. 27.

(d) Ulpian. ff. de injuriis.

(e) Seneca lib. 9. de consolam. 4. resp. 27.

(f) Paulin. epist. 7.

(g) Salvian. lib. 2. de vero judic. & provid. Dei in fin.

Dominus, & justum judicium suum, &c. Itaque ex his videas in derisores tonsuræ monasticæ severissime Deum ultum esse, qui Vandalis eam provinciam per centum annorum spatium dederit devastandam.

Quod vero (ut vidimus ex Salviano) monachi tonsurati deriderentur ab Afris; inde fortasse accidit, ut quidam in eadem provincia pseudomonachi, abjecta tonsura, comam remitterent: adversus quos Augustinus (h) hæc ait: Sed alii sunt quos isto sermone corripimus, illos autem qui hoc uno vitio capillorum contra præceptum Apostolicum demissorum offendunt & perturbant Ecclesiam. Redarguit & Epiphanius (i) illos, qui in Mesopotamia affugerent, monachos, quod comam prolixam gererent: Nam alienum est, inquit, a Catholica Ecclesia saccus conspicuus, & coma extensa. Fertur, sed extra numerum aliorum, canon Nicænus de tonsura monachorum in hæc verba: Monachi alia habeant indumenta & mores, quam habent laici, ac caput tondeant in modum coronæ. Protulit hæc & alia (utcumque sint) ex Arabicis exemplaribus Turrianus, & edidit a se Latinitate donata: quæ tamen cum fulciantur innumeris fere aliorum testimoniis, prorsus contemnenda non sunt. Nam ad hoc respicit, quod Socrates (k) de Juliano Apostata scribit, ipsum abrasa cute, vitam monasticam simulasse. Sic igitur, quod caput radere, esset velut hieroglyphicum lugentis hominis; ea de causa statuit tertia Synodus Toletana (l), ut publice penitentibus in primis Episcopus vel presbyter caput tonderent, ut sic in cinere & cilicio poenitentiam agerent.

Episcopus etiam magna saltem ex parte capitis abrasos fuisse, satis expressisse visus est Gregorius Nazianzenus (m), qui agens adversus Maximum ex Cynico philosopho mox factum Episcopum, hæc ait: Cum ad pastoralis muneris administrationem nihil aliud omnino contulerint, quam quod comam, cui alenda & ornanda turpiter studuerant, raserint. Porro quoniam ejusmodi capitis rationem consuevissent a majoribus dici coronam, ea quæ dicta sunt superius, satis aperte significant: ad hujusmodi coronam vel aliud ornamentum capitis (de quo dictum est superius) allusisse videtur Eusebius Pamphili (n) in ea oratione panegyrica quam habuit in dedicatione ecclesiæ a Paulino Tyri Episcopo ædificatæ, cum sic exorditur: Amici Dei, & sacerdotes, qui sacrosancto poderis indumento, celesti gloria coronam, divina unctione, & sacrata Spiritus sancti stola circumvestiti, &c. Inde etiam provenit, ut consueto more loquendi soleret populus, cum Episcopum interpellaret, & ab eo aliquid enixius peteret, per coronam ipsius obtestari: quod Augustinus (o) scri-

Corona Sacerdotum.

(n) Euseb. hist. lib. 10. c. 4.

(o) Aug. epist. 147.

CXXXIII.

(h) Aug. de oper. monach. c. 33. Intonsi Monachi reprehenduntur. (i) Epiph. bar. 80.

(k) Socr. hist. lib. 3. c. 1.

(l) Tolet. Synod. cap. 12.

CXXXIV. (m) Greg. Naz. orat. in Max.

(n) Euseb. hist. lib. 10. c. 4.

(o) Aug. epist. 147.

bens ad Proculejanum Episcopum docet his verbis: Honorant nos vestri, honorant vos nostri. Per coronam nostram nos adjuvant vestri, per coronam vestram vos adjuvant nostri.

His agitur adeo manifeste certeque probatis, non tantum sanctorum Patrum, sed Ethnicorum, immo omnium hominum, etiam haereticorum, per coronas sacerdotum tamquam quid sacrum obtestantium, testimonis; quid est quod obijci possit ex sancto Hieronymo, quasi ipse minus probavit capitis ac barbæ rasuram; cum citati nuper auctores de utraque re aperte testantes, ipsius Hieronymi vixerint temporibus, vel haud multo post: qui quidem eam quæ esset ejus temporis Ecclesiæ consuetudo, plane declarant? Sed ex his omnibus quæ idem Hieronymus (a) scribit in Ezechielem, vel in Isaiam, tres eliciuntur positiones, ac ea in primis: ipsum non probare capillorum sive barbæ tonsuram solitam fieri more Gentilium. Sed in hoc nulla est discrepantia cum his quæ superius dicta sunt, cum idem ipse Gentium ritus ab omnibus æque damnetur. Secunda positio ea est; quod & ipse pariter cum ceteris consentit, capillos esse tondendos, sed sic tamen, ut operata, quod ait, sit cutis. Sicque videas nec in his ipsum a dictis auctoribus differre; nisi quod non novacula ad cutem usque radi vellet capillos, sed forficibus, atque depreffo, dummodo tamen non appareat nuda cutis. Sed quam levis hæc sit differentia, nemo non videt. Tertia demum ejus conclusio est, qua barbæ non probat tonsuram. At ipse in Oriente agens, quid mirum si Orientalium clericorum & monachorum consuetudinem comprobavit?

His dictis atque evidententer elucidatis,

II. A num. CXXXVI. ad CXLIII. de ratione barbæ ejusque mysteris plures tractarunt. Legendæ Joannis Pierii Valeriani pro Sacerdotum barbæ Apologia anno 1531. typis data. Hic unum discutere juvat, quo nempe ætatis anno Romani post institutum Imperium barbam ponerent. Lipsius in Notis ad lib. 14. Annalium Taciti putavit, Romanos eam ferius, citius, plerumque sub annum XXI. posuisse, eoque anno Neronem rasum; Caligulam vero anno XX. Verum enim vero hæc parum accurate scripta. Barba enim tam a Nerone & Caligula, quam etiam ab aliis, de more anno XXII. inchoato rafa. Unde Macrobius in Somnium Scipionis, rer septenarium numerum requiri ad radendam barbam, affirmavit, ubi vicissim secundum ætatis annum non numerat, quia completus esse non debebat. Nero anno Christi LIX. post mensem Maium, barbam posuit, ut eo anno ostendimus, ideoque anno XXII. Natus enim erat anno Christi XXXVII. mense Decembri, ut suo loco visum. Caligula eodem ætatis anno ralus; Suetonius enim in ejus Vita cap. 10. ait: Vicefimo ætatis anno accitus Capreas a Tiberio,

jam ad rerum gestarum narrationem revocanda esset oratio; nisi suscepti semel argumenti ratio admoneret, ac pene cogeret, ut etiam de barbarum tonsura aliqua saltem leviter attingamus. Et in primis quod ad eos qui foris sunt pertinet: sicut capita, ita & barbam radere, communem fuisse quibusdam sacerdotibus idolorum, præter illa quæ dicta sunt, Baruch (b) de Babylonis sacerdotibus testatur, cum ait: In domibus eorum sacerdotes sedent, habentes tunicas scissas, & capita, & barbam rasam: quorum capita nuda sunt. Quamobrem in divina Scriptura hæc eadem prohibentur. In Levitico (c) enim secundum Vulgatam hæc leguntur: Non radent caput, nec barbam, nec in carne sua facient incisuras. Eadem quoque apud Ezechielem leguntur (d). Apud Syros eandem consuetudinem viguisse apud sacerdotes Deæ Syriæ, Lucianus (e) eorum gentilis, qui ejus argumenti libellum scripsit, testatur. Quapropter tota vis legis in eo versatur, ut Judæos prohiberet ea facere, quæ proxima provinciæ facerent idolorum sacrifici, qui eo modo caput ac barbam tonderent, ac cultris suas sibi carnes incidere: sicque ea quæ illi faciebant, lex Judæis vetuit sacerdotibus. Hæc ut clariora fiant, reddamus hic verba, quæ ex eodem Levitici libro (f) superius citata sunt: Neque in rotundum attondebitis comam, nec radetis barbam, & super mortuo non incidetis carnes vestras, neque figuras aliquas aut stigmata facietis vobis.

At videamus, quam vere hæc eadem a sacerdotibus Deæ Syriæ, Judæis proximis, scilicet solita esse, idem Syrus auctor, ubique versatus, egregie memorie tradat. Nam in primis agens de antiquitate templi

uno atque eodem die togam sumit, barbamque posuit. Tum cap. 12. Non ita multo post Julianam Claudillam Marci nobilissimi viri filiam duxit uxorem; quod anno Christi trigesimo tertio factum tradit Tacitus lib. 6. Annalium, ubi de rebus sub illius anni Cons. gestis loquens dicit: C. Caesar discedenti Capreas avo comes, Claudiam Marci Silani filiam conjugio accepit: nuptiæ tamen anno sequenti celebratæ. Dio enim lib. 38. de rebus anni Christi XXXIV. actis sermonem habens inquit: Tiberius Antii nuptias Caji Caligula celebravit. Natus hic erat die ultima mensis Augusti anni Christi XII. annoque ejusdem Eræ XXXI. annum ætatis vigesimum complevit, accitusque Capreas a Tiberio fuit: insequenti vero anno quo XXII. ætatis annum ingressus est, uno eodemque die togam sumit, barbamque posuit; ac non multo post uxorem accepit, nuptiasque Antii Tiberius celebravit; dum adhuc XXII. ætatis annus in cursu erat. Ita Suetonius ex Tacito & Dione explicandus. Discessit ab hoc more primus Romanorum Imperatorum Hadrianus, adnotante post Xyphillinum Baronio.

CXXXV. Objeccio ex S. Hieronymo.

(a) Hieron. Ezech. c. 44. & in Isai. 3. & 6.

CXXXVI.

Quo ætatis anno barba a Romanis posita.

(b) Baruch 6.

Cur Judæi prohibiti radere barbam.

(c) Levit. 19.

(d) Ezech. 44.

(e) Lucianus de Dea Syria.

(f) Levit. 19.

CXXXVII. Mos Syrorum Deæ cultorum.

(a) Apul. de Africo auro.

CXXXVIII. Objeccio ex Epiphonio.

(c) Const. Apost. l. 1. c. 4. in fin.

pli ejus atque cultu, multorum refert fuisse sententiam, ut a Deucalione fuerit excitatum: & licet alias referat de ea re opiniones, antiquissimum tamen plane illud fuisse, una omnium erat assertio. In eo exectos viros glabros sacrificare consuevisse, eosdemque se cultris incidere inter immolandum, testatur; quod & Apulejus (a), dum de eadem Dea Syria agit, affirmat. Rursum illic accedentes, capita radere & superficilia, necnon & barbæ deponere solitos, ibidem Lucianus enarrat. Insuper quod item in Levitico est præceptum, ne barbæ radant, neque incidant carnes; atque quod mox additur: Neque figuras aliquas aut stigmata facietis vobis: Hæc eadem ab illis scilicet solita, idem Lucianus eodem in loco tradit his verbis: Certis autem notis compunguntur omnes, alii quidem in vola manus, alii autem in cervice: inde est, quod cuncti Assyrii notas nugas habent. Hæc Lucianus, qui & multa ibi recenset de illorum ritibus cum Hebræis communibus. Quam igitur, qualemve capillorum & barbæ tonsuram prohibuerit lex divina, ex dictis nulla remanet penitus dubitatio: ut ex his plane videas, quam invidiose atque injuste pariter calumnientur, qui legis divinæ prætextu in clericos ac monachos Catholicæ Ecclesiæ invehantur.

Quod vero deducunt Novantes ex Epiphonio (b), quasi ex Apostolorum institutione, non licere nec caput nec barbam radere, ipso affirmante, ac sic dicente: De barbâ quidem in Constitutionibus Apostolorum dicit divina Scriptura ac doctrina: Non corrumpas, hoc est, non scies pilos barbæ, neque meretricio more ob comam efferaris. Unde accepta hæc sint, exacte perquirendum est. Nullus certe de his canon est Apostolicus, sed tantum quæ in Constitutionibus Clementis (c) nomine sic scripta leguntur: Fidelis cum sis & homo, non licet tibi nutrire capillum, & in unum complicare, quod est delicatum & molle; vel discerniculo discerninare, vel flavum facere: quoniam quidem lex vetat, inquit: Non faciatis vobis rotunditatem ex coma capitis vestri, neque incisores. Neque vero licet barbæ pilos corrumpere, neque hominis figuram præter naturam mutare. Non scindetis, inquit lex, superficiem barbæ vestræ. Hoc enim mulieribus decens, creator Deus statuit, viris indecorum esse judicavit. Huic usque Clemens. Ex his vero satis perspicuum redditur, tum ex his quæ Clementis nomine habentur Constitutionibus, tum etiam ex Epiphonii sententia, qui eas citat: sicut divinam legem (si modo eam sequendam dixerimus lectionem) ita & Apostolos (ut demus authenticum esse librum) vetuisse tunc barbæ pilorum incisionem, cum comæ capitis non tantum-

promittantur, sed & feminarum more crispentur, vel aliter in rotundum artificio componantur; adeo ut sic culti, feminæ repræsentarent effigiem potius quam viri. Hinc & illa justa ejusdem Epiphonii querela de monachis, quos diximus, Mesopotamiæ, qui muliebres (ut ait) producerent comas, cum e contra laudet Ecclesiæ filios in tonsura reverendos: reprehensibilis enim habebatur illa barbæ ratio, cum capilli more mulierum promitterentur.

Ceterum sicut nec viri capitis comam radi, ita nec etiam barbam, non tantum divinam Scripturam non prohibere, sed etiam prædicare, atque aliquando præcipere, complura Prophetarum loca (d) demonstrant: barbam enim una cum capite radere, erat maximi omnium maxime roris ac luctus hieroglyphicum: adeo ut hæc recte monachis convenire, nullus jure negare possit. Si autem ex capillorum promissione vel tonsione Paulus Apostolus item hieroglyphicum signavit, cum (e) ait: Vir si comam nuriat, ignominia est illi: mulier si comam nutriat, gloria est illi: quoniam capilli pro velamine ei dati sunt. Quis prohibet ex barbæ tonsura mysterium itidem consignare? nimirum si cum a natura barba data sit homini ob decorem & gloriam; lugens ac mærens, ac proinde monachus, qui se perpetuæ penitentiae mancipavit ergastulo, ea etiam a natura sibi data velit carere gloria? cum præsertim ejusdem rei alia atque alia mysteria esse possint, quæ inter alios Beda (f) pluribus declaravit. Quod vero his adversantes non admittant hæc, esse turpe existimantes amputare barbam, nimirum quod barbæ hieroglyphicum, ex auctoritate scriptorum Gentilium, dicerent esse virtutem: cur apud eosdem Apollo, Saturnus (quod ait Tertullianus g) & Bacchus imberbes esse finguntur? Adeo ut fateantur necesse sit, unius ejusdemque rei plures esse posse significaciones atque mysteria: nimirum, qui pilos consideret esse excrementa naturæ, eos qui resecat atque radat, abjicere se superflua, necessariisque contentum esse, profiteri.

At quoniam non æque monachi omnes, nedum clerici, abrafis barbæ incidere consueverunt; nec Pædagogus Christianus (h) barbam novaculae subiecit, sed tantum forficibus: aliam prorsus diversamque Orientalem ab Occidentalibus consuetudinem moremque fuisse, certum est. Nam in Ecclesia Orientali nunquam barbæ ramos invenimus monachos, vel clericos; secus autem in Ecclesia Occidentali: cuius rei diversitatis origo est accuratius pervestiganda. Et ut primum dicamus de clericis, qui in Ecclesia præsertim Occidentali longe antiquiores sunt monachis; invenimus hac ex parte, secundum morem diver-

CXXXIX. Barbam radendi mysteria.

(d) Isai. 7. Hieron. 41. & 48. Ezech.

(e) 1. Cor.

(f) Beda in 1. Esdr. 9.

(g) Tertul. lib. de spe. sac. c. 23.

CXL.

(h) Clem. Alex. in Padag. lib.

diversarum provinciarum, tam laicos quam clericos inter Gentiles viventes agere consueviffe: & in primis, quia in Oriente tam Judæi quam Græci, barbati incederent, Christianos inter ipsos positos idem fecisse. In Occidente vero, atque potissimum Romæ, quoniam qui præsertim maturioris ætatis (ut auctor est Gellius a) essent, tamquam quoddam nobilitatis insigne, radere barbam consueverant (b) notatus est enim a Dione & aliis Hadrianus, qui primus omnium barbatus incesit, vel alii pauci post eum, sed non sic tamen, ut ceteri Romanorum ipsos imitarentur. Christiani Romæ agentes, cur non sicut ceteri, abradi incederent barba, cum honestis spectatusque haberetur ejusmodi communis omnium cultus, nec aliqua vel levis saltem esset ejus observationis superstitio? nam aliaratio erat Isidis sacerdotum radentium etiam supercilia. Sic igitur Clementem, sic Pudentem Senatorii ordinis homines, sic denique siye Romanos, siye ceteros Romæ agentes, exceptis Orientalibus, attonfos barba fuisse, nulla dubitatio esse debet. Certe vestitu tantum, non barba, ab Ethnicis fuisse Christianos distinctos, ut qui pallio amicti solerent incedere, Tertullianus sæpe testatur. Cumque non sicut pallium Christianorum, illi fugillarent; & barbam, eos constat more ceterorum barbati attonfos incedere consueviffe. Verum affectata illa nimis barbæ non attonfio, vel abrasio, sed avulsio potius dicenda, ab ipsis Gentilibus etiam condemnatur, ut de Julio Cæsare & Orhone Suetonius memoriæ prodidit. Tertullianus (c) etiam hujuscemodi notat, cum ait: *Barbam acrius cedere, intervellere, circumdare capillum & componere, &c.* Chirurghi enim instrumento, quod dicebatur volfella, & aliis medicamentis (ut idem auctor (d) testatur) femineum vultum penitus affectabant. Ceterum barbæ illa abrasio, quæ more majorum absque fuce arteve simpliciter facta esset, æque communis Romanis omnibus erat. Quin etiam inter Græcos nonnullos in suis ipsorum regionibus, quo se Romanorum studiosos esse signo aliquo præferrent, testatur Dio (e), consueviffe contra Græcorum omnium suorumque gentiliū consuetudinem, barba rasos incedere more Romano: quod plus ceteris, qui Romæ agerent, præstitisse nullus jure poterit dubitare.

(a) Gell. lib. 3. cap. 4.
(b) Dio in Hadr.

Romani clerici barba rasæ.

(c) Tertul. lib. de cultu fem. c. 8.

(d) Idem lib. de palatio. c. 4.

(e) Dio Chryf. orat. 36.

CXLI. Occidentales clerici barba rasæ.

(f), qui de Germanici Episcopi Cantillanensis corporis cultu sic scribit: *Ve-* (f) Sidon. li 4. epist. 13.
stis adstricta, tonsus cotburnus, crinis in rotæ speciem accisus, barba intra rugarum latebras merfis ad cutem secta forficibus. Servare igitur in his locorum consuetudinem, ut secundum cujusque provincie mores vel barbati, vel attonsi barbati incederent sacerdotes, velut lege quadam fuisse præscriptum, ex eo saltem potest facile percipi, quod cum sæpissime Occidentales una cum Orientalibus sacerdotibus ad publicos conventus Episcopi convenissent, nullum umquam de his adversus se invicem negotium factum, neque ulla prorsus exorta ejus rei gratia controversia reperitur: ratis nimirum omnibus id esse legitimum, quod quisque pro more suorum gentiliū facere videretur. Qui primus omnium hæc de barba exprobrare Latinis sacerdotibus ausus est, Photius schismaticus Episcopus Constantinopolitanus fuit, de his scribens ad Nicolaum Romanum Pontificem: hæc inquam, præsumpsit homo schismaticus, cum alioqui ipse esset eunuchus glaber.

Ad quodnam vero tempus apud Romanos ejusmodi usus radendi barbati perseverarit, hand est facile definire. Constat tamen, regnantibus etiam Gothis in Italia, eundem morem esse servatum: quamobrem Ennodius Ticinensis suis versibus vehementer exagitavit hominem, qui more Gothorum prolixam gestaret barbam, & secundum Romanorum consuetudinem lacernam indueret: hæc enim habet in Jovinianum his versibus:

*Barbaricam faciem Romanos sumere cultus
Miror, & in modico distinctas corpore gentes:*

ac iterum:
*Romuleam tegetem vox oris nubila fuscant:
Oppressit vestes tenebroso tegmine vultus.*

idemque rursus:
*Nobilibus collis genium male compta lacernis,
Discordes miscens inimico federe proles.*

Hæc Ennodius in Jovinianum, quod haberetur loco prodigii lacernatum hominem gestare barbam. Porro etsi sensim pristinus ille immutatus est usus, cum barbati Romæ atque in Italia diutius morarentur: tamen quod ad clericos spectat, sic viguit ejus rei observantia, ut non vivere more majorum, fere religio haberetur; sicque factum est, ut penes eos ejusdem rei usus inviolatus & constans plurimis sæculis perduravit, monentibus id

CXLII. Barbam radendi mos diu illibatus perman- sit.

id præsertim Romanis Pontificibus. Extant enim eo argumento scriptæ litteræ Gregorii Papæ Septimi ad Jacobum Episcopum Calaritanum, jubentis ut Clericos suos omnes barbam radere cogeret, idque ex majorum consuetudine vindicantis, affirmantis nimirum ab ipso exordio nascentis Ecclesiæ id illibate esse servatum: idemque de iisdem etiam ad Ducem Sardinie dedit epistolam: hæcque omnia anno Domini millesimo octuagesimo tertio Non. Novembr. Indictionis quartæ. Sed his jam pene contrariis irrepfit usus, nec constans habetur ubique ritus; cum alii tondeant, radant alii, alii rursus barbam promittant, absque sacra fidei unusquisque abundans in sensu suo. Sed jam ad Paulum, cujus consuetudine occasione ad hæc elucidanda digressi sumus, agentem Hierosolymis revertamur.

Post oblatum sacrificium Nazaræorum, septem intercessisse dies usque ad Pauli vincula, Lucas (a) testatur: qua in re illud necessario admonendum putamus, complures errore lapsos existimasse, sicut in Paschali festo atque solemnitate Tabernaculorum ita, & in Pentecostes celebratae septem dies sequentes feriari solitos esse: quod quidem in Paschate & Scenopogia esse verum, divina Scriptura testatur (b); de Pentecoste autem nulla usquam habetur mentio. Nec est quod dici possit, id his Apostolorum temporibus ex consuetudine servari solitum: quandoquidem Philo (c) horum æqualis plane testatur, duabus illis solemnitatibus tantummodo & non in aliis festis addi septimanam dierum; rationemque mysterii reddidit his verbis, postquam locutus est de festo Pentecostes, nonnisi diem unum habente: *Septenario vero, inquit, attributa sunt festa majora, quæ plures dies postulant: tunc cum annus distinguitur duobus æquinoctiis, verno, autumnalique, & septeni dies festi aguntur: verno tempore, ut segetes ad maturam frugem perveniant: autumnali, ut omnes arborum fructus colligantur, convellanturque feliciter. Septeni autem dies dantur his festivitatis propter menses septenos utriusque æquinoctii; ut cuique mensi honor suus contingat otio hilaritateque unius diei.* Hæc Philo: ex quibus magis ac magis Actorum locum illum habes elucidatum, quo dicitur: *Dum complerentur dies Pentecostes.* Quæ verba perperam aliqui interpretati, intellexerunt de septem diebus Pentecostes sequentibus. Sed de his superius satis.

CXLIII. (a) Act. 21.
De feriacione Pentecostes.
(b) Exod. 12. Levit. 23. Deut. 16.
(c) Philo in Decalog.

Cum igitur (inquit Lucas d) septem dies consummarentur; hi qui de Asia erant Judæi, cum vidissent Paulum in templo, concitaverunt omnem populum, & injecerunt ei manus, clamantes: *Viri Israelitæ, adjvocate; hic est homo, qui adversus populum, & legem, & locum hunc, &*

CXLIV. (a) Act. 21.

omnes ubique docens, insuper & Gentiles induxit in templum, & violavit sanctum locum istum. Viderant enim Trophimum Ephesum in civitate cum ipso quem assistaverunt, quoniam in templum introduxisset Paulus. Sed quod ad Trophimum pertinet; magna suboritur dubitatio, quomodo Trophimus Hierosolymis erat cum Paulo, quem ipse Pauli testimonio (e) constat relictum fuisse infirmum Miletum. Sequenti enim anno, cum ipse Paulus Romam venisset, secundam ad Timotheum scribens epistolam, testatur se reliquisse Miletum Trophimum ægotantem: nec dubium quin in hac navigatione, qua hoc anno ex Macedonia Troadem, & inde in Syriam navigavit, quando & cum ceteris adfuisse Paulo Trophimum Lucas (f) affirmat. Nam in navigatione posteriori, qua Paulus Hierosolymis vinductus est Romam, quam exacte per cunctas stationes Lucas (g) recenset, Miletum nullo modo appulisse ponit, nec potuit. Unde in eam sententiam ire cogimur ut dicamus, vel hunc Trophimum esse diversum ab illo (quod non credimus: non enim nisi unus Trophimus ab omnibus Pauli discipulis ponitur, idemque qui Ephesius & Asianus ab eodem Luca (h) nominatur) vel in epistolæ locum illum irrepfisse mendum; ut quod dicit, *Trophimum reliqui infirmum Miletum, dicere velie, Melitæ: sicut & restituendus videtur locus ille Actorum (i), ubi quod in aliquibus codicibus legitur: Cognovimus quia Mytilene insula vocaretur, sit legendum, Melitæ.* Sed jam cetera contra Paulum a Judæis Hierosolymis acta persequamur.

Compta post hæc (ait Lucas k) civitas tota, & facta est concursio populi. Et apprehendentes Paulum, traherant eum extra templum, & statim clausæ sunt januæ. Quarentibus autem eum occiderent, nuntiatum est Tribuno cohortis, quia tota confunditur Hierusalem. Qui statim assumptis militibus & Centurionibus, decurrit ad illos. Qui cum vidissent Tribunal & milites, cessaverunt percutere Paulum. Tunc accedens Tribunus, apprehendit eum, & jussit eum alligari catenis duabus: & interrogabat quis esset, & quid fecisset. Alii autem aliud clamabant in turba. Et cum non posset certum cognoscere præ tumultu, jussit duci eum in castra. Et cum venisset ad gradus, contigit ut portaretur a militibus propter vim populi. Sequabatur enim multitudo populi, clamans: *Tolle eum.* Et cum coepisset induci in castra Paulus, dicit Tribuno: *Si licet mihi loqui aliquid ad te? Qui dixit: Græce nosti? Græce enim Paulum esse allocutum Tribunal apparet.* Quamobrem admiratus ille, hæc subdit: *Nonne tu es Ægyptius, qui ante hos dies tumultum*

De Trophimo.

(e) 1. Tim. ult.

(f) Act. 20.

(g) Act. 27.

(h) Act. 20. & 21.

(i) Act. 28.

CXLV.

(k) Act. 21. Paulus a Judæis capitur.

conciasti, & eduxisti in desertum quatuor millia virorum scavorum? Hæc Lucas. At nemo miretur si intra templum Paulus esse comprehensus dicatur: nam adeo infelicia erant illa tempora, ut aucta in immensum scavorum multitudine, non vererentur in ipso templo cædes patrare, prout superius, cum actum est de Ægyptio mago, cujus nomine Tribuno Paulus in suspitionem adducitur, ex Josepho (a) est historia recitata. Ut igitur ea calumnia de mago Ægyptio Paulus se ipsum purgaret, mox defensionem instituit, se non Ægyptium, sed Cilicem, Tarso oriundum esse aperuit, dicens (b): *Ego homo sum quidem Judæus a Tarso Cilicia non ignobilis civitatis municipis. Mira quidem Apostoli modestia, dum sic se illata calumnia liberat, ut nihil tamen se efferat: nam cum se esse civem Romanum, & in Judæos, qui eum verberassent, crimen retorquere potuisset, hæc tacuit, & non nisi extrema cogente necessitate aperuit.*

(a) Joseph. antiq. lib. 20. c. 6.

(b) Act. 21.

CXLVI. Rogata interim a Tribuno loquendi ad populum facultate, sic Hebraica Paulus orsus est lingua (c): *Viri fratres & patres, audite, &c.* Describit eam orationem integre Lucas: qua in primis Paulus cum de suis natalibus populum admonuisset, suamque educationem sub Gamaliele eos pariter docuisset, ac simul declarasset studium & officium suum erga Moysis legem & paternas traditiones: quomodo tandem ad Christum conversus sit admirando ac manifesto Dei consilio, eosdem qui aderant reddidit certiores. Cumque dicere cœpisset, quomodo & a Domino justus esset prædicare Evangelium Gentibus: statim ad hæc verba excitatus est furor & impetus Judæorum: *Et levaverunt (inquit Lucas) vocem suam, dicentes: Tolle de terra hujusmodi: non enim fas est eum vivere. Vociferantibus autem eis, & projecantibus vestimenta sua, & pulverem jactantibus in aërem. (erant hæc enim signa furentium & implacabilium penitus animorum, vindictam verbis factisque poscentium) Tribunus jussit adduci eum in castra, & flagellis cædi, atque torqueri eum, ut sciret propter quam causam sic acclamarent ei. Hæc Lucas.*

CXLVII. Cum igitur Paulus implacabiles Judæorum animos, atque adeo obduratos, ut nulla possent ratione permoveri, conspiceret; Tribunumque erga eos propensiorum videret, atque paratum ex illorum sententia experiri: jam flagellis cædendus atque ejus jussu torquendus, opportune se civem esse Romanum aperuit. Rem gestam his paucis Lucas describit: *Cum adstrinxissent eum loris, dicit adstanti sibi Centurioni Paulus: Si hominem Romanum & indemnatum licet vobis flagellare? Quo*

audito, Centurio accessit ad Tribunum, & nuntiavit, dicens: *Quid acturus es? hic enim homo civis Romanus est. Accedens autem Tribunus, dixit illi. Dic mihi, si tu Romanus es? At ille dixit: Etiam. Et respondit Tribunus: Ego multa summa civitatem hanc consecutus sum. Et Paulus ait: Ego autem & natus sum. Sed quam ratione Paulus se natum dicit civem Romanum? Non alia quidem, nisi quod nuper ad Judæos pro concione dixerat, se Tarso Cilicia ortum esse: Ego, inquit, sum vir Judæus, natus Tarso Cilicia: & paulo ante coram Tribuno, se municipem Tarsoensem esse professus erat. Porro ille dicebatur municipis, qui in eodem municipio (ut Ulpianus docet d) natus esset. Tarsus enim Cilicia metropolis jus municipale a Romanis fuerat consecuta, ac ea de causa coloniis quoque præstabat (erant in Cilicia duæ tantum coloniæ, Selinus, & quæ postea accessit, Trajanopolis, ut idem auctor affirmat e) Municipis enim non tantum ut coloni dicebantur cives Romani, sed etiam (ut idem Ulpianus tradit f) munus honorarium participes esse poterant. Præstabant insuper (ut auctor est Gellius g) coloniis municipia, quod illæ legibus Romanorum cogentur vivere, municipia vero suis legibus antiquis patriisque moribus agere sinerentur.*

(d) l. Municip. ff. de verb. sig.

(e) l. i. in fin. ff. de Cons.

(f) l. i. ff. ad Municip. cip.

(g) Gell. lib. 6. c. 13.

Ut autem Tarsus municipium diceretur Romanorum; eam cives promeruerant dignitatem, quod in bello civili Cæsari primum ac deinde Octavio studuissent, multaque ea de causa passi essent: adeo enim Cæsarianis partibus civitas favit, ut pro Tarso, mutato nomine, tunc dicta fuerit (quod testatur Dio Cassius h) Juliolis. Ad hæc plane alludit alius Dio cognomento Chryostomus, dum in sua Tarsica posteriore hæc ait: *Vobis, viri Tarsenses, obtigit, ut primi sitis in hac gente: non solum quod maximam omnium in Cilicia inhabitetis civitatem, & metropolim ab initio; verum etiam quod Cæsarem secundum super omnes habuistis, optime vobis volentem & familiarem. Infortunium enim, quod civitati illius causa acciderat, merito eum vobis benevoluntiam fecerat, utque daret operam, quo majora in vos sua apparerent beneficia, quam calamitates propter eum acceptæ. Quapropter ea omnia quæ quis amicis vere, & sociis, & tantam ostendentibus alacritatem præstaret, ea & ille vobis præstitit, terras, leges, honorem, potestatem, &c.* Hæc Dio: ex quibus apparet Tarsenses amplissimis juribus cum civitate Romana fuisse donatos. Sed nec de Tarsensibus dicere prætermittimus, quæ tradit Strabo (i) de eorum ardentissimo studio erga liberales disciplinas, quas præ ceteris excolere viderentur: ut non miretis, si Paulus

CXLVIII. Tarsus municipium.

(h) Dio lib. 47.

(i) Strabo lib. 14.

ius Tarsensis civis adeo insigniter excultus fuerit Græcorum litteris: quo enim hæc planius accipiantur, addemus verba Strabonis sic dicentis: *Tantum autem Tarsensibus Studium rerum philosophicarum & disciplinarum, quas Encyclicas dicunt, incescit, ut superaverint Athenas & Alexandriam, & si quis alius nominari potest locus, ubi philosophorum & artium ad humanitatem pertinentium scholæ haberentur. Id interest, quod Tarsi qui studia ista colunt, fere sunt indigenæ, peregrini non facile eo veniunt. At indigenæ domi non desident, sed ut perfectionem consequantur, peregre abeunt: profectique libenter in alienis versantur locis: domum redeunt pauci.* Hæc Strabo, qui & post multa hæc addit: *Maxime autem Roma docere potest, quam multos Tarsus protulerit litteratos, cum sit Tarsensium & Alexandrinorum plena.* Paulus itaque Tarsi natus, cum Gentilium illic scientias, quibus non leviter tinctus, sed apprime imbutus erat, affectus plene fuisset; quod gente Judæus esset, ad Judæorum metropolim, ut (quod ipse testatur) sacris disciplinis a Gamaliele abundantius erudiretur, profectus est. Fabulam autem illam (sic enim eam nominat Hieronymus in suo commentario in epistolam ad Philemonem) de Paulo nato Giscalæ, superius satis superque refellimus, cum de ejus natalibus egimus.

CXLIX.

(a) Valer. Max. lib. 4. c. 1. (b) Cic. pro Rabir. Vi. de Sig. de jure antiq. Rom. lib. 1. c. 6.

(c) Act. 23.

Paulus igitur cum se civem esse Romanum docuisset, a præparatis sibi flagellis eximitur: antiquo enim jure Romanorum nefas erat, civem Romanum subicere flagellis, seu virgis. Id primum statuit lata lege Valerius Publicola (a); id ipsum, lege Porcia (b), ac postea lege Semproniana est magis magisque firmatum. Eadem apud Ciceronem querelæ reperiuntur expostulantium in Verrem, atque clamantium se esse cives Romanos, cum in municipes itidem ab illo virgæ admoverentur. Testatur enim id Cicero, cum ait: *Nulla vox audiebatur, nisi hæc: Civis Romanus sum.* A flagellis ergo in hunc modum Paulo libero, postera die idem Tribunus (ait Lucas) volens scire diligentius qua ex causa accusaretur a Judæis, solvit eum, & jussit sacerdotes convenire, & omne Concilium: & produces Paulum, statuit inter illos. Erat nempe coactum magnum Concilium, quod Lucas dicit *Omne Concilium*: illud Sanedrin femigræce Judæi, Græci vero Synedrin appellabant. Quid autem ibi sit factum, Lucas (c) his verbis enarrat: *Intendens autem in Concilium Paulus ait: Viri fratres, ego omni conscientia bona conversatus sum ante Deum usque in hodiernum diem. Ita exorsus, antequam ulterius produceret orationem: Princeps sacerdotum Ananias (inquit Lucas) præcepit adstantibus sibi,*

percutere os ejus. Tunc Paulus dixit ad eum: *Percutiet te Deus, parios dealbate. Et tu sedens judicas me secundum legem, & contra legem jubes me percuti? Et qui stabant, dixerunt: Summum sacerdotem Dei maledicis? Dixit autem Paulus: Nesciebam, fratres, quia Princeps est sacerdotum. Scriptum est enim (d): Principem populi tui non maledicis.* Hæc Lucas.

(d) Exod. 22.

Sed quam, rogo, prætexere potuit Paulus excusationis causam, quod necisset Ananiam esse summum Pontificem? numquid in magno illo Septuaginta duorum confessu prima sedes non erat summi sacerdotis? Sed hæc cum illa, de qua superius actum est, jungitur quæstione: cur videlicet idem Lucas (e) primores ejusdem confessus recensens, primo loco Ananiam, secundo vero Caipham summum Pontificem, ac demum ceteros alibi ponat? Meminisse itaque debemus quæ & ibidem & alias præfati sumus; non tantum summum Pontificem interesse consuevisse, primumque locum sibi vendicasse post septuaginta illos duos; sed & summum magistratum illum, qui præfesset Concilio, dictum Principem sacerdotum, & ipsum tenuisse principem locum: sicque hos duos, summum sacerdotem, & Principem sacerdotum, se habuisse eo confessu, ut olim in prima institutione ipsius Moyses & Aaron: non sic tamen, ut ante summum sacerdotem Princeps sacerdotum assideret, sed duobus confessibus dispositis in utrisque lateribus, quisque horum primo loco sederet; sicque merito Paulus, quod nunquam hætenus in eo conventu causam dixisset, recensens Hierosolymam advenisset; uter nam duorum summus sacerdos esset, ignorasse facile potuit. Sed nec tamen in cessere maledictis licebat eum etiam quem licet non putaret summum sacerdotem, tamen constaret esse principem sacerdotum, lege prohibente, quam in suam defensionem adduxit dicens: *Scriptum est enim: Principem populi tui non maledicis; in quam peccasse, ea dicens, confiteretur.* His consideratis, nihil est, quod dici possit, nisi quod dictum est superius, Herodem scilicet, qui Sanedrin sustulisse dicitur, ita tamen fuisse concilia illa colligi, ut nulla in eo esset summi sacerdotis, vel principis sacerdotum in confessu prærogativa loci, vel in vestibus aliqua honoris insignia, ne in eo aliquis emineret ut princeps; quod tyranno intolerabile esse solet, qui solus velit haberi princeps. Videas insuper ex his quæ Lucas, qui tunc aderat Hierosolymis (venerat enim una cum Paulo & aliis discipulis ex Asia) hic scribit, manifesti erroris Josephum redargui, dum summum pontificatum Ananiam non sub Nerone, sed sub Claudio ponit (f): nimirum quem ante annum octavum ejus Imperii creatum tradit, reumque seditionis

(e) Act. 4. De summo Pontificatu Annæ.

(f) Joseph. antiq. lib. 20. c. 3.

(a) Joseph. antiq. lib. 10. c. 6. (b) Idem ibid.

nisa Quadrato Syriae Praefide vincum fuisse missum Romam a Claudio judicandum. Sub Nerone autem idem auctor (a) ponit Jonatham, quem Felix arte scario- rum e medio sustulit: quo sublato, tradit (b) suffectum fuisse Ismaelem, quem vult his ultimis Felicis temporibus praefuisse Pontificem maximum. At quis aequus arbiter non magis Lucae contentiat, qui haec praefens oculis spectavit (erat enim ipse, ut dictum est, Hierosolymis una cum Paulo) quam Josepho, qui ultimis Domitiani temporibus (ut ipse testatur in fine librorum Antiquitatum Judaicarum) suam conscripsit historiam? Nec enim est quod dici possit, Annam, sive dixerimus Ananiam, Principem sacerdotum, fuisse praefectum illi Concilio, non autem summum Pontificem. Nam re vera summum fuisse Pontificem, adstantes Judaei testati sunt verbis illis, quae recitat S. Lucas: Summum sacerdotem Dei maledicis? Sed haec satis. Prosequitur Lucas (c): Sciens autem Paulus, quia una pars esset Sadducaeorum, & altera Pharisaeorum, exclamavit in Concilio: Viri fratres, ego Pharisaeus sum, filius Pharisaeorum: de spe & resurrectione mortuorum ego judico. Et haec cum dixisset, facta est dissensio inter Pharisaeos & Sadducaeos, & soluta est multitudo. Res accidit ex sententia: nam altercantibus mutuo Pharisaeis ac Sadducaeis de proposita quaestione, Paulus e Concilio abiit indemnat. Facta autem die (idem subdit Lucas) collegerunt se quidam ex Judaeis, & devoverunt se, dicens: neque manducatuos, neque bibituos, donec occiderent Paulum. Erant autem plusquam quadraginta viri qui hanc conjugationem fecerant: qui accesserunt ad Principes sacerdotum & seniores, & dixerunt: Devotione devovimus nos nihil gustatuos, donec occidamus Paulum. Nunc ergo vos notum facite Tribuno cum Concilio, ut producat illum ad vos, tamquam aliquid certius cognituri de eo. Nos vero, priusquam appropriet, parati sumus interficere illum. Sed cum audisset filius sororis Pauli insidias, venit & intravit in castra, nuntiavitque Paulo. Vocans autem Paulus ad se unum ex Centurionibus, ait: Adolescentem hunc perduc ad Tribunal; habet enim aliquid indicare illi. Et ille quidem assumens eum duxit ad Tribunal, & ait: Vincit Paulus rogavit me hunc adolescentem perducere ad te, habentem aliquid loqui tibi. Apprehendens autem Tribunus manum illius, secessit cum eo seorsum, & interrogavit illum: Quid est quod habes indicare mihi? Ille autem dixit: Judaeis convenit rogare te, ut crastina die producas Paulum in Concilium, quasi aliquid certius inquisituri sint de illo. Tu vero ne credideris illis: insidiantur enim ei ex eis viri amplius quam qua-

CLI. Judaeorum infidiae in Paulum.

draginta, qui se devoverunt non manducare, neque bibere, donec interficiant eum: & nunc parati sunt, expectantes promissum tuum. Tribunus igitur dimisit adolescentem, precipiens ne cui loqueretur quoniam haec nota sibi fecisset. Et convocatis duobus Centurionibus, dixit illis: Parate milites ducentos ut eant usque Caesaream, & equites septuaginta, & lancearios ducentos a tertia hora noctis: & jumenta praeparate, ut imponentes Paulum, eum salvum perducerent ad Felicem Praefidem. Timuit enim, ne forte raperent eum Judaei, & occiderent, & ipse postea calumniam sustineret, tamquam accepturus pecuniam, scribens epistolam continentem haec: Claudius Lysias optimo Praefidi Felici salutem. Virum hunc comprehensum a Judaeis, & incipientem interfici ab eis, superveniens cum exercitu, eripui, cognito quia Romanus est. Volensque scire causam quam objiciebant illi, deduxi eum in Concilium eorum. Quem inveni accusari de quaestionibus legis ipsorum, nihil vero dignum morte aut vinculis habentem crimen. Et cum mihi perlatum esset de insidiis quas paraverant illi, misi eum ad te, denuntians & accusatoribus, ut dicant apud te. Vale. Quae vero post haec sint secuta idem Lucas sic describit: Milites vero secundum praecipitum sibi, assumens Paulum, duxerunt per noctem in Antipatriidem: & postera die dimissis equitibus, ut cum eirent, reversi sunt ad castra. Qui cum venissent Caesaream, & tradidissent epistolam Praefidi, statuerunt ante illum & Paulum. Cum legisset autem, & interrogasset de qua provincia esset, & cognovisset quid erat de Cilicia: Audiam te, inquit, cum accusatores tui venerint. Justique in praetorio Herodis custodiri eum. Post quinque autem dies (subdit Lucas d) descendit Princeps sacerdotum Ananias cum senioribus quibusdam, & Tertullo quodam oratore: qui adierunt Praefidem adversus Paulum. Et citato Paulo, cepit accusare Tertullus, dicens: Cum in multa pace agamus per te, & multa corrigantur per tuam providentiam: semper & ubique suscipimus, optime Felix, cum omni gratiarum actione. Ne diutius autem te protraham; oro breviter, ut audias nos pro tua clementia. Invenimus hunc hominem pestiferum, & concitantem seditiones omnibus Judaeis in universo Orbe, & auctorem seditionis sectae Nazaraeorum: qui etiam templum violare conatus est: quem & apprehensum volumus secundum legem nostram judicare. Superveniens autem Tribunus Lysias, cum vi magna eripuit eum de manibus nostris, jubens accusatores ejus ad te venire: a quo poteris ipse judicans de omnibus istis cognoscere, de quibus nos accusamus eum. Adjecerunt autem

CLII. Epistola Claudii ad Felicem.

CLIII. Paulus perductus Caesaream, causam agit coram Felice.

(d) Att. 24.

CLIV. Pauli defensio.

tem & Judaei, dicentes haec ita se habere. Respondit autem Paulus (annuente sibi Praefide dicere): Ex multis annis te esse judicem genti huic sciens, bono animo pro me satis faciam. Potes enim cognoscere, quia non plus sunt mihi dies quam duodecim, ex quo ascendi adorare in Hierosalem. Et neque in templo invenerunt me cum aliquo disputantem, aut concursum facientem turbam, neque in synagogis, neque in civitate: neque probare possunt tibi, de quibus nunc me accusant. Confitor autem hoc tibi, quod secundum sectam, quam dicunt haeresim, sic deservio Patri Deo meo, credens omnibus quae in lege & Prophetis scripta sunt, spem habens in Deum, quam & hi ipsi expectant, resurrectionem futuram justorum & iniquorum. In hoc & ipse studeo sine offendiculo conscientiam habere ad Deum & ad homines semper. Post annos autem plures, eleemosynas facturus in gentem meam veni, & oblationes, & vota: in quibus invenerunt me purificatum in templo, non cum turba, neque cum tumultu. Quidam autem ex Asia Judaei, quos oportebat apud te praefecto esse, & accusare, si quid haberent adversum me: aut hi ipsi dicant, si quid invenerunt in me iniquitatis, cum stem in Concilio, nisi de una hac solummodo voce, qua clamavi inter eos stans: Quoniam de resurrectione mortuorum ego judico hodie a vobis. Hucusque Paulus. Distulit autem (inquit Lucas) illos Felix, certissime sciens de via hac, dicens: Cum Tribunus Lysias descenderit, audiam vos. Justique Centurioni custodire eum, & habere requiem, nec quemquam de suis prohibere ministrare ei. CLV. Post aliquot autem dies veniens Felix eum Drusilla uxore sua, quae erat Judaea, vocavit Paulum, & audit ab eo fidem quae est in Christum Jesum. Disputante autem illo de justitia & castitate, & de judicio futuro, tremefactus Felix respondit: Quod nunc attinet, vade: tempore autem opportuno accersam te; simul & sperans quod pecunia ei daretur a Paulo; propter quod & frequenter accersens eum, loquebatur cum eo. Conceperat hanc de pecunia spem Felix, quod audierat ingen- tem pecuniarum vim Paulum secum attulisse Hierosolymam, ut erogaret in pauperes: quamobrem eum praedivitem fuisse hominem est opinatus. Quod vero idem ipse iudex, hominis rei verbis auditus de castitate atque futuro judicio, fuerit tremore affectus; mala sua ipsius conscientia formidant & expavescente immensa a se patrata crimina, id accidisse, certissimum est. Mulierosus nimis vir erat: quippe qui, ut in his animi sui libidini satisfaceret, nullam prorsus religionis vel legum rationem habebat. Et ut non longe de ea re petamus exemplum; Ann. Eccl. Tom. I.

Opportuna Pauli concilio.

ipsa quae aderat Drusilla uxor ejus, cujus causa putamus Paulum eam de castitate & futuro judicio orationem instituisse, filia senioris Agrippae Regis, & junioris Agrippae soror, cum nupta olim fuisset Emeffenorum Regi circumciso, Azizo nomine; Felix Praefes, audita ejus egregia pulchritudine, ipsius amore captus, sollicitavit eam per quemdam Judaeum Cyprum, Simonem nomine, egitque, ut marito relicto, sibi nuberet: sicque illa nihil verita patriam religionem, Ethnico homini concubina, nomine tamen uxoris adhaesit. Porro rem gestam Josephus (a) pluribus narrat, additque ex eodem Felice illam filium genuisse, cui nomen, Agrippa imposuit. Tacitus (b) vero haec de eodem habet: Felix per omnem saevitiam & libidinem jus regium servitili ingenio exercuit, Drusilla Cleopatra & Antonii nepre in matrimonium accepta, ut ejusdem Antonii Felix progener, Claudius nepos esset. Hinc est quod Suetonius (c) eundem Felicem trium Reginarum maritum appellat. quem ex liberto Claudii ad amplissimos fuisse profectionum honores tradit; quippe qui Pallantis illius, penes quem temporibus Claudii summa rerum erat, germanus esset: meminit & amborum Seneca (d). CLVI. Quid insuper his diebus ultimis magistratus Felicis ibidem Caesareae contigerit de Judaeis atque Gentilibus simul digladiantibus, rem gestam verbis Josephi descripsimus, qui & subdit (e): Ceterum postquam Felici successor Porcius Festus a Nerone missus est, primores Judaeorum Caesaream incolentium, Romam profecti sunt, Felicem accusaturi: dedissetque poenas injuriarum, quibus Judaeos affecerat, nisi Nero eum donasset Pallantis fratris precibus, qui tunc in pretio erat apud Principem. Haec ille: sed an haec de Pallante vera sint, relinquimus lectoris arbitrio. Nam auctore Tacito (f), qui res gestas per annos singulos, Consulium ordine, summa industria est profectus, exploratum habetur, Pallantem Felicis fratrem, ipso primo anno Neronis, quod ab ejus gratia excidisset, sublatum esse a cura rerum, redditumque penitus jam cum ipsi Neroni tum etiam Agrippinae infensum: quippe qui (ut idem ait Tacitus) tristi arrogantia modum liberti egressus, tedium sui movisset. CLVII. Cum vero adhuc Felix esset in magistratu, contigit ipsius Josephi Judaei historici peregrinatio Romam: causam autem cur eam suscepit, sic ipse scribit in vita sua: Quo tempore Felix in Judaea Procurator erat, sacerdotes quosdam mihi familiares, viros honestos & bonos, ob levem quandam calpam vincitos Romam misit, acturos causam suam apud Caesarem. Quos ut aliquo pacto eriperem per-

(a) Joseph. antiq. lib. 10. c. 5. & de bello Jud. lib. 2. c. 10. (b) Tacit. lib. 21.

(c) Suet. in Claudio c. 28.

(d) Seneca in ludo de morte Claudii.

(e) Joseph. antiq. lib. 20. c. 7.

(f) Tacit. Annal. lib. 13.

Josephi navigatio Romam.

culo, praesertim cum audirem ne in calamitate quidem constitutus curam pietatis excidisse, & sicis & nucibus eos vitam sustentare: veni Romam, multis in mari haustis periculis. Merse enim nostra navi in medio mari Hadriatico, circiter sexcenti per totam noctem natavimus: & diluculo demum Cyrenaicam navem, Deo favente, conspicati, octoginta ferme nostrum felicioris usi natatu, in eam recepti sumus. Ita servatus, Dicaearchiam, sive Puteolos (ut Itali vocare malunt) veniens, familiaritatem contraxi cum Alituro minorum actore, qui Judaeis genere, Neroni carus erat: per quem ubi Poppaea uxori Caesaris innotuit, confestim per eam impetravi absolutionem illis sacerdotibus: magnisque praeterea donatus ab ea muneribus, in patriam reversus sum. Hucusque de se Josephus. Sed subit in animum non levis suspicio, num illi ipsi, quos tradit sicis & nucibus vitam sustentasse, vindictosque Romam a Felice missos ad dicendam causam, iidem sint qui jurantes devoverunt se non manducatuos neque bibituos, donec interficerent Paulum: in quos delatos animadversurus Felix (sicut de multis aliis accidisse idem testatur Josephus) eos puniendos Romam miserit: sicque qui jurassent non manducare; cum minus voti compotes facti essent, abstinentes a pane, tantum arida comederent, ne penitus interirent. Sed quod agamus conjectura, nihil certi asfirmare praesumimus.

CLVIII. Josephi aetas.

Sed quaerendum, cum id contigerit ultimo anno praefecturae Felicis (nam, ut proxime dicturi sumus, subrogatus est hoc anno Festus in locum ejus) quamnam quaeso, ratione Josephus, haec scribens, tempore sui adventus Romam sub Felice se egisse testatur annum suae aetatis supra vigesimum sextum: cum idem ipse in exordio suae Vitae, se natum dicat anno primo Caji Imperatoris? nam ab eo tempore usque ad annum ultimum praefecturae Felicis, qui est secundus Neronis Imperii, viginti tantummodo numerantur anni. Sicque videas, in his etiam quae suae aetatis sunt, suo ipsius testimonio ipsum convinci annorum sex numero turpiter errantem. Si igitur in suae aetatis annis, eos ad calculum redigendo, adeo immemor reperitur: quis est qui admiretur, si in ceteris scribendis temporibus, saepe saepius a nobis patenter, immo & testimonio sui ipsius, sit deprehensus errasse? Quod vero Felix hoc ipso anno suae functionis munus absolverit, successorem accipiens Porcium Festum, Acta in primis testantur, dum haec habent de ejusdem Felicis praefectura: Biennio autem expleto, accepit successorem Felix Porcium Festum. Porro hoc biennium intelligendum est de Neronis Imperio, ad quod usque tempus Fe-

lix eam administravit provinciam: non autem quod idem tantum biennio eo perfundus sit munere; quippe qui (ut vidimus) jam a Cumani temporibus, a Claudio Imp. in eandem provinciam missus fuerat: unde ipsum alloquens Paulus merito dixit (a): Ex multis annis te esse judicem genti huic sciens, &c. Sic igitur expleto biennio ejus functionis sub Nerone, qui hoc anno sub dictis Coss. pridie Idus Octobris exacto sui Imperii biennio, jam tertium inchoarat annum, Festus successit Felici: Verum nec ratio aliqua persuadet, amplius biennio Neronis, Felicem in provincia remansisse: reducto enim semel in ordinem Pallante fratre, penes quem erat summa rerum, cujus (ut ex Tacito vidimus) patrocini ac studiis fovebatur, nec res Felicis diutius substituisse, facile est opinari, cum Judaeorum praesertim accusationibus assidue esset exagitatus. Nulla ergo auctoritate suffragante vel ratione, immo his omnibus contradicentibus, Josephus de annis suae aetatis affirmat, se nimirum aegentem annum aetatis supra vigesimum sextum, sub Felice Judaeae Praeside Romam venisse: nam ea ratione usque ad octavum Neronis annum perseverasse Felicem in provincia, dicere oporteret: cum id falsum esse, sua (b) ipsius assertionem manifestum sit: nam ait Cestium Florum anno Neronis decimo in eandem provinciam Praesidem missum esse, quem praecessit Albinus, & ante eum Porcius Festus Felicis successor: quos plures annos in eodem magistratu insumpsisse, certum est; nimirum (ut auctor est Eusebius) Festum annos quatuor, & Albinum fere totidem, usque scilicet ad Neronis annum decimum, quo subrogatus est Florus. Post extinctum igitur Claudium, cum nondum sub Nerone mutatus esset status Pallantis, litteris novi Imperatoris prorogatum fuisse Felici provinciam ad biennium, certo constat: quo (ut numerat Lucas) expleto, successorem idem accepit Porcium Festum. Haec vero tam exacte oportuit exquisisse, non tam ut Josephus adeo patentis arguatur erroris, quam ut in omnibus consultum sit historicae veritati a Luca descriptae.

(a) Act. 24.

(b) Joseph. antiq. lib. 20. c. 9.

CLIX. De biennio Felici. Ex his enim omnibus etiam illi erroris arguuntur, qui biennium illud, quod Lucas ponit, referendum esse dicunt ad tempus quo ante Festi adventum Paulus Caesarea sub Felice egit; putantes nimirum tot annos illic a Felice Paulum esse detentum, quem illuc venisse putant ante biennium, ac denique anno secundo Neronis Romam missum esse. Verum cum ante biennium Claudium mortuum esse, Neronemque illi successisse, superius sit aperte satis demonstratum; ac Paulum quoque non ante hunc annum Hierosoly-

nam

mam advenire potuisse, sit pariter declaratum: satis patere videtur, nec Paulum ante praesentem annum venisse Hierosolyam, nec tardius quam hoc ipso anno eum, quod appellasset Caesarem, missum fuisse Romam. Alioqui secundum priorem assertionem dicendum esset, non anno secundo Neronis Paulum a Festo esse dimissum ad Caesarem; sed ejusdem Imperii anno quarto: quod repugnat his quae tum a Hieronymo (a) scribuntur in Chronico, tum ab aliis: id nempe contigisse secundo Neronis anno, a passione vero Christi vigesimoquinto. Suadet hoc ipsum & illud maxime: nam si quis exacte consideret, Lucam ipsum, quod praesens esset, adeo distincte & exacte scripsisse res gestas Pauli, ex quo venit Hierusalem, ut nec diem unum praeterisse videatur, narrans quid per singulos ferme sit gestum: quamnam ratio subit, ut idem auctor, qui tam quae superius gesta sunt, quam quae postea sunt subsecuta, per dierum pene singulorum distinctionem recenset, sicque faciat usque ad ejusdem adventum Romam, idem inquam ipse eodem historiae contextu relinquere duorum annorum spatium prorsus obvolutum silentio; cum praesertim, in enarrandis non tantum rebus gestis, sed etiam singulis verbis, tota ea narratione sit intentissimus? At de his hactenus.

(a) Hier. de Scrip. Eccl. in Paul.

CLX. Festi praefectura. (b) Act. 25.

Quae vero acciderint (b) postquam Porcius Festus in locum Felicis successus est, Lucas singillatim recenset, sic dicens: Festus ergo cum venisset in provinciam, post triduum ascendit Hierosolyam a Caesarea. Adieruntque eum Principes sacerdotum & primi Judaeorum adversus Paulum, postulantes gratiam adversus eum; ut juberet perducere eum in Hierusalem: insidias tendentes, ut interficerent eum in via. Festus autem respondit, servari Paulum in Caesarea, se autem maturius profecturum. Qui ergo in vobis, ait, potentes sunt, descendentes simul, si quod est in viro crimen, accusent eum. Demoratus autem inter eos dies non amplius octo aut decem, descendit Caesaream: & altera die sedit pro tribunali, & iussit Paulum adduci. Qui cum perductus esset, circumsteterunt eum qui ab Hierosolyma descenderant Judaei, multas & graves causas objicientes, quas non poterant probare; Paulo rationem reddente: Quoniam neque in legem Judaeorum, neque in templum, neque in Caesarem quicquam peccavi. Festus autem volens gratiam praestare Judaeis, respondens Paulo, dixit: Vis Hierosolyam ascendere, & ibi de his judicari apud me? Dixit autem Paulus: Ad tribunal Caesaris sisto, ubi me oportet judicari. Judaeis non nocui, sicut tu melius nosti. Si enim nocui, aut dignum morte aliquid feci, non

recuso mori. Si vero nihil est eorum quae hi accusant me, nemo potest me illis donare. Caesarem appello. Tunc Festus cum Concilio locutus, respondit: Caesarem appellasti? ad Caesarem ibis.

Considerans haec omnia quae coram Felice ac Festo suae defensionis causa Paulus egit, Augustinus (c), haec ait: Neque enim Apostolus Paulus vita sua transitione consulebat, sed Ecclesiae Dei; quando contra illos qui eum occidere conspiciunt, consilium illorum Tribuno ut prodederetur, effecit. Unde factum est, ut eum ad locum, quo fuerat producendus, deduceret miles armatus, ne illorum pateretur insidias. Romanus enim leges implorare, minime dubitavit, civem Romanum se esse proclamans, quos tunc affigi verberibus non licebat. Itemque ne Judaeis eum interimere cupientibus traderetur, Caesaris poposcit auxilium, Romani quidem Principis, sed non Christiani. Ubi satis ostendit, quid facere deberent postea Christiani dispensatores, quando Imperatores Christianos, periclitante Ecclesia, reperirent. Haec Augustinus, pluribus inculcans, legitime agere Episcopos, qui adversus hostes Ecclesiae, Principum saecularium implorant auxilium.

CLXI. De Pauli appellatione. (c) Aug. ep. 50. circa medium.

CLXII. His coram Festo peractis: cum dies aliquot (inquit Lucas d) transacti essent, Agrippa Rex & Berenice descendunt Caesaream ad salutandum Festum. Et cum dies plures ibi demorarentur, Festus Regi indicavit de Paulo, dicens: Vir quidam est derelictus a Felice vinculus; de quo, cum essem Hierosolyms, adierunt me Principes sacerdotum, & seniores Judaeorum, postulantes adversus illum damnationem. Ad quos respondi: Quia non est Romanis consuetudo damnare aliquem hominem, priusquam is qui accusatur, praesentes habeat accusatores, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina. Cum ergo huc convenissent, sine ulla dilatione, sequenti die sedens pro tribunali, iussi adduci virum. De quo, cum stetissent accusatores, nullam causam deserebant, de quibus ego suspicabar malam. Quaestiones vero quaedam de sua superstitione habebant adversus eum, & de quodam Jesu defuncto, quem affirmabat Paulus vivere. Haestians autem ego de ejusmodi quaestione, dicebam, si vellet ire Hierosolyam, & ibi judicari de istis. Paulo autem appellante ut servaretur ad Augusti cognitionem, iussi servari eum, donec mittam eum ad Caesarem. Agrippa autem dixit ad Festum: Volebam & ipse hominem audire. Cras, inquit, audies eum. Altera autem die, cum venissent Agrippa & Berenice cum multa ambitione, & introissent in auditorium cum Tribunis & viris principalibus civitatis, jubente Festo adductus est Paulus. Et dicit Festus: Agrippa Rex, & omnes qui

Quid Agrippa rex cum Festo.

CHRISTI
58.PETRI
14.NERONIS IMP.
2.

qui simul adestis nobiscum viri, videtis hunc, de quo omnis multitudo Iudeorum interpellavit me Hierosolymis, petentes & acclamantes, non oportere eum vivere amplius. Ego vero comperi nihil dignum morte eum admisisse. Ipso autem hoc appellante, ad Augustum iudicavi mittere. De quo quid certum scribam domino, non habeo. Propter quod produxi eum ad vos, & maxime ad te, Rex Agrippa, ut interrogatione facta, habeam quid scribam. Sine ratione enim mihi videtur, mittere vinculum, & causas ejus non significare. Agrippa (a) vero ad Paulum ait: Permittitur tibi loqui pro temetipso.

(a) Act. 26.

CLXIII.

(b) Apul. de Asino aureo lib. 2.

Paulus causam agit coram Festo & Agrippa.

(c) Act. 26.

Tunc Paulus, extenta manu, cepit rationem reddere. Mos iste omnibus erat, extenta manu perorare causas: quod nec tacuisse Lucas voluit, omnia singillatim recensens. Apud Apulejum (b) etiam legitimus, causas orantes extentam manum sic componere consuevisse, ut duobus infimis digitis conclusis, ceteros eminus porrigerent. Paulus igitur suam agens causam, quam Lucas recitat, habuit orationem gravissimis ornatam sententiis: qua in eo potissimum versatus est, ut qualem legis semper zelum habuisset, significaret; ejusque causa etiam acerbissimo odio & diris cladibus infectatus fuerit Christianos: sed tandem divinitus a Christo vocatus, aliam a prima prorsus diversam inierit vitæ rationem: nimirum, ut a quo iustus fuerat, Christum Jesum ubique gentium prædicaret. Hæc eo loquente (inquit Lucas c) & rationem reddente, Festus magna voce dixit: Insanis Paule: multa littera te ad insaniam convertunt. Et Paulus: Non insano, inquit, optime Feste: sed veritatis & sobrietatis verba loquor. Scit enim de his Rex, ad quem & constanter loquor: lutere enim eum nihil horum arbitror: neque enim in angulo quicquam horum gestum est. Credis Rex Agrippa Propbetis? Scio quia credis. Agrippa autem ad Paulum: In modico sudes me Christianum fieri. Et Paulus: Opto apud Deum, & in modico, & in magno, non tantum te, sed etiam omnes qui audiunt, fieri tales, qualis & ego sum, exceptis vinculis his. Et exsurrexit Rex, & Præses, & Berenice, & qui assidebant eis. Et cum secessissent loquebantur ad invicem, dicentes: Quia nihil morte aut vinculis dignum quid fecit homo iste. Agrippa autem Festo dixit: Dimitti poterat homo hic, si non appellasset Cæsarem. Hucusque Lucas.

CLXIV. Agrippæ regis in temperantia.

Opinor quidem, pravi dæmonis invidia factum, ut Agrippa Paulum dicentem non siverit ulterius progredi; ne (quod fecerat apud Felicem) de justitia, castitate, & iudicio futuro, qua Agrippam Regem potissimum ac Berenicem perstringeret, institueret orationem; sed citius

quam oportuit, idem Rex conventum solverit. Berenices enim sororis contubernio Agrippa vehementer est infamatus, de qua hæc Josephus (d): Porro Berenice post Herodis obitum, qui idem maritus ejus & patruus fuerat, aliquanto tempore in viduitate acta, cum spargeretur rumor cum fratre eam congredi, suavitatis Polioni Regi Cilicia, ut circumcisus prius se duceret: rata sic se coarguturam mendacium. Nec recusavit ille, inductus maxime mulieris divitiis. Id tamen conjugium diuturnum non fuit, propter intemperantiam (ut fertur) discedente ab eo Berenice: qui mox desertus ab uxore, ipse Judaicæ religionis desertor factus est. Eiusdem meminit Juvenalis (e), occasione pretiosissimi adamantis, his versibus:

(d) Joseph. antiq. lib. 20. c. 5.

(e) Juven. sat. 6.

— deinde adamas notissimus, & Berenices
In digito factus pretiosior: hunc dedit olim
Barbarus incesta, dedit hunc Agrippa sorori,
Observant ubi festa mero pede sabbata Reges,
Et vetus indulget senibus clementia porcis.

Hæc ille, qui quidem alludere videtur pretioso lapidi illi, quem prius dedit Ptolemæus Aegypti Rex uxori, simul & matri; verum Plinius tradit (f) fuisse topazion. Sed de Agrippa & Berenice satis.

(f) Plin. hist. nat. lib. 37. c. 8.

At priusquam de Pauli navigatione Romanam agamus, operæpretium ducimus, demonstrare quis in præsentiarum esset rerum Judaicarum status: ac in primis, quod ad Judæos Cæsareæ habitantes spectat, quomodo contra eos Nero rescripserit, jus adimens civitatis: quæ Josephus sic narrat (g): Cæsariensium etiam Syrorum duo præcipui, Beryllum, qui pædagogus Neronis fuerat, tunc vero Græcis scribendis epistolis præerat, magna pecunia corruperunt, ut impetraret ab Imperatore litteras, quibus abrogaretur Judæis ejus civitatis jus, hæcenus commune ex æquo cum Syris cohabitatoribus: id quod ille facile obtinuit. Ex his litteris postea calamitatum nostrarum omnium causæ ortæ sunt. Judæi enim Cæsarienses ubi cognoverunt quæ scripta sunt, magis etiam perstabant in seditionibus, donec initium belli conflatum est. Cum autem venisset (ut dictum est) in Judæam Festus, offensus totam afflictam a latronibus vicis passim populantibus: quorum ferocissimi appellati sicarii, tunc ad maximum numerum exceverant, utentes gladio instar acinacis Persici, incurvis, quales siccus Romani nominant, unde latronibus ipsis cognomen est inditum multorum: quæ infamibus: qui (ut jam dictum est) festis diebus admixti turbæ undique in urbem

CLXV. Nero rescripsit contra Judæos.

(g) Joseph. antiq. lib. 20. c. 7.

CHRISTI
58.PETRI
14.NERONIS IMP.
2.

hem confluenti religionis gratia, nulla negotio, quotquot collibuisse, tollebant de medio: aliquando etiam armati invadebant inimicorum vicos, direptisque iradebant incendio. Festus autem equestres & pedestres copias misit contra quemdam impostorem magum, qui homines post se trahebat in solitudinem, deceptos vanis promissis, quasi ope ejus incolumes evasuri essent a malis omnibus. Hi universi una cum seductore ab immissis militibus oppressi sunt. Hucusque Josephus. En quam iusto rethoque Dei iudicio, qui Christum primo sprevisent ac crucifixissent, quique & ejus Apostolos sibi prædicantes in templo persecuti essent, Jacobum occidissent, ac Paulum eorum salutem tot periculis redimere conantem infensissimo odio prosequentes, in templo item comprehedentes, in ejusque mortem conjurantes, mille modis perdere conati essent; nunc tam dira tamque aspera ac sava a sicariis, etiam in templo pati cogantur: & post magos illudentes abire, & in mortem malo impellentem spiritu ferri, velut mutæ pecudes, compellantur. Sed levia quedam hæc videri possunt præludia ingentium malorum, quæ sunt postea subsecuta, de quibus suis locis agendum fuit. Nunc vero (quod ad hæc ipsa spectat tempora) agendum nobis est de dissensione inter Regem Agrippam & sacerdotem templi consata, quam Josephus (a) describit his verbis:

(a) Joseph. antiq. lib. 20. c. 7.

CLXVI. Discordia inter Regem & Sacerdotem.

Eodem tempore Agrippa Rex extruxit insigni amplitudine domum prope porticum in regia Hierosolymitana, quæ Assamæorum fuerat, sitam in edito loco, unde amenissimus prospectus patebat contemplari urbem volentibus: cuius voluptatis Rex cupidus, e cubiculo spectabat quicquid circa templum fieret. Id ubi viderunt Hierosolymitani proceres, rulerunt indignissime: neque enim leges nostræ concedunt spectari quid agatur in templo, præsertim sacrificia. Quamobrem altum parietem excitarunt supra exedram, quæ erat in interiore templo versa ad Solem occidentum: hæc non solum regii triclinii prospectum arcebat opposita, verum etiam Occidentalis extra templum sita porticus, ubi festis diebus Romani stationes habebant ad templi custodiam. Quo facto tam Rex offensus est, quam Festus Præses provincie, qui etiam iussit parietem dirui. Cives autem rogaverunt ut liceret sibi legatos ea de re ad Neronem mittere, negantes se posse vivere, si quid demoliretur de templi adificiis. Quo impetrato, miserunt ad Imperatorem decem viros eximios, & Ismaelem summum Pontificem, & Chelciam custodem sacri ararii. Qui audita legatione, non solum ignovit, sed permisit etiam sic manere parietem, gratificatus in hoc uxori suæ Poppææ piæ femina, quæ pro Judæis

deprecatrix fuerat: quæ decem illos viros redire permisit, Chelciam vero & Ismaelem apud se detinuit tamquam obsides. Id postquam Agrippa rescivit, pontificatum detulit Josepho cognomento Cabi, Simonis quondam summi Pontificis filio. Hæc Josephus. At vero quod ad Poppæam Sabina spectat; nequaquam temporibus superioribus, sed nec ad tertium usque Neronis Consulatum, cum ageret in Imperio quartum annum, cognita Neroni fuit, ut Tacitus (b) tradit. Quamobrem si vera sunt quæ de Poppæa scribit, ea post sequentem annum facta esse, secundum ea quæ superius dicta sunt, necesse est affirmare.

(b) Tacit. Annal. lib. 13.

CLXVII.

Sed jam ut ad Paulum redeamus: facta sunt hæc de ipso narrata, Cæsareæ sub Festo Præside, & Agrippa Rege, hoc anno extremo autumni tempore mense Novembri, instante jam hyeme: quod ex ipso Luca colligitur, dum relegens per singulos ferme dies eam navigationem, ait, quod, cum pervenissent ad Cretam insulam, de illic hiemando consilium inierunt, eo quod non esset amplius tuta navigatio, quod (ut inquit Lucas) jejunium jam præterisset, quod creditur fuisse jejunium decimi mensis solenne Judæis: nam de jejunio, quod præcedit, septimi mensis, haud videtur intelligi potuisse; cum longe ante tempus hyemis illud præcedat, nec eo tempore navigatio interdicta videri possit. Confirmant ista, quod cum post dies quatuordecim in tempestate jactati in Melitam insulam, illi pervenissent, ibidemque hiemassent, tribus Pauli navigationis mensibus in hibernis consumptis, Romamque versus solventes, illam mense Julii ingressos esse, publica Ecclesiæ monumenta testantur suo loco citanda: relegendo igitur navigationem istam, & tempus in hibernis consumptum dicere opus est, ipsam Pauli navigationem non nisi prope hiemem coeptam, etiam si daremus longe ante Julii mensem ejus Romam adventum contigisse: sicque omnia congrue convenire, ut expleto Felicis sub Nerone biennio, sub ejus successore Festo, cuncta, quæ Lucas recenset, impleri potuerint, & sic illud biennium de Felicis magistratu, sub Nerone administrato sit necessario intelligendum, si cum Patribus dicere voluerimus anno sequenti contigisse Pauli ipsius Romam adventum. Cum præsertim nihil est quod biennium illud aptari aliter possit, & referri ad aliud tempus, cum singulos annos qui præcedunt a tempore certo, quo pulsus sunt edicto Claudii Roma Judæi aliis haud dubiis ejusdem. Pauli rebus gestis & Lucæ scriptis consignerari contingat (quod iterum superius est demonstratum) ut nullus sit locus vel anni unius nedum biennii; sed & quod cum biennium illud dicatur a Luca sub Felice trans-

transactum, antequam venisset in Provinciam Festus, nihil est etiam quod numerari possit sub Festo, ut fingi possit, post biennium contigisse Pauli Romam adventum. Sicut & impossibile demonstratur, biennium illud aptari posse carceri Pauli, licet plures id sint interpretati, quem (ut eadem refrigeremus) haud ante praesentem annum potuisse Hierosolimam advenisse, quae ab edicti Claudii tempore per annos singulos sunt dicta demonstrant. His de tempore elucidatis jam de ipsa Pauli navigatione agamus quam Lucas ita describit *(a)*: *Ut autem judicatum est navigare eum in Italiam, & tradi Paulum cum reliquis custodiis Centurioni nomine Julio cohortis Augustae (meminit Dio in Nerone de quinque millibus militum, qui Augustales dicti erant) ascendentes navim Adrumetinam, incipientes navigare circa Asiae loca, sustulimus, perseverante navigare nobiscum Aristarcho Macedone Thesalonicensi. Sequenti autem die devenimus Sidonem. Haec Lucas de prima die navigationis Pauli. Sed quod habet Vulgata: Circa Asiae loca, Graece sic ponitur, *κατὰ τῶν ἀσίου τόπων*, hoc est, Versus Asiae loca: ut sit sensus totius Lucae sententiae, Paulum navem conscendisse navigaturam ad proxima Asiae provinciae loca: quod per facile intelligitur, dum idem paulo inferiori tradit, eam appulisse Lystram (*) Lyciae civitatem. Est enim Lycia Minoris Asiae provincia, sita inter Cariam & Pamphiliam. Eo enim navis illa, & non alio, velificatione tendebat; nimirum ut ad propinquiora loca Minoris Asiae perveniret; nam cum illuc appulisset Paulus cum sociis, aliam oportuit navem, quae in Italiam solveret: cum opportune accidit, ut navem Alexandrinam nacti, illam conscenderent; prout Lucas, simul cum eis navigans, his verbis exacte describit *(b)*: *Sequenti autem die devenimus Sidonem. Humane autem tractans Julius Paulum, permisit ad amicos ire, & curam sui agere. Et inde cum sustulisset quod essent venti contrarii. Et pelagus Ciliciae & Pamphiliae navigantes, venimus Myram, quae est Lyciae. Graece enim sic: *Μύρα τῆς Λυκίας* sicut & legit Joannes Chrysostomus: equidem Lystra, nequaquam est in Lycia, nec est maritima civitas, sed (ut ex Luca *(c)* etiam superius vidimus) in Lycaonia, cui assentiuntur omnes cosmographi.**

() Myram.*

(b) Act. 27.

(c) Act. 14.

CLXXVIII. Sed prosequamur Lucae Acta *(d)*: *Ibi inveniens Centurio navem Alexandrinam, navigantem in Italiam, transposuit nos in eam. Et cum multis diebus turde navigaveremus, & vix pervenisset contra Gnidum (quae est insignis civitas in extrema parte Cariae promontorii, seu magis peninsulae Doris dictae) prohibente nos ven-*

*to adnavigavimus Creta juxta Salmonem (est Salmone, sive Salmonium *(e)*), Cretae Orientale promontorium *(f)* & vix juxta navigantes, venimus in locum quemdam qui vocatur Boniportus, cui juxta erat civitas Thalassa. Loco Thalassae, Graeci legunt, *ἡ δὲ ἄστυ*, Laesae, quae est civitas maritima Cretae juxta modo dictum locum: in multis autem codicibus legitur *(g)* Thalassa. Sed pergit Lucas: *Multo autem tempore peracto, & cum jam non esset tuta navigatio, eo quod jejuniis jam praeterisset; consolabatur Paulus, dicens eis: Viri, video quoniam cum injuria & multo damno non solum oneris, & navis, sed etiam animarum nostrarum incipit esse navigatio. Centurio autem gubernatori & nauclero magis credebat, quam his quae a Paulo dicebantur. Quodnam anni tempus id esset, a Luca Hebraico more describitur, nimirum quod jam jejuniis praeterisset. Celebrabantur apud Judaeos plura jejunia, de quibus Zacharias *(h)*: *Haec dicit Dominus exercituum: Jejunium quarti, & jejunium quinti, & jejunium septimi, & jejunium decimi erit domui Juda in gaudium, & letitiam, & solemnitates praclaras. At Lucam de jejuniis decimi mensis intellexisse, satis certum esse videtur. Nam (ut vidimus) non nisi absoluto Neronis biennio, a Festo successum est Felici: adeo ut nullo modo intelligi possit de jejuniis septimi mensis; cum praesertim non nisi hiberno tempore cessare consueverit navigatio. Consilium ergo Pauli fuit, ne ulterius progredere.***

(e) Plin. lib. 4. c. 12.

(f) Strabo lib. 12. c. 10.

(g) Apud Hier. de locis Hebr. in Act. Apost. Tempus navigationis Pauli.

(h) Zach. 8.

CLXXIX. *At cum (inquit Lucas *(i)*) aptus portus non esset ad hiemandum; plurimi statuerunt consilium navigare inde, si quomodo possent, devenientes Phoenicem, hiemandum portum Cretae respicientem ad Africum & Corum. Videbatur enim portus hiemis tempore esse omnium tutissimus, sic nominatus a civitate ibi in promontorio aedificata, dicta *(k)* Phoenix Lamppei. Aspirante autem Austro, aestimantes propositum se tenere; cum sustulissent de Asson, legebant Cretam. Errant quidam, qui putarunt *(l)* Asson quae hic ponitur, illam esse eodem nomine dictam apud Troadem nobilem civitatem. Ad quidnam commune Cretae cum Troade? De loco enim insulae Cretae sic dicto Lucam intellexisse, nulla potest esse dubitatio. Nam, cum a parte Septentrionalis insulae eos solvissent constet, ut (quod consulerant animo) in ejus insulae portum, Phoenicem dictum, ad Meridiem positum adnavigarent: quid est quod de Asson Troadis tam longe posito in Phrygia possit intelligi: ut sic ex Creta navigassent per Cycladas insulas mare Myrtoum, inde Icarium, ac demum Aegaeum, ut Asson Phrygiae pervenirent; atque postea inde solverent, ut in Cretam iterum redirent, & in portum ejus*

(e) Plin. lib. 4. c. 12. (f) Strabo lib. 12. c. 10.

(g) Apud Hier. de locis Hebr. in Act. Apost. Tempus navigationis Pauli.

(h) Zach. 8.

CLXXIX. (i) Act. 27. Navigatio periculo-

(k) Strab. lib. 10.

(l) Apud Hier. de nom. interpret. in Act. Apost. lib.

ejus ad Meridiem positum possent appellere? Constat igitur Asson fuisse locum haud longe positum a prima statione, ubi primum appulerunt in insulam; ut inde Occidentem versus eandem praeterlegentes insulam, ad portum Phoenicem ad Meridiem positum, quod in animum duxerant, pervenirent.

CLXX. Cum itaque hoc inito consilio navigarent: Non post multum (ait Lucas *(a)*) misit se contra ipsam navem ventus Typhonicus, qui vocatur Euroaquilo. Cumque arrepta esset navis, & non posset conari in ventum, data nave staribus, ferebamur. In insulam autem quamdam decurrentes, quae vocatur Cauda (consta haec est in extrema parte Cretae contra montem Album spectantem ad Meridiem) potius vix obtinere scapham. Qua sublata, adjutoris utebantur, accingentes navem, timentes ne in Syrtim inciderent, summisso vase (*ὄρυγος*) sic ferebantur. Valida autem nobis tempestate jactatis, sequenti die jactum fecerunt, & tertia die suis manibus armamenta navis projecerunt. Neque autem Sole, neque sideribus apparentibus per plures dies, & tempestate non exigua imminente, jam ablata erat spes omnis salutis nostra. Et cum multa jejunatio fuisset, tunc stans Paulus in medio eorum, dixit: Oportebat quidem, o viri, audito me, non tollere a Creta, lucrique facere injuriam hanc & jacturam. Et nunc suadeo vobis bono animo esse: amissio enim nullius animae erit ex vobis, praeterquam navis. Adstitit enim mihi hac nocte Angelus Dei, cujus sum ego, & cui deserto, dicens: Ne timeas Paule, Caesari te oportet adstipere: & ecce donavit tibi Deus bono animo estote viri; credo enim Deo, quia sic erit, quemadmodum dictum est mihi. In insulam autem quamdam oportet nos devenire. Sed posteaquam quartadecima nox supervenit, navigantibus nobis in Adria circa mediam noctem, suspicabantur nautae apparere sibi aliquam regionem: Qui submittentem bolidem (est perpendiculum quo utuntur nautae ad maris altitudinem explorandam) invenerunt passus viginti: & pusillum inde separati, invenerunt passus quindecim. Timentes autem ne in aspera loca incideremus de puppi mittentes anchoras quatuor, optabant diem fieri.

Navis in summum discrimen adducta.

CLXXI. Nautis vero quarentibus fugerit de navis; cum misissent scapham in mare, sub obtentu quasi inciperent a protra anchoras extendere; dixit Paulus Centurioni & militibus: Nisi hi in navi manserint, vos salvi fieri non potestis. Tunc absciderunt milites funes scaphae, & passi sunt eam exidere. Et cum lux inciperet fieri, rogabat Paulus omnes sumere cibum, dicens: Quartadecima die hodie expectantes, jejuni permanetis, nihil accipientes. Pro-

Ann. Eccl. Tom. I.

pter quod rogo vos accipere cibum pro salute vestra: quia nullius vestrum capillus de capite peribit. Et cum haec dixisset, sumens panem, gratias egit Deo in conspectu omnium; & cum fregisset, cepit manducare. Animaequiores autem facti omnes, & ipsi sumpserunt cibum. Eramus autem universae animae in navi ducenta septuaginta sex. Et satiati cibo, alleviabant navem, jactantes triticum in mare. Cum autem dies factus esset, terram non agnoscebant; sinum autem quemdam considerabant habentem litus; in quem cogitabant, si possent, ejicere navem. Et cum anchoras sustulissent, comittebant se mari, simul laxantes juncturas gubernaculorum: & levato artemone secundum aurae flatum tendebant ad litus. Et cum incidissemus in locum ditballassum (*δισδάλασσος*), quod duplex mare Latine redditur; dicebatur enim litus *(b)* intra mare protensum, eodem mari (*βόδα*) hinc inde dividente circumdatum) impigerunt navem: & protra quidem fixa manebat immobilis, puppis vero solvebatur a vi maris. Militum autem consilium fuit, ut custodias occiderent; ne quis cum enattasset, effugeret. Centurio autem volens servare Paulum, prohibuit fieri: jussitque eos qui possent natare, emittere se in mare primos, & evadere, & ad terram exire: & ceteros alios in tabulis ferebant, quosdam super ea quae de navi erant, fragmenta scilicet. Et sic factum est ut omnes animae evaderent ad terram.

Adventus Pauli in Melitam insulam.

(b) Boda in Act. c. 27.

CLXXII. Et cum evasissemus *(c)*, tunc cognovimus quia Melita insula vocabatur (quae posita est contra Pachynum Siciliae *(d)* promontorium.) Barbari vero praestabant non modicam humanitatem nobis. Accensa enim pyra reficiebant nos omnes propter imbrem, qui imminebat, & frigus. Cum congregasset autem Paulus sarmentorum aliquantam multitudinem, & imposuisset super ignem; vipera a calore cum processisset, invasit manum ejus. Ut vero viderunt barbari pendentem bestiam de manu ejus, ad invicem dicebant: Utrique homicida est homo hic, qui cum evaserit de mari, ultio non sinit eum vivere. Et ille, quidem excutiens bestiam in ignem, nihil mali passus est. At illi existimabant eum in tumorem convertendum, & subito casurum, & mori. Diu autem illis expectantibus, & videntibus nihil mali in eo fieri, convertentes se dicebant eum esse Deum. Haec de vipera & barbaris admirantibus adeo exacte & distincte Deus a Luca describiti voluit, ut virtus Pauli gratia insulae illi concessa magis magisque innotesceret; nec naturali ejus loci proprietati adscriberetur, quod ex eo tempore fuit loco divinitus impertitum, nimirum ut serpentes omnes veneno carerent, & quantumlibet aliquem momorderint, nihil prorsus inferant detrimenti. Si enim olim a natura,

Aaaa sicut

CLXXII. (c) Act. 28.

(d) Strab. lib. 6.

(e) Act. 18. Strab. lib. 6.

Quid Paulus passus Melitae.

sicut aliis locis, id datum fuisset: cur loci incolae tam certi erant de interitu Pauli? Sed & terra ibi ejusdem merito contra venena parat antidotum.

CLXXIII. Pauli miracula Melitae.

Manfit Paulus cum ceteris Melitae tribus mensibus, illic hiemantes. Quid autem dum ibi esset, acciderit, idem Lucas his verbis enarrat. In locis autem illis erant praedia Principis insulae, nomine Publii: qui nos suscipiens, triduo benigne se exhibuit. Contigit autem patrem Publii febribus & dysenteria vexatum jacere. Ad quem Paulus intravit; & cum orasset, & imposuisset ei manus, salvavit eum. Quo facto, omnes qui in insula habebant infirmitates, accedebant, & curabantur: qui etiam multis honoribus nos honoraverunt, & navigantibus imposuerunt quae necessaria erant. Hucusque Lucas de rebus a Paulo gestis hoc anno: caetera autem,

quae ad navigationem sequenti anno post hiemem institutam pertinent, suo loco dicemus. Verum non tantum ea Melitenibus Paulus praestitit, ut aegritudine laborantes omnes curarentur: sed & Christiana eosdem religione imbuit, ipsumque Publium ad fidem Christi conversum eisdem praefecit Episcopum. Id quidem vetera quaeque Martyrologia attestantur (a). Immo & eundem Publium inde postea evocatum, in locum Dionysii, Atheniensis Ecclesiae esse subrogatum Episcopum tradunt (b); putantes nimirum unum eundemque esse cum hoc illum Publium, quem Dionysius (c) Alexandrinus affirmat Dionysio Aycopagitae Athenarum Episcopo successisse; quem & martyrio coronatum fuisse, etiam S. Hieronymus tradit (d).

(a) Martyrolog. Rom. & alia 21. Januar. ibi Not. (b) Ado in Martyrolog. eadem die & alii. (c) Dionys. Alex. apud Euseb. lib. 4. c. 22. (d) Hier. de Scrip. Eccl. in Quadrato.

I. Comites navigationis Pauli.

Anno Christi quinquagesimonono, Nerone Imperatore secundum & Calpurnio Pisonis Consulibus (e), Paulus Apostolus e Melita insula vincens ductus est Romam. Sed antequam ejus navigationem a Luca descriptam prosequamur, Pauli socios qui eandem cum eo conscenderunt navim recensemus. Erat ex his unus Lucas, qui haec ipsa conscripsit, ut ex ejusdem scriptis quis facile colliget: Aristarchum Macedonem eidem inhæsisse, idem affirmat (f): Trophimum etiam, qui Epheso cum Paulo Hierosolymam venerat, una cum aliis Paulum comitaturum navem conscendisse; sed hunc mala valetudine laborantem ab eodem Paulo Melitae fuisse relictum. Sic enim legendum esse, & non Mileti (g), quae superius a nobis sunt dicta, plane significant; dum Lucae testimonio demonstratum est, Trophimum Ephesium ex Asia secutum esse Paulum anno praeterito Hierosolymam, ac proinde non potuisse aegrotum remansisse Mileti. Sed his & hanc addimus rationem: Quidnam opus fuit, Paulum de Trophimo Mileti relictum (quae est civitas juxta Ephesum posita) Timotheum in iisdem locis agentem in Asia reddere certiore? nam hoc eum tamdiu latuisse neminem puto existimare posse. Nec est quod haec intelligi possint de Mileto, quam Plinius (h) fuisse ait in Creta: nam ipse omnes simul civitates, quae olim erant in ea, recenset: auctor est enim Strabo (i), eam civitatem amplius non extare, quam Gnosii olim everterant, &

(g) 2. Tim. 4.

(h) Plin. lib. 4. c. 12. (i) Strab. lib. 10.

agrum ejus occupaverant. Ceterum quod Vulgata emendata lectionem non mutaverit, sed Mileti reliquerit; alia potius ratio quaerenda est, quam contra receptam lectionem obniti. Sed quod ad Trophimum spectat: in hoc certe admirabile Dei consilium in eo perspicitur, quod cum datum Paulo esset, (ut vidimus) omnes qui essent in insula infirmos curare; tamen Trophimum, amantissimum ac plane pernecessarium amicum atque discipulum reliquerit infirmum. Quod & de Timotheo, ad quem scribit, vidimus accidisse: quem stomacho male habentem, non miraculo restituit sanitati, sed in remedium, ut modico vino uteretur, admonuit. Reperiuntur & alii Pauli discipuli hoc eodem anno, quo Paulus Romam venit, ibidem cum Paulo egisse: an autem cum eo venerint eodem navigio, vel seorsum incertum est. Sunt enim hi quos idem Paulus recenset in epistola secunda, quam hoc ipso anno dedit ad Timotheum, nimirum Demas, Crescens, Titus, & Tychicus, & si qui alii, de quibus erit sermo inferius.

Sed jam ipsum Paulum una cum suis Romam navigantem prosequamur. Relegit Lucas exacte fati e Melita navigationem Pauli Puteolos usque: primum enim sic ait: Post menses autem tres navigavimus in navi Alexandrina, quae in insula hiemaverat, cui erat insigne Castorum; quod sic erat effigiatum, Erant Castor & Pollux duo juvenes, unicuique ovi pars dimidia, & stella superne emittens,

II. De Intigni Castorum.

(a) Lucian. in Deor. dialog. in fine.

(b) Lucian. de merced. conduct.

(c) Suet. in C. Jul. Caes. c. 10.

(d) Plin. lib. 10. c. 43.

III. Navigatio Pauli Romam.

nens, & jaculum in manu; & equus candidus. Haec apud Lucianum (a) habes expressa. Credebantur haec numina superstitione Gentilium propitia navigantibus, eos esse putantibus, qui tempestate iactatis, ac in ultimo discrimine positis, luce insolita bonae spei praesagia solerent apparere. Quamobrem sic liberati (idem inquit Lucianus) cum essent nautae, templa adveniens derafo capite (b), immanes undas, procellas, sublatos in altum fluctus, pulsus, malos fractos, gubernacula revulsa narrabant, ac in primis Castorem & Pollucem apparentes: nam hi peculiariter ad hanc tragodiam pertinent. Haec ille. Sed quod ad vocem Castorum spectat; usum quodam factum est, ut ob admirabilem quandam eorum in omnibus rebus similitudinem, uno eodemque nomine saepe uterque atque ambo Castores (quod habet hic Lucas) fuerint appellati. Unde illud apud Suetonium (c) de Aedilitate M. Bibuli & Caesaris: Ut enim geminis fratribus ades in foro constituta, tantum Castoris vocaretur; ita suam & Caesaris magnificentiam unus Caesaris dici. Quo sensu & illud Plinii (d): Super eadem Castorum genitus pullus in oppositam surinam devolavit. Sed de his fati.

Profecit Lucas navigationem quam ipse cum Paulo inivit, sic describens: A Melita solventes, cum venissemus Syra-

Table with columns: S.E.C.I., Olymp., Anno Urbis, AN. C. 57. and corresponding dates: ANNO PERIODI GRACO-ROMANAE 5550., 10. B. D. I. P. 10. April. Indi. 15., JESU CHRISTI 57. secundum Baronium 59., SANCTI PETRI 4., NERONIS IMP. 4.

I. Consul. AD num. I. Coss. Nero Aug. II. & L. Pisonis. Dum Dissertationem Hypaticam composui, hic Neronis Consulatus mihi cruce fixit: ad quam enim Consulatum Caesareorum regulam revocari posset, deprehendere non potui. Tandem mihi certo constat, illum, juxta pri-

mam sanatum. Nam anno Christi LI. Nero Proconsulari Imperio donatus, Consulque in annum aetatis viceimum, quem currenti absolvit, designatus est, ut eo anno dixi. Quare hic Consulatus Imperio ejus Proconsulari definitus. Epiphanius in Notis ad lib. 12. Taciti, ubi hic Historicus ait, decrevisse Claudium, ut viceimo aetatis anno Consulatum Nero iniret, subdit: Decretum frustra. Consulatum enim inivit XVII. aetatis anno: sed jam Princeps & Legum securus. At decretum illud minime frustra fuit, cum hoc anno ideo Nero Consul processit, quia tunc ad eam dignitatem designatus est. Quare sicut Claudius Neronis decessor secundum Consulatum, ad quem adhuc privatus designatus fuerat, Imperator renuntiatus suscepit, ita Nero, cui posteriori titulo hic Consulatus debebatur.

cusam, mansimus ibi triduo. Inde circumlegentes devenimus Rbergium (sunt haec omnibus notissima loca) & post unum diem, flante Austro secunda die venimus Puteolos: ubi inventis fratribus, rogati sumus manere apud eos diebus septem: & sic venimus Romam. Et inde cum audissent fratres, occurrerunt nobis usque ad Appii Forum, & Tres Tabernae. Erat Appii Forum, (ut colligitur ex Plinio (e) in agro Sestino, in via Appia locus positus: Tres Tabernae vero contra Antium; unde & Cicero ad Atticum (f): Emergimus com-

(e) Plin. lib. 24. c. 6.

(f) Cic. ad Attic. epist. 29. lib. 1.

Videtur ex his Christianorum Romae a-

IV.

Adventus Pauli Romam tempus.

gentium officia & studia erga Paulum: cum non quasi victo homini, sed in Urbem cum triumpho adveniendi, ultra lapidem quinquagesimum obviam ierint. Dies autem, qua Paulus in Urbem ingressus est, tam apud Bedam quam Ufuardum in eorum Martyrologiis consignata habetur sexta Julii. Verum si tempus quo ex Melita insula hoc anno Paulus recessit, atque dies in navigatione, insumpti considerentur, haud tam sero Romam potuit pervenisse: quippe qui soluta hieme cum navigandi tempus est redditum opportunum, navim Alexandrinam qua illic hiemaverat conscendit: qua enim ibi egerat in hibernis, absque dubio post ortum Plejadum, cum opportuna solet esse navigatio, Melita solvisse putanda est. Certe quidem veris tempore eam esse navigationem institutam, Arator diaconus (a) his notat versibus:

Pullulat interea nividi coma frondea veris, Quo juvenescit humus senio, fugiente pruina: Suscipiensque ratem velis cedentibus Ausser Praebuit aligeras placidis in fluctibus undas.

Sed licet daremus, eos non solvisse Melita ante Mensen Maji: cum nulla sit facta in via mora, nisi quod idem scribit Lucas, eos Syracusis tres dies, Rhegium, & Puteolis septem constitisse, prosperoque flante vento, spatio tantummodo duorum dierum Rhegio pervenisse Puteolos: certe eodem mense Romam ingressum esse, affirmare necesse videtur. Porro quod Apostolus Paulus Alexandrina navim dicatur adventus: hic opportune in medium adducenda sunt, qua scribit Seneca (b) ad Lucilium de navibus Alexandrinis cum Puteolos appellunt, quam praeter ceteris illae nobilitate essent, & a concurrente ad portum populo spectarentur avidius. Haec enim ait: Gratus illarum Campania aspectus est: omnis in pilis Puteolorum turba consistit; & ex ipso genere velorum Alexandrinis (quamvis in magna turba navium) intellegit. Solis enim licet supparum intendere, quod in alto omnes habent naves: nulla enim res aequae adjuvat cursum, quam summa pars veli; illinc maxime navis urgetur. Itaque quoties ventus increbuit, majorque est quam expedit, antenna submittitur. Minus habet virium flatus ex humili. Cum intravere Capreas & promontorium, ex quo

Alta procelloso speculatur vertice Pal-las,

(a) Arat. in Ast. c. 28.

(b) Senec. epist. 78.

cetera velo subentur esse contenta: supparum Alexandrinarum insigne est. Haec ipse. Porro quod testificatione Lucae certum sit Puteolis fuisse Christianos, ipsos cum ceteris avide expectasse in portu, & avidius spectasse navem Alexandrinam, cum longa hiemis mora ex fratrum litteris scire potuissent in ea Paulum cum militibus navigaturum, par est credere. Quod vero ad annum domini, quo Paulus Romam advenit: cum ex praeterlapsis annis singulis recensitis certa habitatio, hoc ipso anno quinquagesimonono a Christi natali; ipsum Romam concessisse exploratum habeatur: his etiam consentire Eusebium, & S. Hieronymum, facile demonstrabimus. Cum enim tam Eusebius (c), quam Hieronymus (d) ipsum secutus, numerent ab anno post passionem Christi usque ad tempus quo Paulus a Festo Judae Praefide victus navigare iubetur, annos vigintiquinque: numerando illos ab anno trigesimoquarto, qui secundum Eusebium primus ponitur a passione Domini; necesse est affirmare, anno Domini quinquagesimo octavo Paulum in Judaea a Festo dimissum, & sic anno sequenti, qui est quinquagesimusnonus, hoc nimirum anno, Romam ingressum esse, prout etiam ab Eusebio in Chronico ponitur.

Sed jam quod reliquum est gestorum Pauli Romae, qua sunt a Luca (e) descripta, absolvamus: Cum, inquit, venissemus Romam, permisum est Paulo manere sibi cum custodiente se milite. Post tertium autem diem convocavit primos Judaeorum. Cumque convenissent, dicebat eis: Ego, viri fratres, nihil adversus plebem faciens, aut morem paternum, victus ab Hierosolymis traditus sum in manus Romanorum: qui cum interrogationem de me habuissent, voluerunt me dimittere, eo quod nulla causa esset mortis in me. Contradictibus autem Judaeis, coactus sum appellare Caesarem, non quasi gentem meam habens aliquid accusare. Propter hanc igitur causam rogavi vos videre & alloqui; propter spem enim Israel catena hac circumdatus sum. At illi dixerunt ad eum: Nos neque litteras accepimus de te a Judaea, neque adveniens aliquis fratrum nuntiavit, aut locutus est quid de te malum. Rogamus autem a te audire qua sentis: nam de secta hac notum est nobis, quia ubique ei contradicuntur. Cum constitissent autem illi diem, venerunt ad eum in hospitium plurimi: quibus exponebat, testificans regnum Dei, suadenteque eis de Jesu ex lege Moysi & Prophetis, a mane usque ad vesperam. Et quidam credebant his que dicebantur, quidam vero non credebant. Cumque invicem non essent consentientes, discedebant, dicente Paulo unum verbum: Quia bene Spiritus sanctus locutus est.

(c) Euseb. in Chronic. (d) Hier. de Script. Eccl. in Paulo.

(e) Act. 28. Res gestae Pauli Romae.

est per Iliam Prophetam ad Patres nostros, dicens: Vade ad populum istum: & dic ad eos: Aure audietis, & non intelligetis; & videntes videbitis, & non perspicietis. Incrassatum est enim cor populi hujus, & auribus graviter audierunt, & oculos suos compresserunt: ne forte videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & convertantur, & sanem eos. Notum ergo sit vobis, quoniam Gentibus missum est hoc salutare Dei, & ipsi audient. Et cum haec dixisset, exierunt ab eo Judaei, multam habentes inter se quaestionem. Mansit autem biennio toto in suo conducto: & suscipiebat omnes qui ingrediebantur ad eum, predicans regnum Dei, & docens que sunt de Domino Jesu Christo, cum omni fiducia, sine prohibitione. Hucusque Lucas Apostolorum Acta perduxit. Ubinam Romae fuerit ejusmodi, cujus Lucas meminit, Pauli hospitium; in antiquis monumentis Diaconiae S. Mariae in via lata memini me legisse, illic primum hospitio exceptum fuisse Paulum. At de reliquis a Paulo Romae hoc primo adventu rebus gestis, nihil est quod edere quid possimus ex actis, quaeruntur a Lino scripta: nam ea ab ultimo Pauli Romam adventu sumunt exordium: cujus vero sint fidei, suo loco dicemus.

VI.

Sed quid coram Nerone, quem appellaverat, Paulus egerit; ex sui ipsius epistolis, quas tunc scripsit, possumus aliqua ex parte saltem intelligere. Jam (ut vidimus) cum Hierosolymis in maximo vitae discrimine versaretur, apparuerat illi Dominus atque dixerat (a): Constans esto: sicut enim testificatus es de me in Hierosolymis, sic te oportet & Romae testificari. Adeo difficile, asperum, ac plane pavendum fuit existimatum iudicium coram saevissimo Principe, nihil ratione, sed pro libidine animi omnia faciente, ut Paulum in eo discrimine positum, omnes discipuli atque amici, quantumlibet erga ipsum studiosi, tunc temporis tamen timore correpti, penitus dereliquerint. Tradit enim id Paulus, cum ad Timotheum (b) hoc eodem anno scribens ait: In prima mea defensione nemo mihi adfuit, sed omnes me dereliquerunt: non illis imputetur. Verum in tanta Pauli concussionione, non solum qui aderant, ab eo recesserunt; sed & qui longe positi, pariter ab eo tunc temporis defecerunt. Affirmat enim hoc ipse ad eundem sic scribens (c): Scis, inquit, hoc, quod aversi sunt a me omnes qui in Asia sunt: ex quibus est Phigelus & Herogenes. Par est credere, Judaeos Hierosolymis misisse viros insigniores, qui apud Neronem gratia possent, & mille artibus causam prosequentes, Neronem concitarent in Paulum, ut alias in alios saepe fecisse vidimus. Erat enim inter ceteros

(a) Act. 23. Durum Neronis iudicium adversus Paulum.

(b) 2. Tim. 4.

(c) 2. Tim. 1.

Aliturus quidam Judaeus minorum actor, cujus opera (ut vidimus) Josephus (d) reos quos defendebat, curavit absolvi. Ejusmodi genus hominum apud talem Principem in pretio erat. Aderat & Poppea Sabina nova Neronis concubina, quam Judaei adeo sibi conciliaverant, ut (quod dictum est superius) ejus ope & gratia, qui missi fuerant legati pro templo adversus Agrippam Regem, a Nerone rescriptum acceperint (e).

At Paulo sic ab omnibus derelicto, atque in maximo omnium periculo constituto, Christus Dominus (ut alias con-fueverat) adfuit, & ab imminente discrimine liberavit. Profitetur enim hoc ipsum Paulus, eadem, quam ad Timotheum scripsit, epistola, dicens: Dominus autem mihi adfuit, & confortavit me, ut per me praedicatio impleatur, & audiant omnes Gentes. Et liberatus sum de ore Leonis (sic enim Neronem appellat, ob immanem ac proflus feralem Principis saevitiam.) Liberavit me Dominus ab omni opere malo, & salvum faciet in regnum suum caeleste. At non sic est liberatus, ut omnino liber abire sit iustus, sed quod in suo conducto, catena tamen victus, cum custodiente se milite libere agere permissus sit; ubi eo modo ad biennium mansit. Porro non tantum coram Nerone, sed & in Senatu, & apud collegium Pontificum (quod ad religionem causa spectare videretur) Pauli causam actam esse, ex his quaerit idem ipse dum item Romae esset, scripsit ad Philippenfes (f): Certo posse affirmari videtur: siquidem in omni Urbis praetorio eam cognitam fuisse testatur, cum ait: Scire autem vos volo, fratres, quia quaerit circa me sunt, magis ad profectum venerunt Evangelii: ita ut vincula mea manifesta fierent in Christo, in omni praetorio, & in ceteris omnibus: ut plures e fratribus in Domino, confidentes in vinculis meis, abundantius auderent sine timore verbum Dei loqui. Quidam quidem & propter invidiam & contentionem (putantur hi fuisse Judaei sibi adversantes) quidam autem & propter bonam voluntatem Christum praedicant. Quidam ex charitate, scientes quoniam in defensionem Evangelii postus sum. Quidam autem ex contentione Christum annuntiant, non sincere: existimantes presuram se suscitare vinculis meis. Quid enim? Dum omni modo, sive per occasionem, sive per veritatem Christus annuntietur in hoc gaudeo, sed & gaudebo. Haec autem post primam quam dicit defensionem suam, accidisse videntur.

Eodem vero tempore, cum in Orientem, ubi Evangelium praedicaverat, haec de Paulo Romae in vinculis agente perlata essent; Philippenfes inter alios legationem ad eum miserunt una cum subven-tione

(d) Joseph. in vita sua.

(e) Joseph. antiq. lib. 10. c. 7.

VII. Christus apparuit Paulo & liberavit eum.

(f) Phil. 1.

VIII. Legatio Philippenfium ad Paulum.

tione pecuniarum per Epaphroditum suum ipforum Episcopum. Testatur id quidem Paulus ad ipsos scribens (a) his verbis: *Habeo autem omnia, & abundo: repletus sum, acceptis ab Epaphrodito qua missis, odorem suavitatis, hostiam acceptam, placentem Deo. Venit quoque Iconio Lycaonia civitate Onesiphorus, qui & ipse Paulum sollicite perquisivit, eo potissimum tempore, quo a suis fuerat derelictus: de quo idem ipse ad Timotheum (b) scribens, hæc ait: Det misericordiam Dominus Onesiphori domui; quia sepe me refrigeravit, & catenam meam non erubuit; sed cum Romam venisset, sollicite me quaesivit, & invenit. Det illi Dominus invenire misericordiam a Domino in die illa. Et quanta Ephesi ministravit, tu melius nosti.*

IX. De rebus insuper Romæ gestis a Paulo, hæc Chrysostronus (c): *Dicitur salutasse Neronis pocillatorem, & concubinam. Quanta putatis contra illum tunc dicta esse? sed non juste. Nam si quidem ob lasciviam salutasset, vel ob mala opera, merito: Si autem ob vitam relictam, quare? Sane quidem nonnullos ex Neronis familia ad Christum esse conversos, ex his quæ idem Paulus postea scripsit ad Philippenses (d) cognoscere certo possumus, dum ait: *Salutant vos omnes sancti, maxime autem qui de Casaris domo sunt; inter alios autem una fuisse Torpetem, qui postea martyrio coronatus est, Romanum Martyrologium (e) attestatur: sed de eo inferius. Porro concubina illa Neronis, cujus Chrysostronus meminit, creditur fuisse Poppæa Sabina, quæ præ ceteris ab eo in deliciis haberetur: de ea enim hæc scribit Tacitus (f): *Erat in civitate Sabina Poppæa T. Ollio patre genita; sed nomen avi materni sumpserat, illustri memoria Poppæi Sabini Consulari & triumphali decore præfulgentis. Nam Ollium honoribus nondum functum, amicitia Sejani pervertit. Huic mulieri cuncta alia fuerunt præter honestum animum, Quippe mater ejus, ætatis suæ feminas pulchritudine supergressa, gloriam pariter & formam dederat: opes claritudini generis sufficiebant: sermo comis, nec absurdum ingenium, modestiam præferre, & lascivia uti: rari in publicum egressus, idque velata parte oris, ne satiaret aspectum, vel quia sic decebat. Hæc Tacitus, Sic igitur Romæ positus Paulus, quod ante (ut ipse ad Romanos scribens testatus erat g) diu multumque exoptaverat Romam venire, ac Evangelium prædicare; factus jam voti compos, licet in vinculis positus, licet hospitii conducti spatium circumscriptus, licet adhuc militari custodia tentus, Christi Evangelium magna animi fiducia & alacritate prædicavit, atque (quod pollicitus erat)***

(a) Philip. 2.

(b) 2. Tim. 3.

(c) Chrysostr. in Act. hom. 54. Ex Familia Neronis conversi ad Christum.

(d) Philip. 4.

(e) Martyr. Rom. die 17. Mæj.

(f) Tacit. lib. 13.

(g) Rom. 15.

in abundantia benedictionis annuntiavit. At nec satis sibi esse putavit, ad se confluentes homines imbueri Evangelio; sed & ad absentes complures, cum adhuc in vinculis esset, dedit epistolas. De quibus singulis est propositum agere, ac in primis de ea quæ prima ibi scripta jure putatur, quæ est ad Timotheum secunda. Scribens enim statim post primam suam defensionem apud Neronem habitam ad Timotheum discipulum amantissimum, de his quæ proxime accidissent, eum reddidit certiore. Nam præter illa quæ dixerat de sua defensione, de diverso statu suorum hæc ait (b): *Demas enim me reliquit, diligens hoc seculum; & abiit Thessalonicam, Crescens in Galatiam, Titus in Dalmatiam: Lucas est mecum, solus; & paulo post: Alexander ararius multa mala mihi ostendit: reddet illi Dominus secundum opera ejus: quem & tu devota, valde enim restitit nobis; ac in fine: Erastus remansit Corinthi, Trophimum autem reliquit infirmum Mileti (*). Sed quod ad Trophimum spectat, satis superius dictum est. Quod autem dum de suis comitibus agit Paulus, inter alios de Crescente dicat in hac ipsa epistola: *Crescens in Galatiam; pro Galatia, Gallia, legendum esse, Epiphanius firmiter asseverat, cum ait: Crescens in Galliam, non autem in Galatiam, ut quidam decepti putant; sed in Galliam, legendum est. Ceterum ait Ammianus Marcellinus (i) cum agit de Gallorum origine, eos Græco sermone Galatas esse dictos. Sic & Theodoretus (k) ait, Paulum in secunda quam scripsit ad Timotheum epistola, per Galatiam, Gallias intellexisse; sicque antiquitus illas gentes nominari consuevisse affirmat. Crescentem certe fuisse in Galliam amandatum, Viennensemque crexisset Ecclesiam, necnon & Moguntiam venisse, ac longe lateque fidem Christianam propagasse constat: sed & in Galatiam quoque esse profectum, negari omnino non potest: at de his pluribus actum est in nostris ad Martyrologium Romanum (l) Notationibus.**

De Dema vero dicere non prætermittimus, quod etsi ad tempus Paulum reliquerit, non tamen ut Christianam fidem & ipsum Apostolum sit penitus averfatus. Nam Romam iterum rediisse, ac Paulo adhuc in vinculis agenti una cum aliis ministrasse, idem Paulus scribens ad Philemonem testatur, cum ait: *Salutat te Epaphras concaptivus meus in Christo Jesu: Marcus, Aristarchus, Demas, & Lucas adjutores mei. Quamobrem erroris plane arguitur Dorotheus aliter somnians in Synopsi, dum Demam olim Pauli discipulum, cum ab eo recessisset, tradit factum esse Thessalonicæ simulacrorum sacerdotem. Unde hæc acceperit, non invenit.*

X. De Epistola secunda ad Timotheum.

(b) 2. Tim. 4.

* Melitæ.

(i) Ammian. lib. 15. (k) Theodoret. in epist. 2. ad Tim. cap. 4.

(l) Die 27. Jun.

XI. De Discipulo Dema.

nimus: quæ si vera esse dixerimus, duos ejusdem nominis Pauli fuisse discipulos effingere opus erit. Nam compertissimum est, eam ad Philemonem epistolam datam esse longe post secundam ad Timotheum scriptam, ut tum ex his quæ dicta sunt, tum etiam iis quæ dicturi sumus inferius, perspicue apparebit. Demam igitur, quem se reliquisse, & abiisse post seculum, Paulus deplorat; postea scribens ad Philemonem, eum ad meliorem frugem esse convertum, & graviter una cum ceteris Christianæ militiæ antesignanis collaborasse testatur. Sed ad ipsam epistolam redeamus.

XII. Cum multa quæ ab eo præstari cupiebat Paulus, Timotheum ea epistola admonuisset; multaque de his quæ obventura essent mala, prænuñtasset: demum quod vehementer optabat, rogat semel atque iterum, ut se Romam quamcivissime conferat, nimirum ante hiemem; atque ut una secum Marcum ducat, exposcit: sic enim ait (a): *Festina ad me venire cito; & paulo post: Marcum assume, & adduc tecum: est enim mihi utilis in ministerio; ac in fine: Festina ante hiemem venire. Illud etiam ab eo petit, ut penulam quam reliquerat Troade apud Carpum, veniens secum afferret, necnon & libros, maxime autem membranas. Sed quid per penulam intellexerit, superius actum est satis, cum de Pauli adventu Troadem narratio incidit opportuna. Marcum hunc, cujus una cum Timotheo adventum exoptat, quem & in prædicatione Evangelii sibi utilem fore tradit; fuisse illum confobrinum Barnabæ, Joannem dictum, cognomento Marcum, de quo plura superius, ex eo perspicuum habetur, quod in epistola quam post adventum ipsorum (Timothei scilicet atque Marci) Romam, scripsit ad Colossenses, ejusdem Marci cum meminit, ait: *Salutat vos Aristarchus concaptivus meus, & Marcus confobrinus Barnabæ. Hunc porro apud Paulum semper mansisse usque ad Barnabæ obitum, inde vero in Cyprum ad eam Ecclesiam curandam una cum Epaphra & Tychico a Paulo abire jussum esse, auctor qui res Barnabæ est profecutus, affirmat (b), licet perperam Marcum hunc cum illo Evangelista confundat.**

(a) 2. Tim. 4. De Marco ad Paulum redeunte.

(i) Ammian. lib. 15. (k) Theodoret. in epist. 2. ad Tim. cap. 4.

(b) Metaphr. die 19. Februarii in Anaxibio.

XIII. De Tempore Pauli Epistolæ.

XIII. Ex his igitur satis evidens est, hanc de qua agimus, Pauli ad Timotheum scriptam epistolam, ante illam ad Philemonem, & ad Philippenses, necnon ad Colossenses, esse datam: siquidem omnes illas scriptas esse constat post Timothei adventum Romam: quandoquidem in illis singulis una cum Paulo in titulo inscribitur & Timotheus. Immo & ipsam haud multo post ejus Romam adventum esse scriptam, intelligi facile potest, nimirum statim post primam

suam coram Nerone defensionem, cujus in ea meminit. Sed & cum illud admonet, ut ante hiemem se Romam conferat: certe si quis exacte consideret tempus, & locum ipsum, Timotheumque agentem in Asia, ut ejusmodi illi reddi posset epistola, & ipse Troadem ad sumendam penulam proficisceretur, ac Romam ante hiemem se conferret; plane inveniet, hoc ipso anno, ineunte æstate, hanc ad Timotheum scriptam esse epistolam. Hæc vero idcirco a nobis tam exacte sunt inquisita, quod nonnulli existimarunt, hanc ipsam secundam ad Timotheum datam epistolam, omnium novissimam esse scriptam; ea nimirum ratione persuasi, quod in ea Paulus dicat ad finem (c): *Ego enim jam delibor, & tempus resolutionis meæ instat. Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi. In reliquo reposita est mihi corona justitiæ. Eo enim sensu hæc putant accipienda esse verba, quasi proxime esset Paulus martyrio coronandus, sicque ab eo spiritu prophético esse prænuñtiata.*

Sed dicant velim: Nonne idem ipse Paulus in eadem testatur, sibi Dominum apparuisse, dum in summo illo discrimine versaretur, hortatumque esse, ac fore prædixisse, ut per ipsum in omnes Gentes prædicatio impleatur? Quomodo igitur hæc sibi coherent, ut instans Pauli consummatio esset; idemque ipse sic a periculo liberandus, in omnes Gentes prædicationem Evangelii propagaturus esset? Sed eadem quæ tunc sibi a Domino dicta sunt; & in eadem epistola scripta, repetere in animo est: ea sunt hujusmodi (d): *In prima mea defensione nemo mihi adfuit, sed omnes me dereliquerunt: non illis imparetur, Dominus autem mihi adfuit, & confortavit me, ut per me prædicatio impleatur, & audiant omnes Gentes. Hæc ipse. Sicut enim cum a Judæis Hierosolymis ad mortem expeteretur, Dominus illi adfuit, ac dixit (e): *Constans esto: sicut enim testificatus es de me in Hierusalem, sic te oportet & Roma testificari. Ita & Romæ in eodem ferme periculo constituto, propagationem Evangelii ab eo faciendam in omnes Gentes prædixit. At sicut illud impletum esse certum est, ita istud præstandum esse, quis poterit dubitare? Rursus vero, quomodo eo sensu accipi possunt ea verba Pauli dicentis: *Jam delibor, & tempus resolutionis meæ instat: quasi nosset se proxime martyrium consecuturum, veluti si de ea re divinitus fuisset admonitus; si in ea epistola, quam postea (ut diximus) scripsit ad Philippenses, suum ad eos pollicetur adventum, cum ait (f): *Confido autem in Domino, quoniam & ipse veniam ad vos cito? Immo se certo scisse in vita diutius permaniturum, affirmat, cum post hæc sic scribit ad eos.****

XIV. Diluitur obiectio.

(d) 2. Tim. 4.

(e) Act. 23.

(f) Philipp. 2.

(a) Phil. i. 11.

ad eosdem Philippenses (a): Nunc magnificabitur Christus in corpore meo, sive per vitam, sive per mortem. Mibi enim vivere Christus est, & mori lucrum. Quod si vivere in carne, hic mihi fructus operis est, & quid eligam, ignoro. Coarctor autem e duobus, desiderium habens dissolvi, & esse cum Christo, multo magis melius: permanere autem in carne, necessarium propter vos. Et hoc confidens, scio quia manebo & permanebo omnibus vobis, ad profectum vestrum & gaudium fidei: ut gratulatio vestra abundet in Christo. Jesu in me, per meum adventum iterum ad vos. Hæc ipse. Idemque olim ad Romanos cum scriberet, se Roma in Hispanias profecturum prædixerat, inquit (b): Per vos proficiscar in Hispaniam.

(b) Rom. 15.

XV.

Elucidatur Pauli verba.

Quamobrem non in alium sensum atque sententiam ea Pauli verba de instanti suo obitu intelligi posse videntur; nisi quod fortasse fuerat sibi divinitus revelatum, se sub Nerone capite plestendum esse. Satis enim tempus illud instans videri poterat, quod sub eodem Principe fore nosset implendum. At quomodo non videri poterat breve ac pene momentaneum novem, quod reliquum erat vitæ suæ annorum spatium, si eadem plane mensura Salvatoris ad judicandum adventum post modicum tempus affore prædixit, ad Hebræos (c) sic scribens: Adhuc modicum aliquantulumque qui venturus est, veniet, & non tardabit? Sic igitur ante dictas omnes Romæ datas scriptam esse secundam Pauli epistolam ad Timotheum satis perspectum videtur. Verum eidem tabellario, nempe Tychico, dedit etiam tunc Paulus epistolam ad Ephesios: nam licet in ea ad Timotheum dicat (d): Tychicum misi Ephesum; tamen præteritum tempus pro præsentis usurpasset videtur, sicut cum ad Ephesios de eodem scribens ait (e): Ut autem & vos sciatis quæ circa me sunt quid agam: omnia vobis nota, faciet Tychicus carissimus frater, & fidelis minister in Domino: quem misi ad vos in hoc ipsum, ut cognoscatis quæ circa nos sunt, & consoletur corda vestra. Hæc cum ita sint; nos tamen primum egimus de ipsa ad Timotheum scripta epistola, eo quod multa in ea de rebus suis Romæ gestis ipse significet, ex quibus intereretur historia; quarum nulla est mentio in epistola ad Ephesios, eo quod ea Paulus Tychico coram significanda, minime litteris tradidisset: agemus autem paulo post de eadem epistola ad Ephesios.

(c) Hebr. 10.

(d) 2. Tim. 4.

(e) Ephes. 6.

XVI.

Interim, ex quo semel de ea ad Timotheum epistola suscepta est narratio, cetera quæ in ea sunt, & ad veritatem historicam insinuandam spectare videntur, in medium afferamus. Cum Paulus, post illa scripta de Tychico, agit de penula

Troade deposita apud Carpum: licet de penula fati superius actum sit: tamen, quod ad Carpum spectat, Pauli Troade (ut videtur) hospitem: de alio quoque Carpo eadem charitatis officia erga Fideles præstante, suscipiendo hospitio qui apud se diverterent Christianos, apud Dionysium habetur mentio; possetque eodem officio ab utroque exhiberi solito, unum atque eundem esse, existimari, nisi alter Troade, alter vero in Creta id ipsum officium exhibuisse reperiretur. Verum quid de Cretensi illo Carpo memoria dignum Dionysius (f) scribat ad Demophilum, hic interim describere, non absurdum existimamus: Cum aliquando, inquit, in Cretam venissem, sanctus Carpus me suscepit hospitio, vir ob eximiam animi munditiam ad Dei speculationem ultra ferme omnes aptissimus. Denique nunquam sancta mysteria celebrare cepisset, nisi prius inter eas preces que antea consummantur, sacra illa ac propitia visio apparuisset. Hunc igitur (ut ipse referebat) infidelis quispiam contristaverat aliquando: erat autem causa tristitia, quod ille quemdam ab Ecclesia fide ad impietatis errorem adduxerat. Cumque ejus celebrata, quam vulgus Hilaria vocat, agerentur dies: qui debuerat pro utrisque benignissime orare, atque Dei Salvatoris auxilio alterum ab errore convertere, alterum bonitate superare, nec desistere, quin eos admoneret per omnem viam, donec poenitentia tempus superesset, & ita eos ad Dei cognitionem attrahere; ut jam tandem quæ illis erant ambigua & obscura, pateficerent, & ab iis que præter rationem audacter ad miserant, respicere legitima severitate cogerentur: nescio quo pacto (cum intra semetipsum id antea passus non esset) tunc vehementem indignationem imbiberat animo. Sic itaque affectus, obdormivit; erat enim vespere. Circa vero mediam noctem, quo tempore consueverat ipse semper apud se ad divinos evigilare hymnos, expergitur quidem & surgit, cum somnos parum quietos & crebro interruptos, nec absque perturbatione cepisset. Stans tamen ad divinam precem & colloquationem non satis intente, irreligiose tristabatur, & ferebat graviter: iniquum esse dicens, si impii homines, & qui vias Domini perverterent rectas, adhuc viverent: & hæc dicens, precabatur Deum, ut amborum vitam turbine aliquo & fulmine prorsus extingueret.

(f) Dionysius ad Demoph. epistola 8. De Carpo Cretensi Historiæ.

XVII. Visio ad arguendam nimiam severitatem demonstrata.

His dictis, repente se vidisse referebat, domum in qua consistebat, primum vehementer agitari, ac demum a summo culmine per medium dividi, & quemdam ante se ingentis luminis rogam, eumque (videbatur enim jam sub dio esse locus) a cælo ad se usque deferri. Cælum vero istud patere conspiciebat, ejusque cardini Jesum

sum insidere, innumeris illi humana specie adstantibus Angelis. Et ista quidem vidisse cum superne aspiceret, & se esse admiratum memorabat. Ubi vero ad inferiora deflexit obtutus Carpus, ipsum quoque solum instar vasti ac tenebrosum cunctis profundis discissum se vidisse ait, atque viros illos, quibus mala imprecatus fuerat, ante se ad os illius profunda voraginis stare trementes ac miserabiles, & qui ipsa pedum suorum labilitate jam mergendi viderentur. Porro ab inferiori parte voraginis serpentes cernebat emergere; qui circa illorum pedes ita instabiles ac nutantes, interdum quidem in globum colligi & gravari atque pertrahere, interdum vero dentibus, & caudis, ore, gutture, linguis, ac toto corporis motu vim immensæ pavoris viderentur incutere, ut qui modis omnibus deorsum illos precipitare molirentur. Fuisse autem & viros quosdam in medio, qui contra eos una cum serpentibus impetum facerent, exagitantem una & impellentem atque ferientes. Videbantur autem illi lapsi proximi partim vi, partim etiam inviti, partim etiam sponte, cum a malo sensim cogerentur simul & inducerentur. Referebat autem (Carpus dum inferiora aspiceret, fuisse delectatum, atque superiora neglexisse, graviter autem & indigne ferentem, quod illi nondum cecidissent: & cum sæpius eo desiderii ferretur impetu, eosque ipse niteretur impellere, semperque frustra moliretur, molestissime tulisse, & contra eos imprecatum esse. Cum ecce vix tandem revocatis ad superna luminibus vidit cælum sicut prius aspexerat, Jesumque miseratum quod fiebat, de cælesti illa sede confurgentem ad eos usque descendere, & porrigere clementissimam manum Angelisque una opem ferentes aliunde alium tenuisse viros; ac dixisse Jesum Carpo stanti porrecta adhuc manu: Jam percute adversum me. Paratus enim sum etiam iterum pro salvandis hominibus pati: gratum mihi istud est, dum non alii homines peccent. Tu autem inspicere an tibi utile sit, hanc istius profundis & cum serpentibus mansionem, Dei ac bonorum clementiumque Angelorum præferre consortio. Hæc sunt quæ ego audita, vera esse credo. Hucusque Dionysius. Quod vero hoc contigisse festis Hilariis dicat; celebrari ea solita erant octavo Kalend. Aprilis, ut ex Gentilium Romanorum Calendario patet. Meminit ejusdem celebritatis Vopiscus in Aureliano, & Lampridius in Alexandro, qui Matris deum fuisse solemniter tradit, non autem Panis, ut alii putarunt. Ipsa etiam die, qua hæc divinitus accidisse Dionysius tradit, passum esse Salvatorem nostrum, opinio multorum fuit.

XVIII.

Sed ad Paulum redeamus; qui in eadem Ann. Eccl. Tom. I.

epistola ad Timotheum salutationem Fidei lium subjiciens ait (a): Salutat te Eubulus, & Pudens, & Linus, & Claudia, & fratres omnes. Quod ad Pudentem, pertinet; hic ille vir est clarissimus Senatorii ordinis civis Romanus, pater Novati, atque Timothei, Praxedis & Pudentiæ virginum: hujus domus ad radicem Viminalis posita prope Exquilinum patuit omnibus Christianis, ubi & sacræ agebantur synaxes; conversaque deinde penitus in ecclesiam, eadem Pastoris Titulus dicta est, de qua alibi pleribus. Linus vero, cujus hic item habetur mentio, ille ipse videtur, cui (ut superius dictum est) Petrus ab Urbe recedens, Fidelium qui in Urbe essent, commisit curam; quem antea Paulo ministrasse, Ignatius (b) scribens ad Trallianos testari videtur, sic dicens, cum agit de diaconis: Quid vero diaconi, quam imitatores angelicarum virtutum? qui purum & inculpatum ministerium illi exhibent, ut S. Stephanus B. Jacobo, Timotheus & Linus Paulus, Anacletus & Clemens Petro. Sed hæc olim. Ceterum sicut Timotheus ex diacono est factus Episcopus, ita & Lino pastoralis cura est a Petro Romæ commissa: cui etiam post mortem in sede successit, ut suo loco dicemus.

(a) 2a Tim. 4. De Pudente & ejus filiis.

(b) Ignatius epistolæ 5.

XIX. De Epistola ad Ephesios scripta. (c) Abbanas in Synopsi. Theodoret. in præfat. in epist. Pauli. & alii. (d) Chrysost. in præfat. in epist. Pauli.

Ut igitur de ceteris ab Apostolo Romæ scriptis epistolis agamus: jam diximus, una cum illa ad Timotheum eam ad Ephesios esse conscriptam. Quod vero aliqui illam primo a Paulo scriptam esse contendunt (c) quæ ad Galatas missa est: libentius in his Chrysostomo (d) assentimur, qui eam ante epistolam ad Romanos esse conscriptam existimavit: nullus enim sicut in ceteris, character in ea reperitur, quo demonstrari possit eam Romæ esse conscriptam, cum in reliquis nulla sit Pauli epistola Romæ scripta, in qua de vinculis suis non habuerit mentionem: at in ea ad Galatas data, de his nihil profus: quæ si Romæ prima omnium (ut ajunt) scripta esset, certe eorum meminisset, necessaria data videretur occasio. Uno itaque eidemque tabellario, quem dicit se Ephesum misisse, quippe Tychico, Paulus tum eam ad Ephesios, tum etiam ad Timotheum secundam dedit epistolam: haud enim existimandum, easdem tunc scriptas singulas litteras dedisse singulis tabellariis. Dans igitur Tychico litteras ad Ephesios, multa etiam sine scripto de rebus suis ore communicanda tradidit (e): meminit frequenter in ea suorum vinculo- rum, ut cum ait (f): Ego Paulus vinculus Jesu Christi; ac iterum: Obsecro itaque vos ego vinculus in Domino; ac rursum; Legatione fungor in catena.

XX.

Hujus autem tanto citius scribendæ epistolæ occasio inde manans evidetur, quod Ecclesia Asiatica penitus pessumdata videre-

B b b b

CHRISTII
59.

PETRI
15.

NERONIS IMP.
3.

tur. Nam in secunda, quam tunc ad Timotheum scripsit, epistola, de his sic queritur, dicens (a): *Scis hoc, quod aperi sunt a me omnes qui in Asia sunt, ex quibus est Phigellus & Hermogenes. Quinam autem fuerint Hermogenes & Phigellus, sive Philetus (utraque enim lectio reperitur) nihil certi reperire potuimus, nisi quæ in apocryphis Apostolorum Passionibus leguntur in Jacobo Joannis fratre: hos nimirum fuisse maleficos, verum Jacobi opera ad fidem Christianam esse conversos. Sed sicut Simon magus, & ipse aliquando Christianus, sed a Christiana religione deficiens, adversus Dei Ecclesiam omnia tela convertit; ita & hos ipsos ex Fidelibus infideles, & Christianis apostatas factos, maximas in Ecclesiam turbas concitare, & Paulo in omnibus averfari studuisse credendum est. Apud Metaphrastem in sermone de Petro & Paulo legimus Phigellum a Petro factum (quod non credimus) Episcopum Ecclesie Ephesinæ, eumque Judæos credentes a fide averfisse. Hæc nempe illa, ipsa videntur esse tempora, quæ Paulus novissime Ephesios ad se Miletum vocatos allocutus prædixerat, inquit (b): *Ego scio quoniam intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in vos, non parcetes gregi. Et ex vobismetipsis exurgent viri loquentes perversa, ut abducant discipulos post se. Propter quod vigilate. Jam vero antea, qui ex Asia erant Judæi primi fuerunt qui Hierosolymis adversus Paulum populum concitarunt, & in ipsum manus (ut vidimus c) injecerunt.**

Quod igitur dixerat, eos qui in Asia essent, a se aversos; haud dubium est, de Judæis intellexisse. Quamobrem ad eos, qui in fide constantes erant ex Gentibus Christiani jam facti, eam dedit epistolam; ad hos enim scripsisse, ejus verba declarant, quibus ait (d): *Hujus rei gratia ego Paulus vincus Jesu Christi pro vobis Gentibus: & iterum (e): Propter quod memores estote, quod aliquando vos eratis Gentes in carne, qui dicebamini Præputium, ab ea qua dicitur Circumciso. Scribit igitur ad hos Paulus, ut eos contineat in officio; quod & fideliter præstiterunt. Ignatius enim Ecclesiam Ephesinam mirifice prædicat, commendatque ipsorum zelum, quo adeo averfati essent hæreticos, ut nec illos audire, nec illac transitum habere permiserint; sic enim ait (f): *Novi nonnullos per vos transeuntes habere perverfam doctrinam peregrini & maligni spiritus: quibus negastis transitum ad spargendam zizaniam, obruratis auribus, ne reciperetis errorem quem docent. Et unde hoc Ephesii? nempe, quod superius dixerat: Vos itaque estis ejusmodi, a talibus instructoribus eruditi, a Paulo Christi ple-**

(a) 2. Tim. 3.

(b) Act. 20.

(c) Act. 17.

XXI.

(d) Ephes. 3.

(e) Ephes. 2.

Ad Ephesios ex Gentilibus Christianos data epistola.

(f) Ignat. epist. 14.

no, & fidiſſimo Timotheo; & rurſum: *Honestiſſimum supra modum laudat ille vestrum decentem compositumque ordinem, quodque omnes secundum veritatem vivitis, & quod nullus sit inter vos hæresi locus, sed nec auditur nomen ullius quam solius Jesu Christi, veri pastoris & magistri: & estis (ut Paulus vobis scripsit) unum corpus, & unus spiritus; propterea quod vocati estis in una spe vocations vestrae.* Hæc Ignatius.

Cum eam ad Ephesios Paulus dedisset epistolam Tychico discipulo; & ad Timotheum (ut dictum est) secundam scribens, inter alia eum admonuisset (g), ut suum Romanum versus ante hiemem acceleraret adventum, secumque Marcum assumeret; hæc omnia ab ipso esse præstita, certum est; siquidem (ut superius est enarratum) de adventu Timothei Romanam reliquæ a Paulo Romæ scriptæ epistolæ quibus sicut Pauli, ita & Timothei inscriptus legitur titulus, facile monstrant. Marcum insuper secum duxisse, exploratum habetur; nam eisdem secum Romæ agentis idem meminit Paulus scribens ad Colossenses (h), necnon etiam ad Philemonem, Tychicum etiam, quem ad Ephesios miserat, Romanam iterum rediisse, ac postea eundem in Asiam denno ad Colossenses missum, eadem ad ipsos scripta epistola significare videtur. Verum cum hieme adventante, navigandi iterum hoc anno in Asiam minus data videatur facultas: anno sequenti potius, qui numeratur secundus carceris Pauli, dictæ litteræ scriptæ fuisse, creduntur, eademque opportuno tempore navigationis Tychico in Asiam esse datæ: de his itaque agemus anno sequenti.

Quod autem pertinet ad res Romanas: eas referimus tantum, quæ ab instituto minime abhorrent, Auctor est Tacitus, hoc anno iisdemque Cons. Nerone secundum & Calpurnio Pisone laudabilem illam legem a Nerone sancitam, nimirum: Ne quis Magistratus, aut Procurator, qui provinciam obtineret, gladiatorum, vel ferarum spectacula ederet: ne ea de causa (quod factitari sciebat) a provincialibus immensam Præsides vim pecuniarum corraderent. Idem scribit de Pomponia Græcina nobilissima femina, ream esse constitutam externæ religionis acceptæ: quamobrem non levis est suspicio, eam, ut complures alias, Christianam fidem esse sectatam. Rem vero gestam in hæc verba Tacitus scribit: *Pomponia Græcina insignis femina, Plancio, qui ovans se de Britannis retulit, nuptiæ externæ religionis rea, mariti judicio permisa. Isque præsto instituto propinquis coram de capite fama que conjugis cognovit, & insontem nuntiavit. Longa huic Pomponiæ ætas & continua irascitiam fuit:*

XXII.

Recapitulatio discipulorum.

(h) Coloss. 4.

XXIII.

De Pomponia Græcina.

CHRISTII
59.

PETRI
15.

NERONIS IMP.
3.

nam post Juliam Drusi filiam dolo Messalinæ interfectam, per quadraginta annos non cultu nisi lugubri, non animo nisi mesto egit. Agit insuper hoc anno Tacitus de judicio Romæ acto in Celerem Asiæ Proconsulem, qui occiso Silano, illi successerat primo anno Neronis Imperii, quo

tempore Paulus (ut vidimus) in ea provincia Ephesi gravissima passus est. Hunc igitur (inquit Tacitus) accusante Asia, quia absolvere nequibat Cæsar, traxit senectam, donec mortem obiret: ob mortem enim Silani devinctus illi Nero videbatur.

JESU CHRISTI
ANNUS
60.

PETRI
ANNUS
16.

NERONIS IMP.
ANNUS
4.

Anno Christi sexagesimo, Nerone Imp. tertium & Valerio Messala (a) Cons. Paulus Apostolus secundum agens annum in vinculis, plures ad diversos scripsit epistolas; quibus omnibus suum, ita & Timothei, quem litteris accersitum, ante hiemem anno præterito diximus venisse Romam, nomen inscripsit. Censetur earum illa prima quæ data legitur ad Philippenses; ea nimirum occasione conscripta, quod illi Pauli studiosissimi, mox eum audissent illum Romæ vinculis detineri, Epaphroditum ipsorum Apostolum (sicenim eum Paulus (b) appellat) Romanam miserant, qui non tantum illum inviseret, sed & munera accepta perferret (c). Huic quidem Romæ agenti, morboque ad mortem usque laboranti, cum tandem convalesceret, has ad Philippenses dedit litteras: id enim Paulus iisdem significat, quibus etiam suum ad eos pollicetur adventum, sic dicens (d): *Confido autem in Domino, quoniam & ipse veniam ad vos cito. Necessarium autem existimavi, Epaphroditum fratrem & cooperatorem & commilitonem meum, vestrum autem Apostolum, & ministrum necessitatis mee, mittere ad vos: quoniam quidem omnes vos desiderabat, & maestus erat, propterea quod audieratis illum infirmatum. Nam & infirmatus est usque ad mortem: sed Deus misertus est ejus, non solum autem ejus, verum etiam & mei, ne tristitiam super tristitiam haberem. Festinavius ergo misi illum; ut viso eo, iterum gaudeatis, & ego sine tristitia sim. Excipite itaque illum cum omni gaudio in Domino, & ejusmodi cum honore habetote: quoniam propter opus Christi usque ad mortem accessit, tradens animam suam, ut impleteret id quod vobis dederat erga meum obsequium.*

Existimavit Theodoretus (e) hunc ipsum Epaphroditum fuisse Episcopum, ea potissimum ratione, quod Paulus appelleret eum Apostolum: eo enim nomine tunc consuetum appellari eos quos dicimus Episcopos, multis ostendit; & Episcopos tunc eos dictos esse, quos nunc vocamus presbyteros, manifeste demonstrat ex initio ejusdem epistolæ, dum ait: *Paulus & Anna Eccl. Tom. I.*

Timotheus servi Jesu Christi, omnibus sanctis in Christo Jesu, qui sunt Philippis, cum Episcopis & Diaconis: sed de his superius pluribus actum est. Cum igitur Theodoretus ac ceteri etiam consentiant fuisse Epaphroditum Episcopum Philippensium; unde Dorotheus acceperit ipsam præpositum Ecclesie Hadriæ, seu Hadriæ in Syria, non invenimus. Quamobrem sicut diversum illum putamus Epaphroditum ab eo de quo hic agitur; ita ex sententia Metaphrastis, fuisse tres Epaphroditos, dicendum esset; nimirum Philippensem hunc vocatum Apostolum; alium quem diximus Episcopum Hadriæ; ac denique tertium (ut idem ait) a Petro Apostolo Ecclesie Tarracineni præfectum Episcopum, cujus in Romano Martyrologio habetur mentio: nisi dicere velimus unum eundemque in diversa loca translatum fuisse, quod non putamus.

Sed ad Paulum redeamus, qui multis Philippensium erga se studium commendat, suumque erga illos officium propensius multis etiam argumentis significat; atque eo potissimum, quod ad ipsos iterum suum pollicetur adventum. An autem vinculis liber in Orientem iterum statimque remearit, suo loco dicemus. Inter alias autem eadem epistola impartitas eis admonitiones, in primis illud inculcat, ut omnes idem sapiant, eandemque inter se mutuam charitatem exerceant, utque unanimes idipsam (f) sentiant omnes. Istud ipsum ad eosdem Philippenses scribens postea Ignatius (g), eadem rememorans, ait: *Idem dicatis omnes unanimes in eadem fidei regula gradientes, ut Paulus vos admonebat, &c.* Polycarpus etiam ad eosdem scribens Philippenses, eisdem in mentem revocat eandem epistolam scriptam a Paulo, aitque: *Propterea quia neque ego, neque aliquis similis mei poterit sequi sapientiam beati & gloriosi Pauli, qui fuit apud nos, & visus est secundum factionem illis, qui tunc erant, hominibus: qui docuit certissime atque firmissime verbum veritatis, & qui absens scripsit vobis epistolam, ad quas deflectimini ut possitis edificari in fide.*

III.

Admonitio de pace custodienda.

(f) Philip. 2. (g) Ignat. ep. 8.

Bbbb 2

CHRISTI 60.

PETRI 16.

NERONIS IMP. 4.

quæ data est vobis, quæ est mater omnium nostrum; & post multa: Ego autem nihil tale sensi in vobis vel audivi, in quibus laboravit B. Paulus, qui estis in principio epistolæ ejus: de vobis enim gloriatur in omnibus Ecclesiis, quæ Deum solæ tunc cognoverant. Hæc Polycarpus.

IV. (a) Pbilip. 3. Hæretici inimici Crucis Christi qui fuerint.

Quod vero eadem epistola idem Apostolus de hæreticis cavendis inculcet, sic dicens (a): Videte canes, videte malos operarios, videte concisionem; quos & inferius his coloribus pingens, ait: Multi enim ambulant, quos sæpe dicebam vobis (nunc autem & flens dico) inimicos crucis Christi, quorum finis interitus, quorum Deus ventus est, & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt. Haud dubium illos signat hæreticos, qui Christum vere crucifixum esse negabant; ad dentes, imaginem solum ejus ea vitam esse pati, Christum vero se subtraxisse: cujus hæresis (ut vidimus) primus auctor fuit Simon Magus; quæ in ejus discipulos est infeliciter propagata, ut Irenæus (b), Epiphanius (c), & alii tradiderunt. Eadem & Cerinthus docebat, qui dividens Jesum a Christo, Jesum passum ac surrexisse dicebat, Christum autem nequaquam, sed impassibilem perseverasse, ipsumque tempore passionis a Jesu recessisse. Scribunt hæc de Cerintho idem qui supra Irenæus (d), Epiphanius (e), Theodoretus (f), & alii, qui de antiquis hæresibus commentarios edidit. Addebat Basilides Simonis discipulus hanc ad commentum fabulam, Jesum qui portabat crucem, transformasse suam speciem in Simonem Cyrenæum, eumque esse crucifixum, Jesum autem sic eo modo a passione esse subtractum. Sed hæc pluribus Epiphanius (g). Hos igitur a Paulo suggillatos esse, cum eos nominat inimicos

(b) Iren. lib. 1. c. 20. circa finem.

(c) Epiphanius hæres. 21.

(d) Iren. lib. 1. cap. 23.

(e) Epiph. hæres. 28.

(f) Theod. hæret. fabul. lib. 1. c. 4.

(g) Epiphanius hæres. 24.

SÆC. I. Olymp. 200. an. 2. Anno Urbis 811. An. C. 58.

ANNO PERIODI GRÆGO - ROMANÆ 5511.

© H. A. D. 2. P. 25. Mart. Indict. 1.

JESU CHRISTI 58. secundum Baronium 60.

SANCTI PETRI 5.

NERONIS IMP. 5.

I. Consul. II. Quinquennialia Neronis.

[I] AD num. I. Coss. Nero August. III. & Valerius Messalla. Sumtus hic a Nerone Consulatus juxta secundam Consulatum Cæsareorum regulam; Augustei enim Imperii Quinquennialia Nero dedit,

[I] Coss. Nero Aug. III. & Valerius Messalla. Sponius in Miscellaneis pag. 167. & Reinesius 332. NERO. CLAUDIUS. &c. TR. POT. III. IMP. ITERUM COS. III. Eadem in Donianis Inscriptionibus pag. 93. num. 93. Tacitus Annal. lib. XIII. Cap. XXXIV. NERONE TERTIUM Consule, simul inii consul tum Valerius Messalla, cujus proavum Oratorem Corvinum, Divo Augusto, abavo Nerone, collegam in eo magistratu fuisse, pauci jam senum meminerant. Hunc consulatum Nero per quatuor mensis gessit, Suetonio teste, in vita cap. XIV. Facti Idatiani: Nerone III. & Messala Corvino. His Coss. Petrus & Paulus passi sunt die III. Kal. Julias. Prosperi Chronicon, & Facti Vindebonenses: Nerone III. & Messala. Almeloventius licet hærens, suffecum consulem in Neronis locum exhibit C. Suetonium Paulinum: quæ opinio non probatur ab eruditis.

crucis Christi, nullus jure poterit dubitare: cum præsertim Ignatius (b) ad eodem Philippenses epistolam scribens, pluribus admonet, ut hos ipsos caveant, qui Christi crucem negarent, dicens: Princeps enim hujus mundi gaudet, cum quis crucem negarit: cognoscit enim crucis confessionem suam ipsius esse exitum. Id enim trophæum est contra ipsius potentiam; quod ubi viderit, horret, & audiens timet, &c.

(b) Ignat. epist. 8.

Plura deinde in eandem sententiam subdens, hæc quoque ait: Ideo & in quibusdam id efficit, ut crucem negent, ut passionis illos pudeat, & mortem opinionem tantum illum gustasse asseverent: partum Virginis circumcidant, & mutilent; videlicet dividentes Jesum a Christo, sanctissimam Dei genitricem Mariam matrem dicerent Jesu fuisse, non autem Christi. Hoc est igitur, quod tam instanter Paulus Philippenses admonuit, illis verbis ad extremum positus: Videte concisionem; hoc est, eos qui sic concidunt ac dividunt Jesum a Christo, quos inferius nominat inimicos crucis Christi, quod a Christo crucem auferrent. Id est etiam quod in eadem epistola superius dixerat, tam clarum & patens de Christi cruce proferens testimonium in hæc verba (i): Exinanivit semetipsum formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo. Humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Hinc etiam videas; quoniam non tantum Philippis in Macedonia, sed & in Asia, itemque in Græcia, & ubique fere gentium Christiani orbis eadem hæresis ab iisdem scelestissimis nebulonibus vulgabatur; eundem Paulum in omnibus suis epistolis ad diversas Ecclesias scriptis, de cruce Christi sæpe sæpius repetere ac ingerere testimonium, contestarique (k)

V. De Hæreticis concidentibus Jesum a Christo.

(i) Pbilip. lib. 2.

(k) 1. Cor. 12.

quorum occasione dicavit macellum, in quo omnia ad vitam necessaria vendebantur, cujus figuram repræsentat Erizzus pag. 117. Extat Nummus Neronis, in quo legitur: NERO CLAUDIUS CÆSAR AUG. GER. P. M. TR. P. IMP. P. P. In postica visitur ædificium pulcherrimum cum his verbis: MAC. AUG. S. C. Mediobarbus qui illum exhibet, putat anno Christi LX. percussum. Sed ex Dione lib. 61. liquet, currenti anno cum. De Nerone enim ait: Forum obsoniorum, quod Macellum dicitur, dedicavit. Post hæc celebravit festa alterius generis, qua dicuntur Juvenalia. Quare cum Juvenalia anno sequenti instituta fuerint, in Quinquennialibus, ut in more positum erat, ea dedicatio peracta.

CHRISTI 60.

PETRI 16.

NERONIS IMP. 4.

(b) Ignat. epist. 5.

VI. Crucis erigi cœpit.

(b) Ignat. Philip. epist. 8.

(c) Basil. de Spiritu Sancto, cap. 1. & alii.

(d) Tertul. de coron. mil. c. 3. 4.

VII. (e) Cyril. Hieros. cath. 13.

se non nisi Christum, & hunc crucifixum prædicare; nec aliud se scire profiteri, nisi Christum, & hunc crucifixum; nec aliud conari, nisi ut crucis prædicatio effulgeret, & ne quavis occasione crucis Christi gloria minueretur, aut aliquando tolleretur: hinc etiam illa de morte Christi & passione & sanguine ab eodem crebrior facta mentio. Adversus eos etiam pugnans idem Ignatius (a) scribens ad Trallianos, postquam de dictis hæreticis & aliis crucem Christi negantibus est locutus, hæc addit: Si furculi non fuissent, patris diaboli scilicet, non fuissent hostes crucis Christi, sed eorum qui occiderunt Dominum gloriæ. Nunc vero cum crucem negent, & illos passionis pudeat, tegunt Judæorum stelus. Hæc Ignatius.

Illud tunc insuper factum est, ut contra dictos hæreticos ipso exordio nascentis Christi Ecclesiæ emergentes, & Christi crucis memoriam penitus abolere conantes, ipsa Catholica Ecclesia cum adversus eos vehementius obniteretur, non tantum Christi crucem verbis profiteretur, sed signis & factis. Indeque est ductum principium, ut instar crucis, in qua passus est Christus, ligno compactæ cruce erigerentur in titulum, quas Fideles venerarent, eademque diabolus exhorresceret, velut (quod dicit Ignatius b) trophæum erectum contra ipsius potentiam; quod ubi viderit, horret, & audiens timet. Sed quid est, quod ait: Ubi viderit, horret; nisi quod tunc crucis vexilla erigi solita esse significat? Moris fuisse, cum locus quispiam divino cultui manciparetur, illic figure crucem in titulum, attigimus superius, pluribusque inferius dicturi sumus, cum agemus de Titulo. Inde etiam Apostolica in Ecclesiam traditio fluxit (c), ut Fideles tam in sacris, quam in ceteris rebus quibus benedicerent, manu ducta, crucis signum exprimerent, quo remedio saluberrimo ad pellendos dæmones potissimum, uterentur, atque in omnibus rebus illud adhiberent. Unde Tertullianus (d) non ut de re quapiam recens adinventæ, sed cujus antiquitatis nullum inveniat exordium, atque adeo una cum Ecclesia coallescere cœperit, hæc ait: Ad omnem progressum atque promotum, ad omnem aditum & exitum, ad vestitum & calceatum, ad lavacra, ad mensus, ad lumina, & cubilia, ad sedilia, quacumque nos conversatio exercet, frontem crucis signaculo terimus. Harum & aliarum hujusmodi disciplinarum si legem exposules Scripturarum, nullam invenies: traditio tibi prærendetur auctrix, consuetudo confirmatrix, & fides observatrix. Hæc ille.

Sed & Cyrillus Hierosolymorum Episcopus (e): Non pudeat igitur nos, inquit, crucifixum confiteri: sed in fronte confiden-

ter signaculum crucis digitis imprimatur, Frequens & in aliis omnibus cruce fiat: in panibus comedendis, & in poculis bibendis, & in egressu, & ingressu, ante somnum, recumbendo, & surgendo, eundo, & quiescendo. Magna hæc est custodia, quæ propter pauperes gratis datur, sine labore propter infirmos; cum a Deo sit hæc gratia, & signum Fidelium, & timor dæmonum: triumphavit enim de illis hoc signo: Ostenta illud audacter: quando viderint crucem, recordantur crucifixi: metuunt enim eum qui contrivit capita draconis. Hucusque Cyrillus, idque ex antiqua institutione Fidelium. Habes apud Theodoretum (f) præclarum de his militum Christianorum exemplum, qui cum ad omnem potum signarent poculum cruce, eo signo, quod Christiani essent, detecti sunt. Admonet istud ipsum Hieronymus (g) scribens ad Eustochium, sic dicens: Ad omnem actum & ad omnem inceßum manus pingat crucem. Sed nec illud prætermittendum antiquæ Fidelium consuetudinis; cum Symbolum fidei recitarent Fideles, in verbis illis postremis, Carnis resurrectionem; consuevisse frontem crucis signaculo communire: testatur id Rufinus in expositione Symboli, & ejus rei mysterium docet. Porro signare frontem crucis signo, tam frequens & usitatum apud Fideles omnes semper fuit in Ecclesia Dei, atque jugiter perseverare necesse est, ut S. Hippolytus martyr in libello quem scripsit de consummatione sæculi, illud firmiter asseveret, Antichristum inter alia sui adventus ostenta & signa, prohibitorium, ne quis Fidelis sanctam crucem pingat in fronte. Ex his intelligere, lector potes, ipsum jam appropinquare, qui nunc operatur in filios diffidentia. Rursum vero non tantum se, sed & sua cuncta signo crucis notare Fideles consueverunt: nam & in singulis quoque cubiculis & aliis habitaculis singulas esse cruce pingendas, S. Nilus (h) ad Olympiodorum Proconsulem scribens, admonuit. At prætermittimus de his innumeris hic acervare sanctorum Patrum auctoritates, & recitata ab iisdem exempla, que sese nobis suis locis enarranda opportunius offerent.

usuf. S. Crucis.

(f) Theod. hist. lib. 3. cap. 10.

(g) Hieron. epist. 22.

(h) Apud Nican. 2. Concil. Act. 4.

Res adeo perspicua atque omnibus manifesta longiori non indiget ambitu rationis: nam & ipsi Christianorum hostes, quantum adversus dæmones virtus crucis potestate prævaleat, sæpius, licet inviti, testati sunt; quod de Juliano Apostata scribit Theodoretus (i). An non Lucianus (k), Epicureus licet, & cujusvis numinis ritus illusor, tradit, Eucratem dignum plane virum cui fides adhiberetur, cum anululum accepisset ex ferro (ut ait) ex quapiam cruce facto, adversus pravos dæmones redditum esse securum? Accidisse putamus, ut sicut (quod Lucas (l) tradit) Judæi

VIII. Virtutum crucis hostes etiam professi. (i) Theod. hist. lib. 3. cap. 3. (k) Lucian. in Philo. p. 14. (l) Act. 19. exor.

exorcistæ, licet in Jesum Christum non crederent, tamen quod scirent a Paulo & aliis Christianis in nomine Jesu pelli dæmones, & ipsi eodem nomine ad dimovendos eos ab obsessis hominibus utebantur; ita & magi, quod a Christianis feliciter factitare conspicerent, nimirum, crucis virtute eos dæmonibus imperasse; & ipsi ad coercendos, cum opus esset, impetus dæmonum, signo crucis usi fuerint; nam & eodem Luca (a) auctore, vidimus Simonem magum æmulatum esse in Petro gratiam impartendi Spiritum sanctum: quam si habere ipsi licuisset, magno utique pretio redemisset. Inde fortasse de iisdem magis, quod scribit Plinius (b), contigit, ut fragmento clavi a cruce sublato, vel sparto a cruce accepto uterentur ad morbos pellendos. Sed de his factis: ac finis esto eorum quæ spectant ad Pauli scriptam epistolam ad Philippenses, quatenus ad rerum gestarum historiam & traditiones spectare videbantur.

(a) Act. 8.

(b) Plin. lib. 23. cap. 4.

IX. De epistola a Paulo ad Colossenses data.

(c) 2. Tim. 4. Ephes. 6.

(d) Tit. 2.

X. Tabellarii usus.

(e) Ignat. epist. 11. (f) Cyprian. epist. 16. & 24.

Eodem quoque anno, iisdem Cofs. scripsisse Paulus ad Colossenses epistolam, ex iis quæ superius dicta sunt, facile demonstratur. Inscriptio enim illius, eadem cum illa quæ ad Philippenses est scripta, nempe Paulus & Timotheus, satis significat, post Timothei Romam adventum esse datam. Ceterum quod adhuc a se in vinculis agente sit scripta, ipse in fine declarat, dum ait: *Memores estote vinculorum meorum.* Cum ergo nonnisi biennio dicatur Paulus detentus fuisse in vinculis: hoc ipso anno, qui secundus ejus carceris numeratur, datam eam epistolam esse oportuit, non autem prius. Nam Timotheus, qui inscribitur in ea, nonnisi prope finem anni superioris Romam venisse potuit, nec Tychicus rediisse, quem miserat Ephesum. Dedit igitur ipsam epistolam Paulus Tychico, quem anno quoque superiori Ephesum mittens (ut vidimus) eidem ad Ephesios epistolam (c) dederat. Quamobrem Tychicum perfunctum esse apud Paulum munere tabellarii, ex jam dictis satis conjici posse videtur: eodem enim nuntio Titum (d) quoque olim Paulus accessisse visus est: eidemque Tychico dedisse epistolam primam ad Timotheum, argumentum ejus epistolæ, quod in antiquis Græcis exemplaribus legitur eidem præfixum, satis aperte demonstrat.

Non enim cuique se offerenti olim Apostoli & eorum successores Episcopi, sed certis hominibus, iisdemque optimis moribus præditis, ac probe notis, dare litteras consueverant, ut apparet ex his quæ superius ex Ignatii litteris (e) ad Polycarpum scriptis, aliisque a Cypriano ad diversos datis (f), dicta sunt. Ceterum hi non tantum munere tabellariorum, sed & legatorum fungebantur officio: nam illis multa ore tenus communicanda credebantur, quæ coram illis, ad quos mitte-

rentur, explicaturi essent: ut de Tychico vidimus, cum Ephetum missus est, & cum in præsentiarum ab eodem Paulo ad Colossenses legatur; ait enim ad eos scribens (g): *Quæ circa me sunt, omnia vobis nota faciet Tychicus carissimus frater, & fidelis minister, & conservus in Domino: quem misi ad vos ad hoc ipsum, ut cognoscat quæ circa vos sunt, & consoletur corda vestra, cum Onesimo carissimo & fideli fratre, qui ex vobis est. Omnia quæ hic aguntur, nota facient vobis.* Eidem quoque videtur Paulus dedisse epistolam ad Philemonem, ut suo loco dicemus. Rursum etiam pereundem nuntium aliam mississe epistolam ad Laodiceses, ea in fine dictæ epistolæ ad Colossenses Paulus habet, nonnullis persuaserunt; sunt autem hæc ejus verba (h): *Cum lecta fuerit apud vos epistola, facite ut in Laodicesum Ecclesia legatur, & eam quæ Laodicesum est, vos legatis.*

(g) Coloss. 4.

(h) Ibidem.

XI.

Antiqua hæc est quæstio, an Paulus scripserit quoque ad Laodiceses. De qua acturi, in primis qui fuerint Colossenses, paucis agendum putamus; ut de qua Laodicea hæc quæ Paulus scribit, sint intelligenda, pariter cognoscamus. Colossas igitur, unde Colossenses, auctore Strabone (i), Plinio (k), & aliis, constat fuisse oppidum in Majori Phrygia, haud longe positum a Laodicea; ex quo certum redditur, Apostolum non esse locutum de Laodicea quæ dicitur Syria, nec etiam de ea quæ est in Media, sed de ea quæ est in Phrygia contra Hierapolim, juxta flumen Mæandrum, a quo Lycus amnis manat. Liqueat ex his, hallucinatos esse, qui dixerunt Colossenses dictos esse Rhodios, ob ingentem illum ab eis Solis colossium erectum, quod Suidas & alii plures recentiorum Græcorum & Latinorum dixerunt. Præfectus olim Colossensibus Epaphras, sollicitus pariter erat tam Laodicensis quam etiam Ecclesiæ Hierapolis illis proximæ: unde eadem ad Colossenses data epistola, de eodem Epaphra sic scribit Paulus (l): *Testimonium enim illi perhibeo, quod habet multum laborem pro vobis, & pro iis qui sunt Laodicea, & qui Hierapoli.* Hic enim Romæ agens, vinculis pariter tenebatur adstrictus: unde in eadem quam hoc item anno eidem Tychico ad Philemonem Paulus dedit, epistola: *Salutat te, inquit, Epaphras captivus meus in Christo Jesu; sicut & Aristarchus, quem hac ipsa ad Colossenses scripta epistola conceptivum appellat.* Confutavimus superius commentum illud, quod jure Hieronymus (m) nominat fabulam, de Epaphra & Paulo, quod pueri olim ambobus ducti sint Giscala Judææ oppido Tarsum. Post Epaphram, qui Colossenses instituit, Archippus, illis datus videtur Episcopus, de quo Paulus in fine ejus epistolæ hæc suddit: *Dicit Archippo: Vide ministerium quod accepisti in*

(i) Strabo li. 12. cap. 29.

(k) Plin. lib. 5. cap. 32.

De Colossensibus, ad quos scribit Paulus.

(l) Coloss. 4.

(m) Hieron. in epist. ad Philem.

Domino, ut illud impleas. Hæc de Episcopatu Epaphræ & Archippi licet apud Ambrosium (a) scripta habeantur, tamen nulla alibi de Archippo, quod fuerit Episcopus Colossensium, habetur mentio, sed tantum de Epaphra in antiquis Martyrologiis hoc expressum habetur. Primasius autem negat omnino Archippum fuisse Episcopum, sed diaconum fuisse tradit.

(a) Apud Ambros. in epist. ad Coloss. 2. in fin.

XII.

His visis; an re vera Paulus scripserit epistolam ad Laodiceses, quam mandat legi in Ecclesia Colossensium, quid ab antiquioribus scriptum sit, in medium afferamus. Hæretici (ut auctor est Tertullianus b) eidem quam nos ad Ephesios scriptam habemus, ad Laodiceses, titulum præfixerunt: Marcionem id etiam præstitisse, idem affirmat, cum ait: *Ecclesiæ quidem veritate epistolam istam ad Ephesios habemus missam, non ad Laodiceos; ad Laodiceos Marcion titulum aliquando interpolare gessit, & quasi in isto diligentissimus explorator.* Sicque cum aliquid ille citaret, quod ex epistola ad Ephesios esset acceptum, titulo epistolæ ad Laodiceses e-debat, ut Epiphanius (c) adversus ipsum agens edocet. Verum ne vel levis suspicio ejus mendacii pulset legentis animum, habetur Ignatii testimonio egregie restatum, epistolam ad Ephesios vere ad Ephesios esse conscriptam: citat enim eam ipse ad ipsos Ephesios scribens, sicque dicit (d): *Estis (sicut Paulus vobis scripsit) unum corpus & unus spiritus, qui vocati estis in una spe vocationis vestræ.* Alii vero dixerunt, scriptam fuisse a Paulo ad Laodiceses privatam epistolam, ab ea quæ ad Ephesios data est, plane diversam; quæ etiam circumferebatur inter Fideles, non tamen ut legeretur, sicut ceteræ, in Ecclesiis; nam inter canonicas non erat adnumerata; de qua agens S. Hieronymus (e) ait: *Legunt quidam & ad Laodiceses epistolam, sed ab omnibus exploditur.* Cur autem in Ecclesia non legeretur, hanc affert causam Philastrius (f): *Ajunt epistolam ad Laodiceses scriptam: & quia addiderunt in ea quedam non bene sentientes, inde non legitur in Ecclesia; & si legitur a quibusdam, non tamen in Ecclesia populo legitur.* Itaque ex Philastrii sententia, non sic apparet eam fuisse exploratam, quod non esset Pauli, sed quod additis ei nonnullis haberetur adulterata. Quamobrem quæ edita apud Xystum (g) habetur epistola ad Laodiceses, nequaquam illa quæ olim circumferebatur, fuisse videtur: quippe cum perbrevis sit, nec quid habeat adulterinum, additamentum etiam nullum accepit extrinsecus, sed potius eorum quæ perperam posita viderentur, vel haberentur ambigua, fuerit mutilatione contracta. Nec etiam placet, quod tradit Theophylactus, intellexisse Paulum de epistola prima ad Timotheum

(b) Tertull. contr. Marcion. lib. 5. cap. 11. & 17.

An Paulus scripserit ad Laodiceos; ad Laodiceos Marcion titulum aliquando interpolare gessit, & quasi in isto diligentissimus explorator.

(c) Epiph. hæresi. 42.

(d) Ignat. ad Ephes. epist. 14.

(e) Hier. de Script. Eccl. in Paulo.

(f) Philast. de hæresi. cap. 90.

(g) Xyst. Senens. Bibl. lib. 2. in Paulo.

scripta; quod (ut dictum est) eadem scripta fuerit Laodiceæ. Nam quæ subest ratio, ut epistolam ante plurimos annos scriptam legi voluerit in Ecclesia Colossensium? vel cur illam magis, quam reliquas ad diversas Ecclesias datas epistolas?

Chrysostomus (b) nullam putat a Paulo datam esse epistolam ad Laodiceses, ea scilicet ratione, quod Græca editio habeat; & ubi in Laodicesibus hoc est: *Et illam quæ ex Laodicea scripta est:* sicque intelligendum putavit, ut quæ a Laodicesibus missa fuisset ad Paulum, ab iisdem Colossensibus legeretur. Hanc ferme sententiam Theodoretus (i), hæc ait: *Quidam existimant Paulum etiam scripsisse ad Laodiceses epistolam: itaque scilicet eam epistolam proferunt. Divinus autem Apostolus non dixit, Eam quæ ad Laodiceses; sed, Eam quæ est ex Laodicea: illi enim de aliquibus verbis ad eos scripserant. Verisimile est autem, eos vel ea accusasse quæ fiebant Colossis, vel eodem morbo cum eis laborasse: & ideo dicit hanc quoque epistolam esse legendam.* Hæc Theodoretus. Sane nullam eidem tabellario ad Laodiceses fuisse a Paulo datam epistolam, satis constat; dum in ea quam tum scripsit ad Colossenses, salutari mandat eos qui Laodiceæ essent Fideles, sic dicens: *Salutate fratres, qui sunt Laodicea, & Nympham, & quæ in domo ejus est, Ecclesiam.* Si enim ad Laodiceses tunc scripsisset, ipse sua epistola ejusmodi functus esset officio, nec opus habuisset illud Colossensibus delegare. Si vero antea ad Laodiceses Paulus scripsisset; illis utique (ut modo fecit scribens ad Colossenses) ut suas litteras legendas traderent Colossensibus, in mandatis dedisset. Libentius igitur Chrysostomo ac Theodoro inhaeremus, quam ceteris, ut nulla a Paulo scripta fuerit epistola ad Laodiceses; cum præsertim quæ ad Laodiceses Pauli nomine spuria fertur, nequaquam sit ab antiquioribus cognita. Nam qua ratione Marcion (ut vidimus) illam quæ habetur scripta ad Ephesios, ad Laodiceos datam fuisse putavit, si ea quæ ad Laodiceos erat, extabat? Vel si & ipse illam esse spuriam cognovisset, vir acerrimus ac pugnacissimus disputator, suam firmans sententiam, cur non illam potius quam istam ad Laodiceses scriptam fuisse convinceret, cum nec ullam prorsus de ea habuerit mentionem? Immo & Tertullianus, Marcionem impugnans, nullam nisi ad Ephesios scriptam, existimatam fuisse dixit epistolam ad Laodiceses falso vulgatam.

XIII. Quod nulla scripta fuerit a Paulo epistola ad Laodiceses.

(b) Chrys. in epist. ad Coloss. homil. 12. (i) Theod. in epist. ad Coloss. in princ.

Quod vero Paulus eadem epistola ad Colossenses (k) hæc habeat: *Volo vos scire, fratres, qualem sollicitudinem habeam pro vobis, & pro iis qui sunt Laodicea, & quicumque non viderunt faciem meam*

XIV. (k) Coloss. 2.

meam in carne; nonnulli sunt arbitrati tam a Colossensibus quam etiam Laodicensibus Paulum numquam visum, fuisseque illis ipsum facie prorsus incognitum. At hæc minime probantur Theodoro (a); qui ea verba declarans ait: Oportebat considerare verborum sententiam. Vult enim dicere: non solum vestrum, sed & eorum qui me non viderunt, maximam curam gero. Sane (quod & hæc ad historiam veritatem spectare noscitur) dicere non pretermittimus, ac brevi compendio hic repetere Pauli peregrinationem in Asiam. Constat Lucæ (b) testificatione, Paulum una cum sociis, cum descendisset in Phrygiam, in qua provincia erant Laodicea atque Colosse, absque aliqua verbi prædicatione prætereuntem venisse in Mysiam: *Votati sunt enim (inquit Lucas) a Spiritu sancto loqui verbum Dei in Asia.* Quamobrem tum Paulum nondum illis fuisse cognitum existimamus. Verum post aliquot annos (ut superius notatum est) Paulus iterum est reversus in Asiam. Id enim est quod Lucas alibi (c) ait: *Factum est, cum Apollo esset Corinthi, ut Paulus peragratis superioribus partibus (Asiæ scilicet) veniret Ephesum:* ubi ipso manente factum est (ut idem ait) ut omnes qui habitabant in Asia, audirent verbum Domini, Judæi, atque Gentiles. Hac igitur ultima in Asiam peregrinatione Paulum Laodicensibus & Colossensibus Evangelium prædicasse, illisque probe notum fuisse, jure existimandum putamus.

Nec illud insuper ab instituto alienum existimamus (nam ad historiam etiam pertinet) scire causam, cur Paulus inter alia hæc admonuerit Colossenses (d): *Nemo vos seducat, volens in humilitate, & religione Angelorum, quæ non vidit, ambulans, frustra inflatus sensu carnis suæ, & non tenens caput, ex quo totum corpus per nexus & conjunctiones subministratum & constructum crescit in augmentum Dei.* Haud facilis captu est locus iste, sed perdifficilis quidem, qui & absque exacta peritia rerum gestarum illorum temporum superari non possit. Consultus de ea re S. Hieronymus (e) ab Algasia, multa differens, singulatimque verba cuncta diligenter expendens, ejus videtur fuisse sententia, ut quod spectat ad religionem Angelorum, Paulus fugillare voluerit eos qui erant ex circumcissione colentes astra cæli, simul & Angelos: nec fuisse recens hanc apud eos illapsam hæresim, sed perverusam, a Prophetisque sæpius exagitatam, multis declarat. In eandem quoque sententiam hæc Clemens Alexandrinus (f): *Neque colite Deum ut Judæi: etenim illi soli se Deum nosse putantes, nesciunt se adorare Angelos & Archangelos, mensum & Lunam; & nisi Luna apparuerit, non agunt sabbatum quod dicitur primum, ne-*

que agunt neomeniam, neque azyrna, neque magnum diem, &c. Certe his respondent quæ non multo ante idem Paulus Apostolus de Judaicis festis monuerat Colossenses. Quomodo autem hæc cohæreant, ut Judæi errore lapsi, astra simul & Angelos colerent; non aliunde putamus accidisse, nisi quod (ut de Phariseis tradit Epiphanius g) ipsa cæli astra fuisse animata existimarent; quamobrem & iidem (ut ait) indidissent nomina Hebraica: & Angelos esse, sensisse videntur; æque enim ac Angelos, militiam cæli dixerunt astra, secundum illud Deuteronomii (h): *Nec adorent Solem, & Lunam, & omnem militiam cæli, quæ non præcepit;* & illud Regum (i): *Adolebant incensum Baul, Soli, & Lunæ, duodecim signis, & omnem militiam cæli.* Proprie vero militiam cælestem a divina Scriptura constat nominatos Angelos, sicut & ipse Dominus Deus exercituum dictus est: sicut etiam apud Lucam (k): *Facta est cum Angelo multitudo militiæ cælestis laudantium Deum.* Porro ut sic Judæi astra colerent, non fuit tunc tantum apud eos error, sed & in posteros est infeliciter propagatus: adeo ut quoniam ejusmodi errori essent addicti, Cælicolæ dicerentur: quo contumeliæ nomine notati sunt Honorii Imperatoris (l) edicto omnes Christiani, qui a religione transfuge in Judaïsimum descenderent, ut suo loco dicemus uberius.

Hæc quantumlibet vera sint, & Pauli sensui æque possint accommodari, & ab aliis nonnullis recepta videantur: tamen, quoniam Apostolum novimus suis epistolis solitum insectari illos hæreticos, qui Christiano nomine in Ecclesiam Catholicam grassabantur; accuratius exquirendum est, quænam hisce temporibus hæresis sit debachata, quæ religionem insitueret Angelorum, cujus pseudo apostoli ad decipiendos Colossenses venirent in humilitate & religione Angelorum. Theodoretus (m) hunc locum explicans, testatur his temporibus hæresim fuisse exortam, quæ diceret Deum universorum nec cerni, nec comprehendendi, nec ad eum posse perveniri, & oportere per Angelos divinam sibi benevolentiam conciliare: affirmaretque legem per Angelos esse datam. At quoniam ejusmodi Theodoretus sententia a Novatoribus in deteriorem partem accipitur, diligentiori studio hæc cuncta examinanda proponimus. Quænam fuerit dicta hæresis, ipse non indicat, nec in suis, quos scripsit, libris hæreticarum fabularum, explicat: quamobrem mirari sumus, errorem ejusmodi tribui Simoni mago; cum quæ de Angelis ipse dixerit, longius ab his discrepent: quippe qui traderet (ut referunt Irenæus (n), Epiphanius (o), idemque Theodoretus (p), et alii) se esse divinam potentiam, quæ Judæis ut

(a) Theod. in epist. ad Coloss. cap. 2.

(b) Act. 16. Recapitulatio peregrinationis Pauli in Asiam.

(c) Act. 19.

(d) Coloss. 2. De religione Angelorum quam Paulus damnat.

(e) Hier. ep. 155. q. 10.

(f) Clem. Alex. Str. lib. 6.

XVI. Judæi cultores astrorum.

(g) Epiph. in Panar. l. 1. c. 16.

(h) Deut. 17.

(i) 4. Reg. 23.

(k) Luc. 2.

(l) De Jur. doct. Calic. col. lib. 19. Codic. Theod.

XVII.

(m) Theod. in ep. ad Col. 2. De religione Angelorum falso introducta.

(n) Iren. l. 2. c. 20. (o) Epiph. har. 21. (p) Theod. hæres. fab. l. 1. c. 2.

Filius apparuisset; seque per mentis suæ primam comprehensionem, quam Helenam esse dicebat, creasse Angelos, a quibus mundus esset effectus: porro Angelos ægre ferentes se eo modo esse creatos in ipsam Helenam fuisse commotos, ipsamque affecisse ignominia: ad quam redimendam, & ab Angelis vindicandam, ipsum descendisse, ac in Judæa hominem apparuisse tradebat. Sic igitur nullus a Simone Angelorum cultus introductus habetur; qui dicebat se in mundum descendisse, ut Angelos male moderantes terrarum orbem corripere. Nec his insuper aptari possent, quæ Simonis discipuli dixerunt de Angelis; quibus licet creationem rerum tribuerint, tamen quod perperam agerent, Christum ad eos debellandos missum esse jactarunt, quod Basilidis proprium dogma fuit. Porro tantum abest, ut hi Angelos adorandos esse docuerint, quod pugnantium esse suaderent adversus Angelos mundi fabricatores, idque horum affinis Carpocras tradiderit.

XVIII. Potius igitur ad Cerinthi perversum dogma id spectasse videri potest, quippe qui cum adeo humiliter de Christo sentiret, ut omnem ab eo divinitatem auferret, hominem tantummodo esse confirmans, super eum Angelos extollebat, per quos mundum esse creatum traderet, Deumque Hebræorum unum ex illis esse Angelum prædicaret; id de eo cum citati auctores, tum etiam Tertullianus (a) affirmant. Cum igitur Cerinthus Christum deprimeret, & Angelos exaltaret; merito Paulus admonet Colossenses, dicens: *Nemo vos seducat, volens placere in humilitate (Christi videlicet, cum ob scandalum crucis illum fuisse tantum hominem prædicaret, adeo illum humilem reddens) & religione Angelorum: cum Angelos scilicet naturæ opifices esse jactaret. Et quod subdit: Quæ non vidit;* utique alludere videtur ad id quod de eodem Cerintho

(a) Tert. de præscr. cap. 48.

(b) Theod. hæres. fab. fixit autem etiam quasdam revelationes, tamquam ipse eas esset contemplatus. Illis enim utebatur ad captandam audientium fidem, multa se divinitus vidisse mentiens, quæ (ut inquit Paulus) non vidit. Sane quidem adversus hujusmodi hæresim de Angelorum excellentia, & de Christo Cherinthi abjectam sententiam frequenter admodum Apostolus est visus jacula intorquere; ut in primis cum ad eosdem

(c) Coloss. 2. Colossenses (c) scribens, hæc ait de Christi super Angelos excellentia: *In ipso inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter; qui est caput omnis principatus & potestatis.* Et ne per scandalum crucis putarent Christi amplitudinem diminutam paulo; post addit: *Delens quod adversus nos erat chirographum decreti quod erat contrarium nobis, & ipsum tulit de medio.* Ann. Eccl. Tom. I.

affigens illud cruci: & expolians principatus & potestates, iraduxit confidenter palam, triumphans illos in semetipso. Eodem plane argumento scripsisse videtur epistolam ad Hebræos (d), in cujus exordio hæc de Christi excellentia super Angelos sic dicit: *Locutus est nobis in Filio, quem constituit heredem universorum, per quem fecit & sæcula: qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ ejus, portansque omnia verbo virtutis suæ, purgationem faciens, sedet ad dexteram majestatis in excelsis: tanto melior Angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hereditavit. Cui enim dixit aliquando Angelorum: Filius meus es tu, ego hodie genui te? In fine autem ejus capitis post multa de inestimabili Christi super Angelos excellentia, quodnam re vera sit Angelorum ministerium demonstrans, sic ait: *Nonne omnes sunt administratorii spiritus, in ministerium missi propter eos, qui hereditatem capient salutis.* Multa præterea eodem argumento scripta habentur sequenti capite. Ad hæc etiam spectare videtur, quod idem Apostolus scribens ad Galatas, in Asia populum, ubi agebat Cerinthus, qui & illis circumcissionem prædicabat; eo cogitur uti dicendi genere: *Sed licet nos aut Angelus de celo evangelizet vobis; præter quam quod evangelizavimus vobis; anathema sit.* Et in hanc sententiam etiam ad Corinthios (e): *Nescitis, inquit, quoniam Angelos judicabimus?* Ad hoc item spectat, quod non tantum Paulus & alii Apostoli ad dictam hæresim confutandam labores immanes subire, sed sic Deo agente & Angeli (f) ipsi id sponte professi sunt. Nam Joanni ad pedes ejus accidenti, ut adoraret unum ex iis, mox ille ait: *Vide ne feceris: conservus enim tuus sum & fratrum tuorum.* Quod & iterum factum est, quando Angelus subdidit: *Deum adora;* plane significans, non sibi, sed Deo præcipuam illam omnium maximam adorationem deberi: idque non tantum ut Joannem instrueret, sed in Joanne potius universam Ecclesiam adversus eosdem hæreticos commoveret: Pertinet ad hoc ipsum quod idem Joannes monens Laodicensem Ecclesiam ejusdem provinciæ metropolim ait: *Hæc dicit testis fidelis & verus, qui est principium creaturæ Dei;* nimirum per quem omnes creaturæ sunt factæ, ut sic confutaret dogma Cerinthi dicentis, Angelos mundum creasse. Et quod idem ejusdem provinciæ præcipuos Episcopos appellet Angelos; plane significat, instar hominum Angelos hominibus ministrare, nec tantæ esse excellentiæ, ut quæ divina sunt, iidem tribuantur.*

Verum licet Cerinthus ea sentiret de Angelis: quod tamen eos suaserit adorandos, nusquam invenimus, nec quempiam alium

XIX. (d) Ebr. 1.

Paulus multas confutat Cerinthi hæresim.

(e) 1. Cor. 6.

(f) Apoc. 19. 22.

alium ditorum hæreticorum, qui mundi creationem æque Angelis tribuebant: nam super Angelos virtutem esse divinam omnium supremam quam Deum dicerent, omnes affirmabant. Quin etiam tantum abest, ut Cerinthus (nam de aliis dictum est) Angelum Judæorum, quorum legem ipse coleret, adoraret; ut potius (quod Epiphanius (a) de eo scripsit) eum malum esse diceret, ac detestaretur. Ex his videas (quod necessario dicendum est) Theodoretum haud feliciter (ejus pace sit dictum) affectum esse Pauli verborum sensum: cum in hujus ad Colossenses epistolæ commentariis (b) dicit, hæc a Paulo esse scripta, quod tum grafarentur hæretici, qui Angelos colendos esse jaclarent. Quinam hi fuerint, dicat ipse, qui omnium antiquorum hæreticorum fabulas egregie perpetuæ memoriæ commendavit. Sic ergo errore semel lapsus, in alium graviores impegit, ut diceret, canonem trigessimum quintum Laodiceni Concilii de his hæreticis esse intelligendum, qui Angelos colendos esse docerent, quique in eadem regione Asiæ oratoria erexissent sancto Michaeli Archangelo: incaute nimis, quæ a Catholicis essent antiquitus instituta, hæreticis, quorum nulla esset memoria, tribuens. Quænam vero essent in ea provincia Asiæ antiquiores memoriæ Michaelis Archangeli, & a quibus fuerint instituta, repetere operæ pretium ducimus. Haud enim frustra hæc propensiori studio tractanda suscipimus, cum, Novatores hæretici adversus Catholicam veritatem Theodoretum sententiam usurpent, simul cum testimonio Concilii Laodiceni, quo ab Ecclesia Catholica Angelorum pium cultum abjiciant. Sane quidem nullum a Cerinthianis hæreticis erectum fuisse in honorem S. Michaelis Archangeli, oratorium ex nuper dictis satis superque liquet. Cum enim ipsum Judæorum Deum Cerinthus diceret fuisse Angelum, haud de alio quam de Michaelæ potuit intellexisse, quem ex Daniele (c) fuisse populo Judæorum, optime nosset: verum cum illum ipsum, quem affirmaret esse Deum Judæorum, malum diceret; nulla prorsus subest ratio, cur in honorem Michaelis erexerit oratoria: at nec alios hæreticos, de quibus est facta mentio, id præstare potuisse, quæ jam sunt dicta, demonstrant.

(a) Epiphanius, hæreticorum, 28.

(b) Theodoretus ad Colossenses, 2.

Corrigitur Theodoretus & redarguuntur Novatores.

(c) Daniel, 10.

XXI. De religioso Angelorum cultu.

fatis demonstrant quæ in nostris (d) Notationibus ad Romanum Martyrologium nuper diximus: itaque eas consulat lector qui hæc cupit. Sed ut modo agamus de provincia & loco ubi ea facta esse dicuntur: certum est Colossis sub Laodicensi metropoli positis antiquum viguisse cultum Michaelis Archangeli; non quidem, ut eum tamquam Deum colerent, sed ut præcipuum Dei ministrum, eo cultu quem sanctos Angelos decet, afficerent: idque non hæreticorum persuasione, sed ostensione inmensi prodigii, atque adeo celebri, ut in Orientali Ecclesia anniversaria de ea re memoria ageretur sexta die Septembris: quod Græcorum antiquum Menologium in primis testatur his verbis: *Die sexta Septembris, commemoratio miraculi ostensi a principe militiæ caelestis Michaelæ in urbe Colossensium, quæ postea dicta est Cone: sic enim Colossensem civitatem dictam esse, Oecumenius (e) item affirmat. Ejusdem celebritatis meminit Emmanuel in sua constitutione de feriis (f). Quas poenas dederit pseudo-Alexius Iconoclasta, qui ausus est violare dictam Ecclesiam S. Michaelis in Conis, scribit ejusdem urbis civis Nicetas Coniata (g). Res gestas hitoricæ de Michaelis manifestatione Conis facta, ex antiquioribus monumentis descripta extat apud Metaphrastem (h). Magna quidem Dei providentia esse factum apparet, ut in cubilibus (quod ait Isaias i) ubi dracones habitabant, Angelorum princeps Michael miraculorum operatione refulgens, illic congruo coleretur honore; nimirum ut Colossenses in primis sanctissimæ Trinitati secundum institutionem Catholicam, primum omnium illi decentem ac proprium cultum impartirentur; ac deinde Angelos, quo deceret, profecerentur honore.*

(d) Martyr. Rom. die 8. Maii.

Colossenses cultores Michaelis Archangeli.

(e) Oecumenius in ep. ad Colossenses.

(f) Apud Theodoretum, Balsam. in Nomoc. Phot. tit. 7.

(g) Nicetas Coniata in Annal. pag. 48.

(h) Metaphr. die 6. Septembris.

(i) Isai. 35.

XXII.

Synodus igitur Laodicena nequaquam rectum Angelorum cultum imminuit; sed eum qui ex Gentibus erat contra divinitatis numen ejecit: sicut cum in superiori canone illos damnat, qui relicto cultu sanctorum martyrum, falsos adirent hæreticorum martyres, sic dicens (k): *Non oportet omnino Christianum, derelictis martyribus Christi, abire ad falsos martyres, & (ut habet prior versio) hæreticorum, quos ipsos constaret hæreticos extitisse: hi enim alieni a Deo sunt. Quicumque autem abire voluerit, anathema sit.* Ita etiam sequenti canone, Gentilium idololatriam sectantes errores condemnat, sic dicens (l): *Non oportet Christianos de relicta Ecclesia abire, & ad Angelos idololatriæ abominandæ congregationes facere. Quicumque autem inventus fuerit occulta huic idololatriæ vacans, anathema sit: quoniam relinquens Dominum nostrum Jesum Christum filium Dei, accessit ad idola: Hæc canon: quo, sicut superiori quæ*

(k) Concil. Laod. c. 34. De canone Concilii Laodiceni.

(l) Concil. Laod. c. 35.

quæ essent hæreticorum damnat, ita quæ Gentilium idololatriarum essent, omnino proscribit.

XXIII.

At neque ulla subesse suspicio potest, ut sacrosancta Synodus Angelorum pium cultum dixerit idololatriam. Nam si eadem Synodus cultum veri martyris recipit, ut superiori vidimus canone, & alio, quo agi festa martyrum, præterquam in Quadragesima (a), monuit; multo magis Angelorum cultum oportuit recipisse: nam ut sublimiori naturæ, potius debetur cultus Angelis, quam hominibus. Unde expresse patet, quod sicut superiori canone recipiens Synodus cultum veri martyris, a pseudo-martyrum cultu fideles cohibuit; ita & sequenti, falsorum Angelorum, eorum nimirum quos venerarentur idololatriæ, venerationem prohibuit: alludens fortasse ad Genii cultum, cujus gratia Gentiles (b) diem natalitium celebrant, affines & amicos convocant: & hoc sit quod ait canon: *Ad Angelos idololatriæ abominandæ congregationes facere: (vel quod verius existimamus) quod magi ad suas magias perficiendas, non tantum demones, sed & Angelos se invocare profiterentur, hocque honesto nomine velarentur turpissimas imposturas: testatur hæc de his Tertullianus in Apologetico (c).*

(a) Concil. Laod. can. 51.

Cultus Angelorum ex Synodo Laodicensi.

(b) Censor. de die natali. & Macrobi. Saturnal.

(c) Tertullianus in Apologetico, c. 23.

(d) Concil. Laod. c. 36.

(e) Theodoretus divin. decret. lib. 5. de Angelis & in Daniel. c. 4.

XXIV.

Jam quod superest de Ecclesiasticis traditionibus, quæ ejusdem Pauli epistola ad Colossenses remanent consignatæ, ex instituto demonstrare prosequamur. Quod enim inferius eisdem admonens ait (f):

(f) Coloss. 3.

Verbum Christi habitet in vobis abundanter in omni sapientia; docentes & commoventes vosmetipsos psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus, in gratia cantantes in cordibus vestris Deo. Ephesios (g) quoque iisdem fere verbis, scripta ad eos epistola, alloquens, ad hæc eadem faciendæ est vehementer hortatus: quibus Apostolus Ecclesiastici cantus formam præscribit: nimirum ut in gratia, quod ait, cantarent Domino in cordibus suis; scilicet ut musicos modulos cordis chorda concinerent. Illud enim cantare in cor-

(g) Ephes. 5. Traditio de cantu Ecclesiastico.

dibus dicit (ut interpretes omnes (h) elucidant) pro eo quod est; non ore tantum. At hæc de cantu non solum Paulus admonuit; sed & Virtutes Angelicæ docuerunt, quomodo psallendum esset in Ecclesia. Socrates (i) enim hæc de Ignatio testatur: *Ignatius Antiochia, quæ est in Syria, tertius a Petro Apostolo Episcopus, qui cum Apostolis ipsis multum versatus est, visionem vidit Angelorum, sanctam Trinitatem hymnis alterna vice decantantis collaudantium, & formam canendi in ea visione expressam Ecclesia Antiochena tradidit; unde illa traditio ab omnibus Ecclesiis recepta est.* Hæc Socrates. Sed altior atque certior ejus rei fides habetur, cum de Seraphim stantibus supra thronum, atque clamantibus, & alternis vicibus canentibus, sublimis (k) facta est illa manifestatio Isaiæ.

(h) Chryso. Theod. & alii in c. 3. ad Colossenses. c. 5. (i) Socrates. hist. lib. 6. c. 8.

(k) Isai. 5.

Eodem plane modo ab Essenis, quorum res gestas Philo (l) illustri memoriæ commendavit, Deo laudes alternatim canis solitas, ejusdem auctoris testimonio expressum habetur, cujus hæc sunt verba: *De cantu Ubi omnes consurrexerunt, duo chori sunt Essenorum. feminarum: cuique suus inventor præficitur honore præstans & canendi peritia. Deinde cantant hymnos in laudem Dei compositos variis metrorum carminumque generibus, nunc uno ore, nunc alternis, non sine decoris & religiosi gestibus & accentibus, modo stantes, modo prorsum retrorsumque gradum moventes, utcumque res postulat. Deinde postquam uterque chorus seorsum explevit his se deliciis, velut amore divino ebrii unum chorum faciunt promiscuum, ad imitationem illius olim instituti, quando mare, Deo jubente, alteris salutem, alteris perniciem attulit, præcuncte viris Moyse, Maria vero prophetide feminis. Hucusque Philo: quidam ait, non accentibus tantum, sed & religiosi gestibus se moventes, illos occinere solitos esse, haud dubium est intellexisse de canticis dramatis, qui non tantum in voce, sed & in actione consisterent, quorum vulgata est illa mentio in Ecclesiasticis officiis: *Ante thorum hujus Virginitatis frequentate nobis dulciora cantica dramatis; nimirum ut coram virgine recumbente in thoro ejusmodi acroamata agerentur. De quibus & Plutarchus (m), cum de his agit: *Nostis nimirum Platonis dialogos partim narratione, partim actione ne quadam constare; qui ideo dramatici dicuntur: de his facillimos pueri ediscunt, ita ut memoriter recitent: adjuvantur autem gestus convenientes personarum moribus, & vocis effusio atque forma, & affectiones dictis congruæ.* Sed exoleverunt jam hæc: cætera vero non tantum non sunt prætermissa, sed aucta. At quod ad feminas spectat, ne in Ecclesia una cum**

(l) Philo de vita contemplativa.

(m) Plutarchus in Sympos. 7. c. 8.

(a) Synod. Antioche- na. (b) Conc. Ant. apud Euseb. lib. 7. c. 24. viris canerent, legibus Ecclesiasticis (a) est postea interdictum. Hinc est (b), quod episcopi qui adversus Paulum Samo- latenum Antiochiæ sunt congregati plu- rimi numero, in synodali epistola ad Dio- nysium Romanum Pontificem & Maximum Alexandriæ Episcopum data, vitio ver- tunt illi inter alia, quod mulieres intro- duxerit in Ecclesia canere & suas lau- des. De antiquo usu Christianorum, ut in unum ad ecclesiam convenientes, dies unumque cantu ducerent; Ethnico- rum etiam testificatione, nempe de his quæ Romæ agerentur, Luciani (c); & de his quæ in Oriente, Plinii (d) qui vi- xere temporibus Trajani, expressum ha- betur.

(b) Lucian. in Philo- soph. patr. (d) Plin. lib. 10. ep. 97.

XXVI. De cantu quid pa- tres.

(e) Tert. ad uxorem. lib. 2. c. 6. (f) Cypri- de orat. Dom.

(g) Aug. ep. 119. c. 18.

XXVII. (b) Basil. epist. 69.

Justinus martyr in oratione ad Antoni- num Pium, hymnos Deo a Christianis de- cantari solitos tradit, cum ait: Gratos nos illi exhibentes, rationalesque pompas & hymnos celebramus atque decantamus, &c. & Clemens Alexandrinus ad Gentes ora- tione: Hic, inquit, est mons Deo dilectus, mons sobrius castis umbrosus materiis. In eo autem bacchantur, non fulmine ista Seme- lis sorores Manades, qua in incesta vi- sceratione carnum inhiantur, sed Dei si- lia, pulchra agna, qua veneranda Ver- bi orgia concelebrant, eorum moderatum congregantes: chorus sunt Justis, canticum est hymnus Regis omnium: psallunt puella, gloria afficiunt Angeli, Propheta loquun- tur, editur sonus musicus; & paulo post: Si velis tu quoque, initiare; & eorum du- ces cum Angelis circa eum qui est ingeni- tus, & ab interitu alienus, & qui solus est vere Deus: una nobiscum canite Deo Verbo; & Tertullianus (e) ad uxorem: Quid Maritus suus illi, vel marito quid illa cantabit? Audiatur sane, audiat ali- quid Dei cœna, &c. Id ipsum Cyprianus quoque, dum ait (f): Et quando in unum cum fratribus convenimus, & sacrificia di- vina cum Dei sacerdote celebramus, vere- cundia & disciplina memores esse debemus, non passim ventilare preces nostras incondi- ris vocibus. Ceterum ejusmodi hymnos canendi in ecclesia consuetudinem, non a- liunde quam ab ipso Domino & Aposto- lis acceptam dicit Augustinus (g), dum inter illa quæ ex divina Scriptura defen- di possunt, ait esse hymnorum atque psal- morum cantum: Cujus, inquit, ipsius Do- mini & Apostolorum habemus documenta, & exempla, & præcepta; & paulo post: Quando autem non est tempus, cum in Ec- clesia fratres congregantur, sancta can- tandi; nisi cum legitur, aut disputatur, aut Antistes clara voce deprecantur, aut communis oratio voce diaconi indicitur? Hæc ille.

Id denique in universa Ecclesia fieri con- suevisse, Basilii (b) adversus hæreticos hæc improbantem sic asserit, scribens ad

Neocæsarienses: Ad id vero quod propter psalmodias accusamur: quare potissimum sim- pliciores perierrefaciunt, qui vos iradu- cunt: hoc habeo quod dicam: quod vide- licet, qui jam obrinuerunt ritus, omnibus Ecclesiis Dei concordantes sunt & consoni. De nocte siquidem populus confurgens, ante- lucano tempore domum precationis petit: inibique labore & tribulatione ac lacry- mis indeficientibus facta ad Deum confes- sione, tandem ad orationem surgentes, ad psalmodiam instituuntur. Et nunc quidem in duas partes divisi, alternis succinentes psallunt: atque ex eo simul eloquiorum Dei exercitationem ac meditationem corrobora- rant, & cordibus suis attentiores, reje- ctis vanis cogitationibus mentis solidita- tem suppeditant. Deinde uni ex his hoc mu- neris dato, ut quod canendum est, prior ordiatur, reliqui succinunt: atque ita in psalmodia varietate, precibusque subinde interjectis, noctem superant. Illucescente jam die, pariter omnes velut uno ore, ac corde uno, confessionis psallunt Domino of- ferunt: ac suis quisque verbis respiscen- tiam profitentur. Horum gratia si nos fu- gitis; fugietis simul & Aegyptios, fugie- tis Lybiam utramque, Ibebeos, Palesti- nos, Arabes, Phœnices, Syros, & qui ad Euphratem habitant, & (ut semel dicam) omnes apud quos vigilia, ac preces, com- munesque psalmodia in pretio sunt. Hucus- que Basilii. Innumera in hanc senten- tiam afferenda essent testimonia sanctorum Patrum, sed brevitatibus causa tempera- mus.

Illud autem non prætermittimus dicere de usu pristino, olim promiscue una cum clericis in Ecclesia cantasse & populum, simulque sacerdoti orationem danti vel col- ligenti respondere consuevisse. Ad hæc spectat illud S. Hieronymi (i). Ad simi- litudinem caelestis tonitru, Amen reboat; & illud Aufonii in Ephemeride:

Consona quem celebrant modulati carmi- na David, Et responsurus ferit aera vocibus, A- men.

Verum quoniam imperitia canentium sæ- pius accidebat, ut harmonicam illam Ec- clesiasticam dignitati congruentem cantio- nem incomposito vocum sono corrumpen- rent, in quos (ut superius dictum est) Joa- nes Chrysostomus (k) jure declamat: id- circo necessario Ecclesiasticis institutis pro- visum est, ne præter certos ad hoc opus adscriptos quis in Ecclesia psalleret. Can- on enim Laodiceni Concilii (l) id prohi- bens ait: Non licere præter canonicos psaltes, id est, qui regulariter cantores existunt, qui- que pulpitu ascendunt, & de codice le- gunt, alium quemlibet in Ecclesia psallere.

Magnam certe sanctissimi Patres adhibue- runt

In uni- versa Ec- clesia usus cantus psalmo- rum.

XXVIII.

(i) Hier. in pref. in ep. ad Gal. lib. 2.

Populus cur in Ec- clesia can- tare veti- tus, (k) Chryf. in 1. 1. c. 8. hom. 1.

(l) Conc. Laodic. c. 15.

XXIX.

runt diligentiam, ut perquam religiosus, modestus, ac denique omnibus numeris ad pietatem compositus cantus Ecclesiasticus esset: quod ex eo facile colligi potest, quod constat & in ipsiis a charitate dedu- ctis Christianorum conviviis, Agape nun- cupatis, tam pia tam sobria adhiberi can- tica consuevisse. Unde Christianus Pæda- gogus apud Clementem (a) hæc ait: Quem- admodum autem atque sumamus alimen- tum, laudare nos convenit factorem uni- versorum: Ita etiam in potu nos ei decet psallere, cum ejus creaturarum efficiamur participes. Est enim Psalmus numerosus & modesta laudatio: canticum spirituale, psal- mum Dixit Apostolus: & paulo inferius: Sunt enim admittende modesta & pudica harmonia: a forti & nervosa nostra cogi- tatione vere molles & enervatas harmo- nias amandando quam longissime; quæ im- proba flexum vocis artificio utentes, ad delicatam & ignavam vitæ agendæ rationem deducunt: graves autem, & quæ ad tem- perantiam pertinent, modulationes ebrieta- ti & protervia valedicunt. Chromatica i- gitur harmonia, impudens in vino proter- via floribusque redimita, meretricia musi- cæ sunt relinquenda. Hæc Clemens. De iisdem canticis in convivio Christianorum adhiberi solitis hæc Tertullianus (b): Post aquam manalem & lumina, ut quisque de Scripturis sanctis, vel de proprio ingenio potest, provocatur in modum Deo canere: hinc probatur quomodo biberit: & Cypria- nus ad Donatum: Nec sit vel hora con- vivii gratia caelestis immunis: sonet psal- morum convivium sobrium; & ut tibi tenax memoria est, voce canora aggredere hoc munus ex more: magis carissimos pasces, si sit vobis spiritualis auditio, proleget aures religiosa mulcedo.

Si igitur in Christianorum conviviis ad- hiberi solita cantica tali fibula disciplinæ erant adstricta, quæ nihil penitus sineret esse fluxum atque solutum: quanto majo- ri solertia putandum illas inlicitas fuisse, quæ in Ecclesia publice adhiberi solita- erant sacra in sacris divinisque myteriis cantiones? Sed & Gentiles ipsi, qui re- cte saperent, damnabant illos canendi mo- dos, qui mollibus fractisque vocum inflexi- bus animos itidem molles fractosque atque enervatos penitus redderent. Nec alia de causa Pherocrates comicus Musi- cam introduxit figura muliebri totum cor- pus verberibus foede multatam, ipsam- que Justitiam quaerentem de causa hujus foeditatis; illamque respondentem carmi- na in accusationem eorum, qui candorem illum suum pristinum, & cum suavitate majestatem conjunctam, chromatice modu- lis foede corruperint. Sed & Aristophanes de iisdem queritur, & alii plures, quod quidam Mulicam in minuta quasi fragmen- ta conciderint: hæc & alia plura id ge-

Cantus Christianorum qualis.

(a) Clem. Alex. in Pedag. lib. 2. c. 44.

(b) Tert. in Apolog. c. 39.

XXX. Cantus modestus laudatus.

nus apud Plutarchum (c). At quanto hæc cum detrimento animorum accidere soleant, Cicero (d) in libris quos scripsit de legibus, his verbis erudite demon- strat: Assentior enim Platoni, nihil tam facile in animos teneros atque molles in- fluere, quam varios canendi sonos: quo- rum dici vix potest quanta sit vis in utram- que partem. Nam & incitat languentes, & languescit excitatos; & tum remittit animos, tum contrahit. Civitatumque hoc multarum in Græcia interfuit, antiquum vocum servare modum; quarum mores lapsi in mollitiem, pariter sunt immutati cum cantibus, aut hac dulcedine corruptelaque depravati, ut quidam putant; aut cum se- veritas eorum ob alia vitia accidisset, tum fuit in auribus animisque mutatis etiam huiusmodi locum. Quamobrem ille quidem sapientissimus Græciæ vir, longeque doctissimus, valde hanc labem veretur: negat enim mutari posse musicas leges sine mutatione legum publicarum. Hæc & alia plura ille: qui & in canendo non vocum tantum modum, sed & situm corporis modestiæ attemperatum monet esse servan- dum: quamobrem illos potissimum, qui canendo cervicibus oculosque pariter cum modorum flexionibus torquent, reprehendit.

At si hæc etiam Ethnicorum sententia, cavenda sunt, quæ apud Christianos nec in conviviis olim admittebantur; quid, quæso, ab illis factum esse putandum in sacris? Adversus ergo ejusmodi discipline transgressores est vehemens illa, sed ius- ta, ex Pauli verbis S. Hieronymi objur- gatio (e), dicentis: Audiant hæc adole- scenti; audiant hi quibus psallendi in Ecclesia officium est: Deo non voce, sed corde cantandum; nec in tragædorum morem guttur & fauces dulci medicamine colli- niendas, ut in Ecclesia theatrales moduli audiantur & cantica, sed in timore & opere in scientia Scripturarum. Quamvis sit aliquis (ut solent illi apparere) vovos; si bona opera habuerit, dulcis apud Deum cantator est. Sic canet servus Chri- sti, ut non vox canentis, sed verba pla- ceant, quæ leguntur: ut spiritus malus, qui erat in Salve, ejiciatur ab his qui si- muliter ab eo possidentur, & non introdu- catur in eos qui de domo Dei scenam fecere populorum. Hæc ille, reprehendens pravum usum qui suo tempore apud nonnul- los irrepererat. Verum si, ut decet, ad pietatem musici modi compositi sint, nihil utilius, nec gratius quicquam audiri potest. Unde & apud Justinum martyrem (f) hæc eodem argumento conscripta habentur de simplici cantu Ecclesiastico: Excitat hæc cantio cum voluptate quadam animum, & flagrans ad ejus quod carmine celebratur, desiderium: affectiones & concupiscentias carnis sedat: cogitationes malas inimico- rum, quos cernere non est, suggestione ob- orien-

(c) Plu- tarch. lib. de Musica. (d) Cic. de legib. lib. 2.

XXXI.

(e) Hier. in ep. ad E- phes. c. 5. Objurgatio in cor- rumpentes canti- corum mode- stiam.

(f) Apud Justin. mart. 2. 107.

orientes, amolitur: mentem ad fructificationem divinarum bonorum rigat: pietatis decertatores generosos & fortes per constantiam in rebus adversis efficit: omnium rerum que in vita tristes & luctuose accidunt, piis affert medicinam. Hæc & alia plura ibi. His consentientia paucis expresserat Philo Judæus (a) His verbis: Cantus, verbaque sanitatem & salutem afferunt: cantus quidem excantando passiones animi; ut quicquid in nobis dissonat, in concentum quemdam redigendo, reprimendoque immodicos affectus certis modulis componat.

XXXII.

Hujus igitur rei causa a Spiritu sancto institutum esse psalmodiarum concentum S. Basilii (b) his verbis declarat: Quando Spiritus sanctus nos vidit egre persuaderi ad complexum virtutis, ac proinde ad invidiam vitæ restitutum per hoc lentescere, quod toti ad consecrandam voluptatem propenderemus; quid fecit? Nimirum Scripturæ suæ dogmatibus mixtum inspergit concinnam istam numerorum modulationem, ut auribus permulctis ac delinitis, mellisco vocum concentu, clam, velut aliud agentes, sinceremus in animos nostros irrepere eloquiorum utilitatem. Hæc & alia plura id genus Basilii. Sed melius hæc docent, qui didicerunt experimento, ut

(a) Philo. de virtut. afferend.

Quam proficiunt cantus religiosis.

(b) Basil. homil. in psal. 1.

(c) Aug. Confess. lib. 9. cap. 6.

(d) Aug. Confess. lib. 10. cap. 33.

(e) Aug. de temp. ser. 257.

XXXIII.

Ceterum licet in universo Christiano orbe canendi in Ecclesia semper viguerit

usus: tamen non idem ubique est servatus canendi modus: nam hæc de Athanasio Episcopo Ecclesiæ Alexandrinæ Augustinus testatur (f): Tutius mihi videtur, quod mihi dictum commemini: qui tam modico flexu vocis faciebat sonare lectorem psalms, ut pronuntianti vicinior esset, quam canenti. Hæc ipse. Verum in Oriente, unde etiam Mediolanensis Ecclesia sub Ambrosio Ecclesiastici formam cantus accepit, suaviori vocum concentu, qui audientium animos licet tristes erigere atque mulcere possit, hymnos psalmosque concini solitos esse, idem qui supra Augustinus affirmat (g). Non sic Romana Ecclesia (ut aliquis existimavit deceptus commentitiis scriptis Damasi nomine pervulgatis) ab Orientali Ecclesia mutuata est modum psallendi: cum jam ab ipso instituta sedis exordio psalmodiarum cantus in eadem coluisset Ecclesia: nam Damascus non canendi ritum, sed psalterium ex translatione, Septuagintaduorum ex Oriente, a Hieronymo scilicet Hierosolimis agente, accepit. Quantum autem ex antiquis monumentis colligere licet, Romana Ecclesia mediam secuta viam, nec simplicitatem Alexandrinam, nec Orientalis Ecclesiæ suaviori concentu compositos numeros in omnibus amplexata, sic temperavit utrumque, ut miram quandam cum suavitate, adjunxerit gravitatem. Africanæ autem Ecclesiæ ritus, quantum ex Augustino colligitur, Romanæ atque Alexandrinæ Ecclesiæ potius quam Orientali similis videtur: nam ait (h): De hac re tam utili ad movendum pie animum, & accendendum divina dilectionis affectum, variâ consuetudo est; & pleraque in Africa Ecclesiæ membra pigriora sunt: ita ut Donatista nos reprehendant, quod sobrie psalimus in Ecclesia divina cantica prophetarum; cum ipsi ebrietates suas ad canticum psalmodiarum humano ingenio compositorum, quasi tubas exhortationis inflamment. Hactenus Augustinus.

(f) Aug. Confess. lib. 10. cap. 33. Diversarum Ecclesiarum diversi canendi modi.

(g) Aug. Conf. lib. 9. c. 7.

(h) Aug. epist. 119.

XXXIV. Corruptores Ecclesiastici cantus.

(i) Ath. orat. 2. contra Ar.

(k) Theod. li. 4. hæret. fabul.

Execratur pariter Catholica Ecclesia modos illos musicos atque cantus, qui a Gentilibus suis ipsorum ritibus adhiberi consueverunt; sed & illos, qui relictis Davidicis psalmis, concinerent (ut de Donatistis tradit Augustinus) proprio ingenio hymnos excogitatos, ad novosque compositos musicos modulatos: cujusmodi erant & ab Ario ad Soradis numeros compositæ cantiones, quas tantopere Athanasius (i) redarguere consuevit: sicut etiam de Meletianis tradit Theodoretus (k), solitis cum plausu manu & quadam saltatione hymnos concinere, & multa simul tintinnabula funi appensa movere, & his similia: Qua de causâ, inquit, Magnus ille Athanasius perpetuo cum eis bellum gessit. In eandem impietatis classem alle-

allegendus & Paulus Samosatensis, de quo hæc Synodus Antiochena ad Dionysium Romanum Pontificem scripsit: Psalmos vero, qui in Dominum nostrum Jesum Christum dicebantur, cessare fecit, velut neotericos & nuper inventos: in semetipsum vero compositos, diebus Paschæ in medio Ecclesiæ canere mulieres, maxime quas ipse prius ad canendum pro more instituerat, faciebat; ita ut horresceret si quis audiret. Non ab his fegregandus Apollinaris Laodicensis hæresiarca, qui item a se compositos psalmos canendos quibuscumque tradidit; quos Synodus Laodicensis (a) proscripsit, statuens ne Fideles canerent in Ecclesia plebejos, vel (ut alia habet editio) vulgares psalmos, nimirum ad vulgaris musicæ modos attemperatos. Horum auctorem fuisse Apollinarem, non idiotam quempiam, suo loco dicemus. Hieracem etiam hæresiarcam longe ante Apollinarem quosdam recens scripsisse psalmos, Epiphanius (b) tradit: quos omnes Ecclesia respuit.

(a) Synod. Laod. cap. 59.

(b) Epiph. hæres. 67.

XXXV. Quomodo Ecclesia recipiat novos hymnos.

(c) Dion. apud Euseb. bist. lib. 7. c. 19.

(d) Ambr. ad Innoc. in sine.

XXXVI.

Ceterum novos pioque conscribere atque cantare sacros hymnos ad modos Ecclesiasticos attemperatos, non crimini sed laudi datum est a majoribus nostris, ab ipsis Apostolorum temporibus: quo nomine Hierotheus ille magnus excelluit, ut Dionysius testatur in Ecclesiastica Hierarchia, & de aliis Philo de Vita contemplativa. Quamobrem divinos hymnos quantumlibet recens conscriptos, si præsertim pietatem præferant, & ad modestos musicæ numeros sint accommodati, Ecclesia nequaquam respuere consuevit: ut constat in primis de hymnis a Nepote olim conscriptis, quos a nonnullis solitos fuisse decantari, Dionysius tradit, dum ait (c): Quamquam non modo pro multis aliis rebus Nepotem amplector & diligo ut pro fide, pro studio in doctrina posito, pro assidua in Scripturis exercitatione, pro nonnullis quoque & variis psalmis hymnisque ab eo compositis, quibus buccisque nonnulli fratres libenter utuntur, &c. Accidit id ipsum de sacris hymnis compositis ab Ambrosio, Prudentio, & aliis, quos in celebriorem usum recepit Ecclesia, Arianis tantummodo reclamantibus (d) in Ambrosium, quod suis hymnis populum seduxisset.

Quod autem spectat ad musica instrumenta (ne id prætermissem videamur) iidem Christum Dominum a Christianis laudandum esse, Prudentius adversus Judæos agens in Apotheosi his verbis docet:

Quicquid in ære cavo reboans tuba curva remugit,
Quicquid in arcano vomit ingens spiritus haustu,
Quicquid casta chelis, quicquid testudo refultat,

Organa disparibus calamis quod consona miscent,
Æmula pastorum quod reddunt vocibus antra,
Christum concelebrat, Christum sonet, omnia Christum,
Muta etiam fidibus sanctis animata loquantur.

Porro christianus Pædagogus (e), quantumlibet ea quæ scripta sunt in Psalmis, Deum laudandum esse musicis instrumentis, ad spirituales sensum inflectat, nolite ea quibus Gentilitas in suis ipsius ritibus uti consueverit, Christianis esse communia: tamen si eadem recte pieque ut Christianam modestiam decet, exercentur, non prohibet, sed liberaliter indulget, cum ait: Et si ad lyram vel citharam canere & psallere noveris, nulla in te cadet reprehensio: Hebraum justum Regem imitaberis, qui Deo est gratus & acceptus. Exultate justus in Domino; rectos decet collaudatio: dicit Propheta. Et: Confitemini Domino in cithara, & psalterio decachordo ei psallite. Ceterum constat testimonio Augustini (f), citharam ab Ecclesiæ modulatione fuisse proscripam, cum ait: Nonne id egit institutio in nomine Christi vigiliarum, ut ex isto loco citharæ pellerentur? Sane quidem musica instrumenta haud antiquitus in Ecclesiam introducta & recepta esse videntur: quod auctor apud Justinum (g) martyrem affirmare videtur, dum ait: In Ecclesiis non usus carminum per ejus generis instrumenta & alia insipientibus congruentia receptus est, sed simplex cantio in eis manet: cujus rei ratio illa videtur adscribi, quod ejusmodi musica instrumenta Gentilibus adhiberi consueverint in turpibus ac sordidis usibus, nimirum in theatris, conviviis, ac sacrificiis. Verum quod post multa sæcula usu receptum sit, ut in Ecclesia adhiberentur organica instrumenta disparibus canis simul junctis confecta, haud jure quis poterit improbare, cum omnes in sono præferant cum gravitate & suavitate modestiam.

XXXVII. De musicis instrumentis.

(e) Clem. Alex. in Pædag. lib. 2. c. 4.

(f) Aug. Psal. 32. conc. 1. De usu citharæ interdicta.

(g) Just. q. 107.

His de canticis & musicis instrumentis in Ecclesia publice adhiberi solitis pertractatis; haud prætermittendam putamus laudatissimam antiquorum Christianorum consuetudinem: qui in privatis canticis animi causa concini solitis, nequaquam amatorias cantiones vulgo communes, sed dignas Christo Domino laudes canerent. Reperiuntur ejus antiquitatis vestigia in primis apud Basilium, dum tradit hymnum glorificationis, nimirum quo Patri & Filio simulque Spiritui sancto gloria impartitur (b), a rusticis etiam cantari solitum. Sed id magis explicite S. Hieronymus sic ad Marcellam scribens (i): In Christi, inquit, villula tota rusticitas, &

XXXVIII. Privatae cantiones Christianorum quales.

(b) Basil. de Spir. sancto c. 29. & sup. c. 127. (i) Hier. ep. 17.

extra psalmos silentium est. Quocumque te verteris, arator sive tenens, Alleluja decantat: sudans melior psalmis se avocatur; & curva attondens vitem falce vinitor aliquid Davidicum canit: hæc sunt in provincia carmina; hæc (ut vulgo dicitur) amatorie cantiones; hic pastorum sibilus; hæc arma cultura. Imbuebatur etiam tenella infantia, ut in Alleluja vocem lingua balbutiens primum erumperet. Unde idem Hieronymus (a) ad Latam scribens, hæc ait: *Quis hoc crederet, ut Albini Pontificis neptis de re promissione martyris nasceretur; ut præsenie & gaudente avo, parvula adhuc lingua balbutiens, Christi Alleluja resonaret? & inferius: Cum avum viderit, in pectus ejus transfiliat, de collo pendeat, nolenti Alleluja decantet.*

(a) Hier. epist. 7.

XXXIX. (b) Chryso. in Psal. 41.

Religiosus cantus quam proficuum.

Ad hæc faciendâ Chrysostomus (b) vehementer exhortatus est suos: ac diserte quidem a naturalibus principiis deducens orationem, sic ait: *Nihil animam aque erigit, & elatam quodammodo afficit, & a terra liberat, & exolvit a vinculis corporis; & amore sapientiæ efficit, & ut res omnes ad hanc vitam pertinentes irrideat perficit, ut versus modulatus, divinum canticum numero composuit. Nostra certe natura usque adeo delectatur canticis & carminibus, & tantam cum eis habet necessitudinem & convenientiam, ut vel infantes ab uberibus pendentes si fleant & afflicentur, ea ratione sopiantur. Nutrices quidem certe, quæ eos gestant in ulnis, sæpe abeuntes & redeuntes, & quaedam puerilia eis carmina decantantes, supercilia eorum ita sopiunt. Quocirca sæpe quoque viatores meridie agentes jugalia animalia, hoc faciunt, caventes, itineris molestiam illis canticis consolantes. Nec solum viatores, sed etiam agricolaæ in torculari calcantes, vindemiantes, & vires colentes, & quodcumque aliud opus facientes, sæpe cantant. Nautæ quoque remos impellentes hoc faciunt. Jam vero mulieres quoque texentes & confusa stamina radio discernentes, sæpe quidem & per sæpe singula, sæpe autem omnes concorditer unam quamdam melodiam concinunt: hoc autem faciunt mulieres, & viatores, & agricolæ, & nautæ, qui ex opere faciendâ suscipitur, laborem caute consolari volentes: utpote quod anima, si carmina & canticum audierit, molesta & difficilia fit facilius toleratura. Quoniam ergo hoc genus delectationis est anima nostra valde cognatum & familiare: ne dæmones lasciva meretricia cantica introducentes, omnia evertent; psalmos Deus construxit, ut ex ea re simul caperetur voluptas & utilitas: & post multa de utilitate psallendi, hæc addit: *Hæc dico, non ut vos tantum laudetis, sed ut filios & uxores doceatis talia cantare canticâ, non**

solum in texendo, aliove opere faciendâ, sed maxime in mensa. Quando enim diabolus ut plurimum insidiatur convivio, cum & ebrietatis & ingluvis visisque profusi & remissi animi auxilio utitur: tunc maxime oportet & ante mensam & in mensa se munire psalmorum præsidio, & simul cum uxore ac liberis surgentes a convivio hymnos sacros Deo canere. Hæc & alia plura Chrysostomus in eadem sententiam, revocare cupiens Christianos ad illum pristinum laudatissimumque usum, cujus facta est mentio. Plura ad hæc addenda essent ex Ecclesiasticis regulis recentius restitutis; sed hæc satis ad institutum. Nunc itaque ad Paulum redeamus.

His publicis ad Colossenses litteris datis, privatas Paulus addit eodem tempore scribens ad Philemonem nobilem Colossensem; cujus domum Colossis ad sua tempora integram permanisse, tradit Theodoretus (c): quæ enim temporibus Pauli esse cœpit ecclesia, eidem cultui mancipata perseveravit in posterum. Apud Philemonem Fideles colligi soliti, eisdem fovebantur auxilio; quod idem Paulus testatur, cum ait: *Viscera sanctorum requiescunt per te frater.* Sic itaque (quod fecerat scribens ad Colossenses) Timothei nomen (ut in aliis hoc anno Romæ datis) æque ac suum inscripsit epistolæ; & quibus daretur, non tantum Philemoni, sed & Appiæ ejus (ut putatur) uxori, & Archippo, ac denique Ecclesiæ quæ in domo ejus collecta esset, expressit. Harum vero scribendarum litterarum occasio ejusmodi intercessit. Philemon Onesimum servum habebat; qui a domino fugiens (non tamen ut quique scelestissimi facere consueverunt, sed amore Pauli, cujus prædicationem in Asia positus paululum degustasset) Romam se contulit; ubi factus auditor Pauli, vehementi ardore animi fidem Christianam est penitus amplexatus: quod quidem ipsa Pauli verba significant, quibus ait: *Obsecro te pro filio meo, quem genui in vinculis, Onesime. Idem cum subdit: Quem ego volueram mecum detinere, ut pro te mihi ministraret in vinculis; plane declarat hanc eandem epistolam, sicut ceteras, Romæ datam a se esse in vinculis constituto. Hunc itaque (ut æquum esse videbatur) Paulus una cum Tychico (ut habet epistola ad Colossenses) ad suum dominum mittens, datis hæc litteris, idem plurimum commendavit.*

XL. De Epist. ad Philemonem.

(c) Theod. in præfat. in epist. ad Philem.

Quod autem Paulus hunc jam ad Christum conversum, tam secundum carnem, quam secundum Deum, Philemonis fratrem appellat, sic dicens: *Forstian enim ideo discessit ad horam a te, ut æternum illum reciperes jam non ut servum, sed pro servo carissimum fratrem, maxime mihi, quanto autem magis tibi & in car-*

XLI. De Onesimo facto episcopo Ephesino.

ne & in Domino? manifestum est argumentum, tam Philemonem quam Onesimum fuisse Gentiles. Nam si Judæi fuissent, utique æque Pauli ac Philemonis frater dicendus erat, & non magis isti quam illi: cumque lege etiam vetitum esset, ne Judæus homo mancipium Judæum haberet, hi potius videntur fuisse Gentiles, & hac ex parte fratres secundum carnem: eadem quippe ratione qua Judæi inter se fratres dicebantur secundum carnem, sic & Gentiles Paulus fratres dixit secundum carnem. Annuisse vero Philemonem votis Pauli, ut redeuntem Onesimum non ut servum, sed ut fratrem susceperit, ac libertate donarit, perspicue ex eo colligi potest, quod constat, Onesimum post Timotheum esse factum Episcopum primatis Ecclesiæ quæ esset in Asia, nempe Ephesi. Ad Ephesios enim scribens Ignatius (a), summa cum laude meminit Onesimi tunc apud eos agentis Episcopi, sic dicens: *Postea quam itaque numerosam vestram multitudinem in Onesimo, viro nunquam satis ob charitatem prædicando, vestro autem Episcopo, exceperim; quem opto juxta Christum Jesum vos amare, omnesque vos illius similes esse: Benedictus Deus, qui donavit vobis, qui tales estis, talem habere Episcopum.* Meminit rursus ejusdem scribens (b) ad Antiochenos, necnon ad Heronem diaconum. Porro hunc Onesimum Ephesiorum Episcopum, eundem esse cum eo, de quo agit Paulus apud Philemonem, tam Græcorum Menologium, quam Latinorum Martyrologium, fidem faciunt. Quomodo vero idem Onesimus, sicut Ignatius, vinculus Romam perductus sub Trajano martyrium consummaverit, suo loco dicemus.

(a) Ignat. epist. 14.

(b) Ignat. epist. 12. & 13.

Quæ superest omnium novissima Pauli epistola ad Hebræos, hoc eodem anno scriptam esse, multæ persuadent conjecturæ. Nam hoc anno (ut vidimus) scribens ad Philippenses, de mittendo in Orientem Timotheo, quem superiori anno Romam accerserat, consilium se iniisse tradit (c): immo & se eo venturum pollicitum esse, scribens quoque ad Hebræos (d) hæc habet eodem prope argumento: *Cognoscite fratrem nostrum Timotheum dimissum: cum quo, si celerius venerit, videbo vos.* Rursus vero, sicut fecerant Philippenses, mittentes ad Paulum Romam certum hominem, quod ejus vinculis compassi essent: Judæos etiam eodem erga Paulum animo fuisse affectos demonstrat, ut & ipsi sint compassi ejus vinculis: quod enim in Vulgata legitur (e): *Nam & vinculis compassi estis; ex Græco sit legitur: Nam & vinculis meis compassi estis, καὶ ὑπερ τοῦ δεσποῦ; μὴ οὐκ ἐστὶν ἡμεῖς:* atque ita apparet, hanc eandem epistolam sicut reliquas in vinculis datas, Romæ esse scriptam: quod Joannes (f) Chry-

(c) Hebr. 10.

(f) Joan. Chryso. in præf. epist. Pauli.

ostomus & alii plerique confirmant. Ex his igitur, aliisque signis, eam germanam esse Pauli epistolam, facile potest intelligi. Sed quoniam de ea re a nonnullis est dubitatum; operæ pretium ducimus, quod nostro est instituto consentaneum, de ea re paulo accuratius agere.

Quinam in primis extra classem Catholicorum vagantes hæretici eam non esse Pauli dicere ausi sint, seriatim recensere debemus. Marcion hæresiarcha hæc primus reperitur esse commentus (g); Tertullianus (h) id ipsum affirmavit, tribuens illam Barnabæ; Ariani præterea omnes, ut de his testatur Epiphanius (i), quod nimirum de divinitate Filii Dei certum exploratumque haberetur ex ea testimonium: adversus quos ea de re disputat Theodoretus in præfatione ejusdem epistolæ ad Hebræos. Eusebius horum gregalis, aliorum nomine eandem adducit in controversiam, dum ait a quibusdam affirmari, dictam epistolam ad Hebræos a Romana Ecclesia quasi non legitimam, Pauli impugnatam fuisse. Reddam ejus verba, quo cuncta planius elucidentur; ait enim (k): *Pauli autem quamquam quatuordecim testata & nota dicuntur epistola: tamen quod quidam illi epistola quæ est ab eo ad Hebræos scripta, perinde ac si Pauli non sit, fidem abrogare studuerint, affirmaverintque eidem ab Ecclesia Romana contradici, in obscuro relinquere, neutiquam consentaneum existimavi.* Hæc ille, qui item agens de Caio, ait eam a Romanis Pauli non credi. Idem tamen alibi ait, Clementem citare solitum eandem Pauli epistolam ad Hebræos: at nonne ipse erat Romanæ Ecclesiæ Pontifex? Quomodo hi dixerunt ab Ecclesia Romana eidem epistolæ contradici, si ex illa sententias tamquam pretiosissima quedam emblemata in suis scriptis Clemens Papa intexere consuevit? Sed inspiciamus Eusebii verba. Agens enim de epistola a Clemente Romano Pontifice ad Corinthios scripta, & ab omnibus æque accepta, hæc ait (l): *In ea quoniam multa nonnumquam eodem sensu ex epistola ad Hebræos sumpta inserit, & interdum isdem etiam verbis ex eadem petitis utitur; apertissime quidem declarat illud opus non recenti memoria hominum editum. Unde merito quidem reliquis Apostoli scriptis videtur adnumerata. Nam cum Paulus epistolam ad Hebræos erudiendos patrio sermone litteris mandasset, eam alii quidem Lucam Evangelistam, alii istum ipsum Clementem Græcis litteris interpretatum esse affirmant: quod plane est verisimilins; præsertim cum & Clementis epistola, & ea quæ est ad Hebræos a Paulo missa, eandem dictionis & loquendi formam accurate integreque servet, atque ad deo sensus in utroque scripto expressi non longe inter se discrepent.* Hucusque Eu-

XLIII. Qui negantur epistolam ad Hebræos esse Pauli.

(g) Epiph. hæres. 42. & Hier. in præf. epist. ad Titum. (h) Tertul. de pudicitia. c. 20. (i) Epiph. hæres. 65.

(k) Euseb. lib. 3. c. 3.

(l) Euseb. hist. lib. 3. c. 32.

sebius. Ex his igitur dictis constat, S. Romanam Ecclesiam, apud quam ea epistola (ut diximus) scripta est, nequaquam ipsam impugnasse, vel in controversiam adduxisse, sed alios, quos superius nominavimus. At vero de Romana Ecclesiae constanti fide in ea recipienda agemus inferius. Præterea idem auctor alibi (a) Caium citat numerantem tantummodo tredecim Pauli epistolas, ac proinde Pauli ad Hebræos epistolam non admittentem.

(*) Euseb. hist. lib. 6. c. 24.

XLIV.

Permoti autem videntur eam negantes duabus potissimum rationibus: tum quoniam non sicut in ceteris ipsi ejus exordio præfixus est titulus Pauli: tum etiam quod diversum a ceteris videatur dicendi genus. Sed quod ad primum: causam quam asserat Clemens Alexandrinus, qui eam esse Pauli defendit, ex Eusebio (b), qui eum citat, hic describere non erit otiosum: ait enim: Epistolam item ad Hebræos scriptam, Pauli esse affirmat, & Hebraico sermone ad Hebræos ab eo editam: Lucam autem eam accurate in Græcum, ut Græcis traderet, converterisse: illudque plane ex interpretatione ipsa facile intelligi posse, quod epistola & Acta Apostolorum eundem orationis stylum habeant. Atque hanc inscriptionem (Paulus Apostolus) non sine causa in Epistole principio fuisse prætermisissam. Nam cum Paulus ad Hebræos epistolam scriberet: quia illi præjudicatam animis sententiam & suspectam opinionem contra eum, ejusque doctrinam combiberant; nomen consulto admodum non scripsisse, ne in ipso exordio animos illorum prorsus ab epistola lectione averteret. Deinde longius aliquanto progressus, hæc addit: Jam vero (sicut beatus quidam presbyter dicebat) quoniam Dominus ipse Apostolus Patris sui omnipotentis ad Hebræos missus fuit: Paulus, qui ad Gentes missus erat modeste admodum, cum ad Hebræos scriberet, se Apostolum Hebræorum non inscripsit, partim propter honorem, quem Domino Hebræorum Apostolo tribuebat; partim ne cum Gentium præco & Apostolus esset, præter officium ad Hebræos scribere videretur. Hæc Eusebius ex Clemente: eandemque de titulo non apposito Hieronymus (c) rationem affert, necnon Theodoretus, & alii.

(b) Idem eodem c. 11. Defenditur esse Pauli Epistola ad Hebræos.

(c) Hieron. de Script. Eccl. in Paul. & in ep. ad Galat. c. 1. XLV. De Styli diversitatis causa.

Quod vero ad styli diversitatem spectat, non est mirum si a ceteris differat: nam cum aliæ ad Græcos sint datæ, Græcæ quoque sunt scriptæ; hanc autem ad Hebræos ipse Hebræus Hebraico sermone disertissime scripsit: quam & eloquentius converterent in Græcum, sive Clemens, sive fuerit Lucas. Quamobrem & Origenes hæc ait: Ego constanter affirmabo, sensus esse Apostoli, phrasim autem & constructionem verborum alterius cujusdam conciones Apostoli in commentarios redi-

genis, & velut dictata præceptoris ore scribentis. Proinde si quæ Ecclesia istam habeat epistolam, eam ipsa approbet ut Pauli, idque hac ratione persuasa: non enim temere veteres eam esse Pauli tradiderunt. At quis scripsit epistolam, Deus vere novit: nos autem a quibusdam accepimus, Clementem Romanæ Ecclesiae Episcopum eam Epistolam perscripsisse: ab aliis, Lucam, qui Evangelium & Acta Apostolorum litteris mandavit, illam contexuisse: Hæc Origenes apud Eusebium (d).

(d) Euseb. hist. l. 6. c. 19. in fin.

Inanis profus & illa additur his objectio, quod Paulus (ut est apud Hieronymum e) Hebræus ex Hebræis scribens ad Hebræos non citet Scripturas secundum Hebraicam veritatem, sed secundum Septuaginta. Immo ex hoc ipso non leve deducitur argumentum, eam esse Pauli, qui idem scribens ad Galatas (f), cum Hebræis disputans, locum Isaie (ut idem notat S. Hieronymus) secundum editionem Septuaginta citavit. Nec est quod hoc adscribatur exceptori vel interpreti, qui eam sibi licentiam arrogasset, ut quod secundum Hebraicam veritatem Paulus dictasset vel scripsisset, interpres secundum editionem Septuaginta posuisset: neminem namque puto talia præsumpsisse. Sed illud considerandum est, hoc ipso Apostolorum tempore, apud ipsos Judæos etiam, in usum frequentiore receptam esse editionem Septuaginta. Hinc videas (ut de nostris taceamus) Josephum historicum, natura Judæum, secta (ut ipse de se tradit) Phariseum, tam Hebraicis quam Græcis litteris excellentissimum, in suis quos scripsit commentariis, potius Septuaginta editionem, quam Hebraicam veritatem esse sectatum, & in eo præsertim quod est maximi ponderis, nimirum in supputatione annorum ab origine mundi. Nam dum in præfatione operis de Judaicis antiquitatibus numerat ab origine mundi usque ad cladem Hierosolymorum annos quinquies mille, quod etiam affirmat scribens contra Apionem (g); plane significat, secundum eam quæ superius dicta sunt, se editionem Septuaginta esse secutum. Philonem idem præstitisse, nulli est dubium; quod alibi demonstrabimus. Quamobrem Paulum divinas Scripturas citasse secundum Septuaginta, nulla esse debet admiratio; cum, secundum usitatioem eorum temporum editionem, id eum fecisse appareat.

(e) Hier. in Isa. c. 6. (f) Galat. Editio Septuaginta etiam a Judæis frequentiori usu recepta.

(g) Joseph. contra Apion. lib. 1. in princ.

His visis, reliquum est ut illos redarguamus, qui negantes eam esse Pauli, Clementi potius, vel Barnabæ, aut Lucæ adscribendam esse putarunt. Certe quidem Clementis fuisse, dici non potest, ex eo quod (ut dictum est) ipse eandem sæpius suis scriptis intexens, alterius plane auctoris quam suam esse declarat. Barnabæ vero nec tribui posse, ex eo certum ex-

XLVII. Falso aliis quam Pauli tribuitur Epistola ad Hebræos.

ploratumque redditur; quod cum non nisi una dicatur ab eo esse scripta epistola; quænam illa fuerit, & quam plane diversa ab epistola ad Hebræos, Clemens Alexandrinus, qui in libris Stromatum. (a) ex ea frequenter sententias recitat, aperte significat. A Luca vero aliquam, umquam fuisse scriptam epistolam neminem antiquorum vel recentiorum dixisse reperimus: nec certe ejus muneris fuisse videtur, cum non esset Apostolus, ut eam sibi ad Hebræos scribendi arrogaret auctoritatem. Aequius igitur, & quod est veritati magis consentaneum, alii dixerunt, eandem ab eo fuisse potius translata, quam scriptam. Non enim quæ ad Hebræos, sed quæ dicebatur scripta ad Laodicenses, a quibusdam Lucæ adscribebatur, ut testatur Philastrius (b). Nihil dicimus de Tertulliano, cujus eam esse a quibusdam tradi, miramur quod Xystus affirmet (c): nam cum idem Tertullianus eandem adscribat Barnabæ, omnis profus de ea re suspicio cessat.

(a) Clem. Alex. Stro. l. 2. c. 1. 5.

(b) Philastri. de heres. c. 90. (c) Xyst. Biblioth. l. 7. c. 8.

XLVIII.

Sed & illud est accuratius examinandum: Quid est, quod & a S. Hieronymo scriptum esse legatur, dictam epistolam ad Hebræos non recipi a Latinis sicut a Græcis? Reddam primum verba Hieronymi sic scribentis ad Dardanum (d): Illud nostris dicendum est, hanc epistolam, quæ inscribitur ad Hebræos, non solum ab Ecclesiis Orientis, sed ab omnibus retro Ecclesiis, & Græci sermonis scriptoribus quasi Pauli Apostoli suscipi. licet plerique eam vel Barnabæ vel Clementis arbitrentur; & nihil interesse cuius sit, cum Ecclesiastici viri sit, & quotidie Ecclesiarum lectione celebretur. Quod si eam Latinorum consuetudo non recipit inter Scripturas canonicas: nec Græcorum quidem Ecclesia Apocalypsim Joannis eadem libertate suscipiunt, & tamen nos utraque suscipimus: Hæc ille; qui item (e) de Latinorum consuetudine alibi testatur, sic dicens: Unde Paulus Apostolus in epistola ad Hebræos, quam Latina consuetudo non recipit. Sed an hæc tam facile sint admitenda, magna opus est consideratione; & an re vera ita se habeant, diligentius exquirendum est. Et in primis, a Græcis absque ambiguitate aliqua recipi epistolam Pauli ad Hebræos, Amphilo-chius in carmine ad Seleucum, quo scribit seriem librorum canonicorum, testatur his jambis:

(d) Hier. epist. 129.

A Græcis recepta Epistola ad Hebræos.

(e) Idem in Isa. c. 6.

Quæ vero ad Hebræos, notha esse dicitur Plerisque; sed male: nam germana gratia est.

Numerat eandem Gregorius Nazianzenus item in carmine de libris authenticis.

XLIX.

Quod vero ad Latinos spectat, quos Ann. Eccl. Tom. 1.

ait Hieronymus illam non recipere: si de antiquioribus temporibus agitur, dicemus paulo post: si autem de recentioribus intelligit; illud animadvertendum, quænam potuerit esse differentia inter Græcos & Latinos scriptores Catholicos post Nicæanum Concilium absque præjudicio violatæ fidei sinceritatis; quæ quis scripta reciperet, vel rejiceret, si (quod ipse (f) testatur) in sacrosancto Nicæno Concilio statutus est certus numerus Scripturarum, canonicarum. Post illud quidem tempus, si inter alias recensita haberetur dicta epistola ad Hebræos, certe religio erat si non reciperetur æque ab omnibus tam Latinis quam Græcis. Quod vero eadem in dicta Synodo accepta fuerit, non tantum ea ratione libere affirmari possit videtur, quod Catholici omnes ea usi essent adversus Arianos, qui eam abjecerant; sed eo etiam argumento quod Athanasius rogatus a Constante Imperatore, ut totius divinæ Scripturæ compendium ad se mitteret, ille Synopsim conscripsit, quæ distinguens authentica ab apocryphis, inter canonicas ab Ecclesia receptas sanctas Scripturas adnumerat Pauli epistolam ad Hebræos. Nec quidem putandum est, Athanasium, qui Nicæno Concilio præfatus fuit, diversum divinarum Scripturarum catalogum ab eo qui in Synodo editus esset, scribere præsumpsisse, cum esset ejusdem Synodi præ ceteris acerrimus propugnator. Sed & Patres qui interfuerunt Concilio Laodiceno; seriem canonicorum librorum recensentes, æque cum ceteris epistolam Pauli ad Hebræos adnumerant. Si igitur in Concilio Nicæno (ut dictum est) inter alia scripta canonica ea fuit epistola adnumerata: magnus profecto error fuisset, si (quod ait S. Hieronymus) a Latinis non fuisset accepta.

(f) Hier. epist. 7. Epist. ad Hebræos recepta in Concilio Nicæno.

Sed quosnam per Latinos intellexerit, adhuc subtilius exquiramus. Si de antiquioribus quaeritur: jam dictum est Clementem Romanum Pontificem epistolam ad Hebræos sæpius suis interfere confuisse scriptis: adde, si placet, in his qui ab eo conscripti feruntur Apostolici canones, eandem inter scripta canonica adnumeratam esse. Verum non Clemens tantum, sed & alii Latinorum, quorum ipse meminit de Scriptoribus Ecclesiasticis, & qui inter Latinos fuerunt celebriores, eandem epistolam sæpe citantes, Pauli quoque titulo prænotarunt; ut inter eos Hilarius, qui in libro quarto de Trinitate hæc habet: Facturam autem, per id quod Paulus (g) ad Hebræos dixerit: Tanto melior factus est Angelis, quanto excellentius ab his possidet nomen: idemque aliis in locis. Gregorius Bæticus, cujus idem Hieronymus meminit, in libro quem scripsit de Fide, æque Apostoli nomine citat epistolam ad Hebræos, ut cum ait:

L. Latini omnes recipiunt epistolam ad Hebræos.

(g) Hebr. 1.

(a) Hebr. 9. *Alibi docet Apostolus (a) de Filio Dei esse scriptum; Et adorent eum omnes Angeli Dei, Opratus Milevitanus, quem idem inter ceteros scriptores Ecclesiasticos recenset, Apostoli Pauli nomine allegat, cum ex ejusdem epistolae capitulo octavo testimonium adducit contra Parmenianum (b). Item quoque Philastrius (c) Episcopus Brixianus, qui tantum abest ut respuat, ut inter hærese adnumeret opinionem illorum qui eam non sicut ceteras Pauli epistolas amplecterentur. Gaudentius (d) ejusdem Ecclesie Episcopus eandem Apostoli Pauli nomine citat quoque epistolam. Chromatius (e) hoc idem præstitit, & Rufinus (f) ejusdem Ecclesie presbyter, Paulinus, Ambrosius, & Augustinus (g) creberrime, qui licet non neget eidem ab aliquibus contradici, a plurimis tamen affirmari esse Pauli tradit (h): itidemque ipse texens seriem scriptorum canonicorum, eam adnumerat cum ceteris. Cum igitur Galli, Hispani, Afri, Itali, iidemque omnes qui latine scribentes, ante Hieronymi tempora floruerunt, vel saltem illius æquales extiterunt, citasse reperiantur nomine Pauli epistolam ad Hebræos; quidnam sit quod S. Hieronymus ait, eam a Latinis non recipi, expendendum est.*

Non equidem puto, quia (quod ipse ait i) Tertullianus eam non recepit ut Pauli, sed ut Barnabæ; ob eam causam dixerit non recipi a Latinis. Nam abist, ut unus a ceteris omnibus discrepans Tertullianus, Catholicæ Latine Ecclesie canonem canonicorum scriptorum præscripserit: cum præsertim non nisi in libro (k), quem scripsit postquam est factus hæreticus, id sua sententia testatum reliquerit. Sed ad alios potius quam ad Tertullianum Hieronymus videri posset habuisse respectum, nimirum ad S. Cyprianum, qui eam minime usus esse reperitur; nisi Cypriani quis illud opus esse contenderit, quod titulo de Operibus cardinalibus ejusdem nomine consignatur. Verum de Cypriano haud mirandum, si qui semper præmanibus Tertullianum habuit, eumque magistrum nominare consuevit (l), Tertulliano in eo fuerit obsecutus. De Arnobio, Minutio Felice, & Lactantio, nihil est, quod licet eam non citant, ab eis rejecta dici possit; quippe qui cum scripserint adversus Gentes, nequaquam usi sunt divinæ scripturæ, cui illæ minime crederent, testimoniis, sed Gentilium potius scriptis, ac rationibus; nam & Lactantius (m) Cyprianum sugillasse visus est, quod agens adversus Demetrianum Proconsulem, aliosque Gentiles, nifus sit testimoniis divinæ Scripturæ: sic enim ait: *Materia non est usus ut debuit: non enim Scripturæ testimoniis, quam ille atque vanam, fictam, commentitiam pu-*

tabat, sed argumentis & ratione fuerat refellendus. Nullum ergo affert præjudicium veritati, si dicti auctores contra Gentiles agentes non citaverint epistolam ad Hebræos. At in aliis nonne Arnobius interpretatus psalmum centesimum quartum (nisi velit quis alium esse illum Arnobium) citat capitulum sextum Pauli epistolæ ad Hebræos? sic dicens: Paulus clamat Hebræus ex Hebræis.

Verum nec ad hos quidem Hieronymus videtur habuisse respectum; sed aliis credens, existimavit eam ab Ecclesia Romana non recipi. Nam idem ipse (n) in Cajo hæc scribit: *In eodem volumine epistolæ quoque Pauli tredecim tantum numerans, decimam quartam, quæ fertur ad Hebræos, dicit non esse ejus. Sed & apud Romanos usque hodie quasi Pauli Apostoli non habetur. Sed observandum diligenter est, hæc non esse verba Hieronymi, sed Eusebii, ex quo se plurima accepisse præfatur (o). Agens enim de Cajo, nihil videtur aliud præstitisse, quam ad verbum descripsisse quæ ab Eusebio de eodem scriptore dicta erant. Sed ut hæc facilius cognoscantur, reddam & Eusebii verba de Cajo sic dicentis (p): *Tredecim solum memorat epistolas divi Pauli Apostoli: epistolam autem ad Hebræos reliquis non adnumerat. Nam illa apud quosdam Romanos, etiam adhuc, Apostoli epistola esse non existimatur. Hæc Eusebius ex versione Christophoronia. Rufinus autem sic transtulit (q): *Pauli Apostoli tredecim epistolas asserit: eam quæ ad Hebræos scripta est, non commemorans; quæ etiam nunc apud Latinos putatur non esse Apostoli Pauli. Hæc igitur cum ex Eusebio Hieronymus excerpserit, majorem illi quam par erat fidem tribuit, dum putavit Latinos dictam epistolam non recipere.***

Sed an hæc omnia veritate subsistant, utriusque auctoris appello sententiam. Primum enim de his quæ antiquioris sunt temporis, ejusdem Eusebii hic esset referenda sententia de Clemente epistolam ad Hebræos approbante, atque suis ipsius scriptis intextente; sed eam superius recitavimus. De novissimis vero temporibus, quibus Hieronymus vixit; quid de his sentiret Romana Ecclesia, epistola Innocentii Papæ ad Exuperium (r) ambo hi vivebant Hieronymi tempore, nam utriusque meminit) satis superque declarat, dum texens in ea Romanus Pontifex catalogum divinorum librorum, inter eos numerat quatuordecim Epistolas Pauli Apostoli. Sed ante Innocentium Papam extat decretum Romani Concilii, quod ad damnandam hæresim Apollinaris est celebratum sub Damaso Romano Pontifice; ubi novissimo loco actum est de libris canonicis in hæc verba: *Item dictum est: Nunc vero de scripturis divinis agendum est.*

eadem de epistola ad Hebræos pari consensione firmarunt; Latinis pariter omnibus id ipsum de eadem profitentibus, exceptis tamen quibusdam Novatoribus, quos vel ingens temeritas arguit, vel hæresis infamat, atque condemnat.

LII. Eusebii, non Hieronymi assertio.

(o) Hier. in præf. de Scrip. Eccl.

(p) Euseb. hist. l. 6. c. 14. in fine.

(q) Rufin. hist. l. 6. c. 15.

LIII.

(r) Innoc. epist. 3.

Quod Romana Ecclesia recepit ut Pauli Epistolam ad Hebræos.

est: Quid universalis Catholica recipiat Ecclesia, & quid vitare debeat. Incipit ordo veteris Testamenti: Liber Genesis, &c. inferius vero in ordine novi Testamenti, inter epistolas Pauli recensita habetur epistola ad Hebræos his verbis: Ad Hebræos una. Habentur hæc in Collectione Cresconiana omnium antiquissima atque verissima; & in nostro codice, qui antiquitate nemini cedit, ponitur pagina ducentesima trigesima quinta. Porro dictum Concilium sub Damaso Romæ est celebratum, atque Hieronymus scripserit librum de Scriptoribus Ecclesiasticis; nam cum se illum scripsisse dicat anno decimoquarto Theodosii Imperatoris; Damasus, qui auctor decreti illius fuerat, jam anno sexto ejusdem Imperatoris ex hac vita decesserat. Sicque in re tam patenti de Romana Ecclesia nulla remanet amplius dubitatio. Quod si extarent monumenta prædecessorum Romanorum Pontificum, in quibus de eadem epistola opportuna mentio incidisset, haud dubium eorundem testimonio de eadem epistola fides obsignata mansisset. Scimus tamen, in epistola secunda Evaristi, & in prima Hilgini (ut prætereamus eam quæ Clementis nomine inscripta habetur ad Jacobum fratrem Domini) ex eadem epistola ad Hebræos citari sententias: sed quoniam haud adeo firma certaque fidei subsistunt, perinde ac cetera quæ a nobis ad hanc rem probandam sunt allegata, libentius modo abstinuimus: satis superque esse existimantes quæ diximus, ad repellendam de epistola ad Hebræos ab Eusebio illatam calumniam in Romanam Ecclesiam; quam sanctus Hieronymus (rogata venia dixerim, invitus enim nolentque licet, pro veritate ad eum obnitendum adducor) facile nimis, quod miramur, admisit.

Quid vero posthac senserit eadem Romana Ecclesia, Gelasius (a) fidem facit, & alii Romani Pontifices, itemque Cassiodorus (b) Senator: Quid etiam Gallie, Alcimus Avitus Episcopus Viennensis, qui heroico carmine texens omnia scripta canonica, hoc versu recolit quatuordecim epistolas Pauli:

Bis septena pii quod spargit epistola Pauli.

Quid præterea Hispaniæ, demonstrat Isidorus (c) Episcopus Hispalensis. Quid Ecclesia Africana, Concilium Carthaginense tertium (d) atque etiam Augustinus (e) declarant. Quid denique totus Oriens, satis docuisse diximus Concilium Magnum Nicænum, Laodicenum, Athanasium, Gregorium Nazianzenum (f), Amphilochoium (g): atque (ut uno verbo dicam) quotquot postea extiterunt rerum Ecclesiasticarum Catholici tractatores,

eadem de epistola ad Hebræos pari consensione firmarunt; Latinis pariter omnibus id ipsum de eadem profitentibus, exceptis tamen quibusdam Novatoribus, quos vel ingens temeritas arguit, vel hæresis infamat, atque condemnat.

At quidni universus Christianus orbis, uno excepto Cajo ex classe Catholicorum eam germanam Pauli noverit epistolam, quæ in primis Petri Apostoli testimonio (si quis ejus verba exacte consideret) appareat comprobata? sic enim ait (b): *Propter quod, carissimi, hæc expectantes, satagite immaculati & involati ei inveniri in pace: & Domini nostri longanimitatem, salutem arbitremini, sicut & carissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis. Hæc ad Hebræos Petrus, ad quos suam primam epistolam scripserat, ut ipse in eadem testatur, sic dicens: Hanc ecce vobis, carissimi, secundam scribo epistolam. Porro eo argumento esse a Paulo scriptam epistolam ad Hebræos, ut mala sustinentes, fide constantes, beatorum retributionem expectarent, quis non videt? cum præsertim in his admonendis, ab illis verbis (i): *Habentes itaque fratres fiduciam, usque ad finem totus versetur? At quoniam nulla aliæ fere est ejus epistola, in qua hæc ipsa idem Apostolus non inculcet: merito idem Petrus ea verba mox subdit (k): *Sicut in omnibus epistolis, loquens in eis de his, &c.***

At eam non esse Pauli, quis poterit affirmare, si his adjunxerit ea quæ de tempore ejus scriptæ epistolæ præfati sumus? Vel saltem ex sigillo Pauli, ejus esse germanam quis poterit jure negare? Et quodnam qualeve Pauli sigillum? Ipsum hæc scribentem ad Theffalonicenses (l) attendamus: *Salutatio mea manu Pauli: quod est signum in omni epistola; ita scribo: Gratia Domini nostri Jesu Christi cum omnibus vobis; Ad Hebræos itidem hæc eadem: Gratia cum omnibus vobis. Amen. Sed videas & alias ejusdem Pauli epistolas sic eodem consignatas esse sigillo, ut gratiam impartiendo non eadem prorsus semper verba conferbat: quamobrem in eo tantum appareat consistere characterem, quod in fine litterarum gratiam illis, ad quos scribit, impartiat; nam in fine epistolæ ad Colossenses habet: *Gratia vobiscum. Et ad Timotheum: Gratia tecum. Porro (quod alias diximus) in eo privatum ejus sigillum cognoscitur, quod salutando gratiam pro salute conferbat: quandoquidem (ut superius dictum est ex Tertulliano (m) Judæi salutando, pacem deprecarentur, Paulus vero gratiam. Sunt enim hæc verba Tertulliani: *Nam & hodie Judæi in pacis nomine appellant, & retro in Scripturis sic salutant. Et paulo post: Evangelizator enim bonorum, id est gratia Dei, paci eam præ-***

(g) Ampl. in carn. de l. canonic. (h) 2. Pet. 3. (i) Hebr. 10. (k) 2. Pet. 3. (l) 2. Theff. 3. (m) Tert. contra Marcion. l. 5. c. 5.

LV. Testificatio Petri de ea epistola.

LVI. Sigillum Pauli quodnam.

preferendam sciebat. At de ejusmodi salutatione gratiæ nomine superius fufius, cum de prima a Petro scripta epistola actum est. Itaque hæc jam satis (quod notarum partium est) de epistolæ Pauli ad Hebræos certæ fidei, attestazione, tam ex Romana, quam ex ceteris Occidentalis ac Orientalis orbis Ecclesiis comprobata. Si quæ levissimæ reliquæ sunt Novatorum objectiones; eas ab aliis (a), qui adversus illos commentarios scripsere, egregie confutatas invenies. Ceterum hæc ipsa epistola Pauli, quæ ad Hebræos est titulo consignata, idcirco ultimo loco in codice ponitur, quod omnium novissima scripta habeatur; licet in ceteris disponendis, non semper ratio temporis videatur esse servata.

(a) Xyst. Senen. Biblioth. lib. 7. c. 8. Belarmin. controv. lib. 1. c. 17. & alii.

LVII. De Sanctis antiquæ legis. (b) Hebr. 32.

Sed illud monendum, quod idem Paulus in eadem ad Hebræos (b) epistola multa referat; quæ ad antiquam historiam pertinent; de his scilicet quæ in priori Testamento passi sunt viri sancti, ne habentur scriptis canonicis veteris Instrumenti comprehensa; ut cum de antiquioribus sanctis, ait: *Alii autem dissoni sunt non suscipientes redemptionem, ut meliorem invenirent resurrectionem. Alii vero ludibria & verbera experti, insuper & vincula, & carceres: lapidati sunt, scissi sunt, tentati sunt, in occisione gladii mortui sunt, circumierunt in melioribus, in pellibus caprimis, egentes, angustiati, afflicti, &c.* Hæc, inquam, etsi ex veteri Testamento non in omnibus sibi vindicant fidem; ex novo certe, tum ex sententia Domini, tum etiam Stephani (quod observat Origenes scribens ad Africanum) firmam sibi conciliant auctoritatem, ut cum apud Matthæum (c) Dominus invehitur in Scribas & Phariseos, dicens: *Ve vobis Scriba & Pharisei hypocrita, qui edificatis sepulchra Prophetarum, & ornatis monumenta justorum, & dicitis: Si fuissent in diebus patrum nostrorum, non essemus socii eorum in sanguine Prophetarum.* Itaque testimonio estis vobismetipsis, quia filii estis eorum qui Prophetas occiderunt. Et vos implete mensuram patrum vestrorum. Ad hæc & illud spectat, quod ab eodem dicitur (d): *Hierusalem, Hierusalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos qui mittuntur ad te: vel quod Stephanus in Judæos item declamat his verbis (e): Quem Prophetarum non sunt persecuti patres vestri? Et occiderunt eos, qui prænuuntiabant de adventu Justii.* Immo idem Paulus ad Thessalonicenses (f) dicit: *Eadem, inquit, passi estis & vos a*

(c) Mat. 23.

(d) Luc. 23.

(e) Act. 7.

(f) 1. Thes. 2.

contribulibus vestris, sicut & ipsi a Judæis, qui Dominum occiderunt, & Prophetas.

Sed cur hæc veteris Testamenti non sunt mandata historiis? Dicam quæ idem Origenes, pluribus de his agens, ad Africanum post multa scribit his verbis: *Ad hæc dicendum, quod ex iis quæ presbyterorum, magistratum, & judicum continebant vituperationem, Judæi sustulerunt a cognitione populi: quæ quidem servantur in arcanis; ut de Isaiæ nece, qui serva scissus fuit, atque aliis. Eadem ratione affirmat ab Hebraico textu historiam de Susanna esse sublatam: quam ex adytis edidit Septuaginta interpretes, atque Theodotio item divinarum Scripturarum interpretis. Sed de epistola Pauli ad Hebræos, simulque aliis omnibus ab eo conscriptis, hic esto jam finis: illud unum addendo, consuevisse majores nostros, cum in ecclesia Pauli ad diversas Ecclesias scriptæ epistolæ legerentur, easdem legenti lectori dicere: Pax tecum. Quod erat symbolum Catholicæ communionis. Unde S. Augustinus (g) scribens ad Generosum, hæc ait: *Quid autem perverfus & insanus, quam lectoribus easdem epistolæ legentibus dicere: Pax tecum: & ab earum Ecclesiarum pace separari, quibus ipse epistola scripta sunt? Hæc ipse.**

LVIII. Sublata multa divina Scriptura.

LIX.

Quod ad res Romanas pertinet: multa quæ ad institutum minus faciunt, omittentes, satis sit illud meminisse, quod Tacitus (h) scribit in hæc verba: *Hoc eodem anno Ruminalem arborem in Comitio, quæ super octingentos & quadraginta ante annos Remi Romulique infantiam texerat, mortuis ramalibus, arcescente trunco, diminutam, prodigii loco habitum est. Sed prodigium hoc quidnam portenderet, si & nobis interdum conjectari licet, & ex eo quod in sacris litteris habetur exemplum, hæc eadem interpretari: dicere, haud incongrue posse videmur; sicut olim in arefacta ad Christi imperium apud Hierosolimam ficus arbore, Synagogæ infructuose est præmonstratus interitus; ita quoque non sine Dei consilio exiccata Romulea ficu, veteris superstitionis abrogationem eo prodigio esse significatam, cum id manifesto experimento probarit eventus. Sicque bene versa vice rerum, magno sane prodigio fatalis arbor, eademque illis felicissima, Remi & Romuli cubulis consecrata, tunc aruit, cum aridum crucis lignum a Petro Pauloque Romæ plantatum virefcens sæcundo germine propagatur.*

(g) Aug. epis. 163. (h) Tacit. Ann. 1. 43. De arefacta ficu Romulea.

I. Tacit. lib. 14.

(b) Origen. in Jo. an. hom. 27. (c) Coloss. 2.

(d) Rom. 15. Paulus an. redierit in Orientem.

S. E. C. I. Anno Urbis 812. Olymp. 200. an. 3. An. C. 59.

HOC, qui ordine sequitur, anno Domini sexagesimo primo, adscribuntur Fastis Coss. (a) C. Vipstani & Fonteius Capito: quo Paulus, biennio in vinculis jam exacto, liber abire finitur. Reliquæ autem res gestæ Pauli usque ad martyrium remanserunt prorsus obscuræ. Quæ vero dicebantur Acta Pauli, de quibus diximus, rejecta sunt inter apocrypha. Ex eis Origenes (b) recitat illam tamquam a Salvatore dictam sententiam: *Denu deo crucifigi; alludens ad ea quæ Paulus dixerat scribens ad Colossenses (c): Adimpleo ea quæ defunt passionum Christi, in carne mea. Quoniam autem post hæc abierit: ex his, quas scripserat, litteris superiori anno datis facile colligi posse videtur; quippe qui scribens ad Philippenses, his usus est verbis: Confido autem in Domino, quoniam & ipse veniam ad vos cito: ad Philemonem vero sic: Simul autem & para mihi hospitium: nam spero per orationes vestras donari me vobis: & in novissima, quam ad Hebræos (ut vidimus) scripsit: Cognoscite, inquit, fratrem nostrum Timotheum dimissum: cum quo, si celerius venerit, videbo vos. Ut ex his appareat, Paulum haud in sententia persistisse, post Romam adventum proficiscendi in Hispanias, sicut olim ad Romanos scribens (d) his verbis significaverat: *Cum in Hispaniam proficisci cepero, spero quod præteriens videam vos, & ad vobis deducar illuc: & paulo post: Per vos proficiscar in Hispaniam.* Cum igitur Paulus dum Romæ teneretur in vinculis, propositum consilium proficiscendi in Hispanias mutasse visus sit, & professionem in Orientem instituisse: an id ipsum quod conceperat animo, omnino præstitit, haud tuto possumus affirmare: non quidem ejus animi levitate, ut parvo momen-*

to nec satis gravi causa huc & illuc impelleretur; sed quod aliter quam statuisset, Deo momente, agere cogeretur; id ipsum eo testante, dum ad Corinthios (e) scribens, quibus sponderat suum adventum, ait: *Hac confidentia volui prius venire ad vos, ut secundam gratiam haberetis; & per vos transire in Macedoniam, & iterum a Macedonia venire ad vos, & a vobis deduci in Judæam. Cum ergo hoc voluissem, numquid levitate usus sum? aut quæ cogito, secundum carnem cogito, ut sit apud me est, & non? Quamobrem an profectus sit in Orientem, haud certe affirmari posse videtur; cum præsertim olim Mileti Ephesios allocutus, numine divino afflatus illis prædixisset, eos non esse visuros amplius faciem suam; quod certe haud potuisse contingere existimamus, si in Orientem Paulus, & in Asiam (ut pollicitus fuerat scribens ad Philemonem) iterum rediisset, quin ad optatissimam Ecclesiam Ephesinam Asiæ totius metropolitim concessisset.*

II. Paulus profectus ne fuerit in Hispaniam.

Hæc idcirco dixerimus, quoniam plurimum antiquorum Patrum sententia traditum videtur, Paulum solum vinculis esse profectum in Hispaniam. At nec ob eam causam, quod nunc (si velimus) rediisset in Orientem, videri potest elapsum tempus, quo minus potuerit proficisci postmodum in Hispanias: nam octo illi qui intercedunt anni usque ad ipsius consummatum martyrium, non tantum fuere illi satis ad Hispanias peragrandas, sed univrsam plane orbem Romanum ac barbarorum externas regiones adeundas. Hæc dicentes, operæpretium ducimus hic intertexere seriem antiquorum Patrum, qui professionem Pauli in Hispaniam suis ipsorum scriptorum monumentis egregie testatam posteris memoriæ commendarunt.

PRÆ-

SANCTI PETRI 6.

NERONIS IMP. 6.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5552.

○ 12. G. D 3. P. 15. April. Indict. 2.

JESU CHRISTI 59. secundum Baronium 61.

[1] AD num. I. Coss. C. Vipstani Apronianus, Consul. & L. Fonteius Capito.

[1] Coss. C. Vipstani Apronianus, & L. Fonteius Capito. Tacitus Annal. lib. XIV. in principio: C. Vipstano, Fonteio Coss. Norisus in Epistola consulari pag. 36. 37. habet, Leunclavius Bucherium, & Pagium in Epistola Hypatica scribere: *Caium Fontium Capitonem*; sed perperam Norisii judicio, qui Lucii non Caji prænomen huic Fonteio fuisse tradit, ex fide Taciti initio lib. XIV. Annal. & Histor. lib. 1. At initio lib. XIV. Tacitus, Fonteio prænomen non tribuit, & Histor. lib. 1. cap. VII. Fonteji Capitonis eadem in Germania, jussu Galbæ narrat, omisso prænomine. Pro Vipstano, Vipstano recte legendum ex fide veterum lapidum, nempe tabulæ Fulvii Ursini apud Gruterum pag. CXIX. ubi: C. VIPSTANUS APRONIANUS. De Apronianæ gentis stemmate legenda est Christophori Ruperti ad Thomam Reinesium epistola XLVIII. & Reinesi Epistola LIII. ad eundem Rupertum: *Plinius lib. II. cap. LXX. Solis defectum, Vipstano & Fonteio Coss. qui fuerunt ante paucos annos, factum pridie Kal. Maias, Campania hora diei inter septimam & octavam, sensit. Idem lib. VII. cap. XX. Nuperque Fonteio & Vipstano Coss. annos IX. genitum puerum C. Fasti Idatiani: Apronianus, & Capitono. Vindebonenses: Capitono & Aproniana.*

Præstitisse id ipsum nos meminimus in Notationibus in Martyrologium Romanum: sed hic iterum, ut opportuniori ac decenriori loco, eadem repetere, fufiusque profequi, instituto consentaneum arbitramur. Sed primo quod in contrariam partem Gelafius (a) Papa scripsisse videtur, nimirum Paulum nequaquam ut antea animo instituerat, permiffum esse in Hispanias proficisci, Deo aliter decernente, cupus monitu alio fuerit amandatus; infpiciamus; reddamusque ejus verba: sic enim ait: *Beatus Paulus Apostolus non ideo (quod absit) sefellisse credendus est, aut sibi extitisse contrarius; quoniam cum ad Hispanos se promississet iturum, dispositione divina majoribus occupatus ex causis, implere non potuit quod promissit. Quantum enim ipsius voluntatis interfuit, hoc pronuntiavit, quod re vera voluisset efficere. Quantum enim ad divini secreta consilii (quæ ut homo omnia non potuit, licet Spiritu Dei plenus, agnoscere) superna prætermisit dispositione præventus. Hæc Gelafius: cujus sententia non eo quidem tendit, ut penitus neget Paulum aliquando in Hispaniam esse profectum; sed potius affirmet voluisse, sed minime tunc impleffe quod esset pollicitus: quippe qui ad Romanos scribens, se propediem, simulac collectam pecuniam Hierosolymam pauperibus detulisset, Romam venturum, ac subinde in Hispanias proficisci decrevisse testatur: attamen quo minus id præstare potuerit, quas a Judæis est passus Hierosolymis, graves ærumnæ, & quas Romæ sub Nerone biennio detentus in carcere, fuerunt impedimento.*

(a) 22. 9. 22. ex Ab. Com. Con. cil. manu script.

III. Testes de profectio- ne Pauli in Hispanias.

At licet Gelafius contrariæ sententiæ esset assertor: tamen si numero testium eadem definienda sit controversia, pro uno Gelasio complures sunt ei eruditione non impares, qui profectio Pauli in Hispanias libentius adstipulantur. At quid in primis de ea re scripserint Græci veteres Patres, quid demum Latini, in medium adducamus. Hippolytus in libello de Septuaginta duobus discipulis, adventus Pauli in Hispanias est firmus assertor. Athanasius ad Dracontium scribens, hæc ait: *Studium fuit sancto viro, nempe Paulo, usque ad Illyricum Evangelium predicare, neque sequefcere, neque omittre quih Romam iret, & in Hispanias ascenderet, ut pro graviori labore, majore fruereur mercede laboris.* Cyrillus (b) Hierosolymorum Episcopus hæc in eadem sententiam: *Ab Hierosolymis usque ad Illyricum disseminavit Evangelium: qui regiam quoque Romam instituebat, & in Hispaniam usque promptitudinem prædicationis extendit.* Epiphanius (c) hæc etiam: *Paulus, inquit, in Hispaniam profectus est, Petrus vero sepe Pontum & Bithyniam visitavit. Joannes*

(b) Cyrill. cathec. 17.

(c) Epiph. bar. 27.

Chrysoftomus (d) id ipsum sæpius profectetur; ac in primis: *Postquam, inquit, (e), Romam ingressus est, ibi quoque quanta cum modestia annunciat veritatem, quanta etiam cum libertate obstruit ora impiorum? Verum nec ibi stare contentus, etiam in Hispaniam percurrit: & alibi (f) Videas eum Hierosolymis ad Hispaniam usque currentem: ac rursus: Cum igitur biennium Romæ exegisset in vinculis, tandem dimissus est: deinde in Hispanias profectus, inivit illic Judæos quoque; ac tunc fortasse Romam reversus est, quando & supplicium jussu Neronis perulit. Theodoretus idem affirmans, ait: (g): *Quando appellatione usus, Romam a Fefso missus, defensione audita, fuit absolutus, & in Hispaniam profectus est: & ad alias gentes excurrrens, eis doctrine lucem attulit: item (h): Quæ Actorum nos docuit historia, quod duobus annis primum Romæ per se degit, per se habitans in suo conducto: cum autem illinc profectus esset in Hispaniam, & illis etiam divinum Evangelium tradidisset, reversus est, & tunc fuit truncatus capite: insuper alibi (i): *In Italiam venit, & in Hispanias pervenit; & insulis, quæ in mari jacent, utilitatem attulit. Rursum Sophronius Episcopus Hierosolymitanus in sermone de Natali Apostolorum id ipsum asseverat. Post recensitos alii complures recentiorum Græcorum idem sunt testati.***

(d) in pref. in epist. ad Hebr.

(e) Joann. Chryf. de laud. Pauli homil. 7. (f) Idem in Mat. hom. 76.

(g) Theod. in epist. ad Tim. 2. ult.

(h) Idem in epist. ad Philipp. c. 22.

(i) Idem in Psal. 116.

IV.

Ex Latinis vetustior sanctus Hieronymus ejus sententiæ gravissimus reperitur assertor, ut in primis cum ait (k): *In Hispaniam alienigenarum portatus est navibus: & alibi: Usque ad Hispaniam tenderet, & a Mari rubro, immo ab Oceano usque ad Oceanum curreret. Gregorius (l) Papa id ipsum his verbis confirmat: *Ecce ipse, quem ad testimonium jam sepe deduximus, Paulus, cum nunc Judæam, nunc Corinthum, nunc Ephesum, nunc Romam, nunc Hispanias peteret, ut in peccati morte jacentibus æternæ vitæ gratiam nuntiaret, quid se aliud quam esse aquilam demonstrabat? Apud Isidorum (m) (quisquis sit ille auctor) id ipsum testatum invenies. Beda insuper (n), Ado Viennensis (o), & alii complures hoc ipsum professi sunt. Id denique Romanum Martyrologium (p) egregie profectetur, cum agit de Paulo Episcopo Narbonensi: quem secum Paulus ducturus in Hispaniam, reliquit Narbone. Quin & addit Ado (q) Viennensis Episcopus, eodem itinere Paulum reliquisse Trophimum discipulum Avelate, Viennæ vero Crescentem. Verum de Crescente Paulus ipse ad Timotheum scribens (r), anno primo sui carceris petiisse Galatiam (sive, ut alii legunt, Gallias) tradit: sed potuit vel ad ipsum rediisse,**

(k) Hieron. in Isai. 11.

(l) Greg. Mor. lib. 31. c. 22.

(m) Isid. de vita & obitu sanct. e. 71. (n) Beda in Martyr. 11. Kal. Aprilis.

(o) Ado in Chron. anno Dom. 59.

(p) Dic 22. Mart.

(q) Ado in Chron. anno 59. (r) 2. Tim. 4.

vel

vel in via occurriffe, atque eo modo quo scribit Ado, ejus Ecclesiæ Episcopus, Viennæ relictus esse. Porro res gestæ Pauli in Hispania, sicut & alia ejus acta postquam solutus vinculis Roma egressus est, remanserunt inopia scriptorum prorsus obscuræ: licet in Græcorum Menologio (a) mentio habeatur de Xantippe & Polixena a Paulo ad fidem conversis in Hispania: quæ vero de his apud Metaphrastem (b) leguntur conscripta, & Eusebii (ut ait) auctoritate testata; quoniam nunquam Eusebium hæc scripsisse reperire est, cetera etiam quæ subinfert, in suspitionem adduci posse videntur: verum qualiacumque sint, qui ea cupit, habet auctorem quem consulat.

(a) Dic 25. Septembr. (b) Metaph. ser. de Apost. sol. die 29. Junii Sur. tom. 3. & Mich. Glyn. 3. par. An. nal.

V.

At licet hæc de adventu Pauli in Hispanias tot tantisque consignata sunt testibus: Innocentius (c) tamen Romanus Pontifex, neminem Apostolorum, excepto Petro, Hispanias & alias Occidentalis orbis provincias docuisse, firmiter videtur asseverasse, cum ait: *Legant si in his provinciis alius Apostolorum invenitur aut legitur docuisse. Quod si non legunt, quia nusquam invenitur; oportet eos hoc sequi quod Romana Ecclesia custodit, a qua eos principium accepisse, non dubium est: ne dum peregrinis assertionibus student, caput institutionum videantur omittere. Hæc Innocentius. Sed haud putandum est eum a Petro Paulum dividere voluisse; sicut ceteros Apostolos, quos jure negat Occidentales oras docuisse: nam Pauli causa diversa esse videtur a ceteris; quippe qui & ipse, sicut Petrus, Romæ docuerit. Cum igitur idem Innocentius agens de traditis in Occidente Apostolicis institutis, eos in quos scribit, provocet ad Romanæ Ecclesiæ ritus: cum satis constet tam Petrum quam Paulum eam sacris institutis imbuiffe; certe quidem de Paulo quid exciperet, non habebat; cum eadem tam Romæ quam in remotis provinciis Ecclesiasticas traditiones eum impartitum esse dicere opus sit. At quod tantum de Petro meminit: recte id quidem, quod primæ sedis esset Episcopus, ex qua ceteræ deriventur Ecclesiæ, eidemque unitate Catholica compaginentur. Quamobrem haud putandum, Romanum Martyrologium, cum de profectio Pauli in Hispanias meminit, a sententia Innocentii discrepasse. At de his fatiis, jam cetera profequamur.*

VI.

Hoc eodem anno S. Lucas Evangelista scriptionem eam absolvit, cujus est titulus, Acta Apostolorum. Cum enim in fine ejus commentarii biennium egisse Paulum in suo conducto scribat, plane post illud tempus extremam manum operi se imposuisse significat. Quandoquidem, mea sententia, eam ipsum in scribendo iniisse rationem affirmari posse videtur, ut inter-

Lucas quando scripsit Acta Apostolorum.

Ann. Ecc. Tom. I.

polatis temporibus eadem Acta conscripserit: quippe qui res, quibus præfens fuerit, continuo scriptis commendavit, omniaque singillatim, ut gesta essent, distincte admodum fuerit profectus: cetera autem quæ se absente acta fuissent, ea vel brevi compendio comprehensa summam scripserit, vel prorsus intacta reliquerit. Quod vero S. Hieronymus dicat biennium Pauli Romæ agentis extendi usque ad quartum Neronis annum, nos autem quinto ponamus: unde id acciderit, jam satis superque superius dictum est; nimirum quod ipse uno eodemque anno ponat ejus discessionem Hierosolymis, & Romam adventum; quæ tamen duobus annis esse peracta, nec quò inde recessit anno, venisse Romam, sed sequenti, ejusdem Lucæ testimonio est declaratum. Si igitur tertio Neronis anno addas biennium quo Paulus in suo conducto vinculis permansit; haud dubium invenies ipsum hoc anno Neronis quinto liberum esse dimissum: quo (ut dictum est Lucas) Actorum opus absolvit. Præterea vero Lucam iterum Romam rediisse eo tempore, quo Paulus novissime Romam veniens martyrium consummavit, tradunt Acta passionis ejus, quæ feruntur Lini nomine; de quorum fide inferius dicturi sumus.

VII.

Quoniam autem Lucas abierit, postquam Roma discessit, incertum est; hæc tamen de eo tradit Epiphanius (d): *Prædicat primum quidem in Dalmatia, ac Gallia, & in Italia, ac Macedonia. Scimus etiam legi apud Oecumenium (e), eundem in Roma cum discessisset, in Orientem esse reversum, rursumque Libyam petiisse, Thebanos Christiana instituisse religione, atque in ultima senectute reddidisse Deo spiritum. Sane quidem & Hieronymus (f) eum vita cælibem ad ætatis annos octuagintaquatuor pervenisse testatur. Verum alii complures antiqui probataque fide auctores eum martyrio vita functum testantur. Nam in primis Gregorius Nazianzenus (g) adversus Julianum Apostatam agens, eum martyribus adnumerasse visus est, cum ait: *Non ultimas pro Christo casus reveritus es? non magnos pugiles excimisti, Joannem illum, Petrum, Paulum, Jacobum, Stephanum, Lucam, Andream, Theclam, eos qui & post illos & ante illos capitis sui periculo veritatem protexerunt: qui cum igni & ferro & bellis & tyrannis & presentibus malis & denuntiatis, alacri animo, veluti in alienis corporibus, immo quasi corporum expertes dimicarunt? Paulinus Nolanus (h) his item verbis ipsum nominat martyrem.**

(d) Epiph. bar. 51. (e) Apud Oecum. in Lucæ.

(f) Hier. de Scrip. Eccl. in Lucæ. (g) Greg. Nazian. orat. 10. in Julian.

(h) Paulin. epist. 12.

Eccc Hic

Hic pater Andreas, & magno nomine Lucas Martyr, & illustris sanguine Nazarius.

Rursum Gaudentius (a) Episcopus Britannicus, qui claruit eodem quo Ambrosius seculo, hæc habet: Horum quatuor habemus in presenti reliquias; qui regnum Dei & justitiam predicantes, ab incredulis & iniquis occisi, Deo semper vivere operationum suarum virtutibus demonstrantur: Joannes in Sebaste Palestinae, Thomas apud Indos, Andreas & Lucas apud Patras Achaje civitatem consummati referuntur. De eodem hæc Nicephorus (b), brevi compendio vitam illius describens: Lucas Antiochia, quæ est in Coele Syria, ortus, medicus simul & piætor egregius, Thebis ad Paulum venit, atque ibi nuncio patrio errori remisso, ad Christum accessit: pro corporum curatione, animarum medicus factus; Evangelium suum Paulo præcipiente scripsit, atque itidem Acta Apostolorum. Cum Paulo autem Romæ cum fuisset, in Græciam est reversus, plurimisque ibi divina doctrina & cognitionis luce illustravit: & tandem a divini verbi contemptoribus ex fructifera olea arbore suspensus, quod aridi ligni, unde crux fieret, copia non esset, Deo spiritum commendavit, cum octoginta (ut dicitur) annos natus esset, &c.

VIII. Coele Syria ambi- tus.

(c) Strab. lib. 16.

II. Nero matrem occidit, & barbaram ponit.

Ad num. X. Nero Agrippinam matrem Germanici filiam die festo Quinquatrum Minervæ interfecit, ut ex Suetonio in Nerone cap. 34. dicimus. Quod festum XIV. Kalend. Aprilis, ut liquet ex Calendario a Lambecio publicato, celebrabatur. Cum ad Urbem redisset Nero, & Agrippinæ defunctæ causa sacrificia fierent, Sol obscuratus est, testibus Tacito, Xiphilino & Plinio, qui ait, eclipsim factam pridie Kalendarum Maji, quæ invenitur, inquit Calvisius in Opere Chronologico, die XXX. Aprilis, Romæ hora secunda post meridiem. Testatur ibidem Suetonius, Neronem primam barbaram non potuisse ante interemptam Agrippinam: Junxit parricidio matris amica necem. Quam cum ex divitiis alvi cubantem vistraret, & illa tradens lanuginem ejus, ut assolet jam grandis natu, per blanditias forte dixisset: Simul hanc excepero, mori volo;

nonnulli totam Syriam in Coele Syros & Phœnices partiuntur: & post multa: Totam itaque regionem ultra Seleucidem in Ægyptum & Arabiam recedens, Coele Syria appellatur: proprie ea quæ Libano definitur & Antelibano. Hæc Strabo. Secundum igitur illorum descriptionem non tantum apud Nicephorum legimus Antiochiam positam in Coele Syria, sed & apud S. Hieronymum in libro de locis Hebraicis in Acta Apostolorum. Immo idem auctor, cum ibidem agit de Cilicia, eam a Coele Syria dividi ait Aman monte.

Sed ad Nicephorum de Luca alia adedentem redeamus. Agit ibidem & de miraculis ad ejus monumentum edi solitis, deque Christi, & Sanctissimæ Matris ejus, necnon Petri & Pauli imaginibus ab eodem coloribus effigiatis. De translatione autem ejus reliquiarum Constantinopolim, cujus meminit, agemus suo loco. Eadem de martyrio in olea consummato testatur Michael Glycas (d) Græcus historicus; sed & de unguento medico, quod ex membris ejus scaturit, quo etiam signo repertas reliquias ejus tradit; eadem & Georgius (e) Credenus. Quid præterea de Luca dicamus, non habemus, nisi quod Origenes (f) eundem hunc esse Lucam cum Lucio, cujus Paulus meminit scribens ad Romanos, existimavit. Plura autem de eo superius.

Hoc ipso anno Nero Imperator sceleratissimum omnium facinus meditatus, ut Agrippinæ matri mortem inferret, naufragio id semel tentatum cum non successisset; missis Aniceto liberto cum sociis, eam occidendam curavit, mense Martio, festis Quinquatris. Reliquum vero anni tempus turpissimis est ab eo insumptum luxuriis. Sed hæc pluribus Tacitus (g). Cumque (ut idem ait) publica adulatione, lætitia quoque publica omnium esset, ut de salute parta Imperatoris: fortasse ea ex causa accidit, ut Paulus in carcere jam insumpto biennio, una cum ceteris vinculis solutus vinculis, liber juberetur abire.

Se-

conversus ad proximos, confestim se positurum, velut irridens ait; præcepitque medicis, ut largius purgarent agram. Tacitus lib. 14. sub hujus anni Consulibus Agrippinæ cæde narrata, de Nerone ait: Ne tamen adhuc publico theatro debeat monstrari, instituit ludos Juvenalium vocabulo. Dio vero lib. 61. postquam de eadem morte locutus est, scribit: Post hæc celebravit festa alterius generis, quæ dicuntur Juvenilia. Ea propter barbaram ejus, quæ tum primum rasa fuerat, facta sunt: cujus pilos in spheram auream conjecit Jovi Capitolino consecravit. Et hercle ea nominis causa; Juvenalia enim dicta, quia ut tirocinii die pueros exuebant, sic barba rasa juventutem, transibantque tunc in viros, ut recte Lipsius in Notis ad eum Taciti locum. Turbat tamen Suetonius in Nerone cap. 12. ubi de Nerone habet: Instituit & Quinquennale certamen primum omnium

IX. De reb. Lucae reliqua.

(d) Glycas. lib. 3. An. nal.

(e) Creden. in comp. hist.

(f) Origenes. epist. ad Rom.

X. De Agrippinæ nec.

(g) Tacit. lib. 14.

I. Sequitur annus Domini sexagesimus secundus, qui Consulatu Neronis quarto & Cossi notatus habetur in Fastis (a): quo Festus Judææ Præses in provincia diem obiit, cui successor a Nerone designatur Albinus (b), qui tamen nonnisi sequenti anno profectus est in Judæam. Quid interim Rex Agrippa de abrogatione & substitutione summi Pontificis egerit, Josephus (c) sic scribit: Cæsar autem de Festi morte accepto nuncio: Albinum in Judæam misit Præsidem. Rex vero Josepho summo Pontifice jussu privatam vitam agere, sacerdotium ejus dedit Anani filio, & ipse vocato Anano, eodem quo pater nomine. Seniores istum Ananum ajunt fuisse omnium felicissimum, ut qui liberis habuerit quinque, omnes potissimum Dei pontificio, cum prius ipse ad satietatem hac dignitate esset perfunctus: quod ad eam ætatem nulli antea summorum Pontificum contigerat. Hæc Josephus; Quod ad ipsum Ananum seniore spectat: haud dubium est, ipsum illum esse quem idem (d) Josephus a Quirino Syria Præside substitutum ait in locum Joazari, rursumque depositum a Valerio Grato anno primo Tiberii (e): sicque secundum initam a nobis superius rationem de tempore præfecturæ Quirini, invenitur hic sedisse annos circiter quindecim: cui suffectus ejus filius Eleazarus nomine: rursumque alio tempore ejusdem Anani secundus filius Jonathas subrogatus est Cai-phæ, cujus idem (f) auctor meminit: tertius vero discus Theophilus summo etiam pontificatu potitus (g) est: eodemque perfunctum munere quartum filium Matthiam nomine, idem Josephus (h) tradit: ultimo demum loco, quintus filius ejus Ananus junior, de quo agimus, Ann. Eccl. Tom. I.

(a) Tacit. Annal. lib. 24. (b) Euseb. in Chron.

(c) Joseph. Ant. lib. 20. c. 8. De Anano seniori & ejus filiis.

(d) Joseph. Ant. lib. 18. c. 3.

(e) Joseph. ibid.

(f) Joseph. Ant. lib. 18. c. 6. & 1. 29. c. 6.

(g) Joseph. Ant. lib. 19. c. 15.

(h) Joseph. Ant. lib. 19. c. 6.

est subrogatus; de quo hæc Josephus: (i) Josephus junior autem Ananus, qui hoc tempore pontificatum accepit, audax erat, & ferox ingenio, secta Sadduceus; quod hominum genus apud Judæos in judicando est severissimum. Cetera autem quæ ad ipsum spectant, dicemus anno sequenti. Qui igitur tradunt (k) Annam, ut Cai-pham, male petiisse; quod ad seniore Annam spectat, longe a Josepho discrepare noscuntur.

Sub istem Cossi. Romanam urbem variis exagitata prodigiis, vulgi opinione male interpretatis, testatur Tacitus (l); quippè quæ tum ob ortum recentis comæ, tum ob fulmen illapsam in mensam Neronis, quasi certior reddita esset de ejus morte, omnia studia convertit in Rubellium Plancum, quod ex Julia gente per matrem originem duceret: qui Neronis jussu solum vertere, & in Asiam proficisci coactus est. Hæc licet præter institutum a nobis posita videantur; tamen præteritisse nolimus, quo ejusmodi saltem exemplo innotescat, quam fallax & vanum plerumque esse soleat ex prodigiis hujusmodi futura prænocere.

Eodem item anno (ut idem Tacitus narrat) nobilis in Asia urbs Laodicea, cujus (ut vidimus) Paulus in epistola ad Colossenses ante biennium scripta meminit, tremore terræ collapsa profertur: sed a civibus iterum brevi restituitur; nam opulentissima erat. Ejus namque divitiarum occasione Ecclesiam ibi positam tepuisse, conqueritur Dominus apud Joannem (m), sic dicens: Et Angelo Ecclesie Laodiceæ scribe: Hæc dicit: Amen, testis fidelis & verus, qui est principium creaturæ Dei. Scio opera tua, quia neque frigidus es, neque calidus. Utinam Eccc 2 fri-

II. Tacit. lib. 14.

III. De Laodicea terræ motu proferrata.

(m) Apoc. 3.

mnicum erat, instituisse; quod anno Christi LX. factum. Tum subdere, cum dedicasse gymnasium, quod Tacitus lib. 14. Annal. Peto & C. Petronio Cossi. anno nempe Christi LXI. contigisse testatur. Et in ea dedicatione Neronem magistros toti certamini præposuisse Consulares Suetonius tradit. At denique Neronem barbaram posuisse in eo gymnico, quod in Septis edidit. Eo itaque in loco non de unico, sed de triplici certamine tribus diversis annis editis loquitur Suetonius. Quod autem primum habitum est, ultimo loco memorat, quia, ut existimo, duo priora longe fuere celebriora. Quinquennale enim tunc primum institutum, & in secundo, quod in dedicatione gymnasii editum, Nero primus ad gymnasia oleum dedit; cum antea populo in Congiario tantum daretur, ut vidit Lipsius in Notis ad lib. 14. Taciti. Hæc partim a Toinardo Viro eruditissimo in literis ad me scriptis, partim a me observata.

frigidus esses, aut calidus: sed quoniam tepidus es, & nec frigidus, nec calidus, incipiam te evomere ex ore meo. Quia dicitur: dives sum, & locupletatus, & nullus ego: & nescis quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus. Saadeo tibi emere a me aurum ignitum probatum, ut locuples fias; & vestimentis albis induaris, ut non appareat confusio nuditatis tue: & collyrio inunge oculos tuos, ut videas. Ego quos amo, arguo & castigo. Emulare ergo, & penitentiam age. Quod autem suadet Laodicenos indui vestimentis albis, & emere aurum, ignitum: alia ab illis esse comparanda vestimenta, aliasque divitias esse quærendas, diversaque ab iis quas Laodiceni ex præ-

tiosis velleribus possiderent, insinuat. Facta enim videtur allusio ad ea, quæ in hæc verba de Laodicenis scribit Strabo (a): Loca quæ sunt circa Laodiceam, (a) Strabo omnes alunt excellentes, non mollicie modo lanarum, quæ etiam Milesiis præstant, sed etiam ad corvorum nigredinis amulorum colorem, unde amplius quoque habent red-ditus. Tradit idem auctor inferius, eadem loca esse terræmotibus vehementer obnoxia. Eusebius vero in Chronico, anno Neronis decimo, ejusmodi cladem Laodiceensem ponit, additque non tantum Laodiceam, sed & Hierapolim, necnon & Colossas ejusdem provincie nobiles civitates terræmotu esse prostratas. At in his quæ sunt temporum, Tacito æquius assentimur. Se-

SÆC. I. Anno Urbis 813. Olymp. 209. ann. 4. An. C. 60.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5553.

13. F. E. 4. P. 6. April. Indi. 3.

JESU CHRISTI 60. secundum Baronium 62.

SANCTI PETRI 7.

NERONIS IMP. 7.

I. Consul.

[1] A. Dnum. L. Coss. Nero Aug. IV. & Cossus Cornelius.

II. Decennalia Imperii Consularis Neronis.

Sunt hic a Nerone Consulatus juxta secundam Consulatum Cæsareorum regulam: Decennalia enim Imperii Proconsularis exhibuit: ad quæ revocandum quod habet Tacitus lib. 14. In Italia vetus oppidum Puteoli jus colonia & cognomen a Nerone accipiuntur. Lipsius in Notis suspicatur, Tacitum hallucinatum esse, quod Livius & Velleius scribant, anno Urbis DLX. coloniam Puteolos deductam esse. Sed cum annis, quibus Imperatores Quinquennalia & id genus solennia dabant, colonie de more instituerentur, ipsæque ac urbes novis nominibus appellerentur, fides Tacito minime deneganda; præsertim cum Frontinus in Catalogo coloniarum dicat: Puteoli, colonia Augusta, Augustus deduxit. Quare recte A. Gellius lib. 16. cap. 13. ostendit, sæpe commutari solere colonias in municipia, & contra, optimaque Lipsii conjectura, totum oppidum currenti anno in colonia jus translatum esse. Præterea Quinquennale ludicrum Roma institutum est, ad morem Græci certaminis, inquit Tacitus lib. 14. quod certamen quovis anno quinto exacto agebatur, ut nunc inter omnes convenit.

III. Corbulo successor Quadrati in Præfectura Syria.

Tacitus lib. 14. sub hujus anni Consulibus ait: Corbulo in Syriam accessit, morte Vinidii vacuam ac sibi permissam. Quare C. Ummidius Durmius Quadratus, qui Cassio Longino successerat, per plures annos Syriam administravit. Spanhemius Vir eruditissimus in Dissert. 9. de Præstantia & Usu Numismatum, Nummum Antiochenis exhibet cum epigraphæ: ΕΠΙ ΚΟΤΑΔΡΑΤΟΥ ΕΤ. ΕΡ. id est, sub Quadrato anno CV. Proficitur is annus ab anno Urbis DCCV. seu ab

anno Periodi Græco-Romanæ 5445. Percussus itaque Nummus anno Christi LVI. aut insequenti.

IV. Casarea Philippa. Josephus lib. 20. Antiquit. cap. 9. narrata Jacobo fratri Jesu Christi lapidatione, & Albini Judææ Procuratoris in eam regionem adventu, ait: Hoc tempore Agrippa Rex proleptis pomeriis Casarea, qua Philippa dicitur, mutato nomine in Neronis honorem vocavit eam Neroniada: & theatrum apud Berytos imperatoris magnis exadificatum ornavit spectaculis annuis, assignata in eum usum ingenti vi pecunie. Frumentum enim donavit ei populo, & oleum viritum distribuit: totamque eam urbem ornavit status passim dispositis, atque expressis ad antiqua clarorum artificum ædificia imaginibus; & omnia pene sui regni ornamenta in eam civitatem transfudit. Facta hæc Casarea Philippa ampliatio, & nova appellatio currenti anno Decennalium Neronis occasione, indeque desumpta epocha Nummorum Domitiano imperante eorum, qui L. KA. id est, annum XXI. usque ad annum KZ. id est, XXVII. præferunt. Hos inter V. Clariss. Toinardus mecum communicavit Nummum, in quo legitur: IM. CA. VES. F. DOM. AD. GER. COS. XII. in postica: ΕΠΙ ΒΑ. ΑΓΡ. ΕΤ ΚΖ. infra, S. C. id est, Imperator Casar Vespasiani filius, Domitianus Augustus, Germanicus Consul XII. sub Rege Agrippa anno XXVI. Senatusconsulto. Domitianus anno Christi LXXX. Consulatum XII. inivit. Quare si tunc Agrippa XXVI. Regni annum ingressus erat, sub hujus anni finem Casaream ampliarat. Quo pacto annus XXI. Agrippæ post diem XIII. Septembris anni Christi LXXXI. quo die Domitianus Tito fratri successit, inchoatus fuit. Postica pars Nummi Domitiani habet: ΒΑ ΑΓΡΗΠΙΑ ΕΤ ΚΑ, id est, Agrippa Rex anno XXI. Ex his liquet, Jacobum Apostolum cognomento Justum currenti anno morte affectum, & Albinum præsentem etiam anno in Judæam venisse; licet Baronius utrumque in annum sequentem differat. Non audiendum etiam Valeus in Notis ad lib. 2. Eusebii cap. 23. ubi Jacobum anno quarto Neronis occisum contendit; hæc enim opinio prorsus improbabilis.

[1] Coss. Nero Aug. IV. & Cossus Cornelius. Gruterus pag. VIII. S. NERONE CÆSARE AUG. IV. COSSO LENTULO COSS. F. COSS. Item pag. CXVIII. NERONE CLAUDIO. & C. CÆSARE AUG. GERMANICO PONT. MAX. TRIB. POT. VII. IMP. III. COS. IV. COSSO LENTULO. COSSI. FILIO. COS. KAL. JAN. Frontinus: Nerone Claudio Cæsare IV. & Cossus filio Coss. Tacitus Annal. lib. XIV. cap. XX. Nerone quartum; Cornelio Cossus Coss. Fasti Idatiani & Vindebonenses: Nerone IV. & Lentulo. Prosperi Chronicon: Nerone IV. & Cornelio. Integrum ergo nomen Neronis collegit in consulatu est; Cossus Cornelius Lentulus Cossus filius. Nonnulli hoc anno suffedios putant Neroni T. Antonium Flavianum, & M. Apollonium Saturninum, quod eos Tacitus viros consulares vocat.

I. SEquitur annus Christi sexagesimustertius, Coss. C. Cæsario Pato & Petronio Turpiliano: qui Jacobi Justifratris Domini glorioso martyrio, ut nobilissimo monumento, insignis redditur. Rem adeo celebrem Josephus Judæus etiam suis ipsis scriptis egregie testatam reliquit: quippe qui tanti ponderis Jacobi necem existimavit, ut ob tam infandum scelus, Judæorum populum perditum, civitatem excisam, templum incensum, ac cetera denique mala illis obvenisse, fuerit opinatus. Sed quid ipse de Jacobo a Judæis necato conscripserit, enarremus; sic enim ait (a): Talis igitur cum esset Ananus, summus scilicet Pontifex, audax, sævus ingenio ferox, & secta Sadduceus; tempus opportunum se nactum ratus, mortuo Festo, Albino adhuc agente in itinere, Concilium judicum advocat: statutumque coram eo fratrem Jesu Christi Jacobum nomine, & una quosdam alios reos impietatis peractos, lapidandos tradit. Quod factum omnibus in ea civitate bonis & legum studiosis vehementer displicuit: missisque ad Regem clam nunciis, rogaverunt, mandaret Anano, ne quid tale posthac ageret: nam ne nunc quidem recte egisse. Quidem etiam Albino occurrentes venienti ab Alexandria, docuerunt eum, non licuisse Anano sine ipsius consensu advocare Concilium. Horum verbis ille persuasus, iracunde scripsit Pontifici, daturum sibi pœnas minitans: & Agrippa Rex eam ob causam post tertium mensem ablatum ab eo pontificatum Jesu Damai filio concessit. Hæc Josephus

II. Sed antequam cetera antiquorum scriptorum testimonia de nece Jacobi hic inferamus: quod spectat ad temporis rationem, omnes pari consensione confirmant accidisse anno septimo Neronis Imperato-

ris: id Eusebius (b), S. Hieronymus (c), (b) Euseb. ac denique cæteri omnes pariter asseverant. Eusebius enim Olympiade ducentesima decima, anno primo, & Neronis Imperii septimo, hæc ait: Jacobus frater Domini, quem omnes Justum appellant, a Judæis lapidibus opprimitur: in cujus thro-fedis Jacobi. Tempus Judæis lapidibus opprimitur: in cujus thro-fedis Jacobi. tur ratione eum fuisse oportuit non annis triginta (ut complures dixerunt) sed viginti novem tantummodo: quippe qui anno trigesimoquarto, quo & Dominus passus, ejus Ecclesie est institutus Episcopus. Error insuper in notam numeri apud Nicephori Chronicon irrepsisse videtur, dum loco annorum vigintinovem, vigintifex fedis Jacobi notati habentur. At nec prætermittimus hic etiam consuetudinem illorum sententiam, qui ut quoquo modo defenderent epistolam Clementis Romani ad Jacobum fratrem Domini inscriptam, & monstrare possent Jacobum hunc etiam post Petrum fuisse superstitem, affirmarunt contra sententiam omnium assentientium eum consummasse martyrium anno Neronis septimo, annos fedis Jacobi non esse numerandos ab anno passionis Christi, sed ex quo facta est in provinciis Apostolorum discessio, nempe (ut dicebat Apollonius d) a duodecimo anno post Jesum passum. Sed hæc omnia non tantum Eusebii, Hieronymi, & aliorum testimonio confutantur, verum ipsius quoque Josephi: qui dum ait, tunc occisum fuisse Jacobum, cum Albinus veniret in provinciam; cumque ejusdem testificatione probetur, ante annos septem & menses quinque ab obsidione Hierosolymorum Albinum fuisse in eo magistratu (quod idem scribit de bello Judaico e) plane certum est, hoc anno Jacobum Justum esse martyrio coronatum. Ceterum Epi-

SÆC. I. Anno Urbis 814. Olymp. 210. an. 1. An. C. 61.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5554.

14. D. 5. P. 29. Mart. Indi. 4.

JESU CHRISTI 61. secundum Baronium 63.

SANCTI PETRI 8.

NERONIS IMP. 8.

[1] Coss. Cæsarius Patus, & P. Petronius Turpilianus, ut ostendit Card. Norisius in Epistola Consulari.

[1] Coss. Cæsarius Patus, & P. Petronius Turpilianus. Gruter. pag. LXII. 7. D. D. III. IDUS AUGUST. PETRONIO TURPILIANO. ET CÆSONIO PATO. COS. Utriusque consulis prænomena omittuntur. Item pag. LXIV. 9. habetur. DEDICAVIT KAL. MARTIS. P. CALVISIO. RUSONE. L. CÆSENIO. PATO. COS. Suffedios hos consules putat Norisius in Epistola consulari ad hunc annum pag. 38. Sed ignorat ad quem annum sint alligandi. Tacitus Annal. lib. XIV. cap. XXIX. Cæsario Pato, Petronio Turpiliano Coss. Fasti Idatiani: Lacio (pro Pato) & Turpiliano. Prosperi Chronicon: Pio (pro Pato) & Turpiliano. Fasti Vindebonenses: Turpilino & Pato. De Tito Petronio consulari morituro invidia Neronis Principis, Plinius lib. xxxvii. cap. II. Hunc eundem esse, de quo Tacitus Annal. lib. XVI. cap. XVII. XVIII. nonnulli malunt, sed a Tacito Cains vocatur.

(a) Epiph. haresi. 78.

Epiphanius (a) licet ad decrepitam aetatem Jacobum pervenisse testetur, nempe ad annos nonaginta sex: tamen post ascensionem Salvatoris vixisse tradit annis plus minus vigintiquatuor. Sed & de aetatis annis ipse quoque fides redditur dubia; cum haud facile cuipiam persuaderi possit, Jacobum fratrem Domini tempore passionis Christi egisse annum aetatis septuagesimum secundum, & ante annos quinque (quod falsum est) martyrium consummasse.

III.

(b) Euseb. haresi. 1. 2. r. 2. Judaeorum in Jacobum odium.

Quae autem post Josephum de Jacobi Martyrio Hegesippus & Clemens Alexandrinus conscripserint, Eusebius (b) simul colligens, narrat his verbis: Judei ergo, cum Paulus provocasset ad Caesarem, & ad urbem Romam a Festo missus esset; spe penitus, qua Concilium in ejus necem comparassent, excidentibus, in Jacobum fratrem Domini, cui ab Apostolis sedes Hierosolymitana delata fuit, omnem suam malevolentiam convertunt; contra quem ea scelerata, quae sequuntur, comparata fuerunt. Primum illum in medium adducunt; & ut si dem Christi coram omni populo deneget, vehementer sollicitant. Verum cum praeter omnium opinionem liberiori ore voceque, quam expectarent, praesente universa multitudine, Filium Dei Salvatorem & Dominum nostrum Jesum ingenue & fidenter confessus fuisset; hominis testimonium (nam propter summum sapientiae & pietatis studium, quod in vita assidue excoluerat, ab omnibus justissimum putabatur) amplius tollerare non poterant. Eum igitur tam neci dant; cum ad illud facinus impune obeundum, interregni opportunitatem arripissent. Quippe Festo per id tempus mortuo, summa rerum in Judaea administratio principis & gubernatore penitus erat destituta. Ceterum quamquam Jacobi necis ratio & modus ex verbis Clementis supra citatis satis constare poterit (qui a templo precipitatus, ac fullonis veste percussus, mortem appetivisse narrat) Hegesippus tamen Apostolorum aetati proxime succedens, in quinto historiae suae libro, ea quae ad illum spectant, accuratissime tradit ad hunc modum.

IV. Institutum vitae Jacobi.

Jacobus frater Domini, qui a Salvatoris temporibus ad nostram usque aetatem Justus (Jacobi enim nomine multi donati erant) ab omnibus appellatus fuerat, Ecclesiae administrationem una cum ceteris Apostolis suscepit: Hic ab utero matris sanctus fuit, vinum & siceram non bibit; animalium carnibus se abstinuit; novacula caput ejus numquam rasum fuit, neque corpus oleo perunctum, aut balneis lotum. Huic uni licebat in sancta sanctorum ingredi: vestibus enim utebatur non laneis, sed lineis dumtaxat. In templum solus intrare solitus est, atque ibi genibus humi positus pro populi peccatis orans

niam postulare: cujus genua, quod tam assidue, tum ad Deum auguste sanctoque adorandum, tum ad veniam precibus populo exposcendam, procumbebat, camelis instar tuberculis contractis obdurerunt. Qui propter singularem justitiam praestantiam, Justus, & Oblivus (quod Latine, populi praesidium dici potest, & justitia) nomen, sicut Propheta de eo memorant, invenit. Quibusdam igitur ex septem sectarum fautoribus in populo sparsarum, & a me in historia ante declaratarum, ab eo sciscitantibus, quodnam esset ostium Jesu? respondit, Jesum esse salvatorem. Ex quorum numero nonnulli crediderunt quod Jesus esset Christus. Secta autem supradicta, neque carnis resurrectionem fore, neque ullum venturum, qui cuique sit pro his quae recte aut secus gesserit in vita, mercedem redditurus, omnino crediderunt. Verum quotquot crediderunt, Jacobi praedicatione & hortatu crediderunt.

V.

Ergo cum plerique etiam ex principibus viris fidem essent amplexati: nonnulli ex Scribis, Phariseis, & reliquis Judaeis tumultuari atque adeo vociferari ceperunt, quod univ ersus fere populus Jesum existimabat verum esse Christum. Qui etiam ad Jacobum profecti, sic eum compeellarunt: Te obnixè oramus ut quoniam populus fide in Jesum, perinde ac si vere esset Christus, collata, in gravem errorem delapsus est, eum ab hac opinione avoces: atque ut omnes etiam, qui hodie ad festum diem Paschatis celebrandum conveniunt, de Jesu recte vereque erudias, te etiam atque etiam obtestamur: tibi enim omnes fidem adhibemus; nec nos solum, sed tota multitudo perhibet testimonium, quod justus sis, quodque personam non respicias. Persuadeas igitur populo de Jesu, ne erret: etenim & univ ersus populus & nos omnes tibi credimus. Idcirco statue te ipsum super pinnam templi, ut de superiori loco cunctis perspicuus sis, atque adeo tua verba a tota multitudine facile & sine impedimento audiantur. Propter festum namque Paschatis, non solum omnes Judaeorum tribus; sed multi etiam ex Gentibus conveniunt. Proinde Scribae & Pharisei, quos supra posuimus, Jacobo supra pinnam templi collocato ceperunt exclamare & dicere. O Juste, cui merito omnes debemus fidem adjungere: quoniam populus Jesum crucifixum imitando aberravit; tu idcirco nobis commonstra quod sit ostium Jesu crucifixi. Qui clara voce sic respondit: Quid me interrogatis de Jesu filio hominis? Ipse sedet in caelo a dextris magnae virtutis & potentiae Dei, & in nubibus caeli venturus est.

VI.

Atque cum multi plene essent persuasi, & ob Jacobi testimonium Deum laudibus in caelum ferrent, dicerentque Oanna filio David: Scribae & Pharisei de integro ceperunt

Jacobi gloria confectio.

(a) Sapien. 2. Jacobus in praecceptis agitur.

runt primum ita inter se colloqui: Male certe & infeliciter cecidit, ut istud testimonium nostra opera Jesu tribueretur. At consensu gradibus, illum dejectionis precipitem: ut homines inde perterrefacti, nullam fidem ejus doctrinae adhibeant. Deinde clamare, ac dicere: O o, Justus etiam erravit. In quo eloquia sacra apud Sapientiam (a) scripta plane expleta fuere: Tollamus e medio Justum; quoniam nobis molestus est, & incommodo. Quocirca fructus operum comedent. Tandem ergo adolescentes Justum praecipitem dederunt: dixeruntque ipsi inter se, Jacobum justum obruere oportere lapidibus. Et quoniam defectus in praecceptis, non statim mortem obiit; sed vultu sursum sublato, genibusque flexis dixit: Obsecro Domine Pater, da illis veritatem; nesciunt enim quid faciunt: ceperunt saxa in eum conjicere. Cumque lapidibus illum obruere pergerent, unus ex sacerdotibus ex filiis Rechab, filii Rechabim, qui sunt Hieremiae testimonio commendati, voce emissa contentus dixit: Quid agitis? Justus pro vobis Deum deprecatur: Hominem vero qui haec dixit, fuisse Simeonem ejus nepotem ex sorore, filium Cleophae, tradit Epiphanius (b). Prosequitur Eusebius: Attamen unus ex illis qui fullo erat, arrepto veste, quo vestes solebat premere, in caput Justo impexit. Ita vitam beato & felici martyrii cruciatus affectus afflictusque amisit. In quo loco prope templum, ubi columella ejus nomine inscripta adhuc manet, corpus tumulo mandatum est. Iste Jacobus tum Judaeis, tum Graecis carus & incorruptus fuit testis, Jesum vere fuisse Christum. Non multo post Vespasianus Judaeam obsedit, Judaeosque redegit in servitutem. Haec Clementis historia mire consentientia Hegesippus uberius pleniusque explicavit. Hucusque Eusebius de neci Jacobi ex dictis auctoribus.

(b) Epiph. haresi. 78.

(c) Hier. de Script. Eccl. in Jacobo.

Judaeorum mala ex neci Jacobi advenisse credita.

(d) Orig. contra Cels. lib. 11.

Quod vero ad sepulcrum ejus spectat, haec addit S. Hieronymus (c): Ejus sepultura titulum usque ad obsidionem Titi & ultimam Hadriani, notissimum habuit. Quidam e nostris in monte Oliveti eum putarunt conditum: sed falsa eorum opinio est. Addit post haec Eusebius Judaeorum testimonio facile creditum ac divulgatum, ejus execrandi facinoris causa talia tantaque obvenisse, quae post haec secuta sunt mala: immo & Josephi idem haec addit verba: Judaeis quidem ad scelus vindicandum in Jacobum Justum fratrem Domini, qui dicitur Christus ab illis admisum (illum namque justitia facile primas ferentem impie neci dederunt) ista obvenere calamitates. Citat & Origenes (d) ejusmodi Josephi de Jacobo testimonium in haec verba, agens contra Celsum: Josephus enim, etsi minus in Christum credidit, causam tamen conquirens Hierosolymitani ex-

cidii, & cur esset templum deletum; cum debuisset dicere, conspirationem quam Judaeus populus adversus Jesum fecerat, fuisse omnium causam, & quia Christum per Prophetas jam denuntiatum sustulerant: Ipse vero tanquam invitus, haudquaquam longe a vero aberrans, eo inquit haec accidisse Judaeis, ut Jacobus Justus ille vindicaretur, qui Jesu & frater esset, qui dictus est Christus: hunc enim, cum esset Justissimus, trucidarunt: & sane non magis ob hanc sanguinis propinquitatem, quam ob morum similitudinem, & sermonis mutui cum Jesu commercium, ut Justus diceretur, effectum est. Si igitur ob Jacobi gratiam Hierosolymorum desolationem contigisse Judaeis ille affirmat: cur non aequius fuerit fateri, ob Christum id factum fuisse, cujus divinitatem tam multi hominum conventus testificantur? Haec Origenes. Sed cur Jacobi neci potius quam Christi tributa fuerit Hierosolymitana clades; illam causam fuisse putamus, quod haud diu post necem Jacobi ceperunt de venturis malis divinitus ostendi prodigia: quibus illi perterriti, ea recentiori sceleri adscribebant. Agemus autem paulo inferius de singulis suo loco.

Sed quod ad eundem Jacobum spectat: praeter illa quae de ejus vitae sanctitate a Josepho, Clemente, Hegesippo, & Eusebio sunt recitata; S. Epiphanius (e) iisdem consentiens, aequè affirmat permisum illi fuisse ob egregiam spectatamque omnibus virtutem ingredi in Sancta sanctorum semel in anno: additque (f) ipsum semper virginem permansisse: putavitque hunc illum fuisse, qui relicta sindone, nudus passiois Christi tempore aufugit: haec idcirco opinatus, quod eum lineam sindonem semper induere solitum, dicti auctores affirmant: sed de his superius pluribus actum est. Tradit praeterea, nudis pedibus incedere consuevisse: Insuper ficitate magna instante, elevantem ad caelum manus, Deum precatum esse, ac mox pluviam impetrasse: haec ille & alia multa. S. Hieronymus (g) de eodem haec habet: Vir fuit tantae sanctitatis & ruminatissimus in populo, ut sinitiam vestimentis ejus certatim cuperent attingere. Chrysostronus (h) Chrysostr. (b) addit etiam, non tantum ejus genua, sed & frontem ob jugem in pavimento prostrationem callo obductam fuisse. Sunt de eo alia ferme innumera Patrum eloquia, quae brevitati consulentes omittimus, cum praefertim de eo superius non nihil sit dictum. Sed his omnibus hic de Jacobo addimus, ista legi in Thalmud Hierosolymitano, in Sciabath capite decimoquarto: Rabbi Eligazer filio Dama colubri mortu aegrotante, venisse ad eum Jacobum e castello Samma, ut in nomine Jesu fabri eum curaret: sed a Rabbi Ismaele prohibentem, cumque contra eum obniteretur ipse Eli-

VIII. De miraculis Jacobi sanctitate. (e) Epiph. haresi 29.

(f) Epiph. haresi 78.

(g) Hier. in ep. ad Galat. cap. 1. in fine. (h) Chrysostr. in Matib. hom. 5.

Eligazer, affirmans id fieri potuisse, inter altercandum, serpente veneno, coram ipso Ismaele extinctus est; qui tunc exclamavit, hæc dicens: *O te felicem filium. Dama, qui ex hoc mundo in pace migrasti, nec transgressus es materiam sapientium!* Hæc ibi: eadem quoque leguntur in Thalmud Babylonico de Idololatria capite secundo, in omnibusque enarratis similia, nisi tantum quod castelli nomen non Samma, sed Savania nominatum habetur. Porro aliis in locis ejusdem Thalmud Babylonici, cum mentio habetur de Jacobo, semper nominatur discipulus Jesu fabri, contempus gratia: eadem quoque apud Rabbi Salomonem leguntur: ut jure credatur hic fuisse Jacobus Apostolus, de quo agimus, Hierosolymorum Episcopus, qui peregrinantibus in diversas provincias ceteris Apostolis, ibi remansit.

IX.
De epistola Jacobi.

(a) Euseb. Hist. l. 2. c. 22. in fine.

(b) Hier. de Scrip. Eccl. in Jacobo.

Reliquit Jacobus Ecclesie Dei & illud insigne sui Apostolatus monumentum, nempe epistolam ad duodecim Tribus, quæ erant in dispersione: de qua hæc Eusebius, (a): *Ab eo prima epistolarum, quæ Catholica nominantur, dicitur scripta esse. Illud tamen minime præterire decet, quod licet a quibusdam tamquam adulterina & minime germana propterea judicetur, quod non adeo multi ex veteribus illius epistolæ, sicut nec ejus quæ dicitur Judæ, quæ etiam in septem Catholicarum epistolarum numero ponitur, ullam omnino mentionem faciunt: tamen nos istas cum reliquis in quamplurimis Ecclesiis publice receptas approbatasque cognovimus.* Hæc Eusebius. Hieronymus (b) etiam ab eodem Jacobo eam esse scriptam epistolam testatur, sic dicens: *Unam tantum scripsit epistolam, quæ de septem Catholicis est: at quid de ea aliqui senserint, mox subdit: Quæ ipsa ab alio quodam sub nomine ejus edita asseritur, licet paulatim tempore procedente obtinuerit auctoritatem.* Hæc Hieronymus, declarans tam suam quam aliorum de epistolæ Jacobi auctoritate sententiam. Quæ cum adeo clara atque evidentia habeantur; miratus sum Novatorum mentis stupiditatem, qua volunt Hieronymum dixisse Jacobi epistolam alterius cuiuspiam esse potius, sed ex tempore obtinuisse auctoritatem. Quis non videat, hac perperam facta interpretatione, Hieronymum hisce tribus verbis ipsum contrarium sibi constitui; quippe qui dixerat a Jacobo scriptam epistolam, indeque mox ab alio ejus nomine addat esse compositam, & a tempore obtinuisse auctoritatem? At quod ait, *Asseritur*, quid aliud quam aliorum esse opinionem insinuat? Sed & si quis velit, ultima illa verba: *Licet paulatim tempore procedente obtinuerit auctoritatem*, non ex aliorum, sed S. Hieronymi sententia esse dicta: nihil præjudicii his affert quæ ab eodem prius dicta-

fuerant, eam a Jacobo esse conscriptam: nimirum, ut quæ prius esse Jacobi, traditione ferebatur, sic a tempore obtinuerit (ut ait) auctoritatem, ut eadem ratione suadente, demum canonicæ Scripturæ monumentis fuerit consignata. An dubitandum est de Hieronymi sententia, sæpius eam Jacobi esse testantis? nam in epistola ad Paulinum (c) eandem absque aliqua ambiguitate Jacobo tribuit; idemque adversus Pelagianos agens (d): *adv. Pelag. l. 2. dicitur legem, &c. & supra (e): Nonne Jacobus Apostolus scribit: Qui in uno offendit, &c.*

Ex antiquis autem, quorum extant scriptorum memoria, Tertullianus (f) citat se reperit eandem Jacobi epistolam, Cyprianus itidem, necnon Origenes (g), atque recentiores. Epiphanius (h) certe eam citat, non satis sibi visus est Jacobum, qui eam scripsit, nominasse; sed & Apostolum, & fratrem Domini, ut quis esset auctor, certius significaretur, adjecit. Si insuper ex judicio universalis Ecclesie antiquioris institutionis res agitur; Concilii Nicæni calculo eam fuisse probatam & cognitam ut Jacobi germanam, quis poterit dubitare? Nam si (quod alias diximus auctoritate Hieronymi i) in eo catalogus scriptus est librorum canonicorum; certe ibi adnumeratam esse epistolam Jacobi, firmam fidem facit Athanasius, qui cum interfuisset Nicæno Concilio, texens Synopsin omnium Scripturarum sanctarum, ejusdem epistolæ Jacobi meminit: quod certe non præsumpsisset, si secus in Nicæna Synodo adum esset; sicut nec Patres, qui in diversis Conciliis congregati, contrarium ab his quæ Nicææ statuisent Patres, aliquid tentasse dicendi sunt, dum & ipsi eandem epistolam Jacobi noverunt esse legitimam: prout fecisse certum est Damasum in Romano Concilio, in quo damnata est hæresis Apollinaris, ut habetur in Collectione Cresconii; itemque Gregorium Nazianzenum (k), Innocentium Papam (l), Augustinum (m), Cassiodorum (n), Isidorum (o), ac denique ceteros omnes, qui postea intexuerunt canonicorum scriptorum catalogum, quorum meminimus, cum superius egimus de Pauli epistola ad Hebræos.

Videas insuper ac perfacile recognoscas Apostolicum characterem in ipso ejus ingressu, cum eandem fere præferat inscriptionem, quæ ponitur in epistola data a Hierosolymitano Concilio, cui idem Jacobus interfuit, & pars ejus magna fuit, ad Ecclesiam Antiochenam; cum in eadem, sicut in Jacobi epistola, qui scriperunt, salutem impertiant. Videas etiam (sicut loci & temporis ratio postulat) ad confutandam Simonis hæresim, quæ

(c) Epist. 103.

(d) Hier. adv. Pelag. l. 2.

(e) Nonne Jacobus Apostolus scribit: Qui in uno offendit, &c.

(f) Tertul. adv. Jud. c. 2.

(g) Orig. hom. 7. in Josue.

(h) Epiph. in Joan. Epist. Hierosol.

(i) Hier. in pref. in Jud. dist.

(k) Nazianz. in can. de lib. canonic.

(l) Innoc. ep. 2.

(m) Aug. de doctr. Chris. lib. 2. c. 8.

(n) Cassiod. Instit. div. vin. lect.

(o) Isid. lib. orig.

XI.
Jacobus Epistola contra Simonis hæresim.

quæ præsertim Samaritæ, non longe ab urbe Hierosolymitana, infelici germine (ut Justinus testatur) coalescens, in dies magis grassabatur, ab eodem Apostolo summa prudentia multa dicta; dum in ea (a) plurimum in operum commendatione versatur, sine quibus fidem esse prorsus inanem affirmat. Nam (quod & superius dictum est, dum de erroribus Simonis narratio est instituta) prædicabat ille fidem satis esse, nec operibus esse opus. Sed hic iterum Irenæi (b) hæc de eo testantis verba opportune reddamus; ait enim: *Hi qui in eum & Selenem ejus spem habebant, & ut liberos agere quæ velint: secundum enim ipsius gratiam salvari homines, sed non secundum operas justas.* Hæc Irenæus de Simone mago, qui dicebat se ipsum esse Christum; qui pati visus est Hierosolymis; cujus hæresim Jacobus sua epistola egregie confutavit.

Qui nec ob id hæc de operibus dicens, adversatur Paulo (c) ad Romanos scribenti, atque dicenti hominem ex fide sine operibus justificari. Egregie enim Augustinus (d) Jacobum cum Paulo conciliat; ut non sit nobis in his amplius laborandum. Sane de eadem opinione tempore Apostolorum exorta, qua Simon & gregales ejus dicerent satis esse ad salutem fidem sine operibus, hæc Augustinus (e) post multa: *Quoniam ergo hæc opinio tunc fuerat exorta: alia Apostolica epistola Petri, Joannis, Jacobi, Judæ, contra eam maxime dirigit intentionem, ut vehementer adstruant fidem sine operibus nihil prodesse: sicut etiam ipse Paulus non quamlibet fidem, qua in Deum creditur, sed eam salubrem, planeque Evangelicam definiit, cujus opera ex dilectione procedunt: Et fides, inquit, qua per dilectionem operatur.* Hæc Augustinus. Jure ergo adversus fluxum carnis libertate late fluentem agentis Apostoli, ac Jacobus præsertim, fortissimum opposuerunt aggerem. In quos enim campos non exundasset ea male accepta vivendi libertas, si sceleris quibuscumque absque labore, perinde ac vilissima merces, sic esset prostituenda potius Ann. Eccl. Tom. I.

II.
Extrema Unctio olim ante Viaticum data.

Ad num. XIII. & seqq. Usus extremae Unctionis conferendæ diversus alias fuit ab hodierno. Eam enim Unctionem, quam nunc extremam vocamus, Viatico præmittent Veteres, qui ritus apud solos Cistercienses Monachos & quosdam forte Ecclesias illibatus hæcenus perseverat. S. Chrotildis Regina in Vita Ludovici VI. Francorum Regis a Sugerio scripta, *trigesimo die vocationis sua secundum Apostolum inuncta a Sacerdotibus oleo sancto, & sacri Corporis & Sanguinis Christi percepto Viatico, in confessione sancta Trinitatis corpus exiit.* In Vita S. Hunegundis ab Anonymo coarvo, & etiam a Bernero Abbate Hummolarienti literis tradita, ubi de morte ejus sermo est, dicitur: *Inter hæc conversæ ad eos, qui assidebant sibi, Presbyteros, unctiois oleum*

quam præstanda felicitas; cum longe alter Apostolica prædicatio laboribus, & ærumnis, & mille denique mortibus (ubi postulat occasio) cælestem gloriam proponeret comparandam? Habeant hunc sibi ipsis auctorem & patrem (quod iterum dico) Novatores hæretici nostri temporis, atque tanto principe glorientur, hæresiarcha primario, & perditissimo impostore.

Sed quod spectat ad divinitus tradita sacramenta, eorundemque Apostolicam traditionem: idem Jacobus de inungendis ægotantibus oleo sancto, eadem epistola, hæc tradit his verbis (f): *Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Ecclesie, & orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei salvabit infirmum, & alleviabit eum Dominus; & si in peccatis sit, remittentur ei.* Apostolos etiam Christi tempore consuevisse infirmos ungere, & sic restituere sanitati, testatur Marcus his verbis (g): *Euntes prædicabant ut penitentiam agerent: & dæmonia multa eiciebant, & ungebant oleo multos ægros, & sanabant.* Nullum certe Prophetarum, vel aliorum sanctorum virorum antehac usum esse oleo ad inungendos & curandos infirmos, usquam invenimus: adeo ut manifeste appareat ejusmodi institutionem a Christo Domino nostro sumpsisse originem. Porro unctiois, quæ ad curandos infirmos a Christianis adhiberi consuevit, duplex genus reperitur; alterum, quod ab Episcopo solemniter benedicitur, & per presbyteros ministratur infirmis; quod cum vim habeat dimittendi peccata, sacramentum dictum a majoribus habetur, nec aliis quam Fidelibus, sicut cetera sacramenta tribui solet: alterum vero, quod passim a quibuscumque Fidelibus ad sanandos quoscumque ægros, supra vim naturalem divina adjuvante gratia, adhiberi solitum fuit, cujus tamen nulla sit virtus sacramenti, sed quod contineret virtutem, quam fides vel merita dantis vel suscipientis, prævia benedictione signo crucis impertita, soleant impetrare. Horum alterum in Jacobo, in Marco alterum testatum habetur. Ffff Quo

& communionem expetit, quod circa annum DCLX. contigit. Quare cum in Vita S. Gertrudis Abbatissæ primæ Nivelensis anno DCLXXVII. demortuæ, in Vita S. Eustasii, qui circa annum DCXXV. e vivis excessit, in Vita S. Richardi Abbatissæ Centulensis, qui circa annum DCXLV. obiit, dicitur, Viatico sumto ad aeternam vitam migrasse, nulla sacre Unctionis mentione facta; Scriptores Actorum horum Sanctorum, quæ apud Mabillonium V. C. leguntur, & ex eorum præfatione ad Tomum I. Actorum SS. Ordinis Benedictini hæc excerptimus, de ultimo tantum Sacramento ab illis Sanctis sumto loquuntur: ideoque hujusmodi exemplis ad Sacramentum extremæ Unctionis labefactandum abutuntur Protestantes.

XIII.

(f) Jacob. 5. De oleo sancto infirmorum.

(g) Marc. 6.

XIV.

(a) Innoc. ep. r. c. 8. Sacramentum unktionis.

Quod vero ad prius unktionis genus spectat; sacramentum esse a majoribus nuncupatum, satis ea quae scripta sunt ab Innocentio Romano Pontifice (a) ad Decentium, monstrant, cum ait; Sane quoniam de hoc sicuti de ceteris consulere voluit dilectio tua; adjecit etiam Celestinus filius meus diaconus in Epistola tua, esse a tua dilectione positum illud, quod in beati Apostoli Jacobi epistola conscriptum est: Infirmatur quis in vobis, &c. quod non dubium est de Fidelibus aegrotantibus accipi vel intelligi debere, qui oleo sancto chrisimatis perungi possunt; quo ab Episcopo confecto, non solum sacerdotibus, sed omnibus uti Christianis licet in sua aut suorum necessitate inungendo. Haec ille; quae passive accipi debere, idemque esse ac si diceret, quilibet Christiani eo possunt inungi, ejusdem Innocentii verba declarant, cum subdit per presbyteros debere administrari, vel per Episcopum, si velit, sic dicens; Ceterum illud superfluum videtur adjectum, ut de Episcopo ambigatur, quod presbyteris licere non dubium est. Nam idcirco de presbyteris dictum est; quia Episcopi aliis occupationibus impediti, ad omnes languidos ire non possunt. Ceterum si Episcopus aut potest, aut dignum ducit aliquem a se visitandum, & benedicere & tangere chrisimate sine cunctatione potest, cujus nempe est ipsum chrisma conficere. Nam paenitentibus istud infundi non potest, quia genus est sacramenti: nam quibus reliqua sacramenta negantur, quomodo unum genus putatur posse concedi? Hucusque Innocentius, non quidem ex aliqua recenter oborta institutione, sed secundum ea quae a majoribus tradita accepisset.

XV. (b) Cyrill. catech. myst. 5. (c) Aug. in Ps. 144.

Divinam plane virtutem ex sacerdotali benedictione oleum consequi, Cyrillus Hierosolymitanus (b) pluribus docet. Augustinus (c) item de oleo spiritali, nempe sacramento, haec ait: Oleum enim

III. Clar. Mos ille mutatus.

Mos iste antiquus, ineunte saeculo XIII. in defuetudinem abiit, cujus ordinis mutationem ex Britannicis Conciliis conjectura deducit Mabilionius. Falsa haec vulgo animos eo tempore invasit persuasio non amplius post susceptam semel infirmorum unktionem licere uxoris, si convalescent, ad opus conjugale reverti. Quae superstitio ad alia erroris capita sensim prolapsa effecit, ut Unktioni Viaticum praemitteretur. Ricardus Episcopus Saresberienfis in Constitutionibus circa annum MCCXVII. editis, ubi de Sacramento extremae Unktionis agit: Dicam etiam, inquit, ac denuntiant confidenter Sacerdotes, quod post susceptum hoc Sacramentum licitum est reverti ad opus conjugale. Eam vero persuasionem accrevisse discimus ex Synodis Wigorniensis circa ea tempora habita, Exoniensis anno MCCXXVII. & Wintoniensis anno MCCCXVIII. celebratis, in quibus gliscentem errorem Episcopi tollere conantur, ut verosimile sit, ob ea deliramenta, Unktionem infirmorum in mortis articulum reservari coepisse, ac sensim

visibile in signo est: oleum invisibile, in sacramento est. Oleum spirituale intrus est, oleum visibile exterius est; & qui alibi tam egregie haec de oleo sancto infirmorum testata reliquit, sic dicens (d): Quoties aliqua infirmitas supervenerit, Corpus & Sanguinem Christi, ille qui aegrotat, accipiat; ac inde corpusculum suum ungat: ut illud quod scriptum est, impleatur in eo: Infirmatur quis in vobis, &c. Videte fratres, quia qui infirmitate ad Ecclesiam curruerit, & corporis sanitatem recipere, & peccatorum indulgentiam merebitur obtinere. Cum ergo duplicia bona possint in Ecclesia inveniri: quare per incantatores, & aruspices, & divinos, vel sorilegos multiplicia sibi mala miseri homines conantur inferre? Hucusque Augustinus, At quis dixerit communne fuisse oleum quod post sacramentum Corporis & Sanguinis Christi infirmans acciperet ab Ecclesia, ex quo non tantum bonam valetudinem, sed & remissionem peccatorum consequeretur? Arbitror tamen communi usu ejusmodi sacramentum idcirco dictum Extremam unktionem, non quod in extremis posito tantum debeat impertiri, cum dicat Apostolus: Infirmatur quis in vobis, &c. sed quod post peccatorum confessionem & acceptam Eucharistiam, novissimum sacramentorum homini Christiano conferri soleat. In eadem, quoque sententiam Cyrillus (e), admonens suos ne in curandis morbis a magis implorentur, auxilium, haec addit: Memento re & ejus qui dicit: Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Ecclesiae, orent super eum, ungentes ipsum oleo in nomine Domini, &c. Merito igitur impudentium ora Novatorum oclulit S. Concilium Tridentinum, his verbis eos condemnans (f): Si quis dixerit Extremam unktionem non esse vere & proprium sacramentum a Christo Domino nostro institutum & a Jacobo Apostolo promulgatum, sed ritum tantum acceptum

(d) Aug. de temp. serm. 215. Quid conferat hoc Sacramentum.

(e) Cyril. lib. de ador. in Spir. citat. cum Anast. Nicen. ca. 23.

(f) Conc. Trident. sess. 14. cap. 1.

usum in omnes Ecclesias propagatum esse.

Porro extrema sub finem tantum saeculi XII. haec Unctio vocari coepit. Nec enim in Sacramentorum libris a Menardo editis; nec apud Uldaricum in libris Consuetudinum Cluniacensium; nec apud Lanfrancum, Anselmum, Petrum Damiani, Petrum de Honestis in Regula Clericorum; nec apud S. Bernardum, aut Petrum Lombardum, extremae Unktionis nomen occurrit. Locus in Vita S. Maurae a B. Prudentio scripta apud Camusatam, ubi extrema Unktionis mentio, addititius videtur. Denique haec unctio, ante extrema dicta est, quam Viatico posterior esset, ut patet ex Vita Guillelmi Archiepiscopi Bituricensis anno MCCIX. mortui; ab Auctore coevo scripta, ac relata a Bollandio die X. Januarii: Fratribus convocatis extrema Unktionis Sacramentum humiliter ac devoto percepit. Eo percepto, etiam sacrosanctam Eucharistiam sibi porrigi instantissime postulavit. Haec omnia Mabilionius,

IV. Unctio quando extrema dicta.

XVI. De oleo ad miracula adhiberi solitum.

(a) Tert. ad Scapul. c. 44. (b) Sozom. hist. lib. 6. c. 20. 29. (c) Rufin. hist. lib. 12. c. 4.

(d) Clem. Constit. 1. 3. cap. 25.

XVII.

quod non ex apocryphis testatum referimus, De missa sed majorum auctoritate; certe si quis cum Jacobi. iis conferat quae Cyrillus (e) ejusdem Ecclesiae Hierosolymorum Episcopus in suis Mythagogicis orationibus habet, plane cognoscet ea ab ipsa Jacobi Missa esse accepta: ut illud quod sacerdos alta voce diceret: Sursum corda; & quae de immensa gloria Dei praefari soleat ante sacra mysteria, vel quod idem diceret: Orae pro vivis & defunctis: deque eo quod inclamaret diaconus ante sumptionem divinorum mysteriorum: Osculamini invicem in osculo sancto: atque ea accepturis, illud intonaret: Sancta sanctis: & de populo respondente; Unus est sanctus, &c. ac rursum quod cantores inter sumptionem sacrae Eucharistiae, illud psalmi trigesimitertii concinerent: Gustate, & videte quoniam suavis est Dominus: & alia hujusmodi. Quae omnia idem Cyrillus non aliunde quam ex Jacobi Liturgia cognoscitur accepisse. Sed illud accidit (quod etiam apud Latinos factum esse constat) ut in sacratissima Missa aliis superadditis precibus, aliis vero breviori summa contractis, ritibusque nonnihil auctis aut mutatis, rei tamen substantia integra permanente, paulo diversior ab illa pristina habeatur. Sed haec satis.

Quod vero ad alterum unktionis genus spectat: commune illud potius, aliqua tamen benedictione sanctificatum, quam sacramentum dici posse videtur: quandoquidem non ad infirmorum dimittenda peccata, & invisibilem gratiam consequendam fuerit institutum, & a quolibet Christiano in nomine Christi, & in quemlibet, etiam a fide alienum, ad sanitatem corporis consequendam sit solitum adhiberi. Ejusmodi plane erat, quod ad curandos morbos per Proculum Christianum administrari solitum scribit Tertullianus (a). Erat & id genus, quo sanctissimi Aegypti monachi ad sanitates impartendas (quod scribit Sozomenus (b) & ante ipsum Rufinus (c) uti consueverant: de eodem Severus in Martino, S. Hieronymus in Hilarione, & alii qui res gestas sanctorum scripsere, frequentissime meminere. Solitum erat ejusmodi, sicut aliae species ad humanum usum comparatae, precibus praescriptis sanctificari (nam & apud Clementem (d) scripta habetur benedictio aquae & olei) sicque signo tantum crucis illud benedixisse, & in nomine sanctissimae Trinitatis sanctificasse, atque aegrotantibus admovisse sufficeret. Insuper & oleum sacrarum lampadum, quae ad martyrum sepulcra ardere solitae essent, ad morbos curandos, aliaque edenda miracula virtutem saepius esse divinitus consecutum, quae superius ex Theodoro sunt dicta & aliis, plenissimam fidem faciunt, atque satis superque demonstrant. Sed de his haec tenus.

Extat ab eodem Jacobo suae Ecclesiae tradita sacrificii forma, nempe Missa. Id-

que non ex apocryphis testatum referimus, De missa sed majorum auctoritate; certe si quis cum Jacobi. iis conferat quae Cyrillus (e) ejusdem Ecclesiae Hierosolymorum Episcopus in suis Mythagogicis orationibus habet, plane cognoscet ea ab ipsa Jacobi Missa esse accepta: ut illud quod sacerdos alta voce diceret: Sursum corda; & quae de immensa gloria Dei praefari soleat ante sacra mysteria, vel quod idem diceret: Orae pro vivis & defunctis: deque eo quod inclamaret diaconus ante sumptionem divinorum mysteriorum: Osculamini invicem in osculo sancto: atque ea accepturis, illud intonaret: Sancta sanctis: & de populo respondente; Unus est sanctus, &c. ac rursum quod cantores inter sumptionem sacrae Eucharistiae, illud psalmi trigesimitertii concinerent: Gustate, & videte quoniam suavis est Dominus: & alia hujusmodi. Quae omnia idem Cyrillus non aliunde quam ex Jacobi Liturgia cognoscitur accepisse. Sed illud accidit (quod etiam apud Latinos factum esse constat) ut in sacratissima Missa aliis superadditis precibus, aliis vero breviori summa contractis, ritibusque nonnihil auctis aut mutatis, rei tamen substantia integra permanente, paulo diversior ab illa pristina habeatur. Sed haec satis.

At de rebus Romanorum pauca attingamus. Hoc eodem anno rebellantes, iustis tamen (ut videbatur) ex causis, Britannis signantur, occisique sunt ex eis in bello ad octoginta millia virorum: sed emulantium magistratum invidia hostibus fuit magnopere adjumento, nimirum cum misso qui succederet Suetonio, in ignavos eff-

XVIII. De Britannis. (f) Tacit. lib. 14.

I. Marcus Episcopus Alexandrinus martyr obiit. (g) Hier. de Scrip. Eccl. in Marco.

(h) Euseb. hist. lib. 2.

Qui modo sequitur Christi Domini annus sexagesimusquartus, qui & numeratur Imperii Neronis octavus, Coss. P. Mario Celso & L. Asinio Gallo, Marcus Evangelista primus Alexandrinae Ecclesiae Episcopus glorioso Martyrio vitae finem accepit. Auctor est enim S. Hieronymus (g), ipsum octavo Neronis anno ex humanis esse sublatum. Succesisse illi Anianum sequenti anno, tenuisseque eam sedem annos vigintiduos, Eusebius habet in Chronico: sed in historia (h) haec verius: Octavo anno Imperii Neronis, Anianus vir tum Deo propter pietatem carus, tum in omnibus rebus admirabilis, primus post Marcum Evangelistam in ministerium Ecclesiae Alexandrinae successit. Sed de Aniano alibi. Tam igitur Eusebii quam Ann. Eccl. Tom. I.

Hieronymi testimonio erroris arguuntur, qui dixerunt (i) Marcum sub Trajano martyrium subisse. At quoniam Hieronymus de exitu Marci agens, de martyrio ne verbum quidem: nonnullos scimus dubitasse, an martyrio fuerit vita functus. Sed cum antiquum Romanum Martyrologium, tum etiam vetus Graecorum Menologium eum occubuisse martyrio aequae testantur: dumque huic veritati ad stipulatur Gelasius (k), cum ait: Ipse a Petro Apostolo in Aegyptum directus, verbum veritatis praedicavit, & gloriosum consummavit martyrium; nefas ducimus de ea re amplius dubitare: unus namque ipse est nobis instar omnium, qui de Apostolis ac ceteris martyribus, quae essent apocrypha, perspicaci consideravit obtutu.

(i) Dorosh. in Synops. & alii.

(k) Gelas. in Concil. Rom. decret. lib. autent.

II. De Marci martyrio.

Porro martyrii ejus Acta paucis conscripta habentur in hæc verba: Marcus primus omnium Alexandriae Christi annuntians Evangelium; cum instituisset Ecclesiam Alexandrinam, insuper & alias collegisset ex Libya, Marmarica, Pentapoli, & Armoniacâ regione, Thebaide, ac universa prope Aegypto: tandem Dominico die, cum Missam ageret, Gentiles in eum irruentes atque tenentes, ligato fune ad collum ejus, traherent eum, raptantes per saxa ad locum Bucoli juxta mare (erat hic locus apud Alexandriam positus, sic dictus a bucolis, hoc est, ut habet Strabo (a), a bubulis, quibus olim fuerat traditus habitandus.) Sicque carne ejus undique lacerata atque confusa, pene spiritum reddidit, in carcerem detrusus, apparente sibi Domino una cum Angelis, ad futurum certamen instauratur. Mane autem facto, rursus de carcere eductus, pariterque ut ante, per scabra loca pertractus, cum ageret Deo gratias, atque diceret: In manus tuas commendo spiritum meum: impollutum Deo reddidit spiritum; sepultusque est cum honore a discipulis suis. Hæc ex Menologio Græcorum accepta, a Latinis æque probantur, scribentibus hæc eadem, iidemque pene verbis ex antiquioribus monumentis Beda (b), ac etiam Adone: Metaphrastes (c) vero rem est paulo latius profecutus, eademque Nicephorus (d), ceterique recentiores Græcorum, qui eam rem attigerunt: ætateque jam prope matura ac femicana, passum tradunt mense qui apud Aegyptios Pharmutus, ab Hebraeis Nisan, a Romanis Aprilis dicitur, vigesima quinta ejusdem.

III. His visis, decet ut quæ de Ecclesia Alexandrina ab eo instituta scribit S. Hieronymus (e), recenseamus; eademque an in omnibus vera consistant, diligentiori examine disquiramus: sic enim ait: Con-

stituit Ecclesiam tanta doctrina & vitæ continentia, ut omnes sectatores Christi ad exemplum sui cogeret. Denique Philo disertissimus Judæorum, videns Alexandria primam Ecclesiam adhuc Judaizantem; quasi in laudem gentis suæ, librum super eorum conversatione scripsit; & quomodo Lucas narrat Hierosolymæ credentes omnia habuisse communia; sic ille, quod Alexandria sub Marco fieri doctore cernebat, memoria tradidit. Hucusque Hieronymus. Est hic Philonis liber, de Vita contemplativa, sive de Supplicibus, inscriptus. Idem S. Hieronymus (f) de Philone hæc quoque habet: Philo Judæus, natione Alexandrinus, de genere sacerdotum, idcirco a nobis inter scriptores Ecclesiasticos ponitur, quia librum de prima Marci Evangelistæ apud Alexandriam scribens Ecclesiam, in nostrorum laude versatus est: non solum eos ibi, sed in multis quoque provinciis esse commemorans, & habitacula eorum dicens monasteria. Ex quo apparet, talem primam in Christo credentium fuisse Ecclesiam, quales nunc monachi esse nituntur & cupiunt, ut nihil cuiusquam proprium sit, nullus inter eos dives, nullus pauper, patrimoniam egentibus dividantur, orationi vacent & psalmis, doctrinæ quoque & continentia; quales & Lucas refert primum Hierosolymis fuisse credentes. Hæc ipse, sectatus haud dubie Eusebium (g), qui ea de Christianis sub Essenorum nomine a Philone scripta esse contendit, pluribusque id ipsum probare conatus est.

Epiphanius quoque in eadem plane conspirat sententiam, qui ait (h): Reperies autem studiose etiam hoc argumentum De Essenis in commentariis Philonis, in libro de Essæis ab ipso inscripto: qui horum conversationem & laudes eorum exequens, & monasteria ipsorum in vicinia circa Mariam paludem recensens, non de aliis quibusdam

Ecclesia Alexand. optime inscripta.

(f) Hier. cod. lib. in Philone.

(g) Euseb. hist. lib. 2. c. 15, 16.

(h) Epiph. hæres. 29. De Essenis sive Jessæis.

SÆC. I. Anno Urbis 815. Olymp. 210. an. 2. An. C. 62.

ANNO PERIODI GRÆCO- ROMANÆ 5555. © 15. C. D 6. P. II. April. Indiæ. 5. JESU CHRISTI 62. secundum Baronium 64.

SANCTI PETRI 9. NERONIS IMP. 9. AD num. I. Coss. P. Marius Celsus, & L. Consul. Afranius.

[i] Coss. P. Marius Celsus, & L. Afranius. Tacitus Annal. lib. XIV. cap. XLVIII. habet: P. Mario, L. Afranio Coss. Facti Vindebonenses & Idatiiani: Mario & Gallo. Prospéri Chronicon: Marbino (pro Mario) & Gallo. In vetusta vita Persii cum Juvenalis Scholiastæ edita, legitur: Decessit (Persius) VIII. Kal. Decemb. Rubrio (pro Publio) Mario, Afranio Gallo Coss. Onufrius, Pighius, & alii, Consules suffectos statuunt hoc anno ex Kal. Julii, L. Annam Senecam, & Trebellium Maximum, quod Digestorum lib. XXXVI. tit. I. ad S. C. Trebellianum ex Ulpiani lib. III. fideicom. habeatur S. C. Neronis temporibus factum VIII. Kal. Septembris Anno Seneca, & Trebellio Maximo Coss. Aufonius tamen in Panegyrico, nunquam Senecam fuisse consulem, tradit his verbis: Dives Seneca, nec tamen Consul. Nonnulli negationem subtrahunt, leguntque: Dives Seneca, tamen consul. Inter suffectos hujus anni consules ponitur ab omnibus ferme Junius Marcellus, de quo Tacitus Annal. lib. XIV. cap. XLVIII. Consulque Junius Marcellus consul designatus adimendam reo praturam &c.

II. Therapeutæ Esseniani non erant.

dam narravit, quam de Christianis. Hæc & alia plura Epiphanius, insinuans Philonem de Essæis, hoc est Jessæis, esse locutum, non de Essenis: Jessæos enim a Jesu, sive a Jesse, ex quo Christus secundum carnem, affirmat nominatos esse Christianos ipso exordio nascentis Ecclesiæ. Eosdem, qui erant in Aegypto, Essenos fuisse Christianos, Cassianus (a) etiam existimasse videtur, dum asserit Aegyptios monachos a sancto Marco esse institutos. Id ipsum affirmat Sozomenus (b) necnon Cedrenus, qui & citat in testimonium epistolam Eusebii ad Marinum. Nicephorus (c) fatetur hoc ipsum, Beda (d), & alii recentiores, Novatoribus exceptis, eo quod monachorum instituta summo odio prosequantur. Quod vero ad nomen spectat; ait Suidas verbo Essæi, sic eos dictos esse a contemplando; idemque esse Essæos, quod contemplantes; qui & genus Rechabitarum fuisse putavit: sed de his infra. Porro quod ad ipsum nomen pertinet: Essenos a vitæ sanctitate esse dictos, Chrysostomus (e) testatur, cum ait: Essenii, qui etiam Hosi, id est Sancti, dicuntur: hoc enim vult nomen Essenorum a vitæ honestate. Id & Philo quoque in libro cuius est titulus, Quod liber sit probus; Essæos sanctos significare; atque a sanctitate illud eos nomen accepisse, non obscure declarat. Verum omnes Christianos ipso exordio nascentis Ecclesiæ Sanctos esse nominatos, satis superius dictum est, cum egimus de nomine Christiano.

V.

Sed quoniam (ut diximus) negant Novatores, Essenos a Philone conscriptos fuisse Christianos: nos, ne majorum dumtaxat auctoritate atque numero testium agere videamur potius quam rationibus ac historica veritate, rem ipsam accuratius prosequemur. Tradunt autem illi, non de Christianis locutum esse Philonem, sed de ea Judæorum secta historiam contextuisse quæ

(a) Cassian. lib. 2. c. 5. de instit. c. 2. nob.

(b) Sozom. l. 1. c. 12. in fine.

(c) Niceph. l. 2. c. 15.

(d) Beda in pref. in Marcum.

(e) Chryst. hom. 44. in 61.

Essenorum dicta esset, quam Josephus (f) ante Christi tempus extitisse demonstrat, cum de Herode agit (g) eidem non nihil favente. Sane si Plinium atque Solinum auscultemus; dicere necesse est, fuisse Essenos plane antiquissimos. Plinius (h) enim in suis Naturalis historiarum libris hæc de Essenis & eorum antiquitate conscripsit: Genus, inquit, sola in toto orbe præter ceteras mira, sine ulla femina, omni venere abdicata, sine pecunia, sociâ palmarum. In diem ex æquo convenantur, turba renascitur; large frequentantibus, quos vita fessos ad mores eorum fortuna fluctus agit. Ita per seculorum millia, incredibile dictu, gens æterna est, in qua nemo nascitur: tam fecunda illis aliorum vitæ penitentia est. Hæc Plinius, qui eos in Judæa ad Occidentem posita habitasse tradit. Solinus (i), ut qui post Plinium scripsit, & ex Plinio fere omnia accepisse cognoscitur, eadem de Essenis cum Plinio scribit, atque iidem propemodum verbis, sic dicens: Interiora Judææ Essenii tenent, qui præditi morali disciplina, recesserunt a ritu gentium universarum, majestatis (ut reor) providentia ad hunc morem destinati. Nulla ibi femina, venere se penitus abdicant, pecuniam nesciunt, palmis vitant: nemo ibi nascitur, nec tamen deficit hominum multitudo. Locus ipse addictus pudicitia est: ad quem plurimi, licet undique gentium properant, nullus admittitur, nisi quem castitatis fides & innocentia meritum prosequatur: nam qui reus est vel levis culpa, quamvis summa ope adipisci ingressum velit, divinitus submovetur. Itaque per immensum spatium seculorum, incredibile dictu, æterna gens est, cessantibus puerperis. Hucusque Solinus. Meminit & Essenorum non sine laude Porphyrius, cujus de illis sententiam Cyrillus Alexandrinus recitat (k).

Verum quod pertinet ad Essenorum anti-

(f) Joseph. Ant. 1. 18. c. 2. & de bell. Jud. 1. 2. c. 7. De Essenis qui ante Christum vixerunt.

(g) Joseph. Antiq. lib. 15. c. 13. (h) Plin. lib. 5. c. 17.

(i) Solin. Poly-hist. 36.

(k) Cyrill. Alex. lib. 5. cont. Jul.

VI. ti-

præsertim a Philone, qui & Apostolicorum temporum fuit æqualis, & cum Petro familiariter Romæ versatus esset, si Eusebio credimus. Ex quibus aperte colligitur, Philonem eo in libro de Christianis non loqui, ut pluribus ostendit Valeus.

Scaliger laudatus duo Essenorum genera fuisse scribit; alios Practicos, de quibus in priori libro Philo agit; alios Theoreticos: additque, illos Philonis Therapeutas Essenos fuisse. Sed hoc ultimum a Valeo citato confutatum. Nam primum quidem Philo in toto illo libro de Vita contemplativa nunquam illos Essenos nominat; immo statim in ipso libri exordio Therapeutas ait nuncupatos fuisse, & mulieres ejusdem instituti Therapeutridas. Deinde Essenii in Judæa tantum erant & Palæstina, ut diserte scribit Philo, tum in libro, Quod omnis probus sit liber; tum in Apologia pro Judæis, quam citat Eusebius in lib. 8. de Præparatione. Therapeuta vero per omnem Græciam ac Barbariam diffusi erant; sed præcipue

III. Therapeutæ ab Essenianis distincti.

De anti- quitate Essenorum.

tiquitatem: dum dicunt eos per multa saeculorum millia extitisse, certe non ea qua sunt dicta facilitate probantur; nam nec qui res Judaicas sunt profecuti, tam antiquam originem Essenis tribuunt. Ex- istimamus enim Plinium, quia novisset genus Judaeorum vetustissimum, Essenorum quoque Judaeorum sectam illis existimasse fuisse congenitam. Potius autem standum esse scriptoribus Gentilibus de rebus Judaicis, quam propriis, nemo dixerit; nam quam facile Ethnici errore lapsi sint, quantumlibet disertissimi, in rebus Hebraicis conscribendis, ostendimus superius, cum egimus de coena pura; & alibi, di- sturique sumus inferius opportuniori loco: sed interim manifestioribus rationibus rem, de qua agimus, disquiramus. Si enim tam nobile ac prope divinum vivendi genus ante tot saecula vigeat apud Essenos Judaeos; quae ratio est, quod nec in veteri Instrumento, nec novo ulla de eo reperitur habita mentio.

VII.

Nec est quod quis jure dicere possit, Essenos eosdem esse cum Rechabitis, quorum summa cum laude meminit Hieremias (a). Nam diversa ac plane discreta erat utriusque gentis institutio. Rechabita enim (ut est sacris literis consignatum) non nisi iis quae terra sponte ferret absque aliqua agrorum cultura, victum quaerere consueverant: e contra vero Essenos omnes agros colere solitos, & ex his victum quaerere, Philo in libro qui inscribitur, Quod liber sit probus, & Josephus (b) testantur. Immo eosdem Rechabitas, temporibus Sedechiae, cum Babylonii Hierosolymam obsiderent, coactos esse intra civitatem se recipere, ac sic ab instituto deficere, S. Hieronymus (c) ad Paulinum scribens testatur: nec certe aliqua amplius de illis in divinis Scripturis mentio habita reperitur. Ceterum,

(a) Hier. 35.

(b) Joseph. Antiq. lib. 7. c. 2.

(c) Hier. ep. 18.

IV.

Eusebius lib. 2. cap. 17. de Philone loquens ait: ἀσκή και τὸν βίβν τῶν πατρῶν ἡμῶν ἀσκητῶν ἀς ἑνὶ μαλίστα ἀκριβέστερα ἰσχυρῶν, &c. Quae verba sic Christophorus vertit: Jam vero cum eorum vivendi rationem, qui apud nos Asceta, id est, Monachi Religiosaeque virtutis studio & exercitationi maxime dediti, appellati sunt, quam accuratissime persequatur, &c. Rectius Valesius: Et cum Philo- sophorum Ascetarumque nostrorum vitam describit, &c. Asceta enim priscis illis temporibus vocabantur, qui inter Christianos strictius quoddam

haud incongruum erit dicere Essenos a Rechabitis descendere: nam, etsi Rechabitarum instituta cessassent, non tamen genus illorum extinctum est: de eis (d) Hier. enim Dominus dixerat (d): Non deficiet vir de stirpe Jonadab filii Rechab, stans in conspectu meo cunctis diebus. Meminit quidem Hegesippus (e) de homine Rechabita, qui interfuit neci Jacobi Justi.

VIII.

Admiratione plane digna res est, quidnam sit, quod cum in Evangelio de ceteris omnibus Judaeorum sectis habeatur mentio, nempe de Phariseis, Sadduceis, Galilaeis, & Herodianis; de Essenis, quorum vitae institutio videri poterat praeter ceteris admiratione digna, omnis memoria silentio prorsus obvoluta remanserit. Praeterea, quid est, quod idem Josephus Judaeus duobus illis disertissimis libris, quibus calumnias in Judaeos ab Apione congestas, totis viribus nisus impugnat atque refellit, simulque quicquid nobile dignumve de gente sua ex quibuscumque antiquis scriptoribus venari potuisset, ex abditissimis etiam locis gloriose admodum in medium profert, de Essenorum instituto omnium celeberrimo tacuit, cum eorum gymnasium tam celebre apertum esset Alexandriae, ubi Apio degere consuevit? Certe unico illo Essenorum Judaeorum vitae institutionis exemplo satis poterat procacis hominis refellere in Judaeos congesta mendacia, & oblatrantem, retundere impudentiam. Rursum si (quod ad haec pertinet) Ethnicos scriptores consulas, qui ante Christum vixerunt, & gentium diversarum mores laudatissimos profecuti sunt: eos laudasse reperies Gymnosophistas atque Bracmanas, & si quos alios qui vitae moribus excellentes in Orbe fuissent, licet in remotissimis regionibus positos: de Essenis vero, qui eos omnes facile antecellerent, quique plane ob oculos

De Essenis ante Christum existentibus silentium.

ac durius vitae genus profitebantur. Quam vocem a Philosophis mutuati erant, qui exercitationem virtutis, atque abstinentiae ἀσκήτην vocabant. Est apud Arrianum in lib. 3. Dissertationum, caput ἀσκητισμός. Sic apud Artemidorum in lib. 4. cap. 33. Alexander quidam Philosophus ἀσκητῆς vocatur. Et Philo in illud: Excitatus est Nos, pag. 280. ἀσκητῆν pietatis exercitiis deditum vocat. Recte igitur Rufinus citata Eusebii verba tam de Clericis, quam de Monachis interpretatus est: Sed & abstinentium vitas eorum duntaxat, qui nunc in Ecclesiis vel Monasteriis degunt, describit ad li- quidum. Quae si animadvertisset Scaliger, non tam facile Eusebium reprehendisset. Neque enim is Monachos a Marco institutos esse dicit Alexandriae, sed Ascetas. Hi autem multum distant a Monachis, ut genus distat a specie. Et Ascetae quidem in Ecclesia semper fuerunt; Monachorum vero nomen & institutum serius coepit. Verum est, Cassianum lib. 2. Institutionum cap. 5. Sozomenum & alios, quos Baronius secutus est, hunc Eusebii locum de Monachis accepisse: Sed longe ab Eusebii mente, inquit Valesius in Notis, a quo haec mutuati sumus.

(a) Joseph. lib. 37.

IX. Esseni redditi Christiani.

(b) Philo. in Asstr. de heres.

(c) Apud Cyvill. in Jud. lib. 5.

X. Differentia inter Essenos.

los omnium essent in medio terrae constituti, ne verbum quidem fecisse reperies. Sit in exemplum in primis Trogus Pompejus, & ejus abbreviator Justinus (a), qui agens de origine & moribus Judaeorum, de Essenis ne meminit quidem. Insuper & Strabo cosmographorum clarissimus, qui ex instituto non tantum Orbis situm, provinciarumque civitates & loca, sed & gentium mores suis scriptis est exactissime profecutus; cum agit de Judaeis, eorumque origine atque moribus, de Essenis, qui claritate sua obsecuti esse non poterant, nihil penitus refert. Aristaeas item in commentario quem scripsit de Septuagintaduobus. interpretibus, cum Judaeorum instituta summa cum laude recensent, nullam prorsus mentionem fecit de Essenis.

Verum nec in his contentiosum funem trahimus, ut negemus ante Christum fuisse Essenos. Demus nihilominus Josepho, sive aliis, ut Essenos dicamus fuisse Judaeos ex Judaeis, eosdemque etiam ante Christum Herodis majoris tempore claruisse (nulla enim antiquior apud Josephum de eis habetur memoria) ac iisdem, quos ait, vitae institutionibus claruisse: quis prohibet dicere, eosdem praedicatione Apostolorum conversos, inter Christianos profectos esse? Nam si (quod naturaliter insitum est) habentium symbolum sit facilis communicatio: quomodo non magis ex his quam aliarum (sestarum Judaeis Christiana religio potuit propagari? Equidem omnes sectas, quae erant in Palaestina, Christum Dominum aliquando aversatas esse, nempe Phariseos, Sadduceos, Herodianos, & Samaritanos, Evangelica attestatione exploratum habetur. De Essenis vero, quod aliquando vel Domino, vel ejus Apostolis atque discipulis vel minimum negotium fecerint, nusquam legitur. Immo quo magis hi Phariseis ac Sadduciae dissentirent, eo facilius Christianis consensissent, quos illi vehementer aversarentur, facile credi potest. Non ita tamen haec dicimus, ut velimus omnes Essenos Christi fidem esse sectatos (nam ex his complures in sua perfidia remansisse, Philastrius (b) testatur) sed quod ex Judaeis credentibus Esseni potius quam Pharisei vel Sadducaei Christianam religionem fuerint amplexati; cum praesertim in persecutandis Prophetis illos intentos fuisse, ac ob eam causam veritatem rerum futurarum attigisse, Porphyrius (c) de illis testetur.

Est & de his illud non leve argumentum: nam antiquiores Esseni, qui a Josepho describuntur, ab his qui a Philone sunt positi, nonnihil differunt: ut appareat, hos ex illis provenientes, non tamen eosdem esse cum illis: quippe qui Christianam religionem consecrati, pristi-

num vitae genus, ubi Christiana religio non contradiceret, non reliquerint, sed perfectiorem nati legem, excultiorem, quoque vitae institutionem sint profecti. Hinc videas, Essenos quorum meminit Josephus, in Judaea agentes, eorumque rigidiores (nam idem de aliis Essenis item agit, qui molliores essent ducerentque uxores) in multis remissiores illis fuisse qui agerent in Aegypto; quorum Philo texit historiam. Nam de suis Essenis testatur Josephus, agere solitos in civitatibus: qui vero a Philone scribuntur, foris in hortis ac villis vivere consueverant. Insuper illos prandere quotidie atque coenare, scribit Josephus: istos vero non nisi semel in die post occasum Solis cibum sumere consuevisse, tradit Philo; qui ex his aliquos ad tertium usque diem jejunos durasse, & alios sex diebus sic itidem permanisse testatur. Rursum illis per singulos pulmentum apponebatur a coquo: istis vero pro opsonio, licet convivarentur sal tantum cum pane & hyssopo satis erat. Sunt & aliae complures inter eos in ritibus differentiae: ut plane perspicuum sit, eos, etsi nomine convenirent, compluribus institutis inter se fuisse distinctos; ac proinde Essenos Alexandrinos, alios diversosque fuisse ab his, quos in Judaea agere solitos Josephus affirmat.

XI.

Sed & illud magnopere considerandum, Essenos non alibi quam in Judaea, numeroque fuisse supra quatuor millia, ut Josephus (d) testatur: quod quidem & Philo confirmat in eo libro, quem inscripsit, Quod liber sit omnis sapiens. At cum idem Philo in libro quem de Vita contemplativa conscripsit, dicat ejusmodi genus hominum apud Alexandriam magno esse numero, immo & in aliis Aegypti regionibus agere, quin insuper & in multis Orbis partibus; ac etiam addat, idem vitae genus a Graecis & barbaris esse receptum: satis manifeste declarat, nonnisi de Christianis esse locutum, qui ubique terrarum & ex omnibus gentibus ejusdem vitae, his primis Ecclesiae temporibus, in eundem ferme modum institutum excolerent. Quis enim unquam legit, Graecos vel barbaros factos Essenos, vel Judaeos Essenos in aliis Orbis provinciis reperiri? Sic igitur cum post Christi adventum Essenos, quos Philo describit, ab antiquis Judaeis Essenis differre certum sit; alios hos diversosque ab illis jure esse censendos, nempe Christianos, qui augustiorem sublimioremque vitam a suis majoribus fuerint amplexati, merito jureque dici posse videtur. Et unde rogo, tantopere post Evangelii praedicationem, testante Philone, longe lateque per Orbem auctus est numerus Essenorum; nisi quod iidem erant Christiani, praedicatione Apostolica ubique gentium propagati? Quod si & observationem dici

(d) Joseph. Antiq. lib. 18. c. 2. Quod Essenii vere fuerint Christiani.

abbati Philo in Effenis commendat; haud mirum est, cum & Apostolos etiam judaizasse, eorum Acta testentur, hocque est quod providet S. Hieronymus ait: Videns Philo Judaeorum disertissimus primam Ecclesiam adhuc Judaizantem, quasi in laudem sua gentis, librum super eorum conversatione conscripsit. Sive ergo velimus, dictos Christianos apud Alexandriam agentes, quod ex Effenis ad fidem Christi venissent, esse nominatos Effenos, vel a Philone sic appellatos, quod magna ex parte Effenorum vitam viderentur esse imitati, vel quod non Effenos, sed Jessæos, vel Effenos a contemplatione, vel sanctitate, eo nomine (ut diximus ex Philone Epiphano, & Suida) liberit nominare Christianos: satis ex his omnibus constare arbitror, ipsum Philonem, secundum Eusebii, Epiphani, Hieronymi, & aliorum sententiam, non nisi de Christianis esse locutum; ita tamen, ut licuit externo homini, rerum nostrarum secreta inexplorata habenti, & quæ essent Judaeorum Christianorum, Judæis prorsus adscribere cupienti.

XII. Alexan- drina Ec- clesia col- lecta ex Judæis.

Haud enim est dubitandum, magna ex parte Ecclesiam Alexandrinam a Marco ex Judæis potius quam Ægyptiis esse collectam: tum quod (ut idem testatur Philo in libro quem scripsit in Flaccum) constet Ægyptios antiquo odio fuisse in Judæos insensissimos, atque eos maxime omnium averfatos, ubi præsertim temporibus, quibus (ut vidimus) tam immaniter sub Caio in eos fuerant debacchati: ac proinde Marcum Judæum hominem ab eis speretum, contumeliis affectum, ac denique fuisse occisum: Tum etiam quod præ ceteris Orbis nationibus Ægyptii essent suarum superstitionum tenacissimi; hinc Cicero (a) in Tusculanis: Ægyptiorum morem quis ignorat? quorum imbutæ mentes pravitate erroribus, quamvis carnificinam prius subierint, quam ibim, aut aspidem, aut felem, aut crocodilum violent. Verum et si daremus (quod nullo pacto faciendum putamus) neminem Gentilium Ægyptiorum ad religionem Christianam amplectendam esse conversum: tamen nullo id esset impedimento, quin abundans florentque Ecclesia in Ægypto ex Judæis indigenis, atque aliarum nationum hominibus illic agere solitis, colligi potuisset: affirmat enim idem Philo in citato nuper libro, quem scripsit in Flaccum, non minus quam decies centena millia Judaeorum hoc ipso tempore Ægyptum habitasse.

XIII. De externis vero ibidem agentibus, præstat hic recitare Dionis (b) cognomen-

to Chrysofomi, qui his ipsis temporibus scribebat, de Alexandria civitate ad Alexandrinos hæc verba: Et nunc hæc dixi de civitate, ostendere vobis cupiens, quod si inhonefte geratis, hoc clam fieri non possit, neque inter paucos, sed inter omnes homines. Video enim ego non solum Græcos apud vos, neque Italos, neque a propinquis regionibus, Syria, Libya, Cilicia, neque quæ supra illos Æthiopes habitant, neque Arabes, sed etiam Bactrianos, Scythas, & Persas, & Indorum quosdam, qui concurrunt, & semper apud vos versantur. Hæc ille. Merito igitur Ammianus (c) verticem omnium civitatum appellat Alexandriam. Herodianus (d) autem æque primum locum eidem post Romam tribuit, nisi quod de secunda palma cum ea tradit certasse Carthaginem. Quod autem ab Aufonio (e) quarto Idco post Romam constituatur, nempe post Constantinopolim, Carthaginem, & Antiochiam; id inde accidit, quod (ut tradit Ammianus f) sub Aureliano Imperatore bellis civilibus, disruptis mœnibus, perdidit regionum maximam partem. Porro hoc tempore Alexandria florentissima erat, principem facile vendicans sibi locum. Merito igitur, id agente divino numine, subiit in mentem Petri pastoris omnium, ut dilectissimum discipulum Marcum, quem immani amoris causa filium suum appellat (g), mitteret Alexandriam, ut ibi Evangelium prædicaret, ubi velur in quodam Orbis teatro ex Asia, Africa, & Europa tot gentes essent simul collectæ: idemque jure effecerit, ut ex tot nationibus Ecclesia nobilissima suo ipsius nomine congregata, post Romanam haberetur omnium facile princeps: quam (ut vidimus) a Marco primum fundatam, stabilitam, ac demum sanguine consecratam, post ipsum administrandam consensu omnium Anianus accepit, tenuitque (ut dictum est) annis vigintiduoibus.

De Alex- andrina Civitate.

(c) Am- mianus l. 22. (d) Herod. l. 7. (e) Aufon. de ord. urb. (f) Am- mianus l. 22. in fine

(g) Pet. 1.

Romæ interim Neronis sævitia una cum impudicitia in dies magis grassata, optimos quoque e medio tollere cepit: idemque Octaviam uxorem calumniis circumventam, in insulam relegatam, mori tandem balnei vapore compulit. Sed & avaritia Principis his conjuncta flagitiis, ditissimos quoque libertorum, & inter alios Pallantem, penes quem fuerat summa Imperii tempore Claudii, e medio sustulit. Sed hæc & alia Tacitus (h) & alii pluribus. Cum vero hæc Romæ agerentur; Romanus exercitus sub Pæto duce a Parthorum Rege Pacoro sub jugum turpiter mit-

XIV. Neronis sævitia.

(h) Tacit. l. 15.

I. Annus Christi sexagesimusquintus adscribitur Fastis sub Consulatu Memmii Reguli & Virginii Rufi, idemque annus quartus ante bellum Judaicum coeptum, octavus vero ante Hierosolymorum obsidionem numeratur; quando venturam cladem Deus ab hoc anno voluit innotescere, & affiduo prædici, ut de patris facinoribus populus ageret poenitentiam. Quisnam fuerit vates iste, & quid ea causa passus sit, Josephus (a) his verbis describit: Quod autem his horribilius fuit, Jesus quidam filius Anani, plebeius & rusticus, quadriennio prius quam bellum gereretur, in summa civitatis pace atque opulentia, cum ad festum diem venisset, quo ategias in honorem Dei componi in templo ab hominibus mos est, repente clamare cepit: Vox ab Oriente: Vox ab Occidente: Vox a quatuor ventis: Vox in Hierosolymam & templum: Vox in maritimos novos, novaque nuptas: Vox in omnem hunc populum. Atque hæc interdum nocturne clamitans, omnes civitatis vicus circumibat. Nonnulli autem virorum insignium, adversum omen indigne ferentes, corripunt hominem, multisque verberibus affligunt. Ann. Eccl. Tom. I.

(a) Joseph. de bello Jud. l. 7. c. 12. De clade ventura Hierosol. a Jesu A. dicitur.

SÆC. I. Anno Urbis 816. Olymp. 210. an. 3. An. C. 63. ANNO PERIODI GRÆCO - ROMANÆ 5556. 16. B. 7. P. 3. April. Indiæ. 6. JESU CHRSTI 65. secundum Baronium 65.

eiunt. Ille autem neque pro se, nec ad eos qui se multabant, secreta quicquam locutus, eadem quæ prius vociferans perseverabat. Magistratus autem rati, quod erat verum, magis divinum esse hominis motum, ducunt eum ad Romanum Præfectum: ubi plagis usque ad ossa laceratus, neque supplex cuiquam fuit, neque lacrymavit: sed ut poterat, inclinans maxime flebiliter vocem, ad singulos ictus respondebat: Veb veb Hierosolymis. Albino autem interroganti (is namque judex erat) quis esset, vel unde ortus, aut cur ista diceret, non respondit. Non prius autem cessavit a luctu misera civitatis, donec eum Albinus furere judicatum dimisit. Ille autem ad belli usque tempus neque adibat quemquam civium, neque loqui visus est: sed quotidie velut orationem quamdam meditatus, Veb veb Hierosolymis, querebatur. Sed neque imprecatus est cuiquam, cum in dies singulos multaretur, nec victum offerentibus benedicebat. Sola vero responsio ad omnes erat triste præsagium. Maxime autem diebus festis vociferabatur: idque per annos septem & quinque menses continuos faciens, neque

II.

S. PETRI 10. NERONIS IMP. 10. [1] AD num. I. Coss. C. Memmius Regulus, & L. Verginius Rufus, ut ostendit Card. Norisius in Epistola Consularem ex inscriptione Gruteriana pag. 8.

[1] Coss. C. Memmius Regulus, & L. Verginius Rufus. Gruterus pag. VIII. 3. L. VERGINIO RUFO C. MEMMIO. REGULO. COS. Tacitus Annal. lib. XV. cap. XXIII. Memmio Regulo, & Verginio Rufo Coss. Fragmentum veteris lapidis paucis ab hinc annis Romæ effossum, nunc in ædibus Marchionis Alexandri Gregorii Capponii adservatum, & adhuc ineditum, nomina aliquot Consulatum indicat, sed collegarum nominibus caret, quod in ea parte quæ deest, habentur. Uti autem est, hic damus.

- P. N. M. AL... C. FONTE... C. FISIVS P... FABIVS NUM... NERONE CÆS... L. JUNIVS SILANVS... C. MEMMIO REGULO... C. UMMIDIUS QUADRA... C. VIPSTANVS POPLICOLA... D. SILANVS GÆTULICVS L. SALVIUS OTHO COCCE... C. LAECANIO BASSO M... M. CAMILLIVS SURD...

Linea 9. C. Memmii Reguli consulis nomen legitur, at detritum iniuria temporis collegæ nomen Frontinus: Verginio Rufo, & Memmio Regulo. Fasti Vindebonenses: Regulo & Rufo. Idatiani: Rufo & Regulo. Vide Norisii epistolam consularem ad hunc annum, ubi monet, a plerisque Memmio Regulo, Lucii prænomen tributum; Rufo vero Publii. Caji prænomen Memmio fuisse, aperte confirmat nostrum fragmentum.

CHRISTI
65.PETRI
21.NERONIS IMP.
9.

neque voce rancior fuit, neque delassatus est, donec obsidionis tempore, ipsa re perspectis auguriis, ipse quiescit. Supra murum enim circumiens iterum, Veb vel civitati, ac templo, ac populo, maximam voce clamitabat. Cum vero ad extremum addidit, Veb etiam mihi, lapis tormento missus eum statim peremit, animamque adhuc illa omnia lugentem dimisit. Sic Josephus;

& mox subdit: Hæc si quis reputet, profecto inveniet Deum quidem hominibus consulere, modisque omnibus præmonstrare que sint eorum generi salutaria, ipsos autem ob dementiam suam malis voluntariis interire. Cetera autem prodigia, quæ eandem cladem præcesserunt, suis locis ordine temporum recensēbimus.

JESU CHRISTI
ANNUS
66.P E T R I
ANNUS
22.NERONIS IMP.
ANNUS
10.I.
Urbis incendium
obortum.(a) Tac.
1.13.

Currente jam anno Christi Domini sexagesimo sexto, Coss. C. Lexanio & M. Licinio, Christiani, qui Romæ erant, de incendio Urbis calumniam passi, sævissimis iisdemque diversis mortis generibus encantantur. Rem gestam in hæc verba describit Tacitus (a): Sequitur clades, forte, an dolo Principis, incertum: nam utrumque auctores prodidere: sed omnibus que huic Urbi per violentiam ignium acciderunt, gravior atque atrocior. Initium in ea parte Circi ortum, que Palatino Cælioque montibus contigua est. Ubi per tabernas, quibus id mercimonium inerat quo flamma alitur, simul coeptus ignis, & statim validus, ac vento citus longitudinem Circi corripuit. Neque enim domus munitis septæ, vel templa muris cincta, aut quid aliud moræ interjacebat. Imperu pervagatum incendium plana primum, deinde in edita assurgens, rursus inferiora populando antecit remedia velocitate mali, & obnoxia Urbe arctis itineribus hucque & illuc flexis, atque enormibus vicis, qualis vetus Roma fuit. Ad hoc lamenta pauperum feminarum fessa ætate, aut rudis pueritiæ ætas, quique sibi, quique aliis consulebant, dum irabunt invalidos, aut opperiantur, pars morans, pars festinans, cuncta impediebant; & sepe dum in tergum respectant, lateribus, aut fronte circumveniebantur: Vel si in proxima evaserant, illis quoque igni correptis, etiam que longinqua crediderant, in eodem casu reperiebantur. Postremo quid vitarent, quid peterent ambigui, complere vias, sterni per agros: quidam amissis omnibus fortunis diurni quoque victus, alii charitate suorum, quos eripere nequiverant, quamvis patente effugio, interire. Nec quisquam defendere audebat, crebris multorum minus restringere prohibentium; & quia alii palam faces jaciebant, atque esse sibi auctorem vociferabantur; sive ut raptus licentius exercerent, seu jussu.

II.

Et tempore Nero Antii agens, non ante in Urbem regressus est, quam domui ejus, qua Palatium & Mæcenatis hortos conti-

nuaverat, ignis propinquaret. Neque tamen sisti potuit, quin & Palatium, & domus, & cuncta circum haurirentur. Sed solatium populo exturbato & profugo, Campum Martis, ac monumenta Agrippæ, hortos quin etiam suos patefecit. Et subitaria ædificia extruxit, quæ multitudinem inopem acciperent. Subvertaque utensilia ab Ostia & propinquis municipiis; pretiumque frumenti minutum usque ad ternos nummos. Quæ quamquam popularia, in irritum cadebant; quia pervaserat rumor, ipsa tempore flagrantis Urbis, inisse eum domesticam scenam, & cecinisse Trojanum excidium, præsentia mala ventis claudibus assimulantem. Sexto demum die apud imas Esquilias suis incendio factus, proruptis per immensum ædificiis, ut continue violentia campus & velut vacuum cælum occurreret. Necdum posito metu, redibat. Levis rursus grassatus ignis, patulis magis Urbis locis, eoque strages hominum minor; delubra deum, & porticus amenitati dicatae lutiùs prociere. Plusque infamie id incendium habuit, quia prædiis Tigillini Emiliani proruperat. Videbaturque Nero condenda Urbis nova, & cognomen suo appellanda gloriā querere. Quippe in regiones quatuordecim Roma dividitur: quarum quatuor integræ manebant, tres solo tenus dejectæ: septem reliquis pacua tectorum vestigia supererant, lacera, & semiusta domuum, insularum, templorum, quæ amissa sunt, numerum inire haud promptum fuerit: sed vetustissima religione, quod Servius Tullius Luna, & Magna ara sanumque, quæ præsentis Herduli Arcas Evander sacraverat, ædesque Statoris Jovis vota Romulo, Numaque regia, & delubrum Vestæ cum penatibus populi Romani, excusta; jam opes tot victoriis quæstæ, & Græcarum artium decora, exciu monumenta ingeniorum antiqua & incorrupta: quamvis in tanta resurgentis Urbis pulchritudine, multa seniores meminuerant, quæ reparari nequibant. Fuere qui annotarent decimoquarto Kal. Sextiles principium incen-

Nero creditus
incendiaris.CHRISTI
66.PETRI
22.NERONIS IMP.
10.

endii hujus ortum, quod & Senones captam Urbem inflammaverant. Hæc Tacitus, qui post multa de Neronis ædificiis enarrata hæc subdit.

III. Mox petita a diis piacula, additque Sybilla libri, ex quibus supplicatum Vulcano, Cereri, Proserpineaque, ac propitiata Juno per matronas, primum in Capitolio, deinde apud proximum mare: unde hausta aqua templum & simulacrum deæ prosperum est; & lectisternia & pervigilia celebrare femina, quibus mariti erant. Sed non ope humana, non largitionibus Principis, aut deum placamentis decedebat infamia, quin jussu incendium crederetur. Ergo abolendo rumori Nero subdidit reos, & exquisitissimis penis affecit, quos per flagitia invidiosos vulgus Christianos appellabat. Auctor nominis ejus Christus, qui Tiberio imperante per Procuratorem Pontium Pilatum supplicio affectus erat. Repressaque in præfens exitiabilis superstitio, rursus erumpebat, non modo per Judæam, originem ejus mali, sed per Urbem etiam, quo cuncta undique atrocitas aut pudenda conflunt, cele-
Ann. Eccl. Tom. I.

S. E. C. I.
Anno Urbis
816.
Olymp.
210. an. 3.
An. C. 64.

ANNO PERIODI GRÆCO - ROMANÆ 5557.

○ 17. A. G. ☽ 8. P. 22. April. Indict. 7.

JESU CHRISTI 64. secundum Baronium 66.

S. PETRI II.

NERONIS IMP. II.

I.
Consules.

[1] A Num. I. ad XI. Coss. C. Lecanius Bassus, & M. Licinius Crassus. Erat M. Licinius Crassus filius M. Licinii Crassi Frugi anno Christi XXVII. Consulis, ac frater L. Pisonis Liciniani a Galba Cæsaris disti, ut ostendit Card. Norisius in Genealogia Crassarum adhuc inedita. Quoad Lecanium, legenda Inscripção Gruteri pag. 427. II. C. LÆCANI C. F. SAB. BASSI. De C. Lecanio Basso Plinius lib. 26. cap. 1.

II.
Decennalia
Imperii
Augusti
Neronis.

Nero Imperii Augustei Decennalia anno uno dilata dedit, & persecutionem adversus Christianos excitavit. Hinc factum, ut ceteri postea Imperatores, qui Christianos vexarunt, annos hujusmodi solemnitate addidit elegerint, ut consequentibus annis videbimus. Horum Decennalium indicium exhibet Tacitus lib. 15. Annal. sub hujus anni Consulibus, ubi ait: Nero condenda Urbis nova & cognomen suo appellanda gloriam querere, & sic jussu incendium credebatur. Ergo abolendo rumori subdidit reos, & exquisitissimis penis affecit, quos per flagitia invidiosos, vulgo Chri-

branturque. Igitur primo correpti qui favebant, deinde indicio eorum multitudine ingens, haud perinde in crimine incendii, quam odio humani generis contecti sunt. Et pereuntibus addita ludibria, ut ferarum tergis contecti, laniatu canum interirent, aut crucibus affixi, aut flammam; atque ubi defecisset dies, in usum nocturni luminis urerentur.

Sed quomodo id fieri solet, accipe in primis ex Juvenale, cum ait satyria prima;

Pone Tigillinum: tæda lucebis in illa:
Qua stantes ardent qui fixo gutture
fumant.

Ubi vetus glossographus a Pithæo editus hæc habet: Tigillinum se læseris, vitæ ardebis, quemadmodum in munere Neronis, de quibus ille jussit cereos fieri ut lucerent spectantibus, cum fixa essent guttura ne se curvarent. Nero maleficor tæda, papyro, & cera supervestiebat, & sic ad ignem admoveri jubebat. Hæc ibi:
G g g g 2 sed

IV.
Christia-
norum
tormenta.

stianus appellabat. Est hic insignis hujus festivitatis character: annis enim hujusmodi solemnitate destinatis urbes condebantur, aut dedicabantur aut novis nominibus insigniebantur.

III. Henricus Dodwellus Scriptor celeberrimus, & feda Protestantium, inter Dissertationes Cyprianicas, quas publicavit, unam habet (ea ordine XI. est) de Martyrum paucitate in primævis Ecclesiæ persecutionibus, deque fide Altorum atque Martyrologiorum. In ea contendit, paucos hujusmodi persecutionibus absumtos fuisse, quod in antiquissimis Martyrum Collectionibus nominum paucissima extant, nec verosimile sit aliorum nomina intercidere potuisse. Extabant enim, inquit, Acta Romanorum Magistratum a Notariis publicis excerpta, ac præterea eorumdem Acta a Christianis, qui rebus interfuerant, sent, concinnata. Accedebat festiva illa commemorationis solemnitas cum annis seculisque redeuntibus ipsa quoque rediens, ac denique homilia atque panegyrici maxima omnium Ecclesiæ ordinum frequentia celeberrimi. Quæ si perpendantur, fieri vix potuit, ut in singulis Martyrum Ecclesiis propriorum Martyrum memoria deficere potuerit. Unde & Kalendarium Bucherianum seculo Ecclesiæ quarto scriptum ex aliis antiquioribus monumentis paucissima recenset, & Prudentius regi cedonensis qui sub ejusdem seculi finem scripsit, Latinos Martyres, præcipue Hispanos, sed illos paucissimos recitat. Ita Dodwellus. Sed Baronius sparsim in Annalibus, ac nominatim anno XV. Domitiani, jam ad hoc argumentum respon-

[1] Coss. C. Lecanius Bassus, & M. Licinius Crassus. Fragmentum supra allatum: C. LÆCANIO. BASSO. M... De Caji prænomine non est amplius ambigendum. Antea enim apud Plinium lib. XXVI. Quinti prænomen, & apud Tacitum Caji tulerat librorum vitio. Scribendum præterea est cum dipthongo AE, ut etiam legitur in Gruteriano lapide CCCCXXVII. 11. Tacitus Annal. lib. XV. Cap. XXXIII. C. Lecanio, M. Licinio, Coss. Fasti Idatiani: Crasso & Basso. Ita & Prosperi Chronicon, & Fasti Vindebonenses. Frontinus de Aquaductibus: Crasso Frugi, & Lecanio Basso coss.

Sed per maleficos auctorem intellexisse Christianos, ex his quae recitata sunt ex Tacito, quisque per facile potest intelligere. Seneca, qui Neronis vixit temporibus, cum plura recenset genera tormentorum (a), ait: Illam tunicam a-

(a) Seneca ep. 14. (b) Juvenalis satyr. 8.

Juvenalis (b). Ausi quod liceat tunica punire molesta.

Sed quomodo ait Juvenalis: Fixo gutture fumant? numquid (quod ibidem ait Seneca) per adactum per medium hominem, qui in eos emergat, stipitem? Utrumque id fieri contigerit, his adeo acerbissimis cruciamentis tunc accidit quamplurimos Christianorum vita defungi.

v. Christiani infamati.

Subdit autem Tacitus: Hortos suos ei spectaculo Nero obtulerat, & Circense ludicrum edebat, habitu aurigae permixtus plebi, vel circulo insidens. Unde, quamquam adversus fontes & novissima exempla meritos, miseratio oriebatur, tamquam non utilitate publica, sed in sevitiam minus absumerentur. Hucusque Tacitus: qui quidem, quod Christianos ob flagitia dicat fuisse invidiosos; vel id accidit, quod deos constantissime detestarentur, eaque ratione impii haberentur; vel quod nomine Christiano complures vagarentur haeretici obscenissima perpetrantes: sicque factum esse videtur, ut Christianum nomen infamaretur, quaeque etiam essent turpia haeticorum, quaeque etiam conficta de Judaeis essent ab Apione, vel aliis, ea omnia in Christianos, quod ex

IV. Persecutio Neroniana universalis fuit.

pondit, Acta scilicet Martyrum sollicita quidem & curiose scripta fuisse, sed omnes scripturas in Diocletiana persecutione miserum naufragium fecisse. Nec mirum in antiquissimis Martyrologiis, ac in libro Prudentii, paucorum Martyrum nomina legi; cum ante unum aut alterum seculum paucorum Sanctorum commemoratio in Missali & Breviario Romanis fieret. Dodwellus num. XI. citata Dissert. agnoscit quidem ingentem multitudinem in persecutione Neroniana passam, sed eorum tantum Christianorum, qui Romae versabantur; cum qui Romae aberant, in illos nulla esset vel specie tenus verisimilis ratio, cur intentaretur Urbis incendium. Sed levis haec ratio. Nero quippe, non vero Christiani, auctor incendii, ideoque edictum non tantum ad Christianos Romae agentes vexandos; sed ad universam sectam per Imperium Romanum abolendam, emissum, ut ex his Lactantii lib. de Mortibus Persecutorum cap. 2. verbis intelligimus: Cum animadverteret (Nero) non modo Romae, sed ubique quotidie magnam multitudinem desistere a cultu idolorum & ad religionem novam, damnata vetustate transire, ut erat execrabilis ac nocens tyrannus, profugit ad excusandum caeleste templum, &c. Haec itaque persecutio non localis, sed universalis fuit. Nec refert quod Tacitus de iis, quae in Provinciis adversus Christianos gesta, sermonem non habeat;

Judaeis progeniti essent, calumniose admodum redundabant. Sanctissimi enim Patres, qui pro Christianis scripserunt ad Imperatores apologias, haec sunt plenius profecti. Sed de his non alias fufius.

Quod olim suis praedixerat Christus, dicens: Eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum: satis hoc & aliis exemplis plurimis declaratur: nimirum quod ipsum nomen esset in crimen; quamobrem verum illud Taciti: Haud perinde in crimine incendii, quam odio humani generis convicti sunt: sed mendaciter illud: horum aliquos crimen esse confessos, atque alios ab his esse delatos. Eadem enim plane constantia, qua Christiani veritatem mille poenis subjecti profitebantur, eadem profusus, ne mendacium loquerentur, fortiter perstare consueverant. At quis certius Neronis artes novit, quam idem ipse Tacitus, qui haec scripsit? nimirum (quod proxime in Octaviam honestissimam feminam suam uxorem fecerat) cum quis sibi invidiosus e medio tollendus esset, falsa mox crimina, novaeque excogitatae calumniae, noctis evestigio accusatoribus, erant in promptu. At Tacitus odio, quo & ipse flagrabat in Christianos, quo vacare debent omnes qui res gestas scribendas suscipiunt, parum liberalis historicus, sed hominis qui permoveretur affectibus, specimen edidit: quippe qui, cum tam sua ipsius sententia quam totius populi opinione Nero auctor haberetur incendii; nihilominus fontes Christianos appellat. At nonne idem ipse Tacitus (c) Subrii Flavii Tribuni militum ipsi Neroni coram palamque Urbis incendium exprobrant

VI. Redarguitur erroris Taciti.

(c) Taciti li. 15. Annal.

cum Suetonius in Nerone cap. 16. persecutionem ad urbem Romam non restringat: Affesti supplicii Christiani, genus hominum superstitionis nova ac malefica, inquit Suetonius. Gruterus pag. 238. refert veterem Inscriptionem quae extat in Hispania, loco Pisuerga, in quo sine dubio haec Neronis crudelitas tangitur. Ibi enim Christiana Religio quemadmodum & a Suetonio citato, & in antiqua Inscriptione Diocletiano dicata, quae refertur a Baronio anno ccciv. num. viii. superstitio appellatur. Inscriptionem illam, quae adhuc in Hispania visitur, producit Baronius anno LXIX. ut ipse numerat n. XLVII. Eandem Inscriptionem recitat Scalliger lib. I. de Emendat. Temp. pag. 471. sed dubitat, an ea genuina sit. Verum perperam; cum suae suspicionis rationem nullam in medium afferat, nec cum fundamento afferri possit. Ex ea itaque deducendum, non tantum in Hispaniis ejusmodi de Christiana Religione prostrata erecta trophaea, sed & in aliis Provinciis similiter factitatum esse; sed in odium Neronis eadem postea penitus a Christianis esse eversa, ut recte Baronius conjecit, quando refert Inscriptiones Diocletiano & Herculo dicatas, in Hispaniis adhuc superstites, in quibus dicitur utrumque Imperatorem superstitionem Christi ubique delevisse. Legendae haec inscriptiones in Annalibus anno ccciv. num. viii. His adde Orosium lib. 9. scribentem; Denique omnibus

tis recitat verba. Odisse cepi, postquam parricida matris & uxoris, auriga, histrio, & incendiarius extitisti. An non se id facturum Nero ante praedixerat? sic de eo affirmante Suetonio (a): Sed nec populo, aut moenibus patriae pepercit. Dicente quodam in sermone: Epi δ' αὐτοῦ γαῖα μὴ δῆρα ποῦ ἴμμο, inquit epus ἕρως, planeque ita fecit. Latine autem sic ex quodam versu:

(a) Suet. in Nerone. c. 38.

Me moriente terra misceatur igni: sed ex se addidit: Me vivente.

VII. Cur Nero urbem incendierit.

Cur autem id fecerit, hanc idem Suetonius affert causam: Nam, inquit, quasi offensus deformitate veterum aedificiorum, & angustiis flexurisque vicorum, incendit Urbem, tam palam, ut plerique Consulares cu-

bicularios ejus cum stupra & adaque in praediis suis deprehensos non attigerint; & quaedam horrea circa domum Auream, quorum spatium maxime desiderabat, ut bellicis machinis labefactata atque inflammata sint, quod saxeo muro constructa erant. Haec Suetonius: eadem ferme Dio (b), & alii, quorum nullus habetur auctor, qui audeat Christianos vel leviter in crimen adducere.

(b) Dio in Neron.

Quod vero Tacitus sex dies incendium perdurasse testetur, totidemque Suetonius affirmet, ac septem noctes: haec de vehementiori incendio eos intellexisse certum est. Etenim (ut idem addit Tacitus) levius rursus grassatus est ignis: quamobrem nec ante novem dies fuisse extinctum vetus inscriptio docet, cujus haec sunt verba (c):

VIII. Tempus quod duravit incendium.

(c) Descripta habetur ab Ald. in lib. de Orthograph. pag. 311.

EX. VOTO. SUSCEPTO. Q. DIVERAT. NEGLECTUM. NEC REDDITUM. INCENDIOR. ARCONDORUM. CAUSA. QUANDO URBS. PER. NOVEM. DIES. ARSIT. NERONIANIS. TEMPORIBUS. ET. HAC. LEGE. DEDICATA. EST. NE. CUI. LICEAT. INTRA. HOS. TERMINOS. AEDIFICIUM. EXTRUERE. MANERE. NEGOTIARI. ARBOREM. PONERE. ALIUDVE. QUID. SERERE. ET. UT. PRAETOR. CUI. HEC. REGIO. SORTI. OBVENERIT. LITATURUM. SE. SCIAT. ALIUSVE. QUIS. MAGISTRATUS. VOLCANALIB. X. K. SEPTEMB. OMNIBUS. ANNIS. VITULO. ROBIO. ET. VERRE.

IX. Prima persecutio.

Quod autem ad Christianos Romae agentes spectat: haec persecutio prima dicenda est, licet (ut ex Tacito vidimus) repressa cum esset, iterum (ut ait) eorumque Christiana religio: Neroni quidem omnes tribuunt primam; de quo haec Tertullianus (d): Consulite commentarios: illic reperietis primum Neronem in hanc sectam tum maxime Romae orientem Caesariano gladio ferocisse. Sed tali dedica-

(d) Tertul. in Apolog. 9. 5.

V. Occisorum in persecutione nomina perscrutare.

bus flagitiis suis hoc etiam addidit (Nero,) quod primus Romae Christianos supplicii & moribus affecti, ac per omnes Provincias pari persecutione excruciaci imperavit. Ipsum quoque nomen extirpare conatus, beatissimos Apostolos Petrum cruci affixit, Paulum capite gladio secuit; quod martyrium anno sequenti contigit, ideoque persecutio, quae hoc anno Romae coepit, intra illud tempus in alias Provincias propagata, nisi, quod verosimilius, edictum in omnes statim Provincias missum fuerit. In singulis siquidem urbibus natalis Imperii dies celebrabatur, & Decennalia vota solvebantur.

Ex ingenti porro Martyrum multitudine hac persecutione passorum, quorum nomen in veterissimis Martyrologiis non legitur, apparet, Dodwellum perperam negare in sequentibus, sub aliis Imperatoribus, persecutionibus magnum sanguinem fufum; eo quod passorum memoria in antiquis Martyrologiis non legatur. Nec enim major ratio, cur Martyrum Nerone saeviente occisorum, ac aliorum, qui in aliis persecutionibus passi, nomina perierint. Respondet Dodwellus, se non existimare Martyrum in hac Neroniana persecutione interentorum nomina ex

tore damnationis nostrae etiam gloriamur: qui enim scit illum, intelligere potest non nisi grande aliquod bonum a Nerone damnatum: & in Scorpiaco (e): Vitas Caesarum legimus: orientem fidem Romae prius ad Nero cruentavit: alludens nimirum ad Suetonium (f) haec de Nerone scribentem: Afflicti supplicii Christiani, genus hominum superstitionis novae & maleficae.

(e) Tertul. in Scorpiaco. (f) Suet. in Nerone. c. 16.

Ejus-

Ecclesiae archivis intercidisse: sed vel debita opera praetermissam esse fortassis ingentem illam multitudinem, quod non tam Christianitatis, quam incensa urbis praetextu, licet falso, passi tamen credentur; vel, quod est fortasse verosimilius, serior erat illo seculo Martyrum haec annua commemoratio. At haec Viri eruditissimi conjecturae vanae. Christiani enim sub aliis etiam Imperatoribus non nisi criminum praetextu male habiti: Martyrumque dies anniversaria ac commemoratio primis seculis usitata; cum Tertullianus lib. de Corona Militis cap. 3. eam traditionibus non scriptis accenset: Oblationes pro defunctis, pro natalitiiis annua die facimus. Quae quando scriptis Tertullianus, adeo jam antiqua erat haec consuetudo, ut de prima ejus origine non constaret; quod ipsemet Dodwellus loco laudato non inficiatur.

Denique Martyrologiis fidem adhibendam non esse Dodwellus male scribit. Valesius in Dissert. de Martyrologio Romano, quod edidit Rosweyus, quae post Notas ejus in Eusebium legitur, observat nobiliores Ecclesias suos semper Fastos habuisse, in quibus & Episcoporum nomina, & Martyrum, qui apud ipsas passi fuerant,

VI. Kalendaria Martyrologiis antiquiora & utraque fide digna.

CHRISTI
66.P E T R I
22.NERONIS IMP.
IO.X.
Christiani
ut impo-
stores de-
rifi.

Ejusmodi plane a Gentilibus cenfebantur Christiani, quos modo præstigiatores, modo impostores atque sophistas execrabiles, Critias apud Lucianum appellat in Philopatro, apud quem & leguntur de ipsis derisiones illæ ejusdem Critiæ, prædicationem Evangelicam subsannantis, & in hunc modum deridentis, ac detestantis: *Phy, Phy, Phy, Phy, nugæ illas. Heu, Heu, Heu, Heu, consultationes malas. Væ, Væ, Væ, Væ, spei inani.* Insuper quod Apostolici viri egentes esse viderentur atque pauperrimi, & secundum illud Apostoli; *Sicut egentes, multos autem locupletantes*, ex sacris ac divinis Scripturarum oraculis, Gentilibus fidem Christianam capeffentibus, summam gloriam atque felicitatem, ac denique honorum omnium pollicerentur affluentiam: eos irrisor Critias & alii nugaces illi similes deridebant, scommatibus atque diceriis pariter subsannabant; iactantes nimirum homines advenisse, qui vias auro essent inundaturi, cum tamen ipsi pannosi essent, atque carerent obolo: eaque omnia non nisi levissima esse somnia, quibus populum deciperent, atque anicularum inventa distabant. Hisce igitur cachinnis atque ludibriis soliti Gentiles traducere religionem Christianam. Ex his videas, non nisi divini numinis potentia factum esse, ut Christiana religio, quæ infamis ac prorsus execrabilis haberetur, atque inanis prorsus & vana, quæ & in super furenti Cæsarum gladio sæpe compesceretur, nihilominus in dies magis magisque longe lateque in Urbe & Orbe feliciter læta fecunditate & foetu amplissimo germinaret. Sed de his superius, & alias inferius sæpe. Quod autem ad necatos a Nerone Christianos pertinet, agit in Martyrologio Romano eorum omnium memoria annua octavo Kal. Julii; ibique iidem Primitiæ martyrum, quod passi Romæ essent primi, dicuntur.

rant, natales dies præscripti habebantur. Ac de Catalogo quidem Episcoporum Hierosolymæ testis est Eusebius in lib. 5. suæ Historiæ. Tertullianus quoque in lib. de Præscriptione Hæreticorum, Indices istos in singulis Ecclesiis studiose servatos fuisse docet. Sic enim Hæreticos alloquitur: *Edant ergo origines Ecclesiarum suarum, evolvant ordinem Episcoporum suorum, ita per successiones ab initio decurrentem, ut primus ille Episcopus aliquem ex Apostolis vel Apostolicis vivis, qui tamen cum Apostolis perseveraverit, habuerit auctorem & antecessorem. Hoc enim modo Ecclesia Apostolica Census suos deserunt.* De Factis vero in quibus singulæ Ecclesiæ descriptos habebant Natales Martyrum suorum, præter Tertullianum & Cyprianum, testis est Epistola Smyrnæorum ad Philomelienses de Martyrio B. Polycarpi. Sic etiam Romana Ecclesiæ jam inde a primis temporibus suos habuit Factos, in quibus & Depositiones Episcoporum & Natales Martyrum erant consignati; quæ Kalenda-

At nec illud dicere prætermittimus extare Senecæ nomine epistolam ad Paulum de incendio Neroniano: sed mea sententia ab alio quopiam potius ficta videtur, quam a Seneca scripta: cum tam aperta in ea asserantur mendacia, nimirum centum tantum trigintaduas arsisse domos, & quatuor insulas: nam cum ex quatuordecim Urbis regionibus quatuor tantummodo integras remansisse; testetur Tacitus, longe quidem majorem exustarum domorum & insularum numerum extitisse oportuit. Rursum cum eadem epistola data habeatur V. Kal. Aprilis, sub Aproniano & Capitone Consulibus; plane dicendum esset, eam quinque annos ante incendium scriptam esse; quinto enim Neronis anno hi Consulibus gessere: cum alioqui, teste Tacito, qui res gestas Neronis per annos singulos accurate digessit, hoc anno, sub Consulibus Memmio Regulo & Virginio Rufo, ea de Urbis incendio accidisse, exploratum habeatur. Quamobrem & reliquæ ille tum ad Paulum conscriptæ, tum a Paulo ad eum reditæ, æque nobis suspectæ redduntur: quamvis sciamus eas non recens esse ex cogitatas, sed antiquitus scriptas, & a S. Hieronymo (a) cognitatas atque probatas, sic dicente: *Non ponem eum in catalogo sanctorum, nisi me illæ epistolæ provocarent, quæ leguntur a plurimis, Pauli ad Senecam, & Senecæ ad Paulum.* Citat ex una earum locum Senecæ ad Paulum scribentis, optare se ejus esse loci apud suos, cujus sit Paulus apud Christianos; est in epistola decimasecunda.

Novit eas & S. Augustinus (b), qui item earumdem meminit, sic dicens: *Mérito ait Seneca (qui temporibus Apostolorum fuit, cuius etiam quadam ad Paulum leguntur epistolæ) Omnes odit, qui malos odit:* licet idem Augustinus (c) ex his quæ scribit de Seneca in libris de Civitate Dei, nullam prorsus fidem dictis epistolis

ria posterior ætas vocavit. Hujusmodi Calendarium Romanæ Ecclesiæ vetustissimum, & Liberii Papæ temporibus conscriptum, hodie extat apud Bucherium in libro suo de Doctrina Temporum. Ejusdem generis & Sacramentarium Gregorii Magni, item Capitulare Evangeliorum totius anni nuper a Joanne Frontone Parisiis editum. Verum hæc Calendaria longe a Martyrologiis differunt, Singulæ enim Ecclesiæ, ut dixi, sua habuere Calendaria, in quibus digesta erant nomina Episcoporum & Martyrum, dieque notati, quibus memoria eorum anniversario cultu celebraretur. Martyrologia vero non unius loci propria, sed totius Ecclesiæ fuere communia, quippe quæ totius Orbis Martyres, Confessoresque generaliter continerent. Et in Calendaris quidem nomen urbis nunquam adscribitur; cum in usum dumtaxat unius Ecclesiæ comparata sint. At in Martyrologio nomina singularum urbium & oppidorum adscribuntur; propterea quod ad usum totius Ecclesiæ institutum

XI.
De Epi-
stolis Se-
necæ ad
Paulum.(a) Hier. de
Scrip. Eccl.
in Seneca.XII.
(b) Aug.
Epist. 14.(c) Aug. de
Civitate Dei
l. 6. c. 11.CHRISTI
66.P E T R I
22.NERONIS IMP.
IQ.De fide
Epistola-
rum Senecæ
ad
Paulum.

stolis tribuisse videatur; ait enim: *Hic, nempe Seneca, inter alias civilis theologiae superstitiones reprehendit etiam sacramenta Judæorum, & maxime sabbata: inuuliter id eos facere affirmans, quod per singulos septem interpositos dies, septimam fere partem ætatis suæ perdant vacando, & multa in tempore urgentia non agendo lædantur. Christianos tamen jam tunc Judæis inimicissimos in neutram partem commemorare ausus est, ne vel laudaret contra suæ patriæ veterem consuetudinem; vel reprehenderet contra propriam forsitan voluntatem. De illis sane Judæis cum loquitur, ait: Cum interim usque eo scelerratissima gentis consuetudo convulsit, ut per omnes jam terras recepta sit, victi vicioribus leges dederunt. Mirabatur hæc dicens, & quid divinitus ageretur ignorans. Hæc ille de Seneca. Si ergo ex sententia Augustini Seneca de Christianis numquam meminit: quomodo erit, ut distat epistolæ, in quibus de Christianis & religione Christiana sæpe agitur, & cum Christiano homine Christi Apostolo, Senecæ adscribantur?*

XIII.
Unde
commentum
de
Epistolis.

Unde autem ea de dictis epistolis opinio fluxerit, facile est demonstrare. Extant enim Acta quadam passionis Pauli, Lini nomine consignata; in quibus hæc leguntur de Seneca & Paulo: *Institutor Imperatoris adeo est illi amicitia copulatus, videns in eo divinam scientiam, ut se a colloquio illius temperare vix posset: quominus si ore ad os alloqui illum non valeret, frequentibus datis & acceptis epistolis, ipsius dulcedine & amabili colloquio atque consilio frueretur: hæc ibi.* Sed qualia hæc sint, ea quæ dicta sunt, lectorem admonere posse videntur. Quod in super spectat ad Senecam: jam ante biennium timens ille calumniam delatorum, & Imperatoris crudelitatem, cum nec affinis parceret nec amicus, missionem instantem petens, roganisque reliquum vitæ tempus

tum est. Ex pluribus enim diversarum urbium Calendaris unum compositum est Martyrologium. Itaque Calendaria Martyrologiis vetustiora sunt, quippe quæ originem illis præbuerint, & in iis nomen dumtaxat exhibetur Martyrum, dieque ac locus, in quo sit statio: in Martyrologiis vero & genus passionis, & tempus quo passi sunt Martyres, & locus ac Index adnotari solent. Quæ quidem omnia Valefio doctè observata. Certe quilibet particulari Ecclesiæ Facti & Calendaria necessaria erant; cum unaquæque suos Martyres celebraret, eorumque triumphos publica laudatione exornaret. Eam ob rem descripti olim diligenter dies, quibus unusquisque hostem vicerat, ut anniversaria & festiva hilaritate peragi posset. Tertullianus lib. de Corona Militis, hos Factos solemnitatibus Gentilium, quæ vel ob victorias, natalemve Principum, vel in quoque municipio peculiari instituto agebantur, opponit. Quare Fidelibus notissimi erant, & temporis progressu ex illis Martyrologia conscribere non difficile fuit. Ex quibus apparet, quam

ruri agere sibi licere, cum non obtinisset, simulata mala valetudine, domi mortem opperens miser agebat. Sed hæc pluribus Tacitus (a); de Senecæ vero obitu anno sequenti.

Hic vero obiter de obitu Senecionis agendum, quem idem Seneca scripsit epistola ad Lucilium, monumentum egregium miserimæ conditionis humanæ, utpote quæ vitam hanc per momenta singula precariam (b) ducat, quam & longe contraria conceptæ spei eventa perturbent; ait enim: *Omnis dies, amnis hora, quam nihil simus, ostendit, & aliquo argumento recenti admonet fragilitatis obliuos, cum æterna meditantem respicere cogit ad mortem. Quid sibi istud principium velit, quæris? Senecionem Cornelium, equitem Romanum splendidum & officiosum, moveras; ex tenui principio se ipse promoverat, & jam illi declivis erat cursus ad cetera. Facilius enim crevit dignitas, quam incipit: pecunia quoque circa paupertatem plurimam moram habet, dum ex illa ereptat. Hic etiam Senecio divitiis imminabat; ad quas illum duæ res ducebant efficacissima, & querendi & custodiendi scientia, quarum vel altera locupletem facere potuisset. Hic homo summa frugalitatis, non minus patrimonii quam corporis diligens, cum me ex consuetudine mane vidisset, cum per totum diem amico graviter affecto & sine spe juvenis, usque ad noctem assedisset; cum hilaris cenasset, genere valetudinis præcipiti abreptus, angina, vix compressum arctatis faucibus spiritum iraxit in lucem. Intra paucissimas ergo horas, postquam omnibus erat sani ac valentis officii functus, decessit. Ille qui & mari & terra pecuniam agitabat, quæ ad publicam quoque, nullum relinquens in expertum genus quaestus, accesserat, in ipso actu bene cedentium rerum, in ipso procurantis pecuniæ impetu raptus est, &c. Quam similis hic diviti illi, ad quem sententia illa*

(a) Tacit. l. 14. c. 15.

XIV.
(b) Senec. epist. 101.De repen-
tino obitu
Senecio-
nis.

immerito Dodwellus fidem Martyrologiis denegat, cum ex antiquis certisque documentis originem sumserint. De Martyrologiis Hieronymi, Bedæ, Adonis, Ursardi & aliorum legenda, quæ Bollandus in Præfatione ad priorem totum mensis Januarii scripsit, quibus constat Martyrologiis, quemadmodum & Actis Sanctorum, tuto fidem haberi posse. Denique, ut ad Nerone redeam, cum Sulpicio Severo lib. 2. Hist. Augustino lib. 20. de Civitate Dei cap. 16. & Lactantio lib. de Mortibus Persecutorum cap. 2. testibus, Fideles olim existimaverint, Nerone Antichristum in fine mundi futurum fecit, liquet eum non tantum in Romanos, sed etiam in alios aliarum regionum Christianos suorum suorum exerceisse: quod eo magis certum, quod post Domitianum secundum Ecclesiæ persecutorum, Imperatores, qui Christianos exterminare voluerent, nova plerumque edicta adversus eos non emisissent, sed ea Neronis ac Domitiani vim habere præceperint, ut inter omnes convenit.

illa ex Evangelio (a): Stulte, nocte ista animam tuam repetent a te: hęc quę congregasti, cujus erunt? Ut hęc tibi de Gentili homine adderemus, illud impulit, quod accidit ut Romę his diebus e rudribus effoderetur ejusdem Senecionis cognomento Cornelii, lapis sepulcralis inscriptionis, quam tibi hic eudendam curavimus: sic enim se habet (b):

D. CORNELIÆ PROCULÆ ET PLACIDÆ FECER. Q. CORNELIO. SENE CIONI. PROCULO. PRÆTORICIO. LE GATO PROVIN CIÆ. ASIÆ. FRA TRI. BENE. MEREN T I

XV. Hoc item ipso decimo Neronis anno in Judęa procuracionem Albino subrogatus est Gessius (*) Florus, ut colligitur ex Josepho (c), dum ait egisse hunc biennium in magistratu, cum Nero ageret in Imperio

JESU CHRISTI ANNUS 67.

PETRI ANNUS 23.

NERONIS IMP. ANNUS 11.

I. Anno, qui sequitur, sexagesimo septimo, Coss. Silio Nerva & Attico Vestino, vel (ut habet Plinius c) Appio Junio & P. Silio, persecutio in Christianos a Nerone occasione incendii semel excitata, datis ab ipso edictis, magis ac magis in eos sæviit. Testatur id Severus (f), cum ait, postquam de incendio locutus est, & de Christianis ea de causa sævissime trucidatis: Hoc initio in Christianos sæviri cœptum. Post etiam datis legibus, religio vetabatur; palamque edictis propositis, Christianum esse non licebat. Perduravit hęc persecutio usque ad Apostolorum cædem: quibus temporibus Dei Ecclesia sanctorum coronis est mirifice illustrata; tantumque abfuit ut ea causa fides tepuerit, vel remissa ex parte aliqua fuerit, ut potius nova propagatione sit aucta. Quinam autem sub eadem persecucione Romę sint passi, complurium nomina suppeditat Romanum Martyrologium, licet ex immenso numero vix paucorum; quod (ut suo loco dicemus) invidia Diocletiani perierint Acta Martyrum. Age mus autem inferius de eadem persecucione suo loco pluribus.

II. Inter hęc autem Simon magus, qui his temporibus (ut dicemus) Romę agebat, ne occasione æjusmodi concitatae per-

secutionis, suorum discipulorum, quos collegerat, quibus & persuaserat (ut vidimus) se Christum esse, dispendium pateretur; eos docuit palam negare, & si opus esset, etiam idola colere. Testatur enim id Origenes (g), dum contra Celsum agens, sic dicit: Tametsi multos falleret Simon, a capitali tamen supplicio & morte, quam religionis gratia ultro Christiani subirent, ex discipulis suis unum quempiam subtraxerit, quos utique docuisset ut indifferenter ad idolorum se cultum haberent. Sed nihil tunc primum Simoniani illi insidiarum perpessi sunt: callebat enim sagax ille & improbißimus demon, qui & Jesu doctrinæ moliretur insidias, eorum animos, quos sub ejus Simon ditione haberet, sua ex disciplina baudquaquam solutum iri. Hęc Origenes: ex quibus etiam significatur, Simonem hęc docuisse tempore Neronianę persecutionis, quę prima a Gentilibus pro idolis tuendis illata censetur: antehac enim cum nullus (quod certo sciatur) Gentilium ad eorum cultum adigeret Christianos, nulla suberat occasio ut sic ille suis consuleret sectatoribus. Ex quibus patet, Simonem ad hęc usque Neronis tempora fuisse superstitem, & non (ut alii dicunt) sub Claudio decessisse. Sed de his supra, ac rursum inferius. Res

(d) Euseb. in Chron.

(*) Gessius Florus præf. Judææ missus.

Simon magus quid persecutionis tempore docuit suos. (g) Origenes contra Celsum l. 6.

III. Res vero Judæicę inter hęc in deteriorius prolabantur, Cestio (*) Floro Judæicę Procuratore Judæos gravius affligente, & ad defectionem penitus perurgente: quę anno sequenti, secundo nimirum a tempore quo in Judæam ipse advenerat Procurator (ut Josephus (a) testatur) est cepta. Quę autem hoc anno contigerint, idem Josephus. (b) sic narrat: Cestius (*) vero iniquitates suas in universam gentem, jam palam quasi gloria retur, exercuit; ac velut non ad regendam provinciam, sed ad damnatorum pœnam modum, neque afflictionum prætermisit. In miseris autem crudelissimus erat, in turpibus vero impudentissimus: neque enim quis illo amplius offendit fallacia veritatem, neque commentus est callidiores nocendi vias. Huic siquidem, virum illatis dispendiis lucra quærere, exiguum visum est; sed totas simul dispoliabat urbes, & labe populis inferebat: tantum non voce per totam regionem edicens, liberum esse hominibus latrocinari, dum ipse prædaram acciperet portionem. Denique ob illius avaritiam contigit totam pœnam deserti regionem; ita ut plurimi sedes patrias relinquentes, ad externas provincias commigrarent. Hęc Josephus, cetera de eo, anno sequenti.

Ann. Eccl. Tom. I.

Eodem anno, dum hęc in Judæa agerentur, Romę detecta conjuratione in Nerone a compluribus Romanorum notabiliu diu agitata atque composita: idem Nero cum ceteros, tum Senecam inter conjuratos a proditore nominatum, occidi iussit; concessit tamen illi, ut quam vellet mortem sibi deligeret. Gallio ejus germanus, qui olim, (ut dictum est) cum Paulus in Græcia degeret, Proconsulem agebat in Achaia, ex nece fratris pavidus, supplicem vitam obtinuit. Inter alios pœne innumeros occisus est quoque Annaus Lucanus Senecę nepos: necarus ante omnes Romanorum clarissimus Plautius Lateranus Consul designatus, cujus nobilis illa erat basilica in Cælio monte, quę postea usui cessit Christianorum, & aucta in primariam conversa est Ecclesiam, quę est appellata Lateranensis: de qua S. Hieronymus (c) ad Oceanum: Ante diem Paschæ in basilica quondam Laterani, qui (c) Hier. Casariano truncatus est gladio, &c. Sed de ea suo loco inferius. Post cladem conjuratorum, vel eorum qui aliqua levi suspicione vel fictione acciperet portio nem, subsecuta est mors Poppæe Augustę; quam licet amatissimam, Nero iracundia percussit, idu calcis percussam occidit. Sed hęc Tacitus, Dio, & alii pluribus.

H h h h

Chri-

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 558.

SÆC. I. Anno Urbis 818. Olymp. 217. an. 1. An. C. 67.

18. F. 9. P. 14. April. Indi. 8.

JESU CHRISTI 67. secundum Baronium 67.

LINI PAPÆ I.

NERONIS IMP. 11.

I. Consul.

[1] Ad num. I. Coss. A. Licinius Nerva Silianus, & M. Vestinus Atticus, ut recte Em. Card. Norfius in Epistola Consulari.

[2] Coss. A. Licinius Nerva Silianus & M. Vestinus Atticus. Vetus lapis apud Panvinium in Fastis & apud Gruterum pag. LXXX. 3. DEDIC. XV. K... SILLANO. ET ATTICO. In vasculo antiquo inter Donianas inscriptiones pag. 103. n. 165. ASSISILANO ET ATTICO. COS. Spönius in Miscell. pag. 304. SILLANO ET ATTICO. COS. Tacitus Annal. lib. XV. Cap. XLVIII. Ineunt deinde consulum Silius Nerva & Atticus Vestinus. Suffecti sunt Plautius Lateranus, & Anicius Cerealis. De Plautio Laterano consule designato Tacitus ibidem cap. XLIX. & LX. De Anicio Cereali consule item designato, idem eodem lib. XV. in fine. Vide Norfii Epistolam Consulare ad hunc annum. Fasti Idatiani: Helva (pro Nerva) & Vestino. Vindebonenses; Nerva & Vestino.

II. Quindecennalia Imperii Proconsularis Neronis in hunc annum incidunt, quo & persecutio adversus Christianos continuata, in qua Romę occubuerunt Apostolorum Principes Petrus & Paulus, quorum martyrium anno Christi LXVII. in Annalibus narratum, ad currentem revocandum. Petro successit Linus, qui jam ab aliquot annis ejus Vicarius erat, ut infra.

I. (a) Metaph. dia 29. Julii, & alii.

Christi Domini nostri anno sexagesimo octavo, Cos. Suetonio Paulino & Pontio Telefino, Petrus (a) & Paulus divino consilio, ut afflictatæ nimis gladio Neronis Ecclesiæ Romanæ succurrerent, & diversis Orbis partibus Romam se iterum contulerunt, atque collabentem pene Ecclesiam instaurarunt. Neronis enim gladio in Romanos occasione dictæ conjurationis converso, a sanguine Christianorum aliquantum temperatum fuisse videtur. Hac igitur bene usi opportunitate Petrus & Paulus, Romæ (ut licebat) rursus Evangelium prædicarunt, Horum prædicationis nobile fragmentum recitat Lactantius, de prænuntiata his diebus ab eisdem Apostolis futura clade Hierosolymitana, cujus bellum hoc ipso anno, occasione quam dicemus paulo inferius, est inchoatum. Cum enim (ut accidit) de Judæorum defectione frequens sermo esset inter Romanos; inde suppeditatum est argumentum de his agere, quæ his verbis Lactantius (b) memorie commendavit: Futura aperuit illis omnia, quæ Petrus & Paulus Romæ prædicaverunt: & ea prædicationis in memoria scripta permansit: in qua cum multa alia mira, tum etiam hoc futurum dixerunt, ut post breve tempus immitteret Deus Regem, qui expugnaret Judæos, & civitates eorum solo æquaret, ipsos autem fame sitique confectos obsideret. Tum fore, ut corporibus suorum vescerentur, & consumerent se invicem: postremo ut capti venirent in manus hostium, & in conspectu suo acerbissime conjuges suas vexari cernerent, violari & prostitui virgines, diripi pueros, alidi parvulos, omnia denique ferro ignique vastari, captivos in perpetuum terris suis exterminari: eo quod exultaverant super amantissimum & probatissimum Filium Dei, Hucusque Lactantius.

(b) Lactan. l. 4. c. 21.

II.

Rursus etiam de Pauli Romæ prædicatione est insignis memoria, licet apud

S. Æ. C. I. Anno Urbis 819. Olymp. 211. an. 2. An. C. 66. ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5559. © 19. E. D 18. P. 30. Mart. Indiæ. 9. JESU CHRISTI 66. secundum Baronium 68. LINI PAPÆ 2.

Scriptorem impium (c): quidam enim (c) Lucian. Triephon Romæ agens, cum Critiam Christianæ fidei derisorem catechumenum facere cuperet, hæc inter alia de se refert: Quæ Lucianus de Paulo. Quando autem me Galilæus ille convenit recalvaster, naso aquilo, qui in tertium usque cælum per aerem ingressus est; quæ optima & pulcherrima sunt, inde didicit: per aquam nos renovavit, in beatorum vestigia insistere fecit, & ex impiorum regionibus nos reduxit. Hæc ille, quibus equidem non alium quempiam quam Paulum Apostolum describit, omnes puto facile intelligere: nominat eum Galilæum, quod sic Apostoli, immo & ceteri Christiani dicerentur; vel ex antiqua ejus origine, ut superius dictum est. Cum igitur Triephon (ut vidimus) se Pauli discipulum profiteretur; eam ipsam artem in instituendo Gentili homine ad fidem capefendam, quam ipse didicisset a Paulo, tum adhibuisse videtur; quippe qui deorum falsitate primitus demonstrata, subinde de rerum principiis, ac Dei operibus, non ex divina Scriptura, cui ille non crederet, sed ex auctoribus Ethnicis petiit testimonium, non secus ac Paulus fecisset Athenis. Demum ea, quam a magistro de uno trinoque Deo didicerat, fide illum imbuat in hunc modum: Cum enim ille rogaret, dicens: Quanam igitur tibi jurabo? Ad eum Triephon: Deum alte regnantem, magnum, ætherium, atque æternum, Filium Patris, Spiritum ex Patre procedentem, unum ex tribus, & ex uno tria: hæc tu Jovem puta, hunc tu existima Deum. Hæc ille ibi, quantum tamen licuit tantam rem tanta brevitate describere, vel quantum externus homo & Christianis insensissimus Lucianus eadem potuit fideliter retulisse. Sed missis his, ad Petrum redeamus.

III. De Petri secunda ad Judæos epistola.

Cum ageret Petrus Romæ, non satis sibi visum, Ecclesiæ Romanæ prospicere: sed quod unversi gregis creditam sibi curam

[1] Off. C. Lucius Telefinus, & C. Suetonius Paulinus, ex Grutero pag. 1101. & Clementino in Historia Ariminensi lib. 2. ut me per literas monuit Card. Norisus qui & observat, Telefinos e gente Lucia fuisse.

[1] Off. C. Lucius Telefinus, & C. Suetonius Paulinus. Gruterus pag. MCII. 4. C. LUCIO TELEFINO. G. SUETONIO PAULINO. COS. Tacitus Annal. lib. XVII. cap. XIV. C. Suetonio, L. Telefino. Frontinus: L. Telefino, & Suetonio Paulino. Dio lib. LXIII. pag. 716. Cajo Telefino & Suetonio Paulino. Plinius lib. V. cap. I. Suetonius Paulinus (quem consulem vidimus) primus Romanorum Ducum transgressus quoque Atlantem aliquot millium spatium, prodidit de excellentate quidem ejus, quæ ceteri. Fasti Idatiani & Vindebonenses: Telefino & Paulino. Prosperi Chronicon; Silvano & Paulino.

ram a Domino accepisset, ac præcipue Judæorum patrocinium in Concilio Hierosolymitano sibi sumpisset; jam secundam ad eos scribit epistolam, in qua hæc ipse (a): Hanc ecce vobis, carissimi, secundam scribo epistolam, in quibus vestram excito in commotione sinceram mentem, ut memores sitis eorum quæ prædixi. Ceterum haud longe ante consummatum martyrium eam a se datam esse, illis ipse verbis significat, quibus ait (b): Justum autem arbitror, quamdiu sum in hoc tabernaculo, suscitare vos in commotione: certus quod velox est depositio tabernaculi mei, secundum quod & Dominus noster Jesus Christus significavit mihi. Dabo autem operam, & frequenter habere vos post obitum meum, ut horum omnium memoriam faciatis. Hæc ibi.

IV. Quod autem pertinet ad ejusdem epistolæ firmitatem: eam certe ut Petri legitimam antiquiores Theologi agnoverunt; quorum eruditissimus Hippolytus (c) Episcopus eam citat: sed audi quo præconio: Princeps Petrus, inquit, fidei petra, quem beatum judicavit Christus Deus noster, ille doctor Ecclesiæ, ille primus discipulorum, ille qui regni claves habet, docuit nos, dicens (d): Hoc primum scientes, quod venient in novissimis diebus in deceptione illudores juxta proprias concupiscentias ambulantes. Et erunt (e) ex vobis, qui introducent sectas perditionis, &c. Citant eam & alii. Sed quod creditur esse depravata, licet publice legeretur: non fuisse in canone, ait (f) Didymus eam interpretatus: dubitatumque de ea tradit Eusebius (g). Sed id factum esse ob diversitatem interpretum, S. Hieronymus (h) affirmat, sic dicens: Denique & due epistolæ quæ feruntur Petri, stylo inter se & charactere discrepant, structuraque verborum; ex quo intelligimus, pro necessitate rerum diversis eum usum interpretibus. Ac recte quidem: nam non tantum eo munere apud eum functus est Marcus, sed (quod & alias diximus ex Clemente Alexandrino i) & Glaucias quidam, quem Basilides falso jactabat suum fuisse magistrum. Porro non tantum quot sacra Concilia contexere canonicorum librorum catalogum, ut Romanam sub Damaso, quod habet Collectio Creconiana, Laodicenum, Carthagenensium, alterum Romanum sub Gelasio, omnes insuper sanctissimi Episcopi id ipsum suis scriptis præstitere, ut Athanasius in Synopsi, Gregorius Nazianzenus, Amphilo-chius, Augustinus de doctrina Christiana, & qui eodem vixit tempore Rufinus Aquileiensis, quique insuper his præstat auctoritate Innocentius ad Exuperium, Cassiodorus, Isidorus, & alii Orthodoxi recentiores, omnes æque eam esse Petri epistolam profitentur: quorum

(c) Hippol. de Anti-christ.

(d) 2. Petr. 3.

(e) 2. Petr. 2.

(f) Didym. in epist. Petri. c. 3. in fin. Epistola secunda Petri recepta.

(g) Euseb. hist. l. 3. c. 3.

(h) Hier. ep. 150. q. 11.

(i) Clem. Alex. Strom. lib. 7.

testata fide, Novatorum quorundam, eam impugnantium temeritas inferius arguetur.

Ad hæc ipsam Petri secundam epistolam, ea quæ a Juda Jacobi fratre scripta habetur, relationem quamdam videtur habere, cum eodem ferme scripta sit argumento, iisdemque sententiis atque etiam verbis interdum videatur intexta: ut plane appareat, prius Petri secundam, quam Judæ esse scriptam epistolam. Ex quo certo signo erroris arguuntur, qui absque ullo antiquorum Patrum testimonio, ex propria animi sententia, vel falsa aliqua conjectura persuasi, dixerunt Judam & Simonem Apostolos abhinc ante triennium, fuisse martyrio in Perside coronatos; cum ex his dici posse videatur, Judam post hæc tempora fuisse superstitem. Sed quoniam anno una cum collega martyrium subierit, fateri malumus hoc nos ignorare, quod a majoribus non sit traditum, quam temere quid certum in re dubia statuere. Ceterum quod ad Judæ epistolam pertinet; eam esse legitimam germanamque Judæ Apostoli, citata modo sacra Concilia, atque Patres qui canonicorum librorum numerum recensuerunt, firmiter profitentur. Citat eam idem qui supra Hippolytus (k) martyr, doctrina nulli antiquorum secundus: Tertullianus (l) de etiam, ac insuper alii recentioris classis scriptores Ecclesiastici; Novatoribus quibusdam exceptis, qui levioribus eam impertunt objectionibus: quasi probro adscribendum esset Apostolo, quod ex Enoch libro apocrypho citaverit auctoritatem; cum & Gentiles poetas Paulus, & aram idololatriæ inservientem, cum Athenis concionaretur, in summæ Theologiæ converterit testimonium, & sincerissimæ veritatis argumentum. Ceterum liber Enoch apud majores haud erat vulgaris auctoritatis, cum non defuerint (m) qui dixerint ipsum esse canonicum, atque adeo, ut etiam qui in eodem libro essent errores, in Catholicum dogma sint conati transferre. Sed de his alias.

V. De Judæ epistola.

(k) Hippol. de Anti-christ. (l) Tert. de habit. mul. c. 3.

(m) Tertul. lib. de habit. mulier. c. 3. & ibi Pamela. not. 30.

Quoniam vero occasione Petri epistolæ, de ea etiam quæ post illam eodem argumento est a Juda conscripta, agere opus fuit: hic opportune incidit, ut qui irrepperunt errores de Judæ & Simonis nomine, consutemus. Cum autem Lucæ (n) testimonio exploratum habeatur, Simonem tantum inter Apostolos cognomento dictum fuisse Zelotem: quomodo factum est, ut Hieronymus (o) Judam Jacobi fratrem Zelotem appelleret? sic enim ipse scribit in suis in epistolam Pauli ad Galatas commentariis: Judæ Apostoli, sed non proditoris, qui ob insignem zeli in se virtutem, & Zelotis nomen accepit: & alibi (p): Judas Zelotes in a-llo Evangelio Thaddæus dicitur. Ceterum

VI. De Juda & Simone.

(n) Luc. 8. Act. 1.

(o) Hier. in ep. ad Gal. l. 1. c. 4.

(p) Idem contra Helvid.

rum in commentario in Matthæum (a) de singulis agens, Zelotæ cognomen Simonem tantum tribuit, Judam vero dictum Thaddæum, & Lebæum, tradit. Cum autem in citatis locis ipsum Judam fratrem Jacobi, Zelotem, & Thaddæum appellet, sane videtur nomina confudisse, nempe cum utroque Simone Judam: sicut visus est fecisse Sophronius apud ipsum. (b) Hier. de vita & obitu Jacobi Episcopi, qui successit illi in Episcopatum post obitum Jacobi cognomento Justo, vixit annos viginti supra centum: crucifixus autem sub Trajano Praefecto, mota persecutione gravi, dormivit. Hæc ipse: eadem apud Isidorum leguntur, & alios. Dorotheus autem in Synopsi duos Simones distinctos ponit: putat tamen Simonem sub Trajano passum, cognomento dictum esse Judam. Verum Hegeppus (c) diversos plane ponit Simonem & Judam; quorum priorem sub Trajano passum tradit, Judam vero nec sub Domitiano fuisse superstitem, quorum nepotes tantum tunc vixisse perhibet. Adhuc insuper Simonem Zelotem a Juda fuisse distinctum, satis Evangelistæ demonstrant. Lucas (d) enim dum iterum Apostolos numerat, sic eos nominando discriminat: Simonem, qui vocatur Zelotes, & Judas Jacobi: & alibi: Simon Zelotes, & Judas Jacobi. Verum hunc, quem Lucas dixit Judam Jacobi, Matthæus (e) Thaddæum nominat: cum enim numerat Apostolos omnes; ubi Judas ponendus erat, Thaddæum ponit: quod & Marcum (f) fecisse liquet: ut nulla prorsus sit ambiguitas, Judam cognomento dictum esse Thaddæum. Adeo ut dilucide satis Evangelica veritate testatum habeatur, Simonem & Judam, non unum, sed duos fuisse Apostolos, cognomenque Zelotes solum esse Simonis, Thaddæi vero Judæ. Rursus cum Judas frater Jacobi dicatur, qui frater Domini, & Justus cognominatus est: & ipsum inter eos qui fratres Domini dicti sunt, ab Evangelistis esse adnumerandum, Hegeppus (g) affirmat. Sed cum novissimus ille Simeon, qui crucifixus est sub Traiano, & ipse frater Domini dictus fuisse tradatur; qui appellatus sit Simeon Cleophæ, qui dicitur fuisse Mariæ maritus, quæ a Joanne (h) nominata est Maria Cleophæ, eademque ab eo soror Dei genitricis dicta: inde accidisse putamus, ut cum tam Simeon, quam Judas dicti fuerint fratres Domini, unus idemque fuisse ab his creditus sit, Cumque Simonem Zelotem unum quoque fuisse cum Simeone Cleophæ idem existimant: hinc etiam factum est, ut hi tres quasi unus idemque sint habiti, dictisque sit Simeon Judas Zelotes. Ceterum, sicut aperte monstratum est diversos esse inter se Simonem & Judam, itemque Ju-

(a) Hieron. in Mat. c. 30.

(b) Hier. de vita & obitu Jacobi Episcopi, qui successit illi in Episcopatum post obitum Jacobi cognomento Justo, vixit annos viginti supra centum: crucifixus autem sub Trajano Praefecto, mota persecutione gravi, dormivit. Hæc ipse: eadem apud Isidorum leguntur, & alios. Dorotheus autem in Synopsi duos Simones distinctos ponit: putat tamen Simonem sub Trajano passum, cognomento dictum esse Judam. Verum Hegeppus (c) diversos plane ponit Simonem & Judam; quorum priorem sub Trajano passum tradit, Judam vero nec sub Domitiano fuisse superstitem, quorum nepotes tantum tunc vixisse perhibet. Adhuc insuper Simonem Zelotem a Juda fuisse distinctum, satis Evangelistæ demonstrant. Lucas (d) enim dum iterum Apostolos numerat, sic eos nominando discriminat: Simonem, qui vocatur Zelotes, & Judas Jacobi: & alibi: Simon Zelotes, & Judas Jacobi. Verum hunc, quem Lucas dixit Judam Jacobi, Matthæus (e) Thaddæum nominat: cum enim numerat Apostolos omnes; ubi Judas ponendus erat, Thaddæum ponit: quod & Marcum (f) fecisse liquet: ut nulla prorsus sit ambiguitas, Judam cognomento dictum esse Thaddæum. Adeo ut dilucide satis Evangelica veritate testatum habeatur, Simonem & Judam, non unum, sed duos fuisse Apostolos, cognomenque Zelotes solum esse Simonis, Thaddæi vero Judæ. Rursus cum Judas frater Jacobi dicatur, qui frater Domini, & Justus cognominatus est: & ipsum inter eos qui fratres Domini dicti sunt, ab Evangelistis esse adnumerandum, Hegeppus (g) affirmat. Sed cum novissimus ille Simeon, qui crucifixus est sub Traiano, & ipse frater Domini dictus fuisse tradatur; qui appellatus sit Simeon Cleophæ, qui dicitur fuisse Mariæ maritus, quæ a Joanne (h) nominata est Maria Cleophæ, eademque ab eo soror Dei genitricis dicta: inde accidisse putamus, ut cum tam Simeon, quam Judas dicti fuerint fratres Domini, unus idemque fuisse ab his creditus sit, Cumque Simonem Zelotem unum quoque fuisse cum Simeone Cleophæ idem existimant: hinc etiam factum est, ut hi tres quasi unus idemque sint habiti, dictisque sit Simeon Judas Zelotes. Ceterum, sicut aperte monstratum est diversos esse inter se Simonem & Judam, itemque Ju-

(c) Euseb. hist. lib. 3. c. 15. & c. 26.

(d) Luc. 6. Ath. 1.

(e) Mat. 10.

(f) Marc. 3.

VII. Unde oborta nominum confusio. (g) Apud Euseb. hist. 1. 3.

(h) Joan. 19.

dam a Simeone successore Jacobi; ita etiam patet Simonem Cananæum distinctum fuisse a Simeone Cleophæ passio sub Traiano. Idque tam Græci quam Latini pariter profitentur, dum illi in Menologio, isti Martyrologio diversis diebus diversisque notis eos distinctos ponunt, cum singulorum anniversariam proponunt memoriam celebrandam. Beda (i), qui eodem fuerat lapsus errore ut hos duos unum putaret esse Simonem, sententiam retractavit. Quod vero spectat ad Judæ atque Simonis martyrium, ceterasque ipsorum res gestas: descriptas eas fuisse a Cratone Apostolorum discipulo, eademque ab Africano historicorum Christianorum, antiquissimo Latinitate donatas, testatur auctor qui scripsit Passiones Apostolorum; sed quoniam illa a Gelasio inter apocrypha rejiciuntur, certum quid de his affirmare non possumus; cum præsertim S. Hieronymus (k) de Julio Africano tantum testetur, quinque de Temporibus libros ab eo esse conscriptos. Verum quæ de ipsorum passione ab eodem incerto auctore scripta esse reperiuntur, non penitus ut falsa rejicienda esse putamus, cum (ut dictum est nuper exemplo Judæ Apostoli) in apocryphis multa insint, quæ vera esse probentur. At de his hætenus. Ut vero tandem, unde oratio digressa est, revertatur: tam Petrus, quam etiam post eum Judas, in dictis quas scripserunt epistolis, in uno eodemque versati sunt argumento, ut illis eisdem fuerint insectati hæreticos, qui luxuriis dediti, turpissimi haberentur. De quibus in primis Petrus (l): Hi, inquit, velut irrationabilia pecora, naturaliter in captivum & perniciem in his quæ ignorant blasphemantes, in corruptione sua peribunt, percipientes mercedem injustitiæ, voluptatem existimantes Dei delicias, coinquinationis & macule delictis affluentes, in conviviis suis luxuriantes vobiscum, oculos habentes plenos adulterii, & incessabilis delicti. Hæc Petrus, & alia plura; & Judas item de hisdem: Sicut Sodoma & Gomorrha & finitimæ civitates simili modo exfornicatæ, abeuntes post carnem alteram, factæ sunt in exemplum ignis æterni penam sustententes: similiter & hi carnem quidem maculant, dominationem autem spernunt, majestatem autem blasphemant. Sed quinam fuerint hi omnigenæ luxuriæ inquinati fordibus: etsi tam Simon, quam qui ejus sectam profiterentur, Menander, Basilides, Carpocras, & alii horum gregales haberentur impurissimi; hos tamen turpitudine superatos esse a Nicolaitis, nemo dubitat; de quibus quidem vehementer Ignatius (m) admonet, dicens: Fugite quoque impuros Nicolaitas, falsum sibi nomen sumentes, voluptatum amatorum, & sycophantarum.

(i) Bed. in retractat. in Ath. d. post.

(k) Hier. de Scrip. Eccl. c. 63.

VIII. Petrus & Judas exagitavit Nicolaitas.

(l) Petrus.

(m) Ignat. ep. 5. ad Trall.

Hos

Hos dictos esse Nicolaitas a Nicolao diacono, uno ex septem primis, omnes æque consentiunt. Sed qua occasione id acciderit, diversæ reperiuntur antiquorum sententiæ; aliorum videlicet affirmantium, ab ipso Nicolao prava horum dogmata esse excogitata; dixerunt hæc in primis Irenæus (a), Tertullianus (b), Hilarius (c), Epiphanius (d), Hieronymus (e), & alii complures, afferentes ipsum ab Ecclesia Catholica descivisse, & in fordissimas hæreses turpiter lapsum esse: ea nimirum ex causa, quod ordinatus diaconus, cum ad imitationem eorum (inquit Epiphanius f) quos Deo additos videbat, ab uxore, quam formosam habebat, se continuisset, & a concupiscentia superatus eam iterum superinduxisset, arguereturque ab Apostolis, quod uxore, quam antea dimississet, uteretur; indignum nimirum ratis, ut sacris jam officiis atque ordinibus mancipati, adhuc carnis tenerentur illecebris; illum mox hæresim excogitasse, necessariumque ad salutem consequendam esse affirmasse, quotidie inquinari luxuriis. Fuit aliorum ab his diversa sententia, dicentium sic Nicolaitas a Nicolao diacono esse dictos, ut tamen ipse culpa vacaret. Sed qua occasione id acciderit, Clemens Alexandrinus sic scribit (g): Cum Nicolaus formosam haberet uxorem, & post ascensionem Salvatoris ei ab Apostolis fuisset exprobrata zelotypia; in medium adducta muliere, permisit cui vellet, eam nubere. Aiunt enim hanc actionem illi voci consentaneam, quæ dicit, carne uti oportere, quæ dicitur & dictum absolute sequentes, qui ejus hæresim sequuntur, impudenter effusque fornicantur. Ego autem audio, Nicolaum quidem numquam ulla alia, quam ea quæ ei nupserat, uxore usum esse, & ex illius liberis filias quidem consensisse virgines, filium etiam permansisse incorruptum. Que cum ita se habeant, vitii erat depulsio atque expurgatio in medium Apostolorum circumactio uxoris, cujus dicebatur laborare zelotypia: & continentia a voluptatibus, quæ magno studio parantur, docebat illud uti carne oportere, hoc est, exercere carnem, neque enim (ut existimo) volebat, convenirent Domini præcepto, duobus dominis, servire, & voluptati, & Deo. Dicam itaque, Mariam quoque sic docuisse, cum carne quidem pugnare, & ea uti, nihil ei impudicum largiendo ad voluptatem, augere autem animam per fidem & cognitionem. Hucusque Clemens: quæ sanè & Eusebius (h) recitat ac probat, itemque Theodoretus (i): quibus ut consentiam, persuadet Ignatius, dum falso nomine hos dictos esse Nicolaitas, iterum tradit, nimirum, cum in primis ad Trallianos scribens ait:

IX. De Nicolaitis.

(a) Iren. lib. 2. cap. 27.

(b) Tert. de præser. in Mat. cap. 25.

(c) Hilari. in Mat. cap. 25.

(d) Epiph. her. 25.

(e) Hier. ep. 1. & 48.

(f) Epiph. her. 25.

X. De Nicolao excusatio.

(g) Clem. Alex. Strom. 1. 3.

(h) Euseb. hist. lib. 3. c. 23.

(i) Theod. hæret. fab. lib. 3.

Fugite impuros Nicolaitas, falsum sibi nomen sumentes: & ad Philadelphios: Finem, inquit, beatitudinis constituat voluptatem, ut hi qui falso nomine Nicolaita dicuntur. Ad quid igitur hæreticos illos falso nomine Nicolaitas esse dictos inculcat, nisi quia illi (ut mos est hæreticorum) honesto nomine hæresim suam quolibet quæsito prætextu velare cupientes, sed Nicolaitas, quasi a Nicolao descenderent, mendaciter ac jactanter nominarent? Eandem quoque nomenclaturam invenies apud Clementem (k) dum ait: Alii invereconde, quod nunc factum falsi nominis Nicolaitæ: quod verum putamus. Ceterum Nicolaum diaconum, ut virum fide Catholica probatissimum, augustiori auctum honore, factumque ab Apostolis Episcopum Samaritanorum, Hippolytus, cujus fertur liber de Septuaginta duobus discipulis, testatur; cui consentit Dorotheus in Synopsi. Sed ut quænam essent prava dogmata Nicolaitarum cognoscamus; Ignatius (l) Nicolaitarum hæresim, ut ab antiquiori exordiar, ipsos negasse ait Christum fuisse Deum, sed in eo Deum habitasse. Meminit & Irenæus (m) de Nicolaitis Christi divinitatem negantibus; quos Joannes Evangelista æque atque Cerinthianos, scribendo Evangelium, confutavit. In hos (ut dictum est) Judas in sua epistola sententias jaculatur, dum ait: Subintroierunt quidam homines, qui olim præscripti sunt ad hoc judicium, impii, Dei nostri gratiam transferentes in luxuriam, & solum Dominatorem & Dominum nostrum Jesum Christum negantes. Subdit Ignatius, eorumdem eam esse assertionem, ut dicerent illegitimos concubitus bonum esse; iidem finem ac beatitudinem constituerunt voluptatem. Irenæus præter licentiam in mœchando, nulla habitâ distinctione, idolothyta, ut Gentes, comedere consuevisse tradit. At portentosa plane hos excogitasse commenta, ut aliquo saltem quæsito prætextu obscœna ac impudica posse licite perpetrari docerent, Epiphanius (n) refert: additque nova & hætenus inaudita ad incutiendum terrorem simul cum admiratione advenisse nomina Numinum, nempe Barbelo, Prunicum, Jaldabaoth, Caulauchauch, atque Metran; divisosque ab invicem, ex singulis dictis nominibus selectas singulas instituisse. Sic etiam intelligendum est quod Eusebius (o) ait, Nicolaitas ad modicum spatium temporis perdurasse: nimirum quod pertæsi falsi nominis, non amplius se nominarent Nicolaitas, quod facile impostura convinci potuissent; sed alio rursus ad rem turpissimam obtegendam, omnium pulcherri-mo quæsito nomine, se ipsos a sapientia Gnosticos nuncuparunt. Sed cum horum alii alia superaddiderint ad hæresim nova-

(k) Clem. Constit. 1. c. 8.

XI. Nicolaitarum hæresis. (l) Ignat. ep. 9. (m) Iren. 1. 3. cap. 11.

XII. (n) Epiph. her. 25.

(o) Euseb. hist. lib. 3. c. 23. Nicolaitæ Gnostici nominati.

mon-

monstra, novis sunt appellati nominibus (a): ut non tantum Gnostici dicerentur (b), sed & Phibionitæ, Stratiotici, & Levitici: itemque alii Borboritæ, qui a cœnosa turpitudine sic dicti reperiuntur. Propaginem Nicolaitarum fuisse Cleobulum, & Theodotum, qui eos fugiendos admonet, testatur Ignatius scribens ad Trallianos. Sed de Gnosticis inferius pluribus. Adversus autem Nicolaitas, sententia etiam Domini (c) condemnatos, scripsisse Irenæum, Hippolytum martyrem, Clementem Alexandrinum, & Origenem, Theodoretus (d) affirmat.

XIII. Jam vero, ut ad res gestas Petri, cuius secundæ scriptæ ab eo epistolæ occasione ad hæc narranda digressi sumus, redeamus: dum his (ut dictum est) temporibus Romæ ageret; simul qui carissimus Neroni esset, Simon magus Romæ itidem morabatur, qui divinos jam (ut diximus) ex magia sibi honores compararet. Incredibili quidem magiæ studio tenebatur Imperator, ut non modo ejusmodi circulatores, sponte artes suas offerentes, ac vili pretio venditantes, penes se habere curaret: sed & remotis plane regionibus accersiret, quos novisset ejus artis insigniter eruditos. Unde merito de

(e) Plin. lib. 30. cap. 20. eo Plinius (e) testatur, ea ætate omnium magiæ generis Neronem fuisse principem, vera falsaque simul comperta habuisse: sed addit hæc insuper: Idem Nero primum imperare diis concupivit, magia scilicet, nec quicquam generosus voluit. Nemo unquam ulli artium validius favit: ad hæc non opes ei, desuere, non vires, non discendi ingenium, aliaque non patiente mundo: & post alia: Magus ad eum Tyridates venerat, Armeniacum de se triumphum afferens (erat hic enim Rex, quem Corbulo Romani dux exercitus superavit) & ideo provinciis gravis. Navigare noluerat; quoniam expuere in maria, aliisque mortalium necessitatibus violare naturam eam, fas non putant. Magos secum adduxerat. Magicis etiam scenis eum initiaverat: non tamen cum regnum ei daret, hanc ab eo accipere artem voluit. Hæc & alia de eo Plinius. Magnis utique pollicitationibus Tyridatem a Nerone sollicitatum ut in Urbem veniret, magnificentissimeque ab eo exceptum, scribit Suetonius (f).

(f) Sueton. in Ner. c. 13. Simon igitur magus cum ea occasione sese in Neronis amicitiam insinuasset, atque de se mirifica prædicasset; nempe se virtutem Dei magnam, quæ Angelis dominaretur, & alia humanum captum transcendentia, esse jactaret: ut de his aliquod exemplum proderet, atque exhiberet experimentum, per aera volatum illi pollicitus est. His ergo fidem adhibuisse Neronem, non tantum nostrorum suppetunt testimonia, sed etiam externorum. Siquidem,

XIV. Simon magus pollicetur volatum.

Dio (g) cognomento Chrysothomus, in ea oratione quam habet de pulchritudine, hæc de Nerone. Hoc vero maxime superabat Nero; & nemo illi ulla de re quam diceret contradicebat, neque impossibile ajebat quod jussisset: ita ut, cum quemdam volare jussisset, ille & promiserit: multoque tempore nutriebatur intus apud eum in aula, tamquam volaturus. Hæc Dio. Porro editum fuisse in teatro ejusmodi sub Nerone spectaculum, ut in eo Icarus exhiberetur volatus, auctor est Suetonius (h), qui ait: Icarus primo statim conatu juxta cubiculum ejus decidit, ipsumque cruore resperfit.

Verum enimvero Simonem magum hæc ausum, sed Petri Apostoli precibus esse prostratum, quæ dicemus, facile demonstrabunt. Hoc itidem per magiam ab aliis facitari solitum, testatur Lucianus in Philopseudo, sic dicens: Ludis tu quidem, inquit Cleodemus. At ego, qui & ipse olim minus talia credebam, quam nunc tu (putabam enim nulla ratione fieri posse ut ea crederem) tamen cum volantem primum conspicerem peregrinum illum barbarum (erat enim, ut ferebant, ex Hyperboreis) credidi, ac victus sum, cum tamen diu multumque repugnassem. Nam quid facerem, cum eum cernerem in aere volantem, atque id interdum, ac super aquam ingredientem, atque per medium ignem incedentem, idque lente ac sensim? Tu ne, inquam ego, ista videbas, virum Hyperboreum volantem, aut super aquas ambulantem? Et maxime, inquit ille, carbatinas indutum, quo calciamenti genere illi potissimum utuntur. Hæc Lucianus. Ad hæc spectare videtur quod Juvenalis item de magico volatu ait:

magus omnia novit.
Græculus esuriens in cœlum, jussuris, ibit.
Ad summam non Maurus erat, non Sarmata, nec Thrax,
Qui sumpsit pennas, mediis sed natus Athenis.

His igitur de magicis volatibus, Simonis occasione, narratis; jam reliquum est, ut quod de ejus volatu ac lapsu rerum nostrarum scriptores memoriæ prodiderunt, in medium afferamus. Qui ceteris habetur antiquior Clemens (i) Romanus ex persona Petri rem gestam narrat: cui cum Græci & Latini quoque historici consentiant; quod videri possit apocryphum, jam prope authenticum redditur; sic enim ait: Romam Simon cum venisset, Ecclesiam vehementer perturbavit, multos evertens, atque in suam adducens sententiam; gentes vero commovebat magicis artibus. Itaque quadam die in theatrum in meridie

processit; jussitque suis operis, ut me in theatrum arripere, pollicitus se in aere volaturum. Cumque omnes hac de re erecti essent, ego seorsus orabam. Itaque sublatus a demonibus, volabat sublimis, dicens in cœlum se ascendere, unde illis bona suppeditaturus esset. Populo illi, veluti Deo, acclamante optima; attollens ego manus in cœlum, totamente supplicabam Deo, ut per Jesum Christum Dominum frangeret scelestum illum, & demonum vim labefactaret in fraudem & perniciem hominum illa utentium; illumque perfractum non occideret, sed comminueret. Tuncque Simonem intuitus: Si Dei, inquam, homo ego sum, Apostolus vero Jesu Christi verus, doctorque pietatis, non erroris, cuiusmodi tu Simon: impero improbis virtutibus apostatis pietatis, quibus vehitur Simon magus, ut remittant suas vires, & ab alto hic decidat in visum eorum qui ab ipso decepti sunt. Cumque hæc dicerem, desertus a virtutibus Simon, cum magno fragore corruit, vehementerque concussus fregit soxendicem, & pedum talos: clamorque plebis ortus est, quo ferebatur unum Deum esse, quem jussit Petrus nuntiaret tantum veritate fretus; multique ab eo defecerunt. Hæc ille.

XVII. Arnobius (a), qui claruit temporibus Diocletiani, adversus Gentiles scribens, haud putandus ea attulisse quæ aliqua saltem ex parte de levi mendacio argui potuissent, unde & quærentibus occasionem quamcumque res nostras deridendi, anfastribuisset, hæc de his scribit: Viderant enim (Romani scilicet) cursum Simonis magi, & quadrigas igneas Petri ore distatas, & nominato Christo, evanuisse. Viderant, inquam, fidem diis falsis, & ab iisdem metuentibus proditum, pondere præcipitatum suo, & cruribus jacuisse perfractis; post deinde perlatum Brundam, cruciatibus & pudore defessum ex altissimi culminis se rursus præcipitasse fastigio. Quæ omnia vos gesta neque scitis, neque scire voluistis, neque unquam vobis necessaria judicastis. Hæc inquam, cum Arnobius scribat adversus omnes Gentes, nec ut de re aliqua in angulo facta testetur, sed Romæ in Orbis universi theatrum libere ac ingenue fateatur; sane quidem rem haud dubiam, quæve in controversiam deduci vel a fidei hostibus posset, se memorasse significat. Cyrillus (b) Hierosolymorum Episcopus qui Constantii temporibus vixit, hæc in eadem sententiam scripsit: Dilatato autem Simonis errore, par amicorum bonorum illam calamitatem correxit, Petrus & Paulus, cum essent præsidæ Ecclesiæ; & ostentantem sese jussim Simonem statim extinxit. Cum enim predicaret Simon in cœlos se ascensurum, & vehiculo demonum in aerem esset sublatus: flexis genibus servi Dei & concor-

(i) Clem. Const. lib. 6. cap. 9. De volatu & casu Simonis.

diam ostendentes, de qua dixit Jesus: Quod si duo ex vobis consenserint, de quacumque re quam petierint, fiet ipsis: concordia hoc telum per orationem emittentes in magum, dejecerunt illum in terram. Nec mirum est: Petrus enim erat qui claves regni cœlorum portabat. Non est mirandum: Paulus enim erat, qui in tertium cœlum raptus fuerat, & in paradysum, & audierat, arcana verba, quæ non licet homini loqui. Ex aere in terram depresso, runt eum, qui se appellabat Deum, deinceps ad inferos detrudendum. Hucusque Cyrillus.

Epiphanius (c) item: Natura, inquit, debitu in Romanorum urbe Simon perfoluisse reperitur, quando in media Romanorum urbe miser ille collapsus, mortuus est. Ad hæc sane Eusebius (d) quoque prope modum allusisse videtur, dum ait: Cum divinus sermo jam ad Romanos pervenisset, vesana Simonis potentia extincta est, & homo ipse actutum penitus prostratus: licet hæc tempore Claudii accidisse visum sit aliquibus affirmasse: sed superius eam opinionem confutavimus. Neque vero ab his aliud significare Philastrius (e) voluit, cum hæc dixit de eodem Simone: Cum fugeret beatum Petrum Apostolum de Hierosolymitana civitate, Romamque veniret, ibique pugnaret cum beato Apostolo apud Neronem Regem; devictus undique oratione beati Apostoli, atque percussus ab Angelo, sic meruit interire, ut ejus magiæ evidens mendacium cunctis hominibus patefere. Sane etiam S. Augustinus (f) scribens ad Casulanum, ea occasione Romæ esse institutum jejuniu sabbati multorum relatione testatur, sic dicens: Est quidem hæc opinio plurimorum, quævis eam perhibeant falsam plerique Romani; quod Apostolus Petrus cum Simone mago die Dominico certaturus, propter ipsam magnæ tentationis periculum, pridie cum ejusdem urbis Ecclesia jejunaverit, & consecutio tam prospero gloriosoque successu, eundem morem retinuerit, cumque imitatio sint nonnullæ Occidentis Ecclesiæ. Hæc Augustinus; qui tamen opera Petri Simonem extindum atque necatum certo confirmat, cum ait (g): In qua urbe beatus Apostolus Petrus cum vera omnipotentis Dei virtute extinxit. Rursus (h) apud eundem: Petrus Ananiam & Saphiram ejus uxorem mendaces occidit; & Simonem magum tandem persecutus est, donec morte perimeret. Hæc ipse.

XVIII. Sulpitius Severus (i) hæc eadem testatus, ait: Tam illustris illa adversus Simonem Petri & Pauli congressio fuit. Qui cum magicis artibus, ut se Deum probaret, duobus suffultus demonibus evolasset, orationibus Apostolorum fugatus a demonibus delapsus in terram, populo inspectante, disruptus est. Ad hæc haud du-

(i) Sever. hist. lib. 2. De eodem lapsu afflictiones.

dubium Prosper Aquitanus alludit, dum ait: (a) *Contra Neronem duo Petrus & Paulus Apostoli: at contrario Simon magus, qui & se perdidit; & Neronem decipit.* Affirmat eadem Theodoretus (b), in hunc plane modum: *Rursum Romam veniens divinus Petrus, fraudis eum pennis nudavit. Qui cum eum tandem in miraculorum certamen provocasset; omnibus Romanis videntibus, cum ex magna altitudine deturbavit, cum orasset: & qui miraculum viderant, eos cepit ad salutem.* Sed & Isidorus (c) Pelusiota id ipsum disertis verbis, cum ait: *Quamobrem si te Simonis exemplum non terret, qui cum baptizatus fuisset, ac ministris Christi comitem se praebuisset, rursum ad eas res quae ex materia constant, reversus est, (ob idque etiam ex alto miser in mortem sermone multorum celebratissimam praecipit: ut ex una ipsius ruina perspicuum omnibus fiat, quibus supplicis digni sint, qui celeste curriculum mentiuntur) Simonis vestigiis animique instituto haere.* Hae Isidorus ad Lampetium scribens.

At Maximus Taurinensis (d) de his copiosius differens, dum causam necis Apostolorum declarat, haec ait: *Sed videamus causam quare ista perpessi sunt: scilicet quod inter cetera mirabilia etiam magum illum Simonem orationibus suis de aëris vacuo praecipiti ruina prostraverunt. Cum enim idem Simon se Christum diceret, & ramquam Filium ad Patrem assereret volando se posse conscendere; atque elatus subito magicis artibus volare cepisset: tunc Petrus fixis genibus precatus est Dominum, & precatione facta, vicit magicam levitatem. Prior enim ascendit ad Dominum oratio, quam volatus; & ante pervenit iusta petitio, quam iniqua praesumptio: ante Petrus in terris positus obtinuit quod petebat, quam Simon perveniret in caelestibus, quo tendebat. Tunc igitur Petrus velut vinculum illum de sublimi aëre deposuit, & quodam praecipiti in saxa illidens, ejus crura confregit; & hoc in opprobrium facti illius, ut qui paulo ante volare tentaverat, subito ambulare non posset: & qui pennas assumpserat, plantas amitteret. Sed ne forte hoc mirum videatur, quod magus iste praesente Apostolo per aërem aliquandiu volitaverit; hoc patientia Petri fecit: permisit enim illum sublimius ascendere, ut altius caderet: voluit eum in excelsum levare ad conspectum omnium, ut ruentem illum de excelsu oculi omnium perviderent. Haec igitur iniquitatis est elatio, ut in altum se ferat, in sublime se erigat: sed sancta oratio omnem humiliat superbiam, & universum dejicit vanitatem.* Hucusque Maximus.

His omnibus adstipulatur liber de Romanis Pontificibus, inscriptus nomine Da-

(a) Prosper de prov. Africa, temp. c. 23. (b) Theodoret. fa. bul. lib. 7. cap. 17.

(c) Isidor. Pelus. l. 1. c. 23.

XX. (d) Max. Taurin. serm. 5. in Natal. Apost.

XXI.

masi, in Petro. His essent addenda quae ab Hegeippo (e) Juniori fusius habentur descripta: qui addit & de mortuo a Petro resuscitato: quae narrantur etiam a Marcello presbytero in Actis (f) Nerei & Achillei, quae & in his recepta fuisse videntur: nam de ea altercatione de mortuo resuscitando inter Petrum atque Simonem magum habita, meminit Leo Secundus in epistola ad Constantinum Imperatorem, quae recitata habetur in Sexta Synodo, actione decima octava. Sed ad haec de lapsu Simonis, jungendi didis auctoribus videntur Metaphrastes (g), Nicephorus (h), Cedrenus (i), Glycas (k), & alii Graecorum recentiores, Latinorum Gregorius Turonensis (l), Isidorus, & alii his posteriores fere innumeri: adeo ut de re quae in confesso est apud omnes, nefas sit amplius dubitare. Quamobrem monachi Orientales in libello oblato Agapeto Papae adversus Severum ac Zoaram nequissimos haereticorum, inter alia hac obfestatione sunt usi: ut sicut Petrus Apostolus Simonem magum deorsum prostrasset, ita ipse vellet deponere dictos haereticos. Habentur haec in actione prima quintae Synodi Oecumenicae. Sic igitur cum tam Latinorum quam Graecorum testimonio de lapsu Simonis testata habeatur historia: haud curandum nobis est, si in minimis quibusdam ab invicem discrepent, cum in re gesta omnes aequae consentiant. Quorum sententia pariter declaratur, ea de causa Neronem in Petrum acerbe commotum, iussisse ut in vincula conjiceretur.

Hic igitur finis fuit Simonis magorum omnium scelestissimi, qui praestigis sic oculos spectantium mentemque omnium perstringebat, ut in sui admirationem, omnes pene converteret. Quenam autem haec fuerint, quae cum re vera non essent, tamen ab hominibus videri videbantur; referam quae Anastasius Nicenus (m) scribit: *Statuas faciebat ambulare, & in igne volutatus non exurebatur: in aëre volabat, & ex lapidibus panes faciebat. Serpens fiebat, & in aliquas alias bestias transformabatur: duas habebat facies: in aurum convertebatur: fores clausas aperiebat: vincula ferrea solvebat: in convivio exhibebat spectra formarum omnis generis. Vasa quae erant in adibus, faciebat videri tamquam quae sua sponte moverentur ad ministerium, his qui portabant non visis: efficiebatque ut multae umbræ eum praecederent, quas dicebat esse animas mortuorum. Multos autem tentantes eum dicere praestigiatorem, cum eos esset allocutus, & inde convivio prae-textu bovem sacrificasset, & convivio excepisset, variis morbis & demonibus subjecti. A Caesare aliquando quaesitus & territus aufugit, sua forma alii imposta.* Hucusque Anastasius de

(e) Hegeipp. lib. 3. c. 2.

(f) Apud Sur. tom. 3. die 12. Martii. Firmantur dicta superius.

(g) Metaph. die 29. Junii. (h) Niceph. l. 2. c. 36. (i) Cedren. in comp. (k) Glycas Annal. l. 1. (l) Greg. Turon. hist. Franc. l. 1. cap. 25.

XXII.

(m) Anast. Nicen. q. 23. Simonis praestigia.

de Simonis imposturis, quibus haec per imaginem ostendebat & visum, cum nulla veritate consistenter.

Sed ad Petrum & Paulum revertamur: quos quidem occasione lapsus Simonis a Nerone in carcerem (ut jam diximus) fuisse detrusos, citati superius auctores testantur. Haec autem de casu Simonis & Apostolorum carcere facta esse Romae mense Octobris, ex eo facile colligi potest, quod cum Romanum (a) Martyrologium, cui Beda & Usuardus assentiuntur, tradat Petrum & Paulum carceri mancipatos post casum Simonis, novem in eo mensibus usque ad mortem fuisse detentos; satisque exploratum sit, eisdem consummasse martyrium vigesima nona Junii: opus est, ut dicamus eisdem hoc anno, dicto mense, esse detrusos in carcerem: licet sciamus, scriptum haberi in Actis Nerei & Achillei, nec ad septem menses Apostolorum carcerem perdurasse. Sed cum ea Acta in aliquibus fide haud integra habeantur; longaque praestet Martyrologii ab Ecclesia recepti auctoritas, consignata pariter testimonio diversorum; illi merito assentimur magis. Carcerem autem, quo sanctissimi Apostoli detenti sunt, Mamertinum dictum esse, tum citata nuper ex Martyrologio fidem faciunt, tum etiam Acta (b) sanctorum martyrum Processi & Martiniani probant. Sed quinam & ubi ille fuerit, consule quae a nobis fusius notata sunt in Martyrologio Romano (c), ubi tum de Mamertino, tum etiam Tulliano, atque aliis carceribus abundantius egimus.

Ceterum in eodem carcere Processus & Martinianus milites, Apostolorum custodes, a Petro ad fidem conversi, ab eodem sacro baptisinate ibidem initiati sunt, eorumdem divina virtute ex petra fonte, ut eorumdem res gesta declarant (d). Admiratione enim digna res est, eundem illic fontem in hanc usque diem perseverare, non tantum rerum ibi gestarum memoria nobilem, sed perenni illustrem miraculo, quique positus in medio carceris strati praegrandibus lapidibus Tiburtinis sibi invicem inhaerentibus, e perforato saxo altitudine cubitali tantummodo, & palmi unius vel circiter latitudine, sic aqua scaturit, ut nec foras exundet, nec quantumlibet hauriatur, unquam siccat. Notissimum est ejus rei experimentum, dum certis anni diebus, quibus carcer ille religionis ergo invisitur totius Urbis concursu, & fideles inde hauriant aquam, & potent, & tamen fons indeficiens perseverat. In eo igitur carcere cum ad tam longum temporis spatium detinerentur Apostoli, & a Christianis Romae agentibus atque aliis inviserentur, Evangelium predicare, maleque se habentes curare, atque alia plura operari mira-

XXIII. Tempus carceris Petri, & Pauli.

(a) Rom. Martyr. & alia die 14. Martii. Beda Usuard. ead. die.

(b) Apud Sur. tom. 4. die 2. Julii. (c) Die 14. Martii. B.

XXIV.

(d) Apud Sur. tom. 4. die 2. Julii. De fonte carceris.

cula non desierunt, nec enim tantum dictos duos milites in carcere positi Apostoli genuerunt per Evangelium, sed & alios quadraginta septem: in quos simul omnes gladius Neronis saevit, illustrique sic sunt coronati martyrio, quorum memoria annua celebritate recolitur (e), illorum duorum secunda Julii, horum decima quarta Martii, qui natalis illis dies idemque sempiternus illuxit in caelo. Haec autem quomodo se habuerint, ipsorum Acta (f) declarant; quae eo fideliora esse putamus, quo breviora noscuntur. Sed quae post haec secuta sint, sequenti anno, quo sunt facta, dicentur.

Jam quod ad Paulum spectat: ut a Nerone conjiceretur in carcerem, hanc etiam Chrysostronus (g) affert causam, cum ait: *Neronem prorsus ex fama novissis: vir enim impudicitiae sceleribus omnibus in signis fuit: primusque ac solus in tanto Imperii culmine novos quosdam lasciviae, flagitii, ac turpitudinis modos excogitavit, exquisivit, invenit. Hic itaque Paulus beatissimo (uno enim eodemque tempore vitam istam agebant) hujusmodi ac prorsus similia crimina objiciens his quae vos modo sanctis objicitis: Pellicem enim eius quam ille deperibat atque in deliciis habebat, cum induxisset fidei ac religionis sacramenta suscipere, persuaserat una incestum illum impurumque congressum declinare: Haec, inquam, ille crimina objectans corruptoremque nequam, flagitiosum, ac nebulonem, & his similia, quae vos modo perspreperitis, Paulum vocitans, primum coniecit in vincula: cum vero ut puellae ejusmodi monita atque consilia dare desineret, persuadere non posset, necavit eundem.* Haec Chrysostronus. At nihil obstat, ut alia causa Paulus, alia vero Petrus ab eodem Nerone conjicerentur in carcerem; nempe iste propter consternatum Simonem; ille, quod Neronis pellicem ad Christianam religionem convertisset, & ex impudicissima castam atque pudicam reddidisset: licet & in Actis passionis ejus, quae Lini nomine sunt pervulgata, de quorum fide agemus inferius alia etiam afferatur causa, nimirum quod Proculum Neronis pincernam convertisset ad fidem Christi suscipiendam. Sed cetera de Paulo, anno sequenti.

At quod spectat ad reliquias hujus anni Neronis res gestas: is cum improborum omnium vitia in se ipsum studiosa imitatione congestisset, atque in immanem, cumulasset: proborum omnium integritatem pariter infectatus, in eos quoque bellum gessit implacabile. Scribit de duobus Tacitus, quorum bonitas atque severitas domi forisque spectata, atque ore omnium praedicata Neronis concitavit invidiam, & excitavit immane odium, quo eisdem ad necem usque est crudeliter

(e) Martyr. Roman. & alia.

(f) Apud Sur. tom. 4. die 2. Julii.

XXV. Causa carceris Pauli. (g) Chrysostronus. advers. vituper. lib. 1. eademque Metaph. die 29. Junii.

XXVI.

Quid Ne- profectus. Hæc haud ab instituto pro-
ro in Ba- nus aliena, saltem paucis attigisse suffi-
ream So- ciet. Facta sunt hæc iisdem Coff. adver-
ranum & sus viros clarissimos Consulares, ac mo-
Thraseam ribus honestissimos, Barea Soranum,
atque Thraseam Pætum: scribit ea Ta-
citus pluribus, qui in primis quantæ ii-
æstimationis essent, his significat verbis
(a): *Trucidatis tot insignibus viris, ad
postremum Nero virtutem ipsam excidere
concupivit, interfecto Barea Sorano, &
Thrasea Pæto, olim utrisque infensus.*
Addit a Torio Sabino Barea reum esse
factum ex proconsulatu Asiæ, quem ad-
ministraverat, non quidem ex crimine,
aliquo quod patrafferat, sed (ut idem ait)
ex iustitia atque industria; quia scilicet
portui Ephesiorum aperiendo curam in-
sumperat; vimque civitatis Pergamenæ
prohibentis Acratem Cæsaris libertum sta-
tuas & picturas avehere, insultum remi-
ferat. Contigit adventus Acratis a Nerone
missi ad expilanda Asiæ templa (ut
idem testatur Tacitus b) sub Consulatu
Lecanii atque Licinii, anno Domini se-
xagesimo sexto, Urbis incendio memora-
bili: quo tempore (ut ex his apparet)
Bareas Soranus Proconsulem agebat in
Asia, abhinc ante biennium.

XXVII.
De Servilia filia
Barea.

Sed & quæ de nece Serviliæ ejusdem
Barea filia jussu Neronis illata idem scri-
bit Tacitus, observatione sunt digna, ut
quæ ad res nostras non nihil spectare vi-
deantur. Sic enim ait: *Ultra hæc, sed
recens, discrimini patris filiam connecte-
bat, quod pecuniam Magis largita esset.*
*Acciderat sane pietate Serviliæ (id enim
nomen puella fuit) quæ caritate erga pa-
rentem, simul imprudentia ætatis, non
tamen aliud consultaverat, quam de inco-
lunitate domus, & an placabilis Nero,
an cognitio Senatus nihil atrox afferret.*
*Igitur accita est in Senatum: steteruntque
diversi ante tribunal Consulum, grandis
ævo parens, contra filia intra vigesimum
ætatis annum, nuper marito Annio Pol-
lione in exilium pulso viduata, desolata-
que, ac ne patrem quidem intuens, cujus
onerasse pericula videbatur. Tum interro-
gante accusatore, an cultus dotales, ac
detractum cervicis monile venundasset,
quo pecuniam faciendis magicis sacris con-
traheret? Primum strata humi, longo fle-
ru & silentio, post altaria & aram com-
plexa: Nullos, inquit, impios deos, nul-
las devotiones, nec aliud infelicitis pre-
cibus invocavi, quam ut hunc optimum
patrem, tu Cæsar & vos Patres, serva-
retis incolumem. Sic gemmas, & vestes,
& dignitatis insignia dedi, quomodo si
sanguinem & vitam poposcissent. Viderint
isti antebac mihi ignoti quo nomine sint,
quas artes exercent: nulla mihi Principis
mentio, nisi inter numina, fuit. Loquen-
tis adhuc verba excipit Soranus: procla-*

matque non illam in provinciam secum
profectam, non Plauto per ætatem noscè
potuisse, non in criminibus mariti conne-
xam, nimis tantum pietatis ream: separa-
rent a se, quamcumque sortem subirent.
Simul in amplexus occurrentis filia rue-
bat, nisi interjecti lectores utrisque obsti-
tissent. Damnatos tandem eosdem morte
idem auctor affirmat. Meminit & Juve-
nalis de nece Barea illata, nequissimi
hominis Egnatili calumnia, qui ad gloriam
captandam, inter Stoicos (ut idem dicit
Tacitus) profitebatur, si dicens.

*Stoicus occidit Barea delator amicum,
Discipulumque senex.*

Quod vero ad Serviliam spectat: non
levis quidem, ex his quæ dicta sunt, su-
spicio mentem agitat, hanc fuisse Chri-
stianam, sed magis ream factam dici a
Tacito, quod Christiani (ut superius vi-
dimus) his præsertim temporibus magi
esse a Gentilibus dicerentur. Sed ab his
interim nos distrahunt, quod altaria com-
plexa dicatur & aram: si tamen auctoris
Christiani infensi, atque calumniis eos-
dem (ut vidimus) insectantis, de rebus
nostris scribentis fides tuta sit. Nam si quis
rursum rem gestam altius considerando
scrutetur, & quid sibi velit exacte con-
sideret; juvenulam ætate teneram moni-
le, cervicis nobile ornamentum, quo ni-
hil ejus ætatis feminis carius esse potest,
ad magos consulendos, distraxisse; quasi
Consulari foeminæ clarissimo loco natæ,
nullius alterius domesticæ rei distractione
tantum pecuniarum contrahere licuisset,
quæ ad pretium sordidorum hominum sa-
tis essent: is nihil aliud putat dicere, nisi
(quod verius fortasse erit) ipsam Chri-
stiana fide semel imbutam (ut in aliis
compluribus accidit) hisce peccatorum
illecebris sponte carere voluisse, ac di-
straxisse mundum muliebrem, ejusque pre-
tium ad Fideles pauperes alendos contu-
lisse, quos auctor Christiani infensissimus
magos appellat. Humi insuper illa pro-
stratio juncta silentio, speciem sane refert
Christianæ feminæ Deum animo enixius
deprecantis. At hæc nos tantummodo
conjectura, haud tamen penitus improban-
da dixisse volumus, atque rem per trans-
ennam ostendisse; sicut alia plura de Chri-
stianis ab eodem auctore obscuritate ve-
lata potius, quam perspicue narrata esse
noscentur.

Ceterum Nero (utar Taciti verbis) cum
conaretur in Urbe virtutes ipsas excide-
re, ac penitus profligare; non tantum
(quod dictum est) Principes Apostolorum
neci tradendos carceri mancipavit, atque
dictos honestissimos Senatores e medio su-
stulit, sed & promulgato edicto sub iis-
dem

XXVIII.
De Servilia
Christiana.

XXIX.
Philosophi
ab urbe
puls.

dem cos. philosophos exegit ab Urbe.
Testatur id ipsum Philostratus (a), cum
ait: *Eo tempore Nero philosophari non si-
nebat homines; inanem operam sibi videri
philosophiam dicens, quæ divinandi peri-
tiam adumbraret. Et philosophi aliquot
accusati fuerant, quia divinandi artem
exercere dicerentur. Sed ut alios omittam,
Musonius Babylonius, qui sapientia secur-
dus ab Apollonio putabatur, in carcerem
detrusus, in summo vitæ periculo versa-
batur; & nisi valido robustoque corpore
extitisset, in carcere proculdubio mortuus
fuisset. Sed quod Nero nunc primum ho-
mines callentes divinandi peritiam, nem-
pe magos, cujusmodi arti proximis pu-
tavit esse philosophos, adeo sit detestatus;
nulla alia causa illi oblata cognoscitur,
nisi quod (ut vidimus) cum a Simone
mago se, licet sero, intelligeret esse delu-
sum, ceteros quoque magos, quos ante-
hac magno pretio redemisset, immenso est
odio persecutus: repentina enim ejusmo-
di Neronis in contrarium facta mutatio,
hæc opinari suadet.*

Sed quid inter hæc hostis humanæ na-
turæ diabolus? Simone jam extincto, no-
vum rursus infert magum in Urbem.
Nam hoc ipso anno, dum hæc in hunc mo-
dum Romæ se haberent, Apollonius Tya-
næus Romæ se contulit: erat hic magia
excellens, licet foris philosophum Pytago-
reum ostentaret. Hic cum Romam venis-
set, sequenti die (ut Philostratus (b) te-
statur) innotuit Telefino, hoc anno Con-
sularum agentis, cujus fovebatur patroci-
nio: addit insuper ab eodem Apollonio
tunc puellam feretro impositam a mortuis
excitatam: licet ipse auctor, qui hæc scri-
bit, an vere mortua esset, se affirmare
non audeat testetur. Sed tam vera hæc
esse puto, quam quod ait, hoc anno sub
Consulatu Telefini eundem prædixisse
de fulgure in Neronis mensam deci-
dente: quod ante sex annos accidisse,
nempe anno Domini sexagesimo secundo,
Nerone quartum & Cornelio Costo Cos.
auctor est Tacitus (c), qui exactius ce-
teris per annos singulos ex Consularibus
Factis diligenter res gestas est persecutus.
Cum igitur in his levioribus Philostratus
de Apollonio mendacii arguatur; cujus fi-
dei cetera sint, quæ adeo miranda ab eo
de eodem impostore sunt prodita, facile
quis intelligere poterit.

Vix quisquam satis digne valeat unquam
exprimere, quantum humano generi ob-
fuerit Philostratus, scribendo res gestas
Apollonii Tyanæi, eisdem amplificando
mendaciis: ut videatur plane inventum
fuisse diaboli. Quod enim non valuit per-
ficere in Simone mago nuper extincto,
id in Apollonio implere conatus est: quip-
pe qui æmulus Christi gloriæ; sicut Scri-
pto jam Evangelio, longe lateque per
Ann. Eccl. Tom. I.

Orbem innotescere Christi res gestæ;
suum ipse statuens Antichristum, pseudo-
evangelium quoque actorum ipsius per
mendacissimum hominem scribendum cur-
avit; cui fidem præstantes homines, ni-
hilo Christo minorem fuisse Apollonium
existimarent; vel, sicut istum ea perfe-
cisse magia complures compertum habe-
rent, eandem quoque arte Christum u-
sum esse falso ac absurde effurient. Com-
mentario namque edito in Christianos, Hierocles
philosophus, unus ex Areopagi ju-
dicibus, nihil magis monstrare conatus est,
quam Apollonium æqualem fuisse Christo.
Porro ejus infanias Eusebius adversus eum
scribens egregie confutavit: quem con-
sulat, qui hæc plenius scire cupit; de
eo, tacito ejus nomine, Lactantius (d)
hæc tradit: *Alius eandem materiam mor-
daciis scripsit, qui erat e numero judi-
cum, qui auctor in primis, persecutio-
nis faciendæ fuit: quo scelere non conten-
tus, etiam scriptis eos, quos affixerat,
insecutus est: & post multa: Item cum
facta ejus mirabilia destrueret, nec tamen
negaret: voluit ostendere Apollonium vel
parva, vel etiam majora fecisse. Mirum
quod Apulejum prætermisit.*

Sic igitur Apollonius commentariis Phi-
lostrati illustratus, eam consecutus est
gloriam, ut complures eum ut Deum co-
lerent; ut de Ephesus idem Hierocles te-
statur (e), illos eum coluisse sub nomi-
ne Herculis Alexicaci: sed & Alexander
Imperator eo illum honore persecutus est,
ut æqualem illum faceret Christo, ac diis
suis, cum in suo Larario (quod scribit
Lampridius) inter deorum imagines, Chri-
sti æque & Apollonii collocasset. Testatur
& Dio in Caracalla, ab eodem Im-
peratore Antonino Caracallæ Apollonium
in honore habitum, atque adeo ipsi nobile
monumentum extruendum curasse. Scri-
bit de ejusdem cultu hæc Anastasius Ni-
cænus (f): *Apollonii autem in hodiernum
usque diem in nonnullis locis peragun-
tur sacra: alia quidem ad avertendas be-
stias quadrupedes & volucres, quæ possunt
homines ledere: alia autem ad sistendos
fluxus fluminum, quæ cursu feruntur inor-
dinato: alia autem ad avertenda illa que
sunt ad perniciem & interitum hominum.*
Apollonii comparata. Non solum autem in vita ejus
hæc per ipsum fecerant demones: sed et-
iam post ejus mortem ad ejus monumenta
manentes, quædam fecerunt signa in ejus
nomine, ad eos decipiendos, quos demon
facile seducit & pellicit ad res hujusmodi.
Hæc ille. Verum de statua ejus, opera-
tione demonum responsa dante, hæc scri-
pta habentur apud Justinum (g): *Demo-
nis ipsius in illius statua insidentis, & ho-
mines oraculis edendis in errorem, ut A-
pollonium sicuti Deum honorarent & cole-
rent, inducentis, os Dominus obturavit,*
respon-

Quantæ
existima-
tionis
Apolloni-
um.

(d) Lact.
lib. 5. cap.
2. & 3.

XXXII.

(c) Refert
Lactan. lib.
5. cap. 3.

(f) Anast.
lib. quest.
9. 2. 3.

Apollonii
præstigiæ.

(g) Apud
Justin. lib.
quæst. 9. 2. 4.

responsus ejus abolitis. Hæc ibi. At quoniam (quod habet parœmia) fur furem probe novit: Lucianus Samosatensis (a), qui eodem sæculo vixit, cum imposturas detegit Alexandri, qui & ipse ut Deus coli studuit, ipsum in schola alterius Tyanæi, Apollonii hujus discipuli, turpiter professum esse in primis demonstrat; additque: Erat videlicet eorum numero, qui cum egregio Apollonio Tyanæo illo versati, totam illius tragœdiam pervenerant. Vides quam e schola tibi hominem refero? Hæc ille, primam Alexandri vituperationem instituens a schola, ex qua homo ille omnium scelestissimus prodidisset. Cumque Apollonii vitam, tragœdiam nominet, plane innuit alio sine vitam clausisse, quam aliquo ex his, qui a Philostrato, ut de re ambigua, sunt descripti; at de his infra. Addit auctor, Apollonium hoc eodem anno, Consule Telesino, ab Urbè recessisse, atque in Hispaniam esse profectum. Instar Christi, diabolus suos eodem quoque tempore in orbem terrarum pseudo-Apostolos misit, quorum coryphæus Apollonius videretur; de cæteris vero suo loco dicturi sumus inferius: nunc ad res gestas Neronis redeamus. Nero igitur Imperator hoc ipso anno (ut idem tradit auctor (b) Achaïam, ut Isthmum foderet, navigavit. Porro Isthmi fossione reddita irrita; idem Nero in Olympiis certans, omnes superans citharædos & aurigas, laureis certamini meritis coronatur. Sed hæc pluribus Lucianus (c), Suetonius (d), & alii. Hujus putamus occasione Neronis absentia, & longioris in Achaïa factæ moræ, accidisse ut Petrus & Paulus Apostoli semel carceri mancipati, ad novem mensium spatium (ut dictum est) eodem detinerentur ergastulo: ne, nisi redeunte Nerone Romam, mortis supplicio afficerentur.

XXXIV. Quod vero spectat ad res Judaicas; hoc eodem anno, octava Aprilis, cum undique Judæi Hierosolymam ad diem festum convenissent, magna prodigia de futura clade Judæorum apparuere: quænam hæc fuerint, Josephus sic describit (e): Ante defectionem, primique belli motus (id enim hoc anno contigisse, modo dicemus) ad diem festum Azymorum populo conveniente octavus erat dies Aprilis mensis, hora nona nocturna, circum aram nempe templum tantum lumen effulsit, ut clarissimus dies putaretur; & hoc usque ad mediam permansit horam: quod imperiis quidem bonum augurium esse videbatur; sacrorum vero peritis, priusquam eveniret, statim judicatum est. Eodem quoque festo die, etiam bos, cum ad hostiam duceretur, agnum in medio templi peperit. Orientalis autem porta interioris templi, cum esset aenea atque gravissima,

(a) Lucian. in pseudo-mant.
Qualis Apollonius.

(b) Philostr. lib. 4. in fn.

(c) Lucian. in Nerone.
(d) Suet. in Nerone cap. 22.

(e) Joseph. de bel. Jud. lib. 7. c. 12. De prodigiis cladis Judaicæ.

& sub vesperam vix a viginti viris clauderetur, ferisque ferro vinctis obseraretur, pessulosque alios haberet in saxum limen demissos, uno perpetuo lapide fabricatum, visa est noctis hora sexta sponte patefcere. His autem curriculo per custodes templi magistratui nuntiatis, ascendit ille, vixque eam potuit claudere. Verum & hoc iterum ignaris quidem signum optimum videbatur; Deum namque bonorum portam aperuisse dicebant; prudentiores vero templi tutamen sponte sua dissolutum iri cogitabant; & hostium donum esse portas aperiri, solitudinemque illo offenso signari, inter se promuniabant. Post dies autem festos, diebus paucis, vicefimoprimo mensi Maiis, visio quedam apparuit fidem excedens. Pro fabula autem fortasse, quod dicturus sum; haberetur, nisi qui viderunt superessent, & clades dignæ præfatis secuta fuissent. Namque ante solis occasum visi sunt per inane ferri curvus totis regionibus, & armatæ acies tranantes nubila, & civitati circumfusa. Festo autem die, quam Pentecosten vocant, nocte Sacerdotes intimum templum more suo ad divinas res celebrandas ingressi, primum quidem motum quemdamque strepitum senserunt, postea vero subitam vocem audire, quæ diceret: Migremus hinc. Hucusque Josephus de rebus quæ hoc anno ante defectionem Judæorum contigerunt; cetera autem quæ recenset prodigia, alio tempore facta sunt. Narrat ex his aliqua Tacitus (f) paucis: Vixit per calum concurrere acies, rutilantia arma, & subito nubium igne collucere templum. Expansæ repente delubri fores; & audita major humana vox excedere deos, simul ingens motus excedentium. Hæc ille.

Verum quoniam ex sententia Augustini scribentis ad Hefychium (g), & aliorum sanctorum Patrum, constat a Domino prænuntiatum esse apud Matthæum, (h), Marcum (i), & Lucam (k), Hierosolymorum excidium, & quæ antea essent manifestanda prodigia pariter declarata; ea ipsa omnia his temporibus accidisse, haud erit difficile demonstrare. At quoniam (ut est apud Matthæum) non tantum signa consummationis civitatis, sed & adventus ejus Dominum Apostoli rogaverunt: eorum quæ ab ipsis narrantur, alia signa Hierosolymorum excidium, alia vero Domini præcedere debebant adventum: quæ autem ante Hierosolymorum cladem minus apparuisse noscuntur, eadem ad secundum Domini adventum esse referenda, nemo poterit dubitare. Quod igitur ait Evangelista: Consurget gens adversus gentem, & regnum adversus regnum. Si quis dixerit per ea demonstrata esse bella civilia, quæ uno & dimidio anno quatuor occisis Imperatoribus, sunt conflata; equidem puto scopolum

XXXV. (g) Aug. ep. 80.

(h) Matth. 24.

(i) Marc. 13.

(k) Luc. 17.

De prodigiis a domino prænuntiatis.

pum veritatis attinget: quam vero immania & plane portentosa illa fuerint, Tacitus (a) significat. Sed & quod subdit Matthæus; Erit tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi usque modo, neque fiet. Josephus (b) plane testatur, numquam aliam gentem taliam passam esse, qualia tunc perpeffa est gens Judæorum. Testatur idipsum in nuper citata ad Hefychium epistola Augustinus, nimirum Dominum illis verbis, Judæorum, de qua agimus, cladem significare voluisse. De fame vero & pestilentia prædictis a Domino; satis sunt ipso experimento declarata: quæ sibi invicem fuisse conjuncta, Josephus (c) testatur. De terræmotibus per diversas loca futuris; tradit Eusebius in Chronico, temporibus Neronis tum Romam, tum Asiam ingentibus terræmotibus esse vexatam, tresque nobilissimas Asiæ civitates esse prostratas, eodemque tempore Solem passum esse deliquium. De pseudo-Prophetis, qui his temporibus surrecturi erant, ut multos deciperent; hæc etiam accidisse, ante cladem Hierosolymitanam, suo loco monstrabimus. Si qua autem narratur ab Evangelistis, quæ ante ejus urbis excidium minime evenisse dicuntur; ea (ut diximus) referenda sunt ad Christi adventum, de quo etiam Apostoli Dominum rogaverunt: quæ enim Dominus singillatim atque distincte ventura prædixit, mixtim & diverso inter se ordine ab Evangelistis sunt recensita.

Hoc igitur anno duodecimo Imperii Neronis, & septimodecimo Agrippæ Regis, mense Maio, Judæis deficientibus a Romanis, coeptum esse bellum Judaicum, Josephus (d) est auctor: qui & singulas causas quæ præcesserunt, quibusve temporibus contigerunt, exacte conscribit. In primis (e) enim cum jam biennio intolerabilem plane Cestii Flori Procuratoris tulissent tyrannidem; spe etiam quam conceperant de Cestio Syriæ Præside, hoc anno Paschæ tempore Hierosolymam veniente (apud quem Judæi omnes supplices egerant, ut tam nefandis mederetur malis) cum jam erga Florum viderent cum propensiori animo esse, spe omni penitus exciderunt. At novis insuper, iisdemque deterioribus superadditis causis, eo sunt desperationis adacti, ut præcipuorum quorundam factione obstinatissimo animo adversus Romanos penitus rebelnaverint. Sed inspicimus singula.

XXXVII. Quid Cæsareæ maritimæ his diebus acciderit, Josephus (f) narrat his verbis: In Cæsarea habitantes Judæi habebant synagogam prope locum cujus erat dominus quidam Gentilis Cæsariensis; & frequenter quidem egerant, ut ad eorum jus illa possessio jungeretur, multis partibus majus pretium, quam res mereret, offerentes.

(a) Tacit. lib. 1. hist.

(b) Joseph. de bel. Jud. lib. 7. c. 11.

(c) Joseph. de bel. Jud. lib. 7. c. 17.

XXXVI. Rerum Judaicarum status.

(d) Joseph. Antiq. lib. 20. cap. 19. & de bello Jud. lib. 2. c. 13.

(e) Joseph. de bel. Jud. lib. 2. c. 13.

(f) Joseph. de bel. Jud. lib. 2. c. 14.

Dominus autem loci, preces eorum despexisse non contentus, ad majorem dolorem edificavit in loco tabernas, ita ut angustum ejus transiitum & prorsus coarctatum relinqueret. Primum igitur ferventiores aliqui juvenum proflicentes, adificationem vetabant. Cum vero Florus hos a prohibendo cohiberet: non habentes Judæorum, nobiles quid agerent, inter quos erat Joannes Publicanus, inflectunt Florum oblatione octo talentorum, ut adificationem vetaret. Ille autem, ob capiendum tantummodo, promittens se cuncta facturum, accepta pecunia, de Cæsarea egressus est, venitque Sebasten, seditioni facultatem tribuens, quasi qui pugna spatium Judæorum primatibus vendidisset. Sequenti vero die, Judæorum sabbato, cum plebs ad synagogam coisset; seditiosus quidam Cæsariensis vas Samium ante ingressum eorum ponens, alites immolabat. Hoc factum Judæos incoercibiliter accendit: quippe & legem suam contumeliam pertulisse, & locum ipsum dicebant esse pollutum. Pars autem Judæorum, quæ erat constantior, atque modestior danuo apud judices esse conquerendum rebatur. Seditiosi autem & juvenute turgentibus Judæis effundebantur in rixam. Stabant autem ad confistendum parati etiam Cæsariensium tumultuosiores: ex compositio quippe misus fuerat, qui pro synagoga foribus immolaret; sicque continuo est pugna commissa.

Intervenienti autem Jucundus, qui ad prohibendum erat relictus, præfectus equitum, vas illud quidem, quod positum fuerat, jussit auferri, & tumultum sedare pergebat. Cum vero superatus esset præ Cæsariensium violentia: Judæi statim libros legis rapientes secesserunt in Nabata: regio quædam eorum hoc nomine appellatur, dirempta a Cæsarea stadiis sexaginta. Primates autem eorum duodecim cum Joanne in Sebasten ad Florum venerunt, de his quæ acciderant conquerentes, & ut auxilio esset rogabant, quamvis reverenter, tamen eum & de octo talentis admonentes. Ille vero illico comprehensos eos vinciri jussit, arguens cur leges de Cæsarea auferre ausi fuissent. Ob hoc igitur apud Hierosolymitas gravissima indignatio nascebatur, verumtamen adhuc iram suam frænabant. Florus vero, quasi ad hoc operam suam locasset ut bellum inflammaret, misit ad sacrum thesaurum, ut inde decem & septem talenta auferrentur, quasi eam pecuniam impensa Cæsaris flagitaret. Tunc vero statim invasit populum multum confuso: concurrentes ad templum, maximis vocibus nomen Cæsaris appellabant, ut a tyrannide Flori liberarentur, orantes. Quidam vero seditiosorum in Florum maledicta jaciebant ultima; & canistrum circumferentes, stipem ejus nomine postulabant, quasi inops & miserimus talibus indi-

Provocat Judæos ad rebellionem.

indigeret auxiliis. His autem omnibus nihil est a cupiditate deterritus, sed multo magis ad prædandum irritatus est. Denique cum deberet Casuream veniens, ignem belli illic nascentis extinguere, causâque tumultus submovere, pro quo etiam mercedem acceperat pactus: tamen cum exercitu equitum atque peditum Hierosolymam contendit, ut Romanis armis, ad quod volebat, uteretur, ac timore ac minis urbem circumdaret. Tunc populus lenire ejus impetum volens obviam militibus processit cum solitis utique favoribus, & Florum honorare officiis paratus. Ille autem præmitrens cum equitibus quinquaginta Centurionem nomine Capitonem, descendere eos iussit: neve eum, in quem iam gravia maledicta jecissent, falso denuo honore deluderent: oportere quippe eos, si viri sunt fortes, animique constantis, etiam in præsentem effundere contumelias, nec solum in verbis, sed etiam in armis amorem libertatis ostendere. His dictis exterrita multitudo, simul etiam militibus, qui cum Capitone venerant, in medium vulgus irruentibus, diffugerunt, antequam Florum salutarerent, aut militibus officia consueta redderent. Discedentes igitur in domos cum metu atque humilitate, pervigilem duxere noctem. Florus quidem tunc deguit in regia.

XXXIX.

Postridie autem adversus eos extracto tribunali sublimius resedit: convenientesque Sacerdotum Principes, & civitatis universa nobilitas, adstiterunt tribunali. His præcepit Florus, ut omnes qui maledicta in eum succlamassent, protinus dedarent; edicens, in ipsos esse, nisi reos produxerint, vindicandum. Ad hæc respondent Judæi: populum quidem pacifica quaque sentire: illis vero qui erravissent in verbis, veniam conferendam postulabant: In tanta siquidem multitudine, nihil esse mirandum, offendi aliquos temerarios, & per etatem insipientes: esse autem impossibile, eorum qui deliquerint, discrimen agitari, cum & singulos nimium poeniteat, & præ timore ad negandum sint parati: debere autem illum, si consuleret gentis quieti, & vellet Romano Imperio servare urbem, magis propter multos innoxios dare veniam paucis delinquentibus, quam propter paucos improbos turbare multitudinem tantam honorum. Ad hæc ille magna indignatione inflammatus, militibus exclamavit, ut forum rerum venalium, quod erat in superiori parte civitatis, diriperent, & passim obvios irucidarent. Illi vero ad lucris sui cupidinem addita auctoritate rectoris, non solum illum diriperunt locum in quem fuerant immissi, sed in universas insipientes domos, interficiebant habitatores. Fuga autem erat per angustias omnes, & cades eorum qui comprehendebantur; direptionis quoque nulla species præteribatur.

Florus immitit milites in Judæos.

Multos autem etiam nobilium comprehedentes, adduxerunt ad Florum, qui illos verberibus lanatos in crucem susulit. Denique omnis numerus illo interfectorum die cum parvulis & mulieribus (neque enim vel lactentibus pepercerant) fuit sexcenti triginta. Graviores autem faciebat calamitatem videri novitas Romana calamitatis: quod enim nemo unquam prius, tunc Florus ausus est, ut viros scilicet equestris ordinis pro tribunali flagellis caderet, & patibulis affigeret; quorum etiam origo Judæa, tamen Romana dignitas erat. Hæc de primis incitamentis ad defectionem Josephus.

XI.

Quæ qui diligenter observat, & Judæorum præterita in Jesum Salvatorem commissa facinora memoria repetens, mente considerat; plane intelligit, divinam vindictam lentis passibus gradientem, ex æquo supplicia compensare delictis, & ab ipso nomine auspicari punitionem. Qui enim olim Jesum Nazarenum, ac proinde Floridum nuncupatum, & ab Isaia (a) (a) Isai-floris nomine demonstratum, recipere contempserunt, spreverunt, ac denique occidissent, in præsentia Florum omnium scelestissimum spernentem, diripientem, occidentem, & in omnibus immanissimè savientem ferre, honorare, & in omnibus obsequi, & quibusvis officiis profectui compelluntur. Quod abiecerunt, inquam, florem, nacti sunt Florum. At qualis ille, & qualis iste? De illo enim sanctus Propheta prædixerat: Flos de radice ejus ascendet, & requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientie & intellectus, spiritus consilii & fortitudinis, spiritus scientie & pietatis: & replebit eum spiritus timoris Domini: & non secundum visionem oculorum judicabit, neque secundum auditum aurium arguet: sed judicabit in justitia pauperes, & arguet in æquitate pro mansuetis terræ: sic denique quod summam allaturus pacem esset flos iste, mox subdit: Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hædo accubabit: vitulus, & leo, & ovis simul morabuntur. Quam vero in his omnibus admiranda, quadam antithesi contrarius Florus extiterit, quæ modo diximus, & superius de eodem ex Josepho recitavimus, & quæ etiam suis locis in posterum dicturi sumus, facile demonstrabunt: haud enim opus est verbis describere, quem sua ipsius facta vivis coloribus quodammodo expriment. Satis hic tantum sit dixisse: illum venisse, ut salvaret; hunc, ut perderet: illum, ut pacem abundantius impertiret; hunc vero, ut pacem inventam profligaret, conflaret bellum, ac Judæos funditus devastaret; quique inde auspicaretur vindictam, unde immane ipsorum delictum fuerat consummatum. Adegerant illi tandem Christum in crucem; sed per Florum in

De Christo & Floro Antithesis.

XII. De Berenice rogante Florum.

(a) Josephus de bel. Jud. lib. 11.

in primis eorum nobilissimi patibulis affiguntur. At hæc quidem levia videri possunt, si cetera quæ a Floro, ac demum Flori occasione sunt subsecuta, pensentur. Cum autem Berenice Agrippæ Regis germana tunc Hierosolymis ageret, quo nuper voti, quod nuncupasset, explendi causa venerat, Florumque deprecaretur ut a cæde milites revocaret: Ille (inquit Josephus a) neque in multitudinem interfectorum, neque in nobilitatem præcatis, sed tantum ad lucra sua, quæ de rapinis congregarentur, aspiciens, contempsit annuere. Impetus autem militum etiam adversus Reginam efferatus est. Non solum quippe sub oculis ejus obvios quosque multabant ac irucidabant, sed etiam ipsam, nisi confugisset in aulam, interfecissent. Ibi autem pervigilem noctem cum intenta custodia egit, verens utique irruptionem militum. Venerat autem Hierosolymam, ut vota Deo solveret. His enim, qui morbo, vel aliis necessitatibus implicantur, mos est orare per triginta dies, antequam immolent hostias: abstinere quoque vino, & capillos radere. Quem morem Berenice Regina illis exercens diebus, nudipes etiam ad tribunal stetit, deprecans Florum: & præterquam quod ipsi nihil honoris habitum est, etiam de vita sua periclitata est. Hæc autem facta sunt sextodecimo die mensis Maii. Postridie autem conveniens multitudo in forum, quod erat in superiori parte civitatis, magnis clamoribus de his qui interfecti fuerant, queiebantur. Pontifficum autem invidiose in Florum voces erant. Quod veriti primates quique & Pontiffices, disrupsit vestibus, & vitrim singulos comprehendentes, postulabant, ut ab his verbis, quorum causa tanta mala pertulerant, desisterent, neque in majorem indignationem Florum moverent. Sicque sedata est multitudo, tam reverentia precantium, quam spe quod nequaquam Florus ultra in eos sevirerit.

XIII.

Justi occurrere Judæi militibus.

Ille autem videns multitudinis tumultum fuisse compressum,angebatur; & denuo eam inflammare cupiens, Pontiffices, cum nobilibus advocavit. Itaque unum ait argumentum fore, quod nihil ulterius de novandis rebus cogitaret, si populus obviam procederet militibus de Casarea venientibus: veniebant autem duæ cohortes. Qui cum convocasset populum ad occurrentem, mandat Centurionibus, ut nullam salutationem redderent obviantibus Judæis. Ad quod si offensus petulanter quippiam essent locuti, statim in eos uterentur armis. Pontiffices ergo, collecta multitudine in templo, precabantur ut occurrerent Romanis, & ante grave incommodum cohortes solemniter salutarerent. His hortationibus seditiosi quique abnuebant, & ob interfectorum dolorem reliqua multitudo jungebatur audacibus. Tunc vero omnes sacerdotes o-

mnisque Levitæ sacra vasa profrenis ornamentumque templi, cytharistæ etiam & cantores cum musicis organis procidebant ante multitudinem, & obnixissime deprecabantur, ut illum templi honorem custoditum esse velent, neque ad direptionem vasorum sacrorum Romanos contumelias incitarent. Erat autem videre sacerdotum Principes sparsis cinere capitibus & pectora disrupsit vestibus nuda monstrantes, nominatim singulos quosque nobilium compellere, ac denuo in commune multitudinem precari, ne ob modicum peccatum patriam suam proderent his, qui direptioni ejus inhiarent. Cum tandem id ægre, ut obviam irent militibus venientibus, suassent; quid post hæc secutum sit, idem Josephus narrat his verbis:

XLIII.

Obviam prodierunt, jamque cominus factos salutaverunt. Illis autem nihil respondentibus, seditiosi Judæorum adversus Florum, cujus hæc fierent consilii, succlamantur: confestimque milites comprehendentes eos, cedere fustibus adorti sunt, atque in fugam verfos persequentes equites proculcabant. Corruerant multi quidem, cum a Romanis caderentur; plures autem, cum se mutuo propellerent. In ipsi autem portis gravis facta est compressio; & unoquoque alterum prævenire cupiente tardior fuga cunctis fiebat. Collabentium autem Judæi cæsi a militibus. durus erat interitus: suffocatu enim & proculcatu miseri disperibant, neque ad sepulturam quisquam proximis suis, cognoscendus remanebat. Irruebant etiam pariter milites immoderate, eos quos comprehendissent cadentes; & per ingressum, qui Bezeitha vocatur, retrudebant multitudinem, transire cupientes, ut Antoniam & templum obtinerent. Quos etiam Florus consecutus, eduxit de regia eos qui secum erant, & in arcem transire nitebatur. Frustratus tamen est ejus impetus. Conversus quippe adversus eos populus repugnavit, & per tecta evadentes obruebant suis Romanos: qui cum superne venientibus sagittis vincerentur, nec possent defendere multitudinem, quæ per angustos arctabatur ingressus, ad reliquum se exercitum, qui erat in regia, receperunt. Seditiosi autem verentes ne superveniens denuo Florus templum occuparet, per Antoniam ex templo ascendentes, porticus a templo ad Antoniam continentes interciderunt, quatenus avaritiam Flori desperatione compererent. Hæc Josephus de occursum a populo facto militibus. At quam pro antiquo delicto justa ultionis staterna nova poena pensatur. Cum enim olim, (ut habet Matthæus b) Principes sacerdotum & scribæ ægerrime accepissent, (b) Matth. 21. Jesum, qui Salvator Hierosolymam veniebat, faustis puerorum & plebis acclamationibus excipi: modo miserandis plane modis & artibus persuadere populo

pulo compelluntur, ut exeant obviam, & salutent milites, qui eos perdituri venirent.

XLIV. Discessit (a) post hæc Florus Hierosolymis, Cæsaream proficiscens; haud tutum sibi ratus, licet cum militibus, Hierosolymis agere, populo tantopere in eum exacerbato: deditque litteras ad Cæstum Syriae Præsidem, quibus defectionis arguebat Judæos. E contra vero eidem a senioribus Judæorum sunt redditæ litteræ de perpetratis a Floro in Judæos sceleribus. Tunc Cæstius, ut rem cognosceret, Politianum Tribunum Hierosolymam misit: qui cum inspexisset Judæos tantummodo esse concitatos in Florum, Romanis vero præstare fidem & observantiam, est regressus ad Cæstum. Interea Rex Agrippa, ut deploratis rebus consulere, convocans populum ad concionem, diserta habita oratione, persuadere nisus est nihil eos debere innovare, sed quiescere, & ferre, ut possent, Florum, donec qui ei succederet a Cæsare mitteretur. Populus autem cum in ceteris acquievisset Agrippæ; cum de subji-ciendo se Floro audisset vehementer incensus, nec a verborum in Regem contumeliis temperavit: sed eum protinus e civitate pepulerunt: in quem & procaciores nonnulli etiam lapides coniecerunt: qui sic contumeliis affectus decessit in regnum. Nec id tantum: sed cum (b) factioforum hominum constaretur in unum exercitus, inde Romanorum iidem occulte aggressi præsidium, quod vocabatur Masada, eo potiti, Romanos omnes qui ibi erant, interfecerunt.

XLV. His addidit Eleazarus Ananiæ Pontificis filius vi militum valens, ut suaderet sacerdotibus nonnisi pro Judæis hostias im-

II. Belli Judaici initium.

Ad num. XLIV. & seqq. Belli Judaici initium recte hoc anno a Baronio consignatum; ideoque hallucinati sunt Scaliger lib. de Emendat. Temp. pag. 468. & Petavius tam in libris de Doctrina Temporum, quam in Rationario, qui illud in annum præcedentem retraxere. Josephus lib. 20. Antiquit. cap. 6. de Gessio Floro Albinus successore loquens ait: *Secundo anno postquam is venit Procurator in Provinciam, duodecimo vero Neronis Imperii, bellum id captum est.* Idem Josephus lib. 2. de Bello cap. 13. ait bello Judaico datum esse exordium, *duodecimo scilicet anno regni Neronis, decimo septimo autem regni Agrippæ, mense Artemisio, nempe Maio.* Quid clarius? Imperium Nero in initio mensis Octobris anni Christi LIV. ideoque mense Maio currentis anni, duodecimus ejus Imperii annus in cursu erat, & Gessius Florus anno præcedenti Albino successerat. Baronius in Annalibus deceptus ab eo, qui additiones in Chronicon Eusebii inseruit, *Gessum cum Cælio Præfide Syriae confundit, quos tamen Spondanus recte distinguit. Missus in Syriam anno præcedenti Cæstius, cujus extat hoc egregium Numisma, ETI KEETIOT ANTIOXEON ET AIP: id est, sub Cælio Antiocheno anno CXIV. Incipit is Antiochenus annus Kalendis Septembri-*

molare. Quamobrem consuetæ hostiæ pro Imperatore & Romanis offerri, sunt rejectæ, quamvis reclamantibus Pontificibus & Phariseis: qui videntes arbitrio seditionum omnia misceri, & jam defectionem multis esse argumentis declaratam; quo se ab ea innocentes esse significarent, ad Florum & Agrippam legatos miserunt, eorum implorantes auxilium ad compescendum seditionum furorem. Contempserunt hæc Florus, videns jam, quod diu cupiebat, adesse. Agrippa autem ad seditiones coercendos ter mille equites misit. Hi cum venissent, in duas partes divisa est civitas: in alteram, eamque superiorem ad arcem Sion convenere nobiles & optimates vallati præsidio equitum: inferiorem vero urbis partem seditionis coeuntes occuparunt, & templum, quod profanarunt, missilibus & fundis a longe adversus invicem assidue certantes. Sed prævalentibus tandem seditionis, & superiorem civitatis occupantibus partem, incenderunt regiam Agrippæ, & Ananiæ Pontificis domum, simulque in Archivis ignem injecerunt. Facta sunt hæc decimaquarta mensis Augusti: decimaquinta vero invadentes Antoniam munitissimam turrim, ceperunt; & qui in ea sunt inventi, pariter occiderunt. Impetum inde facientes in regiam, ubi Romanorum militum erat præsidium junctum. Agrippæ militibus, obsidione diutius fatigatos eo adegerunt Agrippæ milites, ut sponte recedentes, relicti Romanis, reverterentur ad propria: quibus sic destituti Romani, locum relinquentes, sese receperunt in turres Hyppicos, Phaselum, & Mariamnem: hæcque sunt acta (ut idem testatur Josephus) sexta die mensis Septembris.

bus præcedentis Christi anni: deducitur enim ab Era Antiochena anno Periodi Græco-Romanæ 5445. inchoata. Quare errarunt Viri docti, qui annum Antiochenum in hoc Nummo expressum copularunt cum anno decimo vel undecimo Principatus Neronis, vel cum ejusdem Imperatoris anno XIV. Cæstius cum prope esset, ut Templum Hierosolymitanum caperet, sine ulla justa causa obsidionem solvit, atque Antipatrida se recepit, multis Romanorum & auxiliarium in itinere amissis, & caesis a Judæis, qui eos inscusi sunt: hæc quidem die mensis VIII. die gesta sunt, anno XII. Neronis Principatus, id est, die XII. Novembris, inquit Josephus lib. 2. de Bello cap. 24. ubi annus XII. Neronis intelligi debet absolutus: decimus enim tertius a die XII. Octobris coeptus erat.

Post varios casus adversos, Cæstius Saulum & ceteros in Achaia ad Neronem misit, belli causas derivaturos in Florum, ut inquit Josephus lib. 2. de Bello cap. 25. qui initio libri tertii subdit, Neronem, ubi res apud Judæam non prospero gestas accepit, misisse Vespasianum: ille autem protinus ex Achaia, ubi cum Nerone fuerat, Titum quidem filium suum mittit Alexandriam, ipse vero transmisit ad Hellepontum, terram intrare in Syriam pervenit, inquit Josephus citatus. Nero

Bellum civile constat inter Judæos.

XLVI. Septimo autem die (a) Ananias Pontifex, qui hæcenus latitaverat, capitur, & cum Ezechia germano trucidatur. Omnium dux post Eleazarum erat Manahemus sectæ Galilæorum hæresis auctoris filius, de quo sæpe superius mentio facta est. Hic tamquam eo scelere nobilitatus insigniter, regali incedens habitu, movit ad invdiam socios Eleazari, qui cum interfece-runt: iidemque in Romanos milites exarmatos, & juramento præstito, justos abire liberos, insipientes interfecerunt, idque sabbati die, contra patriæ instituta religionis. Dum hæc Hierosolymis a Judæis rebellantibus agerentur, eodem die, eademque hora (inquit Josephus b) quasi aliqua cælesti providentia, Cæsarienses Gentiles habitantes apud se Judæos trucidarunt omnes: ita ut uno tempore super viginti millia hominum cæderentur, & a cunctis Judæis vacuata Cæsarea remaneret. Tunc & in tota fere Palæstina Judæis & Syris digladiantibus ad invicem, omnis fere civitas in duos contrarios dividebatur exercitus. Porro ubi major pars Gentilium esset, idem Judæos qui apud se agerent, nulla habita ratione ætatis vel sexus, singulos occiderunt; quorum non fuit exiguus numerus: nam Scythopolitæ (ut idem testatur auctor) occiderunt Judæorum tredecim millia: Ascalonitæ duo millia quingentos: Ptolemais civitas duo millia: Tyrii, complurimis occisis, reliquos vinculis manciparunt: Alexandria vero quinquaginta millia numerata sunt Judæorum corpora occisorum: idque, omnia procurante Augustino. *Ann. Eccl. Tom. I.*

Nero hujus anni initio adhuc Romæ erat, ut liquet ex Xyphilio, qui Romæ sub hujus anni Consulibus ab eo gesta recitat. Quare cum mense Novembri in Achaia fuerit, apparet, eum hoc anno in Græciam transisse. Soluta obsidione, Judæi in Templo Præfecturas distribuunt, ubi Josephus Historicus utramque Galilæam regendam accepit, ut ipsemet scribit lib. 2. Belli cap. 25. in Vita vero sua pag. 1004. dicit, se tunc egisse *annum trigésimum*. Quamobrem cum anno Christi xxxvii. regnante jam Caligula, natus sit, ipso teste sequitur, bellum Judaicum ante præsentem annum coeptum non fuisse; cum ab anno Christi xxxvii. ad currentem, anni tantum triginta, utrinque incompleti numerentur; & errasse Scaligerum & Petavium citatos, qui anno antecedenti bellum hoc inchoatum contendunt. Causa erroris fuit tam duodecimus Neronis annus numero præcedenti a nobis explicatus, quam quod scribit Josephus lib. 2. de Bello cap. 17. de strage facta a Manahemo die VI. Septembris: capite enim sequenti ait, *sequenti die Pontificem Ananiam interfectum esse; ac mox loquitur de cohorte, quam ducebat Metilius Tribunus, præter Metilium cæsa Sabbato.* Unde cum anno elapso dies VII. Septembris & Sabbatum concurrerent, hæc strages eo anno, non vero currenti acta. Ita Scaliger & Petavius ratiocinantur. At Josephus ab utroque perperam

III. Hujus belli initium male in annum antecedentem retrahitur.

gustali Præfecto Tiberio Alexandro, Alexandri olim Alabarchæ filio, Judæo homine, sed Romanorum studiosissimo, atque religionis patriæ desertore.

Interea vero Cæstius Syriae Præses (c), exercitu valido comparato; veniens in Palæstinam, oppida Judæorum, quantum licuit, devastavit, & inter alias civitates Joppen captam incendit, occisque in ea sunt Judæi numero octo millia quadringenti: hæcque & alia in Judæa & Galilæa facta sunt anno eodem circa tempus Sce-nopegiae, cum reliquus populus Judæorum ascendisset ad diem festum. Mense autem Octobris a Cæstio Hierosolyma obsidetur: cumque ejus potiri illi sæpius offerretur occasio, ab eo fuit prætermissa atque neglecta, sic Deo disponente; tum ne qui in ea adhuc erant Christiani, pari poena cum impiis afficerentur, sed egrediendi ex urbe opportunitas & spatium temporis concederetur; tum ut etiam longe gravioribus obsessi intus Judæi poenis affligerentur. Sed milites Cæstius revocans in magnum discrimen Romanum adduxit exercitum: adeo ut plurimis ab infrequentibus Judæis ex suis ca-sis, ceteros nonnisi turpi fuga valuerit liberare; desideratis ex Romanis militibus quinque millibus atque trecentis pedibus, & nongentis octuaginta equitibus: hæcque facta sunt hoc anno duodecimo Neronis Imperatoris, die octavo mensis Novembris, cum interim Nero ageret in Achaia, unde postea misit in Judæam Vespasianum. Nam ea accepta clade, Cæstius transfugas Judæos nobiles misit.

XLVII. Cæstius obsidet Hierosolymam.

explicatus. Is enim initio capitis 18. scribit, sequenti die Ananiam occisum, septimo nempe Septembris, qui erat feria prima, ut litera Dominicalis E, quæ hoc anno in cursu fuit, demonstrat. Tum loquitur Josephus de cohorte Metilii Sabbato trucidata; ideoque decima tertia Septembris, in quam Sabbatum hoc anno concidebat. Quocirca quæ cap. 18. Josephus narrat, diversis diebus, non vero una eademque, ut Scaliger & Petavius arbitrati sunt, peracta, id est, Ananias die VII. Septembris peremptus; cohors vero Metilii Sabbato proximo cæsa.

Gessus Florus Judææ Procurator, ob cujus rapinas & sævitiam arma a Judæis adversus Romanos sumta, hoc anno pugna victus est, cuiusque cum ipso cadentibus, suaque clade extirpata. *Josephus in libro de Vita sua, ubi ait cladem illam contigisse post occisum Manahemum, qui, ut testatur lib. 2. de Bello cap. 18. post diem VII. Septembris cæsus est. Recte itaque Suetonius in Vespasiano cap. 4. ubi dicit, Judæos rebellasse, ait: Cæloque Præposito Legatum insuper Syria Consulare (nempe Cæstum) supplicias ferentem, rapta Aquila fugaverunt.* Josephus qui lib. 2. de Bello cap. 24. loquitur de ingenti clade a Judæis die VIII. Novembris accepta, nihil de amissa Aquila scribit, quæ tamen circumstantia minime in dubium revocanda.

fit ad Neronem in Achajam, ut declararet quanti ponderis esset bellum Judaeorum. Tunc Damasceni (a), audita clade Romanorum a Judaeis illata, decem milia Judaeorum reclusa prius in thermis, mox saevissime jugularunt. His peractis, Ananus Pontifex pater Eleazari seditioforum ducis eligitur, ut una cum Josepho Gorionis filio, omnia quae in civitate gerenda essent, administraret; hi dispositis in diversis provinciis ducibus, qui eas adversus Romanos defenderent, ad resistendum Romanis omnia collocant studia, & vires comparant.

XLVIII.

(b) Joseph. de bel. Jud. lib. 2. c. 25. Christiani recedunt Hierosolymis.

(c) Epiph. bar. 1. 29. c. 30.

(d) Mat. 24.

(e) Luc. 2.

(f) Aug. epist. 80. ad Hefichium. (g) Orig. in Mat. tract. 24.

XLIX.

De abominatione desolationis.

(b) Joseph. antiq. 1. 20. c. 7.

taneos, qui occasione ingruentis multitudinis & compressionis exoriri possent, tumultus. Alia igitur ejus nominis est ratio afferenda ab ea diversa, nempe illa quae Josephi testimonio plus satis testata redditur; nimirum quod in exercitu Romano militaria essent insignia imaginibus effigiata. Quantum haec autem Judaei abominarentur, Josephus (i) illo plane declarat exemplo, cum ait: Vitellius Syria Praefes ad bellum paratus Arabicum, assumptis duabus legionibus, & levis armaturae atque equitum auxiliis missis a sociis Regibus, properans versus Petram, pervenit Ptolemaidem. Cumque vellet per Judaeam exercitum ducere, occurrerunt ejus regionis principes, deprecantes transitum; neque enim patrii ritus permittere ut inferantur ullae imagines, quales Romana signa habebant pleraque. Quorum precibus flexus, mutavit sententiam de itinere proposito. Haec Josephus; quibus plane liquido declaratur, Romanos milites qui agerent Hierosolymis, nequaquam uti solitos insignibus militaribus imaginibus ornatis, ac illos praesertim qui diebus festis apud templum excubias agerent: qui enim Judaei passuri essent ea a militibus Hierosolymis ostentari, qui nec per regiones transire suas sunt passi? Ad haec quoque spectare videtur, quod ait Suetonius in Tiberio, solas Syriae legiones nullam Seiani imaginem inter signa coluisse: qua etiam ex causa idem in Judaeos erat animo infensissimus. At vero cum Romani jam hostes effecti ad Hierosolymorum obsidionem mœnibus inhæsisset; haud dubium est, eosdem confecta signa imaginibus effigiata vexisse, ac pariter ostentasse; quamobrem illud jam tempus advenisse videretur a Domino praemonstratum; ut, cum viderent abominationem desolationis stantem in loco sancto, sibi fuga consulerent: quae non tantum abominatio, sed & abominatio desolationis idcirco dicta, quia idem exercitus iterum rediturus, plane complanaturus, ac funditus desolaturus erat Hierosolymorum civitatem.

(i) Joseph. antiq. 1. 18. c. 7.

L. Domini praedictio adimpleta.

(k) Joseph. antiq. 1. 5. c. 22.

Hoc igitur primo adventu exercitus Romani, ipso ejus aspectu, suos, ut fugam captarent, videri potest Dominus admonuisse, quod posthac non amplius liberum esset Judaeis Hierosolymis agentibus inde recedere. Nam sequenti anno sic civitas Zelotarum est arctata custodiis, ut nulli amplius egrediendi fuerit data facultas, nisi qui forte ingenti vi pecuniarum eam redemisset, ut & testatur idem (k) Josephus. Verum Christianos Hierosolymis agentes fuisse pauperrimos, eosdemque omnibus jam diu spoliatos bonis, eleemosynarum collectione indignis, multa quae sunt superius dicta significant. Et quoniam jam non Hierosolymae tantum, exci-

excidendae essent, sed circumposita provincia devastanda, quod coeptum est agi anno sequenti, cum a Nerone Vespasianus in Judaeam est missus; idcirco non solum Dominus suos admonuisse voluit, ut Hierosolymis egredierentur: sed omnes, inquit, qui sunt in Judaea, fugiant ad montes.

LI.

(a) Benad. Pover. in Dan. 1. 20. prope finem.

At nimis certe aliena illa videtur interpretatio (a); ut illis verbis Dominus in voluerit, eos tantum qui in Judaea essent, praemonuisse, & non qui Hierosolymis: eaque de abominatione desolationis intelligi velit, non cum a Cestio ad modicum temporis spatium civitas est obsessa, sed cum postea a Tito Vespasiano est arctissima obsidione vallata. Quoniam modo, quæro, post obsidionem Hierosolymorum, jam a Vespasiano devastata Judaea, fugae amplius locus erat? Quidve opus erat fuga illis in Judaea agentibus, qui jam penitus vastati essent? Illa certe Domini verba fugam tantopere inculcantis, atque exemplo fici arboris insinuantis, quid aliud visa sunt significasse, nisi ipsum maxime monere voluisse, ne sui in tam grandia incidere mala? Nam sicut olim, ne innocens Lot periret cum Sodomitis, maxime cavet, ita ne innocentissimi Christiani scelestissimorum supplicio involverentur, ea longe antea praedicendo commonuit. Sed frustra haec omnia, si tunc illis fugiendi nullus amplius locus superesset, vel quod consumpti jam essent vel quod nullus fugae pateret exitus. Quis insuper dixerit, vindictam illam immanissimam ad ulciscendum gravissimum omnium scelus in Judaeos immissam, nimirum ob illatam necem Christo Jesu omnium Redemptori, comprehendisse etiam nobilissimam illam Ecclesiam, non Jacobi tantum, sed omnium Apostolorum alumnam; illos, inquam, ea poena constrictos, qui Christum colentes, jam tot tantaque a Judaeis, quorum ad eos scribens Paulus meminit, passi essent? & non potius eos liberos abiisse, secundum quod habetur in Psalmo (g): *Dedisti metuentibus te significationem, ut fugiant a facie arcus, ut liberentur dilecti tui.* Fugisse plane, Christianos qui erant Hierosolymis (nisi fortasse perpaucis quibusdam exceptis, qui segniter agentes, quae praedicta a Domino erant, minus cavissent) antequam obstructus & interceptus penitus esset exitus egrediendi, non tantum ea quae sunt superius Epiphano auctore dicta declarant: sed perspicuum illud de his est argumentum, quod Simeon Hierosolymorum Episcopus, qui Jacobo fratri successerat, nequaquam cum ceteris Judaeis, qui ibi sunt inventi, necatus est; quem constat ad tempora Traiani fuisse superstitem, & sub eodem Imperatore consummasse mar-

(b) Psal. 59. Fidei sum fuga Hierosolymis.

Ann. Eccl. Tom. I.

tyrium. Nec est quod quis dicat, eum non occisum, sed ductum fuisse captivum: nam Josephus firmiter asseverat, omnes occisos esse, servatis tantummodo factionis principibus, qui ducti sunt in triumphum, & certis quibusdam corpore valentiore potentibus viris, quorum alii ad opera damnati sunt, alii vero ad pugnam in theatris cum bestis. Certe horum numero comprehensum esse Simeonem jam centenarium, neminem dicturum puto: at nec ex numero eorum esse potuit qui venditi sunt; nam illos tantum qui infra annum ætatis decimum septimum essent, occisis ceteris, venum expostos, idem Josephus tradit.

At non tantum ipsum, & ceteros quibus praerat Episcopus, liberos fuisse foras egressos, verum etiam Ecclesiae illius suppellectilia in tuto esse collocata, quae scribit Eusebius (e) de Jacobi cathedra ad suam usque ætatem integra servata, plane declarant; quae quidem si Hierosolymis remansisset, absque dubio cum ceteris conflagrasset. Ex dictis igitur necessaria assumptione consequitur (cum manifeste appareat, Christianos Hierosolymis agentes, inde egressos sibi fuga consuluisse, quod eis minus facere licuisset in secunda validiori obsidione) affirmandum esse id ab eis actum post primam sub Cestio obsidionem: ac proinde abominatio illa desolationis a Matthæo descripta, si ad Romanum exercitum referenda est, secundum quod a dictis auctoribus ex Luca verbis declaratum videtur; intelligenda est non de alia quam de hac prima invasione & obsidione facta per Cestium. Sed in his admirari non satis possumus admirabile plane Dei consilium: nam & hoc vehementer admiratus est ipse Josephus historicus. Cum multis viis daretur Cestio aditus ingrediendi cum exercitu civitatem, nobilibus portas aperire spondentibus, & precibus invitantibus, aliisque etiam occasionibus civitatem capiendi se dantibus; Deo tamen id omne agente, neglexit: Sed ob id nempe, ne qui intus adhuc erant Christiani, poenis ob impietatem Judaeis debitis, una cum illis afficerentur.

LII.

Suppellectilia quae salvata.

(e) Euseb. hist. lib. 7. c. 14.

At licet ejusmodi interpretatio de abominatione desolationis (quasi a Luca fuerint declarata illa Domini verba dicta esse de exercitu Romanorum hoc anno primum Hierosolymam obsidente) multis a nobis stabilita esse videatur atque firmata: tamen re magis magisque perspecta, haud adduci possumus in eam sententiam, ut existimemus Lucam Evangelistam sic ea de exercitu dixisse, ut quae a Domino dicta est abominatio, declararet: quin potius, sicut in ceteris saepe accidit, immo in eodem narrationis contextu factum apparet, ut quod a Domino dictum esset, sed ab alio Evangelistarum praetermissum, K k k 2 alius

LIII.

alius superadderet; ita evenit, ut quod Mattheus omiserat, Lucas apponeret, adderetque non tantum datam esse in signum futuræ cladis abominationem desolationis stantem in loco sancto a Matthæo conscriptam, sed prædictum quoque fuisse a Domino, & in signum additum, cum viderent Hierosolymam ab exercitu circumdari. Hæc autem ut potius opinemur, nec priori a nobis recitata ac illustrata sententiæ assentiamur, illud potissimum persuadet, immo & affirmare compellit, cum non qualemcumque abominationem fore aspiciendam, sed quæ scripta esset a Daniele propheta, Dominus inculcarit: ex quo quidem, quid per locum sanctum intellexerit, satis expresse declaratum esse videretur dicente Daniele (a): Et erit in templo abominatio desolationis.

(a) Daniel. 9.

LIV. Germanus sensus de abominatio.

(b) Joseph. de bel. Jud. l. 2. c. 17.

(c) Idem eodem c. 24.

JESU CHRISTI ANNUS 69.

PETRI ANNUS 25.

NERONIS IMP. ANNUS 13.

I. SS. Apostolorum Petri & Pauli Martyrium.

ANNO Redemptoris nostri sexagesimo, L. Fonteio Capito & C. Julio Rufo Coss. cum jam Nero ex Achaia Romam rediisset, Petrus & Paulus Principes Apostolorum, cum eadem qua

impudentissime occupasse. Execranda enim quædam ac detestanda peccata abominationem dici consuevissent, innumera divinæ Scripturæ exempla testantur.

At quod non tantum abominatio dicta sit, sed desolationis: id factum esse putamus, quod ea abominatio in signum data sit futuræ desolationis; neque id tantum a Gabriele, Daniele, & a Domino discipulis suis: sed & (quod scribit Josephus d) vetus quidam sermo ferebatur, tunc demum civitatem capiendam, sancta quoque flammis exurenda esse lege belli, cum seditio fuisset exorta, templumque Dei propriæ Judæorum manus violassent; quæ (ut sæpius dictum est) hoc anno facta esse, cum exploratissimum sit; plane desolationis signum fuisse, omnes intelligunt. Quo inspecto, memores hæc omnia a Domino fuisse in signum data, Christiani (ut diximus) Hierosolymis recesserunt. Sed quotiam eadem jactare solitos inter se Judæos, ex antiquo quodam oraculo, auctore Josepho cognovimus; inde etiam accidit, ut non Christiani tantum, qui his signis sic fuissent a Redemptore nostro præmoniti, sibi fuga consulendum putarint: sed (quod scribit Josephus e) complures Judæorum tum his permoti, tum etiam ea conjectura persuasi, quod adeo Judæi deliquissent, infestando & cædendo Romanum exercitum; rati nimirum hæc ipsa graviore fore multa luenda, hisque magis magisque exasperatis animis Romanorum, nullum esse relictum amplius locum veniæ, se libentius fugæ mandarent. Tantum igitur abest, ut eo successu prospero, Judæi, qui inter eos prudentiores erant, animo elati sint, ut potius viderentur penitus consternati; quod humano etiam judicio mala, quæ ex ea causa a Romanis obventura essent, potuissent facile conjectari. Nam ait Josephus (f): Post Cestii vero casus adversos, nobilium Judæorum multi, tamquam e navi pessum iura, ex civitate evadunt: addit & de quibusdam Judæorum primariis, qui iisdem temporibus magis delegerunt confugere ad Cestium profligatum, quam cum seditiosis victoria elatis agere Hierosolymis. At de his quæ ad Judaicas res gestas hoc anno pertinent, satis: cetera suis locis inferius dicemus.

IV. Abominatio desolationis cur dicta.

(d) Joseph. de bel. Jud. l. 5. c. 2.

(e) Joseph. de bel. Jud. l. 2. c. 25.

(f) Joseph. ibid.

que in primis quod ad rationem temporis spectat; illi redarguendi videntur, qui ipsorum necem in annum decimumquartum Neronis referunt; quos in manifestum esse lapsos errorem, certum est. Nam cum Neronis Imperium cæperit mense Octobri, Coss. Marcello & Aviola; nullum est dubium, hunc esse ejus Imperii annum decimumtertium, qui terminetur eodem mense Octobri, quo & quartusdecimus inchoatur. Sed cum æque perspicuum sit, ipsum anno sequenti, quarto Idus Junii occisum esse, nec pervenisse ad tertium Kalendas Julii, quo die Apostoli necati sunt: impossibile plane redditur, ut iidem dici possint anno sequenti decimoquarto Neronis Imperii martyrio vitam functi esse. Sic igitur affirmare necesse est, eodem hoc anno, iisdemque Coss. ac Neronis Imperii decimotertio, Petrum & Paulum Apostolos coronatos esse martyrio. Corrigenda est ergo lectio Eusebii in Chronico, quam alii videntur esse secuti, qui anno decimoquarto Neronis, quo & occisus est, ponunt duorum Apostolorum martyrium, Olympiade ducentesima vigesima, anno quarto: sicut & Hieronymus (a) quoque Eusebium secutus; dum tam de Petro quam de Paulo ait, a Nerone occisos esse decimoquarto ejus Imperii anno. Sed diversa ab his omnibus fuit Epiphani (b) sententia, affirmantis tam Petri quam Pauli obitum contigisse duodecimo Neronis anno. At inter duo hæc extrema media sententia, eos passos esse anno

II. De tempore Martyrii Apostolorum.

(a) Hier. de Scrip. Eccl. in Petro & Paulo.

(b) Epiph. hæres. 27.

SÆC. I. ANNO PERIODI GRÆCO - ROMANÆ 5560. Anno Urbis 820. Olymp. 211. an. 3. An. C. 67. JESU CHRISTI 67. secundum Baronium 69. S. CLEMENTIS PAPÆ I. NERONIS IMP. 14.

I. AD num. I. Coss. L. Fonteius Capito, & C. Julius Rufus. II. Nero non ineunte anno, ut existimavit Baronius, sed eo exeunte, e Græcia Romam rediit. Ubi intellexit conjugationem in ea contra se factam, subito in Italiam navigavit. Spes erat ut hiemis illum periturum, verum frustra id gaudium plerisque fuit, inquit Dio lib. 63. Hiemem scriptores Græci a die undecima mensis Novembris auspiciantur, ut videre est in Ephe-

Neronis decimotertio, verior esse probatur. Sed ab his omnibus discrepat Cassiodorus, cum ponit post biennium a dictorum Consulatu necem Apostolorum; cum longe ante illud tempus Nero esse in humanis desisset; verum ne audiendus quidem ipse: cum omnium sententia exploratum habeatur ipsos sanctos Apostolos consummasse martyrium sub Nerone. Sed verius existimatur in Cassiodori Chronicon mendum irrepsisse. At hæc satis de his quæ ad annum passionis spectant. Ceterum eadem a nobis firmata sententia de necem Apostolorum anno decimotertio Neronis, gravissimos habuit assertores, nimirum Caium antiquum Theologum, Zephyrinum Romanum Pontificem, & Dionysium Corinthiorum Episcopum; quos omnes citans Metaphrastes (c), ipsorum sententiæ ad stipulatur atque concordat, dum anno trigesimosexto. (numerando ab anno Domini trigesimotertio) post passionem Domini eos necatos affirmat, nimirum hoc anno Domini sexagesimonono.

(c) Metaph. die 29. Junii.

III. Quo die Apostoli passi sint.

Quod vero ad diem utriusque martyrii attinet: cum omnes æque in unam eandemque conspirent sententiam, una eademque die, nempe tertio Kalendas Julias, martyrio vitam functos esse: diversa tamen inter eos intercedit opinio; existimantibus quibusdam ex ipsis, sic una eademque die mensis Junii utrumque ductum ad mortem, ut tamen non eodem anno contigerit. Qui hoc sensit inter alios reperitur Prudentius (d), dum sic hymno cecinit: Unus

(d) Prud. Peristeph. hym. 12.

meride anni Macedonici cum Juliano collati apud Usserium Dissert. de Macedonum & Asianorum anno Solari. Quare Nero mense circiter Decembri Romam rediit: Reversus e Græcia Neapolim, quod in ea primum artem protulerat, albis equis introit, diffecta parte muri, ut mos biëronicarum est. Simili modo Antium, inde Albanum, inde Romam. Sed & Romam eo curru, quo Augustus olim triumphaverat, &c. inquit Suetonius in Nerone cap. 25. Quod sub hujus anni finem sine dubio factum. Mansit itaque Nero in Oriente fere biennium, majorem nempe partem anni præcedentis, & totum fere currentem. Ex quo consequens est, primo, Petrum & Paulum hoc anno martyrium non pertulisse; cum ut communis traditio fert, Nerone Romæ præsentem, passi fuerint, & quidem die XXIX. Junii utriusque festo consecrato; quo die præsentem anno Neronem Roma abuisse plane certum. Secundo, non post reditum Neronis ex Oriente, sed antequam in Orientem Nero proficisceretur, eosdem occisos. Ad

[1] Coss. L. Fonteius Capito, & C. Julius Rufus. Fragmentum Casinas apud Fabretum pag. 485. n. 159. & apud Blanchinum in Anastasium tom. 11. pag. 47. nunc existat in ædibus Capitolinis, antea in Museo Albano. JULIO RUFO. COS. LAPIS LIGORIANUS IN VETERI LATIO tom. 3. pag. 237. DD. XVIII. KAL. MAI. M. FONTEIO. CAPITONE ET C. JULIO RUFO. COSS. DE FONTEII PRÆNOMINE QUÆSTIO EST, QUOD AB OMNIBUS FERME LUCIUS ESSE DICITUR, UT A NORISIO IN EPITOLA CONSULARI pag. 41. 42. primæ editionis. Quæ fuerit Ligoriana fides in veteribus lapidibus describendis, satis notum. Vulgari Fasti, ut Idatiani & Vindebonenses, ac Prosperi Chronicon: Capitone & Rufo. Incertum igitur est ex antiquis monumentis Capitonis prænomen, & Lucii potius, quam Marci retinendum.

Unus utrumque dies, pleno tamen innovatus anno, Vidit superba morte laureatum.

(a) Arat. in Act. Apost. l. 2. in fine. Hæc ille, quem etiam secutus videtur A-rator (a), dum item occidit:

Cum natura dedit, geminos quos addidit astris Non eadem, tamen una dies, amique voluto Tempore sacravit repetitam passio lucem.

(b) Aug. de sanct. serm. 128. Id etiam affirmasse S. Augustinus (b) videtur, cum ait: Currunt itaque uterque ad palmam martyrii, & uterque perveniunt ad coronam, non quidem eodem temporis cursu, sed anni vertentis occursum. Hæc ipse.

IV. Una die eodemque anno passio Apostoli. Verum magis vera atque probata illorum esse videtur assertio, dicentium eodem anno ambos una die martyrii palmam adeptos esse: quam sententiam, qui nuper sunt recensiti antiquiores Patres, Caius Zephyrinus, & Dionysius Corinthiorum Episcopus, a dicto citati auctore sequuntur: his adde Eusebium (c), Epi-

III. Ad num. II. Morti ergo addidi Principes Apostolorum, Nerva & Vestino Coss. ut legitur in Catalogo veterum Pontificum, id est, anno Christi sexagesimo quinto. Eo anno, mense Julio, Nero adhuc in Occidente erat. Ait enim Eusebius in Chronico: Olympias CXXI. non est acta, Nerone in suam presentiam differente. Ea Iohanni Ludorum celebratione anno Christi LXV. in Græcia agi debuit: sed Ludi illi dilati in adventum Neronis, qui interesse & certare volebat. Unde & hæc Olympias præterita est Eleorum in libris, ut testatur Pausanias. In Julii quoque Africani Stadioniarum Catalogo, Olympiade CXXI. a Nerone agon Olympiacus actus dicitur non legitimo tempore, sed postea in dies, id est, post duos annos, ut videre est in Græcis Eusebianis Scaligeri pag. 44. Acta itaque Olympias CXXI. currenti Christi anno, inunte nimirum anno eisdem Olympiadis tertio, ut legitur in Collectaneis Græcis Historiarum apud Scaligerum pag. 340. ideoque exeunte Junio Romæ Nero esse non potuit. Præterquamquod, cum persecutio adversus Christianos anno LXIV. decreta fuerit, ac infrequenti continuata, non dubium, quin priori anno Petrus & Paulus in carcerem coniecti sint, ac posteriori necati. Denique Vir clarissimus Paulus Pexronius Doctor Parisiensis, ex Ordine Cisterciensis, dum quæ de Chronologia Pontificia observavimus, inter nos conferremus, insigne argumentum mihi aperuit, quo rem extra controversiam poni existimo. Tacitus lib. 16. Annal. loquens de iis, quæ Nerva & Vestino Coss. gesta, sic narrationem suam concludit: Tot facinoribus sedum annum etiam Dii tempestatibus & morbis insignivere. Vastata Campania turbine ventorum, qui villas, arbus, fruges passim diriecit, perulitque violentiam ad vicina Urbi. In qua omne mortalium genus vis pestilentia depopulabatur, nulla cali in tempore, qua occurveret oculis. Paulus vero Orofius lib. 7. cap. 5. ait: Primus (scilicet Nero) Roma Christianos supplicis & moribus affectis, ac per omnes Provincias pari persecutione exercitari in-

phanium (d), Hieronymum (e), Maximum (f), Cassiodorum (g), & alios recentiores fere innumeros. Id quidem tam Romanæ Ecclesiæ Martyrologium, quam Græcorum Menologium tradunt. His pariter Acta quæ de passione ipsorum habentur scripta (qualiacumque sint, & quovis edita auctore) assentiuntur. Sed ejusmodi opinionem de diverso anno a quibusdam hæreticis fuisse vulgatam, Concilium Romanum sub Damaso, quod continet Cresconiana Collectio (est in nostro codice pagina 236.) post canonem de libris apocryphis, testatur his verbis: Post hæc omnes Propheticas, & Evangelicas, & Apostolicas, quas superius deprompsimus, scripturas, quibus Ecclesia Catholica per gratiam Dei fundata est: etiam intinandum putavimus, quod quamvis univèrse per Orbem diffuse Catholica Ecclesiæ quasi unus thalamus Christi sit, Sancta tamen Romana Ecclesia nonnullis synodicis constitutis ceteris Ecclesiis prælata est: sed & Evangelica voce Domini Salvatoris nostri primatum obtinuit: Tu es Petrus, inquit, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam: & portæ inferæ non

peravit: ipsumque nomen extirpare conatus, beatissimos Christi Apostolos Petrum cruce, Paulum gladio occidit. Mox accervatim miseram civitatem oborta undique clades oppressere. Nam subsequente autumno tanta Urbi pestilentia incubuit, ut triginta millium funerum in rationem libitina venerunt, &c. Quæ Orofius ex Suetonio in Nerone cap. 39. exscripsit: Accesserunt tantis ex Erin-cipe malis, probisque, quadam & fortuita; pestilentia unius autumni, qua triginta funerum millia in rationem libitina venerunt; clades Britannica, qua duo præcipua oppida, magna civium sociorumque eade direpta sunt: ignominia ad Orientem, legionibus in Armenia sub jugum missis, egreque Syria retenta; quæ etiam Orofius recitat. Petrus itaque & Paulus eo anno morti traditi quo Urbem pestilentia afflixit. Quare cum, teste Tacito, anno Christi sexagesimo quinto pestis Romæ grassata fuerit, Principum Apostolorum martyrium perperam a Baronio uique ad præsentem annum dilatatum, Baronius ait, suam sententiam, quam ab Onufrio acceperat, quamque Viri docti passim amplexi sunt, gravissimos habere assertores, Caium antiquum Theologum, Zephyrinum Papam, & Dionysium Corinthiorum Episcopum, quos citans Metaphrastes apud Surium die XXIX. Junii, iisdem adstipulatur, dum anno xxxvi. post passionem Domini eos trucidatos affirmat. Sed hinc potius nostra sententia confirmatur. Antiqui enim Christum anno Eræ Christianæ vicefimo nono passum arbitrati sunt; a quo anno ad LXV. triginta sex fluxere. Denique Hieronymus de Scripturis Ecclesiasticis tam in Elogio Divi Petri, quam Divi Pauli, Pontificale Romanum, Chrysostomus, Honorius, Isidorus, Beda, Rabanus, Nicephorus, alique tradunt, Petrum & Paulum triginta septem annis post passionem Christi clavis martyrio coronatos esse, qui a præcedentibus Doctoribus in eo tantum differunt, quod utrumque extremum annum incompletum pro integro numerarint.

Ad

non prævalebunt adversus eam: Et tibi dabo claves regni calorum: & quaecumque ligaveris super terram, erunt ligata & in celo; & quaecumque solveris super terram, erunt soluta & in celo. Adhuc est etiam societas beatissimi Pauli Apostoli, vasis electionis: qui non diverso (sicut falso hæretici garrunt) sed uno eodemque die gloriosa morte cum Petro in urbe Roma sub Cesare Nerone agonizans, coronatus est, & pariter supradictam S. Romanam Ecclesiam Christo Domino consecravit. Hæc ibi; quæ pene omnia repetita sunt a Gelasio in decreto Concilii septuaginta Episcoporum. Verum de tempore hæcenus.

V. Quænam vero obitum ipsorum præcesserint, ex probatis auctoribus pauca nobis potius, quam ex incertis apocryphicis multa narranda proponimus. Ex Achaia Romam rediens Nero ea pompa triumphali quam Suetonius (a) scribit, Apostolos, quos Simonis magi causa vel aliis vinxisse diximus, nova superaddita accusatione, ultimo supplicio condemnavit. Quænam autem ea fuerit, ex S. Ambrosio (b) & aliis facile intelligitur: da-

IV. Quo die occisus. Ad num. III. Petrum & Paulum martyrio coronatos die XXIX. Junii docent Martyrologium Romanum & Græcorum Menologia, indicatque Orofius loco numero præcedenti citato, quando ait, autumno martyrium illud subsequente, pestilentiam Romæ ortam esse. Ante autumnum itaque Beati Apostoli morti addicti. Mitto varia Martyrologia, alique veteris Ecclesiæ monumenta, qualia sunt Sacramentarium Gregorii Magni, Ordo Romanus, ipsius S. Hieronymi Lectionarium omnium vetustissimum. Non desere tamen, qui existimarint, martyrium illud VIII. Kal. Martii accidisse, quod ad eandem diem in Laterculo Sylvii legatur: Deposito SS. Petri & Pauli, quibus ex verbis intulere, Petrum & Paulum non III. Kal. Julias, seu die XXIX. Junii, quo coluntur, passos esse, sed die VIII. Kal. Martias. Verum vana hæc illatio. Antiquitas enim sicuti & nunc, VIII. Kal. Martias, seu die vicefima secunda Februarii, Cathedra S. Petri Antiochiæ celebrabatur. In Indiculo Depositionis Martyrum apud Bucherium, eo die legitur: Natale Petri de Cathedra. Reliquiæ autem Sanctorum iisdem sæpe diebus, qui horum natales erant, factæ. Quare ex Laterculo Sylvii, ubi ad VIII. Kal. Martii legitur Depositionem SS. Petri & Pauli, intelligimus, horum Reliquias, die, quo jam Petrus Antiochiæ colebatur, translatas fuisse. Translationem enim Sanctorum Depositionis nomine ab Antiquis sæpe expressam, pluribus exemplis constat. Sic in Martyrologio Hieronymiano ad diem secundam mensis Julii habetur: Deposito Militiadis Papa. Papebrocius in Conatu Chronico-Historico ad Catalogum Pontificum ait, videri Librariorum vitio factum, ut pro voce, Ordinatio, legatur, Deposito; cum constet Militiadem die secunda Julii ordinatum esse. Verum locum purus est, Reliquiæque Melchiadis die ejus Ordinationis translatae. Sic etiam anno ducentesimo quinquagesimo octavo, quando S. Sixtus Romanus Pontifex eorumdem Apostolorum corpora ad Catacumbas transferre voluit, ut ardente persecutione Christiani tutius Stationes ibi habere possent, non alium diem elegit, quam

vicimum nonum mensis Junii eorum Natali dicatum, ut discimus ex laudato Indiculo: III. Kalend. Julii Petri in Catacumbas & Pauli Ostiense, Tusco & Basso Coss. Quæ verba Bucherius non intelligens, in margine ait, Consules fuisse luxatos, persuasus agi ibi de SS. Apostolorum martyrio; cum tamen sermo sit de Translatione die eorum natali facta. Pearson in Annalibus Cyprianicis ad annum CCLVIII. quo Tuscus & Bassus Consules fuerunt, existimat, alia die Petri & Pauli martyrium accidisse, alia eorum Translationem, hancque secutam, postea esse solemnitatem & festum, & ante Pseudo-Isidori ætatem, & Gesta Pontificalia edita Natalibus SS. Petri & Pauli alium diem assignatum, idque ex Sylvii Laterculo constare. Sed fallitur Vir eruditissimus: Sixto enim sedente, Petri & Pauli Reliquiæ, quæ antea in Vaticano & Ostiensi asservabantur, ut testatur Caius, qui circa annum CC. floruit, ad Catacumbas translatae sunt die XXIX. Junii, quo eorum solemnitas celebrari solita erat. Quare dies natalis SS. Petri & Pauli in dubium perperam revocatus. Male etiam Quenellus in Notula ad Sermonem S. Leonis in Cathedra S. Petri Apostoli, ait, Laterculum Sylvii vel suppositionis argui, vel saltem depravationis, eo loci, ubi pro festo Cathedra VIII. Kalend. Martii, Depositionem utriusque Apostoli notatam habet. Ibi enim Deposito idem denotat ac Translatio, ut dixi. Denique falluntur, qui dicunt, quam tuemur opinionem, antiquam non esse, cum nullum extet monumentum antiquius Indiculo Depositionis Martyrum a Bucherio publicato, in quo Cathedra S. Petri memoratur VIII. Kal. Mart. Post primam hujus Tomi editionem deprehendi nihil certi statui posse de die quo Principes Apostolorum martyrium fecerunt, & quæ hic in medium attuli tantum probare Ecclesiam diem XXIX. mensis Junii ad Natale eorum, diem vero XXII. Februarii ad festum Cathedra Sancti Petri celebranda elegisse, iisdemque diebus aliquas eorumdem Reliquiarum Translationes alias peractas esse.

audiamus. In Auxentium enim dum inve-

VI. Fuga Petri e carcere.

Idem Petrus postea, viso Simone, cum precepta Dei populo seminaret, doceret ca-

(a) Aug. de fid. contra Marcionem, c. 38.

VII. (b) Apud Strabonem, tom. 3, die 2, Julii. (c) Hegeippo de excid. Hierosol. l. 3, c. 2.

est superius) illic antequam martyrium consummarent iidem Petrus & Paulus, intercurrisse certum habetur.

(d) Greg. in Psal. De Pauli fuga.

(e) Orig. in Joan. 10, 27.

Porro antequam mortis supplicio iidem afficerentur, ambo more Romano virgis caesi fuisse traduntur.

VIII. Apollonius virgis caesi.

Habet insuper traditio potius quam certa assertione antiquorum scriptorum, veritas confirmata (nam quae de his legitur a quibusdam Dionysii Areopagitae nomine edita scriptio, non probatur) ipsos Apostolos supplicium mortis subituros e carcere simul eduotos, extra portam Trigeminam perductos esse;

IX.

De porta Trigeminana.

Vel

Vel extra portam ire Trigeminam ad sacculum licet: Quod mihi ne eveniat, nonnullum periculum est.

(a) Plin. l. 34, c. 5.

(b) Ammian. lib. 27.

(c) Philo de leg. ad Caium.

X.

De Plautilla clarissima femina.

(d) Mart. Rom. 20, c. 2. Madi.

Id ipsum demonstrat Plinius (a) sic dicens: Item P. Minutio Praefecto annonae extra portam Trigeminam unciaria stipe collata. In Vaticanum postea horum sedem fuisse translatam, Ammianus (b) annuere videtur, dum ait: Accitos a Vaticano quosdam egentes, opibus ditaverat magnis: Sic dicens de Lampadio Urbis Praefecto, qui pecuniam quam alii expendere consueverant in publicorum munerum editione, ipse in pauperes erogasset.

Quod vero in primis ad Paulum spectat: cum a Petro, mutua prius salutatione impartita more Christiano in osculo sancto, in hunc modum divisus esset, ad praescriptum supplicii locum recta perducitur. Inter eundem quid acciderit, in Actis passionis ejus, quae nomine (ut saepius antea diximus) Lini feruntur, magna ex parte habentur expressa.

Ann. Eccl. Tom. I.

Apostolus, ab ea velum petiit, quo ferendus gladio ex more obduceret oculos: consuevisse etiam Judaeos fascia velare oculos eorum qui capite truncandi essent, Josephus (e) demonstrat, dum ait: Is aurem cum, ravinctis post terga manibus, oculisque fascia obstrictis, in conspectum Romanorum veluti capite caesus produxit. Cum igitur ad illud opus velum Paulus ab illa petisset: libenter illa parens, liberaliter tradidit, illud ipsum, ut erat pollicitus, postea receptura. Locus ille ubi haec facta sunt, dicitur esse prope portam Ostiensem, hujus rei gratia veteri memoria consecratus.

(e) Joseph. de bel. Jud. lib. 7, c. 14.

XI.

Cum autem sic Paulus duceretur, tres milites ex his qui ex apparitura erant, ad Christi fidem convertit; quos in confessione Christianae religionis constantes, ejusdem Imperatoris gladius martyres fecit die secunda Julii, quae anniversaria celebritate recolitur (f). Horum nomina fuisse, Longinum, Aestum, & Megistum nuper citata Acta testantur. Ubi vero tandem ad locum supplicio destinatum, Paulus perductus est, fuis ad Deum precibus, alacri animo (quod id diutius expectasset, jugulum praebuit. Locus ille dictus ad Aquas Salvias, tertio ab Urbe lapide distans, alio nomine Gutta jugiter manans, est appellatus (g), ubi Christianorum carnificina est aliquando habitata: nam & Zenonem ac decem millia militum illic fidei Christianae causa fuisse obruncatos, tum loci illius vetera monumenta, tum Romanum Martyrologium (h) attestantur.

(f) Mart. Rom. Bed. Uguar. & alii ea die. Paulus truncatur capite.

(g) Mart. Rom. 9, Julii.

(h) Eodem die 9 Julii.

Res quidem adeo insignis non tantum ex dictis Actis, sed & aliis compluribus habetur testibus confirmata. Nam & S. Ambrosius (i) de re tam celebri & clara, nec dubitatione aliqua obscurata, his verbis meminit: De Pauli vero, cervice cum eam persecutor gladio percussisset, dicitur fluxisse lactis magis unda quam sanguinis, & mirum in modum sanctum Apostolum baptismi gratia in ipsa caede extitisse splendidum potius quam cruentum. Quae quidem res in sancto Paulo stupenda non est. Quid enim mirum, si abundat lacte nutritor Ecclesiae, sicut ipse ad Corinthios ait (k): Lac vobis potum dedi non escam? Haec est plane promissionis illa terra, quam Deus patribus nostris promissit, dicendo: Dabo vobis terram fluentem lac & mel. Non enim de hac terra locutus est, quae dimanantibus aquis caenum involvit, lutumque permiscet; sed de illa tum Pauli, tum similium Pauli, quae jugiter purum suaveque distillat. Quae enim Pauli epistola non melle dulcor, & lacte candi-

XII.

Lac cum sanguine ex Pauli collo fluxit.

(i) Ambros. serm. 68.

(k) 1. Cor. 13.

L III dior?

dior? qua epistola tanquam ubera Ecclesiarum populos enutriunt ad salutem. De ceruice ergo Apostoli pro sanguine lacmanavit, Hucusque Ambrosius. Sed & sanctus Joannes Chrysostomus (a), ejusdem veritatis gravissimus assertor, sic ait: *Beatus autem Paulus, cui caput ense praecisum est, vir cujus laudes verbis exprimi nequeunt. At cujusmodi ensis illius guttur, Dominicum, inquam instrumentum caelo suscipiendum, & terrae tremendum, pervulsi? Qualis locus tuum, Paulus, sanguinem excepit, qui lacteus apparuit in ejus veste qui te percussit? qui quidem sanguis barbaricum illius animum reddens melle dulciorem, ut ipse una cum sociis ad fidem traduceretur, ita affectit. Hæc de lacte.*

XII.

Subdit de aliis tunc eo miraculo ad fidem Christi conversis; ac demum quorum ætatis suæ annum martyrii tempore ageret, his docet: *Sit mihi instar coronæ gladius ille, qui triginta & quinque viros summa ad servandum Deo a lacritate Domino mancipavit. Ita quidem Vossius in Latinum transtulit: sed quæ versio non probeur Heribipolensibus Academicis, cum textus Græcus post priorem editionem satis mihi exploratus, ita habeat: τριάντα πέντε ἔτη αὐτῶν καὶ ἑξήκοντα ἔτη τοῦ μαρτυρίου: Hoc est, trigintaquinque, annos scilicet, servavit Domino cum promptitudine animi: pergit vero Chrysostomus: *Perfecto itaque octo & sexaginta annorum vitæ cursu, quem pro pietate institutum tenuerat, quiescit.* Hæc ipse. Sunt etiam de his aliâ complura, sed recentiorum testimonia. Porro & locus ipse de aliis quoque nos admonet: quæ etsi minime scriptis consignata habeantur, fidei tamen majorum traditione testata redduntur. Tres enim ibi scætant fonticuli dulcis aquæ, qui tunc primum erupisse dicuntur, cum Pauli caput excisum tribus se saltibus vi quadam spiritus divinitus agitavit; quorum primus dulciore lactis saporem aliqua ex parte reddat; ceteri, quamvis haud longe a primo distent, paulo diversum gustui saporem afferant, cujus rei ea ratio solet afferri, quod ipso primo fluxu lac venæ dederunt, ac inde sanguinem. Qui quidem locus plane celeberrimus, Trium fontium dictus, frequentî Christianorum visitatur concursu. Sudarium vero Plautilla recepit, cum ministerio expleto, Apostolus eidem per visum apparuit; illudque esse putatur, quod Constantina Augusta magna instantia apud sanctum Gregorium Romanum, Pontificem agens ad se mitti postulavit; qui haud sibi concessum esse, quod una cum corpore eodem clauderetur sepulchro, quod aperire nefas esset, litteris ad eam redditis, excusavit (b). Corpus vero Apostoli a Lucina clarissima foemina*

De miraculo trium fontium.

(b) Greg. reg. l. 3. cap. 3.

senatoria sublatum, in suo prædio via Ostiensi honestissimo tumulo locatum fuit. At de Pauli martyrio hæctenus.

De effigie vero ejusdem atque statura, operæ pretium nos facturos existimamus, si quæ ab antiquioribus scriptoribus memorie commendata habentur, his addamus; Nam in primis hic repetenda ducimus, quæ Tropheon Critianum catechumenum instituens apud Lucianum sic loquitur (c); *Ego, inquit, docebo te quid sit universum, & quid fuerit ante omnia, & quæ item constitutio, quodve corpus universi. Quando enim me Galileus ille convenit recalcavisti, naso aquilo, qui tertium usque ad cælum per aerem ingressus est, quæque optima & pulcherrima sunt inde didicisti; per aquas nos renovavit, in beatorum vestigia insistere fecit, & ex impiorum regionibus nos reduxit.* Hucusque ille; quem equidem his coloribus atque notis non alium quam Paulum descripsisse, omnes credimus facile intelligere: nam aliquem alium Apostolorum, vel aliorum Christianorum, tertium cælum conscendisse, novimus neminem. Staturam vero ipsius haud proceram fuisse sed potius breviorem, tum ea quæ ipse de se, tum quæ Chrysostomus scribit, facile ostendunt, Ad Corinthios (d) enim secundo scribens, quæ de se aliqui dicerent, refert his verbis: *Epistole, inquit, graves sunt & fortes, præsentia autem corporis infirma. Quamobrem haud grandiori eum fuisse statura, interpretes æque consentiunt; his enim alludit Joannes Chrysostomus (e) dicens: *Qui tricubitalis est, & cælum attingit.* His omnibus consentiunt, quæ demum a Nicephoro (f) his verbis narrantur: *Paulus autem corpore erat parvo & contracto atque incurvo & paululum inflexo, facie candida, amosque plures præseferente, & capite modico: oculis multa inerat gratia, supercilia deorsum versus vergebant; natus pulchre inflexus, idemque longior; barba densior, & satis promissa, eaque non minus quam capitis coma canis respersta erat; Hæc ipse; quæ haud aliunde putamus quam ab antiquioribus imaginibus esse accepta. A Christianis enim, qui ex Gentilibus credidissent, Petri & Pauli imagines olim fuisse, viventibus illis, effigiatas coloribus, easdemque ad posteros per manus traditas, Eusebius (g) restatur sic dicens: *Nos Petri & Pauli Apostolorum, & Christi etiam ipsius imagines in picturis colorum varietate expressas conservatasque aspeximus; idque propterea (sicut verisimile est) quod majores nostri ad Gentilis consuetudinis similitudinem quam proxime accedentes, eos qui tamquam salvatores illis fuissent, id est, qui illis aliquid salutis & subsidii attulissent, apud se honore in hunc modum afficere consueverant; Hæc***

XIV. Pauli A. postoli effigies.

(c) Lucian. in Philop.

(d) 2. Cor. 10.

(e) Chryf. hom. de Princ. A. post. to. 5. f. Niceph. l. 2. c. 37.

(g) Euseb. hist. l. 7. c. 14.

XV. De loco martyrii S. Petri.

Hæc Eusebius, At de Paulo satis: ad Petrum jam redeamus:

Quod in primis ad locum martyrii pertinet: cum nulla sit dubitatio, cum Transiberim, ubi Judæi agere consueverunt, ad supplicium crucis subeundum fuisse transfusum: quo potissimum loco ejus regionis fuerit affixus cruci, est diligentius exquirendum. In Actis passionis ejus, quæ Lini nomine scripta feruntur, hæc scripta habentur: *Pervenit denique una cum Apostolo & apparitoribus populus infinitus ad locum qui appellatur Naumachia, juxta obeliscum Neronis in monte.* Rursus vero in libro de Romanis Pontificibus, qui fertur nomine Damasi, dum agitur de sepultura Petri, hæc scripta habentur: *Sepulchrum est via Aurelia ad templum Apollinis, juxta locum ubi crucifixus est, juxta palatium Neronianum, & in Vaticano, juxta territorium Triumphale.* Hæc ibi. Sed plane loca esse confusa noscuntur, ut locus sepultura credatur idem cum eo ubi est crucifixus: at certe diversum fuisse, quæ diduri sumus, facile declarabunt.

XVI. Vaticanus collis atq. Janiculus.

Enimvero antequam de Petri crucis loco agamus, necessarium ducimus de ipso Vaticano colle atque Janiculo pauca differere, atque etiam elucidare. Scimus complures, licet eruditos, errore lapsos esse, putantes Vaticanum collem illum tantum dici debere, ubi nunc cernitur posita nobilissima basilica Vaticana: & Janiculum modico illo contineri spatio, quo trans viam Triumphalem levi tumulo exurgens, atque ad sublimiora scandens, terminatur illa planicie quæ vergit ad Aventinum. Hos insigniter decipi, perspicue demonstrabimus. Et in primis quantum amplioribus spatiis majores Janiculum menti fuerint, Dionysius Halicarnassæus (a) his verbis indicat: *Venientes percurrerunt populando usque ad Tiberim & montem Janiculum, ad vigesimum ab Urbe stadium & ulterius: quibus sane demonstrat, totum illum usque ad pontem Milvium porrectum montem appellatum esse Janiculum. Nam quoniam pacto, quæso, ad viginti stadia distare ab Urbe Janiculum ait, cum ejus montis pars illa propinquior, quam hi putant tantum dici Janiculum debere, vix duobus stadiis distet ab ea? Omnes igitur colles illi, qui modicarum vallium interstitio sibi conjuncti, ab eo termino qui est proximus Aventino atque Vaticano, continuantur, & super prata Mutia porrigitur, ac prope pontem Milvium terminantur, Janiculus a majoribus dicebantur. Sed hæc omnia etiam clariora redduntur ex his quæ Martialis (b) habet de hortis suis, quos cum dicat positos in Janiculo, tamen prope pontem Milvium, sitos esse, his verbis declarat:*

(b) Martialis epigram. de hortis suis lib. 4.

Longo Janiculi jugo recumbunt.

Ac inferius:

Cum sit tam prope Milvium, sacrumque Lapse per Tiberim volent carina.

His & aliis quæ eodem auctor habet epigrammate, manifeste errasse noscuntur qui hortos Martialis in ea parte Janiculi posuerunt, quæ erat Urbi vicinior, respiciens contra theatrum Pompeji. At mea quidem sententia, descriptus a Martiale cæteris eminentior collis ille videtur, qui (ut ipse scribit) propinquior ponti Milvio, reliquis vicinioribus collibus altior supereminet: cui quidem assertioni cetera etiam, quæ a Martiale ibidem illis verbis sunt scripta, respondent.

XVII.

Præterea vero sicut Janiculus longe porrectus protenditur (ut dictum est) usque ad pontem Milvium; ita Vaticanus non illa tantum Janiculi parte continetur, in qua est hodie basilica Vaticana: sed Vaticanum quoque appellatam esse eam Janiculi regionem, quæ versus Aventinum in longum porrecta, a latere trans flumen oppositum habebat theatrum Pompeji, Horatius (c) his verbis demonstrare videtur.

(c) Horat. l. 1. carm. od. 20.

— datum in theatro

Cum tibi plausus, Care Mæcenas eques, ut paterni Fluminis ripa, simul & jocosæ Redderet laudes tibi Vaticanæ Montis imago.

Ubi Porphyrio: *Vaticanum, inquit, montem non longe esse a theatro Pompeji scimus, quem resonuisse simul cum ripis populi plausus dicit.* Hæc ille: eadem & Macro. Ex quibus declarari videtur, partem eam Janiculi, quam hodie frequentius Latine ipsum Janiculum nominamus, Vaticanum quoque esse dictam: ut ex his jam liquido appareat, nequaquam a veritate aberrasse eos qui dixerunt passum esse Petrum in Vaticano; nec tolli quo minus æque verum sit, ipsum in ea Janiculi parte, ubi ejus rei extat memoria recens honorifice restituta, fuisse cruci affixum; quæ & pariter (ut vidimus) Vaticanus diceretur: idemque locus postea, puto honoris causa, ob nobilem Petri triumphum, Mons aureus dici meruit; quod nomen frequentiori usu hæctenus perseverat. Certe inter alia Urbis loca, in quibus Christianos martyrio affici consueverunt Prudentius (d) scribit, Janiculus adnumeratur; sic enim canit his verbis:

De loco ubi Petrus crucifixus est.

(d) Prudent. Peristephan. hyst. 11.

Janiculum cum jam madidum, fora, rostra, Suburram Cerneret eluvie sanguinis affluere.

LIII 2 E3

ea enim loca potissimum Christianorum carnificina in Urbe nobilitata fuisse videntur; cum aliqui (ut dictum est) extra Urbem mortis reos duci consuevisse, more majorum, certum sit.

XVIII. Ceterum in ea quoque Vaticani parte, in qua Circus Neronis erat, simul & horti, iussu ejusdem Imperatoris quamplurimos Christianos saevissime fuisse necatos, ex Tacito (a) superius demonstravimus. Verum locum illum sepulturae potius quam martyrii fuisse putamus: siquidem Hieronymus (b) ait, sepultum fuisse in Vaticano juxta viam Triumphalem. Distinctus plane fuisse videtur locus sepulturae ab eo ubi martyrium subijt: nam non unum eundemque fuisse, ipse nuper citatus liber de Romanis Pontificibus docet, dum ait sepultum fuisse juxta locum ubi crucifixus est: qui quod in eodem monte situs esset, satis propinquus esse videri poterat: ac sic ille verè (quod diximus) locus martyrii fuisse dicatur, qui in summo Janiculo positus, ejusdem rei gestae memoria est insigniter illustratus, cui quidem loco & cetera superius recitata, praeter illa quae habentur de obelisco, aptari posse videntur: nam ibidem haud procul a monte deorsum in plano prope Tiberim posita Naumachia erat, quae ab aliis Julio Caesari, ab aliis vero Augusto adscribitur: nam auctor est Dio (c), Naumachiam ab Augusto factam: Tacitus (d) vero eundem locum nominat stagnum Agrippae, ubi in navibus Nero epulum lautissimum exhibuit. Ceterum a Nerone nonnisi Circum ad agitandos equos in Vaticano fuisse constructum, Tacitus tradit: nec quempiam antiquorum invenimus, qui Naumachiam a Nerone in Vaticano factam esse meminerit: siquidem (ut idem qui supra auctor est Dio) Naumachiam cum exhibuit, bellum videlicet Perfarum cum Atheniensibus, illam non in Circo, sed in theatro ab eo editam tradit. Ubi nam autem fuerint stagna Neronis, ab eodem aedificata ad ejusmodi exhibenda, spectacula, satis expressum habetur a Martiale (e), qui describens ingentem molem amphitheatri Domitiani Caesaris, inter alios habet hos versus:

Hic ubi conspicui venerabilis amphitheatri Erigitur moles, stagna Neronis erant.

Meminit & in fine ejusdem libri primi Epigrammatum de eodem Neronis stagno. Ex his igitur haec summam colligimus, passum esse Petrum supplicium crucis in ea summitate Janiculi, seu Vaticani montis, quae esset imminens Naumachiae deorsum juxta Tiberim positae: sepultumque in ima Vaticani parte, apud quam Neronis horti essent, & Circus cum obelisco. Haec de loco.

Quod ad supplicium crucis spectat: omnium sanctorum Patrum sententia liquet, ipsum capite deorsum verso, & in sublime pedibus elevatis, cruci confixum fuisse; idque factum ex animi sui sententia, cum assereret se indignum (ut verbis (f) Hieronymi utar) qui sic crucifigeretur ut Dominus suus. Praetermittimus referre, quae in dictis Actis passionis ejus, Lini nomine inscriptis, de ejusmodi inversae crucifixionis mysterio fufus differuntur: sed quae tantum ab antiquis Patribus memoratae sunt commendata, velut quaedam passionis ejus trophaea nobilissima, recensere: & in primis quae Origenes (g) ceteris antiquior scribit in haec verba: Petrus ad extremum Roma cum versaretur, capite deorsum statuto (sic enim per petri cupiebat) cruci affixus est. S. Augustinus (h) de his agens, haec ait: Currunt itaque uterque ad palmam martyrii, & uterque perveniunt ad coronam: & paulo post: Petrus pro Christo capite deorsum verso in ligno suspenditur: Paulus pro Christo gladio trucidatur. Ille propriis gressibus proficiscitur ad Christum; oculisque ad superiora respiciens, beatum spiritum deducebat ad caelum: At Chrysostrmus (i): Gaudeas, inquit, Petre, qui ligno crucis fructus es, & ad Magistrum similitudinem recta quidem figura sicut Dominus noster crucifigi noluit, sed magis inverso capite, veluti e terra ad caelum iter parans, O clavos illos beatos, qui membra illa sanctissima petransferunt. Sed & Prudentius (k) haec quoque his versibus:

Prima Petrum rapuit sententia legibus Neronis Pendere iussum praeminente ligno. Ille tamen veritus celsa decus amulando mortis Ambire tanti gloriam Magistri, Exigit ut pedibus mersum caput impiant supinis, Quo spectet inum stipitem cerebro. Figitur ergo manus super, sola versus in cacumen, Hoc mente major, quo minor figura.

Maximus (l) praeterea: Hic est, inquit, Petrus, qui dum ad crucem tanquam Christi discipulus duceretur, verso se poscens corpore crucifigi, passionem non timuit, sed aequalitatem crucis Dominicae declinavit; ut ostenderet universis, admirandae se humilitatis virtutem, novique mysterii disciplinam & inter tormenta servasse. Theodoretus aliam quoque affert causam, sic dicens (m): Cum ad mortem crucis a Nerone damnatus esset, rogavit carnifices, ne similiter atque Dominus trahi affigeretur, sed contrario modo. Veritus (quod est verisimile) ne eadem passio eundem

XIX. De Crucis supplicio.

(f) Hier. de Scrip. Eccl. c. 1.

(g) Orig. in Genes. apud Euseb. l. 3. c. 1.

(h) Aug. ser. de sanct. 28.

(i) Chryf. hom. in Princ. A. post.

(k) Prud. Peristeph. hymn. 12.

(l) Max. in Nat. A. post. serm.

(m) Theod. orat. de charit.

(a) Tacit. l. 15.

(b) Hier. de Scrip. Eccl. c. 1. De loco sepulturae Petri.

(c) Dio in Nerone.

(d) Tacit. lib. 15.

(e) Martial. l. 1. epi-gramm. 2.

dem sibi ab insipientibus honorem conciliaret, ideo rogavit ut manus inferius, superius autem pedes affigerentur. Haec ille. Sunt de his aliorum sanctorum Patrum testimonia, atque etiam praeconia: sed haec satis pro instituti ratione.

XX. Cum in Cruce sic affixus martyrium consummasset, a Marcello presbytero (a) ejus corpus curatum, aromatibusque conditum magnificentissime more regio, nedom Judaico traditur sepultura. Alia enim ab his diversa erat Romanorum consuetudo: nam de his Neronis temporibus cum agitur de Poppaea Augusta defuncta, haec Tacitus (b): Corpus ejus non igni abolitum, ut Romanus mos, sed Regum externorum consuetudine differtum odoribus conditum. Sepultum fuisse Petrum in Vaticano, non tantum citata a nobis superius testimonia, sed & Prudentius (c) monstrat his versibus:

Aut Vaticano tumulum sub monte frequentat, Quo cinis ille latet genitoris amabilis obfes.

Sed quod ad loci faciem spectat; fuisse illam partem Vaticani olivis feracem, & fonte irriguam, idem ipse Prudentius docet his versibus (d):

Dextra Petrum regio tellis tenet aureis receptum, Canens olivæ, murmurans fluente. Namque supercilio saxi liquor ortus ex-citavit Fontem perennem ebrismatis feracem.

XXI. Sic igitur gloriosissimo martyrio tam Clarissima Petrus quam Paulus vita functi sunt; locaque ipsa ubi eorum sacra corpora sepulta fuerunt, non quidem obscura, sed (quod mirandum est) inter persecutores absque iactura, vel contumelia aliqua clarissima remanserunt, eademque velut nobilissima trophaea victoriae a Christianis summo honore sunt habita. Est de his testis locupletissimus Caius antiquus Theologus, quem temporibus Zephirini Papae vixisse, Eusebius (e) tradit, qui & haec ipsum dicentem inducit: Ego, inquit, Apostolorum trophaea perspicue possum ostendere. Nam si lubet in Vaticanum proficisci, aut in viam quae Ostiensis dicitur te conferre; trophaea eorum, qui istam Ecclesiam suo sermone & virtute stabilierunt, invenies. Haec ipse. Consuevisse Christianos etiam persecutionis tempore, non tantum qui Romae erant, sed ex remotioribus tam Orientalis quam Occidentalis orbis partibus Romam venire, ut veneranda Apostolorum sepulcra inviserent ac venerarentur, historiae complurium sanctorum martyrum declarant. Nam ex

(e) Euseb. l. 2. c. 24.

Perfide venisse constat Martham, Marium, & Audifacem temporibus Claudii Junioris, sub quo etiam martyrio sunt coronati, ut ipsoyrum Acta demonstrant (f): Idque & Maurus, qui etiam martyrium subiit, fecisse reperitur, & alii (g). Verum locum Petri fuisse miraculis quoque celebrem, verba illa (h) nunticis Hermetis significant, quibus ait: Tu si ad limina Petri duxisses eum, & Christo credidisses, hodie filium tuum haberes incolumem.

Porro tentasse Orientales Christianos hoc eodem anno subripere sacra corpora Apostolorum, & in Orientem transferre, ac uti suos gentiles sibi vindicare, Gregorius Papa ad Constantinam Augustam scribens, testatur his verbis (i): Eo tempore quo passi sunt, ex Oriente venerunt, qui eorum corpora, sicut civium sanctorum repeterent: quae ducta usque ad secundum Urbis miliarium, in loco qui dicitur ad Catacumbas, collocata sunt: sed dum ea inde levare omnis multitudo eorum conveniens niteretur, ita eos vis tonitruum atque fulguris nimio metu terruit atque dispersit, ut talia denuo nullatenus attentare praesumerent. Tunc autem exeuntes Romani eorum corpora, qui hoc ex pietate Domini meruerunt, levaverunt, & in locis quibus nunc sunt condita, posuerunt. Haec Gregorius.

At reddita Ecclesiae pace, Christiani Imperatores eadem invisere, venerari, & debito religionis obsequio colere, studiosius quaesierunt ac propensius curaverunt. De his enim haec S. Augustinus (k): Nunc, inquit, ad memoriam piscatoris spectantur genua Imperatoris; ibi radiant gemmae diadematis, ubi fulgent beneficia piscatoris. Et alibi scribens ad Madagascenses (l): Videtis & Imperii nobilissimi eminentissimum culmen ad sepulcrum piscatoris Petri, submisso diademate, supplicare. Et Chrysostrmus (m): Servorum Christi splendida sunt sepulcra, quae Urbem maxime regiam occupaverunt, & dies perspicui sunt: diem festum terrarum orbem facientes; non adificiorum amplitudine & splendore (hac enim parte excellunt) sed, quod amplius est convenientium studio. Nam & ipse ille purpura indutus peregre proficiscitur, sepulcra illa complexurus; & festu depositio, contingit sanctos; rogans ut sibi apud Deum patrocinentur; & tabernaculorum opificem & piscatorum patronos etiam mortuos deprecatur ille diadema gestans. Hucusque Chrysostrmus. Haec quam sint vera, ipsae Gallae Placidiae Augustae (n) litterae ad Pulcheriam Augustam testantur his verbis, dum sui in Urbem adventus ad limina Apostolorum causam reddit, sic dicens: Ut Romam frequentibus concursionibus adaeque desideremus inspicere, causa est nobis amplectenda reli-

(f) Sur. to. 1. 14. Febr. & Rom. Martyr. l. 19. Januar. (g) Martyr. Rom. 22. Nov. (h) Exant apud Sur. in Actis S. Alex. Pap. die 3. Maii.

(i) Greg. l. 3. ep. 39.

(k) Aug. de Sanct. ser. 28. in fin.

(l) Aug. ep. 42.

(m) Chryf. in 2. ad Cor. 1. hom. 26.

(n) Habentur in praef. amb. Conc. Chal.

religionis, ut terminis sanctorum nostram exhiberemus presentiam; quos certum est pro sua virtute in caelestibus constitutos, neque inferiora despiciere. Nos itaque sacroilegium esse credimus; si solemnium ordinem denegemus. Hæc ipsa. In hanc eandem sententiam idem qui supra (a) Chryso- stomus: Relictis omnibus, ad sepulcra piscatoris & pellionis currunt & Reges, & Præsides, & milites. Et Constantinopoli Reges nostri magnam gratiam putant, si non prope Apostolos, sed se vel extra eorum vestibula corpora sua sepe- liantur, sicutque piscatorum ostiarii Reges.

XXIV. Idem alibi (b) cum agit de eorundem sepulcris; hæc de Pauli theca: Quis mihi nunc dabit circumfundi corpori Pauli, affigi sepulcro, videre pulverem corporis illius, quæ adhuc in Christo decerant implentur, stigmata illius gestantis, prædicationem Evangelii ubique seminantis, pulverem, inquam oris illius per quod Christus locutus est? Et paulo post: Velle- lem videre sepulcrum, quo recondita sunt arma iustitiæ, arma lucis, membra nunc quæventia, tunc vero cum in hac vita essent

(c) Chryso- stomus: Nullus ex Romanis Regibus tanto in honore fuit, quanto hic est. Ceterum Imperator foris alicubi jacet abjectus: hic autem velut orbis & regnans tenet. Idem de Petri sepulcro

(d) Chryso- stomus: Quot Reges urbes everterunt, portus extruxerunt, & nominibus suis inscriptis decesserunt; nec tamen eis quicquam profuit, sed silentio & oblivioni mandati sunt? Piscator autem Petrus, qui nihil fecit eorum, quoniam virtutem est profecutus, & civitatem maxime regiam occupavit, etiam post mortem resplendet Sole clarior.

XXV. Horum sepulcris Urbem esse munitam alibi idem Chryso- stomus tradit, cum ait (e): Hoc corpus plebem hanc munit, quod quavis turri, innumerisque manibus ac Holiarum. Idem etiam beati Petri, &c. Eadem & Chri- stianus nobilis poeta Venantius Fortuna- rus versibus cecinit (f); quæ velut sepulcrorum ipsorum hic epitaphium sunt;

Cælorum portæ, lati duo lumina mundi,
Ore sonat Paulus, fulgurat arce Pe-
trus.
Inter Apostolicas radianti luce coronas
Doctior hic monitu, celsior ille gradu.
Corda per hunc hominum referantur, &
astra per illum:
Quos docet ipse stylo, suscipit ille
pelo.
Pandit iter cælis hic dogmate, clavi-
bus alter:
Est via cui Paulus, jamna fida Pe-
trus.
Hic petra firma manens, ille archite-
ctus habetur.

(a) Chry-
som.
Quod
Christus
fit Deus.

(b) Chry-
som. in
epist. ad
Rom. hom.

(c) Chry-
som. in
epist. ad
Rom. hom.

(d) Chry-
som. in
epist. ad
Rom. hom.

(e) Venan-
tius Fortu-
nus.

(f) Venan-
tius Fortu-
nus.

Surgit in his templum, quo placet a-
ra Deo.
A facie hostili dno propugnacula præ-
sunt.
Quos fidei turres Urbis caput Orbis
habet.
Hi radiant oculi pretioso in corpore
Christi;
Lumine qui proprio cetera membrare-
gunt.

Quam autem hæc de protectione Urbis sint vera; cum innumera sint exempla suis locis inferius recitanda, unum modo satis habeatur Gregorii Romani (g) Pon- tificis testimonium ex his quæ experimen- to didicit: sic enim scribit ad Rusticia- nam Patriciam, rogans ut Romam veniret. Si gladius Italiæ & bella formida- tis; solcite debetis aspicere, quanta bea- ti Petri Apostolorum Principis in hac Ur- be protectio est; in qua sine magnitudine populi, & sine adiutoris militum, tot an- nos inter gladios illæsi Deo auctore ser- vamus. Hæc Gregorius.

At quis eruditus ac prudens, velut e sublimi specula mentis oculis lustrans Orbem, & omnes qui unquam fuerunt principatus & regna considerans, non in- telligat ea omnia Principum in eis re- gnantium sceleribus esse convulsa, ac funditus periisse; Romanum vero Impe- rium sub tot tantisque illud regentibus feralibus monstris non nisi divina virtu- te potuisse subsistere? Quo enim po- tissimum tempore sub omnium scelestissimo Imperatore ipsum Romanum Imperium, in majori videretur positum esse discrimi- ne: eidem, veluti collabenti parieti tra- be suffulto, crucis virtute succurritur; & duabus hisce vivis columnis in medio nutantis molis erectis, Urbi cum Impe- rio pariter casura opportune consulitur. Jam enim sæculum ipsum advenerat, quan- do antiquo oraculo Tiberii Imperatoris temporibus pervulgato, finem Romani imminere Imperii dicebatur. Recitans il- lud Dio (h), sic ait: In primis omnes com- movebat recordatio oraculi, quod de- cantatum fuerat Tiberii temporibus; id erat.

Τρις δὲ τριμυρίων περιελαμένων ἐνιαυτῶν
Ρωμαῖος ἑμπεδος ὄλοι γένεσις.

Latine sic redditur.
His ter trecentis circumvolventibus annis
Seditio perdet Romanos.

Quæ autem, quantave post Neronis oc- cubitum concitata fuerint bella civilia; ut anno uno tres occisi fuerint Imperato- res, paulo inferius dicturi sumus. Sicque advenisse jam tempus oraculi, a que omnes non immerito existimarunt.

(g) Greg.
lib. 7. ep. 33.

XXVI.

Urbs Ro-
ma ab A-
postolis
servata.

(h) Dio in
Nerone.

XXVII. Verum hæc visa sunt nonnullis porten- dere prodigia numquam antea præteritis sæculis visa: quæ Plinius (a) qui tunc vivebat, eaque videbat, sic scribit: Non minus mirum ostentum cognovit ætas an- no Neronis Principis supremo, sicut in- no Neronis Principis supremo, prætis, oleisque (intercedente via publica), in contrarias sedes transgressis in agro Marrucino, præ- diis Vetti Marcelli equitis Romani, res Neronis procurantis. Refert hæc idem ite- rum alibi his verbis: Super omnia, quæ unquam audita sunt, erit prodigium in nostro ævo Neronis Principis ruina, res- factum in agro Marrucino Vetti Marcelli e- primis equestris ordinis, oliveto universo viam publicam transgresso, arvis inde e- contrario in locum oliveti profectis. At- quid idem Plinius amplius? Amnes, in- quit (b), retro fluere, & nostra vidit ætas, Neronis Principis annis postremis, sicut in rebus ejus retulimus. Hæc cum scribat Plinius, nemo dubitet fuisse verifi- sima. Nam qua ratione mentiri eum o- portuit, cum viventes adhuc extarent tes- tes, qui eum mendacii turpiter arguis- sent?

XXVIII. Cum igitur hæc sic se habeant, & re- rum in meliorem statum mutationem por- tendisse visa sint illis; interpretetur hæc qui velit, Neronis præmonstrasse inter- itum. Nam qui, rogo, melior secutus est rerum status, cum sub tribus, qui succes- serunt, Imperatoribus, Galba, Othone, & Vitellio, tribus bellis civilibus visum sit Romanum Imperium penitus confra- gisse, & alia complura deploranda pla- ne ab omnibus accidisse, quæ brevi com- pendio Tacitus (c) collegit? Quod si post- ea Vespasiani Imperio, cuncta visa sint floruisse: cito tempus illud, velut dies Alcyonii, est præterlapsus: nam qui illi successit Domitianus, tempora Neroniana restituit. His igitur consideratis, verior visa est illa prodigiorum interpretatio; nimirum, ut per ea signa, religionis in- melius mutatio monstraretur, de qua Pru- dentius (d) hisce versibus:

Discede adulter Juppiter
Stupro sororis oblite,
Relinque Romam liberam,
Plebemque jam Christi fuge.
Te Paulus hinc exterminat,
Te sanguis exturbat Petri:
Tibi, id quod ipse amaveras,
Factum Neronis officit.

XXIX. Sed quam egregie Romana Ecclesia per- fusa Apostolorum Principum sanguine fuerit illustrata, Tertullianus (e) his ex- plicat: Felix, inquit, Ecclesia, cui to- lustrata tam doctrinam Apostoli cum sanguine pro- fuderunt: ubi Petrus passioni Dominice

Prodigia
immensa
sub Nero-
ne.
(a) Plin.
lib. 2. c. 83.
(b) Plin.
lib. 2. c. 25.

(c) Tacit.
lib. 1. hist.
Mutatio
religionis
prodigiis
annuntiata.

(d) Pruden-
tius Peristeph.
hym. 2. de
S. Laurent.

adæquatur; ubi Paulus Joannis exitu co- ronatur: ubi Joannes Apostolus, postquam in oleum igneum demersus nihil passus est, (f) Idem in insulam relegatur. Et alibi (g): O- rientem fidem primus Nero cruentavit. Tunc Petrus ab altero cingitur, cum cru- ci affigitur. Tunc Paulus civitatis Roma- næ consequitur nativitate, cum illic mar- tyrii renascitur generositate. Rursum de eadem Romana Ecclesia hæc Theodoretus (g): Habet autem communium quoque Pa- trum & veritatis doctorum Petri & Pauli sepulcra, quæ Fidelium animas illumi- nant. Horum autem beatissimorum par pla- ne divinum exortum quidem est in Oriente & radios in omnem partem emittit: in Oc- cidente autem prompto & alacri animo vi- ta suscepit occasum, & nunc illinc orbem terræ suis radiis illustrat: ii vestram se- dem effecere magis illustrem: ea est ve- strorum bonorum colophon. Hæc ille. At non omitimus quæ itidem de illustra- ta Urbe Apostolorum sepulcris Joannes Chryso- stomus (h) scribit; nosque ea ve- lut corollarium, licet omnibus pene vul- gata, hic ad postremum addimus: Ego, inquit, Romam propterea diligo; tametsi & aliunde queam illam laudare, nempe a magnificentia, ab antiquitate, a pulchri- tudine, a multitudine, a potentia, a di- vitiis, & a rebus in bello fortiter gestis: sed relictis omnibus istis, ob id illam bea- tam prædico, quod erga illos Paulus, dum viveret, adeo fuit benevolus, adeo illos amavit, coram disseruit, & postremo vi- ram apud eos finivit. Unde & civitas ista hinc facta est insignis plusquam a reliquis omnibus: & quemadmodum corpus magnum ac validum, duos habet oculos illustres, sanctorum videlicet illorum corpora. Non ita cælum splendescit, quando radios suos Sol ex sese dimittit, quemadmodum Roma- norum Urbs duas illas lampades ubique terrarum effundens. Hinc rapitur Pau- lus, hinc Petrus; considerate & borrete, quale spectaculum visura sit Roma, Pau- lum videlicet repente ex theca illa cum Pe- tro, resurgentem in occursum Domini sur- sum ferri. Qualem rosam Christo mittet Roma? Quilibet coronis duabus ornatur Urbs ista? Quilibet catenis aureis cincta est? Quales habet fontes? Propterea cele- bro hanc Urbem, non propter copiam auri, non propter columnas, neque propter a- liam phantasmam, sed propter columnas il- las Ecclesiæ. Hucusque ipse.

Ad hæc etiam addimus, quod non tan- tum sepulcra apostolorum magno sunt honore habita, sed & ipsa passionis in- strumenta. Siquidem vincula, quibus Pe- trus in carcere vinctus fuit, perquisita at- que inventa, Balbina virgo (i) filia Qui- rini Tribuni est summopere venerata. Quæ custodita, & ad posteros per manus trans- missa, indita eis divina virtute, miracu- lis

(g) Theod.
in epist. ad
Sant. Leon.
Pont.

(h) Joann.
Chryso-
stomus in
epist. ad
Rom. hom.

XXX.
De vincu-
lis Petri.

(i) Acta
Alex. Pap.
apud Sur-
3. Maii.

lis corufcarunt; qua de re a Patribus mi-
rificis præconiis sunt prædicata: ex illis
enim tenula ramenta Christianiffimos Prin-
cipes ad collum religionis causa gestare
confueviffe, suo loco dicemus. Ac de-
mum (quod ultimo loco dicimus) tan-
tum abfuit ut Principibus Apoftolorum
glorioso martyrio vita fundis, creden-
tium fides tepuerit, ut magis magisque
fuerit propagata: eorum enim exemplo
incensa sunt corda credentium; magno-
que foenore numerus martyrum est Romæ
auctus, ut sanctus Leo (a) his explicat
verbis: *Non minuitur perfecutionibus Ec-
clesia, sed augetur; & semper Dominicus
ager segete ditiori vestitur, dum grana,
que singula cadunt, multiplicata nascun-
tur. Unde duo ista præclara divini ger-
mina seminis in quantam sobolem germina-
runt, beatorum millia martyrum protestan-
tur: qui Apoftolicorum æmuli triumpho-
rum, Urbem nostram purpuratis & longe
lateque rutilantibus populis ambierunt, &
quasi ex multarum honore gemmarum con-
ferio uno diademate coronarunt.* Sed de
his modo satis.

XXXI.

His itaque de martyrio Petri postremo
loco narratis; qualis ejusdem corporis ef-
figies atque statura fuerit (nam de Pau-
lo superius actum est) quæ ab aliis scri-
pta invenimus, recitabimus. Diximus nu-
per Eusebii (b) auctoritate, eos qui ex
Gentibus ab Apoftolis prædicatam Chri-
sti fidem accepissent, accepti tam immen-
si benefici memores, illorum Imagines co-
loribus vel alio modo exprimendas curas-
se; testaturque idem auctor, se in hunc
modum Christi Domini & Apoftolorum,
Petri & Pauli pictura expressas imagines
a majoribus conservatas aspexisse. Affir-
mat & Augustinus (c), effigiari consue-
viffe Christi imaginem, hinc inde Petrum
& Paulum (quod & alias diximus) pictos
habentem. Ex his igitur haud difficile fu-
it, ut ipsorum vultus quibusdam linea-
mentis, majori saltem ex parte, hisce ima-
ginibus haberentur expressi: quæ etiam
scriptorum monumentis fuerunt ab aliis
memoriæ commendata. Nam & Nicepho-
rus (d) his verbis Petri imaginem red-
dit: *Petrus quidem haud crassa corporis
statura fuit, sed quæ aliquanto esset ere-
ctior, facie subpallida & alba admodum:
capilli & capitis & barbæ crispæ & den-
sæ, sed non admodum prominentes fuere:
oculi quasi sanguine respersi, nigri: super-
cilia prope evulsa: nasus autem longior il-
le quidem, non tamen in acumen desinens,
sed pressus, sinusque magis.* Hæc ille. Sed
ea de oculis sanguineis sic accipe, quod
affiduo plorasse feratur.

XXXII.

At non Petrus tantum, sed & uxor
Petri perstans in fidei Christianæ confes-
sione, & ipsa quidem digna tanto viro u-
xor, adepta est palmam martyrii. Quan-

do autem id acciderit, non satis constat;
licet compertum habeatur, ante Petrum
eam illud obiisse certamen, cum de utro-
que hæc scribat Clemens Alexandrinus (e): *(e) Clem.
Ajunt certe, beatum Petrum, cum vidisset
set uxorem suam duci ad mortem, læta-
tum quidem esse propter vocationem, &
quod domum reverteretur; valde tamen
exhortando & consolando, proprio nomine
eam compellentem dixisse: Heus tu, me-
mento Domini. Tale erat beatorum matri-
monium. Hæc Clemens. Verum qui con-
jugem habuit Petrus, filiam quoque ex ea
genuisse traditur, eandemque susceptam
antequam ad supremam Apoftolatus digni-
tatem assumeretur a Domino; nam constat
tum Tertulliani, tum S. Hieronymi
(ut alias fufius dictum est) sententia, con-
jugatos Apoftolos, ex quo a Christo vo-
cati sunt, fuisse ab uxoribus continentes.
Ceterum quod Petronilla sit dicta, in ba-
ptismate potius, more majorum, cum re-
nata, quam cum nata est, oportuit contigisse:
nam eo tempore Simon, & non
Petrus, parens ejus; ex quo ipsa nomen
accepisse videtur, appellabatur: cum præ-
fertim haud usu frequenti receptum esset
apud Hebræos, ut filii a parentibus nomen
fumerent derivatum, ac molli vocis in-
flexione ac desinentia diminutum, nisi a
Romanis illud mutuati essent, ut Drusilla
& Priscilla, quarum meminit Lucas (f)
in Actis. Quinetiam magis proprie Pe-
tronilla a Petronio, quam a Petro dedu-
cta videri posset: nam a Petro Petrilla,
ut a Prisco Priscilla, a Druso Drusilla,
dicenda potius videretur. Erat autem
Romæ nobilis familia Petronia (g), li-
cet olim equestris tantum ordinis, ex qua
Petronii complures viri clarissimi, ut ille
qui nuper sub Caio Caligula missus est
Præses in Syriam, vir egregia probitate
spectatus, de Judæis optime meritus, cu-
jus opera templum Hierosolymitanum ab
ejusdem Imperatoris immuni impietate ser-
vatum est (ut diximus superius) impollu-
tum.*

Qua ratione sæpe in mentem venit du-
bitare, num sic dicta fuerit Petronilla fi-
lia Petri, sicut ab eodem Apoftolo (h) i. Petri.
nominatus est Marcus filius suus, cum
ait: *Salutat vos Ecclesia quæ est in Ba-
bylone, & Marcus filius meus:* cum præ-
fertim Marcelli presbyteri epistola, qua
agitur de eadem Petronilla Petri filia, e-
am dicat adeo fuisse formosam, ut Flac-
cus vir nobilis eam ardentissime adama-
rit: nam cum Petri filia ante Apoftola-
tum (ut diximus) nata, jam provectioris
esset ætatis, haud putandum tam excel-
lentis formæ fuisse, ut eam homines de-
perirent. Nam si obitus Petronillæ tunc
contigit, quando Nicomedes presbyter,
qui a Flacco teneri jussus est, statim ut
corpus Feliculæ sepulture mandavit, mar-
tyrium

(a) S. Leo
ser. i. in Na-
vato. Apst.

(b) Euseb.
hist. lib. 7.
c. 14.

(c) Aug.
de consen-
Evang. l. 1.
c. 10.

(d) Niceph.
l. 2. c. 37.
Petri effi-
gies.

(e) Clem.
Alex. Str.
lib. 7.

(f) Luc.
18. & 24.

(g) Valer.
lib. 4. c. 7.

(h) i. Petri.
De Petro-
nilla.

tyrium consummavit (quod Ufuardus in
Nicomede accidisse tradit sub Domitiano
Imperatore) plane dicendum esset, eam
tunc fuisse sexagenariam; sin vero eam
sequenti anno a Petri martyrio esse de-
fundam dixerimus (quod nemo tradit)
fuisse eam jam quadragenariam affirman-
dum esset: cui ætati si jugem morbum
addas, quo eam afflictatam esse Acta tra-
dunt; plane haud ejusmodi potuit esse præ-
stantis formæ, ut Flaccus, eam tam ve-
hementer amaret. Quamobrem ea quæ
Marcelli nomine scripta habetur epistola,
nonnihil fide minuitur. Sed & de fide il-
lius epistolæ nos ambiguo pariter reddidit
S. Augustinus (a), dum agens contra A-
dimantum Manichæum, historiam de
Petri filia paralytica precibus patris sana-
ta, cum apocryphis recenset. Sed quic-
quid sit, hæc de illa redduntur certa fir-
maque majorum traditione, compluribus-
que illustrata monumentis; Petronillam
sanctissimam virginem extitisse, eandem-
que a majoribus nominatam esse, quavis
ex causa, filiam Petri; cujus nomine con-
structum fuerit vetus ac nobile cœmète-
rium (b), ejusque natalis anniversaria
commemoratione sit celebris, omnibus
Martyrologiis (c) ac pariter Kalendariis
illustrata. Sedit autem Petrus Romanæ se-
dis Episcopus (ut ex his quæ de sedis e-
jus institutione sunt dicta, perscile col-
ligi potest) annis vigintiquatuor, mensi-
bus quinque, & diebus undecim. Si qui
autem aliter annos sedis Petri numerasse
videantur, ex inita a nobis superius ra-
tione institutæ sedis ejus, erroris argu-
untur ac vincuntur. Nam cum duran-
te adhuc anno secundo Claudii, Christi
vero quadragesimo quinto, die decimo octa-
va Januarii Romæ sedere ipsum cœpisse,
sit demonstratum; atque superius ite-
dem manifestissima ratione declaratum,
hoc anno sexagesimo nono, vigesima nona
Junii martyrio diem obiisse; absque du-
bio sedisse præscripto annorum, mensium,
atque etiam dierum numero reperitur.

XXXIV.

Postquam autem hic de Petri marty-
rio, atque uxoris, necnon filie ad Deum
transitu actum est: de germani ipsius, An-
dreæ scilicet glorioso per crucem quoque
consummato martyrio ut dicamus, institu-
ti ratio a nobis videretur exigere: sed cun-
ctabunda diu hæsit oratio, apocryphorum
præpedita timore, quo minus libere, ut
affolet in rebus certa fide exploratis ac
veris, hætenus profluerit. Quod enim
in primis ad tempus spectat; quo potif-
simum anno passus sit, apud antiquiores
nulla prorsus mentio reperitur: quid au-
tem ex recentioribus aliquis pro animi
arbitrio dixerit absque ulla testificatione
majorum, fides incerta sequatur auctorem:
haud enim libenter illius vestigia affecta-
mur, quem in obscuro atque invio tra-
Ann. Eccl. Tom. I.

mite dux certior ac tutior non præcedat.
Illud tantum de Andreæ martyrii tempo-
re in Passionibus Apoftolorum (quas, qua-
lescumque sint, ante Gelasil Papæ tem-
pora lectitari consueviffe, certum est) li-
cuit reperisse: ipsum scilicet post Petrum
coronatum esse martyrio; licet, quoto Do-
mini anno, vel sub quo Imperatore, in-
exploratum penitus relinquatur: illic e-
nim ipsi a Joanne Apoftolo per visum di-
ctum habetur post ascensum Petri (d): *(d) Pass. S.
Andræ, poculum Petri bibiturus es: hæc
ibi. De reliquis autem, quoniam passio-
nis Andreæ Acta a Manichæis corrupta,
ab eisdemque citari solita fuerunt, reman-
sit eorum (ut Augustinus (e) declarat ex-
emplo) in Ecclesia dubia fides. Quæ
vero de Andreæ martyrio in epistola præ-
sbyterorum Achaïæ habentur expressa, di-
gna existimata sunt ut in Ecclesia reci-
tentur: quæ cum publica lectione nota sint
omnibus, hic ea describere prætermis-
mus.*

(d) Pass. S.
Andræ. c.
20.

(e) Aug.
de fide con-
tra Ma-
nichæ. c. 38.

Sed ad Romanæ Ecclesiæ statum descri-
bendum redeamus, quam Petri martyrio
afflictatam reliquimus. Verum enimvero
ne tam Urbis, quam Orbis universalis Ec-
clesia, summo truncato capite, pastore-
que orbata, destituta penitus remaneret;
mox in locum Petri subrogatus est Linus
natione Tuscus, patria Volaterranus: qui
sedit annos undecim, menses duos, dies
viginti-tres. Sed quoniam alii tradiderunt
post Petrum sedisse Clementem; de his
omnibus exactiori diligentia est nobis a-
gendum. Invaluit penes nonnullos ea sen-
tentia, Linum nequaquam post obitum Pe-
tri, illi successorem suffecum, Romanæ
Urbis Episcopum sedisse, sed tantum vi-
vente adhuc Petro, dum illum universa-
lis Ecclesiæ sollicitudo ab Urbe in diver-
sas Christiani orbis provincias evocaret,
ordinatum esse coadjutorem Episcopum u-
na cum Cleto, qui ambo simul loco ip-
sius Petri obirent Ecclesiasticas functiones:
Linum vero, urgente Neronis persecutio-
ne, martyrio esse sublatum anno sequenti
sub Consulatu Capitonis & Rufi. Hæc
accepta esse noscuntur ex libro vulgato
nomine Damasi de Romanis Pontificibus,
sed a diversis auctoribus (ut verius pu-
to) collecto: nam demonstrabimus pluri-
bus locis continere repugnantia inter se,
fere in unoquoque Pontifice, in annis cu-
jusque consignandis: ut satis perspicue
intelligi possit, e duobus saltem auctori-
bus librum illum esse confarcatum, nul-
la habita a collectore ratione eorum quæ
inter se pugnantia esse viderentur. Eam-
dem de Lino sententiam secutus est Me-
taphrastes (f), qui tamen in eo ab illa
discrepat, quod ante martyrium Petri,
immo ante annum duodecimum Neronis
Imperatoris, Linum fuisse defunctum af-
firmat. Scimus alios, neminem tamen ex
M m m an-

XXXV.

Linus sub-
rogatus
Petro.

(f) Metaphr.
29. Junii.

CHRISTI
69.PETRI
25.NERONIS IMP.
13.

antiquis, ejusdem libri de Pontificibus auctoritate permotos, neutrum, nec Linum, nec Cletum inter Romanos adnumerasse Pontifices Petri successores, sed corepiscopos tantum eos fuisse, dixisse. At in re tanta non quid auctor incertus, quidve aliqui ex recentioribus dixerint, attendendum putamus, sed innitendum antiquioribus certis probatisque rerum Ecclesiasticarum scriptoribus, quibus potissimum & certa ratio suffragetur.

XXXVI.

Sed in primis accuratius est disquirendum, an solida veritate consistant anni Romanorum Pontificum in eo libro numerari per Consules: quantumlibet enim auctor ignoretur, si in eo veritas nulla ex parte vacillet, majorem ipsa sibi quovis alio eo nomine vindicat auctoritatem. Eandem quidem tempora adnumerata per Consules libentioribus sunt accipienda auribus; cum ceteris illa frequentior, liberalior, & verior noscatur esse chronographia, atque in usum frequentiore accepta, quæ a Fastis deducta est Consularibus. Certe quidem cum vetera monumenta in antiquis scriptoribus interdum invenimus esse Consulibus consignata, magno afficimur gaudio, perinde ac si in tenebris oberranti fax

Exquirenda veritas temporum per Consules.

V. Aliqua regula ad Chronologiam Pontificiam restituendam.

Ad num. XXXV. & seqq. quia Annalium Ecclesiasticorum præstantissima pars Chronologia Pontificia, in eaque ordinanda sæpe Baronius offendit, maxima a me diligentia habita, ut ea, quantum fieri posset, in integrum restitueretur. Fateor tamen mihi non semel aquam hæsisse, & usque ad quartum seculum variorum Pontificum initium & finem, etiam post longum molestumque studium, detegere potis non fuisse. Ut autem res magis ex animi sententia procederet, ad eaque vitanda incommoda, in quæ Baronium Virorumque doctissimos incurrisse deprehendi, certas quasdam regulas statuendas duxi, quarum beneficio hanc Chronologiam partem non parum me promovisse arbitror. Jacienda quippe fuerunt aliqua fundamenta, quorum soliditate structura consistere posset, cum, ut ait Lucretius lib. 4.

Denique ut in fabrica, si præva est regula, prima,
Omnia mendofo fieri, atque obliqua, necessarium est.

VI. Prima regula.

Prima regula Baronio in Notis ad Martyrologium Romanum die XVI. Aprilis, quo SS. Cletus & Marcellinus coluntur, observata, circa Romanos Pontifices Latinis potius quam Græcis inhærendum, illisque, utpote Romanæ Ecclesiæ alumnis, major fides adhibenda. Quam regulam etiam Henschenius in Apparatu ad Chronologiam Pontificiam sequendam edicit, quod Eusebius in iis, quæ sunt Romanæ Ecclesiæ, non raro a veritatis tramite recedat. Certe postquam lib. 7. cap. 32. asseruit, Caium & Marcellinum sua ætate vixisse, Caji decessori Euty-chiano, qui fedit annos octo, vix decem menses concedit. Denique SS. Marcellinum & Marcellum hujus successorem in unum eundemque hominem constat, aut certe ob nominum similitudinem, Marcello omisso, successores S. Marcellini in Chronico statuit SS. Eusebium, Mel-

aliqua ex optato perfulgeat. Verum sicut ad tempora elucidanda nihil his posset accedere opportunius; ita si ab aliquo falso conjectore vel impostore, commentitii Consulatus affingantur, omnia simul confundi, ac luce præsentia mox obscurissima reddi necesse est. Sed agendum, cujus sint fidei Consulatus in Lino positi, videamus. Hæc ibi scripta habentur: *Fuit autem temporibus Neronis a Consulatu Saturnini & Scipionis usque ad Capitonem & Rufinum, vel Rufum Coss.* Hac habita per Coss. ratione; quidnam est, quod ab aliis post Petrum successor ponitur Cletus, vel Clemens; cum ex notatis Consulibus, Linum constet post Petrum quoque sedisse usque ad nonum Kalen. Octobris? An duos simul sedisse volunt? aut Linum non sedisse, quem idem citatus liber sedisse ponit? Sic igitur videas ejusdem scriptoris auctoritate ratum haberi, post Petrum sedisse Linum, continuantem sedem suam, qui olim non ut Pontifex, sed ut corepiscopus, dum vixit Petrus, sedere cœpit: dicendumque esse ea ratione, sedisse Linum saltem annum unum, menses duos, & dies vigintiquatuor.

Rur-

chiadem & Sylvestrum, sub quo suum Chronicon terminat. Eusebii itaque auctoritas in rerum Occidentalium narratione, quando in ea cum Latinis non convenit, parvipendenda.

Secunda regula. In trium priorum seculorum & initii quarti Chronologia digerenda, Libro Pontificali, ceterisque de Pontificibus Romanis Scriptis præferendus *Damasii Liber de Romanis Pontificibus*, ut passim a superioris ætatis Auctoribus allegatur. Illum primus Bucherius in Opere de Doctrina Temporum a Bollandio acceptum, ut testatur Henschenius loco laudato, publicavit. Eo usus est Onufrius in Fastis ordinandis, maximaque ex parte Cuspinianus in suis Fastis ante Onuphrium excrisperat. Sed is Damasii Liber a Baronio contentus, quod in Hygino, Pio & Aniceto corruptus sit, & aliunde ejus Chronologia sæpe repugnaret. Primus fuit Henschenius, qui summa ejus antiquitate & Auctoris anonymi scribendi methodo, qua tempora singulorum Pontificum per Consules designantur, attentis, Chronologiam Pontificiam usque ad initium Liberii, in quo Liber Damasii desinit, ordinandam docuit. Sed male aliqua in eo Libro immutavit, cum in MSS. Numismatis & Inscriptionibus describendis ipsa etiam opificum aut Librariorum errata representari debeant; neque quidquam in iis immutare liceat, ut Lectores verum sensum elicere possint. Melius Bucherius Librum illum juxta exemplar a Bollandio communicatum de verbo ad verbum transcripsit. Cuspinianus etiam plura ex illo refert, nihil detracto, nihilque eidem addito. Henschenius tamen, quæ in illum Librum inseruit, desumpsit ex alio Catalogo veterum Pontificum ad Felicem IV. & tempora Justiniani Imperatoris deductum, qui in Bibliotheca Reginae Sæcæ repertus est. Hujus Catalogi Auctor anonymus Librum Damasii vidit, ex eoque duo Consulatum paria, quæ cum singulis Pontificibus junguntur, mutuatus est, sicut quemlibet Pontificatum

VII.

Secunda regula.

VIII. Catalogus Bucherianus.

sicatum describens, & diem, quo quilibet Pontifex sepultus, de more annotans. Baronius & Onufrius Librum Damasii legerunt, unumque exemplar MS. extabat alias in Bibliotheca. S. Victoris Parisiensis; cum in Catalogo librorum MSS. hodie legatur, *Chronica Damasi*: sed, ut retulerunt mihi Canonici regulares ejusdem Monasterii, exemplar illud, sicut & quedam alia, jam diu deperdita. Suspicio autem omnia Libri Damasii exemplaria ab uno eodemque processisse; quod videamus illud, quo Cuspinianus usus, eodem navos continere, qui in exemplari Bollandiano habentur. Certe Harduinus V. C. & Societas Jesu, qui Bibliothecæ Collegii Ludovici Magni Parisiis præest, dixit mihi extare inter ejusdem MSS. exemplar Libri Damasii a Sirmondo descriptum, fed a Bollandiano in nullo diversum.

Cum Catalogus veterum Pontificum Romanorum ab Ægydio Bucherio in Comment. de Doct. Temp. pag. 269. publicatus (quem Chronicon Damasii nominandum diximus) occasio fuerit restitutionis Chronologiae Pontificiæ, juvabit hic variam ejus fortunam paucis explicare. Eo usus est Onufrius in Chronico Ecclesiastico; Baronius vero, quod ejus Chronologia non congrueret, & aliunde aliquot erroribus foedetur, aspernatus est. Tum cum anno MDCXX. exemplar ejus MS. ad manus *Peireskii* viri nostro seculo futurisque memorandæ eruditionis pervenisset, longe aliud quam Baronius de eo judicium tulit, ut liquet ex epistola, quam dum Parisiis esset die XXVII. Novembris illius anni Romam ad *Aleandrum* virum doctissimum scripsit, quæque intra paucos annos lucem videbit opera Illustrissimi ac eruditissimi domini Ludovici de Thomassin, domini de Maxaugues. In ea ille Aleandrum monet D. Schilderum summisse sibi eum Catalogum, ad Præsidem Atrebatensem pertinentem, ea conditione, ut ad alienas manus

CHRISTI
69.PETRI
25.NERONIS IMP.
13.

XXXVII.

Rursum vero, cum auctor post Linum, ponat Cletum, ejusdemque sedis annos his signet Consulibus, dicens: *Fuit temporibus Vespasiani & Titi, a Consulatu Vespasiani septimo & Domitiani quinto, usque ad Domitianum nono & Rufinum Consules*: si (ut vult) Cletus Lino successit; quomodo ponit eum post illos novem annos, qui intercurreunt a Consulatu Capitonis & Rufi, quo Linum vult esse morte sublatum, usque ad septimum Consulatum Vespasiani sedere cœpisse; cum secundum eam rationem dicendum esset, novem illis annis sedem vacasse? Verum secundum Consulatum rationem auctor errore lapsus convincitur, dum post Linum, Cletum recentet: nam ex Coss. ab eo notatis in Clemente, quem ponit post Cletum, Clemens immediate post Linum fuisset recentendus: nam eum sedisse ait sub Galba & Vespasiano a Consulatu Trachali & Italici usque ad nonum Vespasiani Consulatum: sicque ipsum sedere cœpisse sequenti anno ab obitu Lini, perseverasseque usque ad annum duodecimum: cum alioqui idem auctor dicens sedisse tantum annos novem, sibi ipsi minus consentiat; sicut etiam a se ipso discrepat, dum Cle-

Errores ex Consulibus deprehendi.

Ann. Eccl. Tom. I.

tum annis duodecim sedisse ponit & amplius; qui secundum Consules a se positos, annis tantum septem inchoatis sedisse dicendus esset. Immo cum idem auctor ponat Clementem martyrio occubuisse anno tertio Traiani Imperatoris, longius a se ipso dissentit, dum primo habet eum sedisse annos novem, vel secundum positos Coss. annos duodecim; ac denique numerando a tempore institutionis, nimirum a Consulatu Trachali & Italici usque ad tertium Traiani annum, triginta tres annos sedisse, videatur asserere. Sed & absurdius illud esse videtur, quod ea habita ratione annorum sedis Clementis, nullum tempus sedis Cleti videatur esse relictum, immo nec Anacleti, quem intra illud tempus sedisse, Consules ab eo positi docent. Ex his videas, per quos anfractus, & quanto cum discrimine procedendæ veritatis, rerum Ecclesiasticarum, narratio ducenda esset, si quæ in eo scripta sunt libro, absque diligenti perveftigatione quis esse suscipienda contenderet; ut necessario sibi ipsi contraria dicere opus esset.

Hæc igitur in ipso limine narrationis XXXVIII. successione Romanorum Pontificum volum. M m m m 2 lui.

non veniret, & postquam illum examinasset, ac descripsisset, tuto transmitteret. Addit *Peireskii* in unico illo MS. ab annis circiter octingentis exarato, contineri quatuor illa opuscula; quæ, quemadmodum & Catalogum illum pluribus laudibus effert, asserens autographum seculo Constantiniano videri compositum, pollicensque Alexandro se exemplar exactissimum quamprimum missurum. Post aliquot annos idem numero MS. in manus Bucherii venit. Is enim cap. 14. de Doct. Temp. ait, se, cum mense Octobri anni MDCXXXII. Antuerpiam venisset, Bollandum quendam sibi *Heriberti Rosvoeidi* schedas obtulisse, exscriptas e vetustissima membrana, quam D. *Joannes Brennerus* Regius olim in Senatu Luxemburgensi Secretarius & Aucuaris diu penes se habuerat, & tandem D. *Affonvillio* Regi Catholico a privatis Bruxellæ Consiliis dono dederat. Ea quinque Opuscula, egregia Antiquitatis monumenta, Bucherius anno MDCXXXIV. Antuerpia typis mandavit, monuitque laudatum Pontificum Romanorum Catalogum reliquorum fontem videri posse.

Anno MDCXLVI. *David Blondellus* Amstelodami promulgavit Apologiam pro sententia Hieronymi de *Episcopis & Presbyteris*, in qua, uti & in ejus Præfatione Catalogum illum valde commendat, eoque ad veterum Pontificum tempora dirigenda in illo Opere utitur. Tandem Henschenius eundem Catalogum, aliumque sexto Ecclesiæ seculo compositum, Chronicon Auctus veterum Pontificum ad majorem horum Catalogorum distinctionem, a me appellatum, Tomo primo Sanctorum mensis Aprilis anno MDCLXXXV. edito præfixit illustravitque; eoque demortuo, uterque Catalogus a *Papebrocio* non solum magis explicatus, sed etiam Chronologia Pontificia ad nostra usque tempora producta. Tantorum Virorum de Catalogo Bucheriano judicium cum diligenter perpendifsem, non dubitavi,

IX. A Viris doctis commendatus.

vi,

limum posuisse; quo lector in telligat, libro illi, cum in singulis fere Pontificibus anni notati per Consules diversi habeantur ab illis, qui in singulorum fronte ipso narrationis exordio habentur adscripti, haud facile innitendum esse, sed illi potius inhærendum Romanorum Pontificum chronographiæ, quæ antiquorum scriptorum & Romanæ Ecclesiæ potissimum testimonio confirmetur. Quod igitur ad veteres rerum Ecclesiasticarum scriptores pertinet: cum S. Ignatius (a), qui eodem sæculo vixit cum Apostolis, dicat Clementem successisse Cleto (sic enim legendum esse pro Anacleto, postea demonstrabimus) plane declarat ipsum Clementem tertio loco, nempe post Linum & Cleto, Romanæ Ecclesiæ Pontificem præfuisse. Et cum addit: *Cui nunc successit beatissimus Clemens, Petri & Pauli auditor;* quænam illa essent tempora, idem his quæ eadem epistola superius dixerat, significare videtur, dum ait: *Multorum aduersariorum arbitrio exagitor, partim exiliis, partim custodia, partim vinculis.* Hæc ipse, qui & in custodia positus, dictam epistolam scripsit ad Mariam Cassobolitem, ut idem ibi post multa testatur,

(a) Ignat. ep. 4. ad Marian. Cassob. Clemens Cleto, non Petrus successit.

vi, quin ad illius normam antiquorum Pontificum Romanorum anni ordinandi essent, locis tamen, in quibus ille corruptus & depravatus, emendatis. Parum autem curavi, quod Auctori illi trium aut quatuor priorum Pontificum tempora satis perspecta fuisse non videantur, sicut nec quis eorum prius aut posterius fedit, cum nulla eorum Acta habeamus, nullaque testimonia historica, quæ prioris illius sæculi tenebras depellere possint; & in Chronologia arbitraria aut commentitia satis sit adherere alicui Scriptori antiquo, quam incertis conjecturis inniti.

Prima hujus Tomi editio absoluta missa ad me ex Anglia Dissertatio posthuma Joannis Pearsonii, Cestriensis Episcopi Protestantis, de *Serie & Successione primorum Romæ Episcoporum* anno MDCLXXXVIII. Londini prælo excusa, cui subjuncta est alia de eadem Successione Dissertatio, Auctore Henrico Dodwello; Viro ejusdem ritus doctissimo. Contendit Pearsonius, in primis Ecclesiæ Romanæ traditionibus, Græcis potius, quam ipsis Romanis acquiescendum, eamque ob rem usque ad Anicetum, Eutychem Episcopum Alexandrinum sequitur; addens Catalogum Bucherianum, si opportune, ubi hiulus est, suppletur, & ubi depravatus, emendatur, in Aniceti successoribus nos tutissime sequi posse. Verum, licet recte observarit Pearsonius Eusebium non ex Archivis Ecclesiæ Romanæ Pontificum tempora hausisse, nec ex aliquo alio Scripto certis temporum characteribus insignito; cum alios in Chronico, alios postea in Historia Episcopis Romanis annos sæpe tribuat; & in posterioribus quoque & suæ ætati proximis, quæ prioribus notiora fuerunt, manifesto lapsus sit, etiam tum cum eorum Catalogus Romæ conservaretur, pessimum tamen ducem elegit. Eutychem enim homo externus, & decimi sæculi Scriptor, cujus historiam Edwardus Pocockius anno MDCLVIII. in Latinam linguam vertit, veterum Pontificum Romanorum tem-

X. Sed non ab omnibus.

sic dicens: *Vehementer concupivi venire ad vos, & una vobiscum requiescere & refecti.* Verum non est in hominis potestate via ejus: impedit enim meam voluntatem militaris custodia, quæ non permittit ultra progredi. Quibus sane intelligitur (nisi velimus dicere, quod ratio non patitur, hæc accidisse in ultimis ejus vinculis, cum Traiani tempore, ut dicemus, Romanus vincus perductus est) sub Domitiano ea contigisse, esse affirmandum. Nam a morte Neronis nulla alia excitata est in Ecclesia persecutio usque ad Domitianum. Sic igitur ex Ignatii sententia jam exploratum habetur, Clementem non ante Domitiani tempora Romanæ Ecclesiæ curam pontificiam suscepisse post Cleto. Cæterum eam epistolam Ignatii esse legitimam, ex his quæ habentur in epistola ab eodem scripta ad Heronem diaconum, facile cognosci potest, ubi & de Cassiano suo hospite, cujus in dicta epistola meminerat, habuit mentionem, ibidemque de eadem Maria præclarum ab eodem Ignatio elogium scribitur. Sed de his fuolo- co pluribus.

Rursus vero ex iis quæ ex Hegeffippo proximo Apostolorum temporibus Euse-

XXXIX. bius

pura scire non potuit, cum etiam decessorum suorum, quæ tamen ab Eusebio recte consignata fuerant, ignoraverit, & in singulis ferme aliis narrationibus crassos errores Chronologicos admiserit: cum contra Auctor Catalogi Bucheriani quarto Ecclesiæ sæculo vixerit, in ipso Ecclesiæ Romanæ sinu natus sit, & quam plurima referat, quæ ipsa Pearsonio teste, nullus jure in dubium revocari. Præterea si post Anicetum, Bucherianum Catalogum, dammodo suppleatur & emendetur, tuto sequi possumus, cur non & in præcedentibus Pontificibus, si eadem cautela adhibeatur, eo uti poterimus?

Dodwello Catalogo Bucheriano ubique fere fidem derogat, & Eusebium usque ad Martyrium S. Fabiani Papæ, quod Decio imperante contigit, rectum tramitem tenuisse contendit, ac postea cum nihil explorati habuisse. At, ut inquit Pearsonius cap. 10. suæ Dissertationis, si appareat Eusebium in temporibus eorum, qui suæ ætati propiores erant, referendis, nullum certum indiculum habuisse, quem sequeretur; nemo cum fundamento dixerit, ei certa magis & explorata fuisse priora Pontificum tempora a suis longe remotiora. In Chronico Eusebii ad annum Valeriani primum vel secundum hæc legimus: *Romana Ecclesia Episcopatum tenet XXXIII. Xystus annis VIII.* Et ad Gallieni decimum vel undecimum: *Alexandrina Ecclesia XXXIV. Episcopus ordinatur Maximus.* Ad eundem undecimum vel duodecimum: *Romana Ecclesia XXIV. Episcopus constituitur Dionysius annis IX. vel XII.* Et rursus sub initio imperii Probi: *Romana Ecclesia Episcopatum suscipit XXV. Felix.* Duobus igitur Romanis Episcopis Xysto & Dionysio simul sumtis annos tribuit supra viginti. Qui quidem immensis prochronismus est. Ac ne forte error in editionem Chronici irrepsisse videatur, idem etiam haud minor, sed major apparet in Hi-

XI. Eusebii in Chronologia Pontificia casus.

(a) Euseb. l. 3. c. 12.

Germana successio Romanorum Pontificum.

bis (a) in suam historiam transulisse, visus est, dum habet anno duodecimo Domitiani Imperatoris Clementem sedere cœpisse, non solum citatum Ignatii testimonium roboratur, sed etiam manifestissimi erroris redarguuntur qui eum substitutum fuisse Petro dixerunt. His accedit Tertullianus, qui libro tertio carminum, quæ scripsit in Marcionem, non tantum tertio loco post Petrum ponit Clementem, sed adhuc etiam quarto, nimirum post Anacleto, his scilicet verbis:

*Ex quibus electum magnum, plebique probatum
Hæc cathedra Petrus, qua sederat ipse, locatum,
Maxima Roma Linum primum considere jussit:
Post quem Cleto & ipse gregem suscepit ovilis:
Hufus Anacleto successor sorte locatus;
Quem sequitur Clemens, &c.*

Hæc ille, numerans Romanos Pontifices usque ad Anicetum tantum, quando opus illud ipse Tertullianus scribebat, quo tempore Marcion (ut suo loco dicemus) Romanam ad Anicetum venit. Ex his itaque tantum abest ut concedamus post Petrum

storia. Illic enim lib. 7. cap. 27. Pontificatum Xysti tribuit annos XI. Nec mirum; nam quem ordinatum esse docuit sub Gallo Valeriani Chronicon, eundem sub Gallo ordinatum esse narrat Historia. Primo igitur ingens error ubique committitur in Pontificatu Xysti, siue initium, siue finem ejus spectes. Nam si sub Gallo ordinatus est Xystus, successit Lucio, & Stephanus Papa nunquam fuit; si sub primo vel secundo Gallieni, error adhuc manet, qui & alium in Chronico sibi adjunxit. Nam inde in eo legimus ad annum Valeriani secundum: *Cyprianus Carthaginiensis Episcopus martyrio coronatur.* Qui manifestus est aliquot annorum prochronismus. Si Cyprianus vel proximo vel eodem anno, quo ordinatus est Xystus, martyrium subit, quod verum est, initium Xysti multo maturius quam oportuit ab Eusebio ponitur. Unde constat eum non habuisse certum aliquem Romanorum Episcoporum Catalogum, quod ad annos Cornelii, Lucii, Stephani & Xysti pertinet. Ita Pearsonius, qui & eundem errorem aliis argumentis manifestat. Cum itaque in sequentibus Pontificibus Romanis, iisque præsertim, qui suæ ætate vixere, cœcuserit Eusebius; alteri non monstrabit viam, qui sibi semitam non sapuit.

XII. Catalogi Pontificum aliquo nomine insigniendi.

Porro quia Papebrocius in Opere cui titulum fecit, *Conatus Chronico-Historicus ad Catalogum Romanorum Pontificum*, quatuor alios Pontificum Catalogos exhibet, quorum prior desumptus est ex Bibliotheca Palatino-Vaticana, alius vero inscribitur, *Nomina Apostolicorum*, qui cum duobus Corbeiensibus confertur: ne in tot variis Catalogis citandis aliqua confusio oriatur, Librum Damasci, *Chronicon Damasci*; Catalogum vero in Bibliotheca Regiæ Sueciæ repositum, *Chronicon auctoris veterum Pontificum* appello; cum Fasti in quibus sola Consulium nomina leguntur, *Chronici* nomine insigniri soleant, & ma-

statim successisse Clementem; ut non mediocri animo suspicio pulset ex his quæ habent Ignatius, Tertullianus, & ex Hegeffippo Eusebius, & alii, Clementem non tertio loco, sed quarto post Petrum sedisse, ac post Linum, Cleto, ac etiam Anacleto, cui successisse tradunt, sedere cœpisse. Verum post Cleto sed ante Anacleto esse ponendum, verius esse putamus.

Insuper cum Eusebius (b), ac cæteri omnes tam Græci quam Latini auctores testentur, Clementem subisse martyrium tertio anno Traiani Imperatoris, idque S. Hieronymus (c) firmiter asseveret, immo & ipse liber de Romanis Pontificibus aperte doceat: qua ratione, quæso, dicere possumus Clementem sedisse statim post Petrum, cum ab eo tempore usque ad tertium Traiani annum intercurrat trigintatium annorum spatium? At quis unquam somnavit tam longo tempore Clementem sedisse, immo & quis dixit ipsum amplius novennio Ecclesiæ Romanæ præfuisse, id Eusebio, idque nuper citato libro, id denique cæteris recentioribus attestantibus? Et, si semper dicto tempore a Nerone usque ad Traianum se-

XI. (b) Euseb. hist. lib. 3. c. 28. Niceph. l. 2. c. 18. (c) Hier. de Scrip. Eccl. in Cleme. 15.

nuscriptis Operibus Auctorum Anonymorum aliquis semper titulus attribuendus sit. Non opus hic monere, egregium illud Chronicon falso Damaso adscriptum fuisse; cum id jam a Baronio observatum fuerit, qui tamen perperam suspicabatur, ex diversis Auctoribus ab Anastasio collectum fuisse: cum contra ex Damasci Chronico, omnium quæ de Pontificibus Romanis egerunt, antiquissimo, Consules, aliæque Anastasius seu Libri Pontificales Auctor descripsit; cumque in Anastasio, Libroque Pontificali idem navi, qui in Chronico Damasci, reperiantur, sanctorum exemplaris Chronici Damasci invenienti minor spes affulget.

Tertia regula. In Chronico Damasci priori parte, in qua nullus Consulatus bis repetitur, obitus Pontificum semper cum ultimo pari Consulatum illigatur, uti & plerumque successoris initium. In eo v. g. dicitur, Alexandrum fuisse a Consulatu Palma & Tulli anno centesimo nono gesto, usque Aliano & Vetere, qui anno centesimo decimo sexto nomen dederunt. Quare pro certo tenendum, illius Chronici Auctorem Alexandri Papæ martyrium cum anno CXVI. Æliani & Veteris Consulatu insignito copulare, & Sixtum ei successisse eodem anno, iisdemque Consulibus, licet aliquando contigerit, Interpontificum ad sequentem Consulatum prorogatum fuisse. Quæ regula ut intelligatur, observandum, Henschenium & Papebrocium ejus in Sanctorum Actis illustrandis collegam, quique non solum Chronicon Damasci usque ad nostræ tempora perduxit, sed etiam plura, quæ Henschenium indefinita reliquerat, accuratius deteminavit, in ea utrumque fuisse sententia, in priori parte Chronici Damasci, (quæ in Urbano definit quæque scripta fuit ab Auctore anonymo, ab altero, qui secundam partem elucubravit, diverso) ultimum Consulatum ei Pontifici attribui, qui majorem partem sub illo vixit, adeo ut v. g. Alexander Æliano & Vetere Con-

Baron. num. XXXIX.

XIII. Tertia regula.

CHRISTI
69.

PETRI
25.

NERONIS IMP.
13.

Linus & Cletus se- derunt ante Cle- mentem.

dit Clemens: quisnam, rogo, locus affi- gnabitur Cleto? ut dicere prætermittamus de Lino, quem volunt eadem persecutio- ne Neronis absque honore Romanæ sedis Pontificatus martyrio esse præreptum? Vel si non Clementem, sed Cletum successisse Petro dixerimus: eum quidem oportuit sedisse annos vigintiquinque, ut ejus suc- cessor Clemens sedens annos novem, de- cessisse ex hac vita dicatur anno Traiani tertio. Sed quis umquam reperiri possit, qui eidem ad summum plusquam annorum duodecim numerum aliquando tribuerit? His igitur exactius consideratis; necessa- rio dicendum est, ante Clementem, Li- no, Cletoque esse sedis certa tempora tribuenda.

XII.

Id quidem & majores cognovisse, cer- tum est: qui enim numerarunt primam il- lam Romanorum Pontificum successionem, omnes semper Clementem tertio loco po- fuerunt; licet plerique, sive vitio scripto- ris acciderit, sive alia ex causa, Ana- cletum pro Cleto posuisse inveniantur. Ec- ce tibi Irenæus (a) in primis quam ex- acte est rem profecutus, sic dicens: *Fun- dantes igitur & instruens beati Aposto- li Ecclesiam, Lino Episcopatum admini-*

(a) Irenæus, lib. 3. c. 3. Quo ordi- ne nume- rati Ro- mani Pon- tifices.

Consulibus passus non fuerit, licet id diserte in eo Chronico dicatur; quia, inquit Hensche- nius & Papebrocius, Auctor illius Chronici to- tum Aelianæ & Veteris Consulatum Alexandro assignat, cum eo durante semper in vivis fuit, neque martyrium fecit, nisi die tertio Maji an- ni CXVII. quo Niger & Apronianus Consules fuere; qui tamen Consulatus ei non attribuitur, quia tantum quatuor priores illius anni menses fedit. Rem magis explicat Papebrocius pag. 27. Conatus Chronico-Historici ad Catalogum Pon- tificum, ubi ait: *Pontificum annos ex eo (scilicet Damasi Chronico) sic digessimus, ut si prior in suo ultimo anno transcendisset mensem Junium, intelligeremus successoris ejus solum adscribi primos Consules, proximo anno Magistratum ingressor; si autem infra Julium esset mortuus, tunc anni præ- cedentis Consules claudere censeremus Pontifica- tum istum, ut sequentis initium notari possit Consulatum illorum nominibus, sub quorum Magi- stratu major anni primi pars erat decursa. Cui explanationi hanc tertiam regulam opponimus, & tamquam certum indubitatumque statuis, Pontifices in priori parte Chronici Damasi me- moratos sub illis Consulibus demortuos intelli- gendos, ad quos in eo pervenisse dicuntur, si- ve parum, sive multum sub illis vixerint.*

XIV. Qua nu- merandi ratione nititur Au- ctor Chro- nici Da- masi.

Primo, quia nullus Auctor hujusmodi nume- randi ratione usus reperitur. Secundo, ex ip- somet Chronico illa explicatio evertitur: in eo enim dicitur, Petrum fuisse usque Neræ & Vestini Consulatum anno Christi sexagesimo quin- to initum, & passum esse die tertia Kalendas Julias. Cum itaque majorem illius Consulatus partem non vixerit, neque ad mensem Julium pervenerit, secundum eam explanationem mar- tyrium ejus contigisset sub præcedentis anni Con- sulibus, scilicet Lecanio Basso & Licinio Cras- so. Et tamen tam Henschenius, quam Pape- brocius, Divi Petri martyrium cum Neræ & Vestini Consulatu, annoque Christi sexagesimo

strandæ Ecclesiæ tradiderunt. Hujus Li- ni Paulus in his que sunt ad Timotheum epistolis meminit. Succedit autem ei Ana- cletus: post eum tertio loco ab Apostolis Episcopatum sortitur Clemens; qui & vi- dit Apostolos, & contulit cum eis, cum adhuc intonantem prædicationem Apostolo- rum, & traditionem ante oculos haberet. Hæc Irenæus. Optatus Milevitanus (b), & ipse retexens catalogum Romano- rum Pontificum usque ad sua tempora, sic exorditur: *Cathedra unica, quæ est prima de dotibus: sedis Prior Petrus, cui successit Linus, Lino successit Clemens, Clementi Anacletus, &c.* Hæc ille, Cle- tum præteriens, utpote quem existimaf- set unum eumdemque esse cum Anacleto. Sed Epiphanius (c) contra prætermittens Anacletum, tantum ponit Cletum, sic dicens: *Episcoporum in Roma successio hanc consequentiam habuit: Petrus, & Paulus, Linus, Cletus, Clemens, Evaristus, &c.* S. Augustinus (d) secutus Optatum, Cle- tum, ratus eumdem cum Anacleto, il- lum prætermisit. S. Hieronymus, Roma- næ alumnus Ecclesiæ, hæc ait, (e): *Cle- mens, de quo Apostolus Paulus ad Philip- penses scribens ait: Cum Clemente & ce-*

(b) Optat.

(c) Epiph.

(d) Aug.

(e) Hier.

teris cooperantibus meis, quorum nomi- na scripta sunt in libro vite: quartus post Petrum Romanus Episcopus; siquidem se- cundus fuit Linus, & tertius Cletus: ta- metse plerique Latinorum, secundum post Petrum Apostolum putent fuisse Clemen- tem. Hæc ille; qui secundum eorum for- tasse sententiam (a), alibi dixit Clemen- tem sedisse post Petrum. Sed hæc ille- tunc obiter; verum cum de Clemente ab eo diligens est instituta narratio (ut vidimus) post Linum & Cletum sedisse ip- sum affirmat.

Porro hanc fuisse Romanæ Ecclesiæ ea- de re traditionem, satis locuples testis est Romanus Martyrologium (b): nam in Lino hæc habet: *Roma S. Lini Pa- pæ & martyris, qui primus post beatum Petrum Apostolum Romanam Ecclesiam gu- bernavit.* Et in Cleto: *Natalis beati Cle- ti Papæ, qui secundus post Petrum rexit Ecclesiam in persecutione Domitiani.* Ac denique in Clemente: *Natalis S. Clemen- tis Papæ, qui tertius post E. Petrum A- postolum Pontificatum tenuit.* In ipso e- tiam sacro canone Missæ, eodem ordine quo sederunt, iidem Linus, Cletus, &

(a) Hier.

(b) Rom.

XV. Aucto- ritate S. A- lexandri.

Consulatus partem sederit. Ex quibus tandem o- mnibus manifestissimum fit, veram esse quam sta- tuimus regulam Henschenianæ contrariam. Au- ctiores nempe tam prioris partis Chronici Dama- si, quam Gestorum MSS. Romanorum Pontifi- cam, hos demortuos docere sub Consulibus, us- que ad quos pervenisse dicuntur. Illud tantum uterque Auctor anonymus peculiare habet, quod successorum initium non a Consulatu, a quo de- cessores obiere, aut ipsimet eos exceperet, sed ab insequentis anni Consulibus repetant: qua- in re secuti sunt, Theophanes, Cedrenus, & quosdam alios, qui annum, quo aliquis Imper- ator mortuus est, eidem totum attribunt, & primum successoris annum a Kalendis Septembri- bus cum anno populari exordiantur; neque un- quam eundem annum inter Imperatorem demor- tuum, ejusque successorem partiuntur; quæ est ipsissima supputandi forma, quam Auctor Chro- nici Damasi, & Scriptor Gestorum MSS. Ponti- ficum Romanorum adhibuerunt.

Decere viros doctissimos Acta Sancti Alex- andri Papæ, quæ dicunt habere post Alexan- dri mortem, *nutu Dei, eodem anno defunctum esse Traianum*, quod certum est contigisse in Ci- licia die decima Augusti, Nigri & Aproniano, Coss. anno scilicet Christi CXVII. Ex quo in- ferunt, ideo Nigri & Aproniani Consulatum in Chronico Damasi Alexandro non attribui, sed Sixto ejus successoris, quia Alexander iis Con- sulibus usque ad diem tertium Maji dumtaxat vixit; *Lamiæ vero* (non vero Aelianæ) & Ve- teris Consulatum, qui in annum CXVI. inci- dit, Alexandro in eo Chronico assignari, quia eos toto anno habuit. Hæc illi, qui ad illam- numerandi rationem probandam non Chronico Damasi, in quo ea dicitur utitur, sed Actis S. Alexandri, usque solis utuntur. At jam Ba- ronius observavit, S. Alexandri Acta sua anti- quitate mendosa esse; quod licet nullo argumen- to ostendat, facile est demonstrare. Hæc Acto- rum verba: *Totius populi verum affectum ei*

Clemens positi esse videntur, secundum antiqua dipticha, dum post Apostolos primi hi tres recensentur Romani Pontifi- ces, Idem quoque alii fere omnes tam Græcorum quam Latinorum æque fense- runt, tertio loco post Petrum numeran- tes Clementem; & primo loco post Pe- trum, Linum ponentes. Enimvero & id ipsum in Hispaniarum ecclesiis sacro hym- no constat antiquitus decantatum; nam in antiquo illo Breviario Toletano S. Ido- ri, in sacro hymno quo laudes S. Clemen- tis in ecclesia canebantur, hæc inter alia habentur expressa.

Romanæ sedis tertium Antistitem, Quem Christus sibi consecravit marty- rem, &c.

Quamobrem quæ habentur in epistola XLIII. Joannis (c) Papæ Tertii nomine inscripta, & alia Leonis Papæ Secundi, quam citat Marianus Scotus cum agit de Clemente, quibus declaratur non fuisse a Petro Li- num & Cletum institutos Romanæ sedis Episcopos, sed tantummodo coadjutores, non aliter quidem sunt intelligenda, nisi quod

(c) Joan.

(nempe S. Alexandro) gratia Divina contulerat, ut & Senatorum maximam partem converteret ad Dominum. Unde cum hac opera ejus ad Traianum Principem pervenissent, misit Aurelianus Comitem utriusque militia, de Seleucia Isauria, ad interfecionem omnium Christianorum; unde nutu Dei eodem anno defunctus est Traianus. Et ingressio Urbem Aureliano, Senatus ita famu- latus ei est, ut ipsum Principem crederent esse Traianum. Statim ergo ut ingressus est Romanam, &c. Quæ profecto verba indicant, Acta illa non esse primogenia, sed aliquot seculis post Ale- xandri passionem, quod de multis aliis contigisse constat, scripta. Nam quomodo Traianus Aurelianus de Seleucia Isauriæ anno Christi cen- tesimo decimo sexto, aut decimo septimi initio, Romam mittere potuit, qui tunc in ea urbe non erat, ut ex iis, quæ de Traiani Imperio lo- quentes diximus, evidenter apparet. Hanc Le- gationem Aureliani eo tempore factam, quo Traianus Seleuciæ Isauriæ erat, S. Alexandri Acta infirmare suspicatus est ipsemet Hensche- nius, dum in primo tomo Sanctorum mensis Maji eadem illustraret; quod ex punctatione ab illo eadem colligo. Nam cum in mense Aprili re- cte scripsisset: *Misit Aurelianus Comitem utrius- que militia, de Seleucia Isauria*; post aliquot an- nos Acta integra S. Alexandri in mense Maio edens, virgulam suo loco movit, nulla hujus mutationis reddita ratione, scripsitque: *Misit Au- relianus Comitem de Seleucia Isauria, Seleuciam non ad Traiani in eam urbem adventum, sed ad Aureliani, qui Comes utriusque militiae in Isauria erat, referens.* Sed perperam; nam utriusque militiae Comitatus, qui summus hono- ris & dignitatis titulus erat, non cum urbis, sed cum regionis nomine ab Antiquis memoratur. Sic in Notitia Imperii recensentur duo viri spectabiles, *Comites rei militaris per Egyptum & Isauriam.* Martyrologii, alique Veteres, qui de S. Alexandri martyrio locuti sunt, scribunt ipsum passum sub Aureliano Comite utriusque mili-

Quomodo Linus & Cleus Corepiscopi.

(a) Tertul. de preser. c. 32. (b) Epiph. haresi. 27.

(c) Ruff. in preser. Recogn.

quod sic federint dum Petrus vixit, ut non aequale Petro Pontificium nacti sint, sed coadjutores tantummodo illius extiterint; quod & nos profitemur: nam aliter illa accipi verba, quae nuper dicta sunt, prohibent. Quod vero addit auctor ibidem, successori suo Clementi summum Pontificatum a Petro esse collatum, eundemque post Petrum Pontificiam potestatem tenuisse; ad illud fortasse voluit alluisse, quod Tertullianus (a), licet (ut dictum est) quarto loco Clementem ponat, tamen eum a Petro ordinatum fuisse tradit. Nam & sic Epiphanius (b) quoque de Clemente ait, vivente adhuc Petro ab eo manus impositionem accepisse, sed Episcopatu recusato, remoratum esse ad utriusque obitum: recitatque fragmentum ejusdem Clementis epistolae, sic dicens: Secedo, ab eo, erigatur Ecclesia Dei: affirmat id ipsum Rufinus (c), sed ex epistola, quam in Latinum vertit, falsam inscripta ejusdem Clementis nomine ad Jacobum fratrem Domini: quam si Clementis esse germanam dixerimus, ad Simeonem potius tunc Hierosolymorum Episcopum, eundemque fratrem Domini,

militiae, vel sub Aureliano Praefecto, vel sub Aureliano Principe; sed ex his nullus Seleucia mentionem facit. Quod si Auctor Actorum S. Alexandri Seleuciam ad Aurelianum retulisset, sine dubio scripisset, Traianum misisse Aurelianum Comitem utriusque militiae in Seleucia Isauria. Traianus itaque Aurelianum ex urbe Seleucia Romam mittere non potuit, quod tamen in laudatis Actis dicitur: quae in ea urbe circa tempus, quo Alexander passus, Traianus non fuerit. Quod si ea delegatio facta eo tempore, quo Traianus Seleucia erat, ea circa finem anni centesimi decimi quarti, vel sub initio decimi quinti contigit. Secundo, Traiano imperante Senatorum maximam partem Christo nomen dedisse, prorsus fabulosum, nullumque rei tam memorabilis in aliquo probato monumento vestigium. Falsum praeterea, Traianum sub finem vitae de omnibus Christianis occidendis cogitasse; cum jam ab anno centesimo undecimo Plinio Juniori, qui Bythiniam regebat, eum scripserit: Conquirendi non sunt (nempe Christiani) si deserantur & arguantur, puniendi sunt, &c. Denique haec verba, in quibus Henschenius vim facit, unde nutu Dei eodem anno defunctus est Traianus, instituta sunt, ut ex antecedentibus & subsequentibus liquet, licet in omnibus exemplaribus inventiantur.

XVI. Si Acta legitima, male explicata.

Quod si quis contendat, Acta illa in omnibus legitima; respondebo, magnam Christianorum stragem factam anno Christi centesimo decimo sexto, quo S. Alexander martyrium fecit, quove Traianus Vicennalia celebravit. Quae cum toto anno continuata fuerit, ut in Decenalibus & id genus festis fieri solitum erat, ad eam carnificinam Scriptor Actorum S. Alexandri animam attendens ait: Misit Aurelianum ad interfecionem omnium Christianorum: unde nutu Dei eodem anno defunctus est Traianus; non eodem quidem anno Juliano, quo Alexander passus, ut perperam Henschenius interpretatur, sed eodem anno, seu intra annum, quo tot

quam ad Jacobum, quem (ut diximus) longe ante haec tempora martyrio functum vita cognovimus, scripta fuit. Sed de his inferius suo loco. Satis igitur ex his narratis stabilis firmaque remanet Ecclesiae Romanae sententia de Petri successoribus, consensuque antiquorum Patrum tam Graecorum quam Latinorum stabilita: Lino & Cleto, etsi tempore sedis Petri, eo absente, munere pontificio ut coadjutores sint functi, ac etsi Clemens a vivente Petro fuerit Episcopus Romanae Ecclesiae praefectus & ordinatus, eundem Clementem, cessisse; iidemque altero post alterum usque ad obitum Pontificatu summo perfunctis; & (ut tradit Epiphanius) Romanum Episcopatum duodecim annis tenentibus, demum tertio loco suffectum esse Clementem. Haec licet pluribus dicta videantur, necessario tamen tractata; nam si in ordine & tempore primorum Romanorum Pontificum quempiam errare contigerit, in multos alios errores ferri omnino coegetur.

Sed ut ad cetera quae post necem Apostolorum & Lini successionem contigerunt, (quod instituti ratio postulat) redeamus: tantum abfuit, ut negatis Apostolis, excitata semel a Nerone in Christianos persecutio extincta fuerit, ut potius vehementioribus flammis exarserit, & impetu graviori revixerit. Nam in eos in primis qui sibi familiarius adhaesissent, rabies Imperatoris incenditur, simulque gladius persecutionis exeritur: id quidem Acta superius citata testantur. Erant enim ex his complures ex ipsius Neronis familia, quorum meminit Paulus Romae scribens ad Philippenses (a) his verbis: Salutant vos omnes sancti, maxime autem qui de domo Caesaris sunt. Ex his unum fuisse Torpetem, Evellium alterum, Romanum (b) Martyrologium docet; ceterorum nomina una cum Actis ipsorum in obscuro manserunt. Passi & tunc feruntur duo milites custodes carceris Proceffus & Martinianus: itemque Herodion & Olympas, sed ante Petri martyrium; quorum quidem meminit Metaphrastes (c): passae item sub Nerone feruntur religiosissimae feminae Basilissa (d) & Anastasia, Apostolorum discipulae, & aliae complures. At non longe ab Urbe in Thusciam eodem tempore passi sunt Ptolemaeus Epi-

XLIV. Martyres Romae post Petrum.

Christiani occisi: & ea verba eo modo explicanda ex eo liquet, quod ea Auctor ille scribat ante narratam tam Alexandri, quam sociorum passionem. Si enim Traiani mortem ad solam S. Alexandri necem referret, non nisi ea recitata diceret, nutu Dei eodem anno defunctum esse Traianum; cum contra Traiani obitum cum destinatione omnium Christianorum ad mortem copulet, etsi in animo haberet eam, quae postea facta est, carnificinam. Existimandum itaque Traianum, dum anno centesimo decimo quarto aut circiter, Seleuciam Isauriae obiret, Aureliano Comiti, qui Christianos graviter torquere solebat, ut in Actis SS. Nerei & Achillei legitur, Romam adversus Christianos proficisci mandasse; & Scriptorem Actorum S. Alexandri consilium Traiani nimis exaggerantem dixisse, illud ad omnium Christianorum occisionem spectasse, ac praeterea propter aliquorum Senatorum ad Fidem Christianam conversionem, asseruisse maximam Senatus partem eandem Fidem amplectam esse; ac denique pro certo tenendum, casu, quo Acta in omnibus sint genuina, quod non existimo, eum significare voluisse, Traianum eodem anno, quo Christianos Romae persequeretur, in Cilicia obiisse, & persecutionem diu post martyrium S. Alexandri, quod menses quindecim, ante Traiani obitum accidit, propagatam fuisse. Perperam itaque Henschenius & Papebrocius ad Acta S. Alexandri confugerunt, ut ostenderent Auctorem Chronici Damasci ultimum par Consulatum ei Pontifici attribuisse, qui iis Magistratum gerentibus majorem anni partem vixisset.

Quarta regula. Tempus cujuscumque Pontificatus non ab electionis, sed ab ordinationis Episcopalis die numerandum; quod tam multis exemplis constat, inquit Papebrocius in conatu Chronico-Historico ad Catalogum Pontificum pag. 4. ut nihil certius haberi possit. Tantum enim aberat, ut ante characterem Episcopalem cum ordinatione susceptum, primis duodecim cum dimidio seculis Pontificem faceret sola electio, &

XVII. Quarta regula.

(a) Philip. 4.

(b) Martyrolog. Rom. die 27. Maji & 11.

(c) Metaphr. die 29. Junii.

(d) Mart. man. die 15. Aprilis.

deamus: tantum abfuit, ut negatis Apostolis, excitata semel a Nerone in Christianos persecutio extincta fuerit, ut potius vehementioribus flammis exarserit, & impetu graviori revixerit. Nam in eos in primis qui sibi familiarius adhaesissent, rabies Imperatoris incenditur, simulque gladius persecutionis exeritur: id quidem Acta superius citata testantur. Erant enim ex his complures ex ipsius Neronis familia, quorum meminit Paulus Romae scribens ad Philippenses (a) his verbis: Salutant vos omnes sancti, maxime autem qui de domo Caesaris sunt. Ex his unum fuisse Torpetem, Evellium alterum, Romanum (b) Martyrologium docet; ceterorum nomina una cum Actis ipsorum in obscuro manserunt. Passi & tunc feruntur duo milites custodes carceris Proceffus & Martinianus: itemque Herodion & Olympas, sed ante Petri martyrium; quorum quidem meminit Metaphrastes (c): passae item sub Nerone feruntur religiosissimae feminae Basilissa (d) & Anastasia, Apostolorum discipulae, & aliae complures. At non longe ab Urbe in Thusciam eodem tempore passi sunt Ptolemaeus Epi-

in Patriarchium Lateranense ipso electionis die facta introductio, (quod cum crederet Baronius, verorum Pontificum numerum Stephano uno post Zachariam electo, sed nunquam consecrato, ideoque ab aliis omnibus praeterito auxit) ut nequidem primum in Clero Romano locum is teneret, si erat ex gradu inferiori assumtus. Patet hoc ex Epistola, quam post Severini Papae mortem & Joannis IV. electionem, anno DCXL. Episcopi, Presbyteris, Doctoribus, seu Abbatibus Scotiae scripserunt Hilarius Archiepiscopus & servans locum Apostolicae Sedis, Johannes Diaconus, & in Dei nomine electus, item Joannes Primicerius & servans locum Apostolicae Sedis, & Joannes servans Dei Consiliarium ejusdem Apostolicae Sedis, velut penes quos, Sede vacante, ejus Vicarium resideret, secundum gradus sui ordinem. Tempus ergo cessantis Episcopatus, (ut Catalogi loquuntur) sive (ut nunc loquimur) vacantis Sedis a morte unius ad ordinationem alterius supputabit quisquis ex usu illorum temporum, quibus scripti Catalogi sunt, loqui volet, eosque recte intelligere: quorum nihil sibi observandum sciens Baronius, quid mirum, si fere semper male exorsus est, & si inter scriptos diversimode numeros definientes Pontificatum atque Interpontificiorum spatium, nequiverit discernere, quinam essent recipiendi, ut verosimiliores, quinam rejiciendi, ut alterati Librariorum socordia, quae illi notissima fuit, unde nec solet numeris multum fidere, quotiescumque affulget spes aliqua certioris criterii? Haec erudite Papebrocius, qui tamen in eo fallitur quod eum morem proroget usque ad medium seculum decimum tertium; cum, ut infra visuri sumus, S. Leo hujus nominis IX. anno MXLIX consecratus Pontifex Rom. annos suos a die inthronizationis suae deduxerit, non vero a die consecrationis, postea vero aliqui hunc morem secuti fuerint, & alii ab ipso electionis die annos suos numerarint, quae numerandi ratio duodecimi seculi initio praevaluit. Sed haec de re suo loco.

scopus a S. Petro ad praedicandum Evangelium illuc missus, necnon Romanus Episcopus Nepefinus, ac triginta Christiani ad fidem per Ptolemaeum conversi: quod vero Acta habeant sub Claudio subisse martyrium, de Nerone Claudio intelligendum est, secundum ea quae superius in Claudio dicta sunt. At non Romae tantum & locis juxta Urbem positis, sed & in aliis civitatibus atque provinciis sub eodem Nerone passim martyres reperiuntur; nam tradit Orsius (e) per omnes provincias pari persecutione Christianos vexari a Nerone mandatum esse: horum vero magna ex parte nomina exciderunt, exustis Ecclesiasticis monumentis a Diocletiano Imperatore, ut suo loco dicemus; adeo ut vix paucorum habeatur mentio in Romano Martyrologio. Sed omissis ceteris (non enim nostri est instituti omnium Ecclesiarum martyres omnes prosequi) quae pertinent ad ea quae Romae sunt gesta, tantummodo nunc prosequamur. Commendantur in hac persecutione studia inter alias duarum sanctissimarum mulierum, Lucinae, atque Perpetuae: quarum prior hoc elogio ce-

XLV. Martyres alii diversis in locis.

(e) Orf. l. 7. c. 7.

Quinta regula. Ante constitutam a Constantino Magno Ecclesiae pacem Pontificum Romanorum Ordinationes quocumque die indiscriminatum peractae. Hanc regulam tertio saeculo tot exemplis comprobabimus, ut ea in dubium revocari minime possit. In Martyrologio Hieronymiano ad diem XXVIII. Decembris legitur: Roma Felicitis & Bonifacii Episcopi de Ordinatione; quae ultima verba a Librario corrupta & posita loco istorum, Episcopi dies Ordinationis, id est Episcoporum. Nam in Martyrologiis allquando legitur: Ordinatio N. Episcopi, vel Episcopatus N. vel Natale Episcopatus N. vel Natale Cathedralis; id est, S. Petri Antiochiae. Quare S. Felix hujus nominis primus anno centesimo sexagesimo nono, die vigesima octava mensis Decembris, quae in feriam tertiam incidebat, ordinatus est. Mitto alia exempla suis locis in medium adducenda. Post itaque tria priora Ecclesiae secula in morem inductum, ut Ordinationes tam Romanorum Pontificum, quam ceterorum Episcoporum, diebus Dominicis, vel festis solemnioribus peragerentur. Pari eodemque modo Translationes Reliquiarum, Ecclesiarum Dedications, Caesarum nuncupationes, aliaeque id genus post quarrum Ecclesiae seculum diebus Dominicis aut festis solemnioribus fieri solitae, sed quarto Ecclesiae seculo mos ille nondum introductus, ut suis locis apparebit. Papebrocius tamen loco laudato persuasus, Dominicae diei ad istum actum observantiam ab Apostolica traditione fluxisse, regulam contrariam statuit, Pontificales nempe Ordinationes diebus Dominicis, coram collecta quanta potuit Fidelium plebe, ipsis etiam in persecutionibus, celebratas esse, in cuius rei confirmationem alia exempla non affert quam Ordinationum quinto Ecclesiae seculo factarum, quae ideo ad eam sententiam stabilendam nihil conferunt. Immo ipsemet Vir doctissimus suam regulam observatam non fuisse indicat, cum pag. 41. scribit S. Marcellinum anno CCXXI,

XVIII. Quinta regula.

(a) Mar. lebratur in Romano Martyrologio (a):

(b) Mar. Perpetua vero hæc (b):

XLVI.

Ceterum sævissimam fuisse non Romæ tantum, sed toto orbe Romano Neronis persecutionem, vetus illa inscriptio facile persuadet;

NERONI CL. CÆS. AVG. PONTIF. MAX. OB PROVI N. LATRONIB. ET HIS QUI NOVAM GENERI HUM SUPERSTITIONEM INCULCAR PURGATAM

CCCXCVI. ordinatum fuisse die XXX. Junii, feria tertia propter persecutionem;

XIX. Ordinationes quando diebus Dominicis factæ.

Nec est quod quis dicat. S. Leonem in Epistola quarta ad Anastasium Thessalonicensem Episcopum, in Epistola LXXXIV. & in Epistola XI. ad Dioscorum, clare significare, Ordinationes factas aliis diebus, quam Dominicis, esse contra Canones & traditionem Patrum.

Potes ex iis quoque lector, probe conicere, fuisse Hispaniarum Ecclesiam (nam in Hispania hæc inscriptio reperta est c)

(c) Habet Aldus post. schol. in comment. Cas. in de. script. provin. His. pan. ex. rui. nis pagi Marame. sar.

de ea loquatur, quam ab Apostolo Petro Ecclesie Romanæ relictam putabat. Ea vero ex B. Petri traditione descendere existimavit, quæ & olim observata, & decretis sancita inveniebatur eorum Ecclesie suæ Pontificum, quorum monumenta supererant illa ætate.

XX. Sexta regula.

Sexta regula. Post Maxentium a Constantino Magno debellatum & pacem Ecclesie datam, Romanorum Pontificum Ordinationes diebus Dominicis, vel festis solemnioribus peractæ: quod idem dicendum de aliorum Episcoporum Ordinationibus.

XLVII.

(a) Dio in Neron. Cur Nero a persecutione cessavit.

credita fuerit, Christianam religionem ab eo penitus extirpatam. Quievit autem Neronem a Christianorum persecutione, a Petro & Paulo in visu perterritum, eadem sæpius citata Acta testantur. Nec mirum. Si enim (quod Dio (a) scribit) post illatam mari, quamvis omnium scelestissimam, necem, sic terroribus est exagitatus, ut non valeret loco consistere; quanto magis hæc ipsum passum esse putandum est, cum præcipuos Dei amicos, eosdemque sanctissimos, morte multatos, e medio sustulisset? His igitur, & aliis, quæ ex diversis Orbis partibus ab ipso in Christianos ceteros pararentur, sævissimus homo perterritus, reliquum quod in stomacho coquebat iræ, in Christianos haud evomere potuit, cum sibi rebûsque suis sollicitus consulere cogere. His accessit (quod etiam nolentem invitumque a persecutione Christianorum abstraxit) Romani exercitus jam in Gallia facta defectio: nam hoc anno cum adhuc moraretur in Achaia, audita est Caji Julii Vindicis, qui Proprætorum agebat in Galliis, cum exercitu facta rebellio: quando prætermissa (ut Ann. Eccl. Tom. I.

XXI. Septima regula.

Septima regula. Per tria priora Ecclesie secula, si Linum, & forte Cletum & Clementem excipias, Romanorum Pontificum nulli Vicarii instituti sunt, quidquid in contrarium scripserint Henschenius in Apparatu ad Chronologiam Pontificiam, & Papebrocius in Conatu Chronico-Historico ad Catalogum Romanorum Pontificum pag. 14. Et ratio est, quia Chronicon Damasci, in quo uterque fundatur, Linitantum mentionem facit, & ubi de Pio sermonem habet, vel corruptum est; vel saltem illius Chronici Auctor Hygini, Aniceti & Pii successione & eorum Sedis durationem ignoravit, ut suo loco monstrabitur. Præterea, ideo tot Vicarii Pontificum ab Henschenio & Papebrocio obtusi, vel quia existimaverunt, Pontificum mortem iis Consulibus, non contigisse, quibus Chronici Damasci Auctor eam illigavit, vel quia diem, quo priores Pontifices coluntur, pro eorum emortualibus habere vel denique quia non animadverterunt errorem plerumque irrepsisse in annos, menses & dies, qui in eo in Chronico cuilibet Pontifici assignantur, ut de singulis suis locis ostendemus. Certe si per tria priora Ecclesie secula aliquid præter Linum Vicarii fuissent, Auctor illius Chronici, qui Consulibus, quibus Magistratum gerentibus Linus renunciatus est Vicarius, discrete memoravit, Consulibus etiam sub quibus alii institui fuissent, exprimeret non prætermisisset; & parte alia aliquis ex Scripatoribus tam priorum, quam posteriorum seculorum, hujusmodi Vicariorum memi-

ait Lucianus b) Isthmi fessione, se, ut de bello decerneret, fecisset in Urbem: licet Suetonius (c) ipsum de motu illo Galliarum ex Achaia redeuntem, cum Neapoli in Campania esset, certiorum factum esse testetur eo die quo matrem occiderat, ipsis festis Quinquatriis, mense Martio. Sed hæc licet magni ponderis esse viderentur, nec contemnenda; tamen non tanti ab eo existimata sunt, quæ e latum ejus animum consternare penitus valissent: verum (quod post illatam necem Apostolis accidit) Hispaniarum quoque defectione nuntiata, animo penitus collapsus est: quod Suetonius (d) declarat his verbis: Postquam etiam deinde Galbam & Hispanias descivisse cognovit, collapsus, animoque male fracto, diu & sine voce & prope intermortuus jacuit. Sed quid post hæc Neroni acciderit, sequenti anno pro gestæ rei ordine & tempore dicemus: cætera vero de clade in Britannia Romanis illata, & de his quæ passus est Romanus exercitus in Armenia, quæ hoc anno contigisse Orosius (e) tradit, præteritis temporibus, quo ea a nobis sunt recensita, accidisse, scriptorum Gentilium N n n n 2 asser-

(d) Sueton. ibid. c. 42.

(e) Orosius 7. c. 7.

XXII.

Octava regula. Postquam secundo hujus Criticæ Tomo manum admovi, comperi Pontifices Romanos, aut die mortuali, aut uno vel altero post obitum die de more sepultos esse. Quare verum non est quod scribit Papebrocius laudatus solemnes eorum exequias longe post eorum mortem aliquando dilatas fuisse, ideoque nec Anastasium rei, quæ nunquam fuit rationem habuisse. Octava itaque Chronologie Pontificiæ ac Anastasiana regula hæc est. Dies quibus Sancti Pontifices coluntur, aut quos eorum morti, vel sepulture Auctor Auctioris Chronici veterum Pontificum, Anastasius & Martyrologi attribuunt, aliquando sunt dies eorum emortuales, aliquando dies solum, quibus sepulture mandati fuerunt, ut compluribus exemplis in hac Critica videre est.

Ana.

assertione monstravimus: quos consulat, qui ea accuratius nosse desiderat.

XLVII.

Dum hæc Romæ agerentur, Vespasianus, qui, cum adhuc Nero degeret in Achaia, ab eo cum exercitu adversus Judæos missus fuerat, gravissimis cladibus eos affecit: quas hic summam ex Josepho (a) eas prolixius persequente, collectas, eo quo illatae sunt ordine referemus. Et illud in primis quod ait, Ascalone Judæorum decem millia fuisse perempta; quibus etiam haud post multum temporis spatium tradit fuisse superaddita occisorum octo millia: expugnasseque deinde Vespasianum tradit Gadarensum civitatem, quam, occisis puberibus omnibus, iussit incendi: obfessaque præterea Jotapata munitissima civitate, quinta Martii, ea potitum esse prima Julii, occisis in ea quadraginta millibus Judæorum, captivis vero ductis mille ducentis, & inter alios Josepho Matthiæ duce, qui hæc scribebat. Expugnataque est deinceps ab

(a) Jos. de bel. Jud. l. 3. 4.

Clades Judææ Provinciae a Vespasiano illatae.

Anastasius U. G. quando dicit Simplicium Papam VI. Nonas Martii sepultum esse, diem mortis ejus intelligit, ut anno CCCCLXXXIII. num. 1. ostendi. Quando vero Sanctum Leonem Magnum III. Idus Aprilis sepultum asserit, de secunda ejus sepultura, seu Translatione interpretandus est, ut suo loco demonstravi. Unde non nisi ex duratione sedis, aliisque indicis detegi potest, an Anastasius & Martyrologi dedie mortis, aut de die sepulturae, aut alicujus Translationis, aut Reliquiarum elevationis, aut alicujus Basilicæ in eorum honorem constructionis, aut dedicationis explicandi sint. Quod tamen postremum de folis Pontificibus Romanis Sanctorum honoribus donatis dici debet. Executio vero Pontificum Romanorum saltem ante decimum seculum, vel die mortis vel uno aut altero insequenti semper peracta. Denique in Martyrologio Hieronymiano, ut vulgo dicitur, a Florentino publicato, aliquando dies mortis, aut sepulturae Pontificum Romanorum, aliquando dies alicujus eorum Translationis annotantur, ut ex iis quæ passim in hoc Opere in medium adduxi, liquet. Quare fallitur Papebrocius qui vult in eo Martyrologio dies mortis non vero sepulturae semper annotari.

XXIII. Sancti alii diebus mortui, quam quibus sæpe conantur.

Hæc porro regula ad alios etiam Sanctos omnes, imo ad Christi, Deiparæque Virginis dies festos extendenda, Anniversarios nempe dies in Martyrologiis signatos non semper cum diebus illis congruere, in quibus quæ recoluntur, eveniunt; in id enim præcipue Ecclesia incubuit, ut representata mysteria temporum opportunitate constabilita, ita a Fidelibus venerarentur, ut in Fidei potius, morumque proventum, quam in præcisam dierum observationem collimarent, quemadmodum pluribus demonstrat Florentinus in Admonitionibus præviis ad Martyrologium Hieronymianum, Adnotatione XI. Legendus S. Petrus Damiani in Opusculo cui titulum fecit, Dominus vobiscum, cap. 15. ubi variis exemplis ostendit, hunc esse morem Ecclesiæ; non tantum in festis, quæ Mobilia vulgo vocantur, sed etiam in Sanctorum commemorationibus, concluditque; Sancta Ecclesia non tam consringitur lege temporum, quam vices ad seum cohibet nutum. Sancti itaque plerumque, aliis diebus, quam quibus ad ecclesiam patriam migrarint, culti, sive quia per-

eodem Japha Galilææ civitas, peremptis quindecim millibus Judæorum: quos autem captivos cepit, fuit numerus duorum millium centum triginta. Samaritanorum, qui se munierant in monte Garizin, desiderata sunt undecim millia atque sexcenti; quod accidisse auctor tradit vigesima-septima mensis Junii. Joppe vero cæsa addit Judæorum quatuor millia ducentos. Sexto post hæc Idus Septembris, expugnata Tarichæa civitate munita ad stagnum Genezaret posita, occisaque sunt Judæorum sex millia quingenti, & eorum qui foris erant mille ducenti: captaque juvenum robustorum sex millia, reliquæ vero multitudinis triginta millia & quadringenti sunt venditi. Gamala quoque vigesima-tertia Octobris in potestatem redacta, quatuor millia Judæorum in ea perempta, reliquorum quinque millia voluntario præcipitio periit. Hisce atque aliis cladibus Judæis affectis, Vespasianus hoc anno Galilæam provinciam omnium potentissimam, ac

secutionis tempore minus exquisita notatio haberi poterit dierum, quibus passi sunt, sive, quia celebriores fuerint Translationis Reliquiarum eorundem Sanctorum, quam dies natalis feriat, sive denique ob alias causas nunc nobis ignotas. Hinc pauci Sancti quibus obierunt diebus, coluntur; sæpeque etiam eorum corpora diebus, in quos eorum Natales incidebant, elevata, & in decentiorem locum reposita. Hac observatione Annales variis in locis illustrari & emendari poterunt, varique errores in quos Viri doctissimi lapsi sunt, vitari. Vide Florentinum loco laudato.

Hic tamen prætermittere non possum, quæ Zacagnius Vir Cl. in Præfatione Tomi I. ad Collectionem Monumentorum Veterum Eccles. Græcæ ac Latine num. XXXIII. habet ex Laudatione Sancti Gregorii Episcopi Nysseni de laudibus Sancti celsi Cap. Stephani. Ibi pauca de hoc Sancto Proto-Martyre præfatus, statim ad celebrandos SS. Apostolos digreditur, & nos docet, cui ipse præerat Ecclesiæ, & fortassis totius Cappadocum gentis instituto, una eademque die, quæ S. Stephani solemnitate proxime sequitur, Apostolorum Petri, Jacobi & Joannis festum celebratum fuisse. Meminit hujus moris non modo eo in loco Nyssenus; sed & initio alterius Orationis funebris in Sanctum Basilium fratrem, quam his verbis orditur; Bonum impusit Deus ordinem anniversariis hisce nostris feriis, quas per ordinatam quamdam vicissitudinem, & seriem his diebus & jam celebravimus, & rursus celebramus, &c. Sed primam celebritatem una cum aliis non numero; nam quæ propter divinam unigeniti filii apparitionem per partem Virginis, festivitas instituta est, ea non simpliciter sancta celebritas est, sed sancta sanctorum, & celebritas celebratum. Igitur eas, quæ hanc consequuntur, numeremus. Primum nobis Apostoli, & Prophetæ spiritualis castus initium fecerunt, sunt autem hi Stephanus, Petrus, Jacobus, Joannes, & Paulus. Deinde post hoc conservato ordine suo, Pastor & Magister presentem nobis celebritatem auspicatur, nempe Basilii, cuius festum primo Januarii die Græci celebrant. Nec mirum cupiam videri debet Nativitatis Domini festum die XXV. Decemb. Occidentalium more in Cappadocia celebratum fuisse; cum eum-fir diebus dem morem in sua quoque Ecclesia obtinuisse te- ris celebrata.

XXIV. Ordo festo rum in Eccl. Cap. padocia

XXV. Christi Nativitas & Epiphania in Oriente celebrata.

ac pariter munitissimam, refertamque gentibus robustissimis, penitus debellavit. Illi igitur, qui primi omnium atque frequentius Christi Jesu prædicationem audierunt, neque tot tantisque visis miraculis crediderunt; ante omnes divino judicio Romani ulciscuntibus, perfidia & impietatis dedere poenas. Tunc etiam in civitates Capharnaum atque Corozaim deplorata atque a Domino prædicta mala evenisse putantur.

XLIX. Hierosolyma a Zealotis exagitata. (a) Joseph. de bel. Jud. l. 2. c. 25. (b) Idem eodem li. 4. c. 5. & seq. (c) Joseph. antiq. lib. 2. c. 8.

His sic se habentibus in Galilæa, Hierosolymitana civitas, mutuo inter se Judæis civili bello digladiantibus, ingenti clade domesticorum afficitur. Nam cum data esset belli administratio (a) Anano Pontifici (hunc cum Josephus (b) dicat fuisse senioris Anani filium, haud dubium illum esse demonstrat Ananum, quem, cum alius summus Pontifex esset, Jacobum fratrem Domini occidisse (c) tradit) qui in Galilæa Romanorum gladium evaserant, ingenti plane numero Hierosoly-

mam, tamquam ad locum tutiorem confugientes, civitate excepti, non tantum civibus necessariam infumebant annonam, sed tumultuabantur, eosdemque deprædabantur, atque etiam occidebant: sequæ receperunt in templum, ut munitissimum adversus cives, ex industria vel ex adificatum castellum: adficerentque sibi nomen, Zelotæ (d), ut qui profiterentur præ ceteris zelare, ardentem scilicet mare, & præ ceteris tutari Dei legem, & patria instituta; & ad hoc venisse, ut horum causa vitam profunderent. Horum factione & illud perfectum est, ut sortito summum eligerent sacerdotem: unde obtigit fors Phano cuidam homini rusticano obscurissimo & rerum sacrarum imperitissimo. Excitante interea Anano Pontifice Judæorum animos in Zelotas ad vindicandas injurias templi, & illis ex æquo incives incensis; cum ventum esset ad proelium, & crebris insultibus magnæ utriusque partis cædes fierent: civibus tandem præ-

(d) Joseph. de bell. Jud. li. 2. c. 38.

sis sit Gregorius Nazianzenus in Orat. 39. in Epiphaniam pag. 632. ubi Nativitatis Domini, & Magorum adorationis festivitatem, de qua peculiariter orationem habuit ab Epiphaniæ festo diversam fuisse diserte affirmat: At Christi quidem Nativitas, apta solemnitate prius tum a festo Duæ, & auspice, tum a vobis, atque adeo ab omnibus, tam qui in mundo versantur, quam qui in mundo sublimiores sunt, celebrata est, &c. nunc vero alia Christi actio, aliudque mysterium sequitur. Hinc autem colligit Zacagnius Chrysoctomi verba in Sermone 39. de Christi Nativitate Tom. V. hujus Operum pag. 466. quibus ante decem annos idem festum, scilicet ab Epiphania, die XXV. Decembris celebrari ceptum fuisse testatur, intelligenda esse de Antiocheni Patriarchatus Ecclesiis, in quibus Aegyptiorum more una eademque die Epiphaniæ, & Nativitatis festum antiquitus agebatur; nam Antiochenæ Ecclesiæ Presbyter erat Chrysoctomus, quo tempore eam orationem habuit, ut Combesius ostendit in Notis ad Joannis Nysseni Epistolam Tom. II. Auctarii Bibliothecæ Patrum pag. 311. Hæc omnia ibidem Vir eruditissimus, ex quibus infero Christi ac Sanctorum festivitatis juxta temporum ac regionum diversitatem, ipsis etiam prioribus Ecclesiæ seculis diversis diebus cultas fuisse, & hanc regulam amplius in dubium revocandam non esse.

XXVI. Nona regala.

Nona regula. Quando Martyrologi aut Chronicozum Pontificiorum Scriptores in alicujus Pontificis emortuali die assignando, uno tantum die inter se dissident, prior ad mortem, posterior ad sepulturam, quæ postredie contigit, referendus. Sic quia Anastasius S. Simplicium VI. Nonas Martii; Auctor vero Auctioris Chronici veterum Pontificum eum V. Nonas Martii sepultum scripsit, collegi hunc S. Pontificem VI. Nonas Martii, seu die secunda Martii demortuum, & V. Nonas Martii funera ejus celebrata. Papebrocius, qui neaurum Septoris diem mortis Pontificum recitare arbitratur, obitum Simplicii die decima mensis Februarii collocat, sicque tam ejus, quam successoris Chronologiam perturbat, ut suo loco ostendo. Error enim in die emortuali alicujus Pontificis consignanda commissus non potest non alios parere. Indeque apparet, quam arduum sit, Chrono-

nologiam Pontificiam quamplurimis in locis labefactam restituere; cum dies mortis in Martyrologiis vel Libris Pontificalibus notatur, nobis plerumque fucum faciat. Hæc porro regula raro fallit.

Ubi præcedens regula deficit, ad diem tam Ordinationis, quam mortis Pontificum e tenebris erendum, eorum Sedis & Interpontificiorum duratio in Libris Pontificalibus annotata, aliæque indicia Historica diligenter discutienda; sed incertis nimium numeris, & sæpe inter se discrepantibus, qui in Pontificum Catalogis leguntur, sicuti & Interpontificio, tam in Auctario Chronico Veterum Pontificum quam in Anastasio memorato, multum non fidendum, ut jam Baronius observavit. Catalogi enim illi Librariorum, & transcribentium culpa errorum pleni, & ab Auctoribus parum accurate confecti. Magis peccatum in vacatione Sedis, quæ post cujuslibet Pontificis mortem contigit, assignanda; non enim ex certis monumentis, sed ex proprio Auctorem calculo multoties desumpta. Post S. Sixti Pontificis S. Leonis Magni decessoris mortem, Sedem vacasse dies viginti duos Anastasius scribit; Auctor vero Auctioris Chronici veterum Pontificum, dies viginti unum. Et tamen Prosper in Chronico, qui tum vivebat, Ecclesiam quadraginta amplius diebus sine Antistite fuisse testatur. Quare non mirum si variorum Pontificum tempora, & aliqua Interpontificia certo definire non poterimus. Satis itaque visum ea non decisa relinquere, quam frivolis conjecturis innixi decretoriam sententiam ferre.

XXVII. Isti r. on-tificia sæpe male in Anastasio notata.

His novem Canonibus, quibus nihil alicujus momenti opponi potest, Chronologiam Pontificiam illustrare conabimur, & ubi difficultates percurrere non poterimus, eas Lectori indicabimus, ut sciat quid adhuc enodandum super sit, & ipsemet propriam industriam exercere valeat.

XXVIII. Linus Petri successore.

Quia vero Auctorem Chronici Damiani in prioribus Pontificis digerendis ut plurimum sequemur, ejus verba in cujuslibet Pontificatus fine recitabimus. Hæc ille de S. Petro; Petrus annis viginti quinque, mense uno, diebus novem. Fuit temporibus Tiberii Caesaris, & Caji, & Tiberii Claudii & Neronis, a Consulatu Vinicii & Longini

Baron. num. XL7. & seqq.

I. De nece Pontificum.

pravalentibus, amissa illi exteriori templi parte, in interiori, ut munitiorem locum, se receperunt.

Cum interim sic essent obsessi; dolo Joannis e Giscali, qui simulabat se Anano civibusque studere, re vera favens Zelotis, cum in Ananum, quod civitatem daturus esset Romanis, rumorem sparsisset, factum est ut Idumaei, quasi vindices patriae libertatis, Hierosolymam vocarentur: qui cum venissent, & non sine labore tandem clanculum in civitatem essent admissi, ingentem stragem fecere civium, occisis ex illis octo millibus & quingentis: nec id illis satis, sed in Pontifices odio exardescentes, eos quosvis occiderunt, eorumque corpora insepulta abiecerunt: fuitque inter alios Ananus Pontifex maximus in civitatis medio jugulatus. Miserandum plane spectaculum (inquit Josephus) erat videre Pontifices sacris paulo ante indumentis amictos, & toto Orbe celeberrima religionis auctores, quique undique in civitatem commeantibus venerabiles habebantur, facere nudos in praedam canibus & feris expositos. Sed ex his etiam videas, aequa lance pensari vindictam: nam sicut a sacerdotibus, Pontificibus cogentibus Concilium, de inferenda morte Christo sumptum est exordium: ita ab ipsorum nece in primis ad Hierosolymitanum excidium janua est patefacta.

II. Ioseph. de bell. Jud. l. 5. c. 10.

Post occisionem Pontificum, Zelotae (a) simul Idumaeis juncti, in plebem grafsati sunt, ac reliquum vulgus; ex eisque peremere quamplurimos, quorum nullus est numerus. Rursus in nobiliores gladi-

XXIX. Gesta in Judaea.

gini (qui iam dignitatem anno Christi XXX. gessere) usque Nerva & Vestimi (anni Christi LXX. Confules, non vero Nerva & Veri, ut habet Codex Bucherianus, aut Neronis & Veteris, ut male Bucherius in locum Nerva & Veri substituit.) Passus autem cum Paulo die tertia Kalendas Julias Consulibus supradictis, imperante Nerone. Quod ibi, imo & in hoc Opere, de duratione Sedis Petri dicitur, incertum: sed eum anno Christi LXV. Martyrium fecisse; extra controversiam esse debet. Petro successit Linus, qui iam ejus Vicarius erat, ut in ejus morte dicemus. Lino currenti anno demortuo, Clemens in ejus locum subrogatus ut infra, Baronii ordinem sequentes explicabimus.

Ad num. XLVIII. & seq. Vespasianus cum omni exercitu ad fines Galilaeae venit, & Gadaraensium civitatem egressus, primo impetu capit & vastat. Unde Jotapatam die XXI. Maji veniens, eandem expugnavit. Hanc Josephus Historicus, qui isthic cum Imperio erat, fortiter defendit: sed tandem post quadraginta dierum obsidionem vi capitur, evertitur & incenditur Kalendis Julii, anno Neronis XIII. inquit Josephus lib. 3. de Bello cap. 13. Josephum in speculantem capit Vespasianus, & captivum tenet. Deinde Taricheas, quo multi Judaei confluxerant, obsidione cingit, eaque capta, VI. Idus Septembris, juvenum validissimos sex millia lectos ad Isthmos Neroni transmisit, inquit Josephus in fine libri quarti de Bello. Quibus ex verbis constat, Neronem hoc anno mense Septembri in

um convertentes eosdem captos & diris cruciatibus exagitatos, diverso modo necarunt: fuitque numerus duodecim millium nobilium occisorum. Zacharias Idumaei cum Zelotis juncti ad necem Idumaei, in medio templo est occisus: quod displicuit Idumaeis, qui indignati ad propria reversi sunt. Haec autem ipso hiemis tempore facta esse, quo Idumaei Hierosolymam advenerunt, Josepho auctore, comperta habentur. Quamobrem cetera quae post haec secuta sunt, in narrationem rerum gestarum anni sequentis rejcienda esse videntur. Porro si quis ea quae hoc anno in Judaea tum a seditiosis, quos diximus, tum a Romanis sub duce Vespasiano sunt facta, altiori consideratione disquirat: plane intelliget, imaginem quamdam representasse illorum quae fuerant de ventura Judaeorum clade a Christo olim praedicta. Nam quod dixerat apud Lucam (b) : Cum audieritis praelia & seditiones, nolite terri: oportet primum haec fieri, sed nondum statim finis: praelia illa videntur intelligi posse, quae a Romanis sunt illata: & per seditiones, quae a seditiosis (sic enim a Josepho nominantur) agitari coeptae sunt turbae, quae nec finem aliquem habuere, neque usque ad eundem urbis excidium esse deserunt. Sed quoniam haec dolorum initia forent; idcirco Dominus subdit; Sed nondum statim finis. Verum tum haec, tum alia de clade Hierosolymitana a Domino fuisse praedicta, eademque omnia suis ipsis temporibus evenisse, perspicue monstrabimus, suis locis singula recensentes.

(a) Idumaei cum Zelotis juncti ad necem Idumaei.

(b) Luc. 21.

Adve-

Gracia fuisse, non vero Romae, ut Baronio aliiisque visum, ideoque SS. Apostolos Petrum & Paulum currenti anno, exeunte Junio, Romae, praesente Nerone, passos non esse. Post eas victorias Vespasianus Gamalalam urbem, quae Romanae societatis erat, sed quae rebellatur, post mensem, die XXIII. Octobris cepit. Tum Giscala evertitur, atque hoc modo Galilaea tota subacta est, postquam multo sudore Romanos exercuit, inquit Josephus lib. 4. de Bello cap. 4. post praefatas victorias relatas.

XXX. Mucianus Syriae praepositus.

Cestius, qui Syriam obtinebat, hoc anno facto aut tadio occidit, ut ait Tacitus lib. 5. Hist. Nero in ejus locum, P. Licinium Mucianum in Syriam misit. Extat in Gaza Regia Nummus aereus medij moduli necum communicatus a Clarissimo Toinardo, in cujus antica legitur, IM. SER. SUL. GALBA CAE. Visitur Galbae caput laureatum. In postica, EIII MOTKIANOY ANTIOXEON ET. ZIP. in Laurea, id est, Sub Muciano, anno Antiochena CXVII. Proficiscitur is annus ab anno Periodi Graeco-Romanae 5445. ideoque Kalendis Septembribus anni Christi sequentis inchoatur. Jam tamen Mucianus Syriae praerat. Ex nummis porro Praefectorum Syriae hinc inde in isto Opere memoratis intelligimus, Antiochiam tribus Eris intra triginta & aliquot annos institutis usam esse, nempe Pompeiana, Caesarea seu communi, & Augustana. Secundam communem voco, quia tam in Nummis, quam in Libris legitur, cum duae aliae in Numismatis tantum memorentur.

I. A Dveniente jam Christi anno septuagesimo, Confules creati sunt C. Silius Italicus & Galerius Trachalus Turpilianus. Meminit hujus Consulatus Plinius Junior (a), huicque nostrae assentitur chronologia, sic dicens de Sillio Italico: Novissimus a Nerone factus est Consul: ita postremus ex omnibus, quos Nero Confules fecerat, decessit. Illud etiam nobile, quod ultimus ex Neronianis Consularibus obiit, quo Consule Nero periit: quod me recordantem fragilitatis humanae miseratio subiit. Quid enim iam circumcisum, tam breve, quam hominis vita longissima? An non videtur tibi Nero modo fuisse; cum interim ex iis qui sub illo gesserunt Con-

(a) Plin. li. 3. epist. 7.

sulatum, nemo jam superest? Haec Plinius ad Caninium Rufum scribens philosophatur. At nec tacendum quod de Iisdem Consulibus Suetonius (b) scribit his verbis: Consules ante tempus privavit honore, atque in utriusque locum solus inivit Consulatum; quasi fatale esset, non posse Gallias debellari, nisi a Consule, ac susceptis fascibus. Extat quoque epigramma (c) Martialis de Consulatu Sillii Italici: sed sub Domitiano jam tertium pu-

(b) Sueton. in Neron. c. 43.

(c) Martialis. epig. l. 8.

II. De obitu Neronis.

to suffectum. Inter haec autem cum C. Julius Vindex, qui defectionem in Galliis excitarat, a militibus Rufi, qui Germaniam obtinebant, occideretur, idemque Rufus Im-

ANNO PERIODI GRAECO - ROMANAE 5561.

SAE C. I. Anno Urbis 821. Olymp. 211. an. 4. An. Ch. 68.

© 21. CB. 12. P. 10. April. Indict. 11.

JESU CHRISTI 68. secundum Baronium. 70.

CLEMENTIS PPAE 2.

GALBAE I.

I. Consules.

[1] A D num. I. Coss. C. Silius Italicus, & M. Galerius Trachalus. Em. Card. Norisus in literis ad me Florentia scriptis docte observat, Suetonium in Nerone duos hujus Imperatoris Romam adventus, post ejus ex Oriente reditum, distinguere. De priori agit Suetonius

cap. 25. atque, Neronem reversum e Graecia Neapolim albis equis, ac dein Romam triumphantis more, coronamque capite gerentem Olympiacam introiisse. Quod praecedentis anni exitu factum, ut tunc explicavimus. Rediisse postea Neapolim Neronem, liquet ex Suetonio cap. 40. ubi ait: Neapoli de motu Galliarum cognovit, die ipso, quo matrem occiderat. Sed argentibus aliis super alios nuntiis Romam praetrepidus rediit. Postquam deinde etiam Galbam & Hispanias descivisse cognovit, prope intermortuus jacuit. Est hic secundus Neronis Romam adventus a priori longe distans; cum tunc triumphans, nunc praetrepidus illuc redierit. Prior adventus pertinet ad mensem Decembrem anni praecedentis, posterior ad mensem Aprilis anni currentis. Occidit enim matrem Nero, cum festi dies Quinquaginta uno aut altero ante die celebrati fuissent, ut colligitur

[1] Coss. C. Silius Italicus & M. Galerius Trachalus. Tabula Vaticana apud Gruterum pag. CCCI. Fragmentum Fastorum. Casinas apud Fabretum pag. 485. num. 159. & apud Blanchinum in notis ad Anastasium tom. II. pag. 47. ALERIO. TRACHALO. COS. Nunc extat hoc fragmentum in aedibus Capitolinis. Fabrettus, & Blanchinus de suo litteras duas addiderunt, nempe C. V. adeo ut sit C. Valerio, non Galerio. In marmore enim nunc legitur: ... ALERIO. Aliae litterae desunt, & utrimque exesum est. Inierunt ergo consulatum hoc anno Kalendis Januariis C. Silius Italicus & M. Galerius Trachala. Nero mense Martio die ipso, quo matrem occiderat, quum Neapoli in Campania defectionem vindicis in Galliis audivisset: Urgentibus aliis super aliis nuntiis Romam praetrepidus rediit, inquit Suetonius in vita Cap. XII. Mox etiam Galbam & Hispanias descivisse cognovit. Itaque absterritus, verba Suetonii sunt Cap. XLIII. non tam penitentia quam persciendi desperatione, credensque expeditionem necessariam, consules ante tempus privavit honore; atque in utriusque locum solus inivit consulatum, quasi fatale esset, non posse Gallias debellari nisi a consule. Ac susceptis fascibus C. Italicus & Trachala in sex primos hujus anni menses consules dati erant. De Consulatu Sillii Italici Plinius lib. III. epist. VII. qui ait: Utque novissimus a Nerone factus est consul, ita postremus ex omnibus, quos Nero consules fecerat, decessit. Mos enim fuit Neroni, Suetonio teste Cap. XV. ut in senos menses consulatum plerumque daret. At Romae in aedibus Marchionis Alexandri Gregorii Capponii sequens extat veteris lapidis fragmentum, in quo Neronis quintus Consulatus, e jusque collega Trachala legitur. En ipsum monumentum, nondum luci donatum.

... VITORIO VINAR VI. ... ALPIAE. QUARTILLAE. UXORI ... S. SUI. V. A. LXX ... IO. FACT. EST. NERONE V. ET TRACHA ... QUL. AD. HOC. OFECIUM VENISTIS. ... OSTIO NOLITE.

Quintus hic est & novissimus Neronis consulatus, nusquam in veteribus monumentis memoratus, de quo plane tamen Suetonius, quem quantum consulatum Pagius in epistola Hypatica P. I. Cap. V. pag. 37. suffectum appellat, quod ordinariis consulibus subrogatus esset, quamquam re vera Confules

perator designatus esset: cumque his omnibus infaustis illud etiam adderetur, quod Rubrius Gallus, quem contra rebellantes mittebat, defecerit: nec, quod ipse Nero conceperat, universum Senatum interficere posset; quodque a Prætorianis etiam militibus desertus esset: desperatione melioris status omnino deficiens, villi indutus veste, fugam arripit, una cum tribus vel quatuor liberis, in prædium unius ex his, Phaontis nomine, inter viam Salariam & Nomentanam, quarto ab Urbe lapide positum, venit: ubi in spelunca delitescens, cum equites se querentes adventare cognovit,

gitur ex Tacito lib. 14. Annal. Festum illud in Calendario a Petro Lambecio tomo 4. Bibliothecæ Casaræ publicato celebrabatur XIV. Kalend. Aprilis, & Galba qui in Hispaniis Proconsul erat, die tertia mensis Aprilis currentis Christi anni Imperium arripuit, ut ex iis, quæ anno sequenti dicemus, constabit. Julius Vindex Proprietor in Galliis Galbæ Imperium obtulit. Nec diu cunctatus (scilicet Galba) conditionem partim metu, partim spe recepit, inquit Suetonius in Galba. cap. 10. Existimavit Onufrius lib. 2. Fastrorum, Vindicis & Galbæ defectionem anno præcedenti contigisse, eodemque Nerone e Græcia rediisse, & Principes Apostolorum Petrum & Paulum martyrio coronatos esse. Quæ omnia ex dictis corruunt. Certe si mense Martio anni elapsi Ne-

sibi ipse, licet pavidus, intulit manus: quem ægre morientem unus ex libertis Euphroditus confecit, quarto Idus Junii (ea die qua olim Octaviam conjugem interfecerat) agens suæ ætatis annum trigessimumsecundum, cum imperasset annos tredecim, menses septem, & dies viginti-octo, numerando a die sequenti obitus Claudii Imperatoris. De his fusius agunt Suetonius (a), Dio (b), & alii complures, simulque de funere ejus ac sepultura. Illud tamen haud prætermittendum, ex nostris nonnullos scriptores non ignobiles erroris opinionem quamdam sectatos esse, Nerone fuisse Antichristum, ea nim-

ro e Græcia redux defectionem Galliarum & Hispaniarum accepisset, Galba anno amplius integro ab Imperio capeffendo abstinuisset; sicque Historici, quæ tam longo spatio gesta fuissent, in litteras retulissent, vel ipsa seditio dissipata fuisset. Nero ea seditione accepta, Romam prætrepidus rediit, credensque expeditionem necessariam, Consules ante tempus privavit honore, atque in utriusque locum solus inivit Consulatum; quasi fatale esset non posse Gallias debellari, nisi a Consule ac susceptis fasces, inquit Suetonius cap. 43. Onuphrius citatus Consulatum illum fuffectum in finem præcedentis anni confert, quod Suetonius cap. 46. loquens de portentis somniorum, quibus territus est Nero, scribat: Kalend. Jan.

(a) Sueton. in Nerone. c. 43. 44. 45. 47. que 49. (b) Dio in Nerone. III.

II. Quintus Neronis Consulatus.

les eos Nero abrogasset. Hinc Plinius in Panegyrico Traiani Cap. LVII. Fuit etiam (Nero) qui in Principatus sui fine, consulatum quem dederat, ipse magna ex parte jam gessum, extorqueret & raperet. Forte Silium Italicum respicit, de quo idem Plinius lib. III. epist. VII. Utque novissimus a Nerone factus est Consul, ita postremus ex omnibus quos Nero consules fecerat, decessit. Dolendum est, allatum modo lapidem contractum esse; nam aliquod lucis rei perobscuræ daret. Falluntur ergo, qui Nerone V. consulem suffectum fuisse, anno superiori putarunt. Collega Neroni Trachala a marmorario in allato lapide datus est, ignota nobis de causa; nam alioquin lapis istiusmodi cum Suetonio pugnaret. Ceterum in vulgatis Fastis consules hujus anni hoc modo efferuntur: Fasti Vindeboneses; Trachala & Italico: Fasti Idatiani; Italico & Trachala. Prosperi Chronicon; Silio Italico & Turpiliano. Frontinus; Silio & Galerio Trachala. Tacitus lib. I. Histor. Cap. XC. Galerium Trachalam nominat. Quidam volunt, Silium Italicum, seu consulem fuisse, quod Plinius in Panegyrico Traiani cap. LVIII. habeat hæc: Erat in Senatu ter consul, quum tu tertium consulatum recusabas. Quæ verba ad Silium Italicum detorquet Lipsius, sed de quovis alio esse intelligenda docet Christophorus Cellarius in Dissertatione de G. Silio Italico Poeta consulari n. XIII. XIV. Quum Silius post consulatum, quem cum Nerone gessit, a Republica secesserit, & honesto otio se manciparit, ut patet ex Martiale lib. VII. epigram. LXIII. Die nona Junii hujus anni, Nerone interfecto; Suffecti exinde leguntur C. Bellicus (non Bellicus, ut apud quosdam est) Natalis, & P. Cornelius Scipio Asiaticus. Basis Romæ, olim in ædibus Maffiorum, apud Gruterum pag. CCXXXVIII. 12. DEDIC. IDIB. OCTOBR. C. BELLICO. NATALE. P. CORNELIO. SCIPIONE ASIATICO. COS. Lapis nunc in ædibus Capitolinis.

HORRIORUM
... ER. GALBÆ. IMP. AUGUSTI
... BELLICO. NATALE
... CORNELIO. SCIPIONE. ASIATICO
COS.

Suffecti fuerunt hi Consules hoc anno Kalendis Septembris. Tabula ænea honestæ missionis, qua Galba Imperator veteranis, qui militaverunt in legione prima Aduatrice honestam missionem & civitatem dedit, utrinque scripta, & edita inter Inscriptiones urbium Etruriæ P. I. pag. 257. habet: A. D. XI. K. JAN. C. BELLICO. NATALE. P. CORNELIO SCIPIONE COS. De Servo C. BELLICO. NATALIS: meminit vetus lapis apud Fabretum pag. 108. n. 262. In veteris Latii tom. II. pag. 196. ex Schedis Ligorianis profertur inscriptio, dedicata XVI. KAL. OCTOBRIS. C. VERO. NATALE: ET. P. CORNELIO SCIPIONE. ASIATICO. COSS. Ligorius perperam VERO, pro BELLICO exscripsit. Galba imperium hoc anno initio mensis Aprilis arripuit in municipio Clunia, Hispaniæ Tarraconensis oppido. Nummi apud Spanhemium, Orbis Rom. cap. XVIII. pag. 151.

(a) 2. Thes. 3. mirum ex causa, quod Paulus ad Thessalonicenses (a) secundo scribens, & de Antichristo verba faciens, quasi tunc viveret Antichristus, illud adjecisset: Mysterium jam operatur iniquitatis. Sed si diligenter attendissent tempus quo a Paulo illa scripta fuit epistola, nullo negotio ejusmodi errorem, ne in eum laberentur, declinassent. Nam cum ex his quæ superius dicta sunt, constet, non sub Nerone, sed sub Claudio eam a Paulo fuisse scriptam epistolam; nulla potuit esse suspicio, Paulum illis verbis Nerone significare voluisse. Ex quo videas (quod sæpius inculcavimus) quantum conferat exacta in rebus pervestigandis temporum ratio, sine qua interdum labi in portentoso errore necesse sit. De Nerone esse locutum Paulum, opinatus est inter alios S. Joannes Chryostomus (b), sic dicens: Nerone mysterium iniquitatis vocat, dicens: Mysterium enim nunc agit iniquitatis. Sed concepto femel errore, in alios deformiores necesse est incidere, nam ex his deterior illo fluxit, ut Nero adhuc videtur crederetur. Reddam verba sancti Augustini (c) de his referentis duas opiniones: Unde, inquit, nonnulli illum resurrecturum & futurum Antichristum suspiciunt. Ann. Eccl. Tom. I.

(b) Chryost. ser. de eleemos. & coll.

IV. Nero creditur Antichristus. (c) Aug. de Civ. Dei li. 20. c. 19.

III. Neronis interitus.

cantur. Alii vero nec eum occisum putant, sed subraclum potius, cum putaretur occisus, & vivum occultari in vigore ejus ætatis, in qua fuit cum crederetur extinctus; donec suo tempore revoletur & restituatur in regnum. Sed multum mihi mirra est hæc opinantium tanta præsumptio. Hæc Augustinus. Ejus autem ab eo recitata posterioris sententiæ Severus etsi non auctor, tamen assertor habetur, dum ait (d): Unde creditur, etiam si se gladio ipse transfixerit, curato vulnere ejus, esse servatus, secundum illud quod de eo scriptum est: ut plaga mortis ejus curata est, sub sæculi fine mittendus, ut mysterium iniquitatis exercent. Hæc ille. Sed quod magis displicet in Severo, hæc eadem ipse impingit sancto Martino, cum ait (e): Ceterum cum ab eo de fine sæculi quæreremus, ait nobis: Nerone & Antichristum potius esse venturos: Nerone in Occidentali plaga, Regibus subactis decem, imperaturum; persecutionem hæcenus exercendam, ut idola Gentium coli cogat. Ab Antichristo vero Orientale Imperium esse capiendum: qui quidem sedem & caput regni Hierosolymam esset habiturus: ab illo urbem & templum esse reparandum. Illius eam persecutionem futuram esse, ut Christum Dominum cogatur. Oooo ne-

Januarii exornati L aras in ipso sacrificii apparatu considerant. Jam autem cap. 43. de illo Neronis Consulatu verba habuerat Suetonius. At non advertit Onuphrius, hunc Historicum testari, Nerone territum portentis iam veteribus, tum novis. Kalendæ itaque Januariæ loco citato memorata alterius anni, non vero currentis. Unde & ibidem Suetonius ait: Occisa demum matre, vidit per quietem, navem sibi regenti extortum gubernaculum. Quæ visio ad præcedentes etiam annos referenda. Melius Baronius quintum illum Neronis Consulatum hoc anno consignavit. Extat Nummus Neronis apud Goltziun, in quo legitur: NERO CLAV. CAESAR. AUG. GER. P. M. TR. P. XIV. COS. IV. IMP. P. P. Sumit Tribunitiam Potestatem XIV. Nero die XIII. Octobris anni elapsi. Quare eo anno mensæque Octobri quintum Consulatum nondum inerat: nam ultimum in Nummis exprimi solitum fuisse certum. Quis autem sibi persuadeat, Nerone mense Martio anni Christi LXVII. nuntium de excitata in Galliis a Vindice seditione, Hispaniarumque defectionem accepisse, & nonnisi post mensem Octobrem ejusdem anni expeditionem adversus Vindicem parasse? Hanc enim suscepti Consulatus causam testatur Suetonius. Capeffitus porro a Nerone Consulatus V. juxta quartam Consulatum Casareorum regulam: immo hinc discimus, ob expeditiones bellicas, Imperatores quandoque Consulatum cepisse, & hanc quartam regulam certam esse. Ad num. II. Occisus est Nero, non die decima Junii, ut habent Baronius & Onuphrius, sed die nona. Imperium enim suscepit die XIII. Octobris anni Christi LIV. imperavitque annos XIII. menses VII. dies XXVIII. ut habent Clemens Alexandrinus, & Eusebius in Chronico, seu ut habet Zonaras, annos tredecim, men-

ses octo, biduo minus: ideoque die nona Junii interitus ejus contigit. Quod confirmat Cassiodorus in Chronico, qui ait: Regnavit annos XIII. menses VII. dies XXVII. ubi diem emortualem excludit. Non potest autem in die mortis Neronis consignando error committi, quin in morte Galbæ, Orthonis & Vitellii narranda etiam peccetur. De ætate Neronis, Imperii ejus initio egimus. Neroni successit Galba. Josephus lib. 5. de Bello Judaico gesta a Vespasiano in Judæa fuisse describit, atque cap. 3. eum Gadaram transannanæ regionis metropolim validissimam mensis Martii quarta die ingressum esse. Tum cap. 4. inquit: Hæc dum aguntur, motus circa Galliam nuntiatur, & quod Vindex una cum Optimatibus indigenarum defecisset. Quo IV. Josephi loco profertur sententia Onuphrii & Baronii, qui existimant, Nerone initio anni præcedentis, e Græcia rediisse; cum Orientem non reliquerit, nisi postquam accepit no. VII. seditionem a Vindice motam, quam hoc tantum anno cepisse, ex laudatis Josephi verbis innotescit. Subdit Josephus cap. 8. Omnibusque jam captis præter castella Herodian, & Massadam, & Macharanta, qua a latronibus tenebantur, sola jam Hierosolyma ante oculos erat, qua expugnanda restabat. Quibus ex verbis liquet, verum esse quod scribit Tacitus lib. 5. Hist. Vespasianus intra duas ætates, summa camporum, omnesque præter Hierosolymam urbes, victore exercitu tenebat; deceptoque Viros doctissimos, qui bellum Judaicum anno Christi LXV. inchoatum contendunt; cum eo modo non intra duas ætates, sed intra tres, Tacitus scribere debuisset. Hæc Baronius in Annalibus, & Spodanus in Epitome, anno sequenti tanquam tunc facta recitant, cum tamen certum sit toto capite 8. lib. 5. Josephum loqui de rebus hoc anno gestis.

(e) Sev. dial. 1.2. in spe. De Nerone fabula vulgata.

negari, se potius Christum esse confirmans: omnesque secundum legem circumcidi jubeat. Et ipsum denique Neronem ab Antichristo esse perimendum, atque sub illius potestate universum Orbem cunctasque gentes esse redigendas. Hæc & alia Severus in dialogis; qui etsi non alia, hac certe de causa jure a Gelasio (a) adnumerati sunt inter apocrypha, hoc titulo: *Opuscula Posthumiani & Galli apocrypha*. Sic enim commentarius ille inscriptus habetur, quod in dialogis illis Posthumianus & Gallus interloquantur. Ceterum si velimus ea vere a sancto Martino esse dicta: haudquaquam illa prophetico putanda sunt spiritu pronuntiata; sed quæ ab aliis narrata vel scripta accepisset, ea his expositis enarravit.

At non ea tantum occasione, quod a Paulo hæc de Antichristo & Nerone esse dicta putaverint, in eum errorem sunt lapsi: sed accessit ad ea confirmanda, quod inter Gentiles etiam vulgata esset quedam opinio, Neronem fuisse subdolum, & non occisum: quod Suetonius (b) his indicat verbis: *Non desuerunt, qui per longum tempus vernis æstivisque floribus tumulum ejus ornarent, ac modo imagines prætextas in Rostris proferrent; modo edicta quasi viventis, & brevi magno inimicorum malo reversuri. Quin etiam Vollogeses Parthorum Rex, missis ad Senatum legatis de instauranda societate, hoc magnopere oravit, ut Neronis memoria coleretur. Denique cum post viginti annos, adolescente me, extitisset conditionis incerta, qui se Neronem esse jactaret; tam favorabiliter nomen ejus apud Parthos fuit, ut vehementer adjutus, & vix redditus sit.* Hæc Suetonius. Sed eadem dilucidius Tacitus (c) his verbis: *Sub idem tempus Achæia atque Asia falso exterrita, velut Nero adventaret, vario super exitu ejus rumore, eumque pluribus vivere fingentibus, credentibusque.* Idemque addit de seruo arte & vultu simillimo, qui se esse Neronem fingens, & flagitiosos colligans, sollicitabat ceteros ad defectionem: quem Calpurnius Asprenas, qui eo tempore regebat sub Galba Galatiam atque Pamphiliam, occidit, caputque secutum oculis comaque torvum, ac vultu truci, ad abolendam de Nerone falsam opinionem & liberandas timore provincias, in Asiam, indeque Romam pervendum curavit. Immo & Parthos non leviter ea fama permotos, idem auctor superius testatus est his verbis (d): *Morbida etiam prope Parthorum arma falsi Neronis ludibrio.* Sed de his hæcenus.

Cum sic igitur Nero spontanea nece ex hac vita migrasset, extinctaque proflus progenies Cæsarium esset; Servius Sulpicius Galba a militibus, quibus præerat, acclamatus est Imperator; tenuitque Im-

perium favore militum, quos in Galbam concitaverat, M. Silvius Otho, Neroni olim carissimus, a quo in Hispaniam missus fuerat Quæstor: tenuitque menses tres ac dies quinque. Nam exercitus Romanus in Germania haud ratam habens ejus electionem, adversus eum creavit Imperatorem A. Vitellium; qui

perium menses septem, & dies septem. De cujus genere, ortu, magistratibus, rebus gestis per ætates singulas etiam ante Imperium, moribus, & disciplinis, necnon studio militari, adventuque in Urbem, Suetonius, Plurarchus, Tacitus, Dio, & alii scripsere: quos consulat qui ea cupit: nos autem instituti memores, ea tantummodo attingemus, quæ suscepti muneris esse noverimus. Dum hæc aguntur in Occidente, isdem Coss. cum Vespasianus anno præterito Romano exercitu Galilæam in Palæstina provinciam, quæ ab imperio Romano defecerat, magno labore tandem feliciter debellasset; ad Hierosolymam, quæ reliqua esse videbatur, expugnandam, omnem comparat apparatus. Verum cum quæ in civitate agerentur percepisset, diras illas & implacabiles civiles discordias, quibus Judæi confunderentur, obsidionem distulit: ratus nimirum, si foris illi bello premerentur, mox inter se concordiam inituros, viresque adversus Romanos pro urbis defensione juncturos.

Interea Judæis Hierosolymis habitantibus cum nec intus manere tutum esset, in ea flagrante intestina discordia, nec foras egredi, custodiis ubique positis prohibentibus ac pariter sævientibus; miserimus omnium reddebatur status, miserandaque in ea omnibus ejus civitatis facies videbatur. Nam (quod ait Josephus e) ab illis jus hominum calcabatur, ridebatur etiam divinitas; Prophetarumque responsis tamquam vulgaribus fabulis illudabant. Cum vero multa contempserent de virtute ac vitis statuta majorum, etiam quæ de patria olim prædicta fuerant, vera esse exitu probaverunt. Vetus enim quidam sermo ferebatur, tum demum civitatem captam iri, sancta quoque exurenda esse lege belli, cum seditio fuisset exorta, templumque Dei propriæ manus ante violassent. Quibus Zelotæ nihil de eorum fide dubitantes, ministros se præbuerunt. Hæc Josephus.

Sic igitur laborante intus seditione; quæ foris erant, haud pacatiora videri poterant: nam factio sicariorum, duce Joanne homine factiosissimo, & tyrannidem meditante, insignem Romanorum munitionem Massada cepit: iidemque in alia loca grassantes, cuncta rapina ac cæde miscebant. Hæc agebant illi temporibus Azymorum, nullaque pars videbatur Judææ provinciæ esse relicta, quæ non una simul cum Hierosolymis interiret. Cum hæc agerentur ab illis, Gadareni, Transamnanæ regionis populi, sibi timentes a gentilibus suis Judæis, quem per legationem secretam acciverant Vespasianum, quarta die mensis Martii in civitatem recipiunt: qui vero seditioni erant Romanis infensi, ex civitate fugerunt: sed

perium favore militum, quos in Galbam concitaverat, M. Silvius Otho, Neroni olim carissimus, a quo in Hispaniam missus fuerat Quæstor: tenuitque menses tres ac dies quinque. Nam exercitus Romanus in Germania haud ratam habens ejus electionem, adversus eum creavit Imperatorem A. Vitellium; qui

perium favore militum, quos in Galbam concitaverat, M. Silvius Otho, Neroni olim carissimus, a quo in Hispaniam missus fuerat Quæstor: tenuitque menses tres ac dies quinque. Nam exercitus Romanus in Germania haud ratam habens ejus electionem, adversus eum creavit Imperatorem A. Vitellium; qui

(a) Conc. Rom. sub Gelasio in decret. de libris apocryph.

(b) Sueton. in Ner. c. 57.

(c) Tacit. histor. lib. 2.

(d) Tacit. histor. lib. 1.

VI. Galba Imperium arripit.

VII. Hierosolyma bello civili die afflictata.

(e) Joseph. de bel. jud. lib. 5. c. 1.

VIII. Joannes Dux sicariorum in suos insurgit.

sed perfricti a Magistro equitum Placido, ad tredecim millia cæsa sunt: major tamen numerus fuit eorum qui se in Jordanem dedere præcipites. Expugnata sunt ab eodem Placido alia loca, inter quæ Julias, olim dicta Bethsaida, Petri Apostoli patria. Sicque Galilæa similiter Transaminana rursus est a Romanis subacta. Dum vero hæc & alia adversus Judæos mala in dies sæviora exercerentur, jamque Vespasianus profectioem pararet, ut

JESU CHRISTI ANNUS 71.

L I N I I ANNUS 2.

OTHONIS IMP. ANNUS I.

I. A dveniente Christi Domini nostri anno septuagesimoprimo, Ser. Sulpitio Galba Augusto & T. Vinio Rufino Coss. decimasexta Januarii, idem Galba in foro a militibus occisus est, cum imperasset (ut dictum est) mensibus septem, & diebus septem, annum natus septuagesimumtertium (a). Arripuit mox

SÆC. I. ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5562. Anno Urbis 822. Olymp. 212. an. Chæ 69.

© 22. A. 23. P. 26. Mart. Indiæ. 12.

JESU CHRISTI 69. secundum Baronium 71.

CLEMENTIS PAPÆ 3.

Hierosolymam obsideret; nuntiata morte Neronis, & Galbæ imperio, a cæptis desit. Cumque quid esset acturus ambigeret, nihil melius sibi visum est, quam Titum filium suum legare ad novum Imperatorem salutandum. Profectus est Titus, & cum eo etiam Rex Judæorum Agrippa, qui adversus suos Romanis adhaerens, navigavit. Quæ vero post hæc acciderint, sequenti anno suo loco dicturi sumus.

Imperium favore militum, quos in Galbam concitaverat, M. Silvius Otho, Neroni olim carissimus, a quo in Hispaniam missus fuerat Quæstor: tenuitque menses tres ac dies quinque. Nam exercitus Romanus in Germania haud ratam habens ejus electionem, adversus eum creavit Imperatorem A. Vitellium; qui

OTHO VITELLIUS IMP. VESPASIANUS

[1] AD mm. I. Coss. Servius Sulpicius Galba Aug. & T. Vinio Rufinus. Galba, imperium adeptus, se consulem in novum annum designavit. Nam in tabula ænea honestæ missionis, de qua anno superiori, hic titulus exstat: SER. GALBA. IMPERATOR. CAESAR. AUG. PONTIFEX. MAXIMUS TRIB. POT. COS. DES. II. Init autem Kalendis Januariis cum T. Vinio. Gruterus pag. CLXXXIX. 3. 4. SER. GALBA. II. T. VINIO. COS. Solius Vini nomen legitur ex opinione Vignolii, quod Galba jam extinctus esset, sed & paulo post Galba necem, T. Vinio quoque, mortalium deterrimus, obtruncatus est, ut patet ex Tacito Histor. lib. I. cap. XLII. De T. Vinio, Galbæ in Hispania Legato, viro cupiditatis immensæ, Suetonius in Galba Cap. XIV. & in Vitellio Cap. VII. Fasti Casinates apud Fabretium pag. 485. num. 159. & apud Blanchinum in Anastasium tom. II. pag. 47. BA. II. T. JUNIO COS. Tacitus Histor. lib. I. cap. I. Initium mihi operis Ser. Galba iterum, T. Vinio consules erunt. Idantiani Fasti: Galba II. & Tito Rufino. Fasti Vindebonenses: Galba II. & Vinio. Prosperi Chronicon: Silviano & Othone. Vide Norisii Epistolam consularem ad hunc annum: & de pluribus hoc anno susceptis consulibus, Pighium, ad annum Urbis 822. Ceterum Otho, qui Galbæ successit, Consul cum Titiano fratre in Kalendas Martias fuit. Hinc in nummis Othonis: PONT. MAX. COS. II. Tacit. Histor. lib. I. cap. LXXVII. ipse proximos menses Verginio destinat. Jungitur Verginio Poppæus Vopiscus: Ceteri consulatus ex Destinatione Neronis, aut Galba mansere. Calio ac Flavio Sabinius, in Julios: Ario Antonino & Mario Cæso in Septembres. Inter susceptos ex Xiphilino apud Dionem lib. LXV. pag. 741. sunt: C. Quintius Atticus, & Cn. Cæcilius Simplex. At Otho mense Aprili Bedriaci interit. Vitellius, qui tertio Nonas Januarii ab exercitu Imperator salutatus erat, Mario Cæso consulatum servavit, sed mox ademit, & Cæcilio Simplicio dedit. Deinde, ut Valenti & Cæcina honores aperiret, aliorum consulatus coardari jussit, & alios præterit, ut M. Marcum, & Valerium Marinum & Pedianum Cestum. Tacitus Histor. lib. II. cap. LXXI. LXXII. Comitium consulum item celebravit. Pridie Kal. Novembres. Rossius Regulus init. Idem lib. III. cap. XXXVII. De Cn. Cæcilio Simplicio, & L. Quintio Attico, vix per hos dies consulum umbram gerentes, Tacitus Histor. lib. IV. cap. LXVIII. & LXXIII. Dio Xiphilini lib. LXV. pag. 741. Quas ob res præferunt quum jam Priscus (Helvidius) appropinquaret, C. Quintius Atticus, & Cn. Cæcilius Simplex consulibus, & Sabinius propinquus Vespasiani, alique primarii viri simul conveniunt. Vitellius ipse se perpetuum consulem dixit. Suetonius in vita cap. XI. Aliens die Pontificatum Maximum cepit, comitia in decem annos ordinavit, seque perpetuum consulem. Eadem ferme Tacitus. Hinc vetus lapis & nummus apud Goltzium: A. VITELLIUS. L. F. IMP. COS. PERP. Vide in rem hanc Ezechielis Spanhemii de Præstant. & usu numismatum antiquorum Dissert. XII. pag. 454.

Otho Imperator, & Vitellius.

I. Consul. Galba juxta priorem Consulatum Cæsareorum regulam.

in Italiam præmisit exercitum, de summa rerum cum Othone ipse postea dimicaturus; cum ille sine rerum desperatione, vel ne sui causa (ut tradunt) bello civili inter se milites necarentur, sibi ipse prudens volensque mortem conscivit die vigesima Aprilis, anno suæ ætatis trigesimo octavo, nonagesimo quinto Imperii die. Cui succedens Vitellius, tenuit menses octo & dies quinque. Fuit hic ille Vitellius, Lucii Vitellii illius filius, qui (a) sub Claudio Syriam provinciam administravit, de Judæis (ut dictum est) optime meritis, præfuitque illi provinciæ usque ad Caium Caligulam, qui in ejus locum substituit Petronium; de quo plura superius.

(a) Joseph. de bel. Jud. lib. 5. c. 11.

II. Vespasianus (b) interea, quinta mensis Junii, Cæsarea profectus, quæ reliqua esse videbantur loca Judææ, Romano subiecit Imperio, tribus exceptis castellis, quæ a latronibus tenebantur, Herodio, Massada, & Macherunte, ac ipsa Hierosolymorum civitate: cum tamen interim longe his graviora Judæi paterentur a contribulibus suis. Nam Simon Gerasenus (c), dux factus eorum qui foris erant latronum Idumæorum, ac quorumcumque poterat, loca alia depopulabatur; & adversus Zelotas, tam qui foris, quam qui agerent Hierosolymis, ciens prælia, quoscumque inveniebat Judæorum, funesta morte, vel crudeli membro obtruncatione afficiebat; indeque magno comparato exercitu, Hierosolymam obsedit. Sic igitur Zelote intus in cives, foris Simon in ceteros quos inveniret, omni crudelitatis genere grassabantur. Mira Dei vindicta, ut eo tempore, quo gladius Romanorum in Judæos sævire cessasset, latronum & factiosorum agmina, in eisdem intus & foris crudelius essent armata. Cives autem, quo adversus Zelotas viribus prævalerent, Simonem cum suis receperunt in civitatem, nescientes inde sibi majorem proventuram cladem. Ingressus itaque cum suis in urbem Simon, Zelotas, qui se in templo munierant,

II. Galba interitus.

[1] Galba non die decima sexta Januarii, ut habet Baronius, sed die decima quinta occisus, Josephus enim, qui tum vivebat, lib. 5, de Bello cap. 6. ait, Galbam imperasse menses VII. & dies VII. cui uterque Victor suffragatur. Quare cum Nero die nona Junii anni præcedentis perierit, interitus Galbæ in diem XV. Januarii incidit. Clemens quidem Alexandrinus, & Theophilus Antiochenus habent, menses VII. dies VI. quia nempe diem emortualem excludunt. Alia in hanc rem argumenta attuli in Pro-

[1] Vide etiam Norisium in epochis Syro-Maced. Dissert. I. Cap. III. pag. 45. ut & mox de imperio Othonis, & Vitellii eorumque interitu. Vide ibi etiam pag. 141. nummum Galbæ effigie obfigatum, ac Mucianum Legatum propretorem in Syria, anno Antiochenum xxvii. qui fuit 69. æræ vulgaris in postica memorantem.

continuo est aggressus: sed resistentibus illis ex editis locis, opus frustra tentavit; sicque conatus ejus redditus est plane irritus, Sed quæ post hæc Hierosolymis facta sint, suo loco dicemus paulo inferius.

III. Interea Romæ cum Vitellius turpissime imperaret, tam Senatam ac populum, quam etiam milites novandarum rerum cupido incessit. Sed opportune (quod erat in optatis) accidit, ut Vespasianus (d) Urbis cladem commiseratus, iraque simul incensus, de liberanda Urbe ipsoque Orbe deliberarit. Hæc cum apud milites loqueretur, omnibus annuentibus, ab iisdem acclamatus est Imperator; cui recusanti, rectores legionum magis instabant; circumfusisque milites cum gladiis eidem mortem minitantes, nisi quod ab omnibus nomen esset oblatum acciperet. Jurasse postea in ipsum exercitum qui in Judæa erat quinto Nonas Julii, auctor est Tacitus, (e): Suetonius (f) vero quinto Idus factum tradit. Ceterum coeptum esse numerari annum primum Vespasiani ab ipsis Kal. Junii, idem Suetonius tradit (g). Præsto illi fuit Mucianus Syria Præfes cum quatuor legionibus sperans se illi fore collegam in Imperio. Cupiens desuper duas, quæ in Ægypto erant, legiones sibi conjungere, dedit litteras Alexandriam ad Præfectum Augustalem, qui tunc erat Tiberius Alexander, ex Judæo factus Gentilis, & Romanorum studiosissimus: qui primus ante alios legiones, ut in Vespasianum Imperatorem, jurarent adegit Kalend. Julii. Hæc vero omnia ei ex animi sententia successerunt. Quin etiam & duæ aliæ legiones, quæ in Mysia erant atque Pannonia, jusjurandum ei præstiterunt. Insuper & qui in Africa erant milites (ut Tacitus (h) tradit) eidem adhæserunt. Post vero, cum Alexandria rediisset in Palæstinam, diversarum provinciarum ac civitatum adfuerunt legationes, salutantes eum Imperatorem, coronasque simul aureas offerentes. Præ-

(d) Joseph. de bel. Jud. lib. 5. c. 10. 11. 12. Vespasianus acclamatus Imperator.

(e) Tacit. lib. 2. histor.

(f) Sueton. in Vespas. c. 6.

(g) Suet. ibid.

(h) Tacit. lib. 1. histor.

legomenis Dissert. Hypat. num. XIX. Quod si a tempore, quo Imperator in Hispania dictus est, vivente adhuc Nerone, Imperium ejus exordiri placeat, tunc, ut Xyphilius & Zonaras ex Dione habent, regnavit menses novem, dies tredecim, quot menses & dies a tertio Aprilis anni præcedentis ad decimum quintum Januarii præsentis anni fluxerunt. Adoptavit Galba Pisonem, Cæsaremque renuntiavit; sed is intra sextum adoptionis diem periit, ut habet Tacitus lib. 1. Hist. Suc-

IV. Præmisso interim pedestri itinere Muciano cum copiis, ipse Vespasianus Alexandriam abiit, inde navigaturus in Urbem. Horum omnium prior, qui cum legionibus Myssiæ atque Pannoniæ in Italiam adversus Vitellianos pugnans, rem bene gessit, fuit Antonius. Cum interea Sabinus Vespasiani frater more impatiens, simulque Domitianus filius ejusdem Vespasiani una cum compluribus aliis nobilibus, adjunctis sibi cohortibus vigillum, occupant Capitolium: quos, cum oppugnare studerent, Vitelliani, ab his qui intus erant, incensus est templum Jovis Capitolini; tunc & Domitianus insperata sibi fuga consuluit; Sabinus vero retentus occiditur. Adventante vero postera die Antonio cum exercitu, resistentibus Vitellianis, tertio intra Urbem inter eos commissum est prælium: sed tandem illis cedentibus, Vitellius sapius fugam captans, ac rediens, demum se occultans, a militibus perquisitus & inventus sævissime trucidatur sui Imperii (ut tradit Josephus a) octavo mense, die quinto, mensis Octobris die tertio, anno suæ ætatis quinquagesimo quarto (ut Dio) vel septimo, ut Suetonius & Tacitus tradiderunt.

IV.

III. [1] Suetonius, in Nerone cap. 10. de Galba scribit: *Consulatusque Imperator Legatum se Senatui Nummi ac populi Romani professus est: tum cap. 11. mi in qui. Ut occisum. Neronem cognovit, deposita Legatus annus suscepit Cæsaris appellacionem: non potuit itaque secundum Imperii annum inchoare, licet in multis Nummis Græcis legatur. I. B. id est anno secundo, sed cum omnes hi Alexandriæ percussifuerint, jure merito observantur aliqui Alexandrinos non numerasse annos Imperatorum, a die natali eorum Imperii, sed a die vigesima nona mensis Augusti; id enim confirmat Dio. lib. 51. pag. 457. ubi ait, *Diem quo capta fuit Alexandria festum esse. consueverunt, ab eoque reliquis annis numerandis. initium sumendum.* Numquam in Nummis Ægypti alia epocha notata quam. Regum, & Imperatorum, quare ea a primo anni die non exordiebatur, & quando mors Principis sub finem anni nunciabatur, statim Nummi in honorem successoris cubebantur, cum LA. id est anno primo, & post aliquot dies novo anno Alexandrino inchoante die XXIX. Augusti in nummis exprimebatur annus secundus a die XXIX. Augusti delumptus. Sic Traiano mortuo, & Hadriano in locum ejus subrogato, ac Alexandria agnito Imperatore initio anni CXVII. nummi percussifuerunt cum LA. & deinde die XXIX. Augusti cum L. B. ita ut ultimus hujus Imperatoris annus in Nummis Ægyptiacis præferat L. C. B. id est annum XXII. quod nonnisi in nummis Alexandrinis occurrit. Præterea in Canone Ægyptiaco. Ptolomæi anni Regum non a vero die eorum natali, sed a Thoth vago, postea pro usu civili Augusto regnante diei XXIX. Augusti alligato numerantur.*

IV. Diligentem autem observandum post Neronem in quo Julia familia extincta, etiam qui ab Au-

gustus originem ducebant, Cæsares appellatos non esse, donec a patribus Imperatoribus eo nomine ac dignitate cohonestarentur, idque cum spe ad successionem Imperii, ejusque aliquo confortio. Eam in rem Otho apud Tacitum lib. 1. Hist. dicit: *Agendum, audendumque, dum Galba auctoritas fluxa, Pisonis nondum coaluisset.* Non solum itaque Cæsaris nomen cum certa Imperii successione Piso acceperat; sed auctoritatem aliquam, quæ nondum coaluerat, neque satis stabilita erat. Nec refert, quod paulo antea Tacitus de Legatis ad Germanicum exercitum mittendis, ac de Pifone loquens dicat: *illis (nempe Legati) auctoritatem Senatus: hic (scilicet Pifo) dignationem Cæsaris laturus.* Non enim inde sequitur Pisonem nullam auctoritatem, nullumve Imperium habuisse; illud quippe Cæsaris nomine ab Historico, brevitatem, affectante satis designatur. Cæsaris honores paulatim aucti, tandemque Regis & Imperatoris nominibus appellati ut infra demonstrabo. Verum quidem est, satis non immotescere, in quo situm esset illud Imperium Cæsareum: sed cum de re constat, certa, propter dubia & incerta, non deferenda. Itaque ante Neronis mortem quicumque filius Cæsari patri nascebatur, is, origine nascendi dicebatur, Cæsar, ac filius Augusti, immo & Imperii successor reputabatur, si tamen ab Imperatore vel Tribunitia Potestate, vel Imperio Proconsulari exornatus fuisset, aut ab eodem testamento successor nominatus esset. At post Neronem, neque nativitas neque adoptio Cæsaris nomen secum invehabat, ut multis exemplis constabit.

Bello civili Romæ occiditur Vitellius.

(a) Joseph. de bel. Jud. lib. 13.

V. (b) Dio in Vitellio.

Sequenti autem die Mucianus cum ceteris copiis in Urbem ingrediens, grassantes milites in civium domos repressit. Hæc omnia fufius Josephus, qui tamen in his quæ sunt temporis cum a Græcis tum a Latinis dissentit historicis: nam Dio (b) Vitellium regnasse dicit annum unum, de-

Post Neronem Cæsares, non familia sed dignitatis nomen fuit.

V. Plutarchus in Galba pag. 1063. Confirmat quod diximus de initio Vitellii, quod sc. die secunda mensis Januarii dictus fuerit Imperator & finis Galbæ.

[1] IS quæ assert Pagius de anno secundo imperii Galbæ ex epocha Alexandrinorum, quæ inchoabat a die vigesima nona mensis Augusti, adde tres apud Ægyptios. Græcis litteris excusos Galbæ nummos cum Galba L. B. id est anno secundo, quos ex Museo Theopolo protulit Philippus a Turre Episcopus Adriensis in Dissertatione de annis imperii M. Aurelii Antonini Elagabali pag. 31. Errare Pagium, dum scribit Vitellium interisse die vigesima prima Decembris, ostendit idem Episcopus Adriensis eadem Dissertat. pag. 50. qui docet, die vigesima Decembris Vitellium interfecit, in qua sententia pridem fuerat Norisius de Epochis Syro-Maced. Dissert. I. Cap. III. Sibi tamen scrupulum iniecerat ex Suetonii verbis Cap. XVI. quibus fieri videtur, Legatos suam Vitellii ad Flavianos die xx. missos esse, sed Adriensis Antistes scrupulum eruit, & die XIX. Legatos ab Urbe discessisse, & die sequenti Flavianos in Urbem irrupisse, & Vitellium neci traditum.

(a) Tacit. Tacitum (a) confirmatum reperitur. Verum ut hos conciliemus: qui ejus Imperio tribuunt annum unum, certum est non numerare ab obitu Othonis, sed ex eo tempore, quo a militibus Imperator est acclamatus. Sed a Josepho idem dissentit Tacitus, dum ille tradit Vitellium occisum esse mensis Octobris die tertia, Tacitus (b) vero mense Decembri. His rebus gestis, ac vix tandem post caedes Ex S. C. & praedas compressis ac ad officium redactis militibus, ex S. C. (c) T. Flavio Vespasiano miro consensu omnium est decretum Imperium, qui id tenuit annos decem, minus sex diebus, numerando ab eo tempore, quo primum Alexandria a militibus (ut tradit Suetonius in Vespasiano d) Imperator est salutat

(b) Tacit. Hist. lib. 3. & praedas compressis ac ad officium redactis militibus, ex S. C. (c) T. Flavio Vespasiano miro consensu omnium est decretum Imperium, qui id tenuit annos decem, minus sex diebus, numerando ab eo tempore, quo primum Alexandria a militibus (ut tradit Suetonius in Vespasiano d) Imperator est salu-

(d) Sueton. in Vespasiano c. 6. Verum enim vero quod diversi diversi ponant numerum annorum Imperii Vespasiani, inde evenisse videtur quod alii numerant a tempore necis Vitellii, alii ex quo per Senatusconsultum est illi decretum Imperium, alii rursus a tempore quo ab exercitu salutat

& Galbam ac Pisonem Caesarem interfectos fuisse ad octavam decimum Kalendas Februarias. Quae Plutarchi loca ab Historiae Augustae Interpretibus miror non animadvertisse.

Vitellius anno superiori sub ipsas Kalendas Decembris, ingressus est Germaniam, ubi superioris Germaniae exercitus ipso Kalendis Januariis die currentis anni imagines Galbae dirumpit, & in acta Senatus jurat, & die postea Vitellius Imperator consalutatur, ut habet Tacitus lib. 1. Hist. Inde Otho Augustus, qui Galbae successerat, se ipsum interfecit, postquam biduum, tresque menses, Imperium tenuit, inquit Josephus lib. 5. de Bello cap. 8. ideoque die decima sexta mensis Aprilis, non vero die vicecima, ut habet Baronius. Josepho suffragatur Clemens Alexandrinus, qui Othoni tribuit unum mensem, id est, menses V. diem unum, sed legendum, menses 7, id est, menses tres, ubi diem emortualem excludit. Idem deducitur ex Tacito, qui lib. 2. Hist. ait, Othonis mortem Romae nuntiatam, dum Cereales Ludi ex more spectabantur. Hi Ludi tertio Idus Aprilis inchoabantur, & die decimo tertio Kalendas Maji, id est, XIX. Aprilis absoluebantur, ut patet ex veteri Calendario a Lambecio in Bibliotheca Caesarea publicato. Cum autem Otho Bebrici (vicus est Veronam inter & Cremonam situs) peremptus fuerit, mors ejus ante diem XX. Aprilis contigit, alioquin dum Ludi Cereales celebrabantur, Romae nuntiarum non potuisset; cum Romam inter & Bebricum via longa intercedat, non nisi intra aliquot dies percurrenda. Ex quo manifestum est, errasse Suetonium in Othone, qui scribit, hunc Imperatorem nonagesimo quinto Imperii die funeratum esse, die scilicet vicecima Aprilis. Accuratus Xyphilinus & Zonaras ex Dione tradunt, regnasse Othonem dies XC. quo pacto, die XVI. quod verum est, perit. Ait Baronius in Annalibus, Othonem a Nerone fuisse alias in Hispaniam missum Quae

VI. Othonis interitus.

rius Alexander Praefectus Aegypti primus in verba Vespasiani legiones adegit Kal. Julii: qui principatus dies in posterum observatus est. Judaicus deinde exercitus V. Idus Julii apud ipsum juravit: Hac Suetonius (e). Interea vero Vespasianus expectato opportuno tempore navigandi, Alexandria solvens, Romam se contulit.

Quanam admiratione digna Vespasiano contigerint, dum Alexandria esset, his verbis Tacitus (f) enarrat: Per eos menses, quibus Vespasianus Alexandriae stans aestivis statibus dies, & certa maris opperiebatur, multa miracula evenere, quis caelestis favor, & quam in Vespasianum inclinatio numinum ostenderetur. Ex plebe Alexandria quidam oculorum tabe notus ad genua ejus advolvitur, remedium caecitatis exposcens gemitu, monitu Serapis dei, quem dedita superstitionibus gens ante alios colit: precabaturque Principem, ut genas & oculorum orbes dignaretur respergere oris excremento. Alius manu oger, eodem deo auctore, ut pede & vestigio Caesaris calcaretur, orabat. Vespasianus primo irridere, aspernari: atque illis instantibus, modo famam

storem. Sed, ut observavit Card. Norisus, Otho non Quaestor missus, sed Quaestorius, post Quaesturam nempe in Urbe administratam; fuit enim in Lusitania Legatus Augusti Propator: Provinciam (sc. Lusitaniam) administravit Quaestorius per decem annos, moderatione atque abstinentia singulari, inquit Suetonius in Othone cap. 3.

Ad num. III. Postquam in Orientem, ubi Vespasianus agebat, Othonis mortis nuntium est alatum: Tiberius Alexander Praefectus Aegypti primus in verba Vespasiani legiones adegit Kalend. Julii, qui principatus dies in posterum observatus est. Judaicus deinde exercitus V. Idus Julii apud ipsum juravit, inquit Suetonius in Vespasiano cap. 6. Tacitus vero lib. 2. Hist. cap. 79. habet: Initium ferendi ad Vespasianum Imperii Alexandria captam, festinante Tiberio Alexandro, qui Kalend. Jul. sacramento legiones ejus adegit. Isque primus Principatus dies in posterum celebratus, quamvis Judaicus exercitus V. Nonas Jul. apud ipsum jurasset, eo ardore, ut ne Titus quidem filius expectaretur. Lipsius in Notis ad eum locum ait, Suetonio scriptum, v. Idus, ubi Tacitus v. Nonas: sed cum ad exemplar Taciti emendandum videvi non vane pronuntiat Clarissimus Torrentius. Utriusque conjecturam certam esse demonstrabo in morte Vespasiani, cujus Imperii anni ab Antiquis, vel a Kalendis Julii, vel a v. Nonas Julii, numquam vero a v. Idus Julii, deducuntur.

Ad num. IV. & seq. Vitellii Augusti interitus die vicecima prima Decembris contigit. Dio enim scribit, imperasse Vitellium anno uno, decem diebus exceptis, a die nempe secunda Januarii ad vicecimam primam Decembris. Secundo Zonaras inquit: Vixit annos LV. & dies LXXXIX. imperavit annum unum, decem diebus dempsit: Suetonium autem in Vitellio ait: Natus est VIII. Kalend. Octobris, vel, ut quidam, VII. Idus Septembris, Druso Caesare, Nor-

(e) Sueton. in Vespasiano c. 6.

VI.

(f) Tacit. lib. 4. Hist. Miracula tributa Vespasiano qualia.

Baron. ib.

VII. Imperii

Vespasiani duplex est.

VIII. Vitellii interitus.

nam vanitatis metuere, modo obsecratione ipsorum & vocibus adulantium in spem induci: postremo existimari a medicis jubet, an talis caecitas & debilitas ope humana superabiles forent. Medici varia differere: huic non exesam vim luminis, & redituram, si pellerentur obstantia; illi elapsos in praeorum artus; si salubris vis adhibeatur, posse integrari, id fortasse cordi deis, divino ministerio Principem electum: denique patri remedii gloriam poenes Caesarem, irriti ludibrium penes miserum fore. Igitur Vespasianus cuncta fortuna sua patere ratus, nec quidquam ultra incredibile, laeto ipse vultu, erecta, quae adstabat multitudine, juxta exequitur. Statim conversa ad usum manus, ac caeco reluxit dies. Urumque, qui interfuere nunc quoque memorant, postquam nullum mendacio pretium. Hucusque

dano Flacco Coss. Quare secundum Zonaram natus est Vitellius die XXIV. Septembris, seu VIII. Kalend. Octobr. anni Christi XV. Drusi Caesaris & Norbani Consulatu notati, perlitque die XXI. Decembris currentis anni; quod a Classico Auctore accepit Zonaras. Tertio, Josephus lib. 5. de Bello cap. 13. inquit: in media urbe jugulatur octo menses ac dies quinque potius Imperio. Regnum Vitellii Josephus a die XVI. Aprilis, quo Otho se ipsum interfecit, exorditur, diemque emortualem excludit quod ex sequentibus ejus verbis manifestum fit: subdit enim, caetera de vultu menses ac dies quinque. Quae verba sic Gelenius vertit: Hac quidem gesta sunt die tertio mensis Octobris. Sed perperam: ipsemet enim Gelenius de Bello cap. 4. diem XXII. mensis Hyperboretici vocat diem XXVI. mensis Octobris. Quare Apellans ibidem usurpat a Josepho pro Decembri: secundum quod lib. 12. de Antiquit. cap. 7. comparat mensem Chalesu, qui partim Novembri, partim Decembri respondet, cum eo qui a Macedonibus, inquit, dicitur Apellari, qui mensis Syro-Macedonicus die vicecima tertia Novembris nostri inchoatur, dieque vicecima tertia Decembris absolvitur. Cum itaque vicecima mensis Apellae dicitur a Josepho tertius dies Apellae, desinentis scilicet mensis, secundum morem loquendi Syro-Macedonum, constat, Vitellium interfectum die vicecima prima Decembris nostri, qui a Syro-Macedonibus vocatur dies tertius mensis Apellae desinentis, ut videre est in Tabula mensium Macedonicorum & Asianorum apud Usserium in Dissertatione de Macedonum & Asianorum anno Solari. Ex laudato porro Josephi loco, a Criticis, quod videtur, non discussio, liquet, Josephum in libris de Bello, mensibus & anno Syro-Macedonicis aliquando uti. Is enim, qui jam scripserat, Vitellium imperasse menses octo, & dies quinque, ideoque indicarat, eum die vicecima prima Decembris interfectum esse, se ipsum postea magis explicat, nullusque sui scripto melior interpres. Qui cum Suetonio Vitellii initium a die vicecima Aprilis desumunt, ajunt eum imperasse menses octo, diem unum, excluso nempe emortuali die, ut Cassiodorus in Chronico & Eutropius, ac ante eos Clemens Alexandrinus, qui habet, Vitellium imperasse menses septem, diem unum, ubi sine dubio legendum, menses octo, huiusmodi, id est, menses octo diem

Tacitus. Hac eadem narrat Suetonius (a), atque etiam alii.

Verum hac altiori digna sunt indagare. In primis enim praesentia Tyanæi magorum omnium celeberrimi, & Vespasiano amicitia conjunctissimi, non nihil moveor, ut existimem ea omnia fuisse ejusdem Apollonii Tyanæi arte excogitata. His enim diebus aderat Alexandriae, ac pluribus aliis imposturis, quas recenser Philostratus (b), in sui admirationem converterat Alexandrinos, aliarumque provinciarum, qui illic versari soliti erant; homines. Sed & in his quae sunt visa miracula, illud etiam considerandum: eas non fuisse ejusmodi ægritudines, quae (quod refert Tacitus) a medicis curari minime valuissent. Si igitur medici ea praestare potuissent, multo certe facilius demones valere, quorum illud fuit plane consilium, ad

unum. Sed hæc sententia, ut jam dixi, falsa; qui tamen eam docuerunt, non alio die Vitellium occisum credere, quam die XXI. Decembris. Horum trium Imperatorum emortualis dies a Scaligero in lib. de emendat. Temp. & a Petavio in Animadversionibus Epiphaniis, & in lib. II. de Doct. Temp. cap. 16. frustra investigatus, sed jam, ni valde fallor, in manifestam lucem a me prolatus.

Interfecto Vitellio, Vespasiano Consulatus cum Tito filio, Pratura Domitiano, & Consulatus Imperium decernuntur, inquit Tacitus lib. 4. Hist. Suetonius vero in Domitiano cap. 1. Honorem Pratura Urbana cum Consulatu Potestate suscepit titulo tenus: quam jurisdictionem ad Collegam proximum transulit, nempe Mucianum. Uterque locus Onuphrio in Fastis fucum fecit existimavit enim inde sequi; Domitianum annum sequentem Consulatum suffectum designatum esse; licet de Imperio Militari seu Consulati, non vero de Consulatu Tacitus & Suetonius loquantur, constetque, anno sequenti Domitianum Consulatum non gessisse; cum Pratura ante Consulatum, non vero simul cum eo administrari solet. Spanhemius Vir eruditissimus in Caesaribus Juliani Imperatoris pag. 69. egregium Nummum producit, in quo visuntur duo capita Titi & Domitiani Caesarum respicientia cum his verbis circum: CAESAR AUG. F. COSS. CAESAR F. PR. Ubi vides, utrumque Caesarem ac Augusti filium, Titum vero Consulatum, & Domitianum Praetorem appellari. Huic itaque Pratura quidem, sed non Consulatus hoc anno delatus; deceptusque Onuphrius quem omnes secuti sunt, qui Potentiam Consularem cum Consulatu confundit. E contra Card. Norisus in Cenotaphiis Pisani Dissert. 11. pag. 208. Consularem Potestatem ab Imperio Consulati distinguit, explicans vetus. elogium. Gruteri pag. 454.

C. PLINIUS. C. F. C. N. CAECILIUS. SECUNDUS. COS. AUGUR. LEGAT. PRO PRAET. PROVINC. PONT. CONSULARI. POTESTATE. IN EAM PROVINCIAM. AB IMP. CAESARE. NERVA. TRAJANO AUG. GERMANICO. MISSUS, &c.

99. Recte dicitur, inquit Card. Norisus, cum...
100. Consularem Potestate, non Imperio in eam provinciam missus Plinius (Bithyniam. sc.) Im-
101. pe-

(a) Suet. in Vespasiano c. 7.

VII.

Quae Christi sunt, Vespasiano adscripta.

(b) Philostr. in Apollonio. l. 5.

IX. Domitiani Consulatus Imperium explicatur.

ad obscurandam Christi gloriam, ut quæ olim a Prophetis de Christi regno prædicta essent, tribuerentur Vespasiano. Quod enim de Messia venturo sacris erat litteris consignatum, nempe quod universo dominaretur Orbi, ut de Vespasiano intelligeretur, plurimis persuasit: *(a) Tacit. Nam (quod Tacitus ait a) pluribus persuasit, eo ipso tempore fore ut valesceret Oriens, profectique Judæa rerum potirentur; quæ ambages Vespasianum ac Titum prædixerant. Hæc Tacitus. Suetonius (b) vero eadem habet in hæc verba: Percrebuerat Oriente toto vetus & consans opinio, esse in fatis, ut eo tempore & Josephus (c), cum dicit: Quod maxime eos ad bellum excitaverat, responsum erat ambiguum, itidem in sacris libris inventum: quod eo tempore quidam esset ex eorum finibus orbis terræ imperium habiturus. Id quidem illi quasi proprium acceperunt: multique sapientes interpretatione decepti sunt. Hoc autem plane responso, Vespasiani designabatur Imperium. Hæc Josephus: qui impietatis calligine offusus, ea esse de Messia intelligenda vel non novit, vel dissimulans quod sciebat, temporibus inserviens, sic est Vespasiano adulatus, ut olim alii Judæi majori Herodi, affirmantes illum esse quem Deus pollicitus fuerat per Prophetas; unde Herodiani sunt dicti.*

(a) Tacit. Nam (quod Tacitus ait a) pluribus persuasit, eo ipso tempore fore ut valesceret Oriens, profectique Judæa rerum potirentur; quæ ambages Vespasianum ac Titum prædixerant.

(b) Suet. Percrebuerat Oriente toto vetus & consans opinio, esse in fatis, ut eo tempore & Josephus (c), cum dicit: Quod maxime eos ad bellum excitaverat, responsum erat ambiguum, itidem in sacris libris inventum: quod eo tempore quidam esset ex eorum finibus orbis terræ imperium habiturus.

(c) Jos. de bello Jud. 7. c. 12.

At si prophetica vaticinia de Vespasiano locuta erant; cur ab eodem postmodum tam exacta facta est pervestigatio de stirpe Juda, & familia David, & (ut tradit Eusebius d) quos invenit occidit: nisi quod in comperto esset, non aliunde quam ex ea progenie Christum venturum esse? Sed qui erraverunt ab utero, & locuti sunt falsa, & legitimum germanumque Messiam contempserunt; non hunc solum, sed & factiosissimos homines principatui inhiantes, seque illum esse Orbis Principem jactantes, miserime sunt passi. Sic igitur decepti Judæorum complures, & inter eos idem Josephus, in eam profus conspirarunt sententiam, ut ea non de Jesu, quem crucifixissent, sed de Vespasiano essent intelligenda. Id quippe jam ante Judaica superstitio in monte Carmelo, idque Josephus historicus (quod ipsemet testatur) eidem Vespasiano prædixerat; quod & Suetonius his verbis significat: *Apud Judæam Carmeli Dei oraculum consulentem, ita confirmavere sortes, ut quicquid cogitaret, volueratque animo, quantumlibet magnum, id esse proventurum pollicerentur. Et unus ex nobilibus captivis Josephus, cum conjiceretur in vincula constantissime asseveravit fore ut ab eodem brevi solveretur. Hæc Suetonius (e). Et quoniam, qui hujusmodi esset, ab Isaia (f) prædictum erat, fore ut multa operaretur miracula: hæc quoque ex parte provium fuit, ut idem quasi per larvam quamdam Rex ille ultimus*

(d) Euseb. hist. lib. 3. c. 11. Vespasianus a Judæis pluribus creditur Messias.

(e) Suet. in Vespas. c. 5. (f) Isaia 35.

perium enim absolutam belli gerendi, seu rei militaris administrandæ potestatem designabat; potestas vero civilis jurisdictionis exercendæ liberam facultatem, uti optime adnotarunt Panvinius lib. I. Fast. ad annum Urbis CCCXXXVIII. & Sigonius lib. 3. de Antiq. Jur. re Provinc. cap. 5. Plinius vero quamvis Legatus Proprætor Traiani Augusti, quod sine exercitu sine legionibus Bithyniam regebat, Consulari tantum Potestate præditus inscribitur. Ita Card. doctissimus. At Panvinius & Sigonius de iis, quæ stante Republica facta sunt, non vero de more post Imperium institutum servato loquuntur, & ex laudatis Taciti & Suetonii eandem rem diversis verbis exprimentium locis colligitur, Potentiam Consularem & Imperium Consulare per hæc tempora distinctas Potestates non fuisse. Denique Plinius lib. 10. Epist. 60. & 61. Traianum admonet, se suscepisse & solvisse cum commilitonibus Vota, in Decennalibus nempe & id genus festis emitti solita. Quare Plinius & cum Imperio Consulari & eum Consulari Potestate in Bithynia erat. Hac tamen de re cum ad Card. Norisium scripsissem, respondit: *Domitianus habuit initio Potestatem Consularem, ut ait Suetonius, qui lato modo eam pro Imperio Proconsulari accepit. Habet exemplum pag. 208. in Cenotaphis ex Tacito. Domitianus exercitum duxit contra Germanos. Hoc erat Imperium Proconsulare Domitiani Cesaris. Vide Tacitum in fine lib. 4. Hist. ac Josephum lib. 7. de Bello. Cum Plinio ex lib. 10. epist. 60. & 61. erant milites non qui essent legio, sed co-*

hortes, uti erant Hierosolymis sub Pilato Procuratore, cujus nullum erat Imperium Proconsulare. Hinc Traianus lib. 10. epist. 82. scribit Plinio: Si qui se contra disciplinam meam gesserint, statim coercentur; si milites erunt, Legatis eorum, quæ deprehenderit, notum facies; Quare Plinius non habebat Imperium Proconsulare, quo qui pollebat, habebat plenum jus in milites, atque penam capitis, ut innumerus exemplis passim patet. Ex hac epist. 82. palam inferitur sola Potestas Consularis Plinii. Hæc Card. Norisius. Verum cum inter varia discrimina quæ inter Proconsules Legatosque ac Proprætores erant, illud unum esset, quod illi in populi Provincias mitterentur, quæ fere inermes, hi vero in Cesaris, quæ copiis instructæ erant, hoc dubium aliis magis examinandum relinquo.

In excerptis ex Dione a Valesio editis, ubi de Hadriani Imperio agitur, hæc leguntur: *Julius Severus post partam de Judæis victoriam, ante Hadrianum missus est in Bithyniam, quæ quidem est non armis, præside tamen ac restore jussu, & prudentia fuit pro ac dignitate prædito egebat, &c. Ceterum Senatui sortique, Bithynia loco tradita est Pamphylia, puli.* Quare ante Hadrianum Bithynia provincia inermis erat, eoque imperante a populo Romano in Imperatorem translata.

Censores aliquid apud Card. Norisium in Epist. Consul. pag. 177. reprehendunt me, quod in Dissert. Hypat. scripserim, Domitianum Imperij Cesaris Decennalia & id genus festa edidisse: Nos plane, inquam, ignoramus quidnam sit hæc præditus Imperium Domitiani. Nam Dio lib. 53. differens

X. Bithyniam ante Hadrianum

XI. Domitianus Imperio Cesaris præditus

ximus appareret, nempe Messias. At illud certe in Vespasiano impleri non valuit, quod de Christi regno prædictum erat, ipsum futurum æternum, nec finem aliquando accepturum; cum nec ad decennium ejus Imperium potuerit propagari. Sed quod pertinet ad miracula, quæ non tantum hominibus, sed diis ipsis a diversis historicis Gentilibus sunt adscripta: cujus sint fidei, sincerissimus testis est Polybius (a), inter eos clarissimus auditor: cujus sententiam rebus his, de quibus agimus, valde accomodatam, hic recitare operæpretium ducimus: sic enim. *ait: Fama autem est, & creditur apud Vargelietas, quod statua Diana Cindyardis, quamvis sub dio sit, neque nebulam neque pluviam patiatur; sicut & statua Vesta apud Jassæos. Et ista etiam historiographi nonnulli dixerunt. Ego vero, nescio quomodo, ejusmodi historiographorum sententiis toto hoc tractatu constanter repugno, & succensco. Videntur autem mihi talia proferri puerilem sensum recipere, qui citra considerationem non modo absurda, sed & impossibilia complectuntur. Etenim si quis corpora quedam sic illuminari posse diceret, ut umbram non constituant, id animi profusus esset insensui: quod Theopompus fecit, dicens, eos qui Jovis templum, quod in Arcadia est, ingrediuntur, haud adumbrari. Huic autem conforme est quod jam dicitur. Itaque in omnibus quidem illis quæ plebis pietatem erga numen conservant, condonandum est nonnullis historiographis, qui de talibus monstrofa loquuntur: in eo vero Ann. Eccl. Tom. I.*

IX.

(a) Polyb. hist. lib. 16. Miracula Gentilium qualia.

quod modum hunc excedit, ignoscendum non est. Hæc Polybius; quæ quidem ad verbum hic volumus exscripsisse, quo appareat; quantæ sint fidei, quæ ab Ethnicis scriptoribus multis chartis de portentis, & miraculis, scriptis sunt prodita. Dum hæc Alexandria aguntur, ubi Titus una cum patre Augusto usque ad tem-
X. Triplici Facione divisi Judæi gratantur in hilominus bellis civilibus mutuo digladiantes, longe deteriora, quam ab externis hostibus, a suismet gentilibus patiuntur. Nam præter illa quæ sunt a nobis summam superius recensita, addit Josephus (b), seditionem Hierosolymis inter duas partes, nempe populum civitatis atque Zelotas auctam esse trifariam: primamque factionis, eorum scilicet qui ex latronibus collecti erant, Simon Gioræ filius princeps erat: secundæ vero, nempe Zelotarum, dux erat Joannes, de quo superius facta est mentio: tertiæ autem, quæ ab his est dirempta, factionis præses erat Eleazarus Simonis filius, qui interiorum templi partem occupans communivit, exteriorum vero Joannes tenebat. Ex quo etiam admirari possumus tantam amplitudinem & magnitudinem templi, in quo duo exercitus sibi ipsis contrarii habitarent absque violatione tertiæ ejusdem partis, quæ dicebatur Sancta sanctorum. Simon vero superiorem civitatis partem occupaverat. His igitur in hunc modum divisus trifariam, digladiantibusque inter se, templi atrium sanguine inundavit; & quod ultimum

P p p p

de titulis Imperatorum, testatur appellationem Cesaris nihil peculiaris potentia significare, sed tantum successionem stirpis. Et ne a Domitiano hincadamus; Tacitus in fine lib. 3. Hist. scribit, Domitianum post necem Vitellii a frequenti milite Cesarum consalutatum, & initio lib. 4. ait: Nomen, sedemque Cesaris Domitianus acceperat. Eo autem titulo nullum eidem Imperium collatum patet ex iis, quæ statim subjungit: Pratura Domitiano & Consulare Imperium decernuntur; Pratura nullum Imperium, sed jurisdictionis tantum potestatem Domitiano conferebat. Ceterum, ut Cesar, idemque filius Vespasiani Augusti, quidpiam auctoritatis ac potestatis supra privatos Prætores haberet, eidem Consulare Imperium S. C. decretum fuit, quod nuda illa Cesaris appellatio nullum eidem Imperium tribuebat. Unde concludunt censores, Domitianum & reliquos Cæsares omnes Imperii expertes fuisse. At Domitianum alioque deinceps Cæsares in aliquod Imperii consortium modo maius, modo minus, modo citius, modo tardius adscitos fuisse non dubito. Et ut hic tantum de Domitiano loquar. Tacitus in fine lib. 4. Hist. Domitianum sperni a senioribus juvenum suam cernens, modice quoque & usurpata antea munia Imperii omitebat. Simul simplicitatis ac modestiæ imaginem, in altitudinem conditis, studiumque literarum & amorem carminum simulans, &c. Ubi Tacitus de Domitiano loquitur, otium & Poetam, ante patris ex Oriente adventum, simu-

Jante. Egregius est in hanc rem Quindilianus locus de Domitiani Operibus poeticiis: *Quid iis ipsis Operibus ejus, in quæ donatus Imperio successerat, sublimius? Ubi loco successerat, Lipsius in Notis ad laudatum Taciti locum recte scribit, secesserat: Nec obstat locus Taciti a censoribus citatus: Nomen, sedemque Cesaris Domitianus acceperat, nondum ad curas intentus, ad Imperii scilicet administrationem; cum non multo post animum ad eam adjecerit. Tacitus ibidem de Senatu coacto agens, ait: Revertente Casare. Tum: Primo Senatu inchoante Casare. Infra: Abrogati inde, legem ferente Domitiano, Consulatus, quos Vitellius dederat. Nomen itaque loco laudato dignitatem significat, ut sæpe alibi, non vero purum putum Cesaris nomen. Ceterum quamdiu Vespasianus ab Urbe absuit, Domitianum cum Muciano omnia summa potestate administrasse testantur Dio lib. 66. Joseph. lib. 5. de Bello cap. 13. & Zonaras in Vespasiano. Denique Suetonius in Domitiano cap. 1. Casarum consalutatur, honorem Pratura Urbana cum Consulari Potestate suscepto titulo tenus; quam jurisdictionem ad Collegam proximum transfudit. Ceterum omnem vim Dominationis tam licenter exercuit, &c. Patre ex Aegypto reduce, ea auctoritate Domitianus potius non est, confortatamen Imperii fuit; cum Suetonius in Tito cap. 9. scribat: Fratrem (scilicet Domitianum) insidiari sibi non desistentem, nec occidere, ac ne in*

timum illis exitium attulit, frumentariae cellae, in quibus ad plures annos frumentum reconditum erat, incendio sunt absumptae. Sed haec omnia Josephus pluribus describit; quae a nobis brevitate contracta sunt, quod auctor ille in manibus omnium habeatur. Quapropter hoc satis sit dicere, adeo miserimum populum triplicibus his dilaceratum ac compressum fuisse hostium factionibus, ut pro Romanis, quo citius civitate potirentur, vota nuncuparent; rati nimirum, illos licet infensissimos hostes, & acceptas sub Cestio contumelias ulcisci paratos, tamen respectu praesentis, quem experiebantur, infelicissimi rerum status, habendos fore amicos carissimos, atque optatissimos servatores. Reliqua de his anno sequenti.

(a) Eusebius in Chron. & hist. lib. 3. c. 16.
 XI. Ignatius Episcopus Antiochenus. (b) Eusebius ubi sup.
 (c) Orig. hom. 6. in Lucam. Inat. epist. 22.
 (d) Mar. tyrolog. Rom. & alia die 6. Maji.
 (e) Menolog. die 7. Septemb.

Hoc eodem anno, Olympiade ducentesima duodecima, anno primo (ut numerat Eusebius a) Evodio Episcopo Antiocheno ex hac vita sublato, subrogatur qui aliquando collega sedisset Ignatius. Hic (ut idem auctor tradit b) sedit annos quadraginta, nimirum usque ad undecimum Traiani annum. Ea controversia, quod alii successum Petro ab Evodio in sede Antiochena, alii vero dixerunt ab Ignatio, superius a nobis est fusius pertractata. Sed & testatur Origenes (c), post Evodium absque ulla dubitatione eundem Ignatium tertio loco rexisset Ecclesiam Antiochenam. Quod autem ad obitum spectat Evodii: cum tam Latini (d) quam Graeci (e) aequae testentur, illum martyrio ex hac vita esse sublatum; non id ac-

minore quidem honore habere sustinuit: sed ut a primo Imperii die, consortem successoremque testari perseveravit. Quod si Suetonius in Domitiano cap. 2. de Domitiano dicat: Patre defuncto, numquam jactare dubitavit, velistum se participem Imperii, sed fraudem testamento adhibitam; intelligendus est Suetonius de Imperio Proconsulari, quod vivente Vespasiano Titus obtinuerat, & in quod Domitianus succedere se se debere existimabat. Locis Dionis lib. 53. a censoribus citatus ad rem non facit. Loquitur enim Dio de Romani Imperii institutione: ait enim, Augustos vocatos fuisse Proconsules, Patres Patriae, Imperatores, hisque Tribunitiam Potestatem esse collatam: additque: Ad hunc itaque modum ratione eorum nominum, que in populari civitatis statu usurpantur, omnem totius Republicae potestatem accipiunt: ac Regiam etiam, nisi quod invidiam nominis vitant. Nam Caesaris & Augusti vocabula nihil eis quidem potentia adjiciunt peculivis, sed alterum successionem stirpis, alterum splendorem dignitatis significat. Loquitur itaque Dio de Augustis, non vero de puris putis Caesaribus, atque, Caesaris & Augusti vocabula nihil eis potentia adjicere, sed Imperatores ratione aliorum nominum eam habere. Ex quibus intelligere possumus, Augustos, cum filios suos Caesaris dignitate exornarunt, aliis postea decretis eos in Imperii consortium vocasse.

XII. Casennius Petus Syria Praefes.

Mucianus, qui Syriae praerat, Romam adversus Vitellium a Vespasiano jam Imperatore creato missus est, anno exeunte, ut insinuat Jo-

cidit, quod his temporibus a Vespasiano vel Tito aliqua fuerit in Christianos persecutio excitata, quos tradunt moribus fuisse placidos & humanos: nam & Titus sequenti anno Antiochiam pergens, Gentilium tumultum & iras in Judaeos concitatas repressit, ac Antiochenos continuit in officio. Quamobrem quod ad martyrium ejus spectat, alia potius causa exquirenda esse videtur: quam quidem eam esse putamus, quae a Josepho (f) de rebus Antiochenis agente describitur. Ipse enim dum recenset quae hoc anno, quo Vespasians perrexit Antiochiam, Judaei in ea civitate a Gentilibus passi sunt, rem gestam in hunc modum enarrat: Cum Antiochenorum populus concionaretur in theatro, Antiochus Judaeus, tum patri suo tum ceteris Judaeis insensibilis, progressus in medium, patrem suum & ceteros deserebat, insinulans eos, quod una nocte totam civitatem incendere statuissem; & velut hujus consilii participes quosdam hospites Judaeos tradidit. His autem auditis, populus iram cohibere non poterat: sed in eos quidem qui traditi fuerant, ignem iussit afferri; statimque omnes in theatro cremati sunt. In multitudinem vero Judaeorum properabant irruere; si eos celeriter ulii essent, patriam suam servatum iri existimantes. Antiochus autem iracundiam magis accendere, mutata voluntatis argumentum, quod Judaeorum mores odisset, exhibere se credens, si Paganorum ritu sacrificaret; idemque iussit ceteros compelli facere: reuendo enim, manifestos infideli-

(f) Joseph. de bel. Jud. lib. 7. c. 21. Judaei quid passi ab Antiochenis.

sephus lib. 5. de Bello cap. 13. ubi ait: Mittit in Italiam Mucianum cum multis equitum pedumque copiis, qui tamen propter hiemis asperitatem veritus navigare, per Cappadocas & Phrygas ducit exercitum. Mucianus nonnisi occiso Vitellio Romam pervenit, ut testatur Xyphillinus, qui, ea morte narrata, ait: His confectis rebus, Mucianus venit, isque omnia una cum Domitiano administrare cepit. Post Mucianum Casennius Petus Rector in Syriam missus, ut docet Josephus lib. 7. de Bello cap. 21. Eam Provinciam, jam quarto anno Vespasiano administrante Imperium, adhuc gubernabat Petus, ut discimus ex Josepho ibidem cap. 27. qui tradit, eum Antiochum Regem Comagenes apud Vespasianum defectionis accusasse, bellum contra eum movisse & vinculum Romam & Cilicia misisse. Haestenus de Praesidibus Syriae, quorum aliqui in Annalibus praetermissi, aliorum vero Chronologia non satis accurata. Post captam Judaeam Syriae Praesidium notitia Historico Ecclesiastico non necessaria, ideoque eorum successionem hic terminamus.

Nihil hoc anno alicujus momenti in Judaea gestum. Nam quod ait Baronius, quinta mensis Junii, Vespasianum Caesarea profectum, quae reliqua esse videbantur loca Judaeae, Romano subiecisse Imperio, tribus exceptis castellis, ac ipsa Hierosolymorum civitate, pertinent ad annum praecedentem, ut tunc diximus, & legendi Josephum lib. 5. cap. 8. a Baronio citatum manifestum fiet.

XIII. Gestae in Judaea. Baron.

fidiatores fore. Hujus autem rei periculo ab Antiochenis facta, pauci quidem consenserunt: alii vero, qui noluerunt, perempti sunt.

XII. Christiani necati cum Judaeis.

Haec & alia Josephus de cladis in Judaeos illatae instigatore Antiocho Judaeo cum scribat, facile adduci possumus, ut complures ex Judaeis qui fidem Christi amplexi essent, ejusdem fuerint criminis insinulati, eodemque experimento tentati, ac ob eam causam martyrii coronam, tum maxime inter eos Evodius, acceperint. Quomodo enim Antiochus pepercisset Judaeis Christianis, qui se in parentem ceterosque gentiles suos tam ferum atque sceleratum exhibuit? Vel quonam pacto, qui erant ex circumcissione Christiani, Petri, & Pauli discipuli, beatissimae Ecclesiae illius alumni, non prius milles subissent mortem, quam idolis Gentilium immolarent? Sicque jure meritoque existimare possumus, eadem fere ex causa Judaeos Christianos Antiochiae subisse martyrium, qua similibus insinulati calumniis a Nerone Fideles Romae sunt caesi. At non hic finis Antiochenorum Judaeorum occisionis; siquidem haud multo post,

JESU CHRISTI
ANNUS
72.

L I N I
ANNUS
3.

VESPAS. AUG. IMP.
ANNUS
I.

I. Transacto anno tot cladibus ac malis memorabili, dissolutisque tot tantisque civilibus bellis Romanorum Imperium affligentibus, feliciori velut aura flante respirat Orbis, Judaeis tantummodo in deteriora labentibus. Praesenti igitur anno, qui est Domini septuagesimus secundus, Vespasiano Augusto (c) & Tito Coss. idem Imperator Alexandria Romam navigaturus, Titum filium in Judaeam reverti jubet (d), ut quod reliquum esset belli Judaici, absolveret. Hic Caesarea primum veniens, omnem, qui ad expugnandam civitatem opus esset, comparat apparatus. Instabat dies Paschatis, cujus occasione ingens numerus peregrinorum ex more Hierosolymam ad diem festum convenit, putantes fortasse Vespasianum & Titum, quod ad bella civilia arma divertissent, de Hierosolymis in praesentiarum minus fore sollicitos, sed ad stabilendum Imperium omne studium ac operam navaturos, ac proinde hoc saltem anno ab Hierosolymorum obsidione temperaturos. At haec eos fecellit opinio: nam collectis undique legionibus, quas Josephus (e) recenset, auctoque exercitu pluribus copiis, Titus decimaquarta die mensis Aprilis (quod idem auctor testatur) (f) prope Hierosolymam castra posuit in

(c) Tacit. hist. lib. 4.
 (d) Joseph. de bel. Jud. lib. 5. c. 14. De obsidione Hierosolym.
 (e) Joseph. de bel. Jud. lib. 6. c. 1. 2.
 (f) Joseph. de bel. Jud. lib. 6. c. 4. & 16.

cum sceleratissimorum quorundam opera injecto igne, quamplurima nobilissima loca publica incendio conflagrassent, in Judaeos ex priori calumnia culpa conversa, ne unus quidem ex eis superfuisset, nisi Praeses magna vi illorum impetum repressisset. Sed de causa Evodii martyrii, quam opinamur, haec satis.

Ejusdem Evodii Ignatius (a) scribens ad Antiochenos meminit hoc elogio: Memoretur Evodii beatissimi pastoris vestri, qui primus post Apostolos gubernacula Ecclesiae vestrae sortitus est: ne simus pudori patri. Citatur a Niceforo (b) Evodii nomine scripta epistola, cujus erat titulus, Lumen: quam tamen ab antiquioribus nec citatam, neque aliter cognitam esse reperimus. Idem auctor de ejus successore Ignatio olim puero haec scripsit. Ignatium tenellum adhuc tamquam simplicem & sincerum manibus suis Christus sublatum exhibuit; atque simplicitatem & integritatem discipulis ostendere, aut commendare volens, Nisi efficiamini sicut parvuli, inquit, non intrabitis in regnum caelorum. Haec Nicephorus: sed unde acceperit, non invenimus.

XIII. (a) Ignatius ep. 12. Evodii nomine scripta. (b) Niceph. bist. lib. 2. c. 3.

monte Oliveti, qui Graece (g) dictus est: unde Dominus (quod dictum est superius) olim respiciens civitatem, flevit super eam (h), ut qui praeculis haberet dirissimam omnium cladem, quam his perditissimis temporibus a Romanis suscepturi essent Judaei omnium hominum infelicissimi.

Sed antequam res gestas recensere aggrediamur, hic de diei Paschatis hujus anni tempore difficultas, quae ex Josephi textu orobitur, primum omnium elucidanda proponitur. Quidnam est quod Josephus (i) anno obsidionis & excidii Hierosolymae incidisse dicat diem Azymorum in decimaquartam mensis Aprilis; quod cum nullo poterit convenire nec astronomico, nec cyclico, neque Judaico computo, neque Christiano: cum hoc anno Domini septuagesimo secundo, quo & secundus ejus Imperii anno & Josephus & Tacitus cladem Hierosolymitanam accidisse affirmant) dies decimaquinta mensis Nisan secundum omnem motus lunaris computum vigesima secunda die Aprilis, vel certe modo civili tardius contigisse, proberur. Quapropter cum apertissime demonstrari possit cladem Hierosolymitanam in hunc annum incidisse, facile inducimur

II. (i) Joseph. de bel. Jud. lib. 6. c. 4.

In sententiam Roberti Ardenii viri eruditi Societatis JESU, ut existimemus hunc locum Josephi esse corruptum, contigisseque librorum incuria ut numerus XIV. pro XXII. vitiose scriberetur; quod quidem (ut ille optime adnotavit) in Græco facile potuit evenire, si pro * cum β simul junctis & continuatis, quæ litteræ numerum XXII. significant, & exarentur: scriptoris namque velocitate facile hæ litteræ ita separantur partim, partim inter se confunduntur, ut prima pars litteræ * videatur, & pars secunda cum β conjuncta appareat β; hoc enim modo solent continuari *κβ*, atque hoc pacto rite scribitur

Æ. C. I. Anno Urbis 823. Olymp. 411. an. 2. An. Ch. 70.

ANNO PERIODI GRÆCO- ROMANÆ 5563.

© 23. G. D 14. P. 15. April. Indict. 13.

JESU CHRISTI 70. secundum Baronium 72.

CLEMENTIS PAPÆ 4.

VESPASIANI IMP. 2.

I. Consules.

[1] AD num. I. & seqq. Coss. Fl. Vespasianus Aug. II. & Titus Caesar I. Uterque juxta primam Consulatum Cæsareorum regulam, Vespasianus

[1] Coss. Fl. Vespasianus Aug. II. & Titus Caesar I. Fasti Cæsares: Vespasiano II. TITO. FILIO. COS. Sponii Miscellan. pag. 175. VESPASIANO. AUGUSTO. II. ET TITO. VESPASIANO. CÆS. COS. Idem pag. 69. & inter Inscriptiones Donian. s. Cl. IX. n. 12. ubi nomina Decuriarum: DD. IMP. CAESARE. VESPASIANO F. CAESARE. AUG. F. VESPASIANO. COS. Nummi: IMP. CAES. VESPASIANUS. AUG. COS. ITER. TR. POT. Occisio Vitellio die XX. Decembris anni 69. Vespasiano consulatus cum Tito filio, prætura Domitiano, & consulare imperium decernuntur, inquit Tacitus Histor. lib. IV. cap. IV. Et cap. XXXVIII. habet, Vespasianum iterum, & Titum, consulatum absentes iniisse. Dio item Xiphilini lib. LXVI. pag. 744. His rebus gestis (nempe interfecto Vitellio) Vespasianus etiam a Senatu creatur Imperator, Titusque & Domitianus Cæsares designantur: præterea Vespasianus & Titus (absentes) consularem dignitatem accipiunt. Horum alter in Ægypto, alter in Palestina erat. Fasti Idatiani: Vespasiano II. solo. Prosperi Chronicon: Vespasiano & Tito; & item: Vespasiano II. & Tito. Fasti Vindebonenses: Vespasiano II. & Tito. Suetonius in Vespasiano cap. IV. Præterea consulatum (Vespasianus accepit), quem gessit per duos novissimos anni menses. Vide nostras adnotationes. ad A. D. 51. Hoc autem anno Domitianus legem tulit, qua consulatus abrogavit, quos Vitellius dederat, teste Tacito Histor. lib. IV. cap. XLVII. Onufrius item his Coss. suffectum fuisse docet Domitianum, de quo arguitur a Norisio; & M. Licinium Crassum Mucianum II, quem Plinius lib. XXXV. cap. XII. & P. Valerium Asiaticum, quem Tacitus Histor. lib. IV. cap. IV. Consularem designatum dicit, Onufrius quoque hoc anno inter consules suffectos ponit L. Annium Bassum, & C. Cacinam Patum, quod in veteri lapide, hoc anno post confectum bellum Judaicum, dedicato, habeatur: DEDIC. XV. K. DEC. L. ANNO. BASSO. C. CAECINA. PÆTO. COS. Lapis extat apud Gruterum pag. CCXXXIX. 3. at incertum, quo anno imperii Vespasianæ, hic lapis dedicatus sit; proinde incertum, ad quem annum hi consules suffecti pertineant, ut conjicit Tillemontius in notis ad tom. I. Histor. Imp. pag. 468. Josephus lib. VII. belli Judaici cap. XXIII. nunc IV. narrat, Vespasianum, Germanorum defectione audita, ad Petilium Cerealem qui prius Germaniam imperio rexerat, litteras misisse, quibus eum consulem declaravit, iussitque ad Britannias administrandas proficisci; sed antequam in Britanniam pergeret, Germanos perdomuit. Ego vero censeo, Josephum tradere, Vespasianum Cereali ornamenta consularia contulisse, non consulem suffectum declarasse. Apud Dionem Xiphilini lib. LXV. pag. 741. in pugna in ipsa Urbe Roma inita inter Vitellianos & Vespasiani milites, quos Q. Petilius Cerealis, unus ex primis Senatoribus, & Vespasiani affinis ducebat, Cerealis Vitellianos fudit, ac Urbem recepit diripuitque. Vespasianus consulem fecit sui imperii primis annis Metium Pomposianum, licet ab eo cavendum esse, Vespasiani amici monerent, quod vulgo crederetur genefim habere imperatoriam. Ita Suetonius in vita cap. XIV. Pomposianum quoque id Domitianus interfecit, ut ex eodem Suetonio in Domitiano cap. X.

[2] Videndum est quod Josephus &c. Vide Norisium in epochis Syro-Maced. Dissert. I. cap. III. pag. 39. & sequentibus, ubi monet, Judæos Lunam XIV. qua Pascha celebrabant, ad diem tantum Sextam decimam Aprilis protulisse; & A. D. 70. Novilunium Paschale fuisse die XXX. Martii.

hic numerus; at facile dividitur & confunditur sic *κβ*; cernis quam facilis calami sit flexus, quamque facilis scriptoris sit lapsus, præsertim scribentis velociter. Sed jam ceptam prosequamur historiam.

Cum igitur (ut dictum est) Hierosolyma conferta esset indigenis & peregrinis, qui intus erant, cum in Romanos progrediendum esset, omni semoto inter se odio, paribus animis, magnaue audacia id præstitere, adeo ut sæpe Titum cum suis in discrimen adduxerint. Ceterum dum intus essent, civile rursus inter eos bellum incalcescebat: nam ipsa die Azymorum a Joanne (a) immisissis clanculum suis militibus

fianus, Claudio imperante, Consul suffectus fuerat, ut testatur Suetonius in Vespasiano cap. 4. ideoque cum nota numerali in Fastis efferendus; Quam cum Baronius omiserit, non mirum si sequentibus annis eos corrumpere coactus fuerit.

[2] Josephus lib. 6. & 7. de Bello Judaico, cladem Hierosolymitanam egregie describit. Titus adversus Hierosolymam castra ponit paulo ante Azymorum diem festum. Incidit autem dies festus Azymorum XIV. Aprilis. Sed Baronius, qui hanc cladem cum anno Christi LXXII. perperam conjungit, existimabat locum Josephi corruptum esse, & loco XIV. legendum esse XXII. cum

III. Zelotæ omnes occisi.

(a) Joseph. de bell. Jud. lib. 6. c. 4.

II. Hierosolyma a Tito capta.

bus armatis in templum, quotquot ibi reperti sunt Zelotæ, omnes ad unum ab illis sunt interfecti; sicque ex tribus factionibus duæ tantummodo remanserunt, Joannis altera, altera vero Simonis. In templo itaque Dei ita cædi meruerunt, qui veluti templi honorem æmulantes, tot cædes ibidem perpetrassent.

IV. Inter hæc cum pugnando Titus Judæum hominem captum audivit, in crucem agi pro muro iussit (a), ut eo spectaculo ceteri terrii cederent. Post hæc autem admoveri ad murum machinas jubet: sicque quinto Nonas Maji primum murum expugnat (b). Deinde quinto die post Romani sunt secundo potiti (c), atque aggressi tertium. Cumque ex Judæis complures quotidie caperentur, nimirum saltem quingenti per singulos dies, interdu plures: eos omnes ante oculos civium Titus crucibus suffigi iussit; adeoque multiplicatus est eorum numerus, ut (quod Josephus (d) ait) jam spatium crucibus deesset, & corporibus cruce. Erant hi, qui ex civitate, fame urgente, foras egredi coacti sunt. Crucifixi ex illis ipsi sunt, vel absque dubio illorum filii, qui clamaverant in Christum: Crucifige, crucifige; quique dixerant: Sanguis ejus super nos, & super filios nostros.

(a) Joseph. de bello Jud. l. 6. c. 12.

V. Titus cingit muro civitatem.

Cumque fames magis magisque in dies invalesceret, eoque necessitatis cives expelleret, ut foras potius optarent egredi, seque dedere Romanis crucis supplicium subituros, quam intus fame perire: Titus hæc sciens, quo magis eadem via eos perurgeret, omnem exitum, ne quis vel ad herbas pascendas egredi posset, occlusit, aggeribus quinque contra urbem extructis; quod opus ceptum duodecima mensis Maji, vigesimanona ejusdem mensis perfectum est. Sed iisdem a Judæis dissipatis, Titus novum opus aggressus est, nempe murum construere circum civitatem, quo omnis penitus interceptus esset exitus. Quanta autem celeritate consummatum sit opus, plane superat humanum captum: quod Josephus admirans, in hæc verba descripsit: Murus quidem uno minus quadraginta stadiorum erat. Ad hoc autem foris castella tredecim edificata sunt: eorum gyrus denis stadiis numerabatur. Torum autem opus triduo constructum est, ut tamen

dignum mensibus videretur, celeritas vero fide careret. Sic igitur videas jam divinitus impletum esse, quod illis verbis Dominus prædixerat, dum Hierosolymorum desereret interitum (e): Venient dies in te: & circumdabunt te inimici tui vallo, & circumdabunt te, nempe muro, & coangustabunt te undique, & ad terram prosternerent te, & filios tuos qui in te sunt. Hinc & alia mala, eo quo prædicta sunt ordine, impleta fuerunt, de quibus inferius est agendum.

Sic ergo muro septi Judæi, adeo fame vexati sunt, ut innumera hominum multitudo sit morte consumpta; quorum corpora ab illis projiciebantur extra moenia (f): quæ circumiens Titus, ubi plena cadaveribus omnia vidit, altamque sanie tabefactis corporibus defluentem, ingemuit, & extensis manibus Deum testabatur, factum illud suum non esse. His accessit nova calamitas. Eorum namque, qui urbe egressi ad Romanos confugerent, cum alii avido stomacho cibo gustato protinus intirent, alii vero accuratius, moniti aliorum exemplo, cibum lente capientes evaderent: hos Syri atque Arabes milites noctu venati, putantes intrus habere in visceribus auri depositum, occidebant, scædeque eorum viscera scrutabantur, an aurum deglutitum reperirent: increbuerat enim rumor, eos urbe egressos, quod haberent aurum, ne ab hostibus auferetur, voratum in visceribus collocasse. Quorum viscera sic sunt patefacta, una tantum nocte duo millia hominum fuerunt reperta, ut idem auctor affirmat; sed ejusmodi immane facinus Titus mox cohibuit, comminatus supplicium his qui ea deinceps tentarent. Hæc Josephus ipse, qui tunc aderat, conscribens, exclamans ait: Deus enim damnaverat populum, & omnem viam salutis ad interitum verterat: ac paulo post (g): Puto, si Romani contra noxior venire tardassent, aut biatu terra devorandam fuisse civitatem, aut diluvio perituram, aut fulminum ac Sodome incendia passuram.

VI. Judæi ventre exesii.

(f) Joseph. de bello Jud. l. 6. cap. 14. & 15.

VII. Fame necatorum numerus.

Quis autem fuerit numerus eorum qui intus fame consumpti periere a decima quarta mensis Aprilis, qua cœpit obsidio, usque ad Kalend. Julii; custos unius portæ Mannæus Lazari filius transgressus ad Ti.

tamen ex eo Josephi loco inferendum fuisset, Hierosolymam non alio Christi anno, quam septuagesimo, captam. Ita quidem Hierosolyma capta est, secundo anno Principatus Vespasiani, Septembris mensis octavo die, inquit Josephus lib. 7. de Bello cap. 18. Addit Dio; Sic Hierosolyma die Saturni, quem diem præcipue Judæi nunc etiam adhuc colunt, excisa fuit. Quare cum currenti anno littera Dominicali G. insignito, dies Saturni seu feria septima in octavam Septembris inciderit, urbs eodem die capta & excisa est; eam enim totam & templum funditus everti & complana-

ri iussit Titus. Ufferius in suis Annalibus ait, extare Nummum Agrippæ Regis sub finem anni XXI. regni ejus eusum cum hac Inscriptione: ΑΤΤΟΚΡΑΤΩΡ ΟΥΡΕΣΠΙΑΝΟC ΚΑΙ CΑΡ ΙΟΥΔΑΙΑC ΕΒΛΟΚΥΑΕ ΕΤΕΙ ΚΑ ΑΓΡΙΠΠΗ, id est, Imperator Vespasianus Cæsar Judæa captæ, anno XXI. Agrippæ. Sed is Nummus ex duabus posticis confectus, ut videre est apud Oconem pag. 149. Multi autem hoc anno cæsi, in quibus legitur: JUDEA CAPTA S. C. ut videre est apud Mediobarbum, in Numismatis Imperatorum.

Titum, testatus est, per eam portam sibi creditam elata fuisse cadaverum centum quindecim millia & octoginta, absque illis quæ propinqui sepelissent. Post hæc nobiliores profugi, mortuorum egenorum sexcenta millia portis ejecta nuntiabant, aliorum vero numerum minime potuisse comprehendi: nam cum pauperibus effrendis non sufficerent, congesta dicebant in maximis ædibus cadavera esse inclusa.

VIII.

Porro cum populum tanta invasisset famēs, ut nec essent herbæ, quibus vesce possent; ex stabulo finum quærebant in cibum, collectoque stercore vescabantur. Sed ea magis in dies invalescente, eos nec ab humanis carnibus temperasse, Josephus testatur (a). Jam enim calceamentis, cingulisque, ac insuper coriis quibus scuta tegebantur, detractis, insumptis, veterisque sceni læceramentis magno præcio venditis; quæ his careret, eo immanitatis redacta est, fame improba compellente, nobilis ac prædives mulier, Maria nomine, filia Eleazari, a seditiosis jam exuta vitæ substantiis, ut quo sibi, consuleret, fame rabida impulsâ, læsentem filium occiderit, quem comestura mox coxit: cujus nidoris odore illecti milites, qui sibi victum quæcumque possent, rapto quærebant, cum ejus pervasissent domum, partem affati filii, quæ supererat, intuiti, detestati facinus, abiere. Moxque repleta est ejus sceleris fama tota civitas, & unusquisque (inquit auctor b) ante oculos sibi cladem illam proponens, tamquam hoc ipse admisisset, horrescebat.

(a) Joseph. de bel. Jud. lib. 7. c. 6. Mater necat filium ad cibum.

(b) Idem eodem lib. 7. c. 8.

IX.
Impleta Domini vaticinia.
(c) Luc. 23.

Hæc ipsa haud dubium longius spectans tempora Dominus Jesus, cum perduceretur ad crucem, & mulieres ipsum lamentantes præ commiseratione vidisset (c), ait: *Filia Hierusalem, nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, & super filios vestros: quoniam ecce venient dies, in quibus dicent: Beata steriles, & ventres qui non genuerunt, & ubera que non lactaverunt. Tunc incipient dicere montibus: Cadite super nos; & collibus: Operite nos. Dixisse credimus hæc illas, his præsertim temporibus, cum tam horrendum Mariæ facinus accepissent; insuper & eadem quæ addit Dominus verba repetisse, videlicet: *Si hæc sunt in viridi, quid fiet in arido?* nimirum: Si mulier nobilis ac prædives eo est necessitatis impulsâ, ut ex carnibus filii victum sibi comparare sit coacta, quid erit de ceteris nec divitis nec nobilitate pollentibus? Quin & quod nullum malorum esset effugium, intus fame magis magisque in dies faviente & circumseptis hostili pariete foras egrediendi omni facultate præcepta, desperatione extrema compulsas easdem illas verisimile est tunc dixisse hæc a Domino prædicta verba: *Montes cadite super nos, & colles operite nos:* eadem-*

que lamentantes sæpius lugubres nœnias iterasse.

X.

Cum hæc miserima, qui intus erant Judæi, cogerentur perpeti mala, lisdemque longe deteriora imminerent: licet a Titro per se (d), perque suos ipsorum gentiles, qui ad castra Romanorum confugerant, ad deditionem honestam sæpius invitarentur; quin etiam rogarentur, ut si non sui, templi saltem rationem haberent, ne irruentes illud milites inflammarent: tantum abfuit, ut ipsorum saluti Romanos vel Judæos consulentes audirent, ut his omnibus spretis, obstinato animo se omnia libentius experturos mala jactarent, quam se dederent Romanis. Titus igitur contestatus Deum & homines, se ad urbis & templi excidium invitum compelli, validius turrim nomine Antoniam, quæ erat juxta templum, oppugnat (e); quam tandem expugnat (f) vicesima-quarta die mensis Julii, cum milites judicam turri ab Aquilone partem porticus templi incendio concremarunt: Occidentalem vero porticum ipsi Judæi, qui intus obsessi erant, quo Romanos, qui occupaverant illam, perderent, incenderunt vigesimaseptima die (g) ejusdem mensis Julii. Octava autem die mensis Augusti, Titus ad templum expugnandum machinis comportatis, igni ferroque oppugnationem aggreditur; commiseratus tamen nobilissimi omnium templi incendium, quod interiora porticus depascebat, restingui jussit. Inde ad consulendum vocatis proceribus, quid de templo esset agendum, singulorum sententias rogat: cumque complures in eam sententiam irent, templum esse incendio consumendum; ipse sui prærogativa suffragii, illi parcendum esse decrevit: sicque jussi sunt milites quiescere, & a templi excidio temperare.

(d) Joseph. de bel. Jud. lib. 7. c. 2.

(e) Idem eodem lib. 7. c. 5.

(f) Idem eodem lib. 7. c. 6.

(g) Joseph. de bel. Jud. lib. 7. c. 9.

XI.
Incenditur Templum.

Sed licet hæc Titus decrevisset, ejusque dicto refragari nullus auderet; vitam Numinis compellente (quod Christus olim prædixerat) factum est, ut cum Judæi, qui intus detinebantur obsessi, in Romanos, qui foris erant, irruerent: cum eorum furori Romani resisterent, ac tandem illos intro regredi facta compressione compellerent: *Militum quidam* (inquit Josephus h) *non expectato cujusquam edicto, neque tantum facinus vorius, sed divino quodam motu impetu, a contubernali suo sustollitur, & ex ardentis materia raptum ignem in fenestram inferit auream, unde ad membra circum templum edificata de Septentrionali regione aditus erat. Flamma vero excitata, Judæorum quidem calamitate dignus clamor exoritur, & ad subveniendum properabant; neque jam vitæ parcendum rati, neque viribus temperandum. Hæc Josephus. Absens dum hæc agerentur, Titus erat: qui his acceptis, ad locum properat, utque restingueretur*

(h) Joseph. de bel. Jud. lib. 7. c. 10.

tur incendium jubet, clamat, urget, instatque, nec ob clamantium strepitum valuit exaudiri: sicque magis magisque flamma invalescente, nulla amplius valuit humana ope restingui. Facta est hujusmodi templi conflagratio (ut idem testatur Josephus a) decima die mensis Augusti, qua etiam alias a Rege Babylonis fuerat concrematum: a prima structione templi, quam Salomon Rex inchoaverat, annis mille centum triginta, mensibus septem, & diebus quindecim; a posteriori vero per Cyrum facta, annis sexcentis triginta-novem, & quadragintaquinque diebus, secundum supputationem a Josepho collectam. Sed cum dicat, eam accidisse anno secundo Imp. Vespasiani: plane significat, se non numerare ab hoc anno, quo, extincto jam Vitellio, cepit Imperium administrare, sed præterito; cum (ut dictum est) idem Vespasianus ab exercitu salutatus est Imperator.

XII. At vero quid interea Romæ? O rerum humanarum vices contrariæ? Dum in Judæa templum olim sanctissimum exuritur, prorsusque disjicitur, ac solo penitus adæquatur: Romæ Capitolium bello civili nuper concrematum, a Vespasiano sumptuosissime restituitur: cujus areæ dedicatio facta est magna pompa undecimo Kalend. Julii. Scribit rem gestam Tacitus (b): addit autem Suetonius (c), Imperatorem suo collo extulisse rudera ex veteri ædificio refossum. Sicque revulsis fundamentis, expertatoque rudere, injectoque in eis primum auro atque argento, primarius lapis a Pontifice maximo Gentilicis ritibus consecratus locatusque est (d). Unde magis etiam flagrans Dei ira in Judæos ostenditur; dum in eorum odium atque invidiam, non tantum ipsorum templum miserime dejici, sed delubrum Jovis eodem tempore in sublime magna gloria exædificari permittit, secundum quod olim dixerat per Isaiam (e): *Heu consolarabor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis.*

(a) Idem eodem lib. 7. c. 10.

(b) Tacit. histor. lib. 4.

(c) Sueton. in Vespas. c. 8.

(d) Tacit. histor. lib. 4.

(e) Isai. 54.

XIII. Ad tam immensa Judæorum mala & illud non leve his diebus accessit (f), quod pseudo-Propheta jactaret, decipiens populum infelicem, salutem Deum polliceri omnibus qui in templum ascenderent: qui eidem præstantes fidem, eo se contulerunt, & ad sex hominum millia omnes æque incendio sunt insumpti. Ad dit insuper Josephus, a seditiosis illis tyrannis, qui his temporibus aderant Hierosolymis, superinductos fuisse pseudo-Prophetas multos, qui denuntiarent populo, ut expectarent auxilium Dei, ne fugerent, aut deditionem facerent; ut sic vana spe alitos intra mœnia continerent. Hæc quidem, mea sententia, præmonstrasse certo modo visus est Dominus (g), cum de ejusmodi clade agens cum suis,

(f) Mstr. 24. Marc. 13. Luc. 21.

quos, ut fugerent, admonuit; ne hisce falsis pseudo-Prophetarum promissis deciperentur, hæc est effatus: *Tunc si quis vobis dixerit: Ecce hic est Christus, aut illic; nolite credere: Ecce in deserto; nolite exire: Ecce in penetralibus; nolite credere. Surgent enim pseudochristi, & pseudoprophetae, & dabunt signa magna & prodigia, ita ut in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi.* At licet de prodigiis nihil Josephus dicat, rebus bellicis totus intentus; tamen par est credere, eos, ut tam ingentem populum, vana spe in officio continerent, aliquid esse malis artibus operatos. Ea enim a Domino prædicta, ad Hierosolymam pertrinuisset (h), Augustinus ad Hefychium. scribens, pluribus declaravit.

(b) Aug. ep. 80.

XIV. Verum & (quod ex Josepho (i) superius recitavimus) cum esset in oraculis, appropinquasse jam tempus, quo ex Judæa proditurus homo summa rerum portiturus esset, & dominaturus toti orbis terrarum; quisque illorum seditiosorum principum, ut se esse illum ipsum persuaderet, adsciverat sibi pseudoprophetas, qui eadem in populum divulganda curarent; quo sibi hac etiam arte populi gratiam concilians, eo modo velut divinitus sibi concessum auspiciarentur imperium. Hæc ipsa erant, quæ Dominus, excidium illius urbis prædicens, inter alia signa posuit, cum apud Lucam (k) ait: *Videte ne seducamini. Multi enim venient in nomine meo, dicentes: Quia ego sum; & tempus appropinquavit. Nolite ire post eos: vel quod est apud Matthæum: Si ergo dixerint vobis: Ecce in deserto est, nolite exire. Per hæc enim Simonem sæpius dictum significasse visus est: qui in deserto collectis latronibus, aliisque perditissimis superadditis ad quadraginta millia virorum sibi exercitum comparaverat. Quod vero mox addit, dicturos esse: *Ecce in penetralibus, non alium præsignasse putamus quam Joannem, quem eodem Josepho auctore, vidimus, nedum porticum templi cum Zelotis sibi vindicasse, sed ipsum secundum templum, quod Sanctum dicebatur occupasse. Sicut igitur intra urbem diversarum erant factionum tyranni, qui singuli universi Orbis decantatum oraculis æmularentur imperium: ita etiam diversi erant pseudo-Prophetae, quorum alii aliis studentes, prophetantes in populo dicerent: Ecce hic est Christus: Ecce illic: Ecce in deserto: Ecce in penetralibus, templi videlicet. Qui vero illis auscultassent, qui sic dicerent: Ecce in penetralibus: eo abeuntes, omnes æque cum factiosis (ut diximus) consumpti sunt. Sed jam cetera prosequamur, quæ post templum excisum secuta sunt: quæ quidem Josephus (l), qui aderat, sic describit:**

(i) Joseph. lib. 7. c. 12.

(k) Luc. 18.

(l) Joseph. de bello Jud. 1. 7. c. Ro- 13.

XV.
Titus sacrificat in
Templo.

Romani quidem, postquam seditiosi ad civitatem confugerent, templo, itemque omnibus circum locis ardentibus, signa in templo posuere contra portam Orientalem abique celebrato sacrificio, maximis cum clamoribus declarabant Titum Imperatorem. Usque adeo vero præda satiati sunt milites, ut in Syria, dimidio quam pridem fuerat, pretio pondus auri veniret. Hæc ille. Assent irelibenter his qui putarunt abominationem desolationis, quam in templo visendam esse Dominus prædixerat, hanc aram ad sacrificium a Romanis recenter erectam, ubi Titus more Gentium immolavit, esse intelligendam; vel signa militaria ibidem affixa, eodem esse nomine nuncupata: nisi Dominus ea prædicens, & ad fugam parandam eadem signa ponens, suos, cum hæc vidissent, ad montes fugiendum esse, admonuisset: nam his diebus, neque his qui in Judæa erant, quod excisi prorsus essent, nec his qui Hierosolymis agerent, quod jam hostium essent, locus aliquis videretur, fugæ esse relictus. Ne igitur eam Domini admonitionem fuisse prorsus inanem dicere cogamur; aliam a Domino abominationem esse prædictam, necesse est asserere; eam nimirum, quam superius, cum de his susus actum est, longiori habita disputatione, posuimus.

XVI.
Sacerdotes occisi.

Post hæc autem Sacerdotes omnes, qui intus latebant in templi recessibus, cum vix tandem se dederent Tito, ejusdem jussu omnes sunt ad supplicium ducti. Incenso jam templo, inflammandæ etiam civitatis a Tito militibus licentia data est: cum filii Izatæ Regis, Helenæ Adiabænorum Reginæ filii ejusque fratres cum multis aliis, supplices ad Titum venientes, ab eo suscepti atque servati, Romamque sunt ducti. Porro tam Helenam quam filium Christianos fuisse, superius diximus Orosium non leviter opinatum esse. His respondent quæ S. Augustinus (a) ad Hesychium scribens tradit his verbis: Non enim debemus ambigere, quando eversa est Hierusalem, fuisse in illo populo electos Dei, qui ex circumcissione crediderant, sive fuerant credituri, electi ante constitutionem mundi, propter quos breviarentur dies illi, ut tolerabilia mala fierent. Hæc Augustinus, illum Evangelistæ explicans locum: Nisi breviati fuissent dies illi, non fieret salva omnis caro: sed propter electos breviabuntur dies illi.

XVII.
Quomodo & cur breviati dies illi.

At quomodo fuerint breviati, complures sententias ibidem recitat Augustinus, sed nobis illa maxime probatur, qua dicitur Dei consilio munitiones inexpugnabiles a Tito esse citius expugnatas. Nam si tardius Romani Hierosolymis potiti essent, sic illi obsessi atque arctati miseri abque dubio fame penitus consumpti

fuisent: sed ea brevitate, seu dicamus potius paucitate dierum id factum est, ut ex plebe immensus plane numerus, ex populo autem (ut idem Josephus (b) tradit) servata sint plusquam quadragintamillia: ex quorum numero aliquot saltem paucos repertos fuisse Christianos; vel si hæc non fuissent, demum admonitos his tam manifestis signis ac malis perpensis (licet sero) tandem Christi fidem suscepisse, nemo prudens (ut credimus) negarit. Horum ergo causa dies esse abbreviatus a Domino, omnes facile dicturos esse putamus, maxime qui considerant, ab obsidione usque ad expugnationem civitatis nec quatuor integros menses esse interlapsos: quippe quæ decimaquarta Aprilis a Tito est obsessa, & octava mensis Augusti in eam primo sunt ingressi Romani, atque decima tandem incensum est templum. Sed reliqua profequamur.

Exusto penitus templo, capta & incensa etiam civitate, superior illa pars urbis integra habebatur (c) quæ superiori eminenti loco, Sion dicta, ceteris civitatis partibus munitior erat. In eam seditiosi ingressi, in primis octo millia Judæorum & quadringentos ibi inventos occiderunt, ipsamque regiam prædati sunt: rursus etiam ceteri Judæorum qui ab eis inventi sunt in cuniculis latitare, crudeliter necati sunt. Titus igitur, ut hos expugnaret, vigesima die mensis Augusti, Sion oppugnaturus, machinas bellicas parat; illisque absolutis, septima die Septembris aggreditur, & divino instinctu potius quam humanis viribus (quod ipse Titus testatus est) ea potitus est: sicque octava die mensis ejusdem urbem integram cum munitionibus cepit, ipso die sabbati (ut auctor est Dio in Nerone) proditaque tunc sunt a Sacerdotibus templi sacra vasa, & Pontificis ornamenta. Qui ex Judæis se Romanis suppliciter dedissent; in ambitu templi asseruari jussi; & antequam de eis quid esset agendum decerneretur, duodecim millia fame consumpta sunt.

Demum Josephus (d) colligens interemptorum & captivorum numerum (ut qui præsens facile invenisse potuit) hæc ait: Captivorum quidem omnium, qui toto bello comprehensi sunt, nonaginta & septem millium comprehensus est numerus, mortuorum vero per omne tempus obsidionis undecies centum millia. Horum plerique gentiles fuerunt, sed non indigenæ: ab omnibus enim regionibus ad Azymorum diem festum congregati, bello subito circumfusi sunt: ubi primo quidem illis pestiferæ lues ex loci angustia nasceretur, deinde citius famer. Hæc & alia ille; qui ex hostiis eo Paschatis tempore cædi solitis, & numero per contubernia epulantium, eorum qui tunc Hierosolymis essent, deduc-

XVIII.

(c) Josephus de bello Jud. lib. 7. c. 14. 15. 16. Sion Arx capta a Tito.

XIX.

(d) Josephus de bello Jud. lib. 7. Numerus occisorum & captivorum.

(a) Josephus de bello Jud. lib. 7. c. 16.

XX.

(b) Luc. 19.

(c) Luc. 21. Civitas diruta, paucis memoriæ causa relicta.

(d) Josephus de bello Jud. lib. 7. c. 18.

XXI.

ducit numerum, atque subdit, saltem numerum eorum qui puri essent, quibus liceret solum vesci azymis, fuisse ad vicies centena ac septingenta millia: porro ingentem oportuit fuisse illorum numerum, qui necessitate naturæ, vel alia ex causa puri minus essent. Tunc ergo, inquit, velut in carcerem tota gens fato conclusa est, & facta hominibus civitas obsidebatur. Eorum qui erepti sunt (a), alii ad opera damnati, missi sunt in Ægyptum; alii qui formosior essent corpore, triumpho servati sunt: plurimos robustos viribus elegit Titus per provincias pugnatorios in theatris cum bestiis. Qui vero infra decimum & septimum annum agerent simul cum feminis venditi sunt, sed vilissimo pretio, eo quod non reperirentur emptores, & qua alerentur deesset annona.

Sic igitur capta civitas, non tantum inflammata, sed solo tenus prostrata est: id namque prædixerat Dominus (b), dum flens miserabilem urbis casum, inter alia hæc prælocutus addidit: Et in terram prosterment te: ac item (c): Non relinquatur in te lapis super lapidem, qui non destruat. Hæc de templo dicta sunt, cujus lapides & structura adeo admirabantur Apostoli: cum alioqui tam ingentes simul plumbo ferroque connexi iidem lapides essent (quod superius jam dictum est) ut impossibilis plane ejus videretur demolitio. Verum adeo collapsum, contritum, atque convulsum fuit templum ceteris immensa molis ædificiis, ut nec ipsius saltem vestigia, quod illic aliquando fuissent reliqua viderentur; sicut nec reliquæ civitatis, cujus tantum pars muri ad castrorum munitionem relicta esset, tribusque solummodo permanentibus turribus, quæ essent quasi indices, ut qualis Hierosolyma tunc fuisset, nescientibus demonstraretur; quod Josephus (d) his potissimum verbis significat: Postquam vero quos occideret, quidve raperet, non habebat exercitus, quod iratis animis omnia decerant (neque enim parcendo, si esset quod agerent, abstinuissent) jubet eos Cæsar totam funditus jam erueret civitatem, ac templum, relictis quidem turribus, quæ præter alias eminebant, Phaselo, & Hippico, & Mariamne, murique tanto, quantum civitatem ab Occidente cingebat: id quidem, ut esset castrum illic custodia causa relinquendis: turres autem, ut posteris indicarent, qualem civitatem, quamve munitissimam Romanorum virtus obrinisset. Alium vero totum ambitum civitatis ita complanare diruerunt, ut qui ad eam accessissent, habitatum aliquando esse vix crederent. Hæc Josephus.

Ipse tamen in his considerandis, in eo se obtusum potius ac minus veri amantem, Ann. Eccl. Tom. I.

quam ingenio perspicacem atque disertum præbuit, dum causam disquirens, cur tanta mala Judæos invassent, adscribens ea omnia seditiosorum illorum criminibus, hæc addit, dum de clade Hierosolymitana agit (e): Nulla alia re tantis infelicitatibus digna, nisi quod talem progeniem, qua subversa est, edidit. Hæc ille; sed humiliter & abjecte nimis rem tantam perpendens atque considerans, quæ esset pœna peccati, eandem existimavit causam esse supplicii; immemor & quod superius dixisset, existimatum ob necem illatam. Jacobo Justo tanta mala infelices apprehendisse Judæos. Ceterum si quis hujus seculi Judæorum peccata consideret, mentemque revolvat maximum omnium existimatum esse peccatum impietatem, cum scilicet relicto Dei cultu, populus idola Gentium coleret (hoc enim nullum immanius videbatur posse scelus existimari) cujus rei causa captivitatem Babylonicam, & alia gravissima olim passi essent mala: rursusque attendat, a nullo magis quam ab hoc Judæos præsentis sæculo abhorruisse peccato: nam nonnisi de Tiberio filio Alexandri Alabarchæ testatur Josephus defecisse a ritu patrio ad Romanorum superstitionem, & si qui forte ex istis illi adhæserunt: adeo ut dici non possit crimen fuisse publicum omnibusque commune, ut alias factum a Judæis reperitur; nec par sit credere, ob leviora delicta maximam omnium esse a Deo cladem inflatam: inducat ipse Josephus in animum necesse est, ab eis admissam fuisse impietatem, ac crimen maximum omnium, & quod superet idololatriam. At quodnam illud esset, a nobis est perspicue declarandum. Id certe non potuit peccatum esse in Jacobum scelestissime perpetratum: nam & alias sæpius, testimonio Domini, certum est a Judæis occisos esse sanctissimos viros atque Prophetas; nec tamen unquam talem, ob eam causam, tantamque eos expertos esse vindictam. Ex vindictæ igitur pondere cum jure quisque dixerit immanitatem pensandam esse delicti; non aliud quidem quod illis adscribat, inveniet, nisi horrendum illud & maxime omnium execrandum facinus, quod in Christum Dei Filium a Patre missum, tot oraculis Prophetarum prænuntiatum, ac etiam tot tantisque miraculis illustratum, ac testimonio declaratum, ante annos triginta octo iniquissime atque immanissime admiserant. Quod si defuisset, cetera ab eis admissa delicta ejus generis fuisse videbantur, quæ et si captivitate fuissent expianda (ut alias factum erat) temporanea, non tamen perpetua & omnium immanissima desolatione plectenda.

Verum quod spectat ad exactum Judicæ religionis hujus temporis cultum: Qqqq me.

(e) Idem eodem lib. 7. c. 17.

Ex quoniam delicta talia pati meruerunt Judæi.

XXII.

Judæorum mecum ipse præfens sæculum ac etiam præ-
scrupulosa teritum mente contemplans, ipsos video,
legis observatio.

in his quæ ad externa pietatis officia per-
tinent, religiosiores suis majoribus atque
præstantiores fuisse. Nunc enim ante o-
culos ponamus quæ pluribus superius di-
cta sunt, sed hic brevi compendio repe-
tenda; quanto propensiora erga legis ob-
servationem fuerint studia Judæorum; ut
cum idolorum subiecti essent cultoribus,
ne levi quidem eorum impietatis macu-
la foedarentur, & idololatriæ vel le-
vi umbra attingerentur. Meminisse igitur
in primis debemus (ut ex his quæ post
Christum natum sunt facta, exordiamur ex-
empla) nobilissimos juvenes, vitæ dispen-
dio, sævissima suscepta morte, aquilam
auream, quam pro foribus templi Hero-
des affixerat, detraxisse, ac securibus
concidisse (a). Quanta constantia insuper
Pilato resistenter, qui non in templo,
sed in suo palatio scuta, eademque (ut
ex Philone (b) superius docuimus) sine i-
maginibus in regia ipsa tantum, domici-
lio Præsidum, dedicaturus erat? Quo ve-
ro ardore etiam Vitellium Syriæ Præsidem,
ne cum exercitu Romano, quod haberet
militaria insignia imaginibus ornata, per
Judæorum regionem transiret (quod ne-
fas esse ducerent in terra sancta quavis
occasione imagines inspicere) fuerint eni-
xius deprecati, idem sane Josephus (c)
est auctor. Quali quantave animi fortitu-
dine Caio Imperatori tum in Ægypto,
tum in Judæa resistenter, quantaque cla-
des subierint, cum ipsi soli in universo
orbe Romano ipsum Caium Deum dicere
nolent, satis superque Philo (d) scripto
de ea re commentario declaravit. Quas
pugnæ, quæve subierint pericula, cum
Cæsariensibus atque Dorensibus non pa-
tientes vel fumo idololatriæ pollui, ex
Josepho (e) satis dictum est superius.

(a) Joseph. antiqu. lib. 17. c. 8.

(b) Philo de leg. ad Caium.

(c) Joseph. antiqu. lib. 12. c. 7.

(d) Philo de leg. ad Caium.

(e) Joseph. antiqu. lib. 19. c. 6.

(f) Idem antiqu. lib. 20. c. 4. 5.

(g) Joseph. antiqu. lib. 20. in fine.

XXIII. Ceterum tantum absuit ut ob idolola-
triæ peccatum Judæi tot cladibus fuerint
exagitati, ut unus ex eis nobilissimus (cu-
jus sæpe mentio facta est superius) Tibe-

rius Alexander a Judaismo deficiens, cum
ad superstitionem Gentilium abiisset, non
tantum aliqua poena divinitus affectus sit,
quin potius non sine divino consilio sum-
mis honoribus a Romanis auctus fuerit,
qui & his diebus nobilissimum omnium
magistratum ageret, Augustalem præfe-
cturam Ægypti; eidemque adversus Ju-
dæos una cum Vespasiano & Tito egre-
giam navanti operam, ex animi sententia
cuncta succederent. Sicque videas, Judæo-
rum peccatum usque adeo immane fuisse,
ut ex eis qui esset idolorum culturæ insi-
gni impietate notatus, visus sit dignus
præmio, eoque usus fuerit Deus vindice
omnium scelestissimi criminis Judæorum.

Contra vero si quis horum temporum
consideret Judæorum animum erga Dei
cultum propensorem: dicit certe non
ejus neglectu eos tot incurrisse mala. Sa-
ne quidem haud satis digne admirari va-
leo, dum mecum ipse recogito, ac men-
te diutius volvo, quod hoc ipso anno,
cum Romanorum hostilis ageret in Palæ-
stina adversus Judæos armatus exercitus;
cumque a feditionis trifariam inter se di-
visis, immanissimis cladibus civitas urge-
retur, quam & depopularetur simul (ut
vidimus) crudelissima fames: nihilomi-
nus, hoc inquam ipso anno, eo ipso tem-
pore, perinde ac si summa esset rerum
tranquillitas, & affatim abundaret anno-
na, nihil proorsus remittentes officii legi-
timi, omnes ex more ex diversis Orbis
regionibus ad celebrandum Pascha se Hiero-
solymani contulerunt, immo & conclu-
serunt. Quis hæc considerans, non admi-
ratione tantum, sed plane stupore men-
tis extra sensus corporis efferatur? Ex his
sane perspicue videas quam iniqua lance
Josephus expendat judicium divinæ vindic-
tæ: dum vult recentioribus factiosorum
quorundam Judæorum sceleribus, inno-
centes omnes, quotquot ex diversis Orbis
partibus ad diem festum venissent, talia
passos esse; & quotquot insuper post il-
los ex eodem germine nascituri essent, o-
mnium dirissimam eandemque perpetuam
experturos esse vindictam. Illorum quippe
nequitia, velut quadam virga furoris ad
infligendas Judæis meritas poenas, usus
est Deus; quos tali perfunctos munere æ-
que punivit. Sed de his modo satis.

XXV. Quod autem ad tempus tantæ cladis il-
latæ spectat: idem qui hæc omnia præ-
dixit Redemptor humani generis Jesus
Christus, malorumque omnium causam,
quam diximus, suis discipulis referavit;
& non tantum signa quæ præcederent
demonstravit, sed & ut se res esset ha-
benda pariter significavit; idem in-
quam, & tempus quo hæc essent im-
plenda, voluit declarasse: quippe qui di-
xit (b): Amen dico vobis, quia non præ-
teribit generatio hæc, donec omnia fiant; 21.

Tiberium
Apostata
secuta
sunt multa
felicia.

XXIV.

Judæi le-
gitimo-
rum ob-
servantis-
simi.

XXV.

(b) Luc.

Tempus
certum
cladis
Hierosoly-
mitanæ
premon-
stratum.

caelum & terra transibunt, verba autem
mea non transibunt. Vidit utique ea ætas
& generatio, quæ ab ipso prædicta sunt;
cum non nisi triginta octo annorum spatium
(ut dictum est) ab eo tempore interces-
serit. Ea igitur cum necessario referenda
sint ad Hierosolymitanum excidium, cu-
jus facta est rogatio ac data responsio:
miramur nonnullos interpretes vehemen-
tissime laborare, ut ad Domini adventum
ad judicandum, ea verba possint accommo-
dare: cumque quantumvis laboris insum-
pserint, id haud feliciter sibi ipsis affecu-
ti videantur, mystice potius, vel aliquo
alio sensu eadem fuerint verba interpre-
tati: cum re vera ille sit historicus sen-
sus, idemque germanus, ut de Hierosoly-
mitano excidio ea a Domino fuerint verba
prolata.

XXVI. Observandum quidem ex verbis illis,
quæ tum a Matthæo & Marco, tum
etiam a Luca sunt recitata (quod & supe-
rius memini me dixisse) ea responsione,
Dominum duplici Apostolorum rogationi
satisfacere voluisse: nimirum, quod illi
de tempore quo esset templum exciden-
dum, & quando ad judicandum venturus
esset, Dominum rogassent, dicentes:
Quando hæc erunt, & quod signum ad-
ventus tui? ipse cum in primis quæ rem
utramque signa atque prodigia præcessu-
ra essent, aperuisset; quod ad tempus
pertinet, priori tantum illorum petitioni
sic satisfaciendum putavit, ut palam face-
ret quod petierant, nempe ut eadem æta-
te omnia illa, quæ scilicet ad eam rem
spectabant, eventura fore significaret:
posteriori vero petitioni nequaquam. Nam
quod ad sui adventum tempus spectat, hoc
habet Marcus (a) Christus dixisse suis:
De die autem illo vel hora nemo scit, ne-
que Angeli in celo, neque Filius, nisi
Pater. Itemque rogantibus iisdem de
his alias dixit (b): Non est vestrum nos-
se tempora vel momenta, que Pater posuit
in sua potestate. Quamobrem nihil est
quod dici possit, ea verba de excidio
Hierosolymitanæ dicta, ad adventum Domi-
ni debere referri. Ceterum tam Aposto-
li, quam discipuli, simulque omnes Chri-
stiani (ut ex Pauli, Petri, Jacobi, at-
que Joannis epistolis compertum habetur)
æque existimabant brevi affore Domini
adventum ad judicandum: quod tamen
(ut dictum est) eos penitus latere voluit.
Nec quemquam moveat, quod ultimo lo-
co ea verba a Luca sint posita, quasi ob
eam causam referenda essent ad Domini
indicandum adventum: nam cum ea quæ
sunt a Domino dicta, ab Evangelistis di-
verso referantur ordine, satis aperte de-
claratur, ipsos (ut alias sæpe accidit)
non quo ordine ea a Domino sunt narra-
ta, sed potius quæ dicta essent, scri-
ptis mandasse, sicque mixtim ea signa ab

(a) Marc. 13.

(b) Mat. 23.

Ann. Eccl. Tom. I.

eisdem esse diverso ordine recitata. Pru-
dens igitur lector quæcumque a Domino
prædicta cognoverit, quæ Hierosolymo-
rum excidium non præcesserint, certo
sciat in adventu Domini eadem fore im-
plenda: eoque certius id accipiat, quod
sicut ea quæ de Hierosolymitana clade
fuerant prænuntiata, esse in omnibus ad-
impleta jam videt, cetera quoque quæ
de suo adventu eodem orationis contex-
tu sunt asserta, æque eventura non du-
bitet.

Quod rursus ad tempus spectat: Hie-
rosolymorum civitatis excisa annos Jose-
phus sic numerat (c): A Rege David
usque ad Titum annos mille centum se-
ptuaginta novem: ex quo autem est condi-
ta, usque ad excidium; annorum duo mil-
lia centum septuaginta septem. Porro eju-
smodi historia non a Josepho tantum scri-
ptis memoriæ prodita est; sed, ut rem
omni ævo memorabilem, scriptores etiam
Ethnici sua historia sunt fufus prosecuti,
ut inter alios Tacitus (d), cujus ta-
men fides in recensendis Judaicis rebus
sic vacillat, ut merito Tertullianus (e)
eundem mendaciorum loquacissimum ap-
pellet; quem & nos superius, alia ob-
lata occasione, cum opus fuit, refellimus.

Attigerunt eadem Suetonius, Plutarchus,
& Dio: sed & in Chronicis Phlegon.
Hadriani libertus (ut auctor est Orige-
nes f) ejusdem cladis templi & civita-
tis meminit, atque accidisse ait circa
annum quadragesimum a decimo quinto Ti-
berii Cæsaris: re vera autem ab eo tem-
pore usque in præfens quadraginta & unus
numerantur. Auctor est Minutius Felix in
Octavio, eandem Judæorum cladem scri-
ptam quoque fuisse ab Antonio Juliano,
sic dicens: Scripta eorum relege: vel si
Romanis magis gaudes (ut transeamus
veteres) Flavii Josephi, vel Antonii Ju-
liani de Judæis require: jam scies nequi-
tia sua hæc eos meruisse fortunam; nec
quicquam accidisse, quod non sit his, si
in contumacia perseverarent, ante præ-
dictum. Verum non tantum lucubrati-
ones Antonii Juliani exciderunt, sed nec
nomen ejus apud alium aliquem veterem
memini me legisse, nisi apud unum (g) Gel-
lium in Noctibus Atticis, ubi egre-
gium rethorem magnopere laudat. Post
hos omnes Hegefippus, non major ille
vicinus temporibus Apostolorum, sed
alius longe junior, quem constat vixisse
post tempora Constantini, eandem
rerum gestarum historiam Græce conscri-
psit. Fertur alia ejusdem argumenti tra-
ctatio, auctore Josepho quodam, qui in-
scribitur filius Gorionis, qui eodem vixit
tempore dictæ cladis, a quo dictus Hege-
sippus nonnulla mutuatus aggregat, & in-
ter alia lamentationem illam de Hierosa-
lem, adinstar Hieremiæ Lamentationum

(c) Joseph. de bello Jud. l. 7. c. 18.

(d) Tacit. l. 5. hist.

(e) Tertull. in Apol. c. 16.

(f) Orig. in Matth. 17. 29.

(g) Gellius l. 1. c. 4.

Q q q q 2 lu-

XXVII.
(c) Joseph. de bello Jud. l. 7. c. 18.

Scriptores
cladis Hiero-
solymitanæ.

(d) Tacit. l. 5. hist.

(e) Tertull. in Apol. c. 16.

(f) Orig. in Matth. 17. 29.

(g) Gellius l. 1. c. 4.

Iugubrium: verum cum in multis auctor ille reperitur errasse, nec illum esse putemus auctorem qui habetur inscriptus, libentius abstinuimus.

XXVIII. Tributum Judæor. Romanis dari solitum.

(a) Joseph. de bello Judæico, lib. 7. c. 28.

Subactis in hunc modum Judæis a Tito, imperatum est illis tributum, nimirum ut quod in templum inferre quotannis soliti essent didrachma, illud ipsum penderent Jovi Capitolino. Affirmat Josephus (a) hoc ipsum de didrachmate a Tito imperato Judæis tributo. Agens etiam Origenes de eodem tributo Judæis indicto, ut perolverent Romanis, idem ipsum sua ætate ab eis pendit solitum testatur in epistola quam scripsit ad Africanum. Sicigitur hoc anno Judæi subacti a Romanis, nunquam amplius post hæc fervire desierunt, aut desinent aliquando, usque ad mundi finem: nec enim est spes aliqua restituendæ iterum Hierosolymæ, vel templi denuo excitandi: nam secundum quod a Daniele (b) prædictum est, usque ad consummationem & finem perseverabit desolatio. Experimentum quidem ejus rei est hæcenus demonstratum, cum sub Ethnicis Imperatoribus semper eos constet fuisse vexatos: sed & cum Christiane fidei apostata in invidiam & odium Christianorum, omnibus Romani Imperii viribus conatus est templum iterum restituere, territi opifices prodigiis atque portentis, terra etiam evomente ignes, a coeptis desistere coacti sunt: sed de his suo loco plenius. At nec certe quæ passi sunt Judæi ab Ethnicis, ea contigerunt instigatione Christianorum: nam si quis cuncta exacte pervestigat, inveniet profecto illos semper Gentilium Imperatorum fuisse exagitatos edictis, Christianorum vero Augustorum (ut quæ de his extant editæ sanctiones declarant) fuisse officiis & beneficiis affectos.

XXIX.

Tanta igitur clade exagitata gens Judæorum, omnibus Gentibus est reddita odiosa: sicque exuta templo, sacrificiis, & civitate, per diversas Orbis partes (ut olim Cain, quod interfecisset fratrem suum, vagus factus est & profugus super terram) semper oberrans, cunctis nationibus est reddita abominabilis: ubique & in omnibus proterve se gerens: unde Rutilius (c) Clementianus:

Atque utinam nunquam Judæa subacta fuisset Pompeji bellis, imperioque Titi. Latius excisæ pestis contagia serpunt, Victoresque suos natio victa premit.

Judæi ubique vagi & odio habiti. (d) Aug. lib. 6. de Civ. Dei cap. 11.

Hæc de Judæis esse intelligenda, & non de Christianis, qui a Gentilibus sæpe sæpius Judæi dicti reperuntur, fidem faciunt ea quæ ab Augustino (d) de Seneca dicta sunt, & in primis de Christianis, his verbis: Christianos tamen jam tunc

Judæis inimicissimos in neutram partem commemorare Seneca auctus est: vel ne laudaret contra sua patria veterem consuetudinem, vel reprehenderet contra forsitan suam voluntatem. De illis sane Judæis cum loquitur, ait: Cum interim usque eo sceleratissima gentis consuetudo convaluit, ut per omnes jam terras recepta sit, victi victoribus leges dederunt. Hæc & alia ibi S. Augustinus de Judæis. Sed & (e) Prudentius:

extirpata per omnes Terrarum pelagique plagas tua membra feruntur. Exiliis vagus huc illuc fluitantibus errat Judæus, postquam patria de sede revulsus, Supplicium pro cæde luit, Christique negati Sanguine respersus commissa piacula solvit. En quo præcorum virtus defluxit avorum!

Sic itaque etiam secundum propheticum oraculum illud, quod præcinit David (f) acciderit: Ne occidas eos, ne quando obliviscantur populi mei: sed disperge illos in virtute tua, & depone eos: Justa ultione e terra penitus meruissent auferri: misericorditer tamen actum est, ne penitus confunderentur; verumtamen sic viverent, ut ubique essent in opprobrium Gentibus, & in derisum omnibus nationibus. Quam impar ceteris populis a Romanis devictis fuerit fors Judæorum, considerans Augustinus (g) ceteras gentes a Romanis subjugatas, easdemque sic fuisse Romanis compaginatas, ut Romani, æque dicerentur: Omnes, inquit, Romani facti sunt, & omnes Romani dicuntur; Judæi tamen manent cum signo, nec sic dicti sunt, ut a victoribus absorberentur. Non sine causa Cain ille est, qui cum fratrem occidisset, posuit in eo Deus signum, ne quis eum occideret: hoc est signum, quod habent Judæi. Hæc ipse: qui omnia in Christianorum utilitatem multipliciter a Deo permessa esse, pluribus explicat. Enimvero quod ad Romanorum nomen pertinet, Josephus Judæus hæc ait: Romanorum clementia cunctis non parvulum donum appellationis suæ concessit, non solum viris singulis, sed etiam maximis gentibus in communi. Hispani denique antiqui, & Tyrrheni, & Sabini Romani vocantur. Judæi vero ubicumque locorum sint, Judæi semper nominati habentur, nec unquam Romano dignati nomine.

Porro non tantum ex nomine (quod plane tetrum Imperator (h) appellat) sed & aliis innumeris plane signis, quibus cumque sæculis Judæos fuisse notatos, facile

(e) Prudentius in A. portheo contra Jud.

(f) XXX. Psal. 51.

(g) Aug. in Psal. 58. Judæi relict in signo manent cum signo, nec sic dicti sunt, ut a victoribus absorberentur. Non sine causa Cain ille est, qui cum fratrem occidisset, posuit in eo Deus signum, ne quis eum occideret: hoc est signum, quod habent Judæi. Hæc ipse: qui omnia in Christianorum utilitatem multipliciter a Deo permessa esse, pluribus explicat.

(h) XXXI. Titus Romanus redit, quando annos Vespasiano numerant, eisdem a secundo ejus Imperii anno, currenti nempe, quo Hierosolyma expugnata, deducunt. Judæi etiam computant annos desolationis Templi, quos ipsi vocant Evam desolationis

Judæi etiam foetoris signo infames. cile quis inveniet: quippe qui a malitia, magistratibus, aliisque publicis officiis, & iis quæ aliis compluribus nationibus, licet barbaris, concessa fuerunt, privilegiis, reperiuntur fuisse discreti. An non perpetuæ illis infamiae nota inusta videtur, cum eorum corporibus tam gravis foetor inhæserit? ex eo enim & nomen sunt affecti, ut foetentes Judæi nomine dicerentur; unde Ammianus Marcellinus (a) hæc scribit de Marco Imperatore: Ille enim cum Palestinam transiret, Ægyptum petens, foetentium Judæorum & tumultuantium sæpe radio percitus, dolenter dicitur exclamasse: O Marcomanni, o Quadii, o Sarmatæ, tandem alios vobis deteriores inveni. Hæc Ammianus. Sic igitur videas, non dicam Christianorum sententia (quorum est omnium misereri, & nemini insultare) sed Ethnicorum omnium, per singula sæcula de Judæorum infelicitate elogia esse decantata, natura ipsa in eos inclamante, unaque omnium sententia confirmante, eos cunctorum mortaliū esse miserrimos.

Ammianus Marc. lib. 2.

XXXII. De luctu anniversario Judæorum. At vero nec illud dicere prætermittimus: Judæos, noscentes se templo accivitate penitus spoliatos, omniumque esse infelicitissimos; ut saltem lacrymis, quod aliunde non possent, solamen aliquod invenirent; consuevisse anniversaria die, perfoluto tamen pretio (cum aliter non liceret) ea adire loca, lacrymas fundere, & misere lamentari. Unde S. Hieronymus (b): Usque ad præsentem, inquit, diem perfidi coloni, post interfectionem servorum, & ad extremum Filii Dei, excepto planctu, prohibentur ingredi Hierusalem: & ut ruinam suam eis flere liceat civitatis, pretio redimunt: ut qui quondam emerant sanguinem Christi, emant lacrymas suas. Videas in die quo capta est a Romanis & diruta Hierusalem, venire populum lugubrem, consuere decrepitas muliercular, & senes pannis anniisque obstitos, & in corporibus & in habitu suo iram Domini demonstrantes: congregatur turba miserorum, & patibulo Domini coruscante, ac radiante avardæ ejus, de Oliveti monte quoque Crucis fulgente vexillo, plangere ruinas templi sui populum miserum, & tamen non esse miserabilem. Adhuc fletus in genis, & livida brachia, & sparsi crines, & miles mercedem postulat, ut illis flere plus liceat. Et dubitat aliquis, cum hæc videat, de die tribulationis & angustiae, de die calamitatis & miserie, de die tenebrarum &

(b) Hier. in Sephon. c. 1.

III. Ad num. XXXIV. Clemens Alexandrinus, Titus Romanus redit, quando annos Vespasiano numerant, eisdem a secundo ejus Imperii anno, currenti nempe, quo Hierosolyma expugnata, deducunt. Judæi etiam computant annos desolationis Templi, quos ipsi vocant Evam desolationis

caliginis, de die nebula & turbinis, de die tubæ & clangoris? Habent enim & in luctu tubas; & juxta prophetiam, vox solemnitatis versa est in planctum. Ullant super cineres sanctuarii, & super altare destructum, & super civitates quondam munitas, & super excelsos quondam angulos templi, de quibus quondam Jacobum fratrem Domini præcipitaverunt. Hæc de captivitate dicta sint Judæorum: Hucusque Hieronymus. Atque hæcenus de Judæorum clade & excidio Hierosolymæ.

Titus vero his rebus magnifice gestis, nequaquam animo se exultit, neque ea victoria insolenter usus est: quippe qui optime nosset, non humana virtute, sed Dei justa vindicta, Judæorum regionem & civitatem esse deletam. Quamobrem oblata sibi corona aurea a provinciis proximis, noluit coronari, testatus se profus indignum. Idque Philostratus (c) his verbis affirmat: Interea Titus captis Hierosolymis, omnia circum loca cadaveribus compleverat. Finitimæ autem gentes ob victricem coronare ipsum voluerunt: ille, vero tali honore indignum se esse respondit: non enim se talium operum auctorem, sed Deo iracundiam contra Judæos demonstranti manus suas præbuisse. Quomodo autem Apollonii monitis non nihil perfece- rit, idem auctor pluribus narrat.

XXXIII. De modestia Titii.

(c) Philostratus lib. 6.

Hoc ipsum namque erat in divinis oraculis, nempe in Daniele (d): Civitatem & sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo: & finis ejus vastitas, & post finem belli statuta desolatio. Populus namque Judaicus (licet alii Romanum intelligant) in se ipsum (ut vidimus) arma convertens, cæde & incendio perdidit civitatem, quam Titus dux exercitus solo penitus adæquavit, ita ut fieret plane vastitas & desolatio. Ejustmodi vaticinio certo annorum præscripto numero declarato, satis perspicue Josephus intellexit Judæos per Vespasianum ac Titum profligandos atque sternendos. Sed errore lapsus est, dum quem ducem venturum agnovit, eundem ipsum esse putavit de quo est scriptum in Genesi (e): Non auferetur sceptrum de Juda, & dux de femore ejus, donec veniat qui mittendus est: (seu, cui repositum est:) ipse erit expectatio Gentium: ac proinde eidem vaticinatus est Orbis imperium, confundens simul ducem qui venturus esset ad salvandum, cum eo qui demoliturus esset civitatem & sanctuarium. Cætera ve-

XXXIV. (d) Daniel. 9.

Titus a Daniele præmonstratus.

(e) Genesi 49.

Titus e Judæa Romam proficiscens celebravit Domitiani fratris Natalis Cæsareæ, & circa Natale patris Beryti magnificentissima spectacula edidit, ac diu ibidem commoratus est: ut habet Josephus lib. 7. de Bello cap. 20. Usserius loco laudato Josephum explicat de Natali Imperii

ro de triumpho Titi dicemus anno sequenti, quo exhibitus est: nam reliquam huius anni partem, & sequentis principium usque ad navigationis opportunum tempus, Titus egit in Palaestina; postea vero Antiochiam pergens, parteque Syriae

peragrata, tandem se contulit Alexandriam, unde postea Romam solveret: sed quae in singulis memoratis locis ab eodem sint laudabiliter gesta, Josephus (a) pluribus narrat.

Ad-

rii Vespasiani, quod die prima Julii celebrabatur. At eo mense, praesenti anno, Hierosolyma nondum capta erat, & insequenti jam triumphus Judaicus ante eum mensem actus. Josephus itaque utrobique de Natali genuino loquitur. Natale Domitiani in diem xxiv. Octobris, Vespasiani vero in diem xvii. Novembris incidit, ut Suetonius testatur. Beryto Titus Antiochiam se contulit, indeque iterum in Palaestinam, ac tan-

dem anno sequenti oneraria nave in Italiam apulit, ut ex Josepho lib. 7. de Bello liquet. Qui autem Titi itinerarium a Josepho descriptum examinabit, illum non nisi exeunte Aprili anni insequentis Romam pervenire potuisse comperiet. Tardius illuc accedere non potuit, cum ante diem primum Maji triumpharit, ut anno sequenti ostendam. [1]

[1] HOC anno XI. Kal. Junias, ut est apud Tacitum Histor. lib. IV. cap. LIII. vota solemnia pro restitutione Capitolii nuncupata sunt, & Hoiwidius Prifus, praesente Plautio Eliano Pontifice, lustrata suoretaurilibus aera &c. Simul ceteri magistratus, & Sacerdotes & Senatus & eques & magna pars populi, studio latitiaeque connixi, saxum ingens traxero: passimque in secula fundamentis argenti, aurique stipes &c. Aberant tum Vespasianus & Titus. At Suetonius scribit in Vespasiano cap. VIII. hunc Imperatorem, rudibus (Capitolii) purgandis manus primum admovisse, ac suo collo quadam extulisse. Dio etiam Xiphilini lib. LXVI. pag. 740. Templum in Capitolio statim adificare cepit (Vespasianus) primusque inde terram extulit. Hac mire torserunt Iustum Lipsium, qui libenter se tam manifestam pugnam conciliantem, auditurum fatetur. Sebastianus quoque Tillemontius hac in re prorsus haerere videtur in notis ad tom. II. Histor. Imp. pag. 469. At Philippus a Turre Antistes Adriensis in Monumentis Veteris Antii pag. 94. levi negotio hanc pugnam dirimit. Tacitus, iacta solummodo Capitolini templi fundamenta memorat; at, quum Haruspices, ut ille docet, monuissent, ut reliqua prioris delubri in paludes auerentur, quod non ante factum est, quam praesens Vespasianus adesset, & reliquias ipsas, seu, ut vocat Suetonius, rudera primus efferret. Hac Antistes clarissimus, quae mirum in modum Tacitum, Suetonium, ac Dionis Xiphilinum conciliant.

I.

A Dveniente Christi anno septuagesimo tertio, Vespasianus Augustus secundo & M. Cocceius Nerva Consulatum gesserunt. Qui autem ordinariis Consulatus etiam suffectos adnectunt, ponunt hoc anno Consulatum tertium Vespasiani, ut Julius Frontinus (a). Verum qui olim in Fastis Consularibus fuerit ordo servatus, dicemus anno sequenti. Hoc igitur anno Titus cum manibus Judaeorum ex Aegypto Romam veniens, de parta gloriosa victoria nobilissimum triumphum egit, qui a Josepho (b) describitur. At ex his pauca tantummodo (quod instituti ratio exigit) attingemus. Ducti sunt in triumphum Joannes & Simon, illarum factionum, quarum causa tot mala sunt

oborta & consummata, praecipui duces, & cum his alii insuper septingenti viri, electi robore, & forma praestantes, ad hoc electi atque servati. Hinc videre est in antiquis compluribus numismatibus (c) Titus Imperatoris, trophaeum cum duobus captivis affidentibus effigiarum; similiter & triumphalem quadrigam, quam duobus captivis praecedentibus. Sunt & alia Vespasiani signo notata numismata, quorum aliis inest muliebris figura sedens humi ad trophaeum, aliis eadem mulieris effigies mactae sedentis sub palma, quae erat Judaeae provinciae hieroglyphicum; hac inscriptione signatis: JUDAEA CAPTA. S. C. quorum subjecimus tibi, has quas intueris, expressas formas.

(a) Jul. Front. l. 2. de aquaduct. Titus de Judaeis triumphum egit. (b) Joseph. de bello Jud. l. 7. c. 24.

(c) Collect. de Adol. p. 1. de Rom. Imp. numism.

(d) Ex num. argent. Larii Pasqualini Rom.



(d)



(e) Ex num. aureo Larii Pasqualini Rom.



(e)



Quis, amabo te, ista videns, consideransque Judaeae sub moeroris confectae formae mulieris imaginem representari, non continuo illud Hieremiae (f) lamentationis in memoriam revocet de Hierosolyma ab hostibus capta: Quomodo sedet sola civitas plena populo: facta est quasi vidua domina gentium: princeps provinciarum facta est sub tributo. Plorans ploravit in nocte, lacrymae ejus in maxillis ejus: non est qui consoletur eam ex omnibus caris ejus, &c. vel illud funestum atque lugubre indignationis Dei in eam effusae (g): Quomodo obtexit caligine in furore suo Dominus filiam Sion: projecit de cae-

(f) Thren. 2.

(g) Thren. 2.

lo in terram inclytam Israel, & non est recordatus scabelli pedum suorum in die furoris sui?

Quod rursus ad triumphum Titi Vespasiani pertinet: adhuc visum Romae ad radices Palatini in arcu triumphali marmore sculptum candelabrum cum aliis victoriae insignibus, quae perducta sunt in triumphum; atque ex adverso Titi triumphantis quadriga; hacque inscriptione fornix in frontispicio consignatus: SENATUS. POPULUSQUE. ROMANUS. DIVO. TITO. DIVI. VESPASIANI. F. VESPASIANO. AUGUSTO. Sed & in lapide seorsum posito haec etiam (b):

II.

(b) Describit Manutius in Orthogr. IMP.

IMP. TITO. CÆSARI. DIVI. VESPASIANI. F. VESPASIANO. AUGUSTO. PONTIFICI. MAXIMO. TRIBUN. POT. X. IMP. XVII. COS. VIII. PP. PRINCIPI. SUO. S. P. Q. R. QUI. PRAECEPTIS. PATRIS. CONSILII. QUE. ET AUSPICIIIS. GENTEM. JUDAEORUM. DOMUIT. ET URBEM. HIERSOLYMAM. OMNIBUS. ANTE. SE DUCIBUS. REGIBUS. GENTIBUS. QUE. AUT. FRUSTRA PETITAM. AUT. OMNINO. INTENTATAM. DELEVIT

III. Sed cum clarissimi triumphii pompam quam plurima ornamenta redderent celebratissimam: quae tamen templo ablata sunt sacra vasa, in triumphum perducta, majori admiratione in se oculos omnium convertent; de quibus sic Josephus (a): Spolia vero alia quidem passim ferebantur: de bel. Jud. eminebant autem ea quae apud Hierosolym. lib. 7. c. 24. in templo reperta sunt, mensa aurea

ponderis talenti magni, & candelabrum similiter quidem auro factum, sed opere commutato ad usum nostrum consuetudinem: nam media quidem columna basi inhaerebat, tenues autem ab ea cannulae producebantur, formatae ad similitudinem fustinae, ad summum quaque in lychni speciem fabricatae: erant autem numero septem, septimi diei, qui apud Judaeos est, iudicant-

De Templi Spoliis in triumphum deductis.

SÆC. I. Anno Urbis 824. Olymp. 212. an. 3. An. Ch. 71.

ANNO PERIODI GRÆCO- ROMANÆ 5564. 24. F. D 15. P. 7. April. Indict. 14. JESU CHRISTI 71. secundum Baronium 73. CLEMENTIS PAPÆ 5. VESPASIANI IMP. 3.

I. Consul.

[1] AD num. I. & seq. Coss. Vespasianus Aug. III. & M. Cocceius Nerva. Sumtus hic a Vespasiano Consulatum juxta quintam Consulatum Cæsareorum regulam, propter triumphum nempe Judaicum, de quo mox. Ceteri deinceps Imperatores, annis, quibus triumpharunt, Consules processere, vel triumphum cum Decennialibus & id genus festis copulaverunt. At inquit aliqui Consules apud Card. Norisium in Epistola Consulari pag. 158. scripsisse me in Disert. Hypatica parte 1. cap. 1. pag. 8. paulo post initum annum Consules in annum sequentem creatos, & tamen ante mensum Augustum superioris anni Titum Hierosolymam non expugnasse. Sed infirma hæc ratio: nam licet mos ferret, ut anni initio Consules in annum sequentem designarentur, designatio tamen in ultimos anni menses aliquando dilata; prætereaque ex Plinio in Paneg. discimus, Imperatores Consulatus privatis destinatos in se ipsos aliquando transfuisse; quod anno antecedenti a Vespasiano, post Hierosolymorum expugnationem auditam, præsti-

tum videtur. Nec magis urget, quod iidem censors subiungunt; Vespasianum nempe, post Kalendas Martias triumphasse, ideoque Consules successos jam munus suum obisse. Imperatores enim annis, quibus triumphos exhibuere, Consulatum de more suscipere, non quidem ut eo durante, ac intra priores duos anni menses, quibus magistratum illum gerere solebant, triumphum agerent; sed, ut Imperator ab illo dignitatis cumulo, quemadmodum Libanius in Panegyrico Juliano Aug. loquitur, eo anno magis celebraretur. Unde Procopius lib. 2. Hist. Vandalicæ loquens de triumpho Belisarii anno Christi DXXXIV. gesto ait: non multo post Belisario, quod ei ex veteri more ad triumphii speciem deceat, accessit; Consul enim est factus. Vetus ille mos hoc anno a Vespasiano inducitur.

II. Consulatus primus Domitiani.

Kalendis Martiis Domitianus Cæsar Consulatum successum inivit, Cn. Pedio Casto Collega, ut observavit Card. Norisius in Epist. Consulari pag. 53. ubi ex Grutero refert decretum, quo quidam Veterani civitate donantur ab Imp. Vespasiano TR. POT. COS. III. DES. IIII. currenti nempe anno. Idem vero decretum dicitur scriptum NON. APRIL. CAESARE. AUG. F. DOMITIANO. CN. PEDIO CASTO. COS. Qua ex Inscriptione recte Norisius Card. deducit, Domitianum jam mense Aprili Consulatum gessisse. Onuphrius in Fastis Mucianum II. Domitiani Collegam ex Plinio lib. 35. cap. 12. proponit; cum tamen ibi solum Plinius dicat, Mucianum altero Consulatu suo exprobrasse Vitellio, quod patinam quandam im-mensi pretii condidisset: ideoque is secundus Mucian-

[1] Coss. Vespasianus Aug. III. & M. Cocceius Nerva. Fasti Casinates: VESPASIANO III. M. COCCEIO. NERVA COS. Gruterus pag. CCC. IMP. CAESARE VESPASIANO. AUG. III. M. COCCEIO. NERVA. COS. Frontinus: Vespasiano III. & Cocceio Nerva Coss. Donianæ Inscriptiones pag. 115. n. 7. IMP. CAESAR. VESPASIANUS. AUGUSTUS PONTIFEX MAXIMUS. TRIB. POT. COS. III. Gruterus pag. CLIV. 3. IMP. CAESAR VESPASIAN. AUG. PON. MAX. TR. P. II. IMP. VII. COS. III. DESIG. IV. Et pag. CLXXXIX. 7. TRIB. POT. III. COS. III. P. P. IMP. VIII. Item alia pag. CCXLIII. 2. 3. 4. & pag. DLXXII. I. MXIX. 7. MLXXVIII. 4. Sponius in Miscellan. pag. 267. ex Guichenone: IMP. CAESAR. VESPASIANUS AUGUSTUS. PONTIFEX MAXIMUS TRIB. POT. COS. III. COS. DESIGN. IV. Fasti Idatiani, Prosperi Chronicon, & Fasti Vindebonenses: Vespasiano III. & Nerva. Domitianus hoc anno ante Kalendas Apriles Consul successus erat. Id offendit Norisius in epist. conf. pag. 53. ex Gruteriana inscriptione pag. DLXXIII. 1. ubi habetur: IMP. CAESAR. VESPASIANUS AUG. PONT. MAX. TR. POT. II. IMP. VI. P. P. COS. III. DESIG. IV. qui lapis scriptus ibidem dicitur: NON. APRIL. CAESARE. AUG. F. DOMITIANO. CN. PEDIO. CASTO. COS. Nummos item profert Norisius, quibus mense Martio hujus anni Domitianum primum successum consulatum gessisse, palam fit.

cantes honorem. Post hæc autem portabatur lex Judaeorum, novissima spoliiorum. Hæc & alia Josephus, qui tamen dicere prætermisit de præclarissimis templi vasibus, quæ in triumphum deducta, ac deinde in templo Pacis edificata, una cum aliis ornamentis (ut idem testatur auctor) sunt collocata: Quorum, inquit, visendorum studio, per totum Orbem, qui ante nos fuerunt, vagabantur, quomodo aliud apud alios situm esset, videre cupientes. Illic repositis, quæ Judaeorum fuerant, instrumentis, his se Titus magnifice effrensus, legem eorum & penetralium vela purpurea in Palatio condita servari præcepit.

IV. Quam amplo thesauro Templum refertum. Quam autem ampla fuerint dona & vasa aurea e templo a Tito sublata, licet Josephus non dicat; ex his tamen quæ idem alibi testatur auctor, dum de expilato a Crasso templo historiam narrat, aliqua saltem ex parte facile assequi possumus. Ann. Eccl. Tom. I.

ciani Consulatus anno Christi LXIX. gestus fuerit. Hactenus existimatum fuerat, Domitianum anno superiori Consulatum primum successum gessisse. Sed ex Prætura ejus ac Imperio Consulari anno LXIX. a nobis explicatis contrarium evincitur. Præterquam quod Zonaras de triumpho Vespasiani hoc anno actio loquens ait: Cum Tito filio triumphum duxit; cui Domitianus quoque Consul equo singulari interfuit: quæ postquam observavi, gavisus sum videre Card. Norisium in Epistola Consulari, communem illum errorem etiam emendasse, tam ex laudata Inscriptione, quam ope trium Nummorum Theauri Medicei primæ magnitudinis in antica parte inscriptorum: IMP. CAES. VESPASIANI. AUG. P. M. TR. P. COS. III. in postica: IMP. AUG. F. COS. DES. IT. CAES. AUG. F. DES. S. C. Hi Nummi præstanti anno percussis ante Martium, cum id temporis Titus Imperator Augusti filius Consul designatus iterum esset in annum sequentem LXXII. & Domitianus Cæsar Augusti filius designatus esset Consul ad proximas Kal. Martias, ut doctè Norisius notat. Ex iis Nummis etiam liquet, Consules prioribus anni mensibus in annum sequentem designari solitos. Ac denique Titum hoc anno, ante Kalendas Martias, Collegam Imperii nuncupatum esse; cum iis Nummis Imperatoris titulo exornetur.

Titus enim, quemadmodum & ante eum Tiberius, ac post eum Traianus, Imperii Collega fuit, ideoque Imperatoris titulo exornatus. Imperii Collegæ Tribunitia Potestate, & Imperio Proconsulari donabantur, ratione cujus Imperatores nuncupati. Titum Tribunitia Potestate a patre honestatum esse testatur Suetonius in Vespasiano cap. 6. ubi de Tito ait: Triumphavit cum patre, Censuramque gessit una: eidem Collega, & in Tribunitia Potestate, & in septem Consulatus fuit. Quæ tribunitia Potestas in Nummis Titus, tam Græcis quam Latinis, memorata. De Imperio Proconsulari eidem collato, neque Suetonius, neque alius Historiæ Augustæ Scriptor expressis verbis agit. Sed cum eum tam Plinius, quam Philostratus, & Josephus Imperatorem appellent, hoc illi Imperium concessum fuisse certo insinuant. Plinius Historiam suam naturalem Tito dicavit, dum adhuc Vespasianus

Si enim direpto olim templo Olympiade centesima quinquagesimatertia ab Antiocho Epiphane, cum post Olympiadas tantum vigintiocto, nimirum (ut Eusebius ponit) Olympiade centesima octuagesima prima, annis intercurrentibus centum atque duodecim, cum a Crasso idem templum est iterum expilatam, tam ingens ac pene incredibilis est ibi thesaurus repertus, quantumlibet parum felicia illa fuerint tempora quæ inter utrumque spatium intercesserunt, semper fere bellorum agitata turbinibus, quibus Judæi diversis afflicti sunt cladibus: quibus putandum divitiis fuisse templum locupletatum ab eo tempore usque in præsentem annum, Olympiade ducentesima duodecima, majori annorum numero, nempe centum vigintiquatuor annis interlabentibus, quibus usque ad Neronis tempora nullo profus bello Judæa vexata fuit.

Sed quid de expilatione a Crasso facta idem

pater Republicam Romanam administraret: In Præfatione autem præterquam quod eum semel & iterum Imperatorem vocat, ait: Sciantque omnes quam ex æquo tecum vivat Imperium. Triumphalis & Censorius tu, sexiesque Consul ac Tribunitia Potestatis particeps. Turnebus ait, Plinium per hæc verba, tecum vivat Imperium, intelligere Imperium Triumphale & Censorium, quia eum fugiebat, Titum imperio Proconsulari ornatum fuisse. Passim etiam in Historia Titus Imperator a Plinio appellatur. Philostratus lib. 6. de Vita Apollonii Tyanæi cap. 14. inquit, ἀπολλωνεὶς δὲ αὐτοκράτωρ ἐν τῇ Πατρὶ, ἡ ἀριστοὺν ἀγαθὸν τῶνδ', ἀντὶ τῶν ἀπολλωνίων τῶν ἀρχῶν τῶν πατρῶν, &c. idest: Cum igitur Imperator esset Roma appellatus Titus, omnibus ornatus dignitatibus, abire constituit, ut simul cum patre imperaret. Maximi tamen faciens Apollonium, permultum persicere posse arbitratum est, si etiam brevi tempore alloqui eum posset. Quapropter ab eo petivit, ut Argos accederet; eo cum venisset Apollonius alacriter eum complectens Titus, &c. Ego autem annos natus sum triginta, nihilque honoribus, quibus pater sexagenarius ornatus, & eum eo pariter ad Imperium vocatus, præter id, quod dubito, an recte satis imperare sciam: voveor etiam me majora, quam me deceat, aggredi moliar. Demulcent autem ejus cor Apollonium, quod robustum erat, perinde atque eorum, qui corpus exercent, Δὲ μὴ, inquit, quis tam valida cervicæ taurum jugum subire cogeret? Is, inquit Titus, qui me vitulum a primordiis educavit: patrem illis verbis denotans. &c. Gaudeo, inquit Apollonius, primum quod te patri obtemperare paratum video, cujus dominatu gaudent etiam subditi, & qui natura filii non sunt. Quod si frequenter domi cum eo versaberis, inde honorem consequeris. Juventute enim una cum senectute regnum gubernante, quæ lyra, quæ fistula adeo suavem & temperatam resonabit harmoniam, nam seniores junioribus concordantur, unde & senectus roboris aliquid accipiet, & juvenis inordinate non effertur. Qui locus egregius ad ostendendum, Titum Imperii Collegam fuisse. Casaubonus tamen, qui illum in Animadversionibus ad lib. 8. Suetonii refert, scribit: At quod ait (nempe Philostratus) de-

(*) Joseph. antiq. lib. 14. c. 12.

De Templi divitiis cum explatur a Crasso.

idem Josephus scribat, ut ex illa hanc considerare possimus, hic recitare operæpretium esse ducimus: sic enim ait (a): Crassus autem expeditionem contra Parthos parans, in Judæam pervenit, & pecuniam sacram, quam Pompeius non attigerat, duo millia talentorum abstulit, totumque reliquo auro, cujus summa accedebat ad octo talentorum millia, templum spoliavit. Tulit etiam trabem ex auro solidam, trecentas minas pendentem: mina autem apud nos constat duobus libris & dimidia. Hanc ei trabem tradidit sacerdos sacri thesauri custos Eleazarus, non præ malitia, nam erat vir bonus & justus: sed cum concreditam haberet aulaorum templi custodiam ex hac trabe pendentium, quorum admiranda pulchritudo erat & apparatus pretiosissimus; videretque Crassum totum esse in colligendo auro; timens omnibus templi ornamentis, trabem hanc redemptionem pro omnibus ei dedit; cum prius eum jurejurando obstrinxisset, nihil aliud loco moturum, contentum eo quod ipse traderet, æstimatum plurimis aureorum millibus. Hæc trabs inferta erat trabi cavæ lignæ; quod ceteris omnibus ignotum, solus sciebat Elea-

salutate Roma tunc temporis Tito Imperatore, an verum? Non sane, sed proventus negatorum: nam id factum in castris ad Hierosolyma, ut modo dicit Suetonius, & narrat Josephus lib. 6. cap. 32. neque aliter salutatus a suo exercitu Titus Imperator, quam vetusto sub Republica more, qui omnibus notus. Sed valde fallitur Casaubonus; Titus enim eo modo, quo Augusti post institutum Imperium, appellatus imperator, non vero more sub Republica usurpato, ut mox videbimus; neque verum est, Titum tantum in castris ad Hierosolyma dictum esse Imperatorem; cum Romæ etiam a patre hoc anno Imperator dictus fuerit. Anno enim elapso post capta Hierosolyma Titus a militibus Imperator appellatus, ut narrat Josephus lib. 7. cap. 13. aut secundum Græcum cap. 32. & Suetonius in Tito cap. 5. currenti vero anno eo nomine a patre vocatus. Denique tam Josephus quam Suetonius de nomine Imperatoris dari solito, loquuntur, ideoque uterque Auditor a Casaubono non intellectus.

IV. Titus Imperio Proconsulari ornatus.

Josephus lib. 7. de Bello cap. 24. de Vespasiani & Titi triumpho agens utrumque Imperatorem vocat: ἐκεί γὰρ ἀνεπαύστω τῆς νύκτις ἐαυτῶν αὐτοκράτορες; id est, ut Gelenius vertit, Ibi enim (nempe prope Isidis templum) Principes nocte illa quiescebant, id est, Imperatores, Græci enim uno eodemque nomine utrumque expriment; quamvis Imperatores rectius vertisset Gelenius. Ibi Imperatoris nomen Proconsulare Titi Imperium spectare, minime dubitandum. Capitolinus in Marco de ejus avo loquens ait: Avus Annius Verus item Consul & Prefectus Urbis adscitus in Patriis a Principibus Vespasiano & Tito Censoribus, Salmastius in Notis ait: Verba illa a Principibus non leguntur in nostro Palatino, & delenda sunt. At si Titum Collegam Imperii, & Imperatorem fuisse intellexisset, verba illa retinenda, & Codicem Palatinum hac in parte mancum esse non dubitasset.

zarus. Crassus tamen & hæc pro reliquo templi auro accepit, & mox violato jurejurando, totum quantum intus erat, egestavit. Nec est mirandum tantis divitiis in nostro templo fuisse, cujus Deum cum omnes ubique terrarum Judæi venerentur & colant, tam ex Europa quam ex Asia longo tempore huc eas contulerant. Hæc Josephus, qui eam rem alioadhuc testimonio, nempe Strabonis Cappadocis, testatam reddit.

Ceterum templi divitiis hujus temporis antiquioribus illis longe præstitisse, ex his quæ dicta sunt, facile possumus intelligere; cum præsertim munibus etiam priorum Romanorum Imperatorum templum ipsum fuisse locupletatum, Philo (b) testetur. Quomodo autem postea ex templi vasis nonnulla a Genserico Vandalarum Rege, cum Urbem deprædatus esset, in Africam sint translata, & inde ad Hierosolymitanam Ecclesiam perlata, suo loco dicemus. Demum (ut uno jam verbo rem absolvam) quicquid decorum apud Judæos potuit inveniri, a Tito sublatum, Romam allatum est: usque adeo (quod testatur Plinius) ut tunc etiam balsami arbutula translata fuerit Romam: sed non ipse

VI.

(b) Philo de legat. ad Caium.

Titum in Nummis dupliciter Imperatorem nuncupatum apud Mediobarbum videre est. Quod nomen ubi præponitur, Imperium Proconsulare; ubi postponitur, victorias Titi respicit. Præponitur autem vel hoc modo: T. CÆSAR IMP. VESP. vel isto, IMPERATOR T. CÆSAR AUGUST. F. id est, Imperator Titus Caesar Augusti filius. Quando vero Imperatoris nomen ad Titi victorias refertur, nomini ejus postponitur hoc modo: T. CÆSAR VESPASIAN IMP. IV. Denique aliquando in eodem Nummo Titus Imperator dicitur, & ratione Imperii Proconsularis, & ratione victoriarum, ut in isto Nummo apud emndem Mediobarbum: T. CÆSAR IMP. VESPASIANUS. in postica: IMP. XIII. COS. IV. Titum itaque Imperio Proconsulari præditum fuisse, illudque Imperatoris nomine expressum, quod nemini vidi observatum, certum. Titum Imperii Collegam fuisse, ita diserte Dio lib. 66. in literas retulit, ut mirum sit tam diu hanc dignitatem latuisse; ἰδὲ δὲ τῶν αὐτῶν ὄντων συνικόν, ὄντι ἐστὶν ἰσὺς ἐπισημῶν id est, Titus ex quo tempore Principatum solus obtinuit, nec cades fecit, nec amoribus inseruit, ut recte vertit Interpres; ἰσὺς enim est solus impero, ut omnibus notum. Porro Titus hoc tantum anno Imperii Collega dictus, ut liquet ex ejus Nummis, in quibus Tribunitia Potestas VIII. cum Consulatu septimo jungitur; quod fieri non posset, si anno præcedenti eam obtinisset; cum Consulatum septimum anno Christi septuagesimo nono Titus gesserit; quo pacto, Tribunitia Potestas VIII. anno Christi præcedenti, quo tantum Consul sextum erat, absoluta fuisset.

V.

Nunc investigandus dies, quo Titus Collegam Imperii renuntiatus, quem me detexisse exitimo. Quinto Kalendas alicujus mensis ea dignitas de more collata, ut alibi demonstravi. Quare cum Vespasiani & Titi triumphus ipso fine mensis Aprilis anni præsentis ductus fuerit, ut

ex

Arbor balsami perlata in Triumpho (a) Plin. hist. nat. lib. 12. c. 25.

(b) Solin. in Polyhist. c. 38.

(c) Jos. de bello Jud. lib. 7. c. 24.

VII. Castellæ reliqua expugnata.

ipse primus eam attulit; quandoquidem Pompeius olim eadem cum ceteris hostium spoliis ornaverat triumphum pompam; sunt vero hæc verba Plinii (a): Offendere arbutulam hanc Imperatores Vespasiani (uterque enim simul pater & filius de Judæis debellatis triumphum duxere) clarumque dictum a Pompejo Magno: In triumpho arbores quoque duximus: & paulo post: Scævère in eamdem Judæi, sicut in vitem quoque suam: contra defendere Romani, & dimicatum pro frutice est. Serit nunc eam ficus, & nunquam fuit numerosior aut procerior. Hæc Plinius: eadem Solinus (b) de redundantia balsami tempore Vespasiani: qui post triumphum de Judæis exhibitum, Jano clauso, pace ubique terrarum composita, construere templum Pacis aggressus (c) est, de quo suo loco, nimirum eo quo dedicatum fuit anno, dicemus.

Inter hæc vero a Lucilio Basso Legato duo castella munita, quæ in Judæa residua erant, Herodion & Mencherus, fortissime expugnata; tertium vero, quod reliquum erat omnium munitissimum, Massada nuncupatum, magno cum labore tandem a Flavio Silva captum atque excisum est: cum, qui illud propugnarent Judæi, ne in manus Romanorum venirent, se invicem mutuis vulneribus. Ann. Eccl. Tom. I.

ex dicendis liquebit, & Titus versatus sit anno superiori die decima septima mensis novembris Beryti, quæ Phœnicia urbs, ut tunc ostendimus, non alio is die, quam quinto Kalendas Aprilis Imperii Collega creatus est. Et ratio est, quia, ut colligitur ex Josepho lib. 7. de Bello cap. 24. longe post eum diem Titus, ut Romam veniret, mari se se commisit, ideoque cum hujus nuncupationis nuntium, dum Argos esset, teste Philostrato citato, accepit, ante medium mensis Aprilis ad illum non perlatum; neque aliunde Vespasianus filium hac de re monere distulit. Unde Titus Imperii Collega quinto Kalendas Aprilis, seu die XXVIII. Martii, appellatus est, statimque missus, qui rem ei nuntiaret. Is Argos erat, sive in Peloponneso, sive in Epiro, sive in Thessalia, (triplex enim hujus nominis urbs) quando Romam veniens, se Imperatorem creatum audivit. Parte alia ante medium mensis Aprilis Titus Argos pervenire non potuit; quia ex Josepho citato postquam Titus aliquamdiu Beryti, ubi anno elapso die XVII. Novembris erat, commoratus est, Antiochiam Syria venit, & continuo ad Zeugma Euphratem versus iter contendit, inquit Josephus loco citato. Est autem Zeugma urbs Syria in Comagene ad Euphratem fluvium. Inde Antiochiam remeavit: ex ea urbe ad Ægyptum discessit, & iter agendo ad Hierosolymam venit. Titus autem propositum iter ad Ægyptum tendens, emensa velociter solitudine, pervenit Alexandriam: decrevitque ad Italiam navigare, captivorum duces Simonem & Joannem ilico ad Italiam portari præcepit. Peracta vero navigatione pro voto, &c. Hæc Josephus. Quod iter post diem XVII. Novembris inchoatum, vix ante medium mensis Aprilis, attenta earum

ribus confecerunt. Hæc omnia extrema funera Judæorum idem Josephus historicus (d) pluribus profecutus est. Dum hæc aguntur, dat in mandatis Vespasianus Augustus Liberio Maximo procuratori (e), ut omnem terram vendat Judæorum; sic enim fieri oportebat, deserta habitatoribus terra, relicta ei custodia octingentorum tantummodo militum, quibus Emmaus traditur incolenda; quæ mutato antiquo nomine, & novo ex parta victoria consecuto, Nicopolis est appellata.

VIII.

Cæsarea vero maritima, olim Turris, Stratonis dicta, ubi necatis antea Judæis, facta Colonia Gentiles qui eam incolebant, summa rerum potiebantur, remansit totius Palæstinæ metropolis: quæ ob egregiam a civibus navatam operam contra Judæos, a Vespasiano Imperatore facta est colonia Romanorum, & immunis a censu capitibus & possessionum, ut Paulus (f) I. C. testatur his verbis: Divus Vespasianus Cæsariensis colonas fecit, non adjecto ut & juris Italici essent; sed tributum bis remisit capitibus: sed divus Titus solum etiam immune factum interpretatus est. Sed quid de Rege Judæorum Agrippa? Hic (g) ex quo tempore navigavit Romam ad Galbam, non amplius reversus est in Judæam: nec post eum aliquis successus est in locum ipsius Rex Judæorum, Romanis tantummodo

Caesarea

de censu.

de censu.

de censu.

de censu.

de censu.

de censu.

de censu.

de censu.

de censu.

de censu.

de censu.

de censu.

de censu.

de censu.

R x i i 2

do

urbium ac locorum distantia, absolvi potuit.

Quoad Vespasiani & Titi triumphum, extant multi Nummi apud Mediobarbum V. C. Illum Vespasiani & Titi representantes. In uno legitur: IMP. CÆS. VESPASIAN AUG. P. M. TR. P. COS. III. In postica parte: TRUMP. AUG. Visitur Imperator in quadrigis, qui dextra ramum tenet, & a Victoria coronatur; ante eum tibicen, & ante currum duo captivi, manibus post terga revinctis, qui videntur esse Joannes & Simon præcipui Judæorum Duces, quos in triumpho ductos scribit Josephus lib. 7. de Bello cap. 24. In postica parte alterius Nummi eadem antica notata habetur: JUDÆA CAPTA. Cernitur figura muliebris inter spolia sedens prope palmam, quæ symbolam est Palæstinæ. Porro triumphus mense Aprilis exeunte ductus. Nam Domitianus eidem Consul interfuit, qui, ut ait Suetonius in Domitiano, nullum Consulatum gessit ultra Kalendas Maji.

VI.

Vespasiani & Titi triumphus.

Ad num. VI. Orofius lib. 7. cap. 6. prodit, Vespasianum & Titum, Janum geminum post triumphum illum, sextum clausisse, illum Augustus Janus bis iter clauserat, ut suo loco dictum; bis vero Nero, Primum, anno Christi LVIII. quo Quinquagesimo semel a malia Imperii Augustei dedit, ut videre est in Vespasiano Nummis Neronis apud Mediobarbum. Secundo, anno Christi LXVI. extat enim ibidem Nummus inscriptus: IMP. NERO CLAU. CÆSAR AUG. GERM. P. M. TR. P. XIII. P. P. In postica parte: PACE P. R. TERRA MARIQUE PARTA JANUM CLUSIT S. C. Cerniturque templum Jani. Recte Orofius de Jano a Vespasiano hoc anno clauso ait: Jure idem bonus ultioni Pæstionis Domini impensus est, qui etiam Nativitati fuerat attributus, ut nempe Janus clauderetur.

VII.

Janus bis iter clauserat.

Janus bis iter clauserat.

Janus bis iter clauserat.

Janus bis iter clauserat.

Janus bis iter clauserat.

Janus bis iter clauserat.

Janus bis iter clauserat.

Janus bis iter clauserat.

Janus bis iter clauserat.

Janus bis iter clauserat.

CHRISTI 73.

LINI 4.

VESPAS. IMP. 2.

do Judææ dominantibus. Berenice etiam soror ejus Romæ agens, Tito erat in deliciis: amabat enim eam vehementissime; atque adeo, ut nuptias ei esse pollicitus diceretur; tamen simulatque se hujuscemodi amoris a populo ignominia notis sigillari cognovit, se ipsum generosa animi virtute cohibens, invitatus licet (ut ait Suetonius) ab Urbe dimisit invitam. Eam quippe Titus uxorem Sextus Aurelius nominat, quod conjugali affectu ab eo eadem tractaretur. Ex his de Agrippa Rege narratis, mendacii redarguitur auctor, qui Josephi Gorionis nomine scribit triennio cum dimidio ante Hierosolymorum excidium Agrippam Regem a Vespasiano fuisse necatum; cum etiam Josephi testificatione constet, eum a Vespasiano fuisse amicissime habitum.

IX. Quod vero ad ceteros Judæos spectat; Judæi ubi mirum quidem dictu: qui gladium obsidione perdidit, eos Dei vindicta secuta, miserabiliter perdidit ac delevit. Tria enim millia Judæorum, qui in nemus Jarden dictum confugerant, a Lucilio Basso Legato sunt interfecta (g). Rursum, qui in Ægyptum fuga lapsi se contulerant, æque male perierunt. Erant enim Galilæi secta; qui non satis habuerunt, periculum evasisse, sed novas illic cedere turbas cœpere, & veteres adhuc renovare quæstiones, & præva dogmata stabilire, affirmareque unum tantum dicendum Dominum esse Deum, nec eo nomine Romanos Imperatores esse nuncupandos; sicque (ut fecerant in Judæa) gentiles suos ad defectionem sollicitabant; usque adeo, ut qui contradiceret, enecarent. Quamobrem seniores Judæorum excrantes horum temeritatem, ceteros Judæorum in eos concitarunt: qui tandem omnes capti sunt: cumque omni genere tormentorum eos exagitarent, quo hoc solummodo extorquerent, ut Cæsarem dominum faterentur; nemo cessit, neque dicere vellet visus est, sed omnes illa necessitate validiorem sententiam conservare, tanquam brutis corporibus, non animis etiam, cruciatus ignemque susciperent. Maxime vero puerorum ætas miraculo spectantium fuit: nec enim eorum quisquam commotus est, ut dominum Cæsarem nominaret: usque adeo corporum infirmitatem vis audaciæ superabat. Hæc Josephus (b); qui addit & de Judæis ter mille, qui in Cyrene Ægypti provincia, a Catulo ejus regionis Præfecto, eodem nomine sunt trucidati, inter quos plures etiam innocentes oppressos fuisse tradit. Cum hæc & alia accepisset Vespasianus de Judæis tumultuantibus in Ægypto, nuntiante hæc omnia, Lupo Augustali præfecto, eidem in mandato dedit, ut eorum templum, quod habebant in ea provincia, Onion appellatum, demoliretur.

(a) Jos. de bello Judæo li. 7. c. 29. Galilæi obstinatissimi.

(b) Jos. de bello Judæo li. 7. c. 29. 31.

Quod autem ad Onion spectat; hoc nomen sumpserat ab Onia Pontifice tempore eladis ab Antiocho illatæ: hic enim cum confugisset ad Ptolemæum, obtinuit ab eo apud Heliopolim templi fabricandi gratia octoginta stadiorum aream: ubi in modum castelli circumquaque munitum templum ædificavit in schismate, adversus ceteros Judæos Hierosolymis agentes: qui hæc contra legem agi, indigno animo ferebant; licet hi hanc, quæ ipsi justa videbatur, obtenderent causam, fuisse nimirum ante annos nongentos septuaginta ab Isaia prænuntiatum, ædificandum templum in Ægypto. Quod ædificatum sic perseveravit integrum annis trecentis trigintatribus: sed hoc tempore a Præfecto claufum, nulla data locum adeundi facultate, derelictum omnino remansit, atque alteri usui cessit, adeo ut ne vestigium quidem amplius in eo cultus religiosi reliquum esset. Hucusque Josephus (c) de claudibus sub Vespasiano & Tito Judæis illatis.

X. Templum Judæorum in Ægypto.

Sed eodem tempore quid itidem Judæis acciderit, his tradit Eusebius (d): Fertur, inquit, præterea Vespasianum post vastationem Hierosolymorum mandasse, ut omnes ex Davidis genere prognati, diligenter conquirerentur: quo nemo apud Judæos ex illa regia stirpe omnino in posterum superesset: indeque in Judæos maxime denuo cladem & persecutionem fuisse concitatam. Hæc ipse. At hæc de familia Davidis abolenda, unde in mentem Vespasiani venerunt? Nisi, quod eidem significatum esset, oraculis Prophetarum esse prædictum, ex David progenie regnaturum hominem, cujus Imperium esset æternum? Cum enim ei adulantes, cetera quæ erant in oraculis, quasi de eo prædicta essent, Josephus & alii illi accommodassent; hoc quod adversari videret, in hunc modum irritum reddi curavit.

(c) Joseph. de bell. Jud. li. 7. c. 30. XI.

(d) Euseb. hist. l. 3. c. 12.

Hic igitur finis esto rerum Judaicarum, quæ sunt a Josepho conscriptæ, Romæ dum ageret otiosus post triumphum Titus, obtulitque commentarium Vespasiano ac Tito, & cum aliis pluribus, tum etiam Agrippæ Judæorum Regi tunc ibidem, Romæ scilicet, agenti: quod & ipse quidem restatur scribens contra Apionem (e) his verbis, cum de sua captivitate & Romam adventu agit: Deinde Romæ tempus vacationis habens, omni jam negotio præparato, usus aliquibus cooperantibus mihi propter eloquentiam Græcam & rerum eruditionem, exhibui. Tantaque mihi securitas adfuit veritatis, ut primos omnium Imperatores belli Vespasianum & Titum testes non expavescerem. Primum namque illis obtuli libros, & post illos multis quidem Romanorum, qui bellis interfuerunt: plurimum vero nostrorum eos etiam venum dedi.

XII. Josephus quando & ubi Historiam scripsit.

(e) Joseph. contra Apion. l. 1. c.

CHRISTI 73.

LINI 4.

VESPAS. IMP. 2.

di, qui Græca eruditione videbantur imbuti, quorum est Julius Archelaus, Herodes honestissimus, & ipse admirabilis Rex

Agrippa. Isti siquidem universi testimonium perhibuere, quod veritatem diligenter excolui. Hæc Josephus.

JESU CHRISTI ANNUS 74.

LINI ANNUS 5.

VESPAS. IMP. ANNUS 3.

I. Qui ordine sequitur annus Domini septuagesimusquartus, consignatur in Fastis Coss. Vespasiano Aug. tertium & Tito Vespasiano Cæsare secundum. Sic enim se habuisse veteres Fastos Consulares, Plinius (a) non obscure significat, dum (ut posuimus) hunc annum dictis describit Consulibus, tot vicibus utroque ipsorum Consulatu perfundo, nimirum (ut dictum est) patre tertium, & filio Tito secundum. Quamobrem plane constat eos (b) errare, qui hoc anno Vespasiani quartum & Titus secundum ponunt; sicut dum adjungunt quintum ejusdem Augusti Consulatum cum Titus tertio: sumpto nimirum errore, quod primum annum Imperii Vespasiani notant ejusdem Imperatoris Consulatu secundo, cum tamen de primo ejus Consulatu nulla mentio habeatur in Fastis, in quibus sint adscripti Consules ordinarii. Nam antea Vespasianus fuerat tantum Consul suffectus: quamobrem cum creatus est postea ordinarius, non bis Consul in Fastis adscribendus erat, sed semel: quam consuetudinem Romæ usque ad Severi Imperatoris tempora perdurasse, auctor est Dio (c).

(a) Plin. hist. nat. l. 2. c. 13. Consules ordinarii hujus anni.

(b) Panu. Oleand. & alii in Fast. Cons.

(c) Dio l. hist. 46.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5565.

SÆC. I. Anno Urbis 825. Olymp. 212. an. 4. An. Ch. 71. JESU CHRISTI 72. secundum Baronium 74. CLEMENTIS PAPÆ 6. VESPASIANI IMP. 4.

I. AD num. I. Coss. Vespasianus Aug. IV. & Titus Cæsar II. Sumptus a Tito Consulatus juxta primam Consulatum Cæsareorum regulam, quia nempe anno præcedenti Imperio

Idque idem necessario admonuisse oportuit, tum ad horum convincendos errores, tum etiam ut in omnibus rationi temporum sit consultum: sunt enim hæc verba Dionis, dum agit de Cæsaris primo Consulatu: Tamei, inquit, jam ante Consularibus ornamentis decoratus fuerat; non tamen hunc suum Consulatum secundum nuncupavit: idque in simili re ab omnibus deinceps usque ad nostra tempora observatum est. Primus enim omnium Severus Imp. cum Plautiano honores Consulares tribuisset, cumque deinde in Senatum adscriptum, eum Consulem postea faceret, iterum Consulem esse dixit: idque exemplum alii deinde sunt secuti. Hæc Dio. Quamobrem cum Suetonius (d) de Vespasiani Consulatu ait: Consulatus octo veteri addidit: Haud dubium, ipsum cum ceteris adnumerasse etiam primum Consulatum ejus non ordinarium, sed honorarium, quem suffectus duobus mensibus anni (e) novissimis gessit tempore Claudii. Qua etiam ratione errore labi certum est, qui consulatum Domitiani, quem gessit cum Messalino anno sequenti, secundum ponunt; cum constet eodem auctore

II.

(d) Sueton. in Vesp. c. 8.

(e) Sueton. in Vesp. c. 4.

Proconsulari donatus est; a Vespasiano vero juxta tertiam, ut filii scilicet Collega esset, Baronius hoc anno Vespasianum III. & Titum II. Consules proponit, indeque per Vespasiani tempora fasti ejus depravati. Natus illi error ex depravato Plinii Codice, quo usus est: in eo enim lib. 2. cap. 12. quemadmodum & in nautis impressis, habebatur: Nam ut duodecim diebus utrumque sidus quæreretur, & nostro ævo accidit, Imperatoribus Vespasiani patre III. filio iterum Consulibus. Cum tamen quartus Vespasiani Consulatus cum secundo Titus necessario copulandus sit. Cum Dissertationem Hypaticam composui, in I. parte cap. 1. num. 5. hunc locum restituere conatus sum: cumque viderem, Calvisium in Opere Chrono-

[1] Coss. Vespasianus Aug. IV. & Titus II. Fasti Cassinates: IMP. VESPASIANO IV. K. APR. C. AVARIUS. Lapis Ligorianus, Veteris Latii tom. III. pag. 44. KAL. MAJI. VESPASIANO AUG. IV. ET T. CAESARE II. COS. Alius ibidem. KAL. MAJI. VESPASIANO IV. ET T. VESPASIANO II. COSS. Gruterus pag. CLXXXIX. 8. IMP. CAESAR. VESPASIAN. AUG. P. M. TR. POT. III. IMP. VIII. P. P. COS. IV. Item pag. CXCVII. 4. TRIB. POT. III. IMP. X. P. P. COS. IV. Item Ligorianus lapis in Veteris Latii tom. VI. pag. 155. DEDIC. KAL. JUN. IMP. VESPASIANO AUG. IV. & T. FLAVIO CAESARE II. COSS. Fasti Idatiani: Vespasiano IV. & Tito II. Prosperi Chronicon: Vespasiano IV. & Tito III. corrupte in numeris Titus. Fasti Vindebonenses: Vespasiano IV. & Tito II. Plinius lib. II. cap. XIII. Nam ut quindecim diebus utrumque sidus quæreretur, & nostro ævo accidit, Imperatoribus Vespasiani, patre IV. filio iterum consulibus.

Ratio ha-
bita in nu-
merandis
consulati-
bus.
(a) Suet.
in Domit.
2.

Are Suetonio (a), ipsum ante Imperium adeptum gessisse sex Consulatus, sed ex his unum tantummodo ordinarium, de quo suo loco dicendum. Sed eadem Dionis sententia complures alii corrigendi essent errores, in quos chronographi, ea quae ab ipso sunt dicta ignorantes, sunt lapsi, dum in Fastis Consularibus intexendis, ex successis etiam Consulatus ordinarios numerarunt: quos nos bona fide, ne omnia invertere videremur, interdum secuti sumus; cum alioqui nullum afferatur rationi temporis praedictum, cum non successis, sed ordinarios tantum Consules in suis ipsorum Fastis posuerint, licet auctos numero successorum. Insuper ne quis errore labatur; illud etiam monendum putamus, reperiri diversam rationem esse habitam diversorum Consulatum: nam ad annorum numerum consignandum ordinarii tantum (ut diximus) adscribentur in Festis; in aliis vero

logico scribere, nullam hoc anno eclipsim Solis accidisse, superiore autem die IV. Martii Lunam defectum passam, & die vigesima secunda ejusdem mensis Solem, arbitratus sum, Plinium de hac eclipsi locutum, & Vespasianum, qui tertium tantum Consul erat, ideo IV. Consulem appellasse, quia in praesentem annum Consul IV. designatus erat. Imperatores enim absolute Consules dictos, licet solum designati essent, multis exemplis constat. Verum postea in mentem venit, rem quae anno Christi LXXI. contigit, Consulibus anni LXXII. signari non potuisse. Praeterea legi apud Ricciolum in Chronologia Reformata lib. 4. pag. 161. praesenti anno die VIII. Februarii Solem defecisse in Italia ante meridiem; & die XXII. ejusdem mensis Lunam defecisse Romae sequihora fere post occasum Solis, quod se ex Tabulis Astronomicis colligere ait Ricciolus. Quare cum Plinius in Italia Opus suum composuerit, non dubium, quin de utraque illa eclipsi interpretandus sit. Eam ob rem tria MSS. Plinii, quae in Bibliotheca Regia extant, consulenda censui. In priori a septingentis aut octingentis annis exarato, quod numero est 4759. legitur: Imperatoribus Vespasianis patre ac filio, numeralibus notis praetermissis, & supra illa verba alia manu additum, tertium Consulibus. Quod MS. a Petavio in Paralipomenis librorum de Doct. Temp. pag. 861. visum existimo, aut saltem simile; ait enim: Vel IV. Consul pro III. legi, vel ut in MS. comparat, sine ulla numerorum nota; Vespasiano patre & filio Consulibus. In alio MS. a quingentis circiter annis descripto habetur: Imperatoribus Vespasianis patre III. filio II. Cos. In tertio, quod est ducentorum circiter annorum: Imperatoribus Vespasianis patre III. ac

[r] Petavii mendum in his Consulibus a Baronio dispositis primus detexit in Paralipomenis de Dynastia temporum pag. 860. in addendis ad Cap. XVI. lib. XI. Veteres enim lapides, inquit, & nummi id persuadent. Quod ad Dionem spectat, ait idem Petavii, non ille successos consulatus negat in numerum solitos procedere, sed consularia dumtaxat insignia. Nam paulo ante scripserat, Senatui consularibus insignibus Obavium ornasse, postea vero consulatum vi a populo extorsisse, collegamque Q. Pedium sumpsisse: Non tamen ideo, inquit Dio, secundum se consulatum inscripsit, & si consularibus insignibus honestatus esset. Primus Plautianus sub Severo quum insignia consulatus accepisset ante, consul postea factus, secundum consul vocatus est: quae est insignis observatio; nam in consequentibus Fastis, plerisque consulibus secundum legimus, quorum frustra nonnunquam, aut ordinarius consulatus aut successus quaeritur. Quod ante Severum consulatus successi numerati sunt, constat ex Claudii consulatibus apud Suetonium Cap. XIV. Hac ibi Petavii.

monumentis etiam publicis, ut in nummis, vel aliis inscriptionibus, observavimus notatum reperiri numerum successorum, simulque etiam ordinarios Consulatum. Haec qui non considerat, in errorem ferri sapissime necesse erit. His vero ad temporis rationem elucidandam ex instituto narratis, jam quae hoc anno facta habentur, in medium adducamus.

Excisa his temporibus (ut diximus) secta Galileorum, quae in Aegypto coeperat coalescere: nec reliquae diutius subsistere valuerunt: profligatis enim Judaeis, prava etiam illorum dogmata extingui coeperunt. Unde Epiphanius (b): Post Expugnationem, inquit, Hierosolymorum, permansit tum haec, Offensorum videlicet, tum aliae modico tempore, quae appellantur haereses, Sadduceorum inquam, Scribarum, Phariseorum, Hemerobaptistarum, Nazaraeorum, Offensorum, & Herodiana-

III.
Secta Ju-
daeorum
destructa,
vel muta-
ta.
(b) Epiph.
haeres. 19.

filio II. Cos. Tandem in manus meas venit nova editio Plinii, ab Harduino Viro eruditissimo a biennio in lucem emissa, in qua totus Plinii locus sic exprimitur: Nam ut quindecim diebus utrumque solus quareretur, & nostro aeo accidit, Imperatoribus Vespasianis patre IV. filio iterum Consulibus. Et recte quidem quoad dierum numerum, non solum quia Plinius ignorare non potuit spatio duodecim dierum binas eclipses accidere non potuisse; sed etiam quia in tribus Regiis Codicibus citatis diserte legitur, quindecim diebus, quemadmodum & in aliis quibusdam Codicibus MSS. ab Harduino laudatis. Verum non dubito quin notae numerales additae sint, & quin Plinius scripserit, Vespasianis patre ac filio Cos. ut habetur in priori MS. Regio; non tantum quia Vir doctissimus, qui tot MSS. Plinii praemanibus habuit, nullum profert, in quo idem Vespasiani patris, & Titi filii Consulatus cum Notis numeralibus edatur; sed etiam quia Consulatus ille in duobus citatis Codicibus Regiis his verbis memoratur, patre III. & filio II. Cos. ab Harduino vero, & ab aliis Plinii editoribus Titi Consulatus hoc modo enuntietur, filio iterum Consulibus. Quae diversa iterati Consulatus expressio, eam institutam esse declarat. Ceterum, quod Harduinus in Notis tradit, Titum, licet a Plinio Imperator vocetur, non idcirco eum Collegam Imperii fuisse, & primum omnium Marcum Lucium Verum Collegam adscivisse, ex dictis profus evertitur, liqueque, duplicis generis Collegas Imperii fuisse, quosdam sc. qui Imperio Proconsulari & Tribunitia Potestate exornati erant, alios vero qui etiam Augusti nomine donabantur, ut suo loco dictum [r].

rodianorum; donec singula pro occasione & tempore dissipata & soluta sunt. Haec ipse: Verum potius mutatae sunt, quam extinctae: siquidem nequaquam omnino esse desierunt: nam complures ex illis pertasi Judaeorum infamiae, & gloriam Christianorum e contrario emulantes, illis adhaeserunt; sed ita tamen, ut non crederent sicut illi; sed commixtione quadam, tamquam ex diversis generibus animantium, horrendum monstrum conflarent. Dicemus de singulis, sed ante omnes de Samaritis, de quibus saepius antea.

IV.
De Samari-
tis & Na-
zarais.
(a) Pro-
cop. de adif.
Iust. Imp.
(b) Epi-
phan. ha-
eres. 18.
(c) Epi-
phan. haeres.
29.

Quod igitur pertinet ad Samaritas: sicut, illis natura instum erat, ut quod semel in errore adducti suscepissent, semper pertinacissime retinerent, sic complures illorum quamvis fidem Christianam fuerint amplexati, tamen priorem errorem non dimiserunt usque ad Justiniani tempora; cum in Palaestina tumultuantes, immisso milite, saevissime sunt trucidati (a). Rursus vero etsi Nazaraei, qui ante Christi adventum erant (b), esse desierunt; nova tamen ejusdem nominis secta, his ipsis diebus post Hierosolymorum cladem emerit; de qua haec Epiphanius (c): Est autem haec Nazaraeorum haeresis in Berrhoeorum regione circa Cavam Syriam, & in Decapoli circa Pella partes, & in Basanitide, quae Cocaba appellatur, & Cocaba Hebraice dicitur. Illinc enim initium factum est, post discessum ab Hierosolymis, omnibus discipulis in Pella habitantibus, eum Christus jussisset relinquere Hierosolymam ac secedere, quoniam passura esset obsidionem. Et hac de causa Berrhoeam habitantes, illic (ut dixi) vitam degunt. Hinc Nazaraeorum haeresis initium habuit. Erraverunt autem & hi, circumcissionem iactantes, & adhuc sub maledictione sunt. Hi igitur quod Christo credidissent, nacti sunt Matthaei Evangelium, de quo superius facta est mentio; licet Theodoretus (d) dicat hos usos esse Evangelio apocrypho secundum Petrum.

V.
(d) Theod.
lib. 2. haeres.
sub.

Tolerati sunt Nazaraei in Ecclesia per illud tempus, quo legalibus usi sunt interdum etiam Apostoli, cum aliqua nimirum occasio id postularet; nec ab Ecclesia ejeti sunt: immo nec a ceteris eo nomine distinguebantur, cum (ut dictum est superius) Christiani omnes etiam Nazaraei dicerentur, ut habent Apostolorum Acta (e), atque Epiphanius pluribus doctet (f): quo nomine adhuc sancti Hieronymi tempore utebantur, cum Christianos nos dicere vellent Hebraei. Nam (ut idem Hieronymus (g) ait) sub nomine Nazaraeorum ter in die Christianis maledicebant: licet Epiphanius (b) velit nonnisi didos haereticos, Nazarenos appellando, eos intelligere voluisse. Sed de his superius. Ejusmodi secta diutius perduravit in

(e) Act.
24.
(f) Epiph.
haeres. 29.
(g) Hier.
in Isai. c.
51.
Nazaraei
santi Ha-
retici.
(b) Epiph.
haeres. 29.

Oriente, cujus affectae alio nomine Minaei dicti reperiuntur: de quibus haec sanctus Hieronymus (i) scribens ad sanctum Augustinum: Usque hodie, inquit, per totas Orientis synagogas inter Judaeos est haeresis quae dicitur Minaeorum, & a Pharisaeis usque damnatur; quos vulgo Nazaraeos nuncupant: qui credunt in Christum Filium Dei natum de Maria Virgine, & eum dicunt esse, qui sub Pontio Pilato passus est, & resurrexit, in quem & nos credimus. Sed dum volunt Judaei esse & Christiani, nec Judaei sunt, nec Christiani. Haec Hieronymus. Scripserunt (k) adversus hujusmodi haereticos Justinus martyr, Irenaeus, Origenes, & alii complures, qui texerunt catalogum haereticorum, ut Epiphanius, Philastrius, Augustinus, Theodoretus, Joannes Damascenus, & alii recentiores. Porro Nazaraei consortio Ebionaeorum, a quibus (ut Epiphanius (l) tradit) nonnulla mutuati, vehementer sunt infamati.

Eodem etiam tempore, nimirum post excidium Hierosolymae, emerit impostor scelestissimus, Ebion nomine, ex quo nefanda Ebionitarum haeresis est exorta, cujus primordia sic idem describit Epiphanius (m): Initium autem hujus coepit post Hierosolymorum captivitatem. Quandoquidem enim omnes in Christum credentes eo tempore in citeriori regione habitabant; majori ex parte in Pella civitate quadam Decapolis, quae in Evangelio scripta habetur, prope Batanaeam, & Basanitidem regionem, tunc eo digressis, & ipsis istam agentibus, ex hoc occasu contigit Ebioni. Et incepit quidem habitationem habere in Cocaba, vico quodam in partibus Carnaim, Arnen, & Astarorb, in Basanitide regione, velut fama ad nos perlata habet. Hinc sane malam suam doctrinam auspicatur, unde & Nazaraei supra mihi indicati sunt. Hic enim conjunctus illis, & ille huic, utraque pars de propria improbitate alteri impertivit. Et differunt quidem altera ab altera in aliqua re, verum in mentis perversitate se mutuo expresserunt.

Sed & Ebionaeis paulo post conjunctus est (n) Elxai Offensorum antiquae haeresis facile princeps; ex quo accidit, ut (quod est in proverbio, aspis a vipera mutuata venenum) magna facta sit accessio impietati, dum ex pluribus portentis unum est monstrum effigiatum, in unum coeuntibus Samaritis, Judaeis, Offensis, Nazaraeis, Cerinthianis, Carpocratianis, & aliis; quos Ebion simul jungens, unum ex his corpus componens, omne turpitudinis & impietatis prodigium superavit. Unde Epiphanius (o): Quemadmodum, inquit, si quis copulasset sibi ornamentum ex diversis lapillis pretiosis, & vestem variegatam, & splendide se exornasset:

(i) Hier.
epist. 89.
(k) Theod.
haeret. sub.
lib. 2.
(l) Epiph.
haeres. 50.

VI.
De Ebione
haereticar-
cha.
(m) Epiph.
ibidem.

VII.
(n) Epiph.
haeres. 19.
30.
Haereticum
mixtura
deformis.

(o) Epiph.
haeres. 30.

set: sic hic vice versa, quicquid horrendum est, & perniciosum, & abominabile, informeque ac incredibile & odio plenum, id a singulis sectis accepit, & se ipsum in omnes efformavit. Samaritarum enim habet abominationem, Judæorum nomen, Offensorum vero & Nazaraeorum opinionem, Cerinthianorum formam, Carpocratianorum improbitatem, & Christianorum vultu habere appellationem. Hæc Epiphanius qui & inferius de Ebione ejusmodi enarrat historiam: Hic, inquit, Ebion etiam ipse in Asia habuit prædicationem, & Romæ. Radices autem spinosarum propaginum habet in Nabathæa, & Paneade. Ac post multa de ejus dogmatibus dicta hæc addit.

VIII. De S. Joanne & Ebione.

S. Joannes prædicans in Asia, mirabile opus fecisse narratur ad veritatis delineationem. Cum enim vitam degeret admirandam, & dignitatem veritatis ipsius decentem, & penitus non lavaretur; coactus est a Spiritu sancto progredi usque ad balneum, dixitque: Accipite mihi que pertinent ad balneum. Et cum comites ipsum sequentes mirarentur, venit ad ipsum balneum; & ubi pervenisset ad eum qui lavantium vestes suscipere solet, interrogavit: Quis est intus in balneo? At olearius servandis vestibus inservens (in gymnasiis enim hoc officium est aliquorum quotidiani alimenti acquirendi gratia) ad Joannem dixit: Ebion intus est. Joannes vero statim intelligens Spiritus sancti ductum, ob quam causam impulisset ipsum usque ad balneum venire (velut dixi) memoria videlicet gratia, ut relinquere nobis veritatis argumentum, qui sunt servi Christi, & Apostoli, ac filii ejusdem veritatis, qui vero vasa diaboli, & portæ inferni non valentes contra petram, & adificatam super ipsam sanctam Dei Ecclesiam: statim ubi se turbasset, & leviter flevisset, ut omnes audirent, in testimonium ac declarationem impollute veritatis doctrinæ: Festinate, inquit, fratres egrediamur hinc, ne cadat balneum, & pereamus cum Ebione, qui intus est in balneo, propter ipsius impietatem. Et nemo miretur de eo quod audit, Joannem cum Ebione congressum esse. Multo enim tempore beatus Joannes in vita permansit, & usque ad Traiani regnum duravit. Hæc Epiphanius.

IX. (a) Iren. lib. 3. c. 4. (b) Euseb. hist. lib. 3. c. 21. Ebionis cum Cerintho connexio. (c) Theod. haret. fabul. lib. 2.

Verum hæc de Joanne & Ebione recitata, Cerintho potius adscribuntur ab aliis auctoribus, ut Irenæo (a), Eusebio (b), Theodoro (c), & aliis. At ne dicamus Epiphanius esse hallucinatum; haud inconveniens erit existimare, utrumque simul in balneis repertum esse: siquidem magna necessitudo, ex impietatis similitudine comparata, intercedebat inter eos; cum enim multi dicant occasione Cerinthi a Joanne scriptum esse E-

vangelium: S. Hieronymus (d) Ebionis causa id factum affirmat, quod scilicet communicatione hæresis eadem utrisque censerentur esse communia; licet (quod Tertullianus (e) ait non fuerint omni ex parte Ebion & Cerinthus inter se consentientes: cum ille a Deo mundum esse creatum, Cerinthus vero ab Angelis diceret esse factum. Hic ipse Ebion in primis, quo minus veritate polleret, calumniis fovere mendacia aggressus est: quippe qui cum in docendo Paulum primas ferre videret, in eum maledicta jacere, contumeliosque eum proscindere orsus est: idque eo consilio, ut nutantes Judæorum animos ab eo redderet penitus alienos; aiebat enim ipsum esse Græcum, non naturam Judæum, sed factum ex Gentibus profelytum ea occasione, quod Hierosolymis agens adamasset filiam sacerdotis, quam cuperet ducere in uxorem; utque fieret voti compos, circumcisionem accepisse: sed cum nec ita quod optasset, fuisset assecutus, ad impugnandam circumcisionem & legem esse conversum. Sic igitur existimans: hac ratione Pauli prædicationem & scripta se convulsisse, falsa Acta nomine Apostolorum edidit, in quibus una cum impietate multa coagmentata essent mendacia.

X.

Insuper (quod idem tradit Epiphanius) Circuitus Petri per Clementem scriptos corrumpens, & pauca admodum vera relinquens, ad suas hæreses confirmandas viam aperuit. Id quidem testatum reddi ex ejusdem Clementis Encyclicis, idem auctor tradit, sic dicens: Idem Clemens ipsos per omnia redarguit in epistolis, quas scripsit, Encyclicis, quæ in sanctis ecclesiis leguntur, quod alium habeant characterem fides ejus & sermo ab his quæ sub nomine ipsius in Circuitionibus corrupta sunt. Ipse enim (nempe Clemens) virginitatem docet, ut illi non admittunt. De eodem Clemente idem tradit auctor, quod dum vixit Jacobus frater Domini, qui virginitatem excolebat, tanti viri ductus exemplo virginitatem extollere seque ejus cultorem exhibere cœperit; addit etiam, ipsum insuper laudibus celebrasse Eliam, & Danielem, & Sampsonem, & omnes Prophetas, quos illi abominantur. Sed hæc etiam: Itaque in Circuitionibus in totum se ipsos transfulerunt, mentientes contra Petrum multis modis; quasi ipse quotidie se in aquam merferit purificationis gratia, velut etiam ipsi: ab animatis item & carnibus ipsum abstinnisse, & ab omni edulio alio ex carnibus facto dicunt, velut etiam ipsi faciunt: nam & ipse Ebion & Ebionitæ penitus ab his abstinent: multa tamen eosdem facere, quæ rite fieri nosset, ut baptisate initiari, idem affirmat, qui addit: Mystera (nempe sacram Eucha-

(d) Hier. de scrip. Eccl. in Jo. ann. (e) Tertullian. de præscript. c. 48. Ebion hostis Pauli multa in eum.

charitiam) faciunt ad imitationem sanctorum in ecclesia, ab anno in annum per azimos, hoc est, panes non fermentatos: at alteram mysterii partem per aquam solam. Quin etiam (ut tradit Eusebius (a) diem Dominicum rite, ut nos celebrabant.

Sed & ad conciliandam sibi majorem fidem dici voluit Ebion, idcirco, quod volens libensque esset pauper effectus, testans se fuisse unum ex illis qui pretium suarum rerum posuissent ad pedes Apostolorum. In hunc igitur modum Ebion, expulso Paulo, Petrum sibi ad stipulari mentiris, nomenque Christianum aucupans, & aliquos Ecclesiasticos ritus usurpans, hisque jactis ad erigendam structuram impietatis fundamentis, horrendum est dicere, quales abominaciones superstruxerit. A Deo enim duos dicebat fuisse ad rerum dominum ordinatos, Christum videlicet & diabolum, illumque accepisse in sortem futurum seculum, huic vero mundum fuisse concreditum: porro illum velut unum ex Angelis, sed ceteris majorem esse creatum, & quod pertinet ad carnem assumptam, ex viri semine procreatum; eundemque Adam primo se induisse, ac postea exiisse. Quod spectat ad politiam; Ebionæi, ut Nazaraei, æque Legem cum Evangelio tradebant esse servandam; utebantur autem Matthæi Evangelio, sed decurtato, sicut & ceteris divinis scriptis: quintiam (ut auctor est Irenæus (b) Hierosolymam adorabant, quasi esset domus Dei. Sed & (quod Tertullianus (c) ait) adeo Ebion Judæis favit ut Legem præferret Evangelio, ad illud sane excludendum, & Judaïsmum vindicandum. Cogi insuper voluit omnes uxorem ducere, etiam impuberes; liberum quoque relinquens, ut quot quis pro arbitrio vellet, uxores acciperet. De Ebione insuper, eum damnans meminuit Ignatius ad Philadelphios scribens his verbis: Si quis dicat unum esse Deum, & confiteatur Christum Jesum, sed eum nudum esse hominem putet, non autem Deum unigenitum, Sapientiam, & Verbum Dei, sed solum anima & corpore constare censet; hujusmodi serpens est, fraudem & errorem prædicans in exitum hominum, & est ejusmodi inops sensu, cogitamento Ebion. Clemens Romanus etiam (ut nuper vidimus) suis Encyclicis ejusdem Ebionis impietatem damnavit. Insuper Irenæus (d), Tertullianus (e), & Origenes etiam suis scriptis Ebionem & Ebionæos sæpe exagitarunt; quod & fecerunt Eusebius (f), Epiphanius (g), Philastrius (h), Augustinus (i), Theodororus (k), ac demum ceteri recentiores, qui de hæresibus commentarios conscripserunt. At de Ebione fatis.

XII. Ebionis errores. (a) Euseb. hist. lib. 3. c. 21. (b) Iren. lib. 1. c. 26. (c) Tertullian. de præscript. c. 48. (d) Iren. lib. 1. c. 26. (e) Tertullian. de præscript. c. 48. (f) Euseb. hist. lib. 3. c. 21. (g) Epiph. haret. 30. (h) Philastri. de hæres. c. 38. (i) Augustinus ad Quodvultdeum. (k) Theod. haret. fabul. lib. 2.

XIII. Sed his ipsis item temporibus, quibus Ebionæi vigeabant, discipuli quoque comm-

plures Simonis magi, Dei Ecclesiam, non habentem maculam neque rugam, turpiter infamabant; dum Christianum nomen nundinantes, blasphemias ac impietates veluti calice aureo propinabant. Horum præcipuus erat Menander, idemque Samaritanus & magus, ejusdemque Simonis discipulus primogenitus; de quo Justinus illum optime nosset, in oratione ad Antoninum Pium hæc habet: Deinde (post Simonem videlicet) Menandrum quemdam, & ipsum Samaritanum, in vico Caparetaia ortum, Simonis discipulum, & a demonibus ipsum quoque exagitatum, Antiochiæ multos arte magica seduxisse scimus; qui sectatoribus etiam suis minime morituros esse persuasit. Sunt vero nunc quoque ab eo reliqui nonnulli, qui hoc profitentur. Hæc Justinus. De eodem hæc breviter post Irenæum Tertullianus (l): Post Simonem magum Menander discipulus ipsius, similiter magus, eadem (m) Tertullianus dicens, quæ Simon ipse: quicquid se esse Simon dixerat, hoc se Menander esse dicebat, negans habere posse quemquam salutem, nisi in nomine suo baptizatus fuisset. Dicebat enim (ut idem (n) alibi ait) mortem ad suos non modo non pertinere, sed nec pervenire. At egregie salibus suis eidem Tertullianus illudit, quod licet tot tantaque Menander ipse suis polliceretur discipulis, perpaucos tamen habuit sectatores: unde hæc idem auctor substantians ait: Quod hoc Menandri balneum? Comicum credo: Sed cur tam infrequens, tam occultum, quo paucissimi lavant? suspectam enim faciam tantam raritatem, securissimi atque tutissimi sacramenti. Porro cum ejus dogmata ea esse quæ erant Simonis, testetur: cum de Simone jam satis superius dictum sit, haud opus est eodem omnes nuper recensiti auctores. Sectati sunt tamen eum inter alios Basilides & Saturninus, quos condiscipulos fuisse Epiphanius (n) tradit: verum diutius vixisse ferunt, nimirum ad tempora Hadriani Imperatoris. Sed de his fufius alias.

De Menandro Discipulo Simonis.

(l) Tertullian. de præscript. c. 46.

(m) Tertullian. lib. de anim. c. 50.

(n) Epiph. haret. 23.

XIV. Meminit in eadem epistola Ignatius de Cleobulo atque Theodoto horum temporum hæreticis, sed eorum, quos diximus, potius sectatoribus, quam novarum hæresum inventoribus: sic enim ait, postquam de Simone, Menandro, Basilide & Nicolaitis verba fecit: Fugite præterea maligni illius nepotes Theodotum & Cleobulam, qui gignunt mortiferum fructum, quem qui gustarit, continuo moritur, non temporalem hanc, sed æternam mortem. Porro diversus est hic Theodotus ab illo Byzantino coriario hæresiarca, de quo suo loco. In his omnibus illud considerandum est, his qui ex circumcissione pro-

XIV. De Cleobulo & Theodoto.

CHRISTI
74.

L I N I
5.

VESPAS. IMP.
3.

venerunt hæreticis peculiare fuisse, novos velut a sanctis scriptos effingere commentarios, eisdemque tamquam recens in lucem editis ad suas hæreses confirmandas uti solere: de quibus hæc apposite Origenes (a): *Oportet ergo caute considerare: ut nec omnia secreta que feruntur in nomine sanctorum suscipiamus, propter Judæos qui forte ad destructionem veritatis scripturarum nostrarum quædam scripserunt, confirmantes dogmata falsa: nec omnia abjiciamus, quæ pertinent ad demonstrationem scripturarum nostrarum. Magni ergo viri est audire & adimplere quod scriptum est: Omnia probate; quod bonum est, tenete. Tamen propter eos qui non possunt quasi trapezita discernere inter verba quæ vera habeantur, vel falsa; & non possunt semetipsos cautos servare, ut verum quidem teneant apud se, & ab omni etiam specie mali abstineant; nemo uti debet ad confirmationem dogmatum libris qui sunt extra canonizatas scripturas. Hæc Origenes. Sed admirabile plane fuit in his Dei consilium, qui tum falsa dogmata, tum etiam improbata atque commentitia scripta sic in lucem prodi permittit, ut iisdem cognitis ab Ecclesia atque rejectis, quæ vera quæve germana atque legitima essent, magis elucidata, patentius innotescerent, probataque veritas solidiori firmitate subsisteret.*

(*) Orig. in Mat. tract. 23.
Judæi corruptores Divinæ Scripturæ.

JESU CHRISTI
ANNUS
75.

L I N I
ANNUS
6.

VESPAS. IMP.
ANNUS
4.

Sequens hic Christi annus septuagesimus quintus notatur ab aliis Consulatu Domitiani Cæsaris iterum, & M. Valerii Messalini. Verum cum (ut anno superiori dictum est) non nisi numerus ordinarii Consulatus in Fastis (c) sit describendus; primus hic, & non secundus Domitiani Consulatus dicendus esset. Sed in eo etiam error inesse videtur, dum in iisdem Fastis anno primo Titi Imperatoris Domitianus Consul septimum ponitur; cum constet Suetonii (d) auctoritate, eundem Domitianum ante adeptum Imperium ita sexies consulatum gessisse, ut ex eis unus tantummodo fuerit ordinarius; ac proinde unus tantum adscribendus esset in Fastis. Quamobrem errore positum numerum Consulatum, ex antea dictis exoritur non levis suspicio tantum, sed vera certaque scientia. Eadem igitur ratione ex Dione allata, & Plinii (ut vidimus) testimonio roborata; cum annus superior sit consignatus Cofs. Vespasiano tertium & Tito secundum, cumque rursus idem Dio (e) dedicationem templi Pacis fa-

(c) Cuspi. & Pancin. & alii. Emendatur error de numero consulatum.
(d) Sueton. in Domit. c. 2.

(e) Dio in Vesp.

Eodem anno tertio Vespasiani Imperatoris, S. Martialis Episcopus Lemovicensis, Galliarum dictus Apostolus, qui ex Oriente Romam cum Petro venerat, & ab eodem in Gallias fuerat amandatus, cum Lemovicenses, Tolofanos, Burdegalenses, Cadurcenses, & Aquitanos populos, eosque qui a Rhodano in Oceanum vergunt, ad pietatem Christianam instituit, honestissimo labore perfundus, hoc ipso anno (ut ejus Acta testantur) ex humanis sublatus est. Porro (ut & hic ejus exordia repetantur) tradunt hunc illum fuisse puerulum, de quo Andreas olim Domino roganti dixerat: *Est puer hic habens quinque panes & duos pisces.* Verum cum dicant, ipsum unum fuisse ex septuagintaduobus discipulis; opus est ut affirmet, non sic ætate fuisse puerum nominatum, sed more Hebræorum, qui & homines etiam grandioris ætatis eo modo pueros nuncupabant. Feruntur ejus res gestæ, scriptæ ab Aureliano ejus successore: leguntur etiam ejus nomine duæ scriptæ epistolæ, quarum altera est ad Burdegalenses, altera vero ad Lemovicenses & Tolofanos conscripta, sed de his alias. Illud etiam memoria dignum de Martiale traditur, suscitasse mortuum, admoto ei baculo S. Petri, quem ab eo sibi datum Romæ acceperat: meminit ejus historiæ & Innocentius Papa (b).

XV. De S. Martiale Episcopo Lemovicensi.

(b) Innoc. extr. de sac. unct. in fine.

eam esse dicat Vespasiano sextum & Tito quartum Consulibus, ut ex ipso superioris recitato notandorum Consulatum ordine affirmare necesse est, tam præsentem quam sequenti anno eundem Vespasianum Consulatum gessisse, nempe hoc anno quartum, sequenti vero quintum, ac demum sextum. Quapropter præsentem anno dedisse putamus nomen Consulatus Vespasianum Augustum quartum & Valerium Messalinum, qui a Julio Frontino (f) ponitur: Consulatus vero Domitiani, quem ponit Suetonius ordinarium, in alium annum rejiciendus erit.

Hoc tempore Vespasianum de pellendis ab Urbe Philosophis dedisse edictum, Dio testatur his verbis (g): *Cum alii multi excitati ex Stoica disciplina, in quorum numero fuit Demetrius Cynicus, multa inutilia his qui audiebant, publice differerent occasione philosophiæ, atque ita multos occulte in varias sententias traherent, Mucianus Vespasianum persuasit, ut omnes qui essent ejus sectæ, ex Urbe expelleret; dixitque in eos multa, ira magis incitatus,*

(f) Jul. Front. de aquaduct. lib. 2.

II.

(g) Dio in Vespas. Edictum de pellendis ab Urbe Philosophis.

CHRISTI
75.

L I N I
6.

VESPAS. IMP.
4.

ius, quam studio doctrinæ. Itaque Vespasianus statim philosophos præter Musonium Roma expulit. Hæc Dio. Ceterum non id novum Romæ videri poterat: neque licet & Nero id fecerit, vel alii ei similes, optimo Principi adeo ignominie vertebatur, cum id fieret more majorum: nam (ut auctor est Gellius a) jam longe ante, florente Republica, sub Consulatu Fannii Strabonis & Valerii Messalæ promulgatum fuerat Senatusconsultum de Philosophis & rhetoribus Urbe pellendis: quod scilicet adolescentes earum scientiarum addiscendarum cupidi viderentur ab armis avocari, & vitam agere otiosam ac plane inertem.

Porro hæc facta sunt a Vespasiano, non quidem quod odio prosequeretur philosophiam, utpote bonorum morum conciliatricem, cujus (ut Philostratus ait) plurimum amans fuit; sed quod sic persuasus a Muciano ob solutam nimis dicendi libertatem. Ceterum Suetonius (b) auctor est ipsum Vespasianum lenissime tulisse philosophorum contumaciam. Ex his unus erat (ut ait Dio) ille Demetrius, qui (ut testatur Philostratus) socius erat Apollonii Tyanæi, qui eum Tito Cæsari Ann. Eccl. Tom. I.

(a) Gell. lib. 15. c. 11.

III. Cur Vespasianus exegit ab Urbe Philosophos.
(b) Sueton. in Vesp. c. 13.

SÆC. I. ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5566.
Anno Urbis 826.
Olymp. 215. an. 1.
An. Ch. 73.

© 26. C. 2. 17. P. 11. April. Indiæ. 1.

JESU CHRISTI 75. secundum Baronium 75.

CLEMENTIS PAPÆ 7.

VESPASIANI IMP. 5.

I. [1] AD num. I. Coss. Domitianus Cæsar II. & M. Valerius Messalinus.
II. Baronius proponit hoc anno Vespasianum IV. & Valerium Messalinum ex Frontino lib. 2. de Aquæduct. & secundum Domitiani Cæsaris Consulatum in annum LXXVII. seu, ut ipse vocat, LXXIX. differt; quod Vespasianus anno Christi LXXV. Consul VI. processerit, & ut ipse arbitratur, Consules suffecti in Fastis non numerarentur. At jam superiori anno demonstravimus, Consules suffectos in Fastis numeratos fuisse. Ex quo sequitur, Vespasianum anno Christi LXXV. in Fastis Consulatum VI. appellari, non quod ille Consulatus sit inter ordinarios sextus sed quod sextus sit, comprehenso, suffecto, quem ante Imperium gesserat. Vespasianus itaque hoc anno Con-

[1] Coss. Domitianus Cæsar II. & M. Valerius Messalinus. Fasti Casinates: DOMITIANO II. CAES. K. APR. TITUS. ET DOM. Fasti Idatiani, & Vindebonenses: Domitiano II. & Messalino. Frontinus de aquæductibus: Valerio Messalino Cof. Gruteriana inscriptio pag. CCCXIV. 3. ex Schedis Ligorianis: IV. ID. OCT. IMP. CAES. FLAVIO DOMITIANO. VIII. ET C. VALERIO MESSALINO. COS. Norisus in Epistola Consulari pag. 56. Ligorianam fidem exagitat, ac mendosum hunc lapidem demonstrat, quod titulus Imperatoris Domitiano assignatur hoc anno, & consulatus VIII. cum II. sit, in quo collegam habuit M. VALERIUM MESSALINUM. Extat quoque apud Gruterum inscriptio, pag. DCXXXI. 2. in qua Persicus libertus manusissus, procuratorio nomine apud Domitianum Cæsarem IN. SECUN. COS. nempe in secundo Domitiani consulatu exercitæ decurias duas. Suetonius in Domitiano cap. 11. In sex consulatibus, non nisi unum ordinariam gessit, eumque cedente & suffragante fratre.

proficienti ex Ægypto dederat monitorem. Hæc cum dicat Philostratus (c) in Apollonio; idem (d) meminit de Muciano Babylonio, qui sub Nerone carceri mancipatus, gravissima passus erat: licet auctor duos videatur Musonios recensere, alterum Babylonium, alterum vero Tyrrenum, eisdemque sub Nerone graviter exagitatos. Sed cum de Babylonio agit, eum secundum ab Apollonio sapientia fuisse testatur. Sed & Vespasianus ad id faciendum compulsus est, licet invitus (quod sic jam necessitas postulare) ad compescendam garrulam ipsorum linguam, & petulantem potius quam ingenuam philosophoque dignam dicendi libertatem, qua passim proscindentes Imperatorem, indeque apud abjectum vulgus gloriam aucupantes, idem in Principem commovebant. Quamobrem ut famæ Imperatoris, ipsiusque Reipublicæ tranquillitati consultum esset; æquum visum est, eisdem tali edicto percelli, & ab Urbe longius ablegari.

Reprehenditur & a Seneca (e) hujusmodi Philosophorum in quoscumque, ac potissimum in Principes dicendi temeritas potius, quam libertas, nam ad Lucillum scri-

(c) Philostr. in Apoll. 1. 6. (d) Idem 1. 4. & 7.

IV. Seneca. li. 10.

ful non processit, neque Frontinus quartum ejus Consulatum cum Valerio Messalino jungit, ut dicit Baronius; sed Domitiani nomen ex S. C. aboliturum omittit, & Valerium, & Messalinum alterum Consulatum tantum nominat, quem in duos partitur. Hunc usum ejusdem Consulatus nomina in duos dividendi, ab aliis, etiam quandoque usurpatum videbimus. Porro extat apud Medio-barbum pag. 122. Nummus Titi inscriptus: T. CAES. VESPASIAN. AUG. IMP. IIII. PON. TR. POT. II. COS. II. In postica parte: CÆSAR DOMITIAN. COS. DES. II. S. C. Cufus Nummus ille anno superiori, quo Titus Tribunitiam Potestatem secundam inivit, & Domitianus in annum præsentem designatus est Consul II. juxta secundam Consulatum Cæsareorum regulam; Cæsarei enim ejus Imperii Quinquennalia in hunc annum incidunt. Suetonius in Domitiano cap. 2. ait: *In sex Consulatus non nisi unum ordinariam gessit, eumque cedente & suffragante fratre, quia nempe Domitiani Quinquennalia hoc anno acta. Unde Titus non tantum hunc ei Consulatum cessit, sed etiam propria Quinquennalia in annum sequentem distulit, sicut pater sua in annum LXXV. Ex quibus duorum sequentium annorum Consulatum Cæsareorum causæ innotescunt. Hæc porro Suetonii verba male a Baronio explicata, ut ex dictis intelligitur.*

S S S S 2

Excellentia Christiana Philosophia.

scribens hæc ait: Errare mihi videtur, qui existimant philosophiæ fideliter deditos, contumaces esse, ac refractarios, & contemptores magistratum, aut Regum, eorumque per quos publica administrantur. Damnat & Dio in suis Aegyptiacis Philosophorum Cynicorum in eo genere dicendi procaciam. At quantum his præstat Christiana modestia, quæ levissimam quampiam contumeliam in privatum etiam hominem dictam, perpetuo gehennæ igne dignam esse intelligit; quæ parendum esse Principibus etiam discipulis, eosdemque in honore habendos, scit esse lege divina præscriptum? Numquam enim in tot acerbissimis ab Imperatoribus illatis in Christianos persecutionibus, quempiam illorum ob dicacitatem conventum esse iudicio, quis poterit invenire? quod, qui scripserunt pro Christianis Apologias, ut Tertullianus, & alii, facile demonstrarunt. Quamobrem philosophorum complures, qui veræ sapientiæ amantes essent, & veritatis studiosi, sublimissimam omnium Christianorum philosophiam esse considerantes, admirantesque apud eos non paucos quosdam illud vitæ culmen attingere, sed æque omnes eo nomine esse dignos, pedestri, quam sectati fuerant, philosophiæ nuntium remittentes, delegerunt in schola piscatorum discipulos esse potius, quam Athenis magistros profiteri.

V. De S. Apollinare episcopo Ravenn.

Primum omnium sapientum, qui cunctis philosophorum scientiis Christianæ religionis prætulit sapientiam, fuisse vidimus Dionysium Areopagitam: alios item plures eundem imitatos, licet præsentis quoque vitæ dispendio, Christi fidem esse sectatos, complura demonstrant exempla; de quibus singulis suo loco dicemus. Sed quod ad hæc pertinet tempora, Eleucadius Platonicus philosophus a S. Apollinare Episcopo Ravennate ad Christi fidem conversus, eidem his temporibus Vespasiani Imperatoris martyrio vita functo, cum sedisset annis undetriginta, in Episcopatu post Abderitum successit. De tempore sedis Apollinaris & ejus martyrio Petrus Damiani his testatur verbis: Apollinaris quanta gloria, quanta sit excellentia, admirari digne non possumus, cujus martyrium per viginti & novem annorum spatium per innumerabilia fuerit tormenta productum, &c. Hæc & alia plura in sermone quem habuit de S. Eleucadio, cujus mentio facta est. Vespasiani namque temporibus passum esse Apollinarem, cum ejus vitæ Acta, tum Romanum Martyrologium (a), aliaque Bedæ, Ursuardi, & Adonis testantur. Sed id quidem non accidit, quod aliqua a Vespasiano fuerit in Christianos persecutio excitata: sed cum Apollinaris Christi fidem prædicans, ab idolis Gentes avertisset, & eorumdem sacerdotum in se odium concitaf-

(a) Marc. Rom. 25. Junii & alii.

set, illorum exagitatus calumniis, subrepto ab Imperatore rescripto, tamquam seductor quispiam & facinorosus homo justus est ab eo urbe pelli, nisi diis immolare assentiretur: quod ipse facere recusans, non tantum expulsus est, sed etiam sævissime trucidatus, martyr occubuit. Plura de eo dicenda essent, atque etiam de Ravennatibus successoribus Pontificibus: sed quoniam (quod sæpe professi sumus) nostri non est instituti, privatarum Ecclesiarum, nisi interdum Patriarchalium, facta prosequi, satis esse putavimus ex his aliqua vel leviter attigisse. Quocirca ad institutam semel de philosophis narrationem redeamus.

Consideratione illud profecto dignum est; hoc ipso sæculo, quo Apostoli Domini, ac Apostolici viri, ad imbuedos Christiana religione populos universos, totum pene orbem terrarum peragrarunt; complures e contra philosophos, perinde ac si eandem inisset instituti rationem, itidem circumveo provincias pervagatos in Orbem, adisse nobilissimas civitates, eoque prætextu ut mores labefactos corrigerent, habuisse de pravis moribus corrigendis ad populum conciones: sed sic eos ad meliorem frugem conatos esse (ut videbatur) inducere, ut tamen Gentiliæ avitæ superstitionis cultum servandum potissimum inculcarent. Fuerunt, qui id præstiterunt, complures: & ut prætermittamus dicere de Apollonio, de quo fufius alibi, præstitit hoc insigniter Dio, cujus mentio est apud Philostratum in Tyanæo (b): sed eo licet tacente, ipsius Rhodiæ, Corinthiæ, Tarsicæ, Borysthenicæ, & aliæ a diversis locis, in quibus eas habuit, denominatæ orationes, quam multus in his fuerit, satis aperte declarant. His Euphratem Apollonii pernecessarium adde, atque Demetrium, Musonium etiam conjunge. Eiusdem etiam professionis erat Damis Pythagoreus, Epictetus Stoicus, Lucianus Epicureus, sed non cum his comparandus; & alii, ex quibus eos qui in Urbe erant, Domitianus est infectatus. Sed non silendus Diogenes Junior, qui cum populum vexasset multis contumeliis, in teatro eum obiurgans, virgis cæsus est. Erat etiam ejusdem classis ille, cujus meminit Dio, qui eandem sibi vendicans libertatem dicendi in populum, capite truncatus est (c).

VI. De Philosophis orbem circumveni-

(b) Philostr. lib. 5.

(c) Dio in Vesp.

Hos igitur adversarios passos esse qui Christianæ religionis fundamenta jacerent, nemo jure poterit dubitare: nam cum ex sententia Pauli, Græci sapientiam quærerent, hancque istiusmodi verborum phaleris iisdem gloriosissime ostentarent, quorum (inquit Juvenalis d)

VII.

Ingenium velox, audacia perditâ, sermo Promptus, & Isæo torrentior,

haud

Cujus æstimationis Christiana religio.

Haud dubium audientes horum sermones, pronis eos auribus accepisse: e contra vero barbaros, quos dicerent Judæos homines, novam ac peregrinam invehentes religionem, eandemque superantem humanum captum, dum hominem cruci affixum Deum esse contendere, habuisse contemptui. Sed & quod Christiana fides Judaica censeretur esse religio, ut quæ a Judæa & Judæis hominibus, & de Judæo homine, quem dicerent esse Deum, prædicaretur; Romanis, his præsertim temporibus, exosa admodum & execrabilis reddebatur. Antiquum hoc erat odium: quo enim animo Romani olim erga Judæorum religionem esse solerent, sententia Ciceronis in oratione pro Flacco, ad hæc quoque tempora valde accommodata, declarat his verbis: Stantibus Hierosolymis, pacatisque Judæis, tamen istorum religio sacrorum a splendore hujus imperii, gravitate nominis nostri, majorum institutis abhorrebat: nunc vero hoc magis, quod illa gens quid de imperio nostro seniret, ostendit armis: quam cara diis immortalibus esset, docuit; quod est victa, quod elocata, quod servata. Hæc Cicero, cum a Pompeio tantum debellati Judæi essent. At quid de Judaica religione, iis potissimum temporibus, cum immanissima omnium clade affecti essent, iidem existimasse potuerunt? Quid Græci? Plutarchus, Lucianus, & alii multis in locis reliquere testatum. Quid Aegyptii? Apio Alexandrinus duobus libris de ea re editis patefecit, dum universo terrarum orbi, tamquam in scena, Judaicam religionem exhibuit risu ac sibilis infectandam. His adde (quod diximus) inhaerentem religioni Judaicæ ignominiam crucis, cum Judæi homines in Urbem & Orbem inferrent crucifixi hominis Judæi cultum: hoc plane omne illis videri poterat portenti genus excedere.

VIII. Sed & in his omnibus & contra omnia superexcellens vis atque potentia crucis enituit: quæ radiis ac fulgoribus divinitatis effulgens, omnes mox humanæ sapientiæ disjiciens tenebras, divinaque potentia omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam Dei humi prosternens, omnem intellectum (mirabile dictu) redegit in obsequium Christi: ut virtus (a) 2. Cor. 10. (quod idem ait Apostolus a) non esset ex homine, sed ex Deo. Quis enim videns novella germina fidei, suo ipsius ortus principio, cum semen Apostolicum e terra nascens erumperet, continuo ipsorum Judæorum rabiem implacabilem experiri, furore Gentilium concuti atque percelli, & adhuc insuper humanæ sapientiæ artibus radicitus prope convelli; non omni spe caderet, atque animo omnino deficeret? Sed qui vocat ea (b) quæ non sunt, tamquam ea quæ sunt; delegit ea

(a) 2. Cor. 10.

Virtute divina non humana propagatum Evangelium.

(b) Rom. 4.

quæ mundi esse viderentur infirma, ut fortia quæque confunderet; & ad confundendos sapientes, stulta quæsit, & quæ ignobilia essent & contemtibilia, ut (quod ait Apostolus) tam ea quæ non sunt, quam ea quæ sunt, destrueret; ne gloria retur adversus eum omnis caro, hæcque omnia non humanarum esse virium, sed Dei plane potentia, omnes ex æquo cognoscerent.

Sed quoniam de Philosophis semel est instituta narratio; hic opportune accidit (nam & temporis etiam ratio postulat) ut quæ ab impostore quodam, Peregrino philosopho nominato, sub nomine Christiano sunt gesta, narremus: quæ quantumlibet a Christianorum hoste & blasphemio homine scripta sint, ex eis tamen nonnulla utilia elici possunt, quæ antiquos illos laudatissimos Christianorum mores, ac præsertim erga fratres peregrinos, vel carceri detentos propensiorum curam ac studium charitatis infnuent: sicque (secundum illud de Ennio dictum) aurum ex stercore feligentes, relinquentes blasphemias, cetera scitu digna narrabimus. Res igitur in hunc modum se habuit: Impostor quidam scelestissimus ex Paro insula oriundus, inmanissimorum criminum reus (patrem enim suum necaverat, & amore puerorum erat turpiter infamatus) patrium solum vertens, poenæ timore perterritus, in regionem, in qua minime cognitus esset, proficisci in animum duxit. Sed quo omnia ad vitæ usum sibi suppeditarentur abunde prospiciens, lustransque mentem universum terrarum orbem; cum nulla sibi gens visa esset, quæ alios libenter ad se venientes susciperet, & peregrinos benevolentia prosequeretur officiis, quos præsertim suæ esse sciret religionis homines; nec aliam quamlibet nationem tanta liberalitate prosequi egentes ac miserabiles quasque personas, perinde ac Christianos: mox ad eos proficiscendi consilium inivit. Ad hos cum pervenisset impostor, eos conveniens, se Christianæ religionis cupidissimum simulavit. Quid plura? dedit nomen, initiatur baptismate, ad eumque loci gradum proventus est tandem, ut (quod ait auctor) profiteretur inter prophetas ac cæteros rerum sacrarum principes: quippe qui se & magistrum præberet, qui alios fidem Christianam doceret, ac sacros libros interpretaretur, necnon & alios a se conscriptos legendos traderet.

IX. De peregrino Philosopho.

At ne quid sibi deesse videretur, quod ad culmen Apostolicæ perfectionis spectare nosset; operatus est, ut pietatis causa detruderetur in carcerem, ubi velut novus Paulus vincus, gloriose sua vincula ostentaret. Sed eo consilio hæc omnia faciebat, ut ex oblationibus Christianorum sponte ac largiter dantium ingentem pec-

X.

pecunia vim ea arte corraderet; qui cum in his præstandis officiis munificentissimi haberentur, quæ non profudissent ejus causa, quem nondum sibi perspectum, velut Apostolum alterum jam haberent? Sed quæ fuerint erga impium hominem piorum studia, ex eodem auctore, qui hæc scriptis mandavit, in medium afferamus. Cum primum enim eum e carcere liberare, & nulli parentes impensæ redimere conati essent, nec voti compotes facti, hæc eum quotidie prosequerentur officiis, & colebant obsequiis. *Mane, inquit, quidem illico videre erat juxta carcerem præsolantes anus, viduas quaspiam, & orbos puerulos: illorum enim pars etiam una intus cum illo somnum capiebant, corruptis pecunia custodiis: excide omnis generis cœna inferebantur varia, & sacri inter se sermones dicebantur. Quinetiam in Asia plerasque urbes fuisse constat, ex quibus venerunt quidam latari auxilium, Christianis mittentibus ex publico, neque non collocuturi, & virum consolaturi. Incredibile vero est, quantum studium & celebritatem ad hoc ostendant, si quid tale vulgo innotuerit: illico enim nulli rei parcunt.* Hæc ipse.

Christi-
anorum
charitatis
officia.

XI.

Christiani
spe vitæ
eternæ
omnia
præstant.

XII.

Addit his vero auctor causam, cur sic affecti essent Christiani, ut nec bonis, nec vitæ parcerent, sed omnia libentissime profundere, sic dicens: Proinde Peregrino quoque multæ tunc opes ab illis mittebantur sub vinculorum prætextu; nec vulgarem rerum proventum lucrifaciebat. Et enim haud dubitanter sibi persuaserunt, se omnino immortalitate potituros, perpetuoque victuros esse: quamobrem & mortem magno contemnunt animo, ac non pauci sua sponte semetipsos occidendos offerunt. Deinde primus illorum quoque legislator eorum persuasit animos, quemadmodum inter se omnes fratres essent. Postea vero quam semel a nobis desciverunt, Græcorum deos constanter abnegant, solum crucifixum illum colentes. Addit hæc insuper: Proinde apud illos omnia ex æquo habentur contemptui, præter fidem, quam exacte exploratam a quocumque deferente suscipiunt; quod facile sit eos ab impostoribus seduci, eoque brevi fieri opulentos. Subdit auctor de eodem Peregrino, quod tandem dimissus fuit a Syriæ Præside, cum alioqui ille se libenter mortem optetere demonstraret, seu potius fingeret. Post hæc autem eundem Peregrinum auro suffarcinatum in patriam rediisse, auctor ipse testatur, ac subinde de secunda ab eo inita peregrinatione, hæc ait: *Secunda itaque suscepta peregrinatione, egreditur vagaturus, satis sibi viatici in Christianis repositum esse existimans, a quibus quaquaversum incedebat stipatus, in omni agebat rerum abundantia: atque in hunc modum aliquantum tem-*

poris alebatur. Tandem admissio nescio quo adversus illos flagitio; siquidem visus erat (ut opinor) nescio quid ex interdicitis comedis; non recipientibus amplius illis, magna est rerum difficultate perplexus. At prætermittimus cetera recensere: nam satis putamus hæc esse ad ea quæ ad res nostras pertinent. Profertur enim auctor narrare ceteras ejus peregrinationes, Romanæ adventum, & quomodo edito Imperatoris, philosophis ex urbe proscriptis (factum enim id fuit rursus a Domitiano Imperatore paucos post annos) tam ipse quam ceteri qui erant Romæ Philosophi, nempe (ut ait) Musonius, Dio, Epictetus, & alii, Urbe egredi sunt coacti. At hic tandem nova arte immortalem sibi gloriam paraturus, re vera tamen scelereum suorum supplicium liturus, in Olympiis solemnibus pompa sese dedit incendio exurendum: cuius rei gestæ, qui præfens vidit, historiam ipse Luciano conscripsit. Hæc summam ex Luciano ad Chronium accepta volumus enarrasse, ut hujusmodi exemplo quæ a nostris de ea re scripta sunt, planius innotescerent, suisque coloribus velut in tabula cernerentur expressa: ut illud in primis, quod se passum, Paulus (a) dicit: *Periculum in falsis fratribus: de quibus & Dominus dixerat (b): Venient ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.* Quales igitur ejusmodi esse soleant, ipsum exemplar ex vero redditum vidimus in Peregrino; qui merito dictus est cognomento Proteus, quod omnem, quam sibi vellet, formam superinduceret (c).

Reliqua
Peregrini
ac finis
ejus.

(a) 1. Cor.
II.
(b) Mart.
7.

(c) Gellius
Noct. Att.
12. c. 11. &
Ammian.
1. 29.
XIII.

Ex his insuper facile intelligimus, quæ de Mensurio Episcopo Carthaginensi recitat S. Augustinus (d): nimirum quod prudenter agens, noluisse recipere quosdam pseudomartyres, qui lucri gratia sese inter martyres, coniecissent, ut pecuniis ditarentur, vel lautius ibi viverent. Sic enim ait: *Quidam etiam in eadem epistola facinorosi arguebantur, & fisco debitores, qui occasione persecutionis, vel carere vellet onerosa multis debitis vita, vel purgare se putarent & quasi abluere facinora sua, sed certe acquirere pecuniam, & in custodia delictis perfrui de obsequio Christianorum.* Sicque ex his videas, quæ ipso initio exurgentis Ecclesiæ detentis in carcere causa fidei a Fidelibus compluribus præstari consueverunt officia, eadem etiam exhibita reperiri in ultima persecutione sub Diocletiano, de qua ea quæ nuper sunt recitata ab Augustino, intelliguntur; sicque semper eundem in Ecclesia morem esse servatum: unde merito Tertullianus (d) sic scribit ad martyres in carcere constitutos: *Inter carnis alimenta benedicti martyres de-*

(d) Tertull.
ad Martyr.
c. 1.

signati, quæ vobis & domina mater Ecclesia de uberibus suis, & singula fratres de operibus suis propriis in carcerem subministrant, capite aliquid & a nobis, quod faciat ad spiritum quoque educandum; & post aliqua de iisdem: Immo & quæ justa sunt, caro non amittit per curam Ecclesiæ, & agapen fratrum.

XIV.
(*) Cypri.
epist. 37.
Frequens
visitatio
Confessorum.

(b) Cypri.
epist. 5.

Sed videamus quæ ad hæc spectantia. S. Cyprianus (a) habet, cum abfens clementer in carcere, propensorem curam gereret, eisdemque omnis impenderetur humanitas, Adeo namque frequens esse solebat, confessores detentos in carcere visitare, ut ad evitandam invidiam persecutorum, oportuerit eundem S. Cyprianum (b) suos litteris cohæbere, sic scribentem: *Peto quoque, ad procurandam quietem, solertia & sollicitudo vestra non desinat. Et si fratres pro dilectione sua sunt cupidi ad conveniendum, & visitandos confessores bonos, quos illustravit jam gloriosis initiis divina dignatio: tamen caute hoc & non glomerarim, nec per multitudinem simul junctam puto esse faciendum: ne ex hoc ipso invidia concitetur, & introeundi auctus deaegetur; & dum insatiabiles multum volumus, totum perdamus. Consulite ergo, & providete, ut cum temperamento hoc agi tutius possit; ita ut presbyteri quoque qui illic apud confessores offerunt, singuli cum singulis diaconis per vices alternent; quia & mutatio personarum, & vicissitudo convenientium, minuit invidiam.* Hæc Cyprianus, plane significans, solitos esse presbyteros illic in carcere offerre sacrificium; quod Missam dicimus, ex quo haud dubium confessores communicarent: quæ quidem omnia pietatis officia Fideles ut sibi præstare liceret, erogata (ut vidimus in Peregrino) in carceris custodes pecunia collecticia, redimere consueverant.

XV.

(e) Joan.
epist. 3.
Hospitalitas
quam
custodita
& frequenter
Christiani
sunt.

Rursus vero, quod pertinet ad descripta a Luciano Christianorum charitatis studia in suscipiendis hospitibus, in quibus præstandis satis sibi esse viatici Peregrinus existimavit, ita ut non tantum ab illis aleretur, sed etiam in via deduceretur, atque sic (ut ait) quaquaversum stipatus incederet: commendat hoc immensam Christianorum erga fratres dilectionem, atque illam ipsam quam, hæc puto temporibus Joannes Evangelista (c) laudat in Caio, sic scribens: *Carissime, fideliter facis quicquid operaris in fratres, & hoc in peregrinos, qui testimonium reddiderunt, charitati tuæ in conspectu Ecclesiæ; quos, bene faciens, deduces dignè Deo. Pro nomine enim ejus profecti sunt nihil accipientes a Gentibus. Nos ergo debemus suscipere hujusmodi, ut cooperatores simus veritatis.* Hæc Joan-

nes per omnia his consentientia, quæ ex Luciano sunt recitata. Porro Tertullianus (d) adeo frequentem ac necessariam inter Fideles intercessisse mutuum hospitalitatem significat, ut inter Catholicae communicationis symbola illam adnumeret, dicens: *Itaque tot ac tanta Ecclesiæ una est illa ab Apostolis prima, ex qua omnes. Sic omnes prima, & omnes Apostolica, dum unam omnes probant unitatem. Communicatio pacis & appellatio fraternitatis, & contesseratio hospitalitatis, quæ jura non alia ratio regit, quam ejusdem sacramenti una traditio.* Hæc Tertullianus, qui per contesserationem, hospitalitatis, certum quoddam signum intelligit, quod qui ferret, ut Ecclesiæ Catholicæ legitimus filius, quocumque pergeret, a Fidelibus æque Catholicis honorifice reciperetur hospitio. Quod quidem signum cum adulterassent hæretici, a Catholicis noscitur sæpe mutatum, ac litteris tandem commissum, quas Patres in Nicæno Concilio nominavere Formatas.

(d) Tertul.
de praescrip.
c. 20.

XVI.

Jure igitur Lucianus de Peregrino ait, satis sibi esse viatici ipsum existimasse in Christianorum hospitalitate repositum: nam non recipere, nec coniungere oblatam tesseram, idem erat, quod a Catholica communione sejungere. Verum & apud Gentiles illud usurpatum erat, ut idem esset confringere tesseram, ac amicitiam dissolvere; unde apud Plautum (e):

(e) Plaut.
in Cistell.

Hic apud nos jam Alcesimarche confringisti tesseram.

Patæ namque etiam apud illos erant per tesseram mutæ hospitalitates, eoque fœdere mutæ pariter amicitia fovebantur: quæ sic sancte ac inviolate cultæ, manabant ad posteros; unde apud eundem auctorem (f):

De tesserâ
Hospitalitatis
apud
Gentiles.

(f) Plaut.
in Penulo.

*Si ita est, tesseram conferre si vis hospitalem, eccam attuli.
Agedum ostende; est par probe: nam habeo domum.
O mi hospes salve multum; nam mihi tuus pater,
Pater tuus ergo hospes Antidamas fuit:
Hæc mihi hospitalis tesseram cum illo fuit.*

At si hæc mutæ charitatis officia adeo insolubiliter inter Gentiles ipsos excolebantur; quid putandum factum esse inter Christianos; cum etiam ejusdem Luciani testimonio, hi præ ceteris mutua inter se charitate conjunctissimi essent? Sed hæc satis ad infinuandos de ea re antiquos Ecclesiæ mores.

JE-



JESU CHRISTI ANNUS 76.

LINI ANNUS 7.

VESPAS. IMP. ANNUS 5.

I. Ultimum Iustrum.

(a) Cenfor. de die natal. c. 15.

Sequens ordine temporum annus Christi septuagesimus sextus, adscribitur antiquis Fastis Vespasiano Augusto quinto & Tito Caesare tertio Consulibus; quibus (ut auctor est Cenforinus a) ab eodem Vespasiano, Censorem etiam agente, habitum est novissimum Iustrum: nam exinde a Consulatu Domitiani duodecimo & Cornelli Dolabellae, per Capitolinos agones anni cepti sunt numerari, ut suo loco dicemus. Quod autem spectat ad hoc ultimum Iustrum; haud alienum ab instituto esse putamus, si de longa aetate complurium qui eodem Iustro censi sunt, quae scribit Plinius hic describamus; ne pro monstro habeatur quod Simeon, fratri Domini dictus, centum & viginti annos natus, cruci affixus martyrium consummarit; sive quod alii his ipsis temporibus ex Apostolorum discipulis centenarii, vel majori aetate decesserint.

II. De Aetate longeva multorum. (b) Plin. lib. 7. cap. 49.

Plinius (b) enim haec ait: Accedunt experimenta, & exempla recentissimi census, quem intra quadriennium Imperatores Caesares Vespasiani, pater filiusque Censores egerunt. Nec sunt omnia vasa via excutienda: media tantum partis inter Apenninum Padumque ponemus exempla. Centum viginti annos Parma ires didere, Brixelli unus CXXV. Parma duo CXXX. Placentiae unus CXXXI. Faventiae una mulier CXXXII. Bononiae L. Terentius Marci filius, Arimini vero

SÆC. I. Anno Urbis 827. Olymp. 213. an. 24. An. Ch. 74.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5567. 27. B. D) 18. P. 3. April. Indict. 2. JESU CHRISTI 76. secundum Baronium 76. CLEMENTIS PAPÆ 8. VESPASIANI IMP. 6.

I. Consules.

[1] AD num. I. & seq. Coss. Vespasianus Aug. V. & Titus Caesar III. Domitianus vero Caesar Consul successus III.

II. Quinquennialia Titii Caesaris.

Sumtus est hic a Tito Consulatus juxta secundam regulam, propter scilicet ejus Caesarei Imperii Quinquennialia, a Vespasiano vero juxta tertiam, ut nempe filii Collega esset.

[1] Coss. Vespasianus Aug. V. & Titus Caesar III. Fasti Cassignates: IMP. VESPASIANO (V) ... K. APR. C. TITEDIUS... Frontinus: Vespasiano V. Tito III. cos. Fasti Idatiani, & Vindebonenses: Vespasiano V. & Tito III. Prosperi Chronicon: Vespasiano V. & Tito III. corrupte. Cenforinus de die natali Cap. XVIII. de Iustro, quod ab Imperatore Vespasiano V. & Caesare III. Coss. factum est. Hoc anno Domitianus Caesar III. consul successus fuit.

Marcus Aponius C. & L. Tertulla. CXXXVII. Circa Placentiam in collibus oppidum est Velleiacium, in quo CX. annos sex detulere, quatuor centenos vicenos, unus CXL. Marcus Mutius Marci filius, Galerius Felix. Ac ne pluribus moremur in re confessi, in regione Italiae octava centenum annorum censi sunt homines quinquaginta quatuor, centenum demum homines quinquaginta septem, centenum vicenum quinquaginta septem, centenum tricenum quinquaginta septem, centenum quadragenum homines tres. Hucusque ex tabulis census Plinius: qui decipi non potuit, cum in iisdem censibus ex Consulibus notis quisque annus, quo quis natus esset, describi solitus, manifestior appareret. Haec igitur qui attendere, haud mirabitur, si praeter Simeonem, quem diximus, Dionysium, Ignatium, Quadratum, Hermam, Polycarpum, & alios omnes Apostolorum discipulos, qui & Dominum viderunt, vel vidisse potuerunt in humanis agentem, ad Traiani & Hadriani tempora, vel ulterius, vitam duxisse legat; qui divina etiam agente dispensatione, tam longævam aetatem vixerunt, ut ita Dei Ecclesiae consulium esset adversus haereticos tunc emergentes. Quid enim Apostoli credidissent, & quae alios docuissent servanda, hujuscemodi gravissimi ac veracissimi testes rogantibus certo certius tradere, & quae oculis aspexissent, verissime affirmare potuerunt.

Se-

Cenforinus lib. de Die Natali cap. 15. ait: Cum inter primum a Servio Rege conditum Iustrum, ab Imp. Vespasiano V. & Tito Caf. III. Coss. factum est, anni interfuerant paulo minus DCL. Iustra tamen per ea tempora non plura quam LXXV. sunt facta, & postea plane fieri desierunt. Vides Cenforinum evertere opinionem Baronii, qui Consulatum Vespasiani V. cum Consulatu Titii III. hoc anno conjungendum esse negabat. Porro licet Iustrum hoc tantum anno peractum sit; Censur tamen jam ab anno septuagesimo primo inchoatus fuit; cum Vespasianus in Nummis dicatur Censor, quando Consulatum III. gerit, & Plinius in lib. 7. Hist. cap. 49. de hoc Censu loquens scribat: Quem intra quadriennium Imperatores Caesares Vespasianus pater filiusque Censores egerunt. Vides, Titum Imperatorem vocari, quia sc. Imperio Proconsulari decoratus erat.

III. Iustrum conditur.

JESU CHRISTI ANNUS 77.

LINI ANNUS 8.

VESPAS. IMP. ANNUS 6.

I. (a) Bio in Vespas.

Templum Pacis dedicatum. (b) Joseph. de bello Jud. lib. 7. c. 24. in fine.

II. Studium Vespasiani.

Sequenti anno Domini septuagesimo septimo, Vespasiano sextum & Tito quartum Coss. templum Pacis augustissime aedificatum (ut auctor est Dio a) dedicatum est; inque eo, praeter alia hinc inde toto terrarum orbe quaesita ornamenta, ea praesertim, quae e templo Hierosolymitano sublata, ducta fuerant in triumphum, sunt reposita. Josephus (b) enim de eodem templo agens, haec scribit: Vespasianus Pacis templum aedificari decrevit. Itaque mira celeritate, quae hominum cogitationem superaret, effectum est. Magna enim divitiarum largitate usus, insuper perfectis id pictura ac figmentorum operibus exornavit. Omnia namque in illud sanum collecta ac deposita sunt, quorum visendorum studio, per totum Orbem, qui ante nos fuerant, vagabantur; quomodo aliud apud alios situm esset, videre cupientes. Hic etiam reposuit quae Judaeorum fuerant instrumenta, bis se magnifice efferens. Legem vero eorum & penetralium vela purpurea in Palatio condita servari praecipit. Haec Josephus.

Cur autem Vespasianus, nullo majorum exemplo, Pacis primus templum erexit (ut superius fufius demonstratum est) cum alias saepius hostibus gravioris momenti superatis, Urbique tranquilla pace donata (ut Augusti praesertim temporibus accidit) nullus umquam repertus sit, qui ei numini templum extruxerit; non levis admirationis occasio exoritur. Sed certe cam hujus rei gerendae causam conjectura Ann. Eccl. Tom. I.

haud contemnenda significat: nimirum, quod (ut superius dictum est) Judaeorum, ac Josephi praesertim historici adulatione, ipsum illum se esse Regem persuasus, qui ex Judaea proditurus, universo dominaretur Orbi (quod de Christo dictum a Prophetis erat) omnia pariter quae de illo praedicta erant, in se transferre curaverit. Nam quod ad eam rem spectare videbatur, etiam (ut vidimus) miracula operandi virtutem se affecutum esse adeo palam ostentavit, ut ab omnibus ferme ejus temporis historicis, ut fuit creditum, sic etiam tamquam res probe testata atque confessa, memoriae fuerit commendata. Porro eam ipsum gloriam affectasse, manifestum illud fuit argumentum, dum (quod & antea dictum est) eos qui erant ex familia Davidis, conquiri iussit, atque conatus est tollere, ne quis ex ea stirpe, qua tamen Christus dicebatur nasciturus, extaret: id enim unum sibi videbatur obstare, quominus in omnibus fieret voti compos.

Sic igitur in hunc modum (ut vidimus) Vespasianus affectus animo, quod audisset in oraculis (c) esse, illum ipsum Regem, pacis Principem nominandum, & in immensum fore ab eo propagandum imperium, pacisque inde nullum futurum esse finem, sic dicente Isaia: Vocabitur nomen ejus, Princeps pacis: multiplicabitur ejus imperium, & pacis non erit finis: eadem perinde ac de se dicta essent a Josepho oblata sibi sumens, celeberrimum

III. (c) Isai 9. Erigendi Templi pacis ratio.

SÆC. I. Anno Urbis 828. Olymp. 213. an. 25. An. C. 75.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5568. 28. A. D) 19. P. 23. April. Indict. 3. JESU CHRISTI 77. secundum Baronium 77. CLEMENTIS PAPÆ 9. VESPASIANI IMP. 7.

I. Consules.

[1] AD num. I. Coss. Vespasianus Aug. VI. & Titus Caesar IV. Domitianus Caesar Consul successus IV. ut ostendit Onuphrius in Fastis.

Sumtus is a Vespasiano Consulatus juxta II. Consulatum Caesareorum regulam, propter nempe ejus Quinquennialia anno uno dilata; a Titiano juxta tertiam, ut scilicet patris Collega esset: neque enim Domitianus & Titus eodem, quo pater, anno hujusmodi solennia exhibuerunt. Horum Quinquennialium indicium dedicatio num. I. celeberrimi Pacis templi, de quo Baronius. Accedunt duo Vespasiani Numismata apud Medio-barbum pag. 125. in quibus legitur: IMP. VESPASIAN. AUG. Visitur Orbis cum temone. In postica: P. M. TR. P. P. P. COS. VI. Caduceum. Qui Nummi ei similes, qui in Vicenilibus Tiberii percussus.

[1] Coss. Vespasianus Aug. VI. & Titus Caesar IV. Fasti Cassignates: IMP. VESPASIANO (VI) ... C. VBIUS TIRO. Dozianae inscriptiones pag. 10. n. 35. VESPASIANO. VI. COS. GRUTERUS pag. CCXXIII. 43. IMP. CAESARE. VESPAS. VI. COS. T. CAES. AUG. F. III. Pag. CIX. 7. IMP. VESPAS. VI. CAESARE. TITO. III. COS. Fabrettus pag. 684. n. 84. IMP. CAESAR. VESPASIANUS AUG. PONT. MAX. TRIBUN. POTEST. VI. IMP. XIII. P. P. COS. VI. DESIG. VII. Lapis apud Sponium pag. 43. DEDIC. XIV. KAL. JUL. IMP. VESPASIANO. AUG. VI. TITO FLAVIO. CAESARE. III. COS. Reinesius pag. 352. IMP. CAESAR. VESPAS. VI. T. CAES. AUG. F. III. COS. Fasti Idatiani, & Vindebonenses: Vespasiano VI. & Tito IV. Prosperi Chronicon: Vespasiano VI. & Tito V. Dio Xiphilini lib. LXVI. pag. 751. Vespasiano sextum, & Tito quartum consulibus, templum Pacis dedicatum est, & colossus saena via collocatus, quem ferunt fuisse altum centum pedes imago: Neponis erat, vel Titi, ut ab aliis traditum est. Successum consulum una cum Domitiano Caesare IV. M. Licinium Crassum Mucianum III. Onufrius tradit. Certe Mucianus saepe a Plinio ter Consul dicitur, lib. VIII. cap. III. lib. XIII. cap. XIII. lib. XIV. cap. IV. lib. XVI. cap. XI. lib. XIX. cap. 2. lib. XXVIII. cap. II. & lib. XXXIV. cap. VII.

CHRISTI
77.L I N I
8.VESPAS. IMP.
6.

num omnium templum erigens, Paci æternæ dicavit: eo enim titulo templi porticus faciẽm fuisse notatam, numismata antiqua declarant; sed & vetus inscriptio, quæ Romæ in ædibus Farnesianis lapidi insculpta legitur, in qua & descriptæ sunt Tribus quæ ad templi structuram pecuniam contulerunt, hæc habet primo loco notata verba: PACI ÆTERNÆ: cætera quæ sequuntur, prætermissimus, quod sit alias eadem inscriptio a nobis superius recitata. In nummo etiam

argenteo in hunc modum: PACI AE (a), deest TERNÆ. Hicce igitur monumentis, quod esset Princeps pacis, & auctor pacis æternæ, quæ in prophetis oraculis docente Josepho sciret expressa, ea de se esse prænuntiata voluit credi, & reddi manifeste testata. Hæc vero licet sint a nobis (ut superius diximus) ex conjectura deducta; nihilominus haud facile ab aliis, omnia simul exacte considerantibus, contemnenda fore putamus.

(a) Adol. ph. lib. de Numis.

JESU CHRISTI
ANNUS
78.L I N I
ANNUS
9.VESPAS. IMP.
ANNUS
7.

I. **A**nnus Domini septuagesimus-octavus Coss. Vespasiano septimum & Tito quintum adnotatur in Fastis: quo, sicut & aliis huic conjunctis, nulla reperimus Ecclesiastica gesta, quæ horum nota Consulium consignentur; cum alioqui sciamus, hujus pacis opportunitate, veluti diebus Alcyoniis, bene usos esse Christianos ad propagandam longe lateque per Orbem Christianam religionem. At quoniam, quid quolibet anno gestum sit, ex antiquis verisque Ecclesiasticis monumentis

uti certum exploratumque tradi nequit: consultius existimamus, hos Consules, atque etiam alios plures rerum nostrarum vacuos præterire, quam pro arbitrio, quid hoc vel illo anno sit factum, velle divinari, ac fingere; quod contra Ecclesiasticæ scriptionis historiam perfectos numeros a quibusdam recentioribus factitarum invenimus, dum his annis Thomæ, Bartholomæi, Nathanaelis, vel aliorum sine auctore ponunt martyria contigisse. Chri-

SÆC. I.
Anno Urbis 829.
Olymp.
213. an. 4.
An. C. 76.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5569.

☉ 1. GF. ☽ 1. P. 7. April. Indict. 4.

JESU CHRISTI 76. secundum Baronium 78.

CLEMENTIS PAPÆ 10.

VESPASIANI IMP. 8.

I.
Consules.[1] **A**D num. I. Coss. *Vespasianus Aug. VII. & Titus Caesar V. Domitianus Caesar Consul suffectus V. ex Fastis Onuphriani.*II.
Quinquennialia Titii Collegæ Imperii.Titii Consulatus juxta II. Consulatum Cæsariorum regulam: Imperii enim Proconsularis Quinquennialia dedit, ut ex ejus Decennialibus liquet. Doctissimus Card. Norisus Fastos Consulares qui in Bibliotheca Cæsarea MSS. aservabantur, publicavit, & calci egregii sui Operis de *Epochis Syro-Macedonum* subiecit, qui licet omnium,III.
Corriguntur Fasti Cæsari.

[1] **C**oss. *Vespasianus Aug. VII. & T. Caesar V.* Columna milliaria apud Fabretum pag. 414. n. 363. IMP. CAESAR. VESPASIANUS PONT. MAX. TRIB. POTEST. VII. IMP. XVII. PP. CENSOR COS. VII. DESIGN. VIII. Eadem apud Gruterum pag. CLIV. 4. Eadem tomo secundo veteris Latii, studio Petri Marcellini S. R. E. Cardinalis Corradini lib. II. cap. XX. pag. 168. Eadem demum inter Donianæ inscriptiones pag. 92. n. 87. Fasti Idatiani: *Vespasiano VII. & Titiano V.* Spartianus in Hadriano cap. I. *Natus est (Hadrianus) Roma 18. Kal. Febr. Vespasiano septies, & Tito quinquies Coss.* Onufrius hoc anno suffectos docet his Coss. *ex Kal. Julii, Domitianum Cæsarem V. & T. Plautium Silvanum Ælianus iterum.* Domitianum quidem ex libro Pontificali, *Silvanum* vero ex sepulchrali monumento via Tiburtina ad pontem Lucanum, ubi de T. PLAUTIO SILVANO. ÆLIANO. In fine inscriptionis legitur: HUNC IN EADEM PRÆFECTURA URBIS. IMP. CAESAR. AUG. VESPASIANUS. ITERUM. COS. FECIT. Hunc T. Plautium Onufrius primum consulem suffectum, A. D. 47. putavit, ut vidimus. Ceterum apud Tacitum nil aliud de *Plautio Æliano*. Histor. lib. IV. cap. LIII. nisi, quod *Helvidius Priscus* Prætor, præeunte *Plautio Æliano* Pontifice, lapidem Capitolio restituendo, A. D. 70. fecit. Forte hic *Plautius Ælianus* Pontifex, alius est ab eo, qui *Præfatus* Urbi fuit, & iterum consulem Vespasianus fecit.

JESU CHRISTI
ANNUS
79.L I N I
ANNUS
10.VESPAS. IMP.
ANNUS
8.

Christi Redemptoris nostri anno septuagesimo nono Consulatum gessisse reperitur Vespasianus octavum, & Domitianus primum: sed si suffectum ejus Consulatum cum hoc primo ordinario numeres, hic sextus ordine ponetur. Atque adeo hic est ille ipse Domitiani ordinarius Consulatus, cujus Suetonius meminit, ita dicens cum agit de ejus temporibus ante adeptum Imperium: *In sex Consulatus non nisi unum ordinarium gessit, eumque cedente & suffragante fratre, nempe Titio.* Quamobrem errare mihi videntur, qui hunc annum signant Consulatu Vespasiani octavo, ac Titii sexto: nam & in antiqua (a) inscriptione octavus Consulatus Vespasiani jungitur cum sexto Domitiani. Est enim hujusmodi: T. VESPAS. AUG. VIII. FLAV. DOMIT. VI. COSS. Q. CLAUD. SER. OFF. FEC. CASTR. PRAET. Quod igitur Suetonius ait, cedente fratre & suffragante, gessisse

(a) Apud Pan. comment. Fast. lib. 2.

Ann. Eccl. Tom. I.

se Domitianum Consulatum ordinarium; sic intelligendum, ut, cum haecenus ipse Titus temper ordinarius creatus Consul esset, & e contra Domitianus semper suffectus, hoc anno vice versa (id agente Titio) Domitianus ordinarius, Titus vero suffectus Consul esset, sicque sextus & ipse Consul creatus esset, nempe quinquies ordinarius, ac semel suffectus. Hic ille quippe annus, quo Plinius nominat Titum sexties Consulem. Porro hunc eundem esse annum quo ea scribebat, certum argumentum elicitur ex his quæ alibi idem auctor scribit (b), dum numerat quatuor annos a tempore census Vespasiani: nam (ut dictum est auctore Censorino) habitus est census ille, eodem Vespasiano quintum, & Tito tertium Coss. a quo numerari incipiunt quatuor anni usque ad tempus præsens, quo ea scribebat, cum (ut dixerat in præfatione) ageret Titus sextum Consulatum.

(b) Plinius lib. 7. cap. 49.

T t t t 2 Anno

SÆC. I.
Anno Urbis 830.
Olymp.
214. an. 1.
An. Ch. 77.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5570.

☉ 1. E. ☽ 2. P. 30. Mart. Indict. 5.

JESU CHRISTI 77. secundum Baronium 79.

CLETI PAPÆ 1.

VESPASIANI IMP. 9.

I.
Consules.

(1) **A**D num. I. Coss. *Vespasianus Aug. VIII. & Titus Caesar VI. Domitianus Caesar Consul suffectus VI. Baronius* perperam edit Vespasianum VIII. & Domitianum Cæsarem; Titum vero Consulem suffectum V. Certum enim, Domitianum anno Christi LXXXIII. quo Quinquennialia dedit, Consulem ordinarium fuisse, neque ullum suffectum Consulatum Titum gessisse. Fundatur Baronius in sigla Onuphrio laudata lib. 2. Fast. in qua legitur: T. VESPAS. AUG. VIII. FLAV. DOMIT. VI. COS. Sed idem Onuphrius pag. 38. Descriptionis urbis Romæ aliter legit, scilicet: TI. VESPAS. AUG. VII. DOMITIAN. VII. COS. Verum, cum Titii prænomen in Nummis & Lapidibus filio, non patri

detur, legendum est cum Norisio; T. VESPAS. AUG. VIII. FL. DOMIT. VII. COS. Sicque inscriptio illa ad annum Christi octogesimum, non vero ad præsentem pertinet. Sumtus hic Consulatus a Vespasiano juxta III. regulam, ut Titii nempe Collega esset, ab hoc autem juxta secundam: Imperii enim Cæsarei Decennialia anno uno anticipata dedit, nisi, quod verosimilius est, & non raro factum observavimus, præsentis anno Consulatum susceperit, & sequenti Decennialia dederit; quod eo magis existimandum, quod Domitianus Cæsar currenti anno Imperii Cæsarei Decennialia ediderit. Neque enim Domitianus anno sequenti, quemadmodum præfenti Consulatum suffectum gessit; ideoque ejus Decennialia præfenti anno videntur præcisa. In Catalogo antiquorum Pontificum Damaso adscripto, Cletus Papa dicitur fuisse a Consulibus *Vespasiano VIII. & Domitiano VI. usque Domitiano IX. & Rufo*, id est, a currenti anno usque ad annum LXXXIII. Quibus ex verbis etiam liquet, Consulatus Domitiani suffectos esse a nobis consignatos fuisse.

II.

S. Cletus hoc anno Sancto Clementi in Pontificatu Romano succedit, ut ex dicendis anno sit Papa C. constabit.

[1] **C**oss. *Vespasianus Aug. VIII. & Titus Caesar VI.* Tabula fratrum Arualium apud Sponium pag. 5. & apud Fabretum pag. 442. n. 49. Vota nuncupata pro salute IMP. VESPASIANI. CAES. AUG. TR. POT. COS. VIII. ET T. CAESARIS. AUG. F. VESPASIANI. COS. VI. Donianæ inscriptiones pag. 12. n. 41. IMP. CAESAR. VESPASIANUS. AUG. COS. VIII. Gruter. pag. CXLIX. 7. IMP. CAESAR. AUGUSTUS. VESPASIANUS. PONT. MAX. TRIB. POTEST. VII. IMP. XXVIII. COS. VIII. Item pag. CLXXXIX. 10. & pag. CXXIII. 5. 6. 7. Fasti Idatiani: *Vespasiano VIII. & Domitiano III.* Prosperi Chronicon: *Vespasiano VIII. & Tito VII.* Fasti Vindebonenses *Vespasiano VIII. & Tito V.* Plinius initio libri I. Histor. nat. de Tito: *Triumphalis & censorius tu, sexiesque consul, ac Tribunitia potestatis particeps.* Consules suffecti hujus anni perhibentur: T. Flavius Domitianus VI. & Cn. Julius Agricola; sed nos Domitianum consulem suffectum VI. fuisse putamus A. D. 79.

I. De Lini Papae martyrio & sedis tempore.

Anno Domini octuagesimo, Commodus & Prisco Coss. Linus Romanus Pontifex, cum sedisset annos undecim, menses duos, & dies vigintitres, nono Kalendas Octobris, Saturnini Consularis jussu, martyrio coronatur. At cum tam Eusebius, quam etiam Epiphanius tribuant Lino annos duodecim; non sic dixisse putamus, quasi eos expleverit, sed quod ipso anno suae sedis duodecimo mortuus sit. Verum cum Eusebius duodecim annos Linum sedisse velit, affirmetque (a) evoluto anno secundo Titi ipsum decessisse; nulla haec ratione sibi coherent; nam a tempore Petri martyrii usque ad secundum Titi annum, quatuordecim saltem, voluntur anni. Nos vero, cum non appareat quor diebus alicujus Pontificis se-

(a) Eusebius in Chron. & hist. lib. 3. c. 12.

SÆC. I. Anno Urbis 831. Olymp. 214. an. 2. An. Ch. 78.

ANNO PERIODI GRÆCO - ROMANÆ 5571.

☉ 3. D. ☽ 3. P. 19. April. Indiæ. 6.

JESU CHRISTI 78. secundum Baronium 80.

CLETI PAPÆ 2.

VESPASIANI IMP. 10.

I. Consules.

AD num. I. Coss. L. Ceionius Commodus, & D. Novius Priscus, ut ostendit Card. Norisius in Epist. Consul. Prior fuit avus L. Ceionii Commodi, quem Hadrianus adoptavit, & Cæsarem dixit.

II. Decennalia Titi Casaris.

Titus Imperii Cæsarei Decennalia dedit, quorum varia extant indicia. Mediobarbus Titi Nummi exhibet, in quo legitur: T. CÆSAR IMP. VESPASIANUS. In postica, COS. VI. Cernitur bos & vacca cum aratro, quod deducit coloniam signum; annis enim hujusmodi solenniis addictis coloniae de more instituta. Præterea Mediobarbus alium Titi Nummi producit in postica inscriptum: IMP. XIII. COS. VI. Videntur quadrigæ triumphales, ad renovandam nempe triumpho Judaici memoriam. Denique varia Numismata Titi recitat, in quorum postica parte habetur: JUDÆA CAPTA S. C. In Decennialibus enim & id genus festis victoriae antea relatæ memorari solita. Certe in Titi Nummis cussis anno octogesimo, quo Proconsularis Imperii Decennalia edidit, legitur etiam, JUDÆA CAPTA, ut videre est apud Mediobarbum, quæ verba, in aliis Titi Nummis, præterquam in utriusque Decennialibus percussis, non exprimentur. Immo in Nummo Vespasiani octavo ejus Consulatu signato legitur etiam, JUDÆA CAPTA, quia æquum non videbatur, ut Vespasians, qui cum Tito triumphaverat, eodem tunc titulo non exornaretur. Ultimum porro Imperatorum Consulatum de more in Nummis expressum, etiam,

[1] Coss. L. Ceionius Commodus, & D. Novius Priscus. Tabula fratrum Arualium apud Fabretium pag. 442. num. 49. negligentiam Sponii qui eam excipserat, & ediderat in Miscellan. pag. 5. supplementem: L. CEONIO. COMMODO. D. NOVIO. PRISCO. COS. III. NON. JAN. Nunc exstat hæc tabula in ædibus Capitolinis. Fasti Idatiani hos consules omittunt. Prosperi Chronicon, mendose ante consulatum Vespasiani octavum; Commodus & Ruso: (errore quadratarum) pro Prisco, Fasti Vindebonenses: Commodus & Prisco.

des vacaverit, a die sequenti obitus præcedentis, annos ejus qui subrogatus est, cogimur numerare. Sicque recententes Lini annos a die post martyrium Petri, deducentesque annos usque ad diem qua anniversaria ejus commemoratio in Ecclesia antiquitus fieri consuevit; non tantum annos, sed & menses & dies hac ratione tutius putamus esse ponendos: cum præsertim diversa diversis scribantur, nec quicquam certi habeatur, quod omni ex parte subsistat. Hac igitur ratione habita annorum, non tantum Lini, sed & Cleri ejus successoris, & Clementis, qui tertio loco post Petrum successit, hoc potissimum anno Lini obitum, & Cleri ingressum ponere, fatius visum est.

Certe sub Vespasiano potius quam sub Tito

postquam eo functi essent, omnibus notum.

Sandus Linus Papa, non hoc anno, ut Baronius existimavit, sed anno Christi sexagesimo septimo ad celestem patriam migravit, ut liquet ex Chronico Damasi, in quo dicitur: Linus annis duodecim, mensibus quatuor, diebus decem. Fuit temporibus Neronis, a Consulatu Saturnini, & Scipionis, usque Capitone, & Ruso, qui anno Christi sexagesimo septimo Fastis nomen dedere: sed legendum cum auctori Chronico veterum Pontificum, Linus annis XI. Neque enim ab anno Christi LVI. ad LXVII. anni duodecim & aliquot menses fluxerunt. Ex quibus apparet, Linum Petri fuisse Vicarium, quod etiam a quibusdam Antiquis traditur. In auctori Chronico veterum Pontificum dicitur: Sepultus est juxta corpus B. Petri in Vaticano IX. Kalendas Octobris, die scilicet XXIII. Septembris, quo in Martyrologiis colitur. Sed non existimandum, Linum eo die ad superos transisse; cum dies, quibus in Martyrologiis veteres Pontifices coluntur, & in auctori Chronico veterum Pontificum dicuntur sepulti, ad aliquam eorum Translationem ut plurimum pertineant. Lino successit Clemens, ut testantur Tertullianus lib. de Præscriptione Hæreticorum cap. 32. & vetustus Auctor Constitutionum Apostolicarum. Immo Clementem ante annum Christi LXXI. Ecclesiam gubernasse, ex ipso met Clemente deduci videtur. Patet namque ex Epistola ad Corinthios missa nomine ejus, cui præerat, Ecclesiae, exaratam eam esse, stante Templo Hierosolymitano, ac durantibus ejus sacrificiis. Scripta itaque ante annum LXXI. quo Templum eversum. Hinc constat, inquit Isaacus Vossius in Epistola II. ad Andream Rivetum scripta, & a Pearsonio in sine Vindicarum Epistolarum Sancti Ignatii relata, quantum erraverit Eusebius, qui initium Episcopatus Clementis contulit ad annum Christi XCIII. & quam recte in Chronico Damasi statuat anno Christi LXVII. Eusebium tamen secutus est Baronius, a quo nobis hæc in parte discendum putamus.

II.

III. Obitus S. Lini Papæ.

Titi mansuetudo.

(a) Suetonius in Tito c. 9.

(b) Dio in Tito.

(c) Suetonius in Vespasiano c. 15.

III. (d) Dio in Vespasiano.

Tito Linum consummasse martyrium, ea etiam ratione persuademur, quod de eodem Tito scribat Suetonius (a), ea fuisse humanitate præditum, ut etiam a sonitum supplicio abhorruerit, eaque ex causa Pontifex maximus creari voluerit, ut se a sanguine temperaret. Sunt enim hæc Suetonii verba: Pontificatum Maximum, ideo se professus accipere, ut puras servaret manus, fidem præstitit: nec auctor posthac cujusquam necis, nec conscius, quamvis interdum ulciscendi causa non deesset; sed periturum se potius quam perditurum adjurans. Duos patricii generis convictos in affectatione Imperii, nihil amplius, quam ut desisterent, monuit; dicens, Principes faveo dari: si quid præterea desiderarent, promittens se tributurum. Hæc & alia Suetonius. Sed & Dio hæc de Tito (b): Non modo Senatorem, quamdiu principatum tenuit, nullum interficere jussit, sed nec alius quisquam sub ejus Imperio morte affectus est. De crimine impietatis nunquam cognovit, nec permisit aliis ut cognoscerent. Sed quid hoc, nisi eum Christianos jure suo quiete agere voluisse, ac proinde nullum sub ejus Imperio ea de causa morte multatum esse? Non sic sub Vespasiano: nam est non aliorum, saltem delinquentium punita sunt crimina; innocentium vero nemo ductus, ipso sciente: nam & hæc de eodem scribit Suetonius (c): Non temere quis punitus insens reperitur, nisi absente eo, & ignaro, aut certe invito, atque decepto. Ceterum Christiani rei violatæ religionis in crimen adducebantur, acetiam puniebantur.

Sed est (quod scribit (d) Dio) philosophi libere nimium obloquentes, ab eo ex Urbe exacti sunt, & ex illis unus ea de causa securi subjectus est, alius vero

virgis publice cæsus: haud putamus absque poena illos esse dimissos, qui deos Gentium dicerent non nisi malos demones esse, omnemque simul Urbis idolorum superstitionem esse submovendam, veritate Evangelica testarentur. Quamobrem ea de causa non Linus tantum, sed & alii sub Vespasiano martyrium subisse narrantur, ut Apollinaris Ravennæ Episcopus, de quo supra mentio facta est, & Leontius (e), Hypatius, Theodolus milites, & si qui alii, ob eam nimirum causam supplicio affecti, quod in deos esse impii visi sint. Errorem vero, qui ex appositis Consulibus irrepit in librum qui nomine Damasi vulgatur a multis, de Romanis Pontificibus, quo Lini martyrium accidisse ponitur sub Consulatu Saturnini & Scipionis, superius cum egimus de ingressu Lini, refellimus.

(e) Metaphrasi. die 19. Junii.

De ejus Pontificatu, cujus exordia in miserima tempora inciderunt, cum bellis civilibus Urbs & Orbis conflagrare viderentur, nulla prorsus alia videtur memoria esse relicta, acerrimis persecutionibus Ecclesia devastata, præter pauca illa quæ in eodem commentario descripta ponuntur in hæc verba, post factam de martyrio mentionem: Item ex præcepto B. Petri constituit, ut mulier velata capite in ecclesiam introiret. Hic fecit ordinationes duas, Episcopos quindecim, presbyteros decem & octo: qui sepultus est juxta corpus B. Petri in Vaticano, nono Kal. Octobr. Hæc ibi. Scripta fuisse a Lino (f) fertur historia de altercatione Petri cum Simone mago, sed non extat. Acta vero passionis Petri & Pauli, quæ itidem Lini nomine inscripta habentur, multis esse referta erroribus, superius est demonstratum. Post Linum subrogatus est Cletus Romanus, Patre Æmiliano, ex Vico Patricii.

IV.

(f) Tristemi. de vir. illustr. & Sixtus Senensis. Cletus successit Lino.

I.

(g) Suetonius in Tito c. 6.

Obitus Vespasiani, & anni ejus Imperii.

(h) Suetonius in Vespasiano c. 8.

Sequenti anno Domini octuagesimo primo Vespasianus nonum & Titus septimum Consulatum adierunt; tamen vera hic sextus habeatur Titi ordinarius Consulatus: nam licet ex Suetonio (g) constet eum una cum patre septem Consulatus gessisse, unus ex his tamen suffectus habetur, quo (ut ex ejusdem auctoris sententia dictum est) fratri Domitiano cessit ordinarius Consulatus: sicut pariter octavus (h) hic censetur Consulatus ordinarius Vespasiani. Sed & nonus hic est Vespasiani, si anno septuagesimo quinto (ut factum est) loco Consulatus Domitiani ponatur Consulatus quartus

Vespasiani, ut diximus ex Dione, exque publico monumento dedicationis templi Pacis, ejus sexto Consulatu signata. Hoc igitur anno idem Vespasianus Augustus annum agens ætatis sexagesimum nonum, mensem unum, & diem septimum, octavo Kalend. Julii, ex hac vita morbo sublatus est, cum imperasset annos decem minus sex diebus, ducendo annorum numerum ab ea die, qua in Ægypto a militibus primum Imperator acclamatus, est auspiciatus Imperium, nimirum a Kal. Julii, Galba & T. Vinio Rufino Coss. is enim dies (ut idem Suetonius (i) ait) ut initium ac velut natalis dies Imperii fuit

(i) Suetonius in Vespasiano c. 6.

CHRISTI
81.

CLETI
I.

TITI IMP.
I.

fuit in posterum observatus. Cur autem alii alium ejusdem Imperii ponant annorum numerum; inde evenit, quod exordium suscepti ab eo Imperii alii aliam inierunt rationem, ut satis superius dictum est.

II. Defuncto itaque Vespasiano, Titus filius ejus statim capeffit Imperium, quod tenuit annos duos (a), menses duos, & dies viginti; de quo quidem hæc Dio (b): Titus ex quo tempore principatum solus obtinuit, nec cedes fecit, nec amoribus inferiuit, sed comis, quamvis infideliis pepereretur, & continens, Berenice in urbem reversa, fuit: adeo mores statim mutavit. Neque vero tacebo quod scribit de eo Suetonius: adeo enim ait fuisse animo in omnes beneficentissimo, ut non permitteret quempiam a se minus voti compotem factum tristem abire: Et aliquando, inquit, recordatus super cenam quod nihil cuiquam toto die præstitisset, memorabilem illam meritoque laudatam vocem edidit: Amici, diem perdididi. Quam quidem sententiam hic volumus recitalse, quod eam sanctus Hieronymus vehementer admiratus, in suis in epistolam (c) Pauli ad Galatas commentariis hæc dicat: Breve est vitæ istius curriculum: Hoc ipsum quod loquor, quod dico, quod scribo, quod emendo, quod relego, de tempore meo mihi aut crescit, aut deperit. Titus filius Vespasiani, qui in ultionem Dominici Sanguinis subversis Hierosolymis, Romam vi-

(c) Hier. in ep. ad Galat. c. 6.

ANNO PERIODI GRÆCO - ROMANÆ 5572.

⊙ 4. C. D. 4. P. 4. April. Indiæ. 7.

JESU CHRISTI 79. secundum Baronium 81.

CLETI PAPÆ 3.

TITI IMP. 1.

I. [1] AD num. I. Coff. Vespasianus Aug. IX. & Titus Caesar VII. Vespasianus juxta II. Consulatum Cæsareorum regulam: Decennalia enim dedisset, nisi morte præventus esset; Titus juxta tertiam, ut nempe patris Collega esset.

SÆC. I. Anno Urbis 832. Olymp. 214. an. 3. An. C. 79.

[1] Coff. Vespasianus Aug. IX. & Titus Caesar VII. Columna miliaria apud Fabretum pag. 414. n. 364. IMP. TITUS. CAESAR VESPASIANUS. PONTIFEX. MAXIMUS TRIBUNIC. POTEST. IX. IMP. XIV. COS. VII. DESIGNATUS. VIII. CENSOR. Gruter. pag. CLXXIX. 6. IMP. T. CAESAR. VESP. AUG. P. M. TR. P. II. COS. VII. P. P. pag. CXLIII. 8. IMP. CAES. VESPASIANO. AUG. PONT. MAX. TR. POT. X. IMP. XX. P. P. COS. IX. ET IMP. VESPASIANO. CAESARI. AUG. P. PONT. TR. POT. VIII. IMP. XIV. COS. VII. pag. CLXIV. 1. IMP. CAESAR. VESPASIANUS. AUG. PONT. MAX. TRIB. POT. VIII. IMP. XX. COS. IX. Item de Tito, pag. CLXXVII. 1. IMP. TITUS CAESAR DIVI F. VESPASIANUS. AUG. PONTIF. MAX. TRIBUNICIAE POTESTAT. IX. IMP. XV. CENS. COS. VII. DESIG. VIII. Hic Titus, Divi filius dicitur, quia hoc anno die XXIV. Junii Vespasianus pater obierat. Item pag. CLX. XXIII. 3. in fistula plumbea T. VESPAS. AUG. VII. FLAV. DOMIT. VI. COS. Hinc patet Domitianum post mortem patris, hoc anno consulem fuisse. Suetonius in vita Vespasiani Cap. XXIV. Consulatu suo nono tentatus est in Campania motuunculis levibus &c. Mox: Dumque conjurgit, ac nititur, in manus sublevantium extinetur est VIII. Kal. Jul. Et in Tito Cap. VI. Eidem (Vespasiano) collega & in Tribunicia potestate, & in septem consulatibus (Titus) fuit. Fasti Idatiani: Vespasiano IX. & Tito VII. Prosperi Chronicon: Vespasiano IX. & Tito VIII. Fasti Vindebonenses: Vespasiano IX. & Tito VII.

etor ingressus est, tanta dicitur fuisse bonitatis, ut, cum quadam nocte sero recorderetur in cæna quod nihil boni die illa fecisset, dixerit amicis: Hodie diem perdididi. Nos putamus non perire nobis horam, diem, momenta, tempus, ætates, cum otiosum verbum loquimur, pro quo redituri sumus rationem in die Judicii? Quod si hoc ille sine lege, sine Evangelio, sine Salvatoris & Apostolorum doctrina naturaliter & dixit, & fecit; quid nos oportet facere? Hæc ipse.

At vero nec præterisse volumus quod hoc anno accidit immensum veluti mox casuri mundi prodigium: nimirum cum facta est admiranda illa ex monte Vesuvio flammæ eruptio quæ a Suetonio (d) summam scribitur, sed a Dione (e) fusius enarratur. Accidisse enim ait vehementem illam Vesuvii eruptionem hoc ipso primo anno Titi Imperii sub tempus autumnum: Plinius (f) Junior cœpisse ait Kalendis Novembris, hora septima. At quoniam prodigii loco res est habita, quæ & imaginem quamdam præferret diei novissimæ, eandem recensere, haud inutile arbitramur; sic enim ait: Eo tempore magnus numerus hominum inustata magnitudine, quales gigantes finguntur in eodem monte, regioneque finitima, ac proximis civitatibus interdiu noctaque vagari, versarique in aere visus est. Post hæc consecuta est maxima siccitas, ac re-

De monstro eruptione flammæ ex Vesuvio. (d) Suet. in Tito c. 8. (e) Plin. ep. ad Tacit. (f) Dio in Tito.

Vespasianus die XXIV. Junii extinctus est, ut docet Suetonius in Vespasiano. Regnavit annos X. sex diebus exceptis, inquit Dio, qui a Kalendis Julii anni Christi LXIX. initium ejus repetit. Eusebius in Chronico, Cassiodorus, Clemens Alexandrinus, & Theophilus Antiochenus, qui Imperium ejus a V. Nonas Julii, seu a die III. ejusdem mensis, exordiantur, tradunt, eum imperasse annos IX. menses XI. dies XXII. Ex quo manifestum fit, locum Suetonii a nobis allatum anno LXIX. num. VII. ubi dicitur, Judaicum exercitum V. Idus Julii apud Vespasianum jurasse, mendosum esse, aut Suetonium errasse, ac legendum, V. Nonas Julii, ut recte Tacitus ibidem laudatus. Vespasiano Titus filius successit.

II. Obiit Vespasiani.

CHRISTI
81.

CLETI
I.

TITI IMP.
I.

pente ita graves terramotus facti, ut ea omnis planities fervida esset, & culmina montium subsiderent. Ad hæc sonitus subterranei, tamquam tonitrua, & super terram mugitibus similes extiterunt. Deinde mare simul fremere, omne cælum resonare; ingensque & repentinus fragor, quasi montes simul conciderent, exaudiri. Tum exilire primum immensi lapides & ad summos vertices pervenere: deinde magna copia ignis fumique, ita ut omnem aerem obscuraret, occultaretque Solem, non aliter quam si defecisset.

IV. Imago ultimi calus mundi. Igitur nox ex die, & tenebræ ex luce factæ erant; putantibus nonnullis, gigantes seditionem inter se facere, quod multe imagines eorum in fumo conspiceretur quodque clangor tubarum audiretur. Alii existimabant, aut mundum in chaos redigi, aut igne consumi: ob eamque causam properabant alii ex adibus in vias, alii de viis in ades confugere, atque e mari in continentem, & e continentem in mare se recipere: alii turbari, & qua nondum venerant, existimare tutiora rebus præsentibus. Tanta vero erat copia cineris, ut terram mareque atque adeo ipsum aerem completeret: quæ res multa damna, ut cuique fors tulit, importavit non solum hominibus, prædisque ac pecoribus, sed etiam pisces volucresque omnes peremit; duasque urbes, Herculæum & Pompeios, populo sedente in theatro, penitus obruit. Postremo tantus fuit cinis, ut inde pervenerit in Africam Syriam, & Ægyptum, introieritque Romam ejusque aerem compleverit, & Solem obscuraverit. Id Romæ accidit paucis diebus, cum omnes ignorarent id quod factum erat in Campania, nec quid esset, conjectura assequi possent. Itaque etiam si putare cœperunt omnia sursum deorsum ferri, Solemque in terram cadere, aut terram in cælum conscendere. Quamquam autem hic cinis non attulit statim gravia incommoda populo Romano, tamen postea morbum pestilentem & gravem immisit. Hucusque Dio.

V. Hæc autem & alia id genus a Deo viva exempla data esse hominibus ignis æterni quo peccantes in inferis punirentur, Tertullianus (a) in primis declarat his verbis: Noverunt & Philosophi diversitatem arcani & publici ignis: ita longe alius est qui usu humano, alius qui iudicio Dei apparet, sive de cælo fulmina stringens, sive de terra per vertices montium eructans. Non enim absunt quod exurit, sed dum erogat, reparat: adeo manent montes semper ardentis, & qui de cælo tangitur salvus est, ut nullo jam igni decinerescat. Et erit testimonium ignis æterni, hoc exemplum jugis iudicii penam nutrientis. Montes uruntur, & durant: quid nocentes & Dei hostes? Hæc

(a) Tert. in Apolog. c. 48. Cur peccatores iudicio Dei apparet, sive de cælo fulmina stringens, sive de terra per vertices montium eructans. Non enim absunt quod exurit, sed dum erogat, reparat: adeo manent montes semper ardentis, & qui de cælo tangitur salvus est, ut nullo jam igni decinerescat. Et erit testimonium ignis æterni, hoc exemplum jugis iudicii penam nutrientis. Montes uruntur, & durant: quid nocentes & Dei hostes? Hæc

Tertullianus. Sed enim Minutius Felix in Octavio, dum de gehennæ ignis incendio, ab his ipsis etiam mutuatus exemplum, verba facit, hæc habet: Illic sapiens ignis membra urit, & reficit, carpit, & nutrit: sicut ignes fulminum corpora tangunt: & absumunt: sicut ignes Ætnæ, & Vesuvii montis, & ardentium ubique terrarum, flagrant, nec erogantur: ita panale illud incendium non damnis ardentium pascitur, sed inexesa corporum laceratione nutriitur. Et Pacianus (b): Si de cruciatu exomologestis retractatis, gehennam recordemini, quam vobis exomologestis extinguet; vim ejus & de presentibus æstimate, cujus fumariola quadam maximos montes subterraneis ignibus decoquant, æstuat indefessis flammæ globis Ætna, & Lisaniculus, & Vesuvius Campanus: & quo nobis iudicii perpetuitatem probent, dissiliunt, devorantur, nec ullis tamen sæculis finiuntur. Hæc ipse. Quamobrem ejusmodi terræ fauces, ex quibus jugiter ignis exhalare solet, veluti quædam inferni portæ, per quas delinquentium animæ inferrentur, apposite in visu monstratæ sunt sanctis viris, ut de anima Theodorici Ariani Regis Gothorum Gregorius (c) tradit.

VI. Sed quod ad ea quæ dicta sunt spectat: illud Dionis elucidandum est, dum ait, hisce tam insolitis visis prodigiis, complures existimasse mundum in chaos redigi, aut igne consumi. Id enim non aliunde in eorum mentem venisse potuit, quam quod vulgatum erat ex carminibus Sibyllinis, mundum incendio periturum. Recitantur autem a Lactantio (d) ejusmodi oracula in hæc verba.

Kai toti tō dōxō tō dōxō dē dē tēi pōdōnta, A' d' ēē dōxō dōnta, xē ēē dōxō dōnta, tē tō dōxō A' d' ēē dōxō dōnta dōxō ēē dōxō dōnta: hoc est.

Et tunc Deus iram non amplius placantem, sed aggravantem & perdentem genus humanum, & totum id incendio depopulantem. At hæc quidem haud recondita erant in penetralibus sacrarum ædium, ut paucis cognita essent; sed omnibus nota utpote a poetis publice decantata: nam idem Lactantius hæc ea de re Nafonis carmina recitat:

Esse quoque in fatis reminiscitur affore tempus, Quo mare, quo tellus, correptaque regia celi Ardeat, & mundi moles operosa laboret.

VII. Ad hæc etiam quæ apud Cumas his diebus acciderunt, referenda esse Sibyllæ vaticinia existimavit etiam Plutarchus (e), qui post illa recensita hæc addit: Hæc vero, quæ recens apud Cumas & Discearum acciderunt, nonne pridem decantata oracula.

(b) Pacian. de penit. & conf.

(c) Greg. Dialog. lib. 4. c. 30.

De casu mundi opinio vulgata apud Gentiles.

(d) Lactant. de ira Dei, c. 23.

(e) Plut. de Pythia

CHRISTI
81.

CLETI
1.

TITI IMP.
1.

in carminibus tempus veluti debent persol-
vit? eruptionem, inquam, montani ignis,
fervorem maris, saxorum & massarum fla-
grantium venti vi ejectionem, tot tan-
tarumque simul urbium interitum, ut ho-
die qui ad ea loca accedunt, non possint
cernere ubinam condita fuerint. Hæc Plu-
tarchus, qui his temporibus Romæ cla-
rebat inter eruditos. Eiusdem plane argu-

menti Sibyllina illa quoque erant carmi-
na, quæ dicebantur A 20517 d, quorum
meminit Cicero (a), & quæ recitavit
Constantinus (b) in confesſu Patrum. Sed
quid sequenti anno Romæ acciderit, non
minori existimamus esse admiratione di-
gnum, quam quæ ab eodem Dione con-
scripta, & ab aliis confirmata, hic inte-
ximus.

(a) Cic. de
divin.
(b) Apud
Euseb. in
orac. Con-
stant. ad
S. catum.
c. 11.

JESU CHRISTI
ANNUS
82.

CLETI
ANNUS
2.

TITI IMP.
ANNUS
2.

I. Anno Christi octagesimo secundo,
Tito Augusto octavum & Domitia-
no Cæsare septimum Coss. Roma incen-
dio divinitus immisso, tribus diebus, to-
tidemque noctibus magna ex parte con-
flagravit: qua quidem inflammatione qua-
lis quantaque fuerit facta jactura ædium
privatarum, ex publicis, quæ sunt ex-
usta facile potest intelligi: hæc enim ait
(c) Dio: Anno sequenti, Tito ad visen-
dam calamitatem Campaniæ profecto, mul-
ta Roma confagravit: quod incendium
tamen non extiterat ex terra. Nam Se-
rapium, Septia, Isium, templum Neptuni,
balnea Agrippæ, Pantheon, Diribito-
rium, theatrum Galbæ, scena Pompeji,
Octaviana aedificia unacum libris, templum
Jovis Capitolini cum proximis templis,
igni consumpta sunt. Ita id malum divi-
num potius quam humanum fuit. Licet
enim ex his quæ commemoravi, cetera quæ
eo incendio perierunt, conficere. Hucus-
que Dio. Meminit ejusdem quoque in-
cendii Suetonius (d) perdurasque ait
per triduum.

Incendium
urbis.
(c) Dio in
dam calamitatem
Campaniæ profecto,
multa Roma
confagravit.

(d) Sueton.
in Caio, c.
31.

II. At quis hæc attente agitans animo,
non obstupescat ad inscrutabilia Dei ju-
dicia, cum sub æquissimo Principe peste
& incendio intus forisque Urbs & fini-
timæ regiones adeo fuerint afflictatæ; si
mente repetens, illud quoque consideret,
temporibus scelestissimi omnium Imperato-
ris, nimirum Caji Caligulæ, omnibus bo-
nis, licet invito Principe, Romanam a-
bundasse Republicam? Nam de illis tem-
poribus hæc Suetonius (e): Conqueri pa-
lam Caius de conditione temporum suorum
solebat, quod nullis calamitatibus pu-
blicis insignirentur: Augusti principatum
clade Variana, Tiberii ruina spectaculo-
rum apud Fidenas, memorialem factum.
Atque identidem exercituum cædes, famem,
pestilentiam, incendia, hiatum aliquando
terræ optabat. Hæc de Caio Suetonius.
Sed cur tam contrariæ vices in Principi-
bus contrariis plane moribus imbutis, il-
lius solum est nosse, qui (quod est in
Psalmo) terribilis est in consiliis super
filios hominum.

(e) Sueton.
in Caio, c.
31.

Verum enimvero hæc omnia ad profet-
tum Evangelii provenisse, intelligere
facile possumus, eaque bene usos esse
occasione Fideles, qui (ut sæpius dictum
est) prope adventum Domini affuturum
existimabant, & prædicabant: nam Hie-
rosolymis jam excisis, impletisque de
iisdem quæ Dominus prædixisset, reliqua
etiam quæ de futuro suo ipsius adventu
signa adjunxerat, jam impleri putabant.
Rursus etiam Gentiles his perterritos ma-
lis, & Sibyllinis oraculis mundi per ignem
interitum prædicentibus monitos, id ipsum
jam imminere existimasse: cumque in-
eamdem sententiam multa etiam a Chri-
stianis afferrentur, non tantum non con-
tempnisset, sed pronis eos auribus acce-
pisset, ac subinde non prætermisisset quæ
ab illis salubria afferrentur consilia,
est opinandum; sicut & alias vidimus
Constantinopoli accidisse; cum immi-
nente nube ignea desuper, multa mil-
lia hominum ad ecclesiam, ut baptismo
iniuriarentur, confugerunt: quod cum al-
lii, tum etiam Joannes Chrysostomus
(f) scribit. Sed de his loco. Confue-
visse namque Christianos de extremo mun-
di casu cum Gentilibus verba miscere,
monere videtur illud Senecæ (g) ad Poly-
bium: Mundo, inquit, quidam minantur
interitum: & hoc universum, quod omnia
divina humanaque complectitur (si fas
putas credere) dies aliquis dissipabit, &
in confusionem veterem tenebrasque de-
merget. At hæc non tantum Christiani
ex divinæ Scripturæ oraculis, sed ex car-
minibus etiam Sibyllinis (ut diximus) in-
ferebant, quibus & aliqui sapientes essent
adstipulati.

III.
Christiani
bene usi
opportu-
nitatē.

(f) Chryf-
in ad. ho.
46.

(g) Senec.
de consolat.
ad Polyb.

Certe quidem naturali quodam instin-
tu docentur homines, ut cum aliqua neces-
sitate premuntur, quantumlibet Gentili-
tæ superstitionis cultores sint, nihilomi-
nus eo tempore parentes primis illis na-
turalibus impulsionibus animi, non deos,
sed Deum protinus invocent. Unde La-
ctantius (h): At, inquit, si qua necessitas
gravis presserit, tunc Deum recordan-
tur: si belli terror infremuerit, si mor-
borum

IV.
Natura
docet ve-
ram reli-
gionem.

(h) Lactant.
l. 2. c. 1.

CHRISTI
82.

CLETI
2.

TITI IMP.
2.

horum pestifera vis incubuerit, si alimenta
frugibus longa siccitas denegaverit, si sæ-
va tempestas, si grando ingruerit; ad
Deum confugiunt, a Deo petitur auxilium
Deus ut subveniat oratur. Si quis in ma-
ri vento saviente jactatur, hunc invo-
cat: si quis aliqua vi afflictor, hunc
protinus implorat: si quis ad extremam
mendicandi necessitatem deductus, victum
precibus exposcit, non solum obtestatur;
sed per ejusdem divinum atque unicum
numen, hominum sibi misericordiam qua-
rit. Numquam igitur Dei meminerunt, nisi
dum in malis sunt; postquam vero deseruit,
& pericula recesserunt; tum vero ad deo-
rum templa concurrunt, his libant, his sa-
crificant, hos coronant: Deo autem, quem
in ipsa necessitate imploraverunt, ne verbo
Ann. Eccl. Tom. I.

quidem gratias agunt. Hæc ipse: qui &
superius multis demonstrat, cogente (ut
ait) natura, etiam ab invitis peccatoribus
erumpere veritatem, quod & Tertullia-
nus in libro quem scripsit de testimonio
animi adversus idola, & in Apologetico
(a) pluribus demonstravit, & post eum.
Minutius Felix (b), & alii. At de his
hactenus. In tanta autem rerum Eccle-
siasticarum solitudine, magnarum rerum
breves tantum lineas, easdemque perte-
nues, ducere potius, quam præsentis tem-
poris Ecclesiæ statum coloribus repræsen-
tare, conceditur. Nam (quod sæpius di-
ximus) sic comparati sumus, ut jejunio-
rem interdum lectorem potius abire fina-
mus, quam ea ingerere, quæ certæ pro-
batæque veritati assueri non recipiant.
V V V V Hic

(a) Tert.
Apolog. c.
27.
(b) Minut.
Felix in
Oliv.

SÆC. I. ANNO PERIODI GRÆCO - ROMANÆ 5573.
Anno Ur-
bis 833.
Olymp.
214. an. 4.
An. C. 80.
O 5. BA. 5. P. 26. Mart. Indict. 8.
JESU CHRISTI 80. secundum Baronium 82.
CLETI PAPÆ 4.
TITI IMP. 2.

I. [1] A D num. I. Coss. Titus Aug. VIII. & Do-
mitianus Cæsar VII.
II. Titus juxta primam regulam, ob initium
nempe Imperii ejus Augusti, ac juxta tertiam;
Imperii enim ejus Proconsularis Decennalia in
hunc annum incidunt. Domitianus juxta tertiam,
ut nempe fratris Collega esset. In quibusdam

[1] Coss. Titus Aug. VIII. & Domitianus Cæsar VII. Gruterus pag. CLV. 3. IMP. TITUS. CAES.
VESP. AUG. PON. M. TR. P. V. mendum cubat, & legendum VIII. COS. VIII. P. P.
nam pag. CLXXXI. 10. habetur TR. P. VIII. COS. VIII. Item pag. CCLXIV. 5. 6. In tabula.
Fratrum Arualium edita a Philippo a Turre Episcopo Adriensi in Monumentis veteris Antii
pag. 387. vota nuncupata III. Nonas Januarii A. D. 81. leguntur pro salute IMP. TITI. CAE-
SARIS. DIVI. F. VESPASIANI. AUG. PONT. MAX. TRIBUNIC. POTEST. COS. VIII. ET CAESARIS.
DIVI. F. DOMITIANI. COS. VII. Utriusque consulatus, quem A. D. 80. tam Titus,
quam Domitianus una gesserant, designatur. Græca inscriptio Smyrnæ reperta, cujus fragmen-
tum Norisius vulgavit in epistola consulari pag. 55. deinde integra edita a Sponio in Miscel-
lan. pag. 353. exhibet consules Titum Augustum VIII. & Domitianum Divi Vespasiani Augusti filium
VII. De his consulibus ex eadem inscriptione Idem Norisius in Epochis Syro-Maced. Dissert. I.
cap. II. pag. 22. In parte hujus anni postrema, ni me mea conjectura fallit, consules suffecti
fuerunt M. Tullius Frugi & T. Vinicius Julianus, quod eorum nomina in eadem Tabula Fratrum
Arualium prænotata sunt, & quidem VII. Idus Decembris, qua die vota nuncupata sunt a Tito
Imp. ad restitutionem & dedicationem Capitolii, de qua mox. Existat nunc hæc tabula in ædi-
bus Capitolinis.
Hoc anno VII. Idus Decembris facta est nova restitutio & dedicatio Capitolii ab Imperatore Ti-
to, quod patet ex tabula Fratrum Arualium edita inter Monumenta veteris Antii a Philippo a
Turre Antistite Adriensi, pag. 387. ubi legitur: M. TULLIO. FRUGI. T. VINICIO JULIANO
COS. VII. IDUS DECEMBER. IN CAPITOLIO IN AEDEM. OPIS. SACERDOTES CONVENERUNT.
AD. VOTA. NUNCUPANDA. AD RESTITUTIONEM. ET DEDICATIONEM CAPITOLI. AB IMP. T.
CAESARE VESPASIANO. AUG. Eruditissimus Antistes pag. 95. & 96. censet, hæc facta esse
post Vespasiani mortem, quum solus Titus imperaret. Præterea quum in ea tabula legantur
vota nuncupata pro salute Imperatoris Titus, L. Flavio Silva Nonio Basso, & Asinio Pollione
Vernuvoso Coss. III. Non. Jan. ideo putat, nuncupationem votorum pro restitutione Capitolii fa-
ctam esse VII. Idus Decembris A. D. 80. & vota pro salute ejus initio anni 81. quo Idibus Se-
ptembris obiit. Domitianus porro, post fratris obitum Capitolium a fratre inchoatum perfecit
atque dedicavit. Qua de re Suetonius in Domitiano cap. V. Plurima & amplissima opera incen-
dio absumpta restituit: in quibus, & Capitolium, quod rursus arserat: sed omnia sub titulo tan-
tum suo, ac sine ulla pristini auctoris memoria. Huc alludit Martialis dum dicit:
Pro Capitolinis quid enim tibi solvere templis &c. Capitolium statim post Vespasiani excessum
confлагasse testis est Plutarchus in vita Publicolæ.

Nummis Titii octavo ejus Consulatu insignitis a-
pud Mediobarbum legitur, JUDÆA CAPTA,
quia, ut jam dixi, præcedentium annorum vi-
diorie annis Decennialibus additis de more ex-
pressæ. Immo arcus triumphalis hoc anno Ro-
mæ erectus ad radices Palatini adhuc visitur cum
Inscriptione, in qua Titus dicitur gentem Judæo-
rum delevisse. Refert eam integram Baronius.
Sic in Decennialibus Constantini Magni anno
CCCXVI. editis constructus triumphalis arcus a
Senatu ob Maxentium quadriennio antea debel-
latum, ut videre est apud Baronium. Sunt qui
existimant, Inscriptionem, qua in arcu Titii le-
gitur, fictitiam esse: sed decima Tribunitia Po-
testas Titii, eiusque Decennalia, eidem plurimum
favent; cum antea nullus adverterit, arcus tri-
umphales in Decennialibus Imperatoribus positos.

Baron. an.
73. num.
II.

Baron. an.
312. num.
LX.

JESU CHRISTI ANNUS 83.

CLETI ANNUS 3.

TITI IMP. ANNUS 3.

I. Hic qui sequitur Christi annus octuagesimustertius, Flavium & Pollionem (ut habet Dio a) habuit Coss...

genio ferox & vaser: quem nec multis officiis Titus clementissimus valuit demereri, Verum ipso principatus initio ipsum ab omni caede abstinuisse, idem tradit (c) Suetonius...

II. Successit in locum ejus Domitianus ipsius germanus, homo natura sevens, in-

SÆC. I. ANNO PERIODI GRÆCO - ROMANÆ 5574. Anno Urbis 834. Olymp. 215. ant. An. C.81. JESU CHRISTI 83. secundum Baronium 83. CLETI PAPÆ 5. DOMITIANI IMP. 1.

I. AD num. I. Coss. Sex. Annus Silvanus, & T. Verus Pollio, ut ostendit Card. Norisius in Epist. Consulari ex Inscriptione Gruteriana pag. 1040. II. Titus excessit Idibus Septembris, post biennium, ac menses duos, diesque viginti, quam successerat patri, altero & quadragesimo aetatis anno, inquit Suetonius in Tito cap. 11. Natus est

III. Off. Sex. Annus Silvanus, & T. Verus Pollio. Corrupte a Pagio hæc nomina consulum esferuntur; scribendum enim; L. Flavius Silva Nonius Bassus, & Asinius Pollio Verrucosus. In tabula fratrum Arualium, de qua nos in consulibus anni superioris, legitur pag. 387. L. FLAVIO. SILVA. NONIO BASSO. ASINIO POLLIONE VERRUCOSO. COS. III. NON. JAN. & pag. 386. L. FLAVIO SILVA. NONIO. BASSO. ASINIO. POLLIONE VERRUCOSO COS. XVIII. K. FEBR. Vetus inscriptio eruta A. D. 1720. ante portam Lagenam prope Arcum Claudii, & edita a V. C. Francisco Blanchino in notis ad tom. II. Anastasii Bibliothecarii pag. 122. L. FLAVIO. SILVANO. POLLIONE VERRUCOSO COS. Male exscriptum SILVANO pro SILVA. Nonne Silva Nonio. In hac inscriptione nonnulla horum consulum nomina non videntur, integra profert Tabula Fratrum Arualium, quare ex his emendandi sunt apud Pagium hujus anni consules. Norisius in epistola consulari pag. 50. hujus anni consules erui putat ex Gruteriana lapide pag. MXI. 1. ubi legitur KAL. NOVEMBERIS SEX. ANNIO. SILVANO. ET T. ANNIO VERO. POLLIONE. COS. At Philippus a Turre in Monumentis veteris Antii pag. 99. recte monet, postquam tabula Fratrum Arualium in lucem eductæ sunt, de veris horum consulum nominibus dubitari non posse, atque adeo, aut vitiosa esse exscriptoris incuria nomina in Gruteriana inscriptione, aut ad hujus anni consules non pertinere, aut ea ad suspectos & incerti ævi consules ableganda. Dio Xiphilini lib. LXVI. 757. Sed insequenti anno (nempe A. D. 81.) Flavio, & Pollione consulibus, dedicatis iis, qua supra dicta sunt (Titus) in iisdem aquis, in quibus pater obierat, mortuus est. In iisdem tabulis L. VEITIO PAULO. T. JUNIO. MONTANO. COS. ... K. MAIIS. qui successit hoc anno consules putantur ex K. Major. Successit item sunt in prima harum tabularum M. TILLUS FRUGI. T. VINICIUS. JULIANUS. VII. IDUS. DECEMBERIS, quod iis consulibus, in Capitolio in ædem opis Sacerdotes convenerunt ad vota nuncianda ob restitutionem Capitolii ab Imp. T. Casare Vespasiano Aug. Alii item in eadem tabula successit memorantur, scilicet L. AELIUS PLAUTIUS. LAMIA. & Q. PACTUM EJUS FRONTO. Hæc autem Capitolii restitutio inchoata est a Tito post patris Vespasiani mortem, nempe c. A. D. 80. Codicum Græcorum Dionis variam in Flavii nomine efferendo discrepantiam, vide apud eundem Philippum Adriensem Antistitem pag. 99, cui Flavio Silva idem esse videtur, ac is qui apud Josephum lib. VII. de bello Judaico cap. VIII. Baso sublati, Syriam rexit. Falli datiani; Galva, seu Silvano, & Pollione. Vindebonenses; Silva & Pollione. Silvano & Vero.

III. Kalend. Jan. insigni anno Caiana necesse, ait idem Suetonius. Quem natalem Titi diem etiam exhibet antiquum Kalendarium a Lambecio publicatum. Occisus autem Caius Caligula die. XXIV. Januarii anni Christi XLI. quo ideo Titus die XXX. Decembris in lucem prodit, Quare vixit annos quadraginta, menses octo, dies quindecim. Quod confirmat Dio lib. 66. quando ait Titum, antequam esset Imperator, annos XXXIX. menses V. dies XXV. vixisse, quæ verba Zonaras exscriptit. Erravit itaque Eusebius in Chronico, ubi dicit, Titum mortuum pridie Idus Septembris anno aetatis XLII. Nam licet vox alter a Suetonio usurpata, numeralibus junctis, sepius secundum significet, aliquando tamen pro primo usurpatur, ut vel hic Suetonii locus demonstrat. Quod si anni ejus a tempore, quo Collega-

Domitianus Imper. (c) Suet. in Domit. c. 9. (d) Dio in Domitiano. (e) Suet. in Domit. c. 7. (f) Idem c. 8.

CHRISTI ANNUS 83.

CLETI ANNUS 3.

TITI IMP. ANNUS 3.

rem lætica usum ademit, jusque capiendi legata & hereditates. Ad hæc spectant adulatoria illa, quæ his temporibus Martialis scribebat, ut illud (a) in primis: Lusus erat sacra connubia fallere tædæ, Lusus & immeritos executisse mares. Viraque tu prohibes, Cæsar populisque futuris Succurris, nasci quos sine fraude jubes. Nec spado jam, nec mæchus erit, te præside, quisquam: At prius, o mores! & spado mæchus erat. III. His igitur legibus editis, videri sane poterat Urbis mutata facies, & ex turpissima facta pudica. Nam metu Principis, quem noxent animo ferocissimum, complures continebant se ab alieno toro: unde idem ille, cum complura ab eo facta egregia prædicet, hoc tandem versu apponit coronidem: Ann. Eccl. Tom. I.

Plusque tibi debet Roma, pudica quod est. Sed cum hæc agerentur non amore virtutis, sed timore severæ legis; omnem fictam fuisse speciem illam pudicitiae, tradit Juvenalis, qui his vixit temporibus, & secunda satyra Urbis turpissimas effusæque libidines infectatur. Certe nec ipse legislator erat purus, quippe qui nepti Juliae (b) stuprum intulit, ac velut pro conjuge habuit, libidinofusque (ut ait Dio) non in mulieres tantum, sed & in pueros fuit. Sic igitur cum ipse moribus turpissimus esset, pudicitiae legum severissimum vindex erat, usque adeo ut de Vestalibus virginibus dirissimam habuerit quæstionem, in quas more majorum animadvertit, quem scribit Plutarchus in Numa, Livius (c), Dionysius (d) Halicarnassæus, & alii. Sed de his post duos sequentes annos agendum.

Imperii dictus, quove Tribunitiam Potestatem accepit, numerentur, cum Tribunitiam Potestatem XI. suscepisse ex Nummis constat. Sic in Nummo Græco apud Occonem pag. 166. legitur: Αὐτοκράτωρ Καίσαρος Οὐερμακίανος Σεβ. Κρατ. Νέου Ἰησοῦ κα. id est, Imperatoris Titi Casaris Vespasiani Augusti anno novo sacro XL. Quo ex Titi Nummo similibusve manifeste apparet, deceptos Viros eruditos, qui negant annos Tiberii, Titi, aliorumque Imperii Collegarum numeratos fuisse. Hæc porro epocha non nisi in Vespasiani, Titi, Domitiani & Nervæ Nummis occurrit. Primus, qui eam explicare tentavit, Erizzus fuit, qui eam a Hierosolymitani Templi constructione deductam credidit; cum tamen ultima Hierosolymitani Templi constructio, regnante Herode Ascalonita, antequam scilicet Vespasianus in lucem prodiret, facta fuerit. Hinc aliam hujus epochæ causam assignavit Seguinus V. C. eamque deduxit a Capitolio, sive a Jovis Capitolini templo a Vespasiano restaurato, de quo Tacitus, Suetonius, & ceteri, inscriptionemque Nummi Vespasiani ase prolata sic explicat, ἔργον νέου Ἰησοῦ κα. anno novi templi ὀκτώω. Firmataque propria sententia, Henricus Valesii profert opinionem, scilicet ea verba Græca interpretari debere: Anno novo sacro octavo, nempe Imperii Vespasiani, cujus anni sacri vocati, quod rem Romanam renovasset atque instaurasset. Valesianam opinionem, utpote probabilioram, Norisius Card. eruditissimus, in Epistola ad Tonardum Virum etiam doctissimum scripta, amplectitur, & his argumentis confirmat. Nisi enim hoc modo in Nummis Titi, Domitiani & Nervæ epocha hæc explicetur, impossibile est, Nummos inter se posse convenire; cum eorum Imperii annos non excedat, sed adamussim illdem respondeat, prout etiam respondet Domitiani argenteus Nummus, qui servatur in gaza Domini Joannis Dominici Theupoli, in quo Κίονος Δομντιανῶς Σεβασ. Καίσαρ Δομντιανῶς Αυγ. Νέου Ἰησοῦ Κρατ. Novi sacri nono, scilicet anno. Aquila unguibus fulmen tenens.

Vvvv z Chri- Si epocha hæc initium sumeret a Capitolio restaurato, annus, quo cufus est superior Nummus, caderet in annum Urbis DCCCXXXI. quo tempore Domitianus non erat Augustus. Hinc ad Valesianum epochæ caput accedendum, scilicet ad initium Imperii Domitiani anno Urbis DCCCXXXIV. ex quo producti anni noveno numero signati cadunt in annum Urbis DCCCXLIII. quo tempore Domitianus Augustus erat, & Tribunitiam Potestatem IX. inierat. Præterea, inquit Card. Norisius, templum Jovis Capitolini, de cuius instauracione agitur, Romæ erat in Nummi cum hujus epochæ mentione vel in Græcia, vel, ut puto verius, in Ægypto cufi sunt, Græcisque litteris exarati. Denique Era particulares non deducebantur a templorum ædificatione vel restauracione, sed, ut ex Evagrio docet Scalliger Canon. Isagog. lib. 3. num. II. ab AUTONOMIA. urbibus concessa, ex qua epochæ Antiochenæ, Laodicenæ, Tyriorum, & similia. Hinc cum populus Romanus & cum eo universus Orbis qui sub Caligula, Claudio, Nerone, Galba, Othone & Vitellio dura servitute serviebat, Imperii habenas suscipiente Vespasiano, in libertatem assertus sibi videretur, cufi Nummi cum Latinis Inscriptionibus: LIBERT. P. R. RESTIT. ex S. C. vel Libertas restituta, aquilas, pax, securitas Augusti fides publica, Roma resurgens, &c. Quod imitari volens, vel Ægyptus, vel Græcia, Nummos cum ἔργον νέου Ἰησοῦ, percussit, epocham statuens pecuniariam ab AUTONOMIA universo Orbi concessa. Imperio Vespasiano delato. Ubi verbum ἔργον intelligas velim, ut præmonuit Henricus Stephanus in Thesuro Græco, interdum sumi, ab Homero scilicet, quod humano generi aliquam utilitatem affert, sicque urbes vocat ἔργα, quia sunt custodiendi perita, ex quo hæc epocha ab utilitate & libertate universo Orbi per Imperia Vespasiani, Titi & Nervæ procurata, deducitur, nihil morantibus Nummis Domitiani, utpote potius ab adulatione & timore, quam a genuino populorum animo excelsptis. Caput itaque hujus epochæ statuendum secundum annos Imperii Vespasiani, Titi, Domitiani & Nervæ, qui soli

I. De Iosepho historico.

Christi Redemptoris anno octuagesimo quarto Domitianus octavum iniiit Consulatum una cum Flavio Sabino. Agebat adhuc Romae hinc temporibus Iosephus historicus; quem (ut de se ipse testatur a) aequae ac Vespasianus & Titus, Domitianus etiam est persecutus officiis & beneficiis; nam ait: Post Titum Domitianus majoribus etiam me cumulavit honoribus: nam & accusatores meos Iudaeos capite punivit, & servum eunuchum filii

(a) Ioseph. in vita sua in fine.

IV. In Syria & in Aegypto septuagesimo anni novi sacri usurpata.

foli ea Nummos habent insignitos. Hae & plura huiusmodi Norisius Cardinalis. Viro eruditissimo subscribo, nisi quod spectat ad regionem, in qua ea epocha usurpata. Nullus enim dubito, quin ea epocha ex expeditione Syriaca Vespasiani originem duxerit, & in Syria ac Aegypto tantum adhibita fuerit. Et ratio est, quia nulla alia re huius Imperatoris nomen magis inclaruit, & nullibi sacri nomen frequentius, quam in Nummis in Syria & Aegypto percussis usurpatum. Spanhemius, cui tantum res Antiquaria debet, in suo Opere de Usu & Praestantia Numismatum pag. 789. hunc Seleuciae Syriacae Nummum producit: CEAEYKEQN. THCIEPAC. KAI A-TTONOMOT. id est, Seleucensium sacra & libera civitatis: eam enim Pompeius Tigrae e Syria ejecto libertate donavit, ex Strabone lib. 15. pag. 751. Goltzius in Thesaurio suo pag. 215. hunc Nummum representat: ΓΑΔΑΡΩΝ ΙΕΡΑ ΕΥΝΚΑΗΤΟΕ: id est, Gadarenensium sacrae Senatibus; Gadara autem Syriae oppidum in Decapolitana regione. Ibidem: πoβαλιτωv: id est, civitatis sacra & inviolata. Nummus est Heliogabali; Gabala vero urbs Syriae, ex Plinio lib. 5. Et quia, ut ait Suetonius in Vespasiano cap. 6. Tiberius Alexander Praefectus Aegypti primus in verba Vespasiani legiones adiecit Kalend. Julii, in Aegypto etiam, ubi sacri nomen frequens, ea epocha adhibita. Goltzius in Augusto tabul. 71. πoβαλιτωv. Ιμv. ουvκoηv: id est, Ptolemaidos sacrae Senatibus. Mitto innumeros huiusmodi Nummos, qui in Principum Cimeliis aservantur, aut in libris leguntur. Hae ad obscurissimae epochae explicationem obiter dicta, ut constet, Collegarum Imperii annos ab Antiquis numeratos fuisse, non quidem in Actis publicis, in quibus nec Augustorum anni memorabantur, sed in Nummis & Inscriptionibus.

SÆC. I. Anno Urbis 835. Olymp. 215. an. 1. An. C. 82.

ANNO PERIODI GRÆCO - ROMANÆ 5575.

7. F. 7. P. 31. Mart. Indict. 10.

JESU CHRISTI 82. secundum Baronium 84.

CLETI PAPÆ 6.

DOMITIANI IMP. 1.

I. Consuler.

AD num. I. Coss. Domitianus Aug. VIII. & T. Flavius Sabinus. Domitiani Con-

Off. Domitianus Aug. VIII. & T. Flavius Sabinus. Gruterianus lapis pag. MLXXXI. 2. IMP. CAESAR. DIVI VESPASIANI F. DOMITIANUS AUGUSTUS. PONT. MAX. TRIB. POTEST. IMP. II. COS. VIII. DESIGNAT. VIII. Data est XI. K. AUG. IN ALBANO. Ibidem pag. LXVIII. 1. craso nomine Domitiani legitur: AUG. VIII. T. FLAVIO. SABINO. COS. Fasti Idatiani: Domitiano V. & Sabino. Prosperi Chronicon: Domitiano III. & Sabino, Fasti Vindebonenses: Domitiano VIII. & Sabino.

mei pedagogum, meum calumniatorem, puniri mandavit: & quod est honorificentissimum, immunitatem praediorum, quae in Iudaea habeo, mihi concessit. Domitia porro Caesaris uxor nunquam mihi benefacere desistit. Hae ipse: qui Romae agens, bene usus hoc otio, ad res patrias conscribendas, nempe de Antiquitatibus Iudaicis, adiecit animum; quando autem abfolverit, & quae alia idem Romae scripserit, dicemus suo loco opportunius. Anno

latus iuxta priorem Consulatum Caesareorum regulam.

Card. Norisius in Epistola Consulari pag. 152. Consulatus de quibusdam censoribus, quibus eorundem Consulatum regulam non probantur, loquens ait: sacrorum De Octavo illius Consulatu (nempe Domitiani) regulam admittunt, quod Plinius laudat moderationem Traiani, qui delatum sibi anno primo Principatus post Nerva mortem Consulatum recusavit, quem novi, inquit, Imperatores, destinatum aliis in se transferebant. De ceteris vero vanas ac commentitias reliquas tuas regulas pronuntiant, quas varii hinc inde petitis exemplis oppugnant. Sed peto ab istis ardelionibus, num verum non esset, Consulatum Imperii initio Augustos capessere solitos, si ea verba Plinius in litteras non misisset? Quod si negent, publico ferisui exponent; cum id ex Fastorum dispositione manifestum fiat, & ut infra ostendam, Imperatorum filii prius Consules designarentur, quam Caesareo nomine donarentur. Ita licet nullum. Audorem in medium adducere poterim, qui Imperatores, annis Decennalibus & id genus festis destinatis, Consules de more processisse scripserit, non ideo id tamen minus verum, cum Fastorum ordinatio id aperte monstraret. Tandem post Dissertationem Hypaticam in lucem emissam prodit nova Operum Themistii editio tredecim Orationibus e MSS. recens erutis aucta, quarum XVI. quae est de pace & Consulatu Saturnini, responsiones omnes censoribus istis eripuit; cum in ea diserte dicatur, Imperatores singulis quinquenniis ac decenniis Consulatum de more suscepisse. Themistii locum anno 383. quo Theodosius Magnus Quinquennalia celebravit, recitato, quo uno ceterae regulae confirmabuntur, cum nihil adversus has proferri possit, quod contra secundam non militet. Certe cum censes isti primam regulam sese admittere profiteantur, adeo ab aliis abhorrere non debent; hae quippe plures, quam aliae, exceptiones habet. Ex Imperatoribus enim alii ipso Imperii exordii Consulatum susceptum, alii Consulatum ordinariarum proximis post susceptum Imperium Kalendis Januarii, alii tardius, alii nullo modo inierunt. En quot exceptiones. Hanc tamen regulam retinendam, quinque vero postremas rejiciendas censent censes isti, qui, si sine animi impetu non recto locuti essent, primam, ob eas, quibus subjacet, exceptiones, contemnendam, non vero novas obrudendas dixissent. Nec denique verum est quod ajunt pag. 151. Epistolae Con-

II.

SÆC. I. Anno Urbis 836. Olymp. 215. an. 3. An. C. 83.

ANNO PERIODI GRÆCO - ROMANÆ 5576.

8. E. 8. P. 20. April. Indict. 11.

JESU CHRISTI 83. secundum Baronium 85.

ANACLETI PAPÆ 1.

DOMITIANI IMP. 3.

I. Consuler.

AD num. I. Coss. Domitianus Aug. IX. & Q. Petilius Rufus II. ut ex Phlegonte

Off. Domitianus Aug. IX. & Q. Petilius Rufus II. Lapis Græcus, Smyrnae erutus A. D. 1679. & editus a Norisio in Epistola consulari pag. 55. in quo crasium decreto Senatus Domitiani nomen, superest tamen Augusto IX. & Q. Petilio Rufe II. Phlegon item cap. XXIV. habet: Consulibus Roma Domitiano Casare IX. & Petilio Rufe II. Ligorianam inscriptionem, a Thoma Reinesio vulgatam pag. 221. ubi habetur: T. FL. DOMITIAN. AUG. IX. T. VIRGINIO. RUFO. COS. merito explodit Norisius. Fasti Idatiani: Domitiano VI. & Rufe. Prosperi Chronicon: Domitiano II. & Rufe II. Fasti Vindebonenses: Domitiano IX. & Rufe.

Essisse hoc anno Domitianum IX. consulatum scribit Pagius iuxta secundam consulatum. Caesareorum regulam, quae nempe est in Dissert. ejus Hypatica p. II. cap. II. a pag. 83. Deducitur namque a votis quinquennialibus ac decennialibus Imperatorum, quando scilicet ea festivia a Caesaribus, vel Imperatoribus consulari trabeca indutis, peragi solebant. At hanc regulam non modo dubiam, sed etiam falsam esse, pluribus demonstrat Norisius in epistola consulari ad hunc annum pag. 152. & sequentibus, & nos suis locis aliquando indicabimus.

(a) Euseb. in Chron. Domitianus infelatur Philosophos.

(b) Lucian. in Peregrin.

(c) Dio or. 45.

(d) Philostratus 1.7.

Anno Christi octuagesimo quinto, Domitiano Augusto nonum & Virginio Rufe Coss. idem Imperator, quam hactenus simulaverat humanitatem atque elementiam exuens, immani feritate in civibus saevire cepit; quorum (a) diversis pretextibus alios relegavit, alios vero ultimo affecit supplicio. Sed hae pluribus, qui res ab eo gestas scripserunt, Seuto-nius, Philostratus, Dio, & alii. At vero non hae tantum, sed & postea philosophos persequi aggressus, praconis edicto illos ab Urbe discedere iussit. Tunc enim Musonium, de quo superius est facta mentio, Dionem cognomento Chrylostomum, Epictetum Stoicum, & Peregrinum Urbe exactos, auctor est Lucianus (b); licet, quod ad Peregrinum attinet, ab alio potius quam a Domitiano expulsum esse demonstrat. De se ipso idem testatur Dio (c), non amplius nisi eo mortuo, regnanteque Nerva; se in Urbem reversum. Exactus est & Demetrius (d) iterum, qui ceteris audacior Puteolis mansit; licet non tantum Roma, sed (ut

Consularis, eas nempe saepius ab Imperatoribus contemptas, quam observatas videri. Ut enim Opus istud percurrenti liquebit, verum quidem est, Imperatores aut initio Imperii aut quinto ac decimo Imperii anno Consulatum non semper sumisse, ac privatis eam dignitatem gerentibus, aliquando triumphasse, bella movisse, ac Ludos Seculares celebrasse: Sed falsum, eos aliis annis, praeterquam a me memoratis, annum aperuisse, si unum Heliogabalum virum stolidissimum excipias. Regulae itaque illae de more servatae, & non mediocri rei literariae emolumento e tenebris eductae.

Suetonius (e) tradit) ex Italia quoque omnes abire imperasset. Fit quoque mentio a Philostrato (f) de philosophis a Domitiano ejectis; qui, habitu mutato, partim in Hispaniam, partim in Libyae, Scythiae deserta confugerunt. Quidam vero vivendi ratione mutata, sese illi scelerum consiliarios adjunxerunt; ut inter alios Euphrates, qui ex philosopho assentator est factus atque delator, ut idem Philostratus (g) de eo scribit. Addit his & Dio (h), plures a Domitiano occisos esse, quod philosophiae operam darent, & inter ceteros Rusticum Arule-num, Maternum etiam sophistam, ceteris (ut ait) iterum ex Urbe pulsus, ut non mireris si Eusebius de his iterum agat, nimirum nono ejus Imperii anno, ac rursus decimo quinto. Meminit ejusdem Domitiani edicti ex Senatusconsulto Gellius (i), additque Epictetum Stoicum ea de causa Roma Nicopolim discessisse. Quid vero post hae in Iudaeos, ac quid demum in Christianis edicto sanxerit, suo loco non reticemus.

(e) Suet. in Domit. c. 10.

(f) Philostr. lib. 7.

(g) Philostr. lib. 8. (h) Dio in Domit.

(i) Gell. l. 18. c. 11.

Anno

cap. 24. de Mirabilibus, & ex Graeco Epigrammate demonstrat Card. Norisius in Epistola Consulari.

Domitiani Consulatus iuxta secundam Consulatum Caesareorum regulam: Imperii enim Caesarei Quindecennalia uno anno dilata celebravit, quorum indicium quod scribit Eusebius in Chronico: Domitiani uxor Augusta appellatur; Quindecennalia. quae nuncupatio in quibusdam exemplaribus, ut Pontacus notavit, in hunc annum collata, quod certum reddit Suetonius in Domitiano cap. 3. ubi ait: Domitianus uxorem Domitiam, ex qua in secundo suo Consulatu filium tulerat, alteroque anno consulataverat ut Augustam, repudiavit, intraque breve tempus rediit. Suetonium vero de secundo Domitiani Consulatu ordinario hoc anno gesto loqui, eumque hoc in loco suffectorum. Consulatum nullam rationem habuisse recte vidit Eusebius, rem istam hoc anno narrans. Ex quo liquet primo, verum esse quod in Dissert. Hypatica pluribus demonstravi, suffectos nempe consulatus tam Domitiani, quam aliorum Imperatorum saepe ab Historicis neglectos fuisse, & in nummis ac inscriptionibus praetermissos; & quod mirum, ab ipso Suetonio, qui postea cap. 14. eos enumerat, dicens: Consulatus XVII. cepit. Scaliger in Animadversionibus Eusebianis ait

II. Imperii Caesarei Domitiani Quindecennalia.

ait, Eusebium septennii metachronismum committere, qui sibi in animum induxit, Suetonium nullum Domitiani consulatum prætermisisse, & insinuare, Domitiam anno post secundum Domitiani Consulatum, qui ordinarius fuit, Augustam appellatam. Quod nollem a Viro doctissimo dictum, cum Domitianus secundum Consulatum ordinarium anno Christi LXXIII. gesserit, & Domitia anno insequenti a Domitiano Augusta dici non potuerit; nam ipsemet tunc nondum Augustus erat. Liquec secundo, Imperatores uxores Augustas appellasse, vel postquam prolem procrearent, ut Viris doctis observatum, vel eam nuncupationem in Decennalia, & id genus festa distulisse, uti Hadrianus & alii. Liquec denique nonum Domitiani Consulatum ob Imperii Cæsarei Quindecennalia capeffitum, cum Domitia hoc anno Augusta renuntiata fuerit.

III. Norisius Card. eruditissimus, qui in Dissert. de Votis Decennalibus in vulgarem opinionem abierat, & omnes Consulatus suffectos tam Domitiani, quam aliorum Augustorum, connumeratos fuisse autumabat, in Epistola Consul. pag. 51. illam quidem falsam fatetur; sed perperam scribit: In vetustis Lapidum Inscriptionibus suffecti Domitiani Consulatus una simul cum ordinariis semper connumerantur. Leges illos in magno Theſauro pag. 5. 68. 244. 300. 574. 575. Smyrnenſem nondum editam proxime exhibebo. Nec fecus in Nummis eisdem Consulatus scalptos vidi. Illum vero Scaligero recitatum, in quo Domitianus dicitur AUGUSTUS P. M. COS. VI. perperam scripserunt: in illo enim dubio procul sculptum fuerat COS VII. detrita tamen injuria temporum seu alio casu postrema nota numerali, qua Scaligero tibiſque ſupplenda erat ex innumeris, quos vidi, ejuſdem Nummis, in quibus dicitur: COS. VII. & in postica: PRINCEPS JUVENTUTIS. Ita Card. Norisius in ea Epistola tunc errore vulgari nondum omni ex parte liber, cujus ideo radices, harumque fibræ mihi hic evellendæ. Alios enim Viros eruditos in eodem versari video. Extat Domitiani Nummus apud Oeconem pag. 170. in quo legitur, IMP. DOMIT. AUG. P. M. COS. II. S. C. Refert illum Occo initio annorum Domitiani, cum tamen tunc neque Augustus, neque Pontifex Maximus effet. Mediobarbus in præclara sua Collectione Numismatum istud omittit, quia sine dubio illud pseudographum existimat. Falconerius in Notis ad Inscriptiones Athleticas pag. 13. recitato illo Nummo aureo, inquit: Falsus est Occo, ut alias sæpe. Sed ipsemet Viri doctissimi hallucinantur: Consulatus enim suffecti in Nummis aliquando omitti; ideoque præfatus cufus anno Christi LXXXI. quo Domitianus jam Augustus erat, duosque tantum Consulatus ordinarios gesserat. Erizzus pag. 150. refert posticam partem Nummi argentei Domitiani, in quo videtur Provincia jacens ac mœsta, in cuius latere est hasta contracta cum epigraphe: IMP. VIII. COS. VI. CENSOR. . . . POTESTAT. P. P. id est, Censoria Potestatis. Quæ Provincia, ut recte Erizzus, Germaniæ devictæ figura. Percussus is nummus anno octogesimo sexto, quo Domitianus Consulatum XII. si suffectos numeros, gessit, & secundum bellum Dacicum inchoavit. Domitianus anno antecedenti, quo Consulatum XI. suscepit, in Nummis apud Mediobarbum dicitur, IMP. VIII. in nummis vero XII. Consulatu signatis dicitur, Imp. XI. Imp. XII. Imp. XIII. & in Nummis Consulatu XIII. insignitis dicitur, Imp. XIII. & Imp. XIV. Ex quibus apparet, Goltzio parum fidendum, qui Domitiani Nummos exhibet, in quibus is dicitur Imp. XIII. Cof. XI. & Imp. XIV. Cof. XII. contra fidem præfatorum Nummorum a

Mediobarbo recitatorum; quod obiter dictum sit. Neque enim Nummus ab Erizzo relatus anno Christi LXXVII. quo Domitianus sextum Consulatum gessit, eumque suffectum, cudi potuit; cum Domitianus in Nummis Imperator ob victorias non appelletur, nisi cum jam dignitatem Augusteam, adeptus est. In præfato itaque Nummo omnes suffecti Domitiani Consulatus neglecti. Alios duos Domitiani Nummos Occo refert, in quibus iidem Consulatus tacentur. In uno legitur: IMP. CÆS. DOMITIANUS AUGUST. P. M. TR. P. COS. VI. In altero: IMP. DOMITIAN. CÆS. DIVI. VESP. AUG. F. P. M. TR. P. COS. VI. qui non nisi post Vespasiani & Titi mortem percussus, post septimum nempe Domitiani Consulatum; cum is nondum Augustus esset, & Vespasianus pater nondum Divus, quia nondum mortuus. Præfati itaque Nummi minime supplendi, ut vult Card. Norisius, neque injuria temporum seu alio casu postrema nota numeralis detrita.

IV. Sed non tantum in Nummis, verum etiam in Inscriptionibus Consulatus Augustorum quodque contenti. Sponius in Miscellaneis eruditæ Antiquitatis pag. 93. refert Epigraphen, quæ Arculi in Italia adhuc superest, quæ posita dicitur IMP. DOMITIANO CÆS. AUG. GERM. COS. In ea unicus Consulatus exprimitur, ceterique omnes tam suffecti, quam ordinarii, prætermisisti, seu verius Consulatus simpliciter & absolute sine numerali nota exprimitur. Nec refert, quod Card. Norisius dicit, se nempe non vidisse Nummos, in quibus Domitianus appelletur Augustus ac Consul VI. Antiquarii enim Nummos, in quibus Domitianus ita vocatur, vel detritos vel mendosos esse existimantes, eodem projecere, neque typis mandarunt, ut evidenter patet de Mediobarbo V. C. qui in præfanti suo Auctario, Occonis duos citatos Nummos, qui apud hunc extant, omitti, quia eos sine dubio pseudographos arbitratus est. Qui Antiquariorum agendi modus prorsus damnandus: Nummos enim integra fide referre debent; nam, quod ipsi non intelligunt, alii tandem feliciter explicare poterunt, ut jam dixi in Dissert. Hypatica pag. 151. Immo Auctor Chronici Alexandrini, & Marianus Scotus in Chronico in recensione Fastorum Consulatum Consulatus suffectos Domitiani omnes tacent, sicuti & Leunclavius in Indice Consulatum, quos libro 67. Dionis præfixit. Miratur Card. Norisius laudatus, quod in Dissertatione Hypatica eum Indiculum Dionis attribuerim, nec animadvertentia Leunclavium ultimis Dionis libris Consules præposuisse, & indicem Consularem Dionis in Caio Caligula definire. At quando Auctores duo conjunctim leguntur, uni tribuere quod alterius est, valde pronum esse Card. eruditissimus non inficias ibit. Ipsemet enim in Dissert. de Synodo Quinta cap. 1. pag. 8. verba Chronologi anonymi in Victoris Tununensis margine impressi ipsi Victori assignat, & in Dissert. de Votis Decennalibus cap. 5. Consules in Farraginem Græcam a Scaligero insertos tanquam Eusebianos citat; quamvis jam Viris doctis observatum fuerit, Auctorem Chronici in Victoris Tununensis margine editi alium esse a Victore, & Eusebium Cæsariensem Consules in suo Chronico non annotasse. Cum itaque Leunclavius se ultimis Dionis libris Consules præfixisse non mouerit, adeo mirum videri non debuit, quod me in errorem traxerit.

V. S. Cletus Papa hoc anno ad Deum migravit, Anacletus eique Anacletus substitutus, ut suo loco videbitur.

JESU CHRISTI
ANNUS
86.

CLETI
ANNUS
6.

DOMIT. IMP.
ANNUS
3.

I. Domitianus vult videri pius.

(a) Suet. Div. & alii.
(b) Martialis. l. 8. prope finem.

(c) Martialis. epigram. l. 9. in principem.

ANus Domini octuagesimus sextus Coss. habuit Domitianum decimum, & Junium Sabinum: quo ipse Domitianus templa incendio exusta temporibus Titi, & inter alia delubrum Jovis Capitolini iterum concrematum intra annos duodecim, summa impensa restituenda curavit (a). Adjecit & nova: sub ipso namque maxime aucta est superstitio Gentilitia, ut docet Martialis (b) epigramma, cujus est exordium:

Sanctorum nobis miracula reddis avorum,

Addidit insuper templum Flavie gentis, Flavioque instituit sacerdotes. Ad hæc etiam spectat Martialis (c) item epigramma adulatorium, quod sic habet:

Quantum jam superis Cæsar, cæloque disti,
Si repetas, & si creditor esse velis.
Grandis in ætherio licet auctio fiat Olympo,
Coganturque dei vendere quicquid habent:

SÆC. I.
Anno Urbis 837.
Olymp.
215. an. 4.
An. C. 84.

ANNO PERIODI GRÆCO- ROMANÆ 5577.

Q. 9. DC. D. 9. P. 11. April. Indi. 12.

JESU CHRISTI 84. secundum Baronium 86.

ANACLETI PAPÆ 2.

DOMITIANI IMP. 4.

I. Consules.

[I] AD num. I. Coss. Domitianus Aug. X. & Appius Sabinus, ex Onufrio in Fastis. Em. Card. Norisius in Epist. Consul. pag. 56. Domitianum Aug. X. & C. Oppium Sabinum profectur, quod Suetonius in Domitiano cap. 6. scribat, Domitianum duas contra Dacos expeditiones suscepisse, primam Oppio Salino Consulari oppresso, & Grutero pag. 446. laudetur, Hadriano imperante, C. OPPII SABINUS, qui hujus Oppii Sabini a Dacis interfecti filius videri possit. At cum Eutropius, qui Suetonii verba excerpere solet, habeat Appium Sabinum, non vero Oppium, & Prænius in Metaphrasi omittat vocem illam Appium, licet de Cornelio Fusco, de quo eodem loco Eutropius, utrumque nomen exprimat, conjectura est, jam Prænii ætate dubium fuisse, an is Sabinus Appius vel Oppius tam a Suetonio, quam ab Eutropio, dictus fuerit. Quare adhuc sub judice lis est.

[I] Coss. Domitianus Aug. X. & Appius Sabinus. Lapis vetus apud Theodorum ab Almelowen in Præfat. ad Fastos II. XIV. IMP. DOMITIAN. AUG. X. T. AUREL. SABIN. Fasti Idatiani: Domitiano VII. & Sabino II. Prosperi Chronicon: Domitiano III. & Sabino. Fasti Vindebonenses: Domitiano X. & Sabino. Norisius in epistola consulari pag. 56. ex conjectura, C. Oppium Sabinum collegam dari posse Domitiano hoc anno censet; at incertum adhuc de prænominibus, & nomini- bus hujus Sabini.

& in fine, in eadem persans sententia, hæc addit:

Expectes, & sustineas Augustæ, necesse est:
Nam tibi quod solvat, non habet arca Jovis.

ita ut non mirum sit, si Christianos odio sit persecutus, etiam affines; quando cultui deorum sic penitus erat addictus.

Eodem prætextu etiam religionis illibatae servandæ, hoc eodem anno tertio ejus Imperii (ut Eusebius (d) auctor est) tres virgines Vestales ob stuprum damnatas, idem Imperator, more majorum, vivas infodi iussit. Quænam istæ fuerint, & quæ causa præceperit ejusmodi iudicii jam prope modum antiquati, iterum instituendi, Plutarchus (e) narrat, dum detestatur immane facinus, quod perpetratum Romæ esset, cum ex Sibyllinis (ut ferebatur) oraculis, duos viros totidemque foeminas innoxios vivos defodissent, sic dicens: Ipsi autem (Romani videlicet) non multis ante annis, duos viros, totidemque mulieres, in foro Boario, alteros Græcos, alteros Gallos, vivos defoderunt. Sed quæ occa-

licet Grævius V. C. in nova Suetonii editione quam præclaris Notis illustravit, Suetonii textum immutaverit, & loco horum verborum, Oppio Sabino Consulari oppresso, scripserit, Appio Sabino Consulari oppresso, quia, ut ait, in Notis ad eum locum, Eutropius & Fasti Consulares Appium habent, non vero Oppium. Sed hujusmodi immutationes sine Codicum MSS. auctoritate fieri non possunt, immo nec horum auctoritate contra omnium exemplarium scriptorum textus mutandus; nisi quando error amplius excusari non potest. Suetonii autem textus eo minus depravandus fuit, quo Fasti Consulares seculo tantum elapso ab Onufrio elucubrati, & Eutropius e Suetonio, non e contra corrigendus sit.

Sumus is a Domitiano Consulatus juxta quartam Consulatum Cæsareorum regulam; ob bellum nempe adversus Catos, Hæſos hodie dictos. Eutropius enim lib. 7. ait: Expeditiones quatuor adversus Catos, unam adversus Sarmatas, alteram adversus Catos, duas adversus Dacos. De Dacis Catisque duplicem quidam triumphum egit, de Sarmatis solam lauream usurpavit. Multas quidem calamitates iisdem bellis passus est. Nam in Sarmatia legiones ejus cum duce interfectæ: & a Dacis Appius Sabinus Consularis, & Cornelius Fuscus Præfectus Prætorio cum magnis exercitibus occisum. Quæ ex parte Eutropius ex Suetonio in.

II.

(d) Euseb. in Chron. Vestales supplicio damnatæ.
(e) Plutarchus probl. Ro. q. 83.

II. Bellum adversus Catos.

CHRISTI
86.CLETI
6.DOMIT. IMP.
3.

occasione id factum sit, paulo inferius declarat his verbis: *Narrant enim, Helviam quamdam virginem equo vehentem, fulmine istam, repertumque fuisse equum nudum jacentem, nudam quoque virginem apsum, tanquam dedita opera vestibus sceleris patranda causa reductis, calcibus, annulis, capitisque redimiculo hinc inde dispersis, lingua extra os exerta. Tum vates respondisse, ingens opprobrium sacris virginibus oblatum, foreque ut publice ad innotesceret: sed & equitum conjunctum fore quoddam dedecus. Ibi barbari cujusdam equitis seruum indicium detulisse de viribus Vestalibus virginibus, Emilia, Licinia, & Marcia, sub idem tempus vitiatas, & quae jamdiu cum viris incestam consuetudinem habuissent, de quibus viris esset etiam Bupetus indicis dominus. Et Vestales quidem criminis convictas, dedisse poenas: ceterum ut atrociori in re, placuisse ut a sacerdotibus Sibyllini libri consulenter. Ibi inventa fuisse oracula, quae eventura haec & malum publicum a latatura praedicerent: cujus avertendi causa, peregrinis quibusdam & alienis genis duos Graecos, totidem Gallos homines, viros eo in loco defossos, Romani jubebantur dedere. Hucusque Plutarchus,*

in Domitiano cap. 6. ut affolet, mutuatus est; nisi quod Sabinum, Oppium Suetonius vocat. Expeditio adversus Catos, de qua Dio lib. 67. etiam loquitur, currenti anno suscepta; prior vero adversus Dacos anno sequenti, ut tunc videbimus. Mediobarbus in Domitiano hujus Imperatoris Nummum producit inscriptum; IMP. CAES. DIVI. VESP. F. DOMITIA. AUG. In postica parte, COS. X. Visitur Germania, qua moesta sedet inter ancilia, seu inter scutos oblongos Germanicos. Bellum igitur adversus Catos hoc anno susceptum, & Domitianus Imp. V. dictus, ut liquet ex hoc Nummo a Mediobarbo recitato: P. M. TR. POT. III. IMP. V. COS. X. P. Porro Domitianum, ob expeditiones bellicas Consulatum suscepisse testatur Zonaras in

Ceterum si recenti exemplo Neronis, Christiano sanguine incendii piaculum expiantis, agenda res est; sicque testimonio Tertulliani, & aliorum affirmantium, Romanos omnia prodigia, atque mala quae obvenirent, Christianorum causa (quod impii dicerentur & deorum contemptores) ab irato numine immitti solere existimasse, ob eamque causam eosdem ad poenas quaesivisse, aestimanda res est: equidem puto veritatis scopum attinget, si quatuor illos innoxios infossos vivos numinis placandi causa in foro Boario, Christianos fuisse quis dixerit. Nam qualiter in Christianos affecti Gentiles essent, haec ait Tertullianus (a): *Christianum hominem, omnium scelerum reum, deorum Imperatorum, legum, morum, naturae totius inimicum existimans: Ob idque habitos tradit (b) publicos hostes; Quos inquit (c), existiment omnis publica claudis, omnis popularis incommodi esse causam. Si Tiberis ascendit, si Nilus non ascendit in arva, si calum stetit, si terra movit, si fames, si lues; statim Christianos ad leonem. Haec Tertullianus. Ac de his haec tenent,*

Qui

Domitiano, ubi ait: *Falsis victoriis jactandis Consulatum in decennium Consularum per omnem aetatem accepit. Quod aliis verbis explicat Xiphilinus, & uterque ex Dione. Adeo stulte elatus est & insolenter, ut Consul decem annos perpetuos, & Censor quamdiu viveret, primus solusque ex privatis civibus atque Imperatoribus designatus sit. Ubi tam Zonaras quam Xiphilinus loquuntur de Consulatu ordinariis a Domitiano, postquam Tito fratri successit, in initis. Primum Consulatum initio Imperii cepisset, tres propter expeditiones bellicas, unum anno Ludis Secularibus dicato, aliosque in Decennalibus & id genus festis, in quibus victoria ab Imperatoribus reportata Nummis insculpi solita, earumque memoria de more renovata.*

JESU CHRISTI
ANNUS
87.CLETI
ANNUS
7.DOMIT. IMP.
ANNUS
4.Anianus
moritur,
Abilius
subrogatur.(a) Euseb.
in Chron.

Qui sequitur annus Domini octuagesimusseptimus, adscribitur in Fastis Consulatu undecimo Domitiani Augusti, & Aurelii Fulvii, quo, defuncto S. Aniano Episcopo Alexandrino, in ejus locum (ut Eusebius (a) auctor est) subrogatus fuit Abilius, quem eidem sedi praefuisse tradit tredecim annis; haec ipse in *Ann. Eccl. Tom. I.*

Chronico, & in historia his verbis (b): *(b) Euseb. Quarto anno Domitiani, Anianus, qui primus (post Marcum scilicet) Ecclesiae Alexandrinae praefuit, cum annos viginti-duos in eo munere complevisset, exiit e vita; in cujus locum successit est Abilius.*

X x x x Chri.

M. C. I.
Anno Urbis
838.
Olymp.
216. an. x.
An. C. 85.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5578.

© 10 B. D 10. P. 3. April. Indict. 13.

JESU CHRISTI 87. secundum Baronium 87.

ANACLETI PAPÆ 3.

DOMITIANI IMP. 5.

I.
Consul.

[1] *Ad num. I. Coss. Domitianus Aug. XI. & T. Aurelius Fulvius, Domitiani Consulatus juxta V. C. usulatum Caesareorum regulam; ob priorem nempe ejus triumphum de Cattis Dacisque. Suetonius enim in Domitiano cap. 6. ait: Expeditiones partim sponte suscepit, partim necessario: sponte in Catos; necessario unam in Sarmatas. In Dacos duas, primam Oppio Sabinio Consulatu oppresso; secundam Cornelio Eusto Praefecto cohortium Praetorianarum. De Cattis Dacisque post varia praelia, duplicem triumphum egit. Ob prius bellum, quia sponte susceptum, sese Consulatem, nempe decimum designavit. Quo absoluto, se se Consulatem XI. in currentem annum ad triumphandum designavit, licet hoste nusquam viso, ut inquit Dio lib. 67. ubi ait: Domitianus profectus in Germaniam cum exercitu, hoste nusquam viso, revertit. Imperatores enim Consu-*

latus jam aliis destinatos in se quandoque transfudisse, certum. Interim natum est prius bellum Dacicum, quod Sabino Consulatu commissum fuit, quo oppresso, ideoque post annum praecedentem, quo Consul fuit, Domitianus alteram expeditionem inivit; indeque factum ut praesenti anno tam de Cattis, quam de Dacis triumphum egerit, licet anno praecedenti ad triumphandum de Cattis sese tantum in praesentem annum Consulatem designasset.

Prius bellum Dacicum hoc anno confectum fuisse, & Domitianum de Cattis Dacisque primum triumphum exhibuisse, liquet ex Nummis apud Mediobarbum. In uno legitur; IMP. CAES. DOMITIAN. AUG. GERM. COS. X. in postica parte: GERMANICUS. Visitur quadriga, quam Imperator dextra regit, sinistra sceptrum tenens. In altero: IMP. CAES. DOMIT. AUG. GERM. COS. XI. CENS. POT. P. P. In averfa parte: GERMANIA CAPTA S. C. Cernitur Germania sedens captivae habitu. Representat aliud Numisma Mediobarbus XI. Domitiani Consulatu notatum, in cujus postica legitur: ADVENT. AUGUSTI S. C. Imperator dextram porrigit Romae paludatae globum tenenti; quod Mediobarbus refert ad reditum Domitiani ex Germania post Dacos debellatos. Porro Domitianum hoc anno dictum Imp. VII, VIII, & IX. patet ex Nummis apud Mediobarbum.

[1] *Coss. Domitianus Aug. XI. & T. Aurelius Fulvius. Fragmentum Gruteriani lapidis pag. CLV. 2. in quo Domitiani nomen cum Tribunit. P. VIII. COS. XI. Fasti Idatiani; Domitiano VIII. & Fulvio. Properi Chronicon: Domitiano IV. & Rufe III. Fasti Vindebonenses; Domitiano XI. & Furvo. Fuit Fulvius, Antonini Pii avus. De eo Capitolinus in vita Antonini Pii cap. 1. Anus Titus Aurelius Fulvius, qui per honores diversos ad secundum consulatum, & praefecturam Urbis pervenit.*

I. Anni Agonales. (a) Censor. de die natal. c. 14.

Christi Redemptoris anno octuagesimo octavo, Domitiano Augusto duodecimum & Cornelio Dolabella Coss. idem Imperator (ut auctor est Censorinus a) per Agones Capitolinos annos esse in posterum numerandos instituit: sicque ab hoc anno primus Agonalis captus est numerari. Porro instar Olympiadum, Agonem unumquemque annos quatuor continuisse, idem auctor docet ex eo quod nu-

merat trigintanovem Agonas ab hoc anno usque ad Consulatum Ulpii Criniti & Proculi Pontiani, quo illa scribebat (b). Verum sic instar Olympiadum Agon quilibet continet annos quatuor, ut non tamen una cum Olympiade iidem incipiant numerari; nam ille a fine mensis Junii, Agonalis vero post sex menses, nempe a mense Januarii inchoatur: qua ratione hic ipse qui numeratur ducentesima deci-

SÆC. I. Anno Urbis 839. Olymp. 216. an. 2. An. C. 86.

ANNO PERIODI GRÆCO - ROMANÆ 5579.

○ II. A. D. II. P. 16. April. Indict. 14.

JESU CHRISTI 86. secundum Baronium 88.

ANACLETI PAPÆ 4.

DOMITIANI IMP. 6.

I. Consules. II. Secundum bellum Dacicum.

[1] AD Num. I. & seq. Coss. Domitianus Aug. XII. & Sev. Cornelius Dolabella. Sumus hic a Domitiano Consulatus juxta secundam Consulatum Caesareorum regulam, ob Quinquennalia nempe ejus Augustei Imperii. Card. Norisius in Epist. Consul. pag. 163. ait; miratos quosdam, quod, cum Domitianus quatuor bellicas expeditiones contra Catos, Marcomannos, Dacos & Sauromatas suscepit, nec unus inter tot ejusdem Consulatus expeditioni bellicæ a me in Dissert. Hypatica deputetur: sed hæc omisso triplici causâ attribuenda. I. Quod tunc existimabam, Domitianum in Consulatus capessendis servatas ab aliis Imperatoribus hac in re leges aspernatum esse, & ex tot Consulatus ordinariis aliquos temere inisse. II. Quia arbitrabar, dedicationes templorum a domo Augusta ædificatorum, institutionem Certaminis Quinquennalis, de quo postea, aliaque id genus ad Imperatorum nomen ad posteros propagandum facientia, sufficientem fuisse suscipiendi Consulatus rationem. III. Quia anni, quibus Domitianus bella illa gessit, incerti tunc visi. Sed cum jam mihi constet, hunc Imperatorem prædecessorum vestigia in Consulatus ordinariis ineundis secutum, ac dedicationes aliaque hujusmodi capessendorum Consulatum causas nunquam fuisse (licet de more Imperatoribus Consulibus fuerint) ac denique annos, quibus expeditiones a Domitiano susceptæ, suis annis reddiderim, mihi persuasissimum est, eum Consulatum XII. ob secundum bellum Dacicum gessisse; eoque magis, quod secundum ejus de Dacis triumphus anno Christi nonagesimo actus fuerit, ut jam in Dissert. Hypatica monstravi.

Postquam hæc scripseram, gavisus sum legisse in Chronico Eusebii tam secundum editionem Pontacenam, quam Scaligerianam, ad annum Abrahami 2202. qui mense Octobri anni Christi LXXXV. inchoatur: Nafamones & Daci dimicantes contra Romanos vitti. Erant autem Nafamones populi Libyæ, qui adversus Domitianum rebellaverant, ut docet Scaliger in Notis Eusebianis ex Zonara lib. 2. Arifide in Smyrnaco, & Dionysio in Descriptione totius Orbis num. 220. Solet autem Eusebius in Chronico, bella eo anno, quo coepta sunt, consignare, unoque tenore omnia recitare. Quare non dubium, quin juxta Eusebium prius bellum Dacicum hoc anno inceptum fuerit, & quidem per Legatos. Nam ante annum LXXXIX. ipsemet Imperator in hosticum profectus non est, ut infra ostendam.

Card. Norisius tamen laudatus pag. 165. ait: Mibi pene certa sententia stat, anno LXXXVIII. Domitianum alterum triumphum a Germanis auxisse; ac proinde bellum anno LXXXVII. gestum arbitror. Tum pag. 175. ex variis Domitiani Nummis annis Christi octogesimo octavo & octogesimo nono cufis, in quibus Imperatoris titulus sæpius iteratur, colligit, eum ob victorias de Dacis reportatas illos titulos obtinuisse, ac easdem ad annum LXXXIX. referendas esse. Egregie quidem Card. Norisius; sed ex Nummis quodecimo Domitiani Consulatu insignitis secundum bellum Dacicum præfenti anno inchoatum intelligere poterat. Præterquam quod enim sæpius Imperatoris titulus in iisdem multiplicatur, diciturque Domitianus COS. XII. IMP. X. XI. XII. XIII. cum antea tantum esset IMP. IX. ut videre est apud Mediobarbum in Domitiano pag. 135. In uno ibidem legitur: IMP. CÆS. DOMIT. AUG. GERM. COS. XII. In postica parte: ADLOCUT. COHORT. S. C. ubi Imperator alloquitur cohortes. In averfa parte alterius Nummi, qui eandem anticam habet, legitur: GERMANIA S. C. vifiturque Imperator stans paludatus, cum hasta & parazonio, ad cujus pedes figura genuflexa, cum clypeo oblongo, quales Germani gerebant. In postica parte alterius Nummi eodem Consulatu XII. notati cernitur figura Germania genuflexa, clypeum oblongum Imperatori porrigenis. In altera denique postica habetur: VICTORIA AUGU-

(b) Confir. c. 16.

III. Initium secundi belli Dacici.

Baron. anno 50. n. 1.

(a) Suet. in Domit. c. 4.

ma sexta Olympiadis annus primus, ceptus tamen anno superiori, Agonalis est primus: quod quidem ex his quæ de numero Olympiadum idem auctor scribit, apparet. Videtur enim Domitianus æmulatus esse Græcorum gloriam, dum obtinisset usus, ut ex Olympicis certaminibus superiora sæcula fuerint numerata: cum ipse, ut ab Agonalibus secutura tempora numerarentur, instituit. Sed sciendum quoque est, quolibet Agonali exacto, anno quinto, qui sequentis Agonalis primus diceretur, certamen quod Quinquennale vocabatur, edi solitum: de quo hæc scribit Suetonius (a) in Domitiano: Instituit & Quinquennale certamen Capitolino Jovi triplex, Musicum, Equestre, & Gymnicum, aliquanto plurimum, quam nunc est coronatorum.

Ann. Eccl. Tom. I.

IV. Secundum bellum Dacicum diu duravit.

GUSTI. S. C. cum Victoria trophæum extendente. Ex quibus tandem omnibus innotebit, alterum bellum Dacicum hoc anno inceptum esse, & non bene Baronium hanc expeditionem in annum LXXXVII. contulisse.

Certe Xiphilinus asserit, bellum istud magnum ac diuturnum fuisse; ait enim: Per id tempus maximum bellum fuit populo Romano cum Dacis, apud quos Decabalus regnum obtinebat. Is erat in cognoscendis rebus bellicis perpicax, in agendo solers, &c. Quamobrem diutissime adversarius gravis fuit populo Romano, &c. Domitianus ducto in eos exercitu, quamquam ipse bellum nulla ex parte attigit, tamen missa ducibus ad bellum gerendum, ac magna parte militum turpiter amissa, ut videtur Romam literas misit. Recte porro ab Orofio lib. 7. Hist. scriptum: Bellum adversus Germanos & Dacos per Legatos gessit, Domitianus scilicet; quod & testatur Dio lib. 67. Neque enim in Daciam profectus est ante annum Christi LXXXIX. ut infra ostendam. Nec refert, quod in ejus Nummis hoc anno cufis titulus IMP. multiplicetur: Imperatores enim propter victorias per Duces suos reportatas titulum illum augere solitos multis exemplis constat.

V. Institutio certaminis Quinquennalis.

Baron. n. 1.

Auctor Chronici Alexandrini sub hujus anni Consulibus ait: Primum omnium Quinquennale Certamen institutum, & actum est in Urbe, præfente, ut Suetonius cap. 4. testatur, Domitiano, qui certamen illud instituit, post diem XIV. Martii, & ante mensem Julium, ut de Pupieno & Balbino Imp. loquentes ostendimus. Tempus enim, quo agon illud celebrabatur, hæcenus ignoratum. Porro Censorinus cap. 14. de die Natali, & Suetonius in Domitiano cap. 4. de uno eodemque agone, non vero de diversis sermonem habent. Unum enim idemque Certamen musicum, equestre & gymnicum fuit. Dicitur illud Jovi Capitolino, cui Domitianus anno præcedenti novam excitavit adem in Capitolio Custodi Jovi, ut tradit Suetonius in Domi-

II. Per indicationes supputatio.

Sed hic obiter & illud considerandum proponimus, errare eos qui periodum numerandi annos per Indictiones ceptum esse dixerunt Augusti temporibus. Nam Censorinus egregius scriptor, & annorum supputator nobilissimus, dum agit de antiquis omnibus quæ in usu fuissent annorum supputationibus, Indictionum nullam prorsus fecit mentionem. Sed de Indictionibus alias. Quod ad Agonalia spectat, Clemens Alexandrinus, dum libro primo Stromatum numerat a primo Agonali Domitiani usque ad mortem Commodi annos centum & undecim, quatuor annorum spatium (nisi error in notam numeri irreperit) errore lapsus videtur, cum tantum centum & septem anni ejus temporis numerentur. At de ratione Agonalium fati.

XXXX 2 An-

tiano cap. 5. rei tamen gestæ anno non expresso. Mediobarbus in Nerone pag. 86. Neronis Numismata exhibet, in quorum postica parte legitur: JUPITER CUSTOS. In Nummis vero Domitiani primo Imperii ejus Augustei anno percussis habetur: JUPITER CONSERVATOR: quod unum & idem est cum Jove Custode. Is itaque titulus a Nerone primum usurpatus, templum Jovis Conservatoris Imperii Domitiani initio ædificari ceptum, & anno præcedenti, quo de Cartis Dacique triumphavit, dedicatum. Mediobarbus enim Domitiani Nummum refert Consulatu XI. signatum, in quo legitur: SALUTI AUGUSTI S. C. Cernitur templum clausum cum quatuor columnis, quod videtur esse illud, de quo Suetonius in Domitiano capite 5. Novam excitavit adem in Capitolio Custodi Jovi, quod nempe incendio Capitolio mortem evasisset, ut ex Tacito infra explicabo. Post hæc in ejusdem Jovis Conservatoris honorem etiam Quinquennale Certamen instituitur voluit.

VI. Quo anno institutum.

Antiquus Chronologus apud Clementem Alexandrinum ait: Hinc ad victoriam Augusti, (a morte nempe Alexandri Magni) quando Antonius sibi ipsi mortem conscivit Alexandria, anni ducenti nonaginta quatuor, cum tunc esset Augustus quater Consul. A quo tempore ad certamen, quod Roma exhibuit Domitianus, anni centum quatuordecim. Ita ille lib. 1. Stromatum. Scaliger lib. 5. de Emendat. Temp. pag. 481. hic ad aquas hæsit, quod a Consulatu IV. Augusti, qui anno Periodi nostræ 5454. illigatur, ad præfentem annum, qui ejusdem Periodi est 5579. anni numerentur CXV. non vero CXIV. Res tamen nullam difficultatem habet. Antiqui enim in intervallis temporum dimetiendis ultimam terminum sæpe excludunt, ut innumeris exemplis liquet. Quare male Scaliger concludit, Clementem anno uno minus dicere, & scribere debuisset anni centum quindecim.

[1] Off. Domitianus Aug. XII. & Sev. Cornelius Dolabella. Lapis Gruterianus pag. v. 2. nunc in ædibus Capitolinis: IMP. CAESAR. AUG. GER. XII. SER. CORNELIO DOLABELLA. COS. Era sum est Domitiani nomen. Capitolinus in vita Antonini Pii cap. 1. natus est Antoninus: tertio decimo Cal. Octobris, sub Domitiano duodecimo & Cornelio Dolabella Coss. Fasti Idatiani: Domitiano IX. & Dolabella. Prosperi Chronicon: Domitiano V. & Dolabella. Fasti Vindebonenses: Domitiano XII. & Dolabella... Censorinus de die natali cap. XVIII. in fine de agone Capitolino: quorum agorum, inquit, primus a Domitiano institutus fuit, duodecimo ejus & Ser. Cornelii Dolabella consulatu.

JESU CHRISTI
ANNUS
89.C L E T I
ANNUS
9.DOMIT. IMP.
ANNUS
6.Domitia-
nus vult
coli Deum.

Annus Domini octuagesimus nonus, Domitiani Augusti Consulatu decimo-tertio & Volusii Saturnini consignatur in Fastis; quo Eusebius notat in Chronico Domitianum eo vesania pervenisse, ut se Deum & Dominum iusserit appellari; de quo hac Suetonius (a): *Pari arrogancia, cum procuratorum suorum nomine formalem diceret epistolam, sic cepit: Dominus & Deus noster sic fieri jubet. Unde institutum post hac, ut ne scripto quidem ac sermone usquam appelleretur aliter. Hinc assentator ille poeta (b):*

*En hic est Deus, hunc jubet beatis
Pro se Juppiter imperare terris,
& Martialis:*

Edictum Domini Deique nostri.

& illud (c):

*Posse Deum rebus pariter musisque vacare
Scimus:
Sic Martialis, Deum Domitianum appellans. Sed magna plane infania, dum i-*

SÆC. I. ANNO PERIODI GRÆCO- ROMANÆ 5589.

Anno Urbis 840. Olymp. 216. an. 3. An. Ch. 87.

C 12. G. D 12. P. 8. April. Indict. 15.

JESU CHRISTI 87. secundum Baronium 89.

ANACLETI PAPÆ 5.

DOMITIANI IMP. 7.

I. AD num. I. Coss. Domitianus Aug. XIII.

Consules. Vicennalia Domitiani Cæsaris.

Eusebius in Chronico juxta editionem tam Pontaci, quam Scaligeri, anno Abrahami 2102.

qui Kalendis Octobris anni Christi LXXXV. in-

choatur ait: *Primus Domitianus Dominum se & Deum appellari iussit. Ea itaque novitas insolentiaque ad Quinquennalia Imperii Augustei Domitiani, non vero ad præsentem annum referenda. Sed Baronius, qui non observat, tam Eusebium, quam Hieronymum in Chronico annuum a Kalendis Octobris inchoare, & ad Abrahami, non vero ad Imperatorum & Incarnationis annos ibidem expressos attendendum esse in utroque Chronico citando non raro decipitur. Scaliger in Notis ad præfatum locum Eusebii ait: An hoc anno se Dominum ac Deum vocari edixerit, ne ipsi quidem Hieronymo constabat, qui hæc ex Eutropio deproptit. Sed si Consulatum Cæsareorum regulam ipsi innotuissent, hæc non scripsisset. Annis enim hujusmodi solenniis additis novitates de more indutas intellexisset, ideoque Hieronymum non frustra hoc anno hæc retulisse.*

[1] Coss. Domitianus Aug. XIII. & A. Volusius Saturninus. Lapis in epistola Cuperi præfixa præfationi in Fastis Ahmelowenii num. XXI. Reinefius pag. 608. NATUS. III. NONAS. MARTIAS. DOMITIANO XIII. Ccs. Fasti Idatiani; Domitiano X. & Saturnino. Fasti Vindebonenses; Domitiano XIII. & Saturnino.

dem Imperator deæ virginis filius dici voluit, nempe Palladis: quod si quis facere detrectasset, tamquam magni criminis reus detrudebatur in carcerem, prout apparet ex his quæ Philostratus scribit (d). *Sed cur filius virginis dici voluit? numquid a Josepho Judæo ejus lateri inharere suggestum ex oraculis Prophetarum ita fore qui in perpetuum regnaturus esset Rex, quod antea suggererat idem Josephus Vespasiano? Sane quidem Domitianum eandem spem concepit, ut quod Vespasianus fuerat consecutus, ipse acciperet; inde potest conjectura sumi, quod sicut ille, ita & iste inquiri fecit si qui reliqui essent ex familia David, ut suo loco dictum est, Inani igitur tali sublatu spe, divinum sibi adscivit honorem, ut Deus & Virginis, filius diceretur. Sed hæc omnia opportune de novo Deo contingebant; quo Christianis ad confutandam superstitionem Gentium de diis reliquis, novi Dei exemplo, quinam illi fuissent, certum patensque suppeteret argumentum.*

Anno

choatur ait: *Primus Domitianus Dominum se & Deum appellari iussit. Ea itaque novitas insolentiaque ad Quinquennalia Imperii Augustei Domitiani, non vero ad præsentem annum referenda. Sed Baronius, qui non observat, tam Eusebium, quam Hieronymum in Chronico annuum a Kalendis Octobris inchoare, & ad Abrahami, non vero ad Imperatorum & Incarnationis annos ibidem expressos attendendum esse in utroque Chronico citando non raro decipitur. Scaliger in Notis ad præfatum locum Eusebii ait: An hoc anno se Dominum ac Deum vocari edixerit, ne ipsi quidem Hieronymo constabat, qui hæc ex Eutropio deproptit. Sed si Consulatum Cæsareorum regulam ipsi innotuissent, hæc non scripsisset. Annis enim hujusmodi solenniis additis novitates de more indutas intellexisset, ideoque Hieronymum non frustra hoc anno hæc retulisse.*

JESU CHRISTI
ANNUS
90.C L E T I
ANNUS
10.DOMIT. IMP.
ANNUS
7.

I. (a) Euseb. in Chron.

Anno Domini nonagesimo, Domitianus decimumquartum & Minutio Rufo Coss. idem Imp. pugnaturus adversus Dacos, Roma discedit (a), Res ab eo

gestas conscripsit Dio, in omnibus ostendens in superbissimo Principe magnam, cum animi torpore conjunctam ignaviam.

ANNO PERIODI GRÆCO- ROMANÆ 5591.

SÆC. I. Anno Urbis 841. Olymp. 216. an. 4. An. Ch. 88.

C 13. FE. D 13. P. 30. Mart. Indict. 16.

JESU CHRISTI 88. secundum Baronium 90.

ANACLETI PAPÆ 6.

DOMITIANI IMP. 8.

I. AD num. I. Coss. Domitianus Aug. XIV.

Consules. Ludi Seculares septimi.

Sumtus hic a Domitiano Consulatus juxta sextam Consulatum Cæsareorum regulam, propter nempe Ludos Seculares. Nam, ut scribit Censorinus lib. de Die Natali cap. 17. septimos (nempe Seculares Ludos) Domitianus celebravit, se XIV. & L. Minucio Rufo Coss. anno (nempe Urbis) DCCCXLI. Quare Ludorum Secularium rationem a Claudio institutam contempsit. Fecit & Ludos Seculares, inquit Suetonius in Domitiano cap. 4. computata ratione temporum, ab anno, non quo Claudius proxime, sed quo olim Augustus ediderat: quamquam nec hoc tempus recte observavit, cum sex anni adhuc desint. Censores quidem apud Card. Norisium in Epist. Consul. pag. 167. & seqq. canonem de assumto ab Imperatoribus Consulatu ob Seculares Ludos a meo statutum, ludicum putant, quod Augustus Ludos quintos Seculares, privatis Consulibus annum in Fastis signantibus, ediderit, & Onuphrius in libro de Ludis Secularibus, ex Nummis Domitiani inscriptis: IMP. CAES. DOMIT. AUG. GERM. TR. P. VIII. & in postica: COS. XIII. LUD. SÆC. PEC. S. C. collegerit, Domitianum non exhibuisse eos Ludos ante Idus Septembris, quia ea tantum die Tribunitia Potestas. VIII. eidem inchoabatur: & tamen Consules ordinarii de more bimestres erant. Addunt, me pagina 184. Dissert. Hypat. De Claudio scribere: *Sed quod Consulatu munere fungens eos Ludos ediderit, omnes præter Severum, sequaces habuit. Hoc quidem a nullo neque ex Veteribus, neque ex Recentioribus animadvertum. Verum, miror, hoc censors hæc in medium adducere; cum diserte scripserim, morem illum annis Secularibus Ludis dicatis Consulatum ineundi a Claudio primum inventum esse, ac præterea expressis verbis docuerim, Consulatum ordinarium ultra Kalendas Martias, ut plurimum, continuatum non esse; ideoque pro certo posuerim, Consules successores jam munus suum exercuisse, quando Ludis Seculares editi; & Quinquennalia, ceteraque id ge-*

nus festa celebrata. Quando igitur dixi, Imperatores Consulatu munere fungentes, aut trabeca indutos ea solennia exhibuisse, intellexi id factum annis, quibus Consules processere, & Fastis nomen dedere, ut centies & amplius in eo Opere repetii, ubi & modum loquendi Capitolini in Gordiano III. cap. 23. usurpavi, qui de Ludis Secularibus ab utroque Philippo, postquam Consulatum deposuere, editis, loquens ait: *Millesimum ab Urbe condita annum in Consulatu suo & filii sui celebravit, die nempe XXI. Aprilis urbis Romæ natali, quo jam Consules ordinarii dignitatem abdicarant, ipsi adversariis fatentibus, qui ideo sibi metipsis lucem invidiant. Ludos vero Seculares ante Idus Septemb. editos fuisse, mox demonstrabo.*

Postquam hæc scripsissem, accepi litteras a Viro clarissimo Guilelmo Loydio in omni antiquitate tam Græca quam Latina exercitatissimo, quibus significat se existimare, Domitianum ante sequentem annum Ludos Seculares non celebrasse. Ejus fundamenta hic transcribere visum, ut hæc controversia certius dirimatur: *Haud tam facile est judicare, inquit, an Ludos Seculares recte collocaveris in annum Christi LXXXVIII. & propterea huic anno Consulatum XIV. recte tribuevis. Domitianum eo anno fuisse Cos. XIV. idque cum L. Minucio Rufo, satis constat: & Ludos Seculares Domitiano Cos. XIV. celebratos Nummi indicant. Sed cum anno Christi LXXXIX. eo titulo usus sit: utrum anno LXXXVIII. aut LXXXIX. si Ludi sint celebrati, hoc quidem jure ambigitur. Pro anno LXXXVIII. facit Censorinus a Lindembrogio correctus, nescio an secundum mentem Auctoris. At enim hos Ludos egisse Domitianum, se XIV. & L. Minucio Rufo Coss. anno Urbis conditæ DCCCXLI. In exemplari, quo usus est Lindembrogius, scriptum erat, anno Urbis conditæ DCCCCLVII. Docuit autem Magnus Scaliger de Emendat. Temp. lib. 5. pag. 486. mendum esse in his annis Urbis conditæ apud Censorinum, quod ille emendavit secundum vestigia Auctoris pro DCCCCLVII. scribendo DCCCXLI. Hac maneat parumper in medio: dum ad animum tuum revertor, quæ scio te legisse (Dissert. Hypatica Prolegomen. XI.) de anni tempestate, quando edi solebant Ludis Seculares. Zosimus (edit. Syb. pag. 670.) qui hanc rem penitus indagavit, ait, diebus istis celebratos: idque messis initio, quod etiam frugum primitia tunc oblata testantur. Messis tempore observatos ostendit etiam Claudianus tuus, ut mihi videtur: sed quando aliter tibi visum est (in Dissert. Hypat. parte 2. cap. 10. num. VII.) nolo huic argumento insistere. Certe diebus longissimis celebratos Carmen Sibylli-*

[1] Coss. Domitianus Aug. XIV. & L. Minucius Rufus. Inscriptiones Donianæ, cl. i. n. 121. pag. 42. BONAE DEAE & C. L. PAQUEDIUS. FESTUS & C. CONSUMMAVIT. IMP. DOMIT. CAES. AUG. GERM. XIII. COS. V. NON. JUL. Edita fuerat hæc inscriptio a Luca Holtenio in Adnotationibus in Italiam antiquam Cluverii pag. 200. & in Historia Tiburtina Francisci Marci lib. VI. pag. 193. & a Sponio pag. 93. & apud utroque nota XIII. consularum deest. Verius eam inscriptionem Donius forte exscripsit, atque adeo ea nota retinenda. Censorinus de die natali cap. XVII. ubi de ludis secularibus sub Domitiano; Septimos (egit) Domitianus, se XIV. & L. Minucio Rufo Coss. anno Urbis DCCCXLI. Fasti Idatii: Domitiano XI. & Rufo. Prosperi Chronicon; Domitiano VII. & Rufo IV. Fasti Vindobonenses; Domitiano XIII. & Rufo.

Hylinum a se ex eodem Auctore Zosimo citatum (in Proleg. Dissert. Hypat. num.XII.) ostendit. Ea quidem anni tempestas maxime conveniebat Apollini; ejus laudibus Carmen Seculare dicatum ait Zosimus, & prater alios confirmat is, qui adfuit his Ludis Domitiani (Statius Syl. l.4.) Onuphrius quidem (de Lud. Jacul.) & post eum Bucherius (de Can. Paschali pag.232.) Viri longe doctissimi, eos in diena natalem Imperii Domitiani Augusti retulerunt. At sine ullo Auctore. Utrisque, si errarunt, (ut ego quidem non dubito errasse) condonandum est; Onuphrio, quod nondum ei constiterit, Domitianum eundem titulum Coss.XIV. quem acceperat anno LXXXVIII. retinuisse etiam anno LXXXIX. Bucherio & aliis Viris doctissimis, quod tantum Virum, etiam in errore, secuti sint. Errasse autem in anni tempestate non magis ostendunt ea qua dixi, quam in ipso anno errasse ostendent ea qua sequuntur.

IV. Hos Ludos fecisse Domitianum TR. P.VIII. indicant omnes Nummi qui habent ullam mentionem Tribunitia Potestatis cum iis conjunctam. Sed cum annus octavus TRIB. POT. ordiatur ab Idibus Septembris anni LXXXVIII. oportet Ludos astate ejus anni octavi celebratos incidisse in annum LXXXIX. Vis hujus argumenti pendet ab illa probatione, in qua nescio an tibi satisfecerim. Pergo igitur ad aliud argumentum, in quo nihil adhuc probatum praesumitur. Nemini magis consilium, quo anno hi Ludis celebrati, quam Auctori Fastorum Capitolinorum, utpote qui exarati sunt Domitiano imperante, quod constat ex titulis, eo vero ibi inferis, & protinus post ejus mortem erasis (Scaliger de Emend. Temp. lib.5. pag.486. & Gruterus pag.205.) Hi autem Fasti docent hos Ludos celebratos fuisse anno Urbis condita I. CCCXLI. hoc est, secundum Censorinum anno U. C. I. CCCXLI. Nam omnes a-ni Urbis condita horum Fastorum unitate minores sunt, quam anni Urbis condita Censorini. Exempli gratia, Coss. anno U. C. CCXCVI. in his Fastis, iidem sunt qui Co. U. C. CCXCVIII. Censorini, sub quibus primi Ludis Seculares. Iidem Coss. U. C. DXVII. in his Fastis, iidem sunt qui Coss. U. C. DXVIII. Censorini, sub quibus tertii Ludis Seculares sunt celebrati. Annus autem U. C. in his Fastis I. CCCXLI. qui Censorino esset I. CCCXLI. orditur a Parilibus anni Christi LXXXIX. (aut si quis malit, Idibus Septembris, hoc anno certe) hi Ludis sunt celebrati secundum Fastos Capitolinos, quorum hac in re indubitatum est testimonium.

V. De Censorino merito potest dubitari, scripserit ne I. CCCXLI. an I. CCCXLII. ut supra ostendi. Si posterius, mecum facit: sin prius, malim credere, Censorinum errasse, quam illos Fastos. Et quidni erraret in re quam tam negligenter habuerit, & in qua ut minimum incuriosus tam facile labi potuerit? Claudiani certe Ludis Seculares, ipso Parilibus celebrati, longe alii erant ab illis Augusti, aut ab his Domitiani: quos tamen Censorinum cum illis Claudianis confudisse zu recte observas (in Dissert. Hypat. parte 2. cap. 10. num. II. & III.) Adis de Ludis Secularibus Antonini Pii flere Censorinum. Noluit te ab ejus silentio inferre, illos sub Pio editos non fuisse, contra fidem Victoris tui Auctoris gravissimi, & contra fidem proba Inscriptionis, qua a magno Scalligero (de Emend. Temp. pag.183.) perperam tribuitur Secularibus Severianis, sed procul dubio spectat ad hos Antonianos. Censorino autem qui vidit tot seculis post Domitianum, quanto facilius fuit hujus Ludos anno citius collocare, quam illos Antoninis suis temporibus tanto propiores omnino omittere? Sane video quomodo potuit facillime in errorem induci cum Domitiani Consulatu XIV. hos Ludos notatos vidisset. Sed nolo tantum indulgere conjecturis meis. Satis est errorem sine Censorini, sive ejus Exscriptoris, ex Fastis Capitolinis demonstrasse.

VI. Alia argumentum adijciani, quod non solum hanc rem extra controversiam ponet, sed etiam de

bello Dacico Domitiani ea te monent, & qua hactenus videris non animadvertisse. Loquor de secundum do bello Dacico, ad quod Domitianus post eadem Cornelii Fuscii P. P. aento Suetonio (in Domitiano cap.6.) profectus est: & a quo post aliquot clades Dacis illatus, ita tamen recessus est, ut non nisi ab obsidibus emptis & pacione immensis muneribus obtenta pacem reportaverit (Dio pag.764. & Plin. Paneg. 8.12.) Martialis (X. 70. vide & IX. 65.) ita Epigrammata sua sex annorum in libros digessit, ut fere singulis annis singuli ejus libri conscripti sint. Is autem ea omnia qua dixi, in libros ita ordine disposuit, ut plano constet, intra trium annorum spatium contigisse. Qui autem fuerint hi tres anni Juliani, ex hoc auctore non constat, sed hoc etiam ope Nummorum potest indagari.

VII. Ex Nummis constat, Domitianum TR. P.VIII. Domitiansepies Imperatorem nuncupatum, nempe IMP. XV. nus hoc an XVI. XVII. XVIII. XIX. XX. XXI. Postea, no Dacos autem IMP. XXI. mansisse usque ad TR. P. XII. vicis juxta Domitiani autem TR. P.VIII. ab Idibus Septembris anni LXXXVIII. ad LXXXIX. extenditur: ut infra hoc spatium temporis oporteat toties IMP. appellatum fuisse. Queritur utri anno LXXXVIII. an LXXXIX. tot victorie (vera, an falsa, nihil interest) quarum causa toties IMP. audiit, assignanda sint. Certe non anno LXXXIX. Nam aliquot mensibus post Idus Septembris Domitianus adhuc erat in procinctu. Ita Martialis (lib. VII. 6.) Istro tunc congelato, ait, populi Romani animos cum illo peregre fuisse: Hiberna quavis Arctos & rudis Peuce, & unguarum pulvis calens Ister. Teneat domantem regna perfida gentis. Proximo Epigrammate (lib. VII. 8.) cum audisset, bellum confectum, & Principem mox reversurum, ita canit: Certa facis populi tu primus Vota. December. Felix forte tua (ob nuntium reditus jam designati) poteras non cedere Jano, Gaudia si nobis, qua dabit ille, dares (si dares nimirum ipsum Principem reducem.) Et quidem anno LXXXIX. Januario mense Principes reversus est. Itaque Poeta (lib. VIII. 8.) ita Jano gratulatur: Est annus ordinaris, & novos Consulibus habens, & Vota, & Tu tamen hoc mavis Latiae quod contigit urbi Mense tuo reducem, Jane, videre Deum. Ibi rationem habes, (ut hoc obiter dicam) quare Domitianus Aug. hoc anno LXXXIX. non processit Consul, quod semper antea fecerat. Roma nempe nunc primum abfuit Kalendis Januariis. Absuerat certe VIII. mensibus, ut Poeta alibi indicat (lib. IX. 32.) hoc est, a mense Maio anni LXXXVIII. ad mensem Januarium anni LXXXIX. Sed post Idus Septembris anni LXXXVIII. IMP. XV. appellatus, deinceps intra menses duos aut tres auxit numerum sexies: quod non erit mirum cogitanti Claudium quingues IMP. appellatum in Britannia nostra, cum ibi non nisi fuerit sedecim diebus (Dio pag.679.) Non opus est, nec mihi vacat, omnia, qua huic rei lucem afferent, hac undique comportare.

VIII. Redeo ad Martialem, impurissimum licet, & eo nomine detestandum, horum temporum tamen fere unicum ordinatum Scriptorem. Hujus librorum sex numero ordinata per annos dispositum antea monui. Nunc mosco, singulos libros ab uno aut altero ad Casarem Epigrammate extra ordinem posito initium ducere; in ceteris fere passim temporis ordinem servare. Horum qua nunc dico, partem antea probavi, reliqua, ne probatione indigeant, faciam, simul annos & libros quos in tabula subjicienda oculis tuis.

Anno Christi 87. Epigrammata continet (Martialis lib. VI.) Cujus anni Idibus Septemb. orditur Domitiani TR. P. VII. Epig. 76. circiter Novembri @ Cornelius Fuscus P. P. (de ejus morte Martialis VI. 76.) a Dacis occisus. So. De Bruma loquitur. Hac clades Domitianum ad secundum bellum Dacicum excitavit. (Suetonius cap.6.) Anno

VII.

VIII.

Anno Christi 88. Domitiano Aug. XIII. & Minucio Riso Coss. (Martialis lib. VII.) Epig. I. De lorica quam Domitianus sibi faciendam curavit ituro adversus Dacos. Maio mense profectus videtur. Nam VIII. mensibus Roma abfuit (Martialis IX. 32.) & rediit Januario sequenti. Astatem puto egisse in Germania & Pannonia, comparanda auxilia, de quibus Dio. Septemb. XIII. orditur TR. P. VIII. quo numero corrente Domitianus tum auxit numerum tituli IMP. a XV. ad XXI. Tum Ludos Seculares fecit, postquam Romam redisset. Sed hac referenda ad annum LXXXIX.

Epig. 6. circiter Octobri. Publica victrices testantur gaudia chartæ, Martia laurigeræ. cuspide fila virent. IMP. IMP.

7. circiter Novembri. Adhuc Principem tenet unguarum pulvis calens Ister, &c. IMP. IMP. IMP.

8. Decembri. Certa facis populi, &c. epigramma ante laudatum de nuntio victoriarum & Casaris mox redituri.

8. Quatenus Othrysius jam PAX Romana Triones Temperat, & tetricæ conticuere tubæ, &c.

8. I liber ad Geticam Peucem Istrumque tacentem; Hæc loca, perdomitis gentibus, ille tenet, &c.

Lib. VIII. anno Christi LXXXIX. Aur. Fulvo, & Sempr. Atracino Coss. Nam abfuit Domitianus, quamvis nunc in reditu. Nota Praefationem hujus libri IMP. DOMITI. C. AUG. GER. DACICO, quem titulum usquam alibi me legisse memini.

Epig. 2. Januario. Janus victorem modo cum videret Istri, &c.

4. Januarii die tertio. Quantum io Latias mundi conventus ad aras Suscipit, & solvit pro DUCE VOTA suo! &c.

8. Adhuc mense Januario. Principium des Jane, &c. De Casare nunc reverso. Epigramma antea laudatum.

II. De acclamationibus sive in ADVENTU AUG. &c. sive postea in Ludis Secularibus. Sarmaticas etiam gentes, Istrumque Getasque Latitiae clamor terruit ipse novæ. De Circensibus. Dum te LONGA sacro venerantur GAUDIA Circo, Nemo quater missos currere sensit equos.

Huc relaturus eram etiam illud de laurea pacis, VIII. 15. quod paci hoc bello parva satis congrueret. Sed respiciens ad illa Suetonii cap. 6. verius sum, ne hæc sit illa de Sarmatis laurea, quam ibi Domitianus Capitolino Jovi retulisse dicitur. Id si verum sit, hoc epigramma erit anni LXXXVI. utcumque hic irrepsit.

IX. De Secularibus Ludis nihil habet usquam Martialis: nisi ad hos spectet illud jam citatum lib. VIII. II. & sane in Circo LONGA erant GAUDIA, quando pro solitis XXV. missilibus peragerentur centum. Hoc autem semel tantum fecit Domitianus, idque in Ludis Secularibus. Suetonius cap. 4. Hic autem vides, anno superiori Domitianum his Ludis adesse non potuisse. Hinc constat etiam ratio, cur Domitianus hos Ludos tanto citius, quam ab Augusti Ludis numeranti par fuit, adiderit. Nihil quippe majus addere potuit celebrati hujus anni, quem ob gloriam belli Dacici confecti totum festum esse voluit. Huc etiam referenda sunt ea qua sequuntur.

Epig. 26. & 30. De spectaculis. de quibus etiam Dio pag. 762. D & c. Septembris XIII orditur TR. P. VIII. & circa hoc tempus videtur fuisse imbres illi & tempestates, de quibus Dio ibidem.

36. 39. De adiuv Palatinarum modo constructarum miraculo. Donus erat ipsi Jovi convivia excipiendo.

50. De Convivio quo ibi populum Romanum excepit. De hoc vide & Sisti Syl. 1. 6. Cur-

men de Casaris. Dicitur I. Saturnalibus, eo die aut sequenti compositum. Et confer Suetonium cap. 4. & Dionem pag. 763. A lib. IX. anno Christi XC. Domitiano Aug. XV. & Nervæ II. Coss. Hoc anno, & ultra mansit PAX, eaque bello Dacico parata. Ita desinit. Viclima jam ferro non opus esse docet. Et Epig. 103. Templa Deo, mores populis, dedit otia ferro. Ne miremur titulum IMP. stetisse in numero XXI. a TR. P. VIII. ad TR. P. XII. Sed jam metam excessi, quam mihi in hac excursionem proposui.

Verum Domitianum currenti anno Seculares Ludos edidisse, ideoque & anno tantum sequenti in Germaniam profectum esse certum videtur. Extat apud Mediobarbum in Numismatis Imperatorum pag. 137. æreus Domitiani Nummus, in quo legitur: IMP. CAES. DOMITI. AUG. GER. P. M. TR. P. VII. CENS. PERP. In postica: COS. XIII. LUD. SEC. F. S. C. Visuntur figuræ tres sacrificantes ad aram in templo. Quem Nummum cum in Tribunitia Potestate depravatum dubitarem, scripti ad Clarissimum Toimardum, ut pro sua erga me benevolentia videret, an similes Parisiis reperirentur, qui respondit jamdiu hunc Nummum negotium sibi facefisse, misitque epigraphen alterius Nummi argentei in Museo Clarissimi Abbatis Drumii Canonici Ecclesiæ Sancti Thomæ in Lupara, in quo is cum Vaillantio V. C. hæc verba distincte legit: IMP. CAES. DOMIT. AUG. GER. P. M. TR. P. VII. Visuntur caput Domitiani laureatum. In averfa parte: COS. XIII. LUD. SEC. F. S. C. Repræsentatur Salus gradiens, dextra bacillum in modum columnulæ striatæ; sinistra clypeum, quo pectus tegit. Quibus ex Nummis intelligimus Domitianum astate præsentis anni Ludos Seculares celebrasse: die enim decimatertia mensis Septembris hujus anni Tribunitiam Potestatem octavam inivit Domitianus, cum qua Ludis Seculares in compluribus Nummis conjunguntur. Verum itaque est quod observavit Loydus, Onuphrium, & Bucherium errasse, quando scripsere hos Ludos editos Idibus Septembris ipso Natali Imperatoris: sic enim non astate, sed autumno celebrati fuissent, quamvis dubitandum non sit, quin eadem anni tempestate continuati fuerint, cum in variis Nummis cum Tribunitia Potestate VIII. copulerentur. Toimardus tamen affirmat, se distincte cum Dronio & Vaillantio in Nummo, in quo Salus repræsentatus, haberi TR. P. VII. Quod magis communi sententia favet. At dici non potest, Censorinum errasse, dum septimos editos scripsit Domitiano Aug. XIII. & L. Minucio Riso Coss. annoque Urbis Varroniano, qua era uti solet, DCCCXLI. & Ludos Seculares Antonianos prætermisisse. Nam Antoninus Pius Ludos Seculares non exhibuit, ut anno Christi CXLVII. demonstrabo, & Ludis Seculares Domitiani ab eo Consulatu annoque Urbis Varroniano removeri nullo modo possunt.

X. Ludis Seculares astate præsentis anni Ludos Seculares celebrasse: die enim decimatertia mensis Septembris hujus anni Tribunitiam Potestatem octavam inivit Domitianus, cum qua Ludis Seculares in compluribus Nummis conjunguntur. Verum itaque est quod observavit Loydus, Onuphrium, & Bucherium errasse, quando scripsere hos Ludos editos Idibus Septembris ipso Natali Imperatoris: sic enim non astate, sed autumno celebrati fuissent, quamvis dubitandum non sit, quin eadem anni tempestate continuati fuerint, cum in variis Nummis cum Tribunitia Potestate VIII. copulerentur. Toimardus tamen affirmat, se distincte cum Dronio & Vaillantio in Nummo, in quo Salus repræsentatus, haberi TR. P. VII. Quod magis communi sententia favet. At dici non potest, Censorinum errasse, dum septimos editos scripsit Domitiano Aug. XIII. & L. Minucio Riso Coss. annoque Urbis Varroniano, qua era uti solet, DCCCXLI. & Ludos Seculares Antonianos prætermisisse. Nam Antoninus Pius Ludos Seculares non exhibuit, ut anno Christi CXLVII. demonstrabo, & Ludis Seculares Domitiani ab eo Consulatu annoque Urbis Varroniano removeri nullo modo possunt.

XI. Nec obstant Fasti Capitolini a Verrio Flacco ordinati & marmoris incis. Ultimi enim Consul, qui in Tabulis marmoreis, ab Onuphrio in calce suorum Fastorum descriptis, recitantur, sunt C. Sicilius & L. Munatius Plancus qui anno Christi XIII. Urbis vero Varroniano DCCLXVI. Magistratum gessere. Anno enim sequenti, quo Augustus obit ea Magistratum Romanorum descriptio finita est, ut notat Onufrius in præfatione ad suos Fastos. Quare inscriptio, in qua Vir doctissimus fundatur, quæque post Fastos Verrii Flacci majori ex parte erasa legitur, ei attribui non debet. Eam hic majoris claritatis gratia refero.

P. R.

A. P. R. G. DCCC XLI

Ex S. C. LUDI SECULARES. FACTI. Eo in marmore Domitiani nomen non legitur, quia, ut inquit Suetonius in Domitiano cap. 23. Senatus Domitiani eradendos ubique titulos abolendamque omnem memoriam decrevit. Quomodo enim Verrius Flaccus eam inscriptionem ponere potuit? cum Suetonius in libro de Illustribus Grammaticis cap. 17. de eo scribat: Deceffit at atis exacta sub Tiberio. Statuam habet Prænse, in inferiori fori parte, contra homicyclum: in quo fastos a se ordinatos, & marmoreo parieti incisos publicavit; ideoque quinquaginta & amplius annos post ejus mortem ea epigraphæ ad calcem Factorum Capitolinorum adjecta fuerit. Verum itaque est, Verrium Flaccum in suis Fastis ordinandis uti annis Urbis conditæ unitate minoribus, quam anni Urbis conditæ Varrionani a Censorino usurpati; ideoque si ea inscriptio Factorum Verrii Flacci pars esset, dubitandum non foret, quin Ludi Seculares anno sequenti, quo annus Urbis Capitolinus DCCCXLI exorditur, celebrati fuissent. At Domitiano imperante opera publica anno Varroniano de more notata, ut varis exemplis ostendit Card. Norisius in literis ad me datis: Ludos Seculares, inquit, Domitiani ob Censorini testimonium actos puto anno Christi LXXXVIII. Id temporis anni Urbis Varrionani in Saxi scalpabantur. Hinc Gruteri pag. CCC. initio Domitianus Cos. XVI. dicitur. A. U. C. DCCCXLIV., quia illa cooptatio facta est ante diem XXI. Aprilis. Ibi tamen Claudius Cos. V. ponitur A. U. DCCCIV. Varroniano. Vespasianus III. cum Nerua A. U. DCCCXXIV. Varroniano. Quare cum Gruteri pag. CCXCV. Ludi Domitiani, hujus nomine detrito, dicuntur acti A. U. DCCCXLI. de annis Varronianis accipiendos puto. In Nummis Domitiani, in quibus signantur LUD. SÆC. videtur hujus Imperatoris Imago cum prætexta, ut videre est in Libello Gallico de Ludis Secularibus Domitiani a Rainfancio Viro eruditissimo publicato. At, ut advertit Card. Norisius, ex prætexta nequit inferri, Domitianum tunc fuisse Consullem, quia Sacerdotes sive Imperatores, cum sacra facerent, prætextam induebant. Lampridius in Alexandro Severo cap. 40. Accepit prætextam etiam cum sacra faceret, sed loco Pontificis Maximi non Imperatoris. Tacitus lib. 2. Hist. cap. 4. tradit, Germanicum sacrificantem sanguine victimæ prætextam aspersisse: Qua de re plura Lipsius in Notis ad eum Taciti locum, & idem Card. Norisius in Dissert. 2. de Cenotaphiis Pisanis cap. 5. Domitiani itaque Consulatus XIV. indicium quidem Ludorum Secularium hoc anno editorum, sed prætexta, quæ hoc tempore vestis Consulæ erat, ad annum, quo ii peracti, delegendum nihil confert.

Quoad alterum Viri eruditissimi fundamentum ab ordine librorum Martialis deductum, doctis observavit, Poetam hunc libros Epigrammatum ordine digestos emisisse, sed quæ libro 6. recitantur, non ad annum Christi LXXXVII. ut ipse putat, sed ad currentem referenda: hincque intelligimus, Oppium Sabinum ipso initio primi belli Dacici & Cornelium Fuscum ipso secundi initio occisos non esse, ut communiter omnes hæc Suetonii in Domitiano cap. 6. verba interpretantur: Expeditiones suscepit in Dacos duas: primam Oppio Sabino Consulæ oppresso: secundam Cornelio Fusco Præfecto cohortium Prætorianarum, cui belli summam commiserat. Neque enim secundum bellum Dacicum hoc tantum anno, sed ab anno LXXXVI. inchoatum, ut dixi: & Martialis satis indicat, bellum ab ejus morte non incepisse. Quare recte Jornandes de rebus Geticis cap. 13. scripsit: Longum namque post intervallum, Domitianus Imperatore regnante ripam Danubii longe possessam ab Imperio Romano, deletis militibus cum eorum Ducibus, vastaverunt (nempe Gothi) cui Provincia tunc post Agrippam Popæus præerat Sabinus. Gothi autem Dorpanens Principatum agebat, quando bello commisso Gothi, Romanis devictis, Popæi Sabini capite abscisso, multa castella & civitates invadentes de parte Imperatoris publice depradarunt: qua necessitate suorum Domitianus cum omni virtute sua in Illyricum properavit, & totius pene Reipublica militibus ductore Fusco præfato cum lectissimis viris annem Danubium confertis navibus ad instar pontis transmeare coegit super exercitum Dorpani. Tum Gothi haud segnes reperti arma capessunt, primoque consilio, mox Romanos devincunt, Fuscoque duce extincto, divitias de castris militum despoliant: magnaque potius per loca victoria, &c. Suetonius itaque loco citato aliud non insinuat, quam, Domitianum in Dacos profectum esse, primum Sabino, secundum Fusco interfecit. Quod & de Fusco etiam indicat Martialis, cum post hujus mortem professionem secundam narret. Quæ porro habet Martialis lib. 7. anno sequenti contingere: quæ vero lib. 8. omnino ad annum XC. pertinent, nisi quod eodem libro sermo est de Sarmatica laurea post eum annum relata, ut infra videbitur; ideoque eo libro gesta quædam duobus sequentibus annis etiam memorata: sed quæ libro nono habentur; post bellum Sarmaticum & in fine Imperii Domitiani scripta videntur. Ex observatione itaque Loydii discimus quod antea ignorabamus, Domitianum scilicet initio anni XC. Romam adventasse, ubi triumphavit, & Decennalia celebravit; quod utrumque apud me certum, sicuti & adventus ille Domitiani hoc anno Romam. Baronius qui ad Ludos Seculares præfenti anno Romæ a Domitiano exhibitos animum non advertit, & de iis non meminit, scribit, Domitianum in decimo quarto suo Consulatu hoc anno suscepto expeditionem habuisse adversus Dacos. Verum ex mox dictis liquet, durante illo Consulatu Roma non abfuisse, ideoque professionem illam ad annum sequentem spectare.

XII. Gesta per tres annos a Domitiano.

XIII. De eadem Professione adversus Dacos. Baron. n. 2.

JESU CHRISTI ANNUS 91.

CLETI ANNUS II.

DOMIT. IMP. ANNUS 8.

Nonagesimo primo anno Domini, Aurelio Fulvio & Sempronio Atracino Coss. ex Dacica expeditione reverfus Domitianus, in cives gladium vertens, complures ex illis occidit (a), ac plerosque in exilium misit, & inter alios Cocceium Nervam, qui postea in Imperio eidem successit (b). Hunc cum audisset Imperator uti consuetudine Apollonii Tyanæi, quem sciebat magum; timens Imperio, ipsum Tyanæum Romam accersit horum criminum reum factum; nimirum, quod vaticinandi causa de Nervæ futuro Imperio puerum occidisset; quodque novo genere indumenti, novaque uteretur vivendi consuetudine; infuper quod incantator esset, & Deus haberi vellet, & alia id genus; sed tum maxime, quod eos coleret homines, quos ipse Imperator odisset.

Ann. Eccl. Tom. I.

Veniens ille Romam, ab Æliano Urbis Præfecto, qui olim in Ægypto familiariter eo usus fuerat, comiter est exceptus: nam Apollonius quidam pro munere magistratus eum nonnisi laxioris carceris adstringi voluit. Perductus vero ad Domitianum, ab eodem coma barbataque contemptus causa, coram se radi, ac inter sceleratos vinciri jubetur. Qui enim in philosophos bellum jurasset, quod philosophiam ostentantium videbatur insigne, amputari illi in primis mandavit. Nihil plane his indignius hisce hominibus accidere posse, illud ab Horatio (c) in Damaspum Stoicum imprecatum demonstrat.

(c) Horat. ser. lib. 1. satyr. 3.

—Dii te Damasppe, deæque Verum ob consilium donent tonsore.

Y y y y Sic

SÆC. I. Anno Urbis 842. Olymp. 217 an. 1. An. Ch. 89.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 1582.

14. D. 14. P. 19. April. Indict. 2.

JESU CHRISTI 89. secundum Baronium 91.

ANACLETI PAPÆ 7.

DOMITIANI IMP. 9.

I. Consules.

Ad num. I. Coss. T. Aurelius Fulvus II. & A. Sempronius Atratinus. Fulvus cum nota numerali edendus, ut ex Chronico Alexandrino, & Capitolino in Antonino Pio cap. 1. apparet.

II. Secunda expeditio Dacica Domitiani.

Secundum bellum Dacicum quod Domitianus hactenus per Legatos, hoc anno præfens gessit, ut ex iis, quæ anno præcedenti, tempus quo libri Martialis editi investigans, dixi, manifestum fit. In septimo itaque Martialis libro varia hujus expeditionis indicia extant, quæ tunc ex Loydio Viro eruditissimo proposui. Cum vero per Baron. an. 90. num. 1. mensis octo ea expeditio durarit, ut docet Martialis libro 9. epig. 32. annique sequentis initio Domitianus Romam redierit, ut mox dicitur, eum adulto vere ex illa digressum constat. Mediobarbus anno præcedenti, quo Domitianus die XIII. Septembris Tribunitiam Potestatem VIII. suscepit, varia ejus Numismata profert ex quibus discimus, Domitianum titulum Imp. a numero

XV. ad XXI. auxisse. Verum, cum tunc Romæ ob Ludorum Secularium celebrationem fuerit, Nummi illi hoc anno percussi, titulusque IMP. toties multiplicatus. Licet autem anno sequenti ex ea expeditione redux secundum triumphum Dacicum egerit, & hoc anno ut victor Romam literas miserit, magnam tamen militum partem turpiter amisisse docet Dio lib. 67. Mense Decembri. Daciam reliquit Domitianus, ut sequentis anni initio Consulatum XV. Decennialibus ejus destinatum inire posset: indeque Martialis lib. 7. epig. 8. ait, quod si eo mense in Urbem adventasset, Decembris Januario anteponi potuisset. Denique tertio Nonas Januarii, quo Vota pro salute Imperatorum nuncupari solita, Domitianus Romæ erat, ad quem est Epigramma 4. Martialis in libro octavo. Quantus, io; Latias mundi conventus ad aras, Suscipit, & solvit pro Duce vota suo! Singulis enim annis eo die pro salute Imperatoris Vota præterito anno concepta solvebantur, & nova in annum sequentem suscipiebantur. Sic uti anno Christi XIV. dixi, singulis Lustris post peractum Census Vota ultimo Lustris concepta solvebantur, novaque in proximum nuncupabantur, quod pariter in Quinquennialibus & id genus festis præstitum; ideoque errant, qui scribunt, Decennalia Vota v. g. anno uno soluta, sequentique Vota Quindecennialia suscepta, ut in differt. Hypatica demonstravi. Hoc etiam anno vel saltem superiori, bellum

III.

[1] Coss. T. Aurelius Fulvus II. & A. Sempronius Atratinus. Fasti Idatiani: Fulvio & Atracino. Prosperi Chronicon: Flavio & Traiano. Fasti Vindebonenses: Fulvio & Atracino. T. Aurelius Fulvus hic esse creditur, Antonini avus, qui A. D. 85. primum Consulatum gessit.

CHRISTI
91.CLETI
11.DOMIT. IMP.
8.III.
Apollonius evan-
gizans ab
oculis Do-
mitiani

Sic igitur Apollonius nudatus barba, e carcere vocatus iterum, & causam suam agere iussus; post defensionem habitam, cum eum invitum Domitianus retinere vellet, invisibilis ille factus evanuit, & Puteolis ubi socii expectabant, improvise apparuit, non auxilio (uti ipse profitebatur) deorum, sed magia. Huiusmodi ludum, a Philostrato descriptum, Romæ incantator & magus exhibuit, quo omnes in admirationem convertit. Ipse vero Ephesum est reversus, ubi mansit usque ad interitum Domitiani. Quod vero Cedrenus tradit eundem Apollonium Roma recedentem profectum esse

Praefes Ger-
mania re-
bellat, &
vincitur.

lum civile in Germania profligatum. De eo Suetonius in Domitiano cap. 6. scribit: *Bellum civile motum a Lucio Antonio, superioris Germaniae Praefide, consecit absens, felicitate mira: cum ipsa dimicationis hora resolutus repente Rhenus, transiens ad Antonium copias Barbarorum inhibuisset. Victus captusque a Lucio Maximo Antonio, ut prodit Xiphilinus, qui & tempus victoriae reportatae designat, cum eam referat inter ea, quae memoriae digna bello Dacico, contigere. Secundo Mediobarbus pag. 137. hunc Domitiani Nummum exhibet: IMP. CAES. DOMIT. GERM. COS. XIII. CENS. PERP. in postica RHENUS S. C. Cum autem in tot Nummis huius Imperatoris ab eo Auctore relatis nulla Rheni mentio praeterquam in isto hoc anno percusso occurrat, hunc ob eam victoriam cum omnino verisimile, ideoque hoc anno vel praecedenti, quo in Nummis COS. XIV. ea reportata, dictus est. Tertio testatur Xiphilinus, Domitianum animum ad caedes faciendas induxisse, quod Lucius Maximus litteras omnes inventas in capsis Antonii combussisset, subiungitque illis temporibus Lucianum Proclam Senatorem plerumque ruri vitam agentem, coactum fuisse proficisci ex urbe cum Domitiano; ne se videretur cum in periculis deserere; morte afficeretur. Sed postquam nuntium de parva victoria allatum esse intellexit: *Vicisti, inquit, Imperator, ut optabam, quamobrem ut ruri me restituas peto. Itaque dimissus, rus abiit.* Haec autem victoria alia non videtur, quam quae de Antonio per Legatum suum a Domitiano reportata; neque etiam ea profectio Domitiani alia,*

Byzantium, inde vero Antiochiam, in iisque civitatibus suas exercuisse praestigias, magnamque sibi existimationem ob eam causam comparasse: miramur, si haec vera sunt, Philostratum, qui singulas res ab eo gestas est prosecutus, hominemque mirifice coluit, praeterire potuisse; cum praesertim nullam laudandi hominis reliquerit occasionem; fides igitur sit penes auctorem. At de his quae subdit ex Anastasio Antiocheno, tu consule quae de eodem Apollonio a nobis superius dicta sunt. Post haec autem Domitianus Cocceium Nervam, Romam revocatum, Consularem designavit, de quo plura inferius.

Anno

quam quae hoc anno ab eo suscepta. Ad haec, postquam haec recitavit Xiphilinus, loquitur de quibusdam prodigiis, quae evenere *Ulpio Traiano & Atilio Glabrio, qui tum una Consulatum gerabant.* Qui Consulatus in annum Christi XCI. incidit, ideoque ante eum Christi annum Antonius superatus, non vero anno XCII. quo ejus cladem Calvius in Opera Chronologica consignat. Eo enim anno Sarmaticum, non vero civile bellum consignandum ut infra videbimus. Difficultatem tamen faciunt Tacitus in Vita Agricola & Suetonius in Domitiano cap. 10. Ille ait, Domitianum primum per intervalla ac spiramenta temporum, & postea Collega Priscoque Coss. anno nempe XCIII. continuo & velut uno actu Rempublicam exhausisse. Suetonius vero postquam aliquot caedes narravit, speciatimque Metii Pomposiani, ait: *Verum aliquanto post civilis belli victoriam favor, &c. Tumque alia crudeliter a Domitiano patrata refert. Qua in gradatione cum Tacito citato consentire videtur.* Et tamen Xiphilinus Pomposiani caedem post devictum Antonium factam dicit, ita ut secundum Suetonium magna carnificina, de qua Tacitus, acciderit paulo post Germaniam recuperatam, ideoque haec Imperio Romano restituta fuerit anno XCII. vel XCIII. & Pomposianus non post victoriam, sed ante eam perierit. In hoc Auctorem confictu nihil habeo dicendum, nisi Suetonium in temporum notatione parum accuratum esse indeque cap. 4. Ludos Seculares ante Quinquennale Certamen posuisse.

JESU CHRISTI
ANNUS
92.CLETI
ANNUS
12.DOMIT. IMP.
ANNUS
9.I.
Joannes
Apostolus
reus Ro-
mam ve-
nire ju-
be-
tur.

Anno Christi Redemptoris nonagesimo secundo, Domitiano Augusto decimumquintum & Nerva Cocceio secundum Coss. Joannes Evangelista, qui Asiae Ecclesias curabat, atque Ephefi morabatur (sive invidia Apollonii, quem fuisse in Christianos infensissimum, omnes puto facile intelligere; ut qui ubicumque locorum esset, neminem suis adversantem studiis magis quam Christianos haberet: sive fortasse Euphratis philosophi desertoris apud Domitianum agentis, his officiis aucti, aut opera Ebionis haeresarchae ejusdem Joannis hostis acerbissimi; quem Romam venisse, superius dictum est: vel aliter quoquo modo acciderit) ipse, inquam, Joannes ad Domitianum Imperatorem reus impietatis a Proconsulibus Ann. Eccl. Tom. I.

le Asiae Romam vincitus mittitur. Id enim hoc potissimum anno accidisse, ipso exordio persecutionis per Domitianum excitatae, cum nondum usque ad gladium progressa esset, existimamus, haecque de Joanne velut praeludia praecessisse. Feruntur quaedam epistolae Domitiani, & Proconsulis Asiae, ultro citroque datae, de Joanne reo impietatis constituto Romam mittendo, deque ejus gestis coram Domitiano, nomine Procori scriptae. Sed quoniam in multis mendacissimus hic auctor fuisse convincitur; si qua vera in eis insunt, sicut esse credimus, eadem haud tuto possumus affirmare.

Ceterum inter alia ab eodem auctore relata, verum illud esse credimus (exemplo eorum quae nuper diximus Apollonium

II.
Joannes
qua Re-
mæ passus,

Y y y 2

S. E. C. I. ANNO PERIODI GRÆCO - ROMANÆ 5583.

Anno Urbis 843.
Olymp. 217. 2^a. 2.
An. Ch. 90.

☉ 15. C. ☽ 15. P. 4. April. Indiæ. 3.

JESU CHRISTI 90. secundum Baronium 92.

ANACLETI PAPÆ 8.

DOMITIANI IMP. 10.

I.
Consules.II.
Decennalia
Imperii
Augusti
Domitiani.

[1] AD num. I. Coss. Domitianus Aug. XV. & M. Cocceius Nervus II.

Sumus hic a Domitiano Consulatus juxta secundam Consulatum Cæsareorum regulam: Augusti enim Imperii Decennalia dedit, ut jam dixi in Dissert. Hypat. At inquit aliqui censors in Epistola Consulari apud Card. Norisium pag. 172. *Quis tibi Apollo revelavit, Domitianum edidisse Decennalia hoc anno, quo inibat annum decimum Imperii, non vero sequenti, quo eundem decimum annum complebat?* Respondeo, studium assiduum ac vehemens ad veras Consulatum Cæsareorum causas expromendas hanc mihi vaticinandi artem peperisse, cujus opera vulgarem opinionem, quae docet, Decennalia exeunte tantum anno decimo edita, qua censors isti adeo imbuantur, aliasque huiusmodi, quas ipsi mordicus tuentur, falsissimas esse comperi. Secundo quod ipsis vel falsum vel dubium apparet, ex Nummis constat esse certissimum. Mediobarbus in Domitiano unum huius Imperatoris proponit inscriptum: IMP. CAES. DOMIT. AUG. GERMAN. TR. P. VIII. In postica parte legitur: VOTA PUBLICA COS. XV. Cernitur Imperator ad aram stans, dextra pateram tenens, ante eum figura stans, tibicen, taurus, popa, & alia figura hastam tenens. Quo ex Nummo, ut recte Mediobarbo observatum,

discimus, Decennalia Domitiani hoc anno, non vero sequenti, celebrata, & errasse Onuphrium in Fastis, quando scripsit, Decennalia anno tantum decimo exacto celebrata. Praestantissimum illud Opus de Imperatorum Romanorum Numismatis, post Dissertationem Hypaticam publicatam, in lucem emissum. Quare sine hujus Numismatis ope, soloque regularum Consulatum Cæsareorum subsidio jam inveteratum illum errorem everterem. Quod si tunc Opus illud vidissem, Domitianum primum ex Imperatoribus fuisse, qui Vota Decennalia, implicitis tamen verbis, Nummis sculptenda voluerit, notare non praetermississem. Sic antequam Baluzius V. C. egregium librum Laëtantii de Mortibus Persecutorum publici juris fecisset, Diocletianum anno trecentesimo tertio, quod tunc in obscuro erat, Vicesennalia celebrasse, Consulatum Cæsareorum, regulis detexeram. Prodiit denique nuper nova Oratio Themistii editio, in cujus Oratione XVI. dicitur, Imperatores singulis quinquennialibus & decennialibus Consulatum capere solitos, indeque quod jam statueram, extra omnem controversiam positum. En Apollo, qui mihi ista arcana revelavit.

Card. Norisius in epistola Consulari pag. 165. & 175. scribit, secundum Domitiani triumphum anno praecedenti vel anno LXXXVIII. ductum esse. Vide eius verba anno LXXXVI. num. III. Domitiani a me adducta. Sed decepere Card. doctissimum de Dacis Domitiani victoriae per eos annos reportatae triumphus. Existimavit enim eandem triumphum proxime secutum esse, cum tamen Diocletianus, alique quidam Imperatores triumphum post victorias aliquot annis distulerint. Praeter Domitiani XV. Consulatum hoc anno gestum, Nummus in Dissert. Hypatica a me productus, & Eusebius in Chronico ibidem citatus, secundum huius Imperatoris triumphum hoc anno exhibitum fuisse testan-

III.

Secundus
Domitiani
triumphus.

[1] Coss. Domitianus Aug. XV. & M. Cocceius Nervus II. Vetus inscriptio apud Fabretum pag. 274. n. 158. IMP. AUG. GERMANICO. XV. M. COCCO. NERVA. II. COS. Erafum est Domitiani nomen. Fasti Idatiani: Domitiano XII. & Nerva II. Prosperi Chronicon: Domitiano VII. & Nerva. Fasti Vindebonenses: Domitiano XV. & Nerva. Norisius in Epistola consulari pag. 172. monet hunc esse Domitiani ultimum inter septem consulatus, quos Suetonius in vita cap. XIII. testatur continuasse. Hinc Plinius in Panegyrico scribit, Domitianum continuis consulatibus fecisse longam quendam, & sine discrimine annum.

CHRISTI
92.CLETI
12.DOMIT. IMP.
9.

nium passum esse a Domitiano) quod ait iustum esse inter alia ab eodem Domitiano, Joannem quoque ignominie causa tonderi. Sed illa etiam certa veraque esse noscuntur, quæ idem auctor scribit, Joannem Romæ immissum esse in ferventis olei dolium, sive potius solum: nam ejusdem veritatis gravissimi sunt ad stipulatores. Si quidem Tertullianus (a), qui ceteris præstat antiquitate, hæc eadem his verbis testata reddit, dum agit de Romana Ecclesia: *Habes Romam, unde nobis quoque auctoritas præsto est: statu felix Ecclesia, cui totam doctrinam Apostoli cum sanguine suo profuderunt: ubi Petrus passioni Dominicæ adæquatur: ubi Paulus Joannis exitu coronatur: ubi Apostolus Joannes posteaquam in oleum igneum demersus nihil passus est, in insulam relegatur.* Hæc Tertullianus. Sed & S. Hieronymus (b) eadem refert, Tertullianum citans, dum scribit adversus Jovinianum; & in Matthæum (c) his verbis: *Si legamus Ecclesiasticas historias; in quibus fertur quod & ipse propter martyrium sit missus in ferventis olei dolium, & inde ad suscipiendam coronam Christi athleta processerit, statimque relegatus in Patmos insulam sit, &c.*

(a) Tert. de
prescript. c.
36.(b) Hier. in
Jovin. lib.
1.(c) Hier. in
Mat. c. 20.

testantur. Quare res hæc certissima. Ad annum Abrahami 2107. qui mense Octobri currentis Christi anni inchoatur, idem Eusebius ait: *Domitianus de Daciis & Germanis triumphavit. Tum Domitianus tanta superbia fuit, ut aureas & argenteas statuas sibi in Capitolio poni jussit.* Ad quæ verba Scaliger in Animadversionibus Eusebiana ait: *Domitianus tanta superbia, &c. ex Eutropio Hieronymus qui hæc in hunc annum conjecit: cum tamen de ea ei non constaret. At fallitur Vir doctissimus; Hieronymus enim libros legerat, qui ad nos non pervenerunt. Accurate itaque Hieronymus. Nam annis Decennialibus & id genus festis additis novitates de more inducæ, & statuarum Principibus ac magnis Viri poni solita, ut innumeris exemplis liquet. Hæc itaque statuarum Decennialium Domitiani indicium.*

IV.
Nerva in
exilium
actus.Baron. an.
91. num. 1.

Eusebius in Chronico tam secundum Pontaci quam Scaligeri Editionem, ad annum Abrahami 2104. qui Kalendis Octobris anni Christi LXXXVII. auspiciatur ait: *Domitianus plurimos nobilium in exilium mittit, atque occidit. Indeque Baronius intulit, Nervam præcedenti anno exilio affectum esse. Scribit enim Philostratus lib. 7. cap. 3. Nerva, qui post Domitianum iusto modesteque imperavit, jam dignus Imperio videbatur; eademque de Orfito & Rufo fuit opinio. Hos Domitianus paratarum contra se insidiarum insimulans, in insulam relegavit: Nervam quoque Tarentum secedere iussit. Verum hæc cædes exiliaque ante annum XCIII. eoque jam affecto, non contingere. Tacitus enim in fine Vitæ Agriolæ, postquam eum, *Conlega Priscoque Coss.* anno sc. Christi XCIII. decimo Kal. Septemb. excessisse narravit, de eo scribit: *Sicut durare in hac beatissimi sæculi luce, ac Principem Trajanum videre, augurio votisque apud aures nostras**

Quod vero idem in libro de Scripturibus Ecclesiasticis hæc de Joanne dicit: *Quartodecimo igitur anno secundum post Neronem persecutionem movente Domitiano, in Patmos insulam relegatus, scripsit Apocalypsim; apparet ipsum S. Hieronymum non tam annum Joannis relegationis consignare voluisse, quam exordium Imperii Domitiani, a quo est persecutio excitata, monstrasse. Etenim non simulatque in Imperium ingressus est, Christianos vexare cœpit: nam Ethnicorum scriptorum testimonio dictum est, Domitianum, fratris gloriæ æmulum, qui benignitate & clementia summam sibi laudem comparaverat, tunc ab omni prolixæ cæde abstinuisse. At licet Eusebius prope finem ejus Imperii eam persecutionem pernotam dicat; tamen cum Cletum sequenti anno gladio persecutoris adeptum esse coronam martyrii constat; jam hoc anno, Joannis confessione persecutionem cœptam esse putamus: quæ tamen ipso sui exordio non fuit adeo sæva, ut postea visa est; cum videamus Joannem non mortis supplicio esse affectum, ut ceteros, sed in insulam relegatum. Verum quod spectat ad Joannis res Romæ gestas; extat ibi vetus ac nobile Joannis mar-*

III.
De persecu-
tione
Domitia-
ni.

*ominabatur: ita festinata mortis grande solatium tulit, evasisse postremum illud tempus, quo Domitianus, non jam per intervalla ac spiramenta temporum, sed continuo & velut uno istu Republicam exhaustit. Non vidit Agricola obsessam Curiam & clausum armis Senatum, & eadem strage tot Consularium cedes, tot nobilissimarum feminarum exilia & fugas. Una adhuc victoria Carus Motius censebatur & intra Albanam villam sententia Messalini stropabat, & Massa Bæhus jam tum reus erat. Mox nostræ auxere Helvidium in carcere manus: nos Maurici, Rustique visus, nos innocenti sanguine Senecio perfudit, &c. Eo itaque anno Nerva in exilium missus: quod clarissimus Guillelmus Loydus in literis ad me ex Angliæ scriptis deducit ex epistola Plinii 33. lib. 7. in qua ait Plinius, Nervam, missis ad se gravissimis literis, gratulatum sibi esse, quod *habium Massam de repetundis a Bosticis accusatum damnasset. Ex enim, inquit Vir doctissimus, literæ Tarento, ubi in exilio agebat, a Nerva scriptæ. Hinc itaque annus exilii Nervæ, imo & persecutionis adversus Christianos decretæ tempus innotescit: cum enim Domitianus anno XCIII. continuo & uno istu Republicam exhaustit, in Christianos etiam sævissime non dubitandum. Hinc etiam liquet, in Chronico Eusebii res sæpe aliam quam contigerint annis, consignatas esse.**

Ad num. III. Baronius secundam persecutionem adversus Christianos a Domitiano excitatam præsentem anno designat. In Dissertatione pernotam Hypatica eam anno tantum nonagesimo tertio motam indicavi, quod a censoribus quibusdam in Epistola Consulari apud Card. Norisium pag. 170. irritum, hæc ratione, quod *magis Ecclesiasticorum Annalium conditor persecutionem a Domitiano decretam alligat anno XCI.*

V.
Initium
persecutio-
nis Domi-
tiani.CHRISTI
92.CLETI
12.DOMIT. IMP.
9.

martyrii, & tam insignis editi miraculi monumentum apud Portam Latinam, ubi sævum illud contigit illatum esse supplicium: immo & ipsa dies, qua hæc facta sunt, pridie Non. Maji, perpetua est memoria illustrata, dum eadem recurrente quolibet anno Romæ & alibi annua celebritate recolitur.

IV.

(a) Orig.
in Mattha-
um. tract.
12.

De relegatione autem Joannis in Patmo non solum ex antiqua traditione, sed ex ipsiusmet Joannis testimonio certam fidem sibi vendicans Origenes (a) hæc ait: *Imperator Romanorum (sicut docet traditio) condemnavit Joannem dantem testi-*

monium verbi Dei, in insulam Patmos, sicut ipse de suo martyrio docet, non dicens quis eum condemnaverit, sed ubi condemnatus fuerit. Dicit enim in Revelatione sua hoc modo: Joannes frater vester & socius in tribulatione & in regno & in patientia Jesu, fui in insula quæ vocatur Patmos, propter verbum Dei, & propter testimonium Jesu Christi. Ceterum hæc sub Domitiano esse facta, tam Latini quam Græci Ecclesiastici scriptores affirmant, excepto Epiphania (b); qui quidem, nescimus quomodo errore lapsus, sub Claudio jam Patmo reversum dicit; sicut etiam

Joannes
relegatur
in insu-
lam.(b) Epiph.
bar. 51.

errasse

Baronius tamen præsentem anno eam persecutionem incipit. Verum videamus, quis nostrum irridendus, an ego, qui a tanti Viri sententia gravissimis argumentis ductus recessi, an vero illi, qui vulgaribus opinionibus pueriliter delectantur. Baronius itaque, a quo sine magno fundamento discedere non soleo, hanc unicam suæ opinionis rationem offert, quod nempe Sanctus Cletus Papa anno sequenti martyrii gloria coronatus fuerit. Quod cum nec ipse probet, nec ab aliquo probari possit, illud martyrium tam cito consignandæ persecutionis causa esse non potuit. Præterea fatetur Baronius, Eusebium in Historia hanc persecutionem in finem Imperii Domitiani contulisse. Tertio Eusebius in Chronico, tam juxta Pontaci, quam Scaligeri Editionem, hanc persecutionem collocat anno Abrahami 2110. qui Kalendis Octobris anni Christi nonagesimi tertii inchoatur; quo etiam Abrahami anno persecutio Domitiana copulatur in Collectedanis Græcis apud Scaligerum pag. 395. Quarto Auctor Chronici Alexandrini eandem recitat Olympiade ducentesima decima octava anno primo. Hujus porro Chronici Auctor in putandis Olympiadis Eusebianam rationem sequitur, ideoque annus ille Olympiadicus anno Christi nonagesimo secundo inchoatus, insequenti vero absolutus. Habentur & alii characteres in eo Chronico, sed depravati, nisi qui sumitur ab anno XIII. Domitiani, & a quarto Consulatu ante hujus Imperatoris mortem, ita ut indubitatum sit, Auctorem illum eam persecutionem cum anno Christi nonagesimo tertio conjunxisse. Ex quibus liquet, relegationem Joannis Apostoli in insulam Patmos, quæ, teste Hieronymo, anno XVI. Domitiani contigit, hoc anno a Baronio consignari non debuisset, sicuti nec persecutionem hoc anno inchoari; cum Sancti Cleti Papæ mors, qua suam opinionem firmat, anno sequenti non contigerit.

VI.
Persecutio
Domitiani
magis
explicata.

Certe Domitianum non nisi sub finem Imperii persecutionem excitate testatur Eusebius in Historia, in qua accuratior est, quam in Chronico: *Domitianus, cum jam multa in multos crudelitatis suæ specimina edidisset, nec paucos nobilium atque illustrium virorum urbis Romæ iniuste interemisisset, alios præterea innumerabiles summa dignitatis viros, licet infantes, exilio & bonorum proscriptione multasset, ad extremum Neronianam impietatis, bellique & odii adversus Deum, successorem se ipsum professus est, inquit Eusebius in Hist. lib. 3. cap. 17. In Chronico autem anno Christi XCIII. persecutionem recitat, postquam proxime dixit, Domitianum multos nobiles perdidisse, quosdamque etiam in exilium misisse. Præterea Lactantius in lib. de Mortibus Perfecta-*

torum cap. 3. sub finem Imperii Domitiani persecutionem ortam insinuat: *Cum exercebat invisam dominationem subditorum tamen cervicibus incubavit, quam diutissimo, tutusque regnavit, donec impias manus adversus Dominum tenderet. Postquam vero ad persequendum justum populum instinctu demonum incitatus est, tunc traditus in manus inimicorum luit penas. Immo Dovvellus celeberrimus Angliæ Scriptor, in Dissert. XI. Cypriana de Paucitate Martyrum, ait persecutionem Domitianeam fuisse brevissimam, ut vix unum annum implere potuerit: statim Domitianum extinctum esse innuere Lactantium, (cujus verba mox citavi) & tempus ipsum certissimis characteribus consignasse Brutium, (cujus verba anno XCV. num. 1. recitabo) Flavii scilicet Clementis Consulatum anno XCV. gestum. Quare cum Tribunitiam Potestatem XV. a Septembri XIII. inierit Domitianus, sub finem illius anni persecutionem contigisse necesse esse. Atqui sub finem Septembris anni sequentis occisus est: his itaque terminis illam conclusam fuisse ait Dovvellus, ita ut vix annum implere potuerit. Sed non assentior; quia ideo Brutius, cujus liber perit, persecutionem cum anno XV. Domitiani junxit, quia tunc maxime grassata est, ipseque Flavius Clemens vix deposito Consulatu ordinario occisus, & Domitilla ejus neptis in insulam Pontiam deportata. Quæ utpote magis illustra a Bruto anno Domitiani XV. quo accidere consignata. Ex quo male inferitur, Domitianum antea in Christianos non sævuisse: præsertim cum Hieronymus tradat, Joannem Evangelistam anno Domitiani XIV. in oleum igneum conjectum esse. Ad hæc, verum quidem est, persecutiones adversus Christianos annis Decennialibus & id genus festis destinatis excitari solitas, ideoque anno Domitiani XV. Quindecennialium occasione vexatos. Verum ipsa persecutio natali Imperii die de more non decreta, ut arbitrat vir doctissimus. Sed quemadmodum totus annus Julianus, quo ea solennia acta, festivus fuit, templa ædificata aut dedicata, & res ad Religionem pertinentes sollicite curata: sic persecutiones, non ipso anno decimo v. g. Imperatoris, sed anno Juliano, quo Decennialia edita, exque quocumque illius die indiscriminatim decreta. Præclarum hujus rei exemplum videbimus in Imperio Diocletiani. Is enim persecutionem quidem in suis Vicennialibus anno CCIII. celebratis decrevit, sed mense Februario, & pluribus mensibus ante diem Imperii sui natalem, & ante eum, quo Vicennialia exhibuit. Licet igitur persecutio anno XV. Domitiani arserit, non sequitur, die Domitiani natali, & non prius, eam inchoatam esse. Denique si Domitianus anno*

Baron. an.
97. num.
XVI. &
XVII.
anno

CHRISTI
92.

CLETI
12.

DOMIT. IMP.
9.

erasse reperitur Aretas Cæsariensis, qui in suis in Apocalypsim commentariis Joannis exilium sub Nerone accidisse testatur; ex eò, puto, deceptus, quod una simul Tertullianus martyrium Petri, Pauli, atque Joannis in nuper citato loco recenset. Victorinus Pictaviensis, necnon Primasius, in commentariis quos ediderunt in Apocalypsim, tradunt Joannem illuc a Domitiano esse relegatum ad efodienda metalla. Est illa insula una ex Sporadibus, habens in circuitu (ut scribit Plinius a) triginta mille passus,

(a) Plin. lib. 4. c. 32.

anno tantum Imperii XV. Christianos affligere coepisset, persecutio aliquot tantum menses durasset; cum Baronius illum ante mortem a persecutione destitisse clare ostendat.

VII. Nec placet etiam quod Dodwellus scribit, eam scilicet persecutionem cruentam non fuisse. Si Domitiano credimus in Apolog. cap. 5. inquit Dodwellus, ne ad cruciatum quidem progressus est, nec cruenta fuit. Ita enim ille. Tentaverat & Domitiani portio Neronis de crudelitate; sed qua & homo facile ceptum repressit, restituta etiam, quos relegaverat: Tentavit itaque dumtaxat, non item Cæsariano, quod fecit Nero, gladio fecerit. Relegavit etiam confessos, non capitali etiam, sed nec membrorum supplicio affectis, &c. Scio equidem eodem Auctore Tertulliano lib. de Prescript. cap. 36. Joannem Apostolum a Domitiano in oleum igneum esse conjectum, tum suspendo miraculo salvum in insulam deinde esse relegatum; verum eo miraculo ita deterritus est factus Tyrannus, ut ne auderet quidem deinde in innocentes pro ingenio suo favere. Hac si vera sunt, suspecta erunt deinde recentiorum monumenta omnia, quae cumque Martyres Domitiano tribuendos esse censuerint. Ita Dodwellus, qui satis animum non attendit ad Domitiani sevitiam, ratione cujus ab Ethnicis Nero est appellatus, a Tacito Nerone favior dictus, a Tertulliano vero portio Neronis, ut ostendit Baronius in Annalibus. Cum itaque Domitiano anno Christi XCIII. Imperii eius Cæsarei quintis Quinquennialibus addito, vel anno Christi XCV. quo Quinquennialia celebravit, persecutionem adversus Christianos excitavit, & quoad rei gestae annum, Neronem exemplar sibi proposuerit, non dubium, quin Christianos crudeliter haberet, & quin eorum plures, ut habent Tabulae Ecclesiasticae, martyrium fecerint. Quia vero persecutio Domitiana Neroniana minor fuit, de ea loquitur Tertullianus quasi prioris tantum adumbratio fuisset; non quod multi occisi non fuerint, sed quod non tantae adversus eos crudelitates exercitae. Quod si Tertullianus de relegatis tantum loquitur, factum id, quia eosdem Domitiano ante mortem restituit; nec opus erat, ut de his, qui interfecit fuerant, loqueretur; cum eos Domitiano ad vitam non revocaverit. Denique vel solum Joanni Apostolo irrogatum supplicium demonstrat, plures capitali supplicio affectos. Nam miraculo, quod tunc accidit, deterritum Domitiano fuisse, & ab innocentibus persequendis illum destitisse, gratis a Viro doctissimo asseritur. Vide dicenda anno XCIV. num. V. & Baronium anno 94. num. VII.

Baron. 27. num. III. & IV.

VIII.

Revocanda ad praesentem annum quae anno LXXXVIII. retulimus ex libro 8. Martialis,

ab Icara (ut tradit Strabo b) versus Occasum sita. At vero non simulatque illuc accessit, eam quam scripsit Apocalypsim accepit; sed ad finem Imperii Domitiani eam vidisse, Irenaeus (c) testatur, sic dicens: Neque enim ante multum temporis visum est, sed pene sub nostro saeculo ad finem Domitiani Imperii: quamobrem de ea suo loco agemus. Cum illuc exul moraretur Joannes, ad pietatem instituisse omnes ejusdem Insulae accolas, ex antiquioribus monumentis Metaphrastes affirmat (d).

Anno

quae Loydus Vir eruditissimus summarie collegit, quaeque perperam anno praecedenti illi legavit. Spectacula itaque, de quibus ibidem, convitium, quo populum Romanum Domitiano excepit, adeoque Palatina recens constructae, de quibus ibi sermo est, pertinent ad praesentem annum, quo Domitiano & Decennalia Imperii Augustei & secundum triumphum Dacicum exhibuit. Ante aedificatum illud palatium, non poterant in aula celebrari solennia populi convivia, ut prodit Martialis lib. 8. Epigr. 39. Quare anno praecedenti illud a Rabirio celebri Domitiani architecto aedificatum, ut elicio ex Martiali lib. 7. Epigr. 56. ubi tunc ejus constructioni Rabirium incubuisse testatur. Liber autem 7. Martialis gesta anno Christi LXXXIX. complectitur. Ad decennalia itaque sua Domitiano respiciens, Regiam illam, quam Poeta lib. 8. Epigr. 36. Pyramidibus, Aulisque Aegypti anteponit, condere voluit. Illud etiam notatu dignum, Domitiano a Martiali lib. 8. in Praefatione, & a Juvenali Satyra 6. Dacicum cognominari; sed, ut observat Scaliger in Notis Eusebianis ad n. 2107. nullus Nummis extat nullumque monumentum, in quo Dacici cognomen sit; cum tamen Germanicus saepissime in Nummis vocetur; sive id a Domitiano decretum, sive ab iis, qui Nummis cudendis praerant. Quare Nummi & Inscriptiones titularum & cognominum Imperatoribus attributorum norma haberi non possunt, qua certo definiatur, an hoc vel illud cognomen Imperatores tulerint. Marcus Aurelius postquam Tribunitiam Potestatem & Imperium Proconsulare consecutus est, nunquam in Nummis & Inscriptionibus Imperatoris prae nomine insignitur. At hinc male Vir doctissimus nuper inferebat, illum Imperatoris titulo ante Antonini Pii mortem decoratum non fuisse; cum ille omnibus Imperii Collegis attributus fuerit; regulaque a Nummorum silentio deducta fallax comperitur. Non etiam praeternitendum, in Nummis, annis quibus triumphatum est, percussis, mentionem pacis de more factam, ut in Nummis Vespasiani & Titi filii anno LXXXI. quo de Judaea triumphum egere, cussis, ut videre est apud Mediobarbum. Sic in Nummo Domitiani apud eundem legitur: IMP. DOMIT. AUG. GERMAN. COS. XV. Vistur caput muliebre olea redimitum, cum ramo oleae, quae pacis symbolum. In postica: S. C. Corvus ramo oleae instans.

IX.

Ex anno porro secundi triumphus Dacici certo indubitatoque in notitiam venimus anni, quo primus Dacicus triumphus actus est; in Nummis enim anno LXXXV. quo prioris triumphum consignavimus, cussis, quoque Consulatum XI.

JESU CHRISTI
ANNUS
93.

C. I. E. M.
ANNUS
I.

DOMIT. IMP.
ANNUS
10.

I. Cletus Papa moritur, Clemens successit.

Anno Christi nonagesimotertio, Ulpio Trajano & Acilio Glabrione, Coss. faviente magis Domitiani persecutione in Christianos, Cletus Romanus Pontifex vigesima sexta mensis Aprilis martyrio coronatur, cum sedisset annos duodecim, menses septem, & dies duos, numerando Cleti annos a sequenti die ab obitu Lini. De eodem Cletio haec leguntur in libro de Romanis Pontificibus, qui a multis citatur nomine Damasi: Hic ex praeccepto beati Petri viginti quinque presbyteros ordinavit in urbe Roma: qui etiam sepultus est juxta corpus beati Petri in Vaticano, sexto Kalend. Maii: & cessavit Episcopatus die viginti. Post Cletum successus est Clemens Romanus e regione Caesarii montis, patre Faustino natus, antiquus Petri & Pauli Apostolorum discipulus; hunc enim illum esse, cujus Paulus meminit ad Philippenses (a), omnes existimant. Quod vero a Graecis nonnullis dicitur Clemens successisse Anacleto, errore putamus factum librorum, ut pro Cletio scripserint Anacleto: nam (ut apparet) Graeci decepti nominum similitudine, sicut Marcellum & Marcellinum, ita etiam Cletum & Anacleto eundemque putantes confuderunt. At de his alias satis dictum.

(a) Philip. 4.

Sed enim & de anno institutionis Clementis corrigendus est Eusebius, nec ab alio quam a seipso; quippe cum dicat Clementem sedisse annos novem, rursusque afferret ipsum (b) obiisse anno tertio Imperii Trajani, ponatque ejus ingressum anno duodecimo Domitiani (c) Imperatoris; haec sibi non coherent: nam si annis novem sedi praefuit, pervenisset saltem ad annum quartum Trajani, vel quintum; vel si dixerimus anno tertio Trajani (ut ait) martyrium consummasse, non nisi ad summum octo annis cum sedisse oportuit. Quamobrem habito respectu ad annos Cleti, cui successit, & annos novem Clementis, & menses, quibus sedet, hic jure ponitur ejus ingressum. Quod vero non primo loco post Petrum, sed tertio sederit, superius satis demonstratum in ordinatione Lini.

His igitur exordiis, Joannis exilio, & Cleti Romani Pontificis aetate, secunda in Christi

ANNO PERIODI GRAECO - ROMANAE 5584. S. E. C. I. Anno Urbis sedis Clementis 844. Olymp. 217. an. 3. An. Ch. 92.

© 16. B. 27. Mart. Indi. 4.

JESU CHRISTI 92. secundum Baronium 93.

ANACLETI PAPAE 9.

DOMITIANI IMP. 10.

[1] AD num. I. Coss. M. Ulpius Trajanus, & M. Acilius Glabrio. In Chronico Damasi de Cletio legitur: Cletus annis sex, mensibus duobus, diebus septem. Fuit temporibus Vespasiani & Titi, & initio Domitiani, a Consulibus Vespasiano VIII. & Domitiano VI. usque Domitiano IX. & Ruso. Migravit itaque ad Christum anno octogesimo tertio, quo Domitiano IX. Ruso Collega, Consulatum gessit. Pontificatum suscepit anno Christi septuagesimo septimo, octavo Vespasiani Consulatu & sexto Domitiani suffecto insignito. Ubi obiter notabis, Titum consulem VII. cum Vespasiano VIII. processisse, sed Domitiano Tito suffectum fuisse; ideoque ex hoc loco manifestum fieri, sextum Domitiani Consulatum suffectum cum octavo Vespasiani patris conjugendum, & praecedentes recte suis annis consignatos esse. Colitur S. Cletus die XXVI. mensis Aprilis, quo

[1] Coss. M. Ulpius Trajanus, & M. Acilius Glabrio. Dio Xiphilini lib. LVXII. pag. 765. ubi de sevitia Domitiani: Ulpio vero Traiano, & Acilio Glabrione, qui tum una consulatum gerebant, eadem prodigia dicuntur evenisse, ex quibus Glabrioni interitus, Traiano summum imperium praedictum est. Mox pag. 766. ait, Glabrionem, qui cum Traiano magistratum gesserat, accusatum, quod in mores Judaeorum transisset, & quod cum bestiis pugnasset, interfecit Domitiani iussu. Facti Idatiani: Glabrione & Traiano. Properi Chronicon: Traiano II. & Glabrione. Facti Vindebonenses: Glabrione & Traiano.

CHRISTI 93.

CLEM. I.

DOMIT. IMP. IO.

Christianos a Domitiano est persecutio excitata, de qua hæc Eusebius (a) : Cum Domitianus multum in multos crudelitate & nequitia declarasset, & non exiguam patriciorum & illustrium virorum multitudinem Roma temerario & iniquo judicio interemisset, aliosque infinitos dignitate præstantes non solum patriis finibus ejectos, exilio multasset, sed etiam omnibus facultatibus, & fortassis immerito & sine causa exisset: tandem in sceleratam Neroniani in Deum odii & impietatis hereditatem successit. Secundus namque erat, qui contra nos Christianos (licet pater ejus Vespasianus nihil injuriæ aut mali in nos animo aliquando excogitasset) persecutionis incendium excitavit. Hæc Eusebius: qui jure eum hæredem nominat Neronianæ sævitæ: nam & ab Ethnicis Domitianus Nero est appellatus; unde Juvenalis (b):

Cum jam semianimum laceraret Flavius Orbem, Ulimus, & calvo serviret Roma Neroni.

IV. Similis Neroni Domitianus. (c) Tac. in Vita Julii Agricæ. Certe Nerone favorem Tacitus (c) Domitianum fuisse testatur, dum post cædes nobilissimorum recensitas, addit: Nerone tamen subtraxit oculos, justique scelerata, non spectavit. Præcipua sub Domitiano miseriarum pars erat, videre & aspici, cum suspiria nostra subscriberentur: cum denotandis tot hominum palloribus sufficeret sævus ille vultus & rubor, a quo se contra pudorem muniebat. Hæc Tacitus: qui & de eodem hæc superius: Domitiani natura præceps in iram, & quo obscurior, eo irrevocabilior. Testatur & Tertullianus in Apologetico (d) Domitianum similem fuisse Neroni, sic dicens: Tentaverat & Domitianus, portio Neronis de crudelitate: sed qua & homo facile ceptum repressit, restituit etiam quos relegaverat. Tales semper nobis persecutores, injusti, impii, turpes, quos ipsi damnare consuevisti, & a quibus damnatos restituere soliti estis. Hæc Tertullianus.

V. Sed plane errore lapsus cognoscitur, dum vult cum quasi facti poenitentem, quo & in Auctiori Chronico veterum Pontificum sepultus dicitur. Verum, ut jam monuimus, hujusmodi dies, quibus veteres Pontifices Romani mortui aut sepulti dicuntur, ad aliquam eorum Translationem plerumque pertinent. Incertum etiam quot diebus post ejus mortem Sedes vacaverit. In auctiori quidem Chronico veterum Pontificum dicitur, Episcopatum cessasse dies XVI. in Libro vero Pontificali dies XX. Sed hæc ex certis monumentis non deprompta, verum ex proprio Auctorum, qui præfata Opera composuerunt, calculo; quibus ideo tuto fides haberi non potest.

III. In Breviario Romano a Pio V. edito die XXVI. Aprilis, quo Cletus colitur, hæc verba leguntur. Primus in literis verbis illis usus est: Formula S. Salutem & Apostolicam benedictionem. Sed præterquam quod nullæ extant S. Cleti literæ, scriptum id absque ullius veteris Auctoris testimonio a Martino Polono in Chronico. Recentior itaque illa formula, qua tamen Joannes V. & Sergius I. usi sunt, ut constat ex eorum Rescriptis a Mabillonio V. C. in opere de re Diplomatica productis. Addit Papebrocius in Conatu Chronico-Historico ad Catalogum Romanorum Pontificum, eam formulam ante Leonem IX. vel saltem ante Gregorium VII. stabili usu receptam non fuisse. Cletus successit Anacletus die & mensis incertis.

exules revocasse: id siquidem non ab eo, sed ab ejus successore Nerva esse factum, omnes affirmant, Dioque (e) expressè demonstrat, hæc dicens: Nerva autem eos, qui rei facti erant impietatis, absolvit, exulesque restituit. Reos enim, more Gentilium, eos dicit impietatis, qui deos negarent: cujus criminis idem Domitianus, ut vanæ superstitioni addictissimus, acerrimum vindicem se præbuit. Verum hæc Tertullianus scripsisse videtur Hegeßippi auctoritate; sed (ut apparet) (f) loquitur ille de ea persecutione quæ mota est in Judæos, cum mandavit inquiri illos qui ex stirpe David progeniti essent: quos cum invenisset pauperimos, culturæ agrorum addictos, contempsit, sicque animo conceptam in eos persecutionem repressit; sed de ea re suo loco dicemus. Ceterum qui ab eodem Christianitatis causa in insulas relegati fuerunt; certum est eos mansisse usque ad ejus successorem Nervam; ut Joannis Evangelistæ, atque Flavie Domitillæ, & aliorum, de quibus dicturi sumus, exempla declarant.

VI. Persecutio in Christianos acruis. At vero tantum abest ut in Christianos excitatam persecutionem Domitianus represserit; ut, cum primum ejus religionis summos vertices exilio vel morte sustulisset; postea majori rabie sæviens, etiam in propinquos sibi carissimos, nempe Clementem Consulem patrualem, inque ejus uxorem & neptem Flavias Domitillas, ultimo sui Imperii anno persecutionis furorem converterit, illum occidendo, has in insulas relegando, ut inferius suo loco dicemus. Quamobrem verius dici posse videtur, persecutionem in Christianos a Domitiano hoc anno morte Romani Pontificis ceptam, & aliquando posteris temporibus intermissam, acerbiori iterum sævitia revixisse, ac immanius debacchatam esse: quod plane perspicuum erit, cum novissima ejus Imperii gesta narrabimus.

VII. At quoniam (ut dictum est) his ipsis persecutionis exordiis, qui præ ceteris in Ecclesia esse videbantur illustres, primi ad supplicium quæsi sunt: apparet & S. Ignatium Antiochenum Episcopum hoc eodem anno eadem esse clade vexatum. Scribens (a) enim ipse ad Mariam Cassobolitem, spectatissimam sanctitate foemina, de Clementis creatione hoc anno facta, hæc habet: Mibi autem in mentem venit, & dicam verum fuisse sermonem quem de te audieram, cum Roma apud beatum Anacletum (*) Papam esses, cui nunc successit beatissimus Clemens, Petri & Pauli auditor, &c. Idem de persecutione, quam tunc pateretur, hæc narrat: Ego vero, o beata, non tam meus quam aliorum nunc factus, exagitor partim exiliis, partim custodiis, partim vinculis. At nihil eorum curvo: verum eorum injuriis erudior, ut Jesum assequar, fruar suppliciis mihi paratis. Et post multa: Vehementer concupivi venire ad vos, & una vobiscum requiescere & refici. Verum non est in hominis potestate via ejus: impedit enim meam voluntatem militaris custodia, quæ non permittit ultra progredi. At pro statu rerum in quo versor, nec facere nec admittere quicquam possum. Hæc Ignatius.

VIII. Porro eam epistolam, scriptam ab eo Antiochiæ, antequam in exilium duceretur, esse germanam, ostendunt ea quæ in fine ejusdem leguntur, junctis his quæ tum ad Antiochenos, tum ad Heronem suum diaconum postea sub Traiano, cum Romam duceretur, conscripsit. Ait enim ad Mariam Cassobolitem scribens: Salutant te presbyteri, & diaconi, & ante omnes sacer Hero. Salutatur te Cassianus hospes meus, & soror mea, & uxor ejus, & carissimi eorum liberi. Ad Antiochenos (b) sic: Saluto Cassianum, & conjugem ejus, & carissimos liberos illius. Et ad Heronem (c) diaconum Ecclesiæ Antiochenæ de eodem Cassiano hæc habet: Saluta Cassianum hospitem meum, & pudicissimam ejus conjugem, & carissimos eorum liberos. Et paulo post de ipsa Maria Cassobolite, quæ tunc temporis agebat Antiochiæ: Saluta quoque pudicissimam Mariam Ann. Eccl. Tom. I.

IX. Antipas illustris martyr passus est; de quo in primis Joannes (d) meminit his verbis: In diebus illis Antipas testis meus fidelis occisus est apud vos, ubi sedes est Antipæ satana. Hæc Joannes: qui cum dicat, scribens Apocalypsim, jam diu ante Antipam passum esse; constatque ex Actis ejus sub Domitiano esse martyrio coronatum; plane datur intelligi, Antipam ipso initio persecutionis Domitiani subisse martyrium. Joannem enim constat; ex Ireneo, ultimo tempore Domitiani scripsisse Apocalypsim. Cetera autem, quæ ab eodem Domitiano Imperatore in Christianos sunt facta, suis locis inferius sunt dicenda.

Ad num. VII. & seq. Epistola S. Ignatii ad Mariam vulgo Cassobolitem inter Epistolas ejus supposititias recensetur a Cotelerio V. C. in Operibus SS. Patrum, qui temporibus Apostolicis floruerunt, quemadmodum & Epistolæ ad Antiochenos, ad Tarcentes, ad Philippenses, & ad Heronem. Quæ quinque Epistolæ divo Ignatio adscriptæ. Baronius quidem has Ignatii esse germanas, easdemque sincerissimas tuetur. Sed nostro seculo Opera Ignatii magis discussa, & utrinque de hisdem plura literis mandata. Le-

CHRISTI 93.

CLEM. I.

DOMIT. IMP. IO.

filiam meam eruditissimam, & quæ in domo illius est, Ecclesiam: pro cuius anima libens meam commutem: quæ specimen est piarum feminarum. Hæc Ignatius; ex quibus etiam, velut contestatione quadam intelligere possumus, eam ad Mariam scriptam germanam esse epistolam. De qua quidem dubitarem, an uno eodemque tempore, cum ad leones Romam sub Traiano ducendus esset, una cum reliquis tunc ad diversas Ecclesias datis, cum eisdem esse plane videatur argumenti, scripta hæc fuerit: nisi manifeste apparet ex verbis ipsius, hanc scriptam esse simulatque Clemens est creatus Romanus Episcopus; illas vero certo constaret datas esse Traiani tempore, cum jam Clemens ex hac vita migrasset; quod perspicuum apparet ejusdem testimonio scriptionis ad Philadelphios, dum adnumerat Clementem inter eos qui virgines utque ad obitum permanissent: sic enim ait, dum alloquitur virgines: Fruar vestra sanctimonia, ut Jesu filii Nave, ut Melchisedech, & Elisei, ut Hieremia, & Baptiste Joannis, ut dilectissimi illius discipuli, ut Timothei, ut Titi, ut Evodii, ut Clementis, qui in puritate exegerunt hanc vitam. Hæc Ignatius. Atque de his hactenus.

His prope temporibus Pergami in Asia Antipas illustris martyr passus est; de quo in primis Joannes (d) meminit his verbis: In diebus illis Antipas testis meus fidelis occisus est apud vos, ubi sedes est Antipæ satana. Hæc Joannes: qui cum dicat, scribens Apocalypsim, jam diu ante Antipam passum esse; constatque ex Actis ejus sub Domitiano esse martyrio coronatum; plane datur intelligi, Antipam ipso initio persecutionis Domitiani subisse martyrium. Joannem enim constat; ex Ireneo, ultimo tempore Domitiani scripsisse Apocalypsim. Cetera autem, quæ ab eodem Domitiano Imperatore in Christianos sunt facta, suis locis inferius sunt dicenda.

Zzzz Chri.

gendi Ufferius de Epistolis Ignatianis, Isaacus Vossius, & Joannes Pearsonius in Vindiciis Ignatianis, qui plura habent de veris & de spuris Ignatii Epistolis, de quibus nos infra. Ex his liquet, Baronium secundam Ecclesiæ persecutionem perperam hoc anno consignasse; cum martyrium S. Cleti, in quo fundatur, hoc anno non contigerit, & Epistola Ignatii ad Mariam Cassobolitem, in qua de exiliis & vinculis Ignatii agitur, germana non sit.

I. Christi Redemptoris anno nonagesimo-quarto, Coss. Domitiano Augusto decies septies, & Volusio Saturnino, persecutio in Christianos ab eodem Imperatore semel excitata, & in ipsos praecipue Christianae religionis Antifites saevire ausa, & ad Consulares viros, aliosque nobilissimos Romanos cives progressa, Acilium Glabrimonem, qui superiori anno (ut vidimus) gessit Consulatum cum Traiano, e medio sustulit, simulque alios complures reos factos impietatis, quod deos patrios non coleret. Dolemus vehementer, tam illustrium martyrum Acta penitus excidisse, nec (sicut de aliis multis accidit) ullam prorsus reliquam esse memoriam, nisi quae in Gentilium historicorum commentariis subobscurè est consignata. Periere omnia scriptorum monumenta, invidia Diocletiani, jubentis ea (ut suo quoque loco dicemus) penitus inflammari. At quod spectat ad Glabrimonem: scribit Dio (a), eum una cum nonnullis aliis, illato crimine, quod ad Judaeorum mores transisset (sic enim, ut saepius dictum est, quod ex Judaeis descenderent, Christianos Ethnici appellabant) primo quidem adhuc agentem Consulem vocatum in Albanum ad Juvenalia, & in sententia persistentem, in theatrum esse im-

De morte Acilii Glabronis.

(a) Dio in Domit.

SÆC. I. Anno Urbis 845. Olymp. 217. An. 4. An. Ch. 94.

I. Consules.

II. Quinta Quinquennialia Imperii Caesaris dilata.

ANNO PERIODI GRÆCO - ROMANÆ 5585. 17. AG. 17. P. 15. April. Indict. 5. JESU CHRISTI 92. secundum Baronium 94. ANACLETI PAPÆ 10. DOMITIANI IMP. 12.

[1] AD num. I. Coss. Domitianus Aug. XVI. & Q. Volusius Saturninus, ut ex Inscriptione Gruteri pag. 300. ostendit Card. Norisius in Epistola Consulari pag. 57. Sumtus hic Consulatus a Domitiano juxta secundam Consulatum Caesarum regulam, scilicet propter quinta Quinquennialia Imperii Cæs-

[2] Off. Domitianus Aug. XVI. & Q. Volusius Saturninus. Gruterus pag. CCC. I. IMP. CAES. AUG. GER. XVI. COS. Q. VOLUSIUS SATURNINUS. P. R. C. ANN. DCCCXLIII. Deletum & hic Domitiani nomen. Ibidem pag. CLXXIX. 12. IMP. CAESAR. DIVI. VESPASIANI. F. DOMITIANUS. AUGUSTUS GERMANICUS. PONTIFEX MAXIMUS. TRIBUNIC. POTESTAT. XII. IMP. XXII. COS. XVI. CENSOS PERPETUUS P. P. &c. A. D. III. IDUS. JULIAS. M. LOLLIO. PAULINO. VALERIO. ASIATICO. SATURNINO. C. ANTONIO JULIO. QUADRATO. COS. Emendator nuper prodiit inter antiquas Inscriptiones Etruriae P. P. pag. 69. De M. Lollio Paulino, de quo Plinius lib. v. epist. x. & lib. ix. epist. xxxvii. ad Philippum a Turre de Colonia Foro-Julienensi pag. 372. 373. Hi consules suffecit insequentis anni putantur. Duo paria Consulatum sunt Goltzio in Fastis nempe M. Lollius Paulinus, & Valerius Asiaticus Saturninus. Deinde C. Antius, & Julius Quadratus. Unum vero par Onufrio. Item pag. CCXLV. 3. inscriptio Domitiani cum TR. P. XIII. Imp. XXII. COS. XVI. Et pag. DLXXIV. 5. cum TR. P. XXII. IMP. XXII. COS. XVI. Et pag. DLXXV. 1. cum TR. P. XI. IMP. XXI. COS. XVI. Fasti Idatiani: Domitiano XIII. & Saturnino. Prosperi Chronicon: Domitiano VIII. & Saturnino. Fasti Vindobonenses: Domitiano XVI. & Saturnino. Vide Norisium in Epistola consulari pag. 57. & 177.

missum, ut cum immani leone pugnaturus, ab eo discerneretur: sed ab illo non tantum non est læsus, sed eum egregie ipse confecit. Quamobrem postea, eadem ex causa, quod romanos deos non coleret, justus est interfici. Hæc ex Dione. Quomodo autem postea eadem persecutio ad domesticos usque atque propinquos Imperatoris grassata sit, suo loco dicemus.

Suetonius (b) auctor est, Judæos etiam Romæ agentes a Domitiano vexatos esse novis & gravissimis exactionibus. Sunt hæc verba ipsius: Præter ceteros Judaicus fœsus acerbissime actus est: ad quem deferebantur, qui velut professi Judaicam intra Urbem viverent vitam, vel dissimulata origine, imposita genti tributa non pependissent. Interfuisse me adolescentulum memini, cum a procuratore frequentissimoque concilio inspiceretur nonagenarius senex, an circumsectus esset. Hæc Suetonius. Et Martialis (c) iridem de Judæo occultare se volente, ne tributum penderet, Epigramma scripsit, ubi hæc in fine:

Dum ludit media, populo spectante, palaestra, Delapsa est misero fibula: verpus erat. De

farei; quæ tamen in annum sequentem distulit, ut tunc videbimus.

Hujus dilationis causam bello Sarmatico attribuendam existimo. Hanc expeditionem postremam Domitiani fuisse optime demonstrat Card. Norisius in laudata epistola, tam ex Martiali variis in locis, quam ex Statio. Martialis inquit Card. Norisius, lib. VII. epig. 7. scribit, Domitianum mente Januario Romam advenisse post expeditionem Germanicam. Ibi tamen loquitur de expeditione contra Sarmatas, ut patet ex quinto epigrammate, quod in hæc carmina desinit.

Sed jam lætitia qua sit fiducia major: Sarmatica laurus, nuntius ipse venit.

Martiali addendus Statius lib. 3. ubi de lacrymis

II.

De Judæis a Domitiano vexatis.

(c) Mart. lib. 7. ad Memophili.

III.

Bellum Sarmaticum.

De eodem item tributo a Domitiano Judæis indicto Martialis (a) etiam his versibus meminit in epigrammate in Christum: (a) Mart. lib. 5.

Sed que de Solymis venit pervasis Damnatam modo mentulam tribuitis.

III. Rursum etiam dicta persecutione tributi Judæos fuisse Romæ vexatos, ut pro singulis arboribus ruris, quod conduxissent, tributum pendere cogerentur, Juvenalis declarat his versibus (b): (b) Juven. Satyr. 3.

Nunc sacri fontis nemus, & delubra locantur Judæis, quorum cophinus, fœnumque suppellex. Omnis enim populo mercedem pendere jussa est Arbor, & ejectis mendicat sylva Camœnis.

Hæc ille de Judæis, quod nemus Egeriæ conduxissent. Sed de eodem cophino & fœno idem agit, dum malis artibus lucrum captare solitos demonstrat his versibus (c): (c) Idem. Sat. 6.

Cum dedit ille locum, cophino fœnoque relicto Arcanam Judæa tremens mendicat in aurem, Interpres legum Solymarum, & magna sacerdos Arboris, & summi fœda internuntia celi: Implet & illa manum, sed parcus ære minuto: Quaciacumque volens Judæi fœnia vendunt.

IV. Sed quidnam est, quod idem auctor de De fœno & cophino Judæorum suppellectile meminit, necnon & fœno? Putarunt alii, res Judæorum ab origine repetentes, Judæos minus Hetrusci, qui laudans Domitianum ait:

Hæc est qua visis parcentia fœdera Castis, Quæque suum Ducis donat elementia montem. Quæ MODO Maromanos post horrida bella, vagisque Sarmatas Latio non est dignata triumpho.

Eam victoriam Card. doctissimus ad annum sequentem refert, quod præsentis, quod Domitianus erat Tribunitia Potestatis XI. ac Cos. XVI. in Gruteriana inscriptione pag. 575. ac Nummis dicitur: IMP. XXI. & anno sequenti, Gruteri pagina 574. idem dicitur: TRIBUNIC. POTESTAT. XII. IMP. XXII. COS. XVI. Hinc, inquit, si anno Christi CXIII. semel supra XXI. Imperator dictus est, ob victoriam Sarmaticam eum titulum iterum auxit, qui etiam postremum fuit; nusquam enim in Nummis deinceps auctus legitur. Ita Card. Norisius. Sed ex præfatis Nummis & Inscriptionibus bellum istud præsen-

nus illud, cui in Ægypto Pharaoni fervientes, fuerant adscripti, postea ubicunque gentium agerent, nunquam amplius deseruisse: nimirum, ut de eis est testatum in Psalmo (d): Manus ejus in cophino servierunt; eodem vase hominibus ipsos deservire consuevissent. Quisnam autem esset ejusmodi vasis usus, Augustinus (e) sic scribendo declarat: Per cophinum, inquit, significatur opera servilia. Mun-dare stercore, terram portare, cophino sit, &c. Alii etiam recentiores (f) illum locum interpretati, ejusmodi ministerio Judæos in Ægypto mancipatos esse tradunt. Meminit de eodem cophino Sidonius Apollinaris (g) ad Basilium scribens: nam ait: Ordinis res est, ut dum in hac allegoria versamur, Ægyptius Pharaon sedeat cum diademate, Israelita cum cophino. Hujusmodi cophini occasione, de Judæo homine dictum vult intelligi interpres illud Martialis (h) de cistifero, dum ait:

Dum te posse negas nisi lato Gellia elavo Nubere, nupisti Gellia cistifero.

Certe quidem miscuisse se illam Judæo homini, idem alibi (i) scribit.

Hæc cum alii senserint, non improbamus, sed afferimus nostra. Quod igitur ad fœnum & cophinum spectat; per ea Juvenalem fordidam Judæorum mendicitatem significare voluisse, existimamus: nam in primis per fœnum intelligi debere vilissimum quoddam tomentum ad recumbendum compositum, distichon illud ejusdem Martialis (k) declarat, cujus est titulus, Fœnum.

Fraudata tumeat facilis tibi culcitrapluma, Non venit ad duros pallida cura toros. Zzzzz Hifce

ti anno confectum esse apparet. Domitianus enim Tribunitiam Potestatem XI. usque ad diem XIII. Septembris currentis Christi anni gessit, eodemque die duodecimam inivit. Quare titulus Imperatoris XXII. hoc anno Domitiano post diem XIII. Septembris attributus. Nam ex ea expeditione Kalendis Januariis anni insequentis rediit, ut ex Martiali lib. 8. Epig. 8. ad Janum colligi videtur.

Tu tamen hoc mavis Latio quod contigit urbi, Mensæ tuo reducem, Jane, videre Deum.

Ubi Martialis de Domitiani Romam adventu post expeditionem Sarmaticam loquitur, uterudite Card. Norisio observatum. Domitianum vero Deum & Dominum appellari voluisse, suo loco dictum. Dixi autem, Domitianum Kalendis Januariis currentis Christi anni Romam rediisse, quia hujusmodi expeditiones biennio durare non solebant; hancque brevem fuisse ex-

(d) Psal. 80.

(e) Aug. in Psal. 80.

(f) Nicol. de Lyra ibid.

(g) Sidon. Apol. lib. 7. epist. 6.

(h) Mart. lib. 5. epig. in Gell.

(i) Mart. lib. 7. in Gell. epig. 30.

Mendicantes Judæi per cophinum & fœnum describuntur.

(k) Mart. lib. 4.

IV.

De Sarmatis non triumphum, sed lauream Domitianus rece-

CHRISTI
94.CLEM.
2.DOMIT. IMP.
II.

hiscæ plane significans, per fœnum intelli-
gitur pauperiorum. Per cophinum
autem, vas vimineum, seu cistam, qua
Judæi mendicantes uterentur, intelligi de-
bere, quæ scribit Josephus (a) de Judæis
Hierosolymis Flori avaritiæ illudentibus,
persuadent, dum ait: *Canistrum circum-
ferentes, stipem ejus nomine postulabant,
quasi inops & miserimus talibus indige-
ret auxiliis.* Hæc Josephus. Juædos sane
Romæ mendicare consuevisse, illud
Martialis (b) in epigrammate ad Sparsum
demonstrat:

*A matre doctus nec rogare Judæos,
Nec sulphuratæ lippus insitor mercis.*

Docent & hoc ipsum quæ superius ex Ju-
venale sunt recitata, ut illud:

Egestis mendicat sylva camœnis.
Et illud:

Judæa tremens mendicat in aurem.

Sic igitur ab eodem de Judæis miserrimis
mendicantibus egregie ea dicta sunt:

*Quorum cophinus, fœnumque supellex:
& illud de iisdem:*

Cophino, fœnoque relicto.

Quod scilicet ea paupertate premerentur
ut eorum supellex fœnum esset ad recum-
bendum, & cista seu cophinus ad mendi-
candum.

VI. Nisi per cophinum velimus intelligi ci-
stam illam, qua Judæus insitor mercis
sulphuratæ (sic enim eum nominat Mar-
tialis) ad vendenda illa, vel (ut alibi (c.)
ait) ad permutanda fracto vitro, gesta-
re soleret, prout hodie quoque eosdem æ-
que miserrimos facere videmus. Rupta
quidem vitra sulphuratis permutari solita,
non Martialis tantum in alias citatis lo-
cis a nobis; sed & in epigrammate ad
Priscum (d) his verbis indicat:

(a) Idem
lib. 10.

eo liquet, quod de Sarmatis non triumphum,
sed lauream, quæ minor triumpho erat retule-
rit, ut testatur Suetonius in Domitiano cap. 6.
& Martialis loco laudato Epig. 15.

*Hos quoque secretos memorabit Roma triumphos,
Nec minor ista tua laurea pacis erit.*

Secretos triumphos vocat, quod de Sarmatis
triumphare recusavit. Suetonius enim ait: *De
Sarmatis lauream modo Capitolino Jovi retulit.*
Mediobarbus in Numismatis Imp. pag. 138.
Nummos tres aureos Domitiani producit, in
quorum antica legitur: DOMITIANUS AUGUSTUS.
In eorum postica: GERMANICUS COS. XVI. Sed
in uno visitur Pallas cum clypeo & noctua; in
alio representantur quadrigæ triumphales pul-
cherrimæ. In tertio cernitur figura sedens lu-
gubri habitu. Ait Mediobarbus: *Omnes in se-*

*Quæ sulphurato nolit empta ramento
Vatiorum proxeneta fractorum:*

Itemque Statius (e) sic dicens:

*Illic agmina confremunt Syrorum:
Hic plebs scenica, quique comminatis
Permutant vitreis, gregale sulphur.*

Insuper & Juvenalis (f) testatur eo versu:

*Quassatum, & rupto poscentem sulphura
vitro.*

Sed de Judæorum ludibriis a poetis Ethni-
cis decantatis, jam satis: itaque ad ea
quæ hoc eodem anno sunt gesta, oratio-
nem convertamus.

Hoc ipso anno undecimo Domitiani Imp.
(ut auctor est Eusebius g) Cornelia virgo
Vestalis Maxima, absens & inaudita a Do-
mitiano objecti stupri damnata, miserando
modo, more majorum viva sub terram de-
fossa, morti adigitur. Rem plane miseratione
dignam Plinius (h) Junior ad Minucia-
num exacte describit his verbis: *Cum Domi-
tiani Vestalium Maximam defodere vivam
concupisset, ut qui illustrari seculum suum
hujusmodi exemplo arbitrabatur: Pontificis
Maximi jure, seu potius immanitate Ty-
ranni, licentia domini reliquos Pontifices
non in regiam, sed in Albanam villam
convocavit. Nec minore scelere, quam quod
ulcisci videbatur, absentem inauditamque
damnavit incesti; cum ipse fratris filiam
incesto non pollisset solum, verum etiam
occidisset: nam vidua abortu perierit. Missi sta-
tim Pontifices, qui defodiendam necandam-
que curarent. Illa nunc ad Vestam, nunc ad
ceteros deos manus tendens, multa, sed hoc
frequentissime clamitabat: Me Casar incestam
putat, qua sacra faciente, vicit, trium-
phavit. Blandiens hoc, an irridens, ex
fiducia sui, an ex contemptu Principis dixit,
dubium est. Dixit, donec ad suppli-
cium, nescio an innocens, certe tanquam
nocens ducta est. Quin etiam, cum in il-
lud*

cundo de Germanis & Dacis triumpho cuss, quem
præsenti anno ductum arbitratur. At ad lau-
ream Sarmaticam, ideoque & ad annum se-
quentem referendi; non solum quia jam bien-
nio Domitianus triumphum illum egit; sed et-
iam quia quadrigæ triumphales sæpe absque
triumpho Imperatoribus decretæ. Quod si Do-
mitianus post bellum adversus Catos & primum
Dacicum, quæ annua fuere, triumphavit; nul-
lus dubito, quin & de Sarmatis etiam trium-
phum egisset, si expeditio Sarmatica per bien-
nium durasset, annoque tantum Christi XCIV.
ineunte Romam Domitianus advenisset. Cum
itaque præsenti anno Domitianus ab Urbe ab-
fuerit, Imperii ejus Cæsarei quinta Quinquen-
nalia in annum sequentem dilata. Opinio Guil-
ielmi Loydii de anno hujus expeditionis legen-
da anno LXXXVIII. num. VII.

(e) Stat.
lib. 1. Sil.
var. de Sa.
turn.

(f) Juven.
satyr. 5.

VII.
(g) Euse-
bius in
Chron.
De Corne-
lia Vesta-
lium ma-
xima viva
defossa.
(h) Plini-
us lib. 4.
epist. 11.

CHRISTI
94.CLEM.
2.DOMIT. IMP.
II.

*Lud. subterraneum cubiculum demittere-
tur, hæssissetque descendente sola, verit se
ac recollegit: cumque ei carnifex manum
daret, aversata est, & restitit; sædumque
contactum quasi plane a puro castoque corpo-
re novissima sanctitate rejecit: omnibusque
numeris pudoris, quæ illi præbentur, hæc
est Euripidis in Hecuba de Poli-
xena, ac sic latine redditur: Magnam cau-
tionem adhibebat, ut decenter caderet. Hac-
tenus Plinius. Hæc igitur ex Plinio de
Cornelia Vestalium Maxima voluimus retu-
lisse, ad infinuandam Domitiani Imperatoris
immensam immanitatem atque sævitiam,
indeque sumendum argumentum existiman-*

di quam crudelis fuerit persecutio ab eo-
dem in Christianos excitata. Si enim in
eos quos reos violatæ religionis aliqua le-
vi conjectura putasset, tam vehementer est
exacerbatus: quid eum fecisse credendum
in illos qui aversarentur penitus deos, ac
pariter detestarentur? In quos adeo est cæ-
co furore bacchatus, ut nec sibi sanguine
coniunctorum, quos solos haberet heredes
Imperii, ullam prorsus rationem habendam
esse putarit, quin in eos quoque animad-
verteret, ut suo loco dicemus. At de his
satis: jam ad ea quæ anno sequenti facta
sunt, nos conferamus.

JESU CHRISTI
ANNUS

95.

C I E M.
ANNUS

3.

DOMIT. IMP.
ANNUS

12.

I. **Q**UI sequitur ordine annus Domini nona-
gesimus quintus, Coss. Sex. Pompeio
Collega & Cornelio Prisco, Fastis adscri-
bitur: horum Consulatum Tacitus meminit in
Vita Julii Agricolæ, quem hoc anno diem
obiisse tradit. Hoc tempore laborante di-
ro schismate Corinthiorum Ecclesia, Cle-
mens Papa, ad quem spectabat universo
Christi gregi prospicere, scripta ad eos
egregia, qualis pastorem omnium de-
ceret epistola, ad pacem & mutuam con-
cordiam ineundam conservandamque ad-
ducere conatus est. Celebris & præclara
admodum ea fuisse prædicatur; cum eam
auctoritatem obtinuerit, ut perinde ac Apo-
stolicæ Epistolæ publice in aliquibus ec-
clesiis legeretur: quod scribit Eusebius
(a) qui eam mirifice laudans, & ex He-
gesippo omnium antiquissimo testimonium
adducens: *Hujus, inquit, Clementis una
fertur esse epistola, omnium judicio appro-
bata; illustris illa quidem & digna pla-
ne admiratione, quam tanquam ex Romanæ
Ecclesiæ persona ad Corinthiorum Ecclesiam
tunc quidem exaravit, cum jam Corinthi
gravis esset conflata seditio. Hanc sane cum
veterum tum nostra ipsorum memoria pluri-
mis in ecclesiis publice lectam, usurpam-
que cognovimus. Quod autem (uti docui-
mus) id temporis Corinthiorum seditio
conciata sit, Hegesippus lacuples testis
est. Hæc Eusebius.*

Clemens
Papa scri-
bit ad Co-
rinthios.

(a) Euseb.
lib. 3. c. 12.

De

SÆC. I.
Anno Ur-
bis 846.
Olymp.
218. an. 1.
An. Ch. 93.

ANNO PERIODI GRÆCO - ROMANÆ 5586.
Ⓞ 18. F. Ⓜ 18. P. 31. Mart. Indi. 6.
JESU CHRISTI 93. secundum Baronium 95.
ANACLETI PAPÆ 11.
DOMITIANI IMP. 13.

I. Consules.
II. **A**D num. I. Coss. Pompeius Collega, &
Cornelius Priscus.
Celebrata hoc anno a Domitiano Imperii Cæ-
sarei quinta Quinquennalia, quod ex variis in-
diciis colligo. I. Quia persecutio adversus Chri-
stianos hoc anno ab eo decreta, ut anno XCI. de-

monstravi. Imperatores enim nisi ipso Imperii
initio crudelitatem in Christianos exercere cœ-
perint, non nisi in Quinquennalibus & id genus
festis edictis Ecclesiam vexarunt, ut jam de Ne-
rone visum, a quo reliqui Ecclesiæ persecutores
exemplum sumere. Hujus rei in Dissertatione
Hypatica rationem attuli, petitam ex Votis,
quæ in Decennialibus & hujusmodi festis suscipie-
bantur & solvebantur, & ex sacrificiis quæ tunc
offerebantur. Cum enim in hujusmodi festivitati-
bus pro incolumitate Imperii & salute Impera-
tores Vota nuncuparentur & solverentur, & Impera-
tores quæ ad Religionem Ethnicam pertinerent,
summo studio curarent, Religio Christiana, ut
nova & peregrina vetita, & in sedatores sæ-
vitum. In Epistola Consulari pag. 178. fugil-
lant me censores, quod in Dissertatione Hypa-
tica.

[1] **C**oss. Pompeius Collega, & Cornelius Priscus. Nonnulli prænomen Sex. Pompeio tribuunt,
Cornelii vero prænomen in incerto relinquunt, atque ita exhibent hos Consules: Sex
Pompeius Collega... Cornelius Priscus. Nulli de his hæcenus detecti veteres lapides. Tacitus
in vita Agricolæ cap. XLIV. Natus erat Agricola Caio Casare tertium cons. Idibus Junii: excessit
Sexto & quinquagesimo anno, decimo Kal. Septemb. Collega Priscoque cons. Plinius lib. II. Epist.
XII. inter consulares, qui ævo Traiani superarent, Pompeium Collegam enumerat. Fasti Idatiani:
Pompeiano & Prisciano. Prosperi Chronicon: Silano & Prisco. Fasti Vindebonenses: Collega &
Priscino. De consulibus successis hujus anni, vide quæ anno superiori diximus.

II. (a) Iron. lib. 3. c. 3. Argumentum Clementis Epistolae.

De eadem agens Irenaeus (a); cum eam plurimum laudat, quo scripta esset argumento, declarat, atque etiam haec de ipso Clemente ait: Post eum, tertio loco ab Apostolis Episcopatum sortitur Clemens; qui & vidit ipsos Apostolos, & contulit cum eis, cum adhuc insonantem praedicationem Apostolorum & traditionem ante oculos haberet. Non solus enim, sed adhuc multi supererant ab Apostolis docti. Sub hoc igitur Clemente, dissensione non modica inter eos qui Corinthi erant fratres facta, scripsit qua est Roma Ecclesia potentissimas litteras Corinthiis, ad pacem eos congregans, & reparans fidem eorum, & annuntians quam in recenti ab Apostolis receperant traditionem, annuntiantem unum Deum omnipotentem, factorem caeli & terrae, plasmatorem hominis, qui induxerit cataclysmum, & advocaverit Abraham, qui eduxerit populum de terra Aegypti, qui collocutus sit Moysi, qui Legem disposuerit, & Prophetas miserit, qui ignem praeparaverit diabolo & angelis ejus. Hunc Patrem Domini nostri Jesu Christi ab Ecclesiis annuntiari, ex ipsa Scriptura, qui velint, discere possunt, & Apostolicam Ecclesiae traditionem intelligere: cum sit ve-

tica scripserim, sumtum a Domitiano Consulatum XVI. ob quinta Quinquennalia, nonnisi tamen anno sequenti celebrata: Haec doctrina, inquit censores, nobis monstro similis videtur. Si sumit Consulatum ob Quinquennalia, cur eadem in eodem Consulatu non celebrat? Si differit Quinquennalia, cur non etiam Consulatum? Videsne ut haec sententia, ut alicubi Tertullianus ait, se ipsam strangulet. Sed illud argumentum puerile. Severus enim Augustus anno Christi CCII. Consulatum propter Decennalia sumit, ut nunc dubitare non licet, & tamen ejus Decennalia in annum CCIII. dilata, ut ex Nummis certo constat. Praeterea Belisarius anno DXXXIV. de Wandalis triumphavit, Consulatum tamen eidem triumpho debitum nonnisi anno sequenti obtinuit, de quo Consulatu Procopius lib. 2. Hist. Wandalicæ loquens, ait: Non multa post Belisario, quod ei ex veteri more ad triumphum speciem accersit. Consul enim factus, &c. Si Consulatus ad Belisarii triumphum tantum splendorem collaturus erat, cur is in annum Christi DXXXV. quo Consulatus gestus, dilatus non est? Quid ad praeteritam triumphum pompam praesens Consulatus faciebat? Vides Belisarii triumphum & Consulatum, quam jocularia censorum istorum argumentatio sit, ostendere. Aiant praeterea, me petere Principium ac p. 206. Dissert. Hypaticæ scribere, Domitiani quinta Quinquennalia dilata fuisse in hunc annum ob persecutionem contra Christianos, & pag. 110. persecutionem motam anno XCIII. ideoque me probare, annum Quinquennalium ab anno persecutionis; alibi e contrario annum persecutionis ab anno quinquennalium. At prorsus falsum, scripsisse me ob persecutionem Quinquennalia dilata. Dixi itaque, ea quinta Quinquennalia dilata fuisse, ex duobus indicis colligi. I. Ex persecutione annis hujusmodi solennis addictis mox veri solita, quæ ante praesentem annum co-

tior epistola his qui nunc falso docent. Haec Irenaeus de Clementis epistola, cuius compendium summam perstrictum recitasse visus est, dum in ea ipsum egisse de illa quæ in Deum esset, fide, & Ecclesiae traditionibus, affirmat.

At quoniam maximo Ecclesiae damno, injuria temporum ea penitus excidisse videtur, operæpretium existimavimus, ex ipsa, quæ possunt inveniri a majoribus, qui eam legerunt, citata fragmenta, atque sententias suis ipsorum verbis redditas in unum conjungere; & perinde ac nobilissimi artificis simulacrum constructum, etsi non ex integro, ex parte saltem, quantum licet, ob oculos representare. Atque ut a Clemente (b) Alexandrino sumamus exordium, hæc ipse in primis habet: Porro autem Clemens quoque Apostolus in epistola ad Corinthios, ipse quoque nobis quamdam formam ejus qui est praeditus cognitione describens, dicit: Quis enim apud vos versatus, omni virtute perfectam firmamque ac stabilem fidem vestram non probavit? temperatamque ac moderatam vestram in Christo pietatem non est admiratus? & vestri in hospitibus amoris magnificos vestros mores non pra-

III. Fragmenta Clementis Epistolae.

(b) Clem. Alexand. Strom. lib. 4.

pta non est. II. Ex librorum Josephi de Antiquitatibus Judaicis publicatione, quod scriptorum moris esset in Quinquennialibus & id genus festis Opera sua in lucem proferre. Josephus enim lib. 20. ait, se eos scripsisse decimo tertio Principatus Domitiani anno, ætatis vero suæ sexto & quinquagesimo: in libro vero de Vita sua scribit, se natum anno primo Imperii Caligulae, Christi nempe XXXVII. Quare currenti anno nobilissimum illud Opus, annumque ætatis LVI. absolvit, & annum ætatis, LVII. inchoavit. Perperam itaque Baronius id anno sequenti factum dicit. Verum est, censores illos in Epistola Consulari pag. 179. eum morem libros publicandi in Quinquennialibus invaluisse negare. Sed tot illud exemplis demonstravi, ut res certissima esse debeat.

Ad num. III. Existimavit Baronius, nonnisi fragmenta quaedam Epistolæ S. Clementis Papæ ad Ecclesiam Corinthiorum ad nos pervenisse. Verum felicior nostra ætas, inquit Schelstratus in parte 2. Antiquit. Illustr. Dissert. 111. cap. 2. ad edenda veterum Patrum scripta, & e tenebris educenda quæcumque Antiquorum monumenta. Eam Epistolam fere integram publicavit Patricius Junius Scotus, qui eam habet ex antiquissimo Codice circa primi Concilii Nicæni tempora manu Theclæ nobilis feminae Aegyptiæ exarato, quem Codicem anno 1632. ab eo in lucem datum, refert, ex Oriente dono missum ad Angliæ Regem. Extat tomo I. Conciliorum. Putavit etiam Baronius, secundum Clementis ad Corinthios Epistolam a Veteribus reprobatam non extare. Illius tamen fragmenta habemus Latina, interprete Vendelino, & cum Græco rursus excusa tomo I. Conciliorum. Quantum ex fragmentis colligitur, continebat hæc Epistola salutaria documenta: admonitionemque vita melioris continet, ait Photius in Bibliotheca cod. CXXXVI.

III. Dux Clementis PP. Epistola.

predicavit? & perfectam firmamque ac stabilem cognitionem non beatam esse censuit? nam circa personarum acceptionem omnia fecistis, & in Deo legitime ambulastis. Hæc autem (ut facile conjici potest) erant in ipso exordio epistolæ; eo modo pie sancteque ab eis captans in primis benevolentiam, ut sic suaviter delinitos, in eam quam optabat, pacem adduceret.

IV. His ex epistolæ exordio recitatis, mox subinfert ejusdem narrationem, eo ordine cuncta referens, secundum breviorem summam ab Irenæo prescriptam; in qua nonnulla habentur (quod alibi testatur Eusebius a) ex epistola Pauli ad Hebræos; sicque ait ex Clementis verbis (b): Fixis ergo oculis eos intueamur qui magnificæ ejus gloriæ perfecte servierunt. Accipiamus Enoch, qui in obedientia justus invenit, fuit translatus: & Noe, qui cum credidisset, fuit servatus: & Abraham, qui propter fidem & hospitalitatem, Dei amicus, pater autem Isaac est appellatus. Propter hospitalitatem, veramque religionem, Lot fuit servatus ex Sodomis. Propter fidem & hospitalitatem servata est Raab meretrix. Propter patientiam & fidem, in pellibus caprinis & ovinis; & ex camelorum pilis contextis vestibus ambulaverunt præcedentes regnum Christi: dicimus autem Eliam, & Eliseum, & Ezechielem, & Joannem Prophetas: Qui enim Dei amicus propter fidem liberam vocatus est Abraham, non fuit gloria elatus; sed magna utens modestia, dixit: Ego autem sum terra & cinis. Et de Job scriptum est: Job autem erat justus & reprehensio non obnoxius, Deum rite colens, abstinens ab omni malo. In sua patientia superavit tentatorem, & simul fuit testis, & a Deo accepit testimonium: humilitatem amplectitur, & dicit: Nullus est mundus a sordibus, ne si sit quidem unius diei vita ejus. Moyses fidelis servus in tota domo ejus, dixit ad eum qui ex rubo dabat responsa: Quis ego sum, quod me mittis? Ego autem sum voce tenui, & lingua tardiori, ut Domini vocem ministrarem per linguam humanam. Et rursus: Ego sum vapor ex olla. Deus autem superbis respicit, humilibus dat gratiam. Jam vero David quoque, de quo testimonium ferens dicit Dominus: Inveni hominem secundum cor meum, David Jesse filium, oleo sancto unxi eum. Sed ipse quoque dicit ad Deum: Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam: & secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam. Amplius lava me ab iniquitate mea, & a peccato meo munda me. Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum in conspectu meo est semper. Deinde tacite significans peccatum, quod legi non subjicitur; scite suam

(a) Euseb. hist. lib. 3. c. 32. (b) Clem. Alexand. Strom. lib. 4. Series narrationis.

ostendens modestiam, subjungit: Tibi soli peccavi, & malum coram te feci. Dicit enim alibi Scriptura: Spiritus Domini lucerna scrutans ventris penetralia. Et quo quis se juste gerens evadit majori cognitione præditus, eo est ei propinquior spiritus lucidus. Sic justis appropinquat Dominus, & nihil eum latet in nostris cogitationibus, & quas facimus, dispensationibus: Dominum Jesum dico, qui omnipotenti sua voluntate corda nostra intuetur, cujus sanguis fuit pro nobis sanctificatus. Hæc ibi.

At de adventu Christi hæc ex eadem epistola S. Hieronymus (c): Clemens vir Apostolicus, qui post Petrum Romanam rexit Ecclesiam, scribit ad Corinthios: Sceptum Dei Dominus Jesus Christus non venit in jactantia superbia, cum possit omnia, sed in humilitate: in tantum ut verberatus a ministro sacerdotis, responderit: Si male locutus sum, argue de peccato: si autem bene, quid me cedis? habens duodecim Angelorum millia, qui illius nutibus obedirent. Insuper de adventu Filii Dei ad judicium, deque igne, quo impii sunt plestendi, tam ex prophetis quam Apostolis, insuper & Sibyllæ vaticiniis, Clementem in dicta ad Corinthios epistola egisse, apud Justinum martyrem (d) testatum habetur. Sed & inferius idem qui supra Clemens: Scriptum est, inquit, in epistola ad Corinthios: Per Jesum Christum insipiens & obscurata mens nostra in lucem pullulat. Per eum voluit Dominus nos immortalem gustare cognitionem. Unde etiam evidentius ostendens proprietatem cognitionis, subjungit: Cum hæc ergo sint manifesta, vel procumbentes in profundum divina cognitionis, debemus omnia rite & ordine facere, quæ nos jussit Deus peragere ordinatis temporibus. Sapiens ergo suam ostendat sapientiam, non verbis solum, sed in bonis operibus. Humilis ferat testimonium non sibi, sed in eo quod ipse testimonium accipiat ab alio. Qui carne castus est, non insoleat, sciens esse alium qui ei suppeditat continentiam. Videte fratres: quo majori cognitione digni habitus sumus, eo maius subimus periculum. Hæc ibi. Idemque alibi (e): Idem Clemens in epistola ad Corinthios, his verbis inquit, exponens differentiam eorum, qui sunt probati in Ecclesia: Sit aliquis fidelis, sit potens in explicanda cognitione, sit sapiens in discretionem sermonum, sit stupendus in operibus: ac rursus (f) eadem alibi repetens, hæc addit: Sit castus & mundus: Eo enim debet esse magis humilis, quo videtur esse major, dicit Clemens in epistola ad Corinthios. Sed sunt hæc pauca ex multis: nam de traditionibus ipsum in ea egisse, satis superius est demonstratum.

V. (c) Hier. in Ista. c. 52.

(d) Justin. 2. 74.

(e) Clem. Str. lib. 7.

(f) Clem. Alexand. Strom. lib. 6.

Quod

CHRISTI 95.

CLEM. 3.

DOMIT. IMP. 12.

VI. Quod vero testatur Hieronymus (a) Clementem in suis epistolis omnem pene sermonem de virginitatis puritate contulisse; demonstrat plures etiam a Clemente esse scriptas epistolas. Meminit & S. Epiphanius (b) de pluribus Clementis epistolis, quae legi solent in ecclesiis, quibus inter alia ait ipsum conquestum de haereticis, quod Petri Circuitus a se scriptos depravassent; dumque addit, juxta S. Hieronymi sententiam, eisdem litteris Clementem praedicasse virginitatem; plane constat diversas ab his fuisse, quae hodie habentur titulo Clementis inscriptae. Posteriorem autem illam, quae Clementis etiam nomine ad Corinthios vulgata ferebatur epistola, nequaquam perinde ac priorem approbatam scribunt Eusebius (c) & S. Hieronymus (d); cujus cum meminit Photius in sua Bibliotheca, eam ad Corinthios quoque fuisse titulo praenotatam ait; sed quod quaedam haberet nova & inusitata, & incongruas Scripturarum interpretationes, jure explosam ab omnibus monstrat. Citat idem

(a) Hier. adv. Jo. vna. lib. 1. (b) Epiph. bar. 30. Plures Clementis epistolae. (c) Euseb. hist. lib. 3. c. 32. (d) Hier. de Scrip. Eccl. in Clem.

S. Hieronymus (e) ex quadam Clementis epistola locum de mundis trans Oceanum positus, quem Origenes (f) interpretatur. Sed quod ad epistolam, de qua est sermo, ad Corinthios scriptam pertinet: testatur Dionysius (g) ejusdem Ecclesiae Episcopus, eam ab illis esse assertam ab antiquis temporibus, ibique in ecclesia legi solitam. Sed de his haecenus: de reliquis vero quae nomine Clementis scripta feruntur, dicemus inferius.

At qui (ut dictum est) universae per orbem Christianum diffusae Ecclesiae Clementis, ut Petri successor, pastoralis cura praerant, non tantum sollicitus fuit ut dissidentes inter se Corinthios in concordiam revocaret; sed, uti opus esse videret, plures etiam ordinavit Episcopos, nempe Taurinum (h), quem dedit Ebriocensibus, Lucianum Bellovacensibus, Dionysium Parisiensibus, Santonenibus Eutropium, Nicasium Rhotomagensibus, & alios alios, cum novas erigeret diversis in locis Ecclesias.

VII. Plures Episcopi a Clemente ordinati.

(h) Martyr. Rom. & alii die 12. Aug.

JESU CHRISTI ANNUS 96.

CLEM. ANNUS 4.

DOMIT. IMP. ANNUS 13.

I. Christi Redemptoris annus nonagesimus sextus scribitur in Consulibus Fastis L. Nonio Asprenate & M. Aricino Clemente Coss. adnumeraturque annus Domitiani Imperii decimotertius, quo Josephus Judaeus historicus commentarium de Antiquitatibus Judaicis, viginthi libris distinctum, absolvit. Testatur id ipse sic dicens (i): Atque ita conclusetur harum Antiquitatum tractatio commentaria sexaginta millibus. Quod si Deus concesserit, compendio rursum referam belli casus, & quae nobis in praesentem usque diem evenerunt, quae incidit in decimotertium annum principatus Domitiani Caesaris, aetatis vero meae sextum & quinquagesimum. Promisi etiam scripturam me quatuor libros de Judaeorum opinionibus, quas habent de Deo, ejusque essentia, & de legibus: quare per eas alia liceat nobis facere, alia non liceat. Haec ipse (ut in Vita sua testatur) Romae agens: ubi cum videret Christi Ecclesiam florentissimam, quae in dies magis ubique gentium, ac potissimum Romae, & apud nobiles, ipsoseque (ut dicitur) affines Caesaris feliciter propagabatur, licet Christianus non esset, tamen ne in officiosi historici querela tam iusta urgeri posset, quod rem

(i) Joseph. antiq. lib. 20. c. ult. Josephi Historici lucubrations.

toto Orbe perspicuam obvolutam silentio reliquisset, illud superius dictum de Christo elogium suis scriptis intexit (k).

Cum enim Judaeorum res inspiceret penitus esse collapsas, Vespasianumque defecisse, cui vaticinatus tribuerat quod Christo re vera oraculis Prophetarum praenuntiaturum erat Imperium; jamque tempus Messiae adventus praeteriisse videri posset: prudentis potius quam pii hominis partes agens, illud de Jesu, quod Christus haberetur a plurimis tam Judaeis quam Gentilibus, protulit testimonium; de quo quidem illud tantummodo monuisse sufficiat (nam de his superius actum est) aliter se habuisse ejus lectionem S. Hieronymi temporibus, ab ea quae legitur in praesentiarum. Nam quod Latina versio habet: Christus hic erat, S. Hieronymus (l) sic ex Graeco reddidit: Et credebatur esse Christus: quae lectio nobis magis probatur, ut quae consentiens videatur auctoris studio & professioni; quippe qui se esse Judaeum, & non Christianum, in omnibus praeferebat: licet in ceteris quae in eam sententiam de Christo scribit, numine ipsum cogente, profectus sit veritatem. Sed illud de Josepho dicere non praetermittimus, quod in fine ejus Commentarii, quem se absolvisse testatur

(k) Joseph. antiq. lib. 18. c. 4.

Quae data Josepho occasio ut de Christo meminerit.

(l) Hier. de Scrip. Eccl. in Joseph. c. 13.

CHRISTI 96.

CLEM. 4.

DOMIT. IMP. 13.

statum hoc anno decimotertio Domitiani Imperatoris, pollicetur se rursum scripturum compendio bella quae Judaeis obvernerint usque ad illud ipsum tempus: cum alioqui idem ipse, tum ibi, tum adversus Apionem (a) agens, manifeste profiteatur, se temporibus Vespasiani & Ann. Eccl. Tom. I.

SÆC. I. ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 587. Anno Urbis 247. Olymp. 218. an. 2. AN-CH. 94. ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 587. 19. E. 19. P. 20. April. Indi. 7. JESU CHRISTI 96. secundum Baronium 96. ANACLETI PAPE 12. DOMITIANI IMP. 14.

I. AD num. I. Coss. L. Nonius Asprenas, & M. Arretinus Clemens. Consulatus penes Senatorium, Praefectura vero Praetorii penes Equestrem Ordinem erat, ut docet Dio lib. 52. Equites tamen non raro Senatores creati. Suetonius in Augusto cap. 40. ait; Comitibus Tribunitiis si desissent candidati, Senatores ex Equitibus Romanis creavit: ita ut Potestate transacta, in utro vellent Ordine manerent. Contra vero Senatores Praefectura Praetorii aliquando donati. Anno Christi LXX. dum Vespasianus adhuc in Oriente agebat, Mucianus, Romae Arrio Varro Praefectura dimoto, substituit Arretinum Clementem hoc anno Consullem, ut prodit Tacitus lib. 4. Hist. Distans, ipsum, quamquam Senatorii Ordinis, ad utraque munia sufficere. Suetonius in Tito Caesare cap. 6. de eo ait: Praefecturam quoque suscepit, nunquam ad id tempus, nisi ab Equite Romano administratam. Quod & tradit Plinius in Praefatione ad Hist. Naturalem: Dum illud patri, inquit, pariter & Equestri Ordini praestas, Praefectus Praetorio ejus. Quam dignitatem anno Christi LXXVIII. Imperii ejus Caesare Decennialibus nobilitate Titum gessisse existimo, ideoque & eo anno, ut morem fuisse libros publicandi, alias observavimus. Nam licet ibidem Plinius dicat: Triumphalis & Censorius tu, sexiesque Consul ac Tribunitia Potestatis particeps, & sextum Consulatum anno Christi LXXVII. capefferit, non inde tamen sequitur, ut plerique omnes inferunt, eam Historiam in sexto Titi Consulatu, seu anno Christi LXXVII. in lucem emis-

Titi scripsisse bella Judaica. An vero id praestiterit, ut eadem rursum compendio scriberet, ignoratur: commentarius enim ille non extat, sicut nec quatuor illi libri, quos de Judaeorum opinionibus scribere instituisset.

A a a a Anno

fam fuisse. Quemadmodum enim Plinius Tribunitiam Potestatem absolute ponit, & quotus ejus annus esset, non determinat; pari eademque ratione sextum Consulatum tamquam ultimum a Tito susceptum commemorat, nulla ratione habita anni, quo illum iniiit, aut quo Praefectus Praetorio fuit; sicut nec ullam habet anni, quo triumphavit, aut Censuram gessit, quando ait: Triumphalis & Censorius tu.

III. Observandum autem, Praefecturam Praetorii & Consulatum ab uno eodemque ante haec tempora gesta fuisse, ut egregie notavit Card. Norisius in litteris nuper ad me datis; Tiberius enim, inquit, Collegam in suo Consulatu Sejannum habuit, hicque Praefecturam retinuit usque ad postremos vitae dies, cum Sertorium Macronem successorem accipiens statim occisus fuerit, ut refert Dio lib. 48. Lipsius in Notis ad lib. 4. Hist. Taciti, Suetonii laudati errorem notavit, qui scribit, Titum primum e Senatoriis Praetorio Praefectum fuisse, cum tamen Arretinus Clemens hoc anno Consul ante Titum Praefecturam Praetorii, licet Senator esset, administravit, ut mox dixi. Quem Suetonii errorem, laudatum Seiani exemplum, magis adhuc patefacit. Denique notatu dignum existimo, quod ait Spartianus in Hadriano cap. 8. ubi habet: Cum Attianum (ita enim legendum) ex Praefecto Praetorii ornamentis Consularibus praeditum, faceret Senatorem, &c. Quibus ex verbis non tantum liquet, ornamenta Consularia viris ex Ordine Equestri, qualis erat Attianus, ut ibidem cap. 1. docet Spartianus, concessa, nec ad ea obtinenda Senatoriam dignitatem requisitam fuisse; sed etiam qui Praefectura Praetorii honestati fuerant, aliquando Senatores renuntiatos fuisse, siquae eis viam ad Consulatum parituisse. Quae occasione Arretini Clementis (non vero Arriani, ut perperam eum Onuphrius in Fastis vocat, aut Arriani, ut Baronius) primum Praefecti Praetorio, ac postea Consulis, annotare visum. Legenda quae anno CCXVIII. de Macroino, & quae anno CCLXXXV. de Aristobulo in medium attulimus. Porro loco Tatiani apud Spartianum legendum Attianum, ostendam anno CXXXVII.

Jo-

I. Coss. L. Nonius Asprenas & M. Arretinus Clemens. Vetus inscriptio, olim extra portam Flaminiam in vinea Bofia, nunc Caesariana, & a Blanchino in Chronologica Pontific. indicata, nuper edita inter Donianas Inscriptiones cl. H. n. 5. pag. 62. SPORTULAS. DERUNT. VIII. K. OCTOB. . . . TORQUATO. ASPRENATE. L. SERGIO PAULO. COS. Blanchinus Asprenati praemittit L. NONIO. Suffectum Laterano Paulum existimat Blanchinus. Onuphrius hujus anni consules ordinarios statuit Asprenatem & Clementem, nempe, ut ille ait, quod abest in apographo Doniano, M. Arretinum Clementem. Suffectos vero Sextilium Lateranum & Silium Italicum. Alii consules hujus anni ita edunt, ut sint nempe: L. Nonius Asprenas, & M. Arretinus Clemens. Suetonius in Domitiano cap. XI. Arretinum Clementem consulem virum, e familiaribus & emissariis suis, capitis condonaturus, in eadem, vel etiam majore gratia habuit militariibus & emissariis suis, capitis condonaturus, in eadem, vel etiam majore gratia habuit. Suffecti vero ex K. Jul. Sextilius Lateranus & C. Silius Italicus III. Fasti Idatiani habent: Asprenate & Laterano. Prosperi Chronicon: Asprenate, & Clemente. Fasti Vindebonenses: Asprenate & Laterano. Tillemontius in notis ad tom. II. Hist. Imp. pag. 484. consulem ordinarium Lateranum una cum Asprenate putat, suffectum vero Clementem. De L. SERGIO. PAULO. Coss. II, extat inscriptio apud Gruterum pag. CLXX 1.

I. Anno autem Domini nonagesimo septimo Domitianus Augustus decimumseptimum una cum Tito Flavio Clemente inivit novissimum Consulatum, de quo hæc Suetonius (a): *Consulatus decem & septem cepit, quod ante eum nemo: ex quibus septem medios, continuos; omnes autem pene titulo tenus gessit, nec quempiam ultra Kal. Maji, plures ad Idus usque Januariar.* De iisdem Consulatibus toties iteratis hæc Aufonius (b) Gallus: *Scis septem & decem Domitiani Consulatus, quos ille invidia alteros provehendis, continuando conferuit, ita in ejus aviditate derisos, ut hoc eum pagina Fastorum suorum fecerit insolentem, neque potuerit prestare felicem.* Hæc Aufonius ad Gratianum. Quo ipso anno Joannes Evangelista, quam vidit, scripsit Apocalypsim, in ea ubi exul agebat, insula Patmo; quo amandatum fuisse decreto Domitiani anno decimo ejus Imperii, non autem præfenti (ut multi sunt opinati) jam diximus. Prope finem vero ejus Imperii commentarium illum scripsisse, auctor est Irenæus (c), qui eum est interpretatus, sic dicens: *Nomen ejus per ipsum utique editum fuisset, qui & Apocalypsim*

(a) Suet. in Domit. c. 13.

(b) Aufon. de suo Consul. grat. action.

Joannes scribit Apocalypsim.

(c) Irenæus lib. 5.

IV. Josephus libros de Antiquitatibus Judaicis anno præcedenti publicavit, ut ibidem ostendimus. Porro liber Josephi de Vita sua nihil aliud est, quam appendix vel epilógus libri vicefimi Antiquitatum. Quamobrem Eusebius lib. 3. cap. 10. eum vocat epilógum Antiquitatum. In Græco-Latinis Editionibus male divulgus est a libro 20. Antiquit. cum Josephus ipse doceat in calce libri vicefimi, & in fine ipsius Opusculi de Vita sua, epilógum esse, ut observavit Eusebius in Notis ad eum Josephi locum.

V. In Chronico Alexandrino sub hujus anni Consulibus legitur: Brutus narrat magnam Christianorum copiam ab XIV. Domitiani anno sublatam & martyrio affectam. Liber Brutii, aut, ut eum Eusebius in Chronico vocat, Brutii, non extat. Sed verosimile est, tempore Auctoris illius Chronici ejus Historiam nondum fuisse deperditam. Hinc apparet, deceptos Viros doctissimos, qui persecutionem anno tantum sequenti inchoatam existimarunt.

[1] **C**oss. Domitianus Aug. XVII. & T. Flavius Clemens. Nummi Domitiani cum TR. P. XIV. XV. Cos. XVII. Dio Xiphilini lib. LXVII. pag. 766. Eodem anno Domitianus cum alios multos, tum vero Fabium (pro Flavianum) Clementem consulem (est patruelis ejus erat, ac Flaviam Domitillam, & ipsam Domitiani conjugineam, uxorem habebat) morte affectis, illato ambobus crimine impietatis. Incertum adhuc, an Clementi Titi prænomen fuerit. Suetonius in vita cap. XIII. Consulatus XVII. cepit: quod ante eum nemo. Ex quibus septem medios continuavit: omnes autem pene titulo gessit: nec quemquam ultra Kalendas Maji, plures ad Idus usque Januariar. Statius Sylvar. lib. IV. 1.

... subiere novi palatia fasces
Et requiem bis sextus honos, precibusque receptis
Curia Casarcum gaudet vicisse pudorem.

Fasti Idatiani: Domitiano XIV. & Clemente. Prosperi Chronicon: Domitiano IX. & Clemente.
Fasti Vindebonenses: Domitiano XVII. & Clemente.

viderat: neque enim ante multum temporis visum est, sed pene sub nostro seculo, ad finem Domitiani Imperii. Hæc Irenæus.

Joannes enim post necem Petri & Pauli Apostolorum, quorum prædicatione Ecclesiæ Asiæ fuerant fundata, & ad pietatem optime instituta; ne, quod in ea regione (ut dictum est) complures hæretici agerent, eorum artibus a sincera fide, quam semel accepissent, exciderent; eas idem ipse protinus administrandas curandasque suscepit. Magis enim affentimur Epiphonio (d), dicenti, eum in senectute curasse Asianam Ecclesiam, his verbis: *Illic enim S. Joannes post ætatem senectam jubetur a Spiritu sancto prædicare, & reflectere errantes in via.* Hæc ille: cui, inquam, magis assentimur, quam S. Hieronymo (e) dicenti, totas Ecclesiæ Asiæ a Joanne esse fundatas. Nam ex his quæ dicta sunt superius, constat, Ecclesiæ Minoris Asiæ magna ex parte a Petro esse erectas, a Paulo autem alias plures: quippe qui Ephesi (ut vidimus) triennio docuerit, & complures Asiæ partes Evangelium prædicando (ut ex Luca notavimus) peragraverit; sed

II. Joannes post necem Apostolorum curavit Ecclesiæ Asiæ.

(d) Epiph. hæres. 51.

(e) Hier. de Scrip. Eccl. in Joann.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5588.
S. Æ. C. I. Anno Urbis 848. Olymp. 118. an. 3. An. Ch. 95.
© 20. D. 1. P. 12. April. Indict. 8.
JESU CHRISTI 95. secundum Baronium 97.
EVARISTI PAPÆ 1.
DOMITIANI IMP. 15.

[1] **A** D num. I. Coss. Domitianus Aug. XVII. & T. Flavius Clemens. Sumtus hic Consulatus a Domitiano juxta secundam regulam, ob nempe Augustei Imperii Quindecennalia, quorum occasione persecutio auda. Eusebius enim lib. 3. cap. 18. ait: *Hic ipsi temporibus doctrina Fidei nostra tantopere florebat, ut Scriptores etiam a Religione nostra alienissimi aucti.*

I. Consules.

II. Persecutio occasione Quindecennali.

(*) Rom. 75. sed sic tamen (ut ipse de se testatur scribens ad Romanos a) ab Hierosolymis usque ad Illyricum omnia repleverit Evangelio, ut nequaquam illud prædicaret ubi ab aliis idem fuisset annuntiatum; sunt enim hæc ejus verba: *Ita ut ab Hierusalem per circuitum usque ad Illyricum repleverim Evangelium Christi: sic autem prædicavi Evangelium hoc, non ubi nominatus est Christus, ne super alienum fundamentum edificarem: sed sicut scriptum est: Quibus non est annuntiatum de eo, videbunt; & qui non audierunt, intelligent.* Hæc igitur cum de se testetur Paulus (ut omittamus de singulis Asiæ Ecclesiis dicere) Ephesinam Ecclesiam, quæ est metropolis totius Minoris Asiæ, ubi (ut sæpe dictum est) ipse Paulus triennio docuit, a nullo alio quam ab ipso fuisse fundatam, necessaria assumptione deducitur.

III. Quamobrem etsi (quod multi testantur) cum Hierosolymis jussi sunt abire Fideles, Joannes una cum Dei genitrice Ephesum venit; non tamen illum ibi Evangelium prædicasse, atque Ephesinam Ecclesiam erexisse constat. Consuetus ergo Ignatius in adificatione Ecclesiæ Ephesinæ Paulum Joanni præponit, sic dicens, ad Ephesios scribens: *Inveniar in sorte Christianorum, qui cum Apostolis in virtutem Jesu Christi semper conversati sunt, Paulo, Joanne, & fidelissimo Timotheo.* Verum quod ad Timotheum pertinet, non sic putamus ultimo loco positum, quod post Joannis obitum ipse illam curasset Ecclesiam, quem constat ab Apostolo Paulo adhuc in illis regionibus agente fuisse præfectum ipsi Ecclesiæ Ephesinæ; sed honoris causa potius ante Timotheum ab eo nominatum esse Joannem. Qui ultimis temporibus, cum post necem Apostolorum Asiæ Ann. Eccl. Tom. 1.

Timotheus a Paulo creatus Episcopus Ephesius.

III. Statius lib. 4. Sylvarum de Consulatu XVII. Domitiani hoc anno gesto scribit,

Ecclesias ab hæreticis vexari cognosceret, in Asiam profectus est, ac in ea posita curavit Ecclesias: quarum, licet exul, cum sollicitudinem maximam gereret; ad easdem, quæ de septem præcipuis ejus provinciæ Ecclesiis, ac demum de aliis a Domino sibi fuissent divinitus revelata, conscripsit, quæ non tantum scriptorum monumentis consignata, sed gravissima, etiam contestatione ad finem posita, firmata atque roborata reliquit. Sicque hæc ex parte dici posse videtur, haud mentitum esse S. Hieronymum dicentem, cum ille eas adhuc novellas verbis atque scriptis firmiter stabilisset.

IV. Sed eandem Apocalypsim, sicut alios complures divinæ Scripturæ canonicos libros, cum Cerdon (b), Marcion (c), & Alogi (sic dicti hæretici) impugnaverunt, tum etiam complures antiquorum Ecclesiasticarum scriptores in controversiam adduxerunt, an ab ipso Joanne Apostolo scripta fuerit: affirmantes potius ab alio quopiam Joanne presbytero eam scriptis mandatum esse. Verum temeritatem atque procaciam Cerdonis & Marcionis eam omnino improbantur, & aliorum qui eandem Cerintho nimis inconsulte tribuerant (d) cum alii plures, tum Epiphonius (e) de his uberius agens, refellit. Sed primum videamus quomodo intelligendum sit, quod S. Hieronymus (f) scribens ad Dardanum sic ait: *Quod si eam res. (epistolam scilicet ad Hebræos) Latino-rum consuetudo non recipit inter scripturas canonicas; nec Græcorum quidem Ecclesiæ Apocalypsim Joannis eadem libertate suscipiunt: & tamen nos utraque suscipimus; nequaquam hujus temporis consuetudinem, sed veterum scriptorum auctoritatem sequentes, qui plerumque utriusque*



(b) Tert. de præfer. c. 51.

(c) Tert. ad vers. Marc. lib. 4. cap. 5. Apocalypsis impugmata.

(d) Euseb. hist. lib. 3. cap. 28. & Philast. lib. de heres. c. 51. & Hier. ep. 192.

Subiere novi Palatia fasces,
Et requiem bis sextus honos, precibusque receptis,
Curia Casarcum gaudet vicisse pudorem.

Consulatus suffecti sepe neglecti.

Hunc duodecimum Consulatum Domitiani ordinatum, qui connumeratis quinque suffectis est XVII. bis sextum honorem vocat Poeta. Cum dicit, eundem Consulatum subisse quietem, testatur, Domitianum non semel oblatum sibi Consulatum recusasse, quem enixis Senatus precibus victus tandem recepit, gaudens Patribus victam Principis non una repulsa delatos fasces respicientis moderationem. Inde quidam apud Card. Norisium in Epist. Consul. pag. 181. deducere se putant, regulas Decennalium a me statutas commentitias esse; cum Domitianus Consulatum XVII. anno, quo Quindecennalia dare debebat, recusaret, & nequidem de ea regula cogitaret. At ex illa ficta Domitiani moderatione prorsus contrarium colligitur, constatque, ideo anno superiori Consulatum XVII. Imperatori oblatum, quod in præfentem annum

CHRISTI 97.

CLEM. 5.

DOMIT. IMP. 14.

(a) Dionys. abutuntur testimoniis, non ut interdum de Eccles. apocryphis facere solent: quippe qui hierarc. c. & Gentilium litterarum raro utantur 3. (b) Iren. exemplis, sed quasi canonicis & Ecclesiasticis. Hæc Hieronymus: cujus sententia duo hæc affirmari videntur: in primis, veteres scriptores Joannis Apocalypsim ut canonicam scripturam probasse: deinde temporibus suis, Græcarum Ecclesiarum consuetudine illam minus habitam esse ratam; nec cum ceteris canonicis scripturis fuisse receptam. At an hæc & quomodo in omnibus vera haberi debeant, investigamus.

V. Quod ad primum pertinet: certe veterum esse probatur, tam Græcos quam Latinos Patres, qui sæculum S. Hieronymi præcesserunt, eandem Apocalypsim inter canonicas scripturas adnumerasse, ut ex Græcis auctoribus sunt Dionysius (a), Irenæus (b) (ipse enim Græce scripsit) (c) Justinus martyr (c), Hippolytus (d) item martyr, Theophilus (e) Antiochenus, Meliton, Clemens (f) Alexandrinus, Origenes (g), Dionysius (h) Alexandrinus, Athanasius (i), & si qui alii Hieronymo antiquiores: ex Latinis vero Tertullianus (k), Cyprianus (l), Hilarius (m), quos secuti sunt postea recentiores, ut Severus, Prosper, & alii.

Quod si ex horum numero aliquis existimavit eam esse alterius Joannis, quam Evangelistæ; nihilominus idem eam ut canonicam scripturam habuit. Sic igitur verissima esse probatur Hieronymi assertio, qua affirmat antiquos scriptores eandem Joannis Apocalypsim ut germanam canonicamque scripturam cognovisse, sicut & Patres omnes qui interfuerunt Concilio An-

cyrano (n), quod ante Nicænum Imperii ejus Augustei Quindecennialia inciderent, ipseque de more annum aperire deberet. Valeret argumentum, si currenti anno nulla id genus festa celebranda fuissent. Quare istis censoribus suadeo, ut Ciceroni pro Cluent. 4. auscultent: Si quam opinionem mentibus vestris comprehendistis, si eam ratio convellat, nec repugnatis, eamque animis libentibus remittatis. Re ipsa censores isti animadvertere possunt, quantum referat falsas opiniones deponere; cum antequam Dissertationem Hypaticam in lucem emisissent, Statii Interpretes ad citatos versus hærerent, & hæc verba bis sextus honor, corrupta concluderent. Joannes Federicus Gronovius, qui longo intervallo ceteros superavit, postquam dixit, vulgatam Statii lectionem defendi posse, si quis, inquit, velit arguari, afferendo Poetam Consulatus tantum ordinarios Domitiani memorare; eam conjecturam, quæ certissima erat, mox rejicit, atque loco, bis sextus, legendum esse, texus; cum tamen locus purissimus sit, & in eo Consulatus Domitiani suffecti negligantur.

IV. Recte Domitiani Consulatum hoc anno gestum, XVII. Baronius vocat. Sed inde intelligere poterat, Consulatus suffectos ante Severum Imperatorem in Fastis numeratos fuisse, ideoque prioris

Concilium celebratum esse constat.

Quod vero idem auctor affirmat, suis temporibus Græcorum Ecclesias non recipere Joannis Apocalypsim; videamus apud quosnam Græcos, Orientalesque omnes, aut Ægyptios, vel alios quibus divina Scripturæ Græcis litteris traditæ haberentur, inter scripta canonica Apocalypsis non recenseretur. Certe inter Græcos scriptores Ecclesiasticos, eisdemque Catholicos, qui Hieronymi ætate vixere, Epiphanius (o), qui licet Hieronymo ætate senior, tamen eodem cum illo vivebat sæculo, non tantum huic veritati ad stipulatur, sed non ab aliis quam hæreticis Alogis & Theodosianis tradit impugnatam esse Joannis Apocalypsim. Ceterum nequaquam putandum S. Hieronymum ea temere effutisse, aut Græcorum Ecclesias calumniatum esse: sed ea in re visus est habuisse respectum ad S. Basilium, Amphilochem, Gregorium Nazianzenum, atque Nyssenum, qui visi sunt ab ea interdum abstinuisse; nam ipse Gregorius Nazianzenus, dum texuit catalogum librorum canonicorum, nullam penitus de Apocalypsi Joannis habuit mentionem, sicut nec Concilium Laodicenum; ea de causa fortasse, quod qui Clementis nomine habetur canon Apostolorum octuagesimus quartus, nihil prorsus de Apocalypsi. Quamobrem & Amphilochem, æqualis Basilio atque Gregorii, in carmine ad Seleucum, quo texit catalogum canonicorum librorum, hæc in fine habet:

Ab Apocalypsim Joannis aliqui
Iis inferunt: rursus sed longe plurimi
Adulterinam dicunt.

Sic

ris Vespasiani, qui suffectus fuit, rationem habitam, secundum Titi Consulatum cum quarto Vespasiani copulandum, & quintum ejusdem Vespasiani cum tertio Titi; quod cum Baronius non observavit, Fastos Consulares per Vespasiani tempora susceperunt. Porro quod Ausonius, & Plinius in Panegyri Traiani, toties iteratos Domitiani Consulatus irriserint, non sequitur, ut putarunt quidam censores apud Card. Norisum in Epist. Consul. pag. 152. hunc Imperatorem præter regulas Consulatus illos capessisse. Hæc Ausonii verba in Panegyrico: Scis septem ac decem Domitiani Consulatus, quos ille invidia alios provehendi continuando consecutus, ita in ejus aviditate dorisos, ut hoc cum pagina Fastorum suorum, immo Fastidiorum fecerit insolentem, nec potuerit prestare felicem. Inde, inquam, non sequitur, Domitianum morem in Imperio receptum contempsisse; cum ex dictis constat, eum hac in re ceteros Imperatores secutum. Irrisus itaque Domitianus, quod illos Consulatus invidia alios provehendi continuavit, ut dicit Ausonius; quod falsis victoriis jactandis eos sumserit, ut Zonaras habet; quod plures Consulatus ceperit, quam ante eum alii Imperatores, ut scribunt Suetonius in Domitiano cap. 13. & Xiphilinus ex Dio-

VI. Qui non receperint Apocalypsim.

(o) Epiph. har. 51. 54.

CHRISTI 97.

CLEM. 5.

DOMIT. IMP. 14.

Sic igitur videas manifestam rationem, cur S. Hieronymus dixit Græcorum consuetudinem non recipere inter Scripturas canonicas Apocalypsim, quod scilicet Græcorum plurimi illam non admitterent, aliquibus tamen ex his eam recipientibus. Verum sic dicit a plurimis haberi adulterinam, quod scilicet inter canonicos libros iidem non intexuerint.

VII. Apocalypsis, tempore Epiphani, si des.

Sed horum diversa est ratio ab his quos diximus eam impugnasse, nempe Alogos & Theodosianos, quos in classem hæreticorum Epiphanius rejicit: nam dicti Patres etsi eam recensere prætermiserunt, non tamen pertinaciter impugnarunt. Absque enim jactura fidei tunc temporis ea non uti, liberum fuisse, idem ipse Epiphanius eodem in loco testari videtur, cum adversus eosdem hæreticos ait: Et si quidem suscepissent Evangelium, Joannis scilicet, Apocalypsim vero rejecissent; dissimemus utique: Numquid juxta exaltam rationem hoc faciunt, apocryphum non admittentes, propter ea qua in Apocalypsi profunde & obscure dicta sunt? Quando vero non suscipiunt libros a Joanne prædicatos, manifestum est, &c. Ex quibus inducitur, ut opinemur nullam factam esse mentionem Apocalypsis in Concilio Nicæno, in canone quem S. Hieronymus editum vult de libris authenticis. Nam si Apocalypsis inter alios canonicos libros adnumerata fuit: quomodo a tantis Ecclesie Orientalis doctoribus eadem valuit præteriri, atque silentio sepeliri?

ne; ac denique quod continuis Consulatus fecerit longum quemdam & sine discrimine annum, ut inquit Plinius citatus. Reliqui enim Imperatores sæpe præ modestia, aut ut locum privatis darent, a Consulatu suscipiendo annis sibi destinatis abstinere. Domitianus vero non solum semper illum usurpavit: sed etiam stulte & insolenter, ut ait Dio lib. 67. uti v.g. propter falsum e Germania triumphum, emittit per commercia, quorum habitus & crines in captivorum speciem formarentur, ut verbis Taciti in Vita Agricola utar. Consulatus itaque sapius præ ambitione, aliique de causis ab aliquibus Imperatoribus sumtus, sed Consulatum Cæsareorum regulæ de more servatæ.

V. Persecutio Domitiana in Nummo Isiaco non expressa.

Obrechtus V. C. in Epistola de Nummo Domitiani Isiaco, hujus Imperatoris Numisma argenteum producit in antica inscriptione: CÆS. DOMIT. AUG. GERM. P. M. TR. P. XV. In postica visitur Sacrigerulus Isiacus veste prope muliebri, qui galeo calvitium regente navi insidet; dextra persee fructum tenet cum ramo, sinistra crucem; prope navim Luna dimidiata. Omnia in corona ex persee. Invisum in ejus ævi Nummis crucis symbolum quosdam impulit, ut ad Christianam Religionem hoc anigma referrent, de qua Domitianus, qui secundus Ecclesie persecutor fuit, trophæum hoc monumentum erigere voluerit. Sed ut recte Obrechtus, inter litteras Ægyptiorum Isiacæ figura Domitiane Crucis vitam venturam denotari, dudum pluribus constat. Quare eo in Nummo exhiben-

Ex quo autem cujusque arbitrio relicta VIII. res est; in his omnibus Hieronymi præstat sequi sententiam, qua profertur se in ea re antiquorum magis sectari velle auctoritatem; quam etiam Græcorum Catholica Ecclesia secuta esse videtur. Nam & post citatos auctores, Joannes Chrysofostomus, qui eodem tempore multa scripsit, Joannis Apocalypsim citasse reperitur: & qui postea secuti sunt, eandem absque aliqua controversia receperunt, ac Latini similiter, ut in primis qui Hieronymi tempore vivebat, Damasus: nam in Romano Concilio sub ipso celebrato, quod habet Cresconiana Collectio, in canone de libris canonicis adnumeratur æque cum ceteris Apocalypsis Joannis: rursumque Innocentius Papa (a) ad Uperium Tolosanum, & Gelasius in canone de libris canonicis, eodem ipsam jure censuerunt habendam. Id Rufinus in expositione Symboli: Augustinus itidem de Doctrina Christiana, Cassiodorus, Isidorus, & omnes hi qui texerunt seriem librorum canonicorum: demum reliqui omnes Orthodoxi Patres, qui postea in Ecclesia floruerunt, in eandem sententiam pari consensu dedere suffragia: ut de ea re amplius dubitare, plane nefas atque religio videatur.

Sed & illa antiqua de duobus Joannis nomine nuncupatis, Apostolo scilicet, & alio quem presbyterum dixerunt, est obscuritas elucidanda. Primum auctorem, qui duos Joannes introduxerit, constat, teste Euse-

VIII.

Apocalypsis ab universa Ecclesia recepta.

(a) Innoc. ep. 3.

IX.

tur cujusdam Isiaci Sacrigeruli insignia: hi enim Sacerdotes veste utebantur muliebri, & obrecto calvitio incedebant. Luna vero dimidiata seu cornuta iidem designari inter Mythologos convenit. Isiacus itaque Sacrigerulus Domitianus est, qui, ut ait Suetonius in Domitiano cap. 1. ardente bello Vitelliano, Isiaci celatur habitu, inter Sacrificulos vanæ superstitionis latuit, & mortem vitavit, ac potente rerum patre, Jovi Conservatori aram posuit, casusque suos in marmore expressit, inquit Tacitus lib. 3. Hist. Quare verosimile, Domitianum eosdem etiam in Nummis memorari voluisse. Hoc autem anno potius quam alio; quia annis Decennialibus & id genus festis additis rerum antea gestarum, vel acceptorum beneficiorum memoria de more renovata. Unde & Jovis Capitolini templum a Domitiano, quod in bello Vitelliano mortem evasisset, ædificatum, currenti anno etiam in Nummis representatum. Medobarbus enim Nummum exhibet inscriptione: IMP. CÆS. DOMIT. AUG. GERM. COS. XVII. In ejus postica cernitur templum quatuor columnarum, in quo sedet figura, duabus stantibus hinc inde icunculis extra templum, quod, uti dixi, Jovi Conservatori ante aliquot annos dedicavit. Perperam itaque ad persecutionem Domitianeam Nummus Domitiani Isiacus relatus, qui etiam an sincerus sit, dubitat Vir eruditissimus, qui se illum præ manibus habuisse dicit.

Obitus Anacleti Papæ in hunc annum incidit, Evaristus ut infra ostendetur. Anacleto successit Evaristus. sit Papa.

VI.

CHRISTI 97.

CLEM. 5.

DOMIT. IMP. 14.

(a) Euseb. hist. lib. 3. c. 33. De duobus Joannibus ambiguitas.

Eusebio (a), fuisse Papiam, Joannis discipulum, de quo hæc ipse ex ejusdem Papiæ verbis: Si quis presbyter mihi fortasse occurrebat, qui cum Apostolis versatus fuisset; dicta Apostolorum ab eo diligentior sciscitabar: nempe quid Andreas dixisset, quidve Petrus, quid Philippus, quid Jacobus, quid Joannes, aut Matthæus, aut quis alius Domini discipulus; quæ denique Aristion, & Joannes presbyter, qui in numero discipulorum Domini habebantur, locuti fuissent. Neque enim ea quæ ex libris petebantur, tantum mihi subsidii allatura existimavi, quam ea quæ ex ceperam ex hominum voce & sermone, qui adhuc in vita manebant. Hæc Papias; ex cuius sententia videas in primis traditiones ab eo pluris quam scripta æstimatas esse. Pergit Eusebius: Quo in loco est operæpretium animadvertere, Joannes ab eo duos enumerari. Priorem, quem cum Petro, Jacobo, Matthæo, & reliquis Apostolis percenset, declarat manifesto fuisse Joannem Evangelistam: alterum, oratione variata, aliis extra numerum Apostolorum associat: quem cum Aristionem illi ordine præposuerit, ipsum presbyterum vocat: sic ut ex his narratio eorum vera esse ostendatur, qui dixerunt duos eodem nomine nuncupatos fuisse in Asia, duoque illorum Ephesi esse sepulcra, & utrumque ad hanc usque ætatem Joannis nomine appellari. Quibus animadvertere est in primis necessarium: nam videtur valde probabile, posteriorem Joannem Apocalypsim, quæ ejus titulo inscribitur (si quis priori non censetur tribuendam) oculis pervidisse. Quinetiam Papias (quem modo posuimus) dicta Apostolorum, ab his qui cum illis versari fuissent, fatetur se exceperat, Aristionem item & Joannem presbyteri se fuisse auditorem. Nam sæpenumero illorum memoriam usurpat nominatim, & traditiones eorum in sua scripta illigat. Hucusque Eusebius de duobus Joannibus ex Papiæ; sed tamen in Chronico, scriptam esse Apocalypsim a Joanne Evangelista, firmiter asseverat.

X.

At quod de Joanne Seniore, altero ab Evangelista, ex Papiæ recitat; cum ille ipsum dicat fuisse antiquum discipulum, non Apostolorum, sed Domini: hunc illum esse existimamus Joannem Mariæ filium, cognomento Marcum, consobrinum Barnabæ, cujus habetur mentio in Actis (b) Apostolorum; quod si diversum hunc ab eo esse dixerimus; affirmare necesse erit, non duos eodem tempore, sed tres Joannes in Ecclesia claruisse. Sed haud concedit Seniore Joannem fuisse illum cognomento Marcum Dionysius Alexandrinus (c), qui ea potissimum ratione permovetur, quam sic exprimit: Est item alius Joannes in Actis Apostolorum, cognomento Marcus: quem Barnabas & Pau-

Joannes senior quis.

(b) Act. 12. & 13.

(c) Apud Euseb. hist. lib. 7. c. 20.

lus sibi in societatem adsciverant. Utrum sit hic qui Apocalypsim scripserit, non possum pro certo affirmare: nam non est scriptis a Luca proditum, eum in Asiam una cum illis adventasse: sed solventes (ut ipse ait) a Papyo, Paulus, & qui cum eo erant, venerunt Pergem Pamphiliæ: Joannes vero ab illis decedens, reveritur Hierosolymam. Hæc ille. Sed quæ est hæc ratio? quasi minus posthac licuerit ei descendere in Asiam, & Evangelium prædicare. Immo & in Asiam descendisse, & illic naviter se gessisse, superius est demonstratum, cum de Paulo egimus; qui Romæ in vinculis cum esset, Timotheum in Asia agentem, secundam ad eum epistolam scribens, rogat, ut Romam venturus, secum Marcum ducat: quem illum fuisse, qui proprio nomine est dictus Joannes, satis alibi a nobis declaratum est. Quamobrem in eam libentius adducimus sententiam, ut Joannes Senior ille fuerit Mariæ filius cognomento Marcus, a Timotheo ex Asia ad Paulum perductus Romam: de quo idem Paulus ad Philemonem agentem in Asia sic scribit: Salutem te Epaphras captivus meus in Christo Jesu, Marcus, &c. quippe qui in Asia versatus, Asiæ homini optime notus esset.

XI.

Porro Joannis Senioris esse Apocalypsim, existimavit idem Dionysius, qui eam vindicat a calumnia dicentium fuisse a Cerintho conscriptam (sed quomodo potuit opus illud esse ipsius, quo in multis locis de Filio Dei Cerinthi dogma destruitur?) hæcque addit (d): Verum ego librum ipsum nullo modo audeo abrogare; præsertim cum adeo multi fratres eum tam magni æstiment: sed hanc mecum de eo opinionem concipio, longe abstrusorem in eo esse materiam, quam mens mea facile consequi queat; & in singulari prope sententiis sensum quemdam mysteriis involutum & valde admirabilem delitescere, plane existimo. Et quæquam eum ipse non intelligo, suspicor tamen intellectum quemdam reconditorem verbis ipsis inclusum: atque istas res non propria ratione metior ac pondero, sed fidei potius tribuo, & aliores divinioreque profecto arbitror, quam quas ipse ullo pacto cogitatione comprehendere valeam: atque non eas improbo, quas non intelligo; sed ideo potius admittor, quod mentis acie lustrare non queo. Hæc Dionysius, ac digna plane Catholico tractatore sententia, qua ceteri merito erudiantur, in divinis Scripturis ea quæ non intelliguntur, non tantum non spernenda esse, sed majori ea nos debere reverentia prosequi. Sed qui ea fugillant atque despiciunt, haud dubium illis associantur, de quibus ait Judas Apostolus: Hi autem quæcumque ignorant,

Apocalypsis Joannis senioris credita.

(d) Apud Euseb. hist. lib. 7. c. 20.

CHRISTI 97.

CLEM. 5.

DOMIT. IMP. 14.

(a) Xyst. Senon. in Bibliot. & Bellarm. contr. lib. 2. c. 19. XII. Joannes Theologus idem Evangelista.

rant, blasphemant: quæcumque autem naturaliter tamquam muta animalia norunt, in his corrumpuntur. At post hæc Dionysius multa deducit, quibus sibi persuasum ait, Joannis presbyteri illud fuisse opus: sed ea ab aliis (a) facile refelluntur.

Certe quidem neminem Græcorum invenire est, qui Dionysium sit secutus, ut alterius Joannis quam Evangelistæ, illud esse opus affirmarit. Sed rursus cum titulum, Joannis Theologi, commentario Græci præfixerint; plane non alterius Joannis, quam Evangelistæ esse significarunt: Athanasium nimirum secuti, qui hæc ait in Synopsi: Est præterea Apocalypsis Joannis Theologi a priscis sanctis & Spiritu Dei imbutis Patribus, velut quæ illius sit, accepta & approbata, cuius est principium: Apocalypsis, &c. Et in fine, quem Joannem per Theologum intellexerit, sic declarat: Apocalypsis Joannis; hoc nomine vocatur hic liber, propterea quod hanc revelationem ipse Joannes Evangelista & Theologus in insula Patmos dicta, Dominico die vidit. Porro eadem nomenclatura usos esse majores, ut Joannem Evangelistam, Theologum cognomento dicerent, quamplurima sunt exempla, ut in primis Dionysii (b) ad eum scribentis, Hippolyti martyris de consummatione mundi, dum ait: Secundum hanc consonat Joannes Theologus dilectus Christo. Id ipsum Cyrillus Hierosolymitanus (c), Epiphanius (d), Joannes Chryostomus (e), Cyrillus Alexandrinus (f), & alii; ut ex his videas, ex Græcorum Patrum nomenclatura sic affixum illum titulum a Græcis, Theologi, quo certius affirmarent non alium, quam Joannem Evangelistam esse operis auctorem. Ad hæc Dionysius Alexandrinus cum de pluribus ejusdem nominis viris agit, antiquum illum referat morem, quo Christiani olim solebant filiis suis indicare nomen alicujus Apostolorum; sic enim ait: Ceterum Joannis Apostoli suorum arbitror: qui propter singularem amorem quo erga illum affecti erant, propter admirationem quam de eo haberent, & propter imitationem qua ad illum imitandum flagrabant, & quod a Domino pari ratione diligere cupiebant, etiam istam appellationem amplexati sunt: quemadmodum nomina Pauli & Petri Fidelium liberi crebro ferunt. Hæc Dionysius.

(b) Dionys. Ar. opus. ad Joann. ep.

(c) Cyril. Jeros. ca. 12. c. 12.

(d) Epiph. hæres. 51.

(e) Joann. Chrys. in proem. in Psal. 37.

(f) Cyril. Alex. lib. 3. de Trinit.

XIII. Cerinthus scripsit revelationes.

Rursus quod ad Joannis spectat Apocalypsim: ipsa olim calumnia, a Cerintho hæresiarcha eam esse conscriptam, unde emerferit, dicere ac simul confutare non prætermittimus. Id quidem ut apertius cognoscamus, quod superius dictum est breviter est repetendum: hæreticos, quo minus veritate agere possent, considerent, eo magis ad imposturas ef-

se conversos, & inter alia complures falsas revelationes, quasi sibi divinitus allatas excogitasse, easdemque interdum Apostolorum, vel aliorum insignium virorum titulo nobilitasse, ut revelationes Pauli, Petri, Thomæ, Stephani, & aliorum, quorum superius facta est mentio: ejusmodi generis commentum excogitasse Cerinthum veterosum hæresiarcham, Caius (g) antiquus Theologus tradit his verbis: Cerinthus, qui per adumbratas revelationum, tamquam a magno quodam Apostolo conscriptarum, species, absurda portenta, præstigiisque quasi per Angelos sibi ostentatas, nobis falso comminiscetur, hæc asseveranter introducit: Post resurrectionem carnis humane, regnum Christi terrestre futurum, & apud Hierosolimam homines in carne cupiditatum & voluptatum blanditiis inseruituros. Qui cum sacrosanctis Dei eloquiis esset infensus, numerum mille annorum (habuit enim in animo homines in fraudem illicere) in nuptiarum festis & celebritate dicebat consumptum iri. Hæc Caius: eadem prope ex Dionysio Alexandrino idem Eusebius excerpit; sed de Cerintho (h) hanc alibi refellit opinionem.

(g) Apud Euseb. hist. lib. 3. c. 22.

(h) Euseb. lib. 7. c. 20.

Verum enimvero, ut hæc magis elucescant; necesse esse putamus, ut quæ essent Cerinthi dogmata, in primis investigemus; ac subinde inspiciamus, an ea consentientia sint doctrinæ Apocalypsis. Irenæus (i) infanias ejus summam complexus, ait in primis: Cerinthum negasse a Deo factum esse mundum, sed a virtute quadam separata ab ea principalitate distante: Jesum natum ut ceteros homines, sed descendisse in eum Christum post baptismum in figura columba: Christumque tempore passionis recessisse a Jesu, sicque Jesum tantum passum esse, & surrexisse, Christum vero immortalem perseverasse. Hæc de illo Irenæus; eadem Tertullianus (k); addens illum dixisse, Deum Hebræorum non Dominum, sed Angelum fuisse. Propugnatorem insuper Cerinthum se exhibuisse adversus Apostolos pro observatione legalium, superius dictum est: cum alioqui ipse jactaret. Insuper eundem Christi resurrectionem negasse, sed in die Judicii resurrectionem ejus futuram, ut ceterorum, affirmasse, Epiphanius (l) tradit. Ad hæc addit Philastrius (m), Cerinthum martyres blasphemasse, Judam proditorem in honore habuisse, ac demum ex divinis Scripturis non nisi Matthæi Evangelium ex parte tantummodo recepisse; ac denique (quod superius dictum est) turpem illum millenarium, legaliumque observationem Judæicam excogitasse. His igitur omnibus quam egregie adversetur liber Apocalypsis, nemo non videt. In eo namque omnium Deus creator prædicatur, Christusque ejus filius ante

XIV. Cerinthi hæreses.

(i) Iren. lib. 1. c. 25.

(k) Tert. de præscrip. c. 48.

(l) Epiph. hæres. 28. (m) Philast. de hæres. c. 27.

CHRISTI
97.CLEM.
5.DOMIT. IMP.
14.

ante saecula, ipseque Principium nominatur; ac ipsum esse passum, & se ipsum resuscitasse, in eodem affirmatur; commendantur & sancti martyres summopere, ut Antipas illustris martyr Ecclesiae Pergamenensis. Ac denique apparet quam diversus sit millenarius Joannis ab illo Cerinthi: licet verius sit, pro mille annis Joannem intellexisse gloriae perpetuitatem: quod omnes, qui eum legunt, puto facile intelligere; praesertim si, quae de ea re scripta ibi sunt ab interpretibus, exquirantur. Sed in his non amplius immorandum: jam cetera quae sunt historiae prosequamur.

XV. His ultimis temporibus relegationis Joannis in Pathmo, Dionysius Arcopagita (a) perbreve scribens epistolam, inter alia de ejus liberatione in proximo futura praenuntiat, secundum quod postea contigit statim post obitum Domitiani, qui sequenti occisus est anno. Sunt haec ejus verba: Post paululum vero (dicam enim, etsi audax dictu videatur) tibi carissima societate jungemur. Ero autem prorsus dignior cui fides habeatur, si quae tibi praecognita sunt, quae & ex Deo didici, haec loquar: quod scilicet ex Patmi custodia dimittendus es liber, & in Asiaticam terram reversurus, illicque perages boni Dei imitationes, easque posteris trades. Hucusque Dionysius. Meminit ejusdem epistolae Metaphrastes (b), additque Insulanos omnes illic agentes a Joanne ab impietate ad veram Christi religionem esse conversos. Nicephorus (c) insuper & alii complures, ut Michael Sincellus, Suidas, Ilduinus, & alii, cum Dionysii relegunt commentarios, de eadem epistola ad Joannem exulem in Patmo, fecere mentionem.

XVI. Rursum vero his item ultimis Domitiani Imperii annis, cum persecutio in Christianos excitata magis magisque saeviret; in eos etiam Judaeos, qui reperti essent ex David familia progeniti, conversa est: idque tum odio Christi, tum etiam ea ex causa, quod Judaeorum attestatone ratum firmumque haberetur, testatum oraculis Prophetarum, venturum hominem ex progenie David, qui regnum assumeret & in immensum propagaret, atque perpetuo retineret. Haec autem quomodo se habuerint, eorum scriptore sic narrat: Cum Domitianus ipse omnes ex Davidis stirpe & familia profeminatos e medio penitus tolli jussisset; vetus fama est, Judae posteros (hunc fratrem Salvatoris secundum carnem fuisse liquet) utpote qui non a Davide solum suum genus, sed etiam ab ipso Christo sanguinis conjunctionem ducerent, a quibusdam Judaicarum sectarum fautoribus in judicium esse vocatos. Idque Hegeffippus explicat hoc modo: Alii ex genere Domini Salvatoris nostri orti, nepotes Judae (qui frater illius secundum carnem dicebatur) adhuc

(d) Euseb. hist. lib. 3. c. 15.

erant superstitiosae: quorum nomina malevoli detulerunt, tanquam ex stirpe Davidica genus suum derivantium. Istos vero quidam nomine Locatus ad Caesarem Domitianum deduxit. Hic enim de adventu Christi, ut Herodes jam olim, metu erat non exiguo percussus. Qui cum ab illis rogasset, utrum essent ex genere Davidis procreati, ita rem se habere plane confessi sunt. Tandem ei ab ipsis sciscitanti, quot & quantas haberent possessiones, & quantum pecuniarum summam: uterque responsum dedit, solum novem millia denariorum sibi suppetere, & dimidiatam tantummodo partem ad singulos ipsorum spectare: istasque facultates non in argento se possidere dicebant, sed in censu agrorum, qui solum continebant jugera trigintanovem, ex quorum fructibus se non modo vestigalia pensitare, sed etiam suam ipsorum vitam in ista labore & industria colendis sustentare asseruerunt. Suas denique manus, quae pro ipsis laborum suorum testimonium dicerent, ostendere coeperunt: corporis item duritiam, & callum ab opera assidua & diligentia contractum, qui in eorum manibus tanquam vestigia laborum susceptorum impresserat, demonstrare. Rogati etiam, ut de Christo & regno ejus, quodnam esset, & quando, quove loco esset, rationem redderent: illud non mundanum & terrestre esse, sed caeleste & angelicum, quod in ipsa saeculi consummatione declarandum foret, quando Dominus cum gloria & majestate e caelo descendens, de vivis & mortuis esset sententiam dicturus, & cuique mercedem secundum opera & vitae officia redditurus. Unde Domitianum nihil mali contra eos decrevisse: sed tanquam abjectos & simplices aspernatum, liberos illos dimisisse, atque adeo destituisse a persecutione, quam ex decreto contra Ecclesiam instituerat. Istos ita periculo & crimine solutos deinceps, tum quod testes Domini erant, tum quod ex ejus stirpe generati putabantur, Ecclesiae praefuisse; & pace jam in Ecclesia constituta, ad Traianum usque tempora vitam propagasse. Haec Hegeffippus.

XVII. Addit & Eusebius de eadem persecutione repressa Tertulliani sententiam. Quae omnia nos superius sic interpretati sumus, non ut ubique locorum quieverit gladius persecutionis in Christianos semel exercitus: nam quomodo cessasse dicere poterimus, cum ille magis saeviens, ad domesticos quoque pervenerit, & sequenti anno (ut proxime dicturi sumus) ipse Imperator cognatos etiam, ea de causa, alios nece, alios vero exilio multarit? sicque quod in infimos quosque Christianos eadem persecutio recrudesceret (ut suo loco dicemus) idem Imperator occidi meruit anno sequenti, ut una cum persecutione finierit quoque vitam. Quamobrem vel oportuit Hegeffippum intellexisse

Persecutio an & quando repressa.

CHRISTI
97.CLEM.
5.DOMIT. IMP.
14.

xiste de persecutione in eam tantum Ecclesiam quae in Judaea erat, atque ex ea causa tantummodo permota esset: Vel si de universa Ecclesia intellexit; dicendum, eam non hoc penultimo Domitiani anno factam esse, sed antea, eandemque per-

secutionem semel extinctam, iterum his temporibus revixisse, atque ad obitum, usque Domitiani perseverasse: quod tum quae a nobis superius dicta sunt, tum quae modo dicturi sumus, facile declarabunt.

JESU CHRISTI
ANNUS
98.CLEM.
ANNUS
6.DOMIT. IMP.
ANNUS
15.

I. Flavius Clemens occiditur. Christi anno nonagesimo octavo, Fulvio Valente & Antistio Vetere Coss. Flavius Clemens Consularis, vix perfunctus munere Consulatus anni superioris, quod Christianam religionem amplexus esset, ab eodem Domitiano jussus est occidi. Haec ex Dione. Sed antequam ejus de hac re sententiam recitemus; quae de ejus nece a Suetonio (a) rem obscurius involvente potius quam explicante, sunt scripta, narremus: sic enim ait: Denique Flavius Clementem, patruem suum, contemptissimae inertiae, cujus filios etiam parvulos successores palam destinaverat, & abolito priore nomine, alterum Vespasianum appellari jusserat, alterum Domitianum; repente ex tenuissima suspitione, tantum non ipso ejus Consulatu interemit: quo maxime facto maturavit sibi exitum. Haec Suetonius: qui & immensa prodigia, quae octo sequentibus mensibus, quibus vixit, contigerunt, prosequitur recensere. Sed Ann. Eccl. Tom. I.

SÆC. I. ANNO PERIODI GRÆCO- ROMANÆ 5589. Anno Urbis 849. Olymp. 218. an. 4. An. Ch. 96. JESU CHRISTI 96. secundum Baronium 98.

[1] Off. C. Fulvius Valens, & C. Antistius Vetus. Inscriptio eruta sub A. D. 1706. ad Divi Pauli in via Ostiensi, & edita a V. C. Justo Fontanino postea Archiepiscopo Ancyranus in Antiquitatibus Hortæ lib. I. cap. VIII. pag. 155. editionis tertiæ, nunc in atrio cœnobii ejusdem Basilicæ S. Pauli.

D. M. M. FANNIUS. AVILIUS. PROCULUS. FECIT TITIAE. FIRMAE. ET. P. FANNIO. PROCULO PARENTIBUS BENEMERENTIBUS. ET. P. FANNIO PRIMIGENIO. LIBERTO ET FANNIAE. BANAUSIDI LIBERTIS LIBERTABUSQUE POSTERISQUE EORUM C. ANTISTIO. VETERE. MANLIO. VALENTE. COS.

Donianæ inscriptiones cl. n. n. 164. pag. 103. ex Manutii schedis Vaticanis: VETER. ET. VALEN. (COS) Dio Xiphilini lib. LXVII. pag. 766. habet, Domitianum interfectum esse: Valente, qui quum nonaginta annis habens, consulatum gessisset, mortuus est, & Caio Antistio consulibus. Emendandi ergo sunt Pagii, & ceteri vulgati Fanni, qui pro Manlio, Fulvium habent. Fanni Idatiani, & Eutropius lib. VIII. Valente & Vetere. Prosperi Chronicon: Fulvio & Vetere. Fanni Vindebonenses: Valeriano & Vetere. Onufrius suffectus ex Kal. Novembris putat, T. Flavius Sabinum Domitiani propinquum, & T. Arrium Antoninum, Pii Imperatoris avum maternum.

quod ignaviae atque inertiae nomine Flavius Clementem fugillet, ex eo accidit, quod Christiani tranquillioris vitae cupidi, ac proinde pacifici, urbanos strepitus & Palatii ac curiarum tumultus vitare solerent. Vetus enim ac frequens hæc erat in Gentilium ore in Christianos solita jactari contumelia, nimirum quod essent inertes: quam quidem refellens Tertullianus (b) hæc ait: Sed alio quoque injuriarum titulo postulamur, & infructuosi in negotiis dicimur. Sed in pravis operibus Christianos omnino frigidus inertesque se habere; in bonis autem studiosos ac sedulos esse, pluribus monstrat. Quamobrem, quod erat summæ virtutis specimen in Clemente; quod, cum filios Imperatores posset habere, dummodo eadem quæ Domitianus numina coleret, prætulisset his omnibus ignominiam crucis; Suetonius contemptissimæ adscribit inertiae. Ceterum non tantum eam ob causam

(b) Tert. in Apolog. c. 42. 43. 44. 45.

II.

B b b b in

EVARISTI PAPÆ 2. NERVÆ IMP. I.

[1] A. D. num. I. Coss. C. Fulvius Valens, & Consul: C. Antistius Vetus. Fla.

CHRISTI 98.

CLEM. 6.

DOMIT. IMP. 15.

In ipsum Clementem Exconsulem, sed & in uxorem, & neptem, atque alios ejus domesticos Christi religionem profitescentes, a Domitiano excitatam persecutionem...

(a) Euseb. hist. lib. 3. p. 24.

II. Consulatus aliquando Consulatus dicitur.

[1] Flavius Clemens anno praecedenti a Domitiano morti traditus, & Flavia Domitilla Clementis neptis relegata.

quam ad amissum observabant; narrabantque Flaviam Domitillam, ex sorore Flavii Clementis (qui unus ex Consulibus Romae fuit) prognatam, cum aliis plerisque ob Christi testimonium anno decimoquinto Domitiani, in insulam Pontiam supplicii & multae causa extrusam.


De Flavia Domitilla.

(b) Plinius li. 1. epist. 16.

Dione tradunt, Clementem Consulem morte affectum. Verum quidem est, Suetonium in Domitiano cap. 15. scribere: Flavium Clementem tantum non ipso ejus Consulatu interemit.

(x) Scribit Pagius, T. Flavium Clementem martyrium passum A. D. 95. non vero 96, ac Suetonii verba in Domitiano Cap. xv. qui habet: Flavium Clementem tantum, non ipso ejus Consulatu interemit...

Ut autem verbis Suetonii lux affulgeat, Stemma Flavii Clementis hic apponimus, quod ex Nicolao Antonio lib. I. cap. XII. Bibliothecae veteris Hispaniae pag. 54. hausimus.



Vides ex hoc stemmate, cur Clemens, patruelis Domitiani dicatur, cur Clementis filii, a Domitiano successores ad imperium sint destinati.

CHRISTI 98.

CLEM. 6.

DOMIT. IMP. 15.

nam de Bruto nullam reperimus mentionem. Ceterum Erutius ab eo summo opere cum multis aliis, tum etiam eruditione laudatur, dum scribit ad Apollinarem...

(a) Idem de eod. lib. 2. epist. 9. (b) Plinius lib. 6. epist. 22.

III.

Sed & in hoc illud considerandum: si Ethnicus auctor hinc notis rebus & praeclearis admodum facinoribus suam ipsius historiam illustrari arbitratus est: haud putandum, tam segnes ac desides fuisse Christianos...

Clementis Papae opus.

uno tantum in loco Urbis de Christianis carnificinas exerceri solitas, sed multis, secundum illud (c) Prudentii, etiam superius recitatum:

Non contentus humum celsae intra mania Romae Tingere justorum cadibus assiduis; Janiculum cum jam madidum, fora, rostra, Suburram

Cerneret eluvie sanguinis effluere.

At non Brutius tantum (sive dicere malimus, Erutius) ea de Christianis scriptorum monumentis testata reliquit; sed & Dio de Flavio Clemente, Flaviae Domitillae patruo, & ejus uxore Flavia item Domitilla dicta, iidemque Christianae fidei fortissimis testibus...

(c) Prudent. Peristeph. hym. II.

IV.

Flavia Domitilla relegata in Insulam.

hi Auctores inter se contrarii non sunt: priores enim insinuant, Clementem eo anno, quo Consulatum gessit, interfectum; Suetonius vero eum, paulo postquam Consulatum abdicavit, oc-

cisum. Consules enim ordinarii, licet per aliquot tantum menses munus illud exercerent, toto tamen Consulatus anno Consules saepius vocati, ac postmodum Exconsules aut Consulares. Ex

Orat. lib. IV. Domitiani Augusti, sororis nepotes appellat, quos sibi instituendos Domitianum, tradidisse narcat. Apud Gruterum CCLV. 5. inscriptio, in qua legitur

FLAVIA. DOMITILLA. FILIA FLAVIAE. DOMITILLAE IMP. CAES. VESPASIANI. NEPTIS. FECIT. GLYCERAE. L. ET LIBERTIS. LIBERTABUSQUE. POSTERISQUE. FORUM. CURANTE T. FLAVIO. ONESIMO. CONIUGI. BENEMER.

Exstabat olim in basilica S. Clementis. Nunc est in aedibus Capitolinis, sed mutila, & literis multis detruncata. Sororis Nepotes, apud Quinctilianum non sunt, inquit Nicolaus Antonius, ut Turnebo placuit in notis ad hunc Quinctiliani locum praeter usum Latinae linguae, qui fratris filii dicuntur. Vide Baronium A. D. 95. jure Philostratum carpentem qui lib. VIII. cap. X. narrat Flavii Clementis uxorem, Domitiani sororem fuisse. In Diario Litteratorum. Italiae tom. XXVIII. pag. 370. vistor Gracus nummus ex Museo Theupolo a Laurentio Patarolo depromptus, cum epigrapha in parte averfa ΟΤΕΣΠΙΑΣΙΑ ΝΟC ΝΕΓΤΕΠΟΣ. Hoc est: Vespasianus Junior. Ezechiel Spanhemius De praesantia & usu Numismatum antiquorum Dissert. XII. §. XII. pag. 490. animadvertit, in aliquibus nummis, Graecam vocem Νετς idem significare ac apud Latinos Junior, idemque esse apud Graecos, atque Νεωτερος. Recte igitur hic nummus Vespasiano parvulo, Domitiani ex sorore nepti tribuetur, non Tito ut nonnulli malunt. Opportune autem hoc loco addemus, aetate nostra divini numinis providentia contigisse, ut anno Christi Domini 1725, ob sacrosanctum Jubilaeum sacerrimo, Benedicto XIII. Pont. Max. Romae in veterrima S. Clementis Pontificis & martyris basilica sub ara maxima facti cineres Christi martyris Flavii Clementis detegerentur, quod hoc pacto accidisse litteris tradidit Edmundus de Vitry presbyter Societatis Jesu in Dissertatione, cui titulum fecit: Titi Flavii Clementis viri consularis & martyris tumulus illustratus, quae edita est Urbini A. D. 1727. scribit ergo, Annibalem Albanum tit. ejusdem S. Clementis presbyterum Cardinalem, die XXII. Januarii anni 1725, ad S. Clementis basilicam accessisse, ut ex altari majori partem aliquam ossium S. Ignatii martyris erueret, ac dum subrueretur altare capsulam plumbeam inventam, in qua ossa aliquot, ossumque fragmenta, cineres sacro cruore concreti, vas vitreum effractum, urceus fidei, crux gemina, altera lignea, area altera, & imago cerea duplex, quae agni formam utrinque referebat. Capsulae imposita erat tabula marmorea, in cujus utraque area literae sculptae erant: in una parte legebatur

FA.

CHRISTI
98.CLEM.
6.DOMIT. IMP.
15.

bium de Christianis intelligens: ludibri enim causa in mores Judæorum transire dicebantur, qui abjecta deorum superstitione, Christianam religionem inciperent profiteri: tum quod e Judæis Christiani descenderent; tum etiam quod sicut illi, idola omnia execrantes, ab illis æque impii dicerentur. Quis enim sibi persuadeat, Romanorum nobilissimos, hoc potissimum tempore, quo Judæorum civitas & templum a Romanis ipsis esset excisum, & ipsi penitus profligati, & infames ubique rediti, tam cupidos fuisse Judaicæ superstitionis, ut ejus assequendæ causa, bonorum omnium ac vitæ etiam dispendium subire vellent? Quibus vero contumeliis, Romæ præsertim, proscinderetur Judaica superstitione, Martialis & Juvenalis locu-

Ex quo apparet, quam immerito in Epistola Consulari a quibusdam censoribus reprehendatur quod in Dissert. Hypatica scripserim, Imperatores Consules aut Consulari munere fungentes Decennalia, triumphos, & Ludos Seculares ex-

pietes testes sunt. Ceterum frequenter Judaico nomine Christianam religionem Gentiles esse solitos consignare, multis aliis in locis ante demonstravimus.

Sed quod pertinet ad Flaviam Domitillam (nisi in citatis modo historicis error insit) jam duas habemus Flavas Domitillas diversis in locis pro Christiana religione exules, nempe amitam, atque neptem. Ad hæc etiam spectare perspicuum est, quod ait Tacitus in Vita Julii Agricola ante funera civium vita functi, his verbis: *Non vidit Agricola obsessam curiam, clausum armis Senatum, & eadem strage tot Consularium cædes, tot nobilissimarum foeminarum exilia & fugas.* Eiusdem nominis atque familiæ aliæ quoque fuerant, nempe Flavia Domitilla uxor

V.

hibuisse, quod, ut plurimum, post depositum Consulatam id factum esse constat. Nam qui modum loquendi Scriptorum Historiæ Augustæ imitatur, nullum justæ reprehensionem locum relinquit.

FAV S C E M M
H E L G T E V
LEO. I. DOCT. XII. CO. VI. AS. P. EG

In alia vero tria hæc monogrammata insculpta erant:

✠

HC

D/O

Implexas litteras ita interpretatus est FLAVIUS CLEMENS MARTYR HIC FELICITER EST TUMULATUS.

Litteras vero in linea extrema varii varie interpretati sunt; nempe Leo primus Doctor Christianitatis Anno CDXL. a sumptus Pontifex Ecclesie; seu: Leo I. Doctor Christi Concilium VI. auctoritate S. Petri egit: demum: Leo I. Doctor Christi 13. mensis VI. ad S. Petrum eundem gestavit. Has omnes interpretationes Pater de Vitry respuit, ac merito quidem. Disquirat autem de genere Flavii Clementis, deque ejus martyrio & cultu. Constat ergo, Flavium Clementem, consulem cum Domitiano processisse A. D. 95. Kal. Januarii, & gessisse Consulatam duobus tantummodo mensibus; quum autem inquit consulatam nondum Christianum fuisse, propterea quod Domitianus fasces homini Christiano non obtulisset, aut Clemens Christianus non recepisset. Postquam Clemens consulatam abdicavit, Christianis sacris imbutum fuisse. Vera scribere Dionem, dum ait, Clementem jussu Domitiani capite damnatum, non qui consul fuerat, sed qui consul tum erat: Nam Philostratus lib. VIII. cap. XXV. Clementem appellat virum consulem, non consulem; & Eusebius lib. III. cap. XVIII. unum ex iis, qui tum erant consules: in hanc sententiam Suetonii verba explicanda esse; quomobrem Clementem A. D. 95. martyrio functum esse Pater de Vitry arbitrat. Optassem equidem ut clarius, ac plenius veterum loca nobis explanasset. Porro Sacra Lipsiana S. Flavii Clementis Benedictus XIII. Pont. Max. A. D. 1727. die XXIII. Junii solemniter ritu sub eadem ara maxima basilicæ S. Clementis reposuit.

Ad cultum S. Flavii martyris quod attinet, vetustissima martyrologia, puta Kalendarium Bucherianum, & Hieronymiana, die IV. Novembris de Clemente martyre, Romæ passio agunt. Bucherianum habet ea die: Clementis, Semproniani, Claudi, Nicolstrati in Comitatum. Hieronymianum Antuerpiense: Roma, Clementis, & Simpronii. Corbeiense, & Lucense Florentini: Roma natalis sanctorum Clementis & Simpronii, seu Sympronii. Eadem ferme Adonis Appendix. Ad S. Flavium Clementem hæc spectare in laudata Dissertatione idem Pater de Vitry nos docuit.

CHRISTI
98.CLEM.
6.DOMIT. IMP.
15.

Flavia Domitilla plures. (a) Suet. in Vespas. c. 3.

Vespasiani, ex qua (ut Suetonius (a) tradit) nati sunt Titus & Domitianus Imperatores, & horum soror alia Flavia Domitilla: sed tam mater quam filia defunctæ sunt cum Vespasianus adhuc privatus ageret: major autem Flavia Domitilla, Cæsarum mater, relata fuit inter divos, & in ejus honorem instituti sunt sacerdotes, qui dicerentur Flaviæ Domitillæ, ut vetus docet inscriptio (b); colebaturque in templo gentis Flaviæ (c), quod in sexta regione ad Malum punicum, sic dictum vicum, positum erat. Sed de Flavia Domitilla Clementis uxore Philostratus (d) est hallucinatus, dum eam dicit fuisse sororem Domitiani Imperatoris: nam ejus sororem ita dictam, ex Vespasiano & Flavia Domitilla matre genitam, defunctam esse (ut diximus) cum adhuc pater privatus esset, Suetonius (e) & alii tradiderunt.

(b) Apud Pan. urb. Rom. pag. 300. (c) Suet. in Domit. c. 1. (d) Philostr. li. 8. (e) Suet. in Vespas. c. 3.

VI. Flavia Domitilla Virgo & Martyr.

Quæ vero celebrior ceteris habetur Flavia Domitilla Clementis Consulis neptis virgo, primum (ut dictum est) in Pontiam insulam relegata, ac demum (ut dicemus) egregio martyrio nobilitata ac illustrata, illa ipsa est, cujus annua celebritas agitur septima die Maji. Hæc igitur matre Plautilla, Clementis Consulis sorore (ut habet Eusebius) & non uxore, genita est: quæ baptizata a S. Petro principe Apostolorum, eodem prope anno quo crucis supplicium subiit, ex hac vita subducta est. Verum Flaviam Domitillam ejus filiam ad pietatem instituit Clemens Romanus Episcopus: qui eandem, cum virginitatem suam Deo vovisset, sacro velamine consecravit. Eo enim desiderio dedicandæ Christo virginitatis accensa fuit in primis sermonibus Nerei & Achillei eunuchorum, quos S. Petrus ad fidem Christianam amplexandam converterat. Sed cum iidem secuti essent eam in Insulam, inde abstracti, & Tarracinam missi, ibi sub Memmio Rufo Consulari, post tormenta suscepta, pæna capitis damnati sunt. Verum Flavia Domitilla post exilium, tandem sub Trajano (ut suo loco dicemus) nobile martyrium consummavit. Sed hæc omnia futurus in dictorum martyrum Actis (f). De Pontia insula, exilio Flaviæ Domitillæ, egregie illustrata, S. Hieronymus (g), cum de Paula agit Roma Hierosolymam

III. Ad num. IX. Domitianus occisus est XIV. Kal. Octobris, anno atatis XLV. Imperii XV. inquit Suetonius in Domitiano cap. 17. Vixit Domitianus annos IV. & XL. menses X. dies VI. & XX. Regnavit annos XV. dies V. ait Xiphilinus ex Diono. Addit Suetonius, eum eadem ominatum affirmasse, fore ut sequenti die Luna se in Aquario erueret. Die autem decima octava Septembris, qua periit, Luna fuit in vigesimo tertio gradu minut. X. Aquarii. Quare interitus ejus hoc anno certissime contigit. Scaliger lib. 5. de Emendat. Temp. anno præcedenti illum confi-

navigante, hæc ait: *Delata ad insulam Pontiam, quam clarissima quondam foeminarum sub Domitiano Principe pro confessione nominis Christiani Flaviæ Domitilla nobilitavit exilium: vidensque cellulas, in quibus illa longum martyrium duxerat, sumptis fidei alis &c.* Hæc Hieronymus. Atque de Flavia Domitilla modo satis.

Sed quod pertinet ad Clementem Consulem ejus patruum: cum ex Dionis sententia superius recitata, quasi impius, quod Christianus cum esset, deos non coleret, occisus esset; ac proinde martyrii titulo meritissimus jure censeretur: quod ejus mentio nulla in Martyrologio vel aliis antiquitatis monumentis habeatur; injuria temporum id evenisse patemus; factumque esse, ut si qua ejusdem Clementis nobilissimi martyris memoria reliqua esset post nostrarum scripturarum Diocletiani tempore facta naufragia, omnes Clementem Romanum Pontificem mente concipientes, unum eundemque nominibus confusis atque personis, Clementem esse existimarent. At quantum in Christianos ceteros furens illa persecutio fuerit debacchata, quæ tam caros ipsius Imperatoris sustulit, quivis facile intelligat.

Sed quod ad sævitiam Domitiani significandam spectat: nec illud prætermittendum est silentio, consuevisse etiam Domitianum præ nimia crudelitate, casus tragicos in miserorum corpora in theatro ex vero repræsentare: quod epigramma Martialis de vera cruce Laureoli (b) & aliis aperte significat, & Juvenalis (i) hæc eadem deplorans tempora his versibus:

Qua fornace graves, qua non incude cætere?
Maximus in vinculis ferri modus: ut timeas, ne
Vomer deficiat, ne marra & sarcula defint, &c.

Unde merito de eo ait Herodianus (k): *Nil sibi ad extremam crudelitatem reliqui fecit.*

Verum cum tam atrociter in Christianos persecutionis impetus fureret, meruit Domitianus, ulciscente jam numine, tandem gladio tolli. Quod egregie Juvenalis (l) versibus cecinit: licet more Gen-

gnavit, ea ratione, quod Hadrianum annos XXII. imperasse existimaret. Quæ etiam motus Card. Norisius in Dissert. de Votis Decennalibus Hadriani mortem in annum CXXXIX. distulerat; quam opinionem postea in Epistola Consulari merito damnavit. Ita annus unus Hadriani Imperio additus magnos illos viros in errorem induxit. Sed in priori parte Dissert. Hypaticæ Hadrianum annos tantum XXI. regnasse ita certo demonstravi, ut res in controversiam vocari in posterum non possit.

VII.
De Clemente Consulari martyre.VIII.
De crudelitate Domitiani.

(b) Mart. lib. I. epig. 7. de Paula Laur. (i) Juven. satyr. 3. in sine.

(k) Herod. li. I.

IX.

(l) Juven. sat. 4. in si.

CHRISTI
98.CLEM.
6.DOMIT. IMP.
15.

Gentilium, ignominiae causa Christianos, perinde ac vilissimas personas, cerdones appellet, sic dicens:

*Atque utinam his potius nugis tota illa dedisset
Tempora severitatis, claras quibus abstulit
Urbi
Illustresque animas impune, & vindice
nullo.
Sed perit, postquam cerdonibus esse ti-
mendus
Caeperat. Hoc nocuit Lamiarum caede ma-
denti.*

Hæc ille, qui propter effusum Christianum sanguinem Domitianum fuisse necatum putavit; nam cum ait, tunc illum periisse, cum cerdonibus timendus esse coepert; hæc dubium alludit ad necem ipsi illatam a Stephano Flavie Domitilæ Christianæ sceminæ, quam in insulam ab eo diximus relegatam, procuratore: qui simulans se de conjurationis indicio illi offerre libellum; e brachio, quod ad collum appensum, fractam manum fingens, dolose gestabat, exerens gladium, atque percutiens, fortiter agens, illum se defendentem confodit, atque necavit. Sed hæc pluribus Suetonius (a), Philostratus (b), Dio (c), & alii, licet diverso modo rem gestam referant. Occisus est igitur Domitianus (ut idem Suetonius tradit) decimoquarto Kalendas Octobris, anno ætatis suæ quadragesimoquinto, Imperii decimoquinto, ac die præterea quinto.

X. *Flagrabant (inquit Dio in Nerva) odio in Domitianum cives, quare statuae omnes tum aureæ, tum argenteæ in illius honorem constitutæ, subito in massam conflatae fuerunt. Arcus præterea in ejusdem unius titulum & nomen substructi evertuntur. Nomen insuper ipsius e saxi radii iustum, Macrobius (d) testatur, sic dicens: Octobrem vero suo nomine Domitianus invaserat: sed uti infaustum vocabulum ex omni ære vel saxo placuit eradi, mensis quoque usurpatione tyrannicæ appellationis excusus est. At hæc, cum Nerva Imperator designatus esset, sunt a civibus facta.*

XI. Sed antequam de Nerva, ejus in Imperium successore, agamus, præstat hic summam relegere præclarissimos martyres, qui sub eadem Domitiani Imperatoris persecutione diversis in locis glorioso martyrio Dei Ecclesiam suo sanguine illustrarunt. Inter eos enituit in primis S. Eutropius Episcopus Santonenfis, ad Gallias ordinatus Episcopus a Clemente missus; quem ferunt Hierosolymis olim versatum, Christum vidisse, ipsumque allocutum esse. Hic igitur a Galliarum Præ-

fecto, quod adversus Gallorum superstitionem, novam videretur religionem inducere, necari jubetur (e). Eadem graffante persecutione, in Galliis itidem Lucianus (f) Episcopus Bellovacensis, Maximianus & Julianus presbyteri occisi sunt: Carnoti vero Caranus (g), item Nicasus Episcopus Rotomagensis, Quirinus presbyter, Scubiculus diaconus, Patientia virgo, & alii. Passus etiam eadem Domitiani persecutione S. Romulus Fesulanus in Tuscia Episcopus, qui illuc a Petro Apostolo ad prædicandum Evangelium missus fuit, & alii fere innumeri, quorum nomina exciderunt: hi enim clariores habitus sunt.

XII. Sublato jam Domitiano Imperatore, Nerva Cocceius, tam Senatui consensu quam militum, suscepit Imperium, tenuitque annum unum, menses quatuor, & dies novem: cujus egregias laudes historici, qui res ipsius gestas scripserunt, mirifice prædicarunt. Novo enim Principe, qui respectu Domitiani visus est optimus, cum Urbs ipsa in primis, tum Orbis quoque Romanus Domitiani severitia fatigatus, respirare paululum coepit. Hic igitur cum primum liberæ Imperii habenas moderari coepit, nihil antiquius habuit, quam Christianos a Domitiano impietatis titulo condemnatos, atque exules factos, postliminio restituere: veteri insuper, ne quis ulterius, qui deos non coleret, Christianamque religionem sectaretur, ut impietatis reus accusaretur; hæc enim Dio his verbis testatur (h):

Ceterum Nerva, omnes qui impietatis in deos rei fuerant, absolvi voluit, & exules in patriam reduxit. Et paulo post: Edicto vetuit, nec liceret, aut impietatis, aut Judaicæ sectæ (eo nomine, ut alias dictum est, Christianos significabant) quempiam debinc insinulari. Hæc Dio. Quamobrem tum Flaviam Domitillam, senioem, atque juniorem, tum alios suos a Domitiano in insulam relegatos, Romam esse reversos, affirmare opus est, licet quæ extant ipsorum Acta de his nihil habeant; immo sub Nerva passos tradunt ex illis Maronem, Eutychetem, & Victorinum: sed sub Nerva Trajano id accidisse, Romanum Martyrologium (i) restitutum affirmat. Quomodo vero iidem omnes sub Trajano subierint martyrium, suo loco dicemus. Sustulit & Nerva Imperator gravissima illa tributa, quibus Judaicus populus (ut dictum est) sub Domitiano gravissime pressus erat: argenteus enim nummus id exprimit hujusmodi inscriptione atque imagine: FISCI JUDAICI CALUMNIA SUBLATA S. C. palmaque est in medio posita, prout hic ex nummo vides expressum.

(e) Martyrolog. Rom. & n. lii 30. April. (f) Ibid. 28. Maji. (g) Ibid. 28. Maji.

XII. Nerva imperat, ac restituit Christianos exules.

(h) Dio in Nerva.

(i) Rom. Martyrol. die 15. April.

Domitiani occiditur.

(a) Suet. in Domit. c. 17. (b) Philostr. li. 8. (c) Dio in Domit.


Domitiani memoria deleta.

(d) Macrobius Saturnal. lib. 1. c. 12.

Martyres passi sub Domitiano.

CHRISTI
98.CLEM.
6.DOMIT. IMP.
15.

(g) Lelii Pasqualini Romæ.



Sed quod ad palmam spectat: Judæam provinciam eo signo exprimi solitam, tum ex his, tum ex aliis veteribus monumentis, omnes æque consentiunt. Sed cur ita? quod ferax sit provincia illa palmis; quod non solum divinæ Scripturæ testificationibus compertum habetur, sed etiam scriptorum Gentilium assertione. Plinius (a), Strabonis (b), & aliorum: & si quidem aliæ provinciæ in Oriente palmis abundant, Judæam ceteris præstare, ob eamque rem esse inclutam Plinius (c) æque tradit. Sed & ab ipsis Judæis palma figuram intra templi ornamenta frequenter receptam esse, docent divinæ (d) Scripturæ. Erat & apud Aegyptios palma figura hieroglyphica anni, quod (ut Orus Apollo testatur) ipsa sola arbor ex omnibus ad singulos Lunæ ortus singulos etiam ramos procreet, ita ut duodecim ramorum productione annus expleatur; fortasse & hæc ob causam apud Judæos, Lunarium mensium observantissimos, majori quam ceteræ arbores in pretio habita. Quod autem ad tributum Judaicum sublatum: quam calumniöse a Domitiano Imperatore impositum fuerit, & quam acerbissime exactum, suo loco superius dictum est ex Suetonio & aliis.

XIII. Joannes Apostolus reversus Ephesum (e) Eusebii hist. lib. 3. c. 15.

(f) Eusebii hist. 3. c. 17.

XIV.

Audite fabulam: quid dixi fabulam? immo veram & certam historiam de Joanne Apostolo memoratam, quæ nobis con-

stanter tradita est, & memoria firme custodita. Ubi vero tyranno mortuo, ex insula Patmo erat Ephesum reversus, quorundam rogatu ad finitimas gentes proficiscitur, hic Episcopus constitutus, illic integras Ecclesias rite dispensaturus, alibi certos homines, sibi Spiritus sancti instinctu demonstratos, in clerum delectaturus. At cum ad urbem quamdam non longe inde distantem, cujus etiam nomen nonnulli memorant, se contulisset; & alia quoque officia, quæ ad animos fratrum inter se dissidentium conciliandos pertinebant, obisset: ad extremum adolescentulum, corporis viribus valentem, vultu & oris conformatione venustum, animi impetu flagrantem, forte conspicatus, statim in eum, qui ibi Episcopus erat constitutus, oculos convertit, eumque sic affatus est: Hunc adolescentulum omni studio, cura, & cogitatione, coram Ecclesia & Christo teste, tibi tuæque fidei commendo. Quem cum Episcopus in suam tutelam accepisset, & omnia se facturum fuisset pollicitus; Joannes eadem iterum atque iterum illi edisserit, e jusque fidem contestatur. Ephesum deinde redit. Episcopus ille adolescentulum sibi concredidit in domum suam recipiens, educavit pro suo, in officio continuit, fovitque humaniter; ad extremum baptismi sacramento illuminat.

XV. *Postea vero ubi sigillo Domini (nempe sacramento confirmationis, ut addit interpres) tamquam perfecta tutelaque ejus animæ custodia obsignasset, nonnihil de cura & observatione in eo instituendo suscepta remisit. Quem quidem non solum liberior vivendi potestas, quam fuerat paulo ante tempus adeptus, verum etiam quidam adolescentulus ejus æquales otio languidi, inertia dissoluti, & omni malorum genere affuefacti corruerunt. Et primum exquisitis conviviorum opiparorum deliciis alliantur, invitumque noctu deinde educuntur, ad furti societatem cocundam attrahunt: tum majora moliri flagitia hortantur. Iste peccatentim assuecit; & propter generosam animi magnitudinem, tamquam equus effrenatus, & nimium sibi suisque viribus præfidens, extra rectam viam impetu fertur; frænaque acriter præmordens, proclivius in profundum vitiorum gurgitem se præci-*

pitat. Atque cum jam in desperationem su-

XVI.

Joannes requirit male custoditum depositum.

Interea temporis, ubi necessaria ad rem inciderebat occasio, Joannes accersitur: Ille ubi alias res, quarum gratia venerat, re-

XVII.

Revocatur devius adolescens a Joanne.

Verum ut Joannem adventantem agnoverat, prae pudore fugam cepisset. Hic vero atatis suae oblitus, illum pro viribus prope insequitur: atque clamans: Quid inquit, fili, me tuum ipsius patrem inermem & atate confectum fugis?

& dextera sola occultata, lacrymarum unda secundo baptizatur. Apostolus rata & constanti asseveratione, ei se a Salvatore veniam & remissionem peccatorum precibus suis impetraturum pollicetur: atque ad genua accedens, ipsam manum dexteram, tamquam aqua poenitentiae ablutam purgatamque osculatus, illum ad ecclesiam reducit.

XVIII.

Testes veritatis historice.

Joannes Chrysostronus ad Theodorum lapsum scribens, ejusdem adolescentis exemplo eum ad meliorem frugem revocare conatus, haec ait: Quae gesta sunt cum illo juvene, qui pridem discipulus fuit Joannis illius filii Zebedaei, deinde longo tempore ducem egit latronum; iterum a sanctis manibus beati senis interceptus, in superiorem virtutem e lustro, e spelunca latronum, penetravit; ipse non ignoras: non si enim non minus quam ego. Sapenumero te admirantem audivi referre beati viri condescensum, & mansuetudinem, & suavitatem illicem: quoniam prior cruentam dexteram exosculatus est, haerens in amplexu adolescentis, & ea via reduxit ad amissam virtutem. Haec Chrysostronus, ut rem absque ulla dubitatione testatam, summam retulit. Citat eandem historiam Cassianus (a), & alii plures. Sed & Antiochus (b) monachus scriptor nobilis, qui claruit Zenonis Imp. temporibus, eandem recitans, Irenaeum ipsius allegat auctorem.

XIX.

De miraculis Joannis.

Adduntur ad haec alia multa miranda a Joanne peracta, ut mutatio virgarum in aurum, & saxorum in gemmas: sed quia sunt apocrypha, aequè rejicienda putamus. Ferunt & viduam necnon adolescentem defunctos ab eodem Joanne esse revocatos ad vitam: Sed haec ex Pseudoprochoro, vel aliis, quorum fides in omnibus non probatur. Illud vero de mortuo homine ad vitam restituto, firmum habetur, & testimonio Apollonii antiquioris Theologi, quem citat Eusebius (c), comprobatur. Confirmat hoc ipsum Sozomenus (d) sic dicens: Non solum Petrus Apostolus mortuum suscitavit, sed & Joannes Evangelista Ephesi, Philippus filius Hierapoli; & eadem a multis tum veteribus, tum

(c) Euseb. lib. 5. c. 17. in fine. (d) Sozom. lib. 7. c. 16.

nam nostri temporis piis viris (nempe ab Epiphano inter alios) esse gesta reperies. Plura sane eademque magna edita esse a Joanne miracula, cum reversus est Ephesum, ut credamus, illud magnopere persuadet; quod Apollonius Tyanæus, magus illorum temporum (ut dictum est) famosissimus, ei ob oculos positus erat: qui cum se exemisset e manibus Domitiani, qui eum Romæ detinuit vincum in carcere, ab Urbe recedens, & per Græciam se in Asiam conferens, Ephesi morabatur. Opportuit igitur, ut olim Petrum adversus Simonem magum, sic Joannem magna virtute in magum obniti, ne, qui creditissent, ejus malis artibus in præceps adducerentur; & eo magis, cum præsertim recens esset exemplum, quo Apollonius magnam de se apud Ephesios existimationem concitaverat. Quodnam vero id fuerit, breviter enarrare, operæ pretium ducimus.

XX.

Apollonius necem Domitiani nunciat Ephesiis.

(a) Philostr. l. 8.

Hoc ipso anno quo diximus Domitianum a Stephano liberto Clementis esse necatum, idem Apollonius ejusmodi facto Ephesios in admirationem adduxit. Nam ea ipsa die & hora, qua Imperator gladio a Stephano impetebatur, Apollonio concionem habenti ad populum, in media oratione (inquit Philostratus a) novum quid & incredibile occurrit. Nam concite magis quam consueverat, verba proferens; tandem, quasi horum, quæ dicere vellet, oblitus, conticuit, torvis oculis in terram aspiciens. Tres inde aut quatuor passus loco ubi constiterat progressus: Percute tyrannum, percute tyrannum, clamabat: non ut qui e speculo veritatis imaginem traheret, sed qui res ipsas ante se fieri videret, & auxilium afferre conaretur. Cum stupeant Ephesi qui frequentes aderant: subsistens Apollonius, sicut facere solent, qui rem aliquam, dum sit, videntes, quo tandem evasuram expectant: tandem, Confidite, inquit, o viri; Tyrannus namque occisus est hodie; quid autem dixi, hodie? imo potius hoc ipso temporis momento, in Ann. Eccl. Tom. I.

IV. An Dionysius Areopagita.

[1] Ad num. XXII. Sirmondus in Editione Conciliorum Galliarum, & Dissertatione de duobus Dionysiis, Launois in libro de duobus Dionysiis, aliique quidam, Dionysium Parisiensem Episcopum negant, eundem esse cum Dionysio Areopagita, quem Episcopum Atheniensem esse volunt; quibus se postea alii opposuere. Utrius-

que partis rationes summam refert Schellstratus in 2. part. Antiquit. Illustr. Dissert. III. cap. 3. artic. 3. N. de Bair Vir eruditissimus Ecclesiarum Parisiensis Historiam sub prælo habet, in qua celebrem istam controversiam accuratissime tractaturus est.

XXI.

Ephesi eroga Apollonium pro-pensiores.

Hæc vera esse, quæ ab Apollonio dicta erant, cum postmodum tabellarii cum literis festinantes, certo firmarent; vix credi potest, ad quantam ille de se Ephesios admirationem ac pariter æstimationem adduxerit; ut tum his, tum ceteris ibidem rebus ab eo gestis, eundem ut quempiam deorum colerent; nescientes enim, unde hæc occulta scire Apollonio suppeditaretur, eum proinde ac si plus quam homo esset, plurimi faciebant; quippe qui Ephesi agens, quæ Romæ fierent, spectare oculis videretur. At hæc haud mirabitur, qui confideraverit, peculiare id fuisse magorum, ut per parhædos ipsos, quos vocant, familiares demones, imagines rerum quæ longe abessent, ob oculos mentis representatas inspicerent. Nam ut de multis aliis taceamus, Julianus Apostata (quod suo loco dicturi sumus fusius) ejusmodi arte, quæ Romæ vel alibi in Occidentali Imperio agerentur, ipse, cum esset in Oriente, nosse curabat. Ceterum apud rerum ignaros magna hæc in Ecclesia Ephesina potuit esse tentatio: quamobrem ne ejusmodi Tyanæi imposturis Christiana religio dispendium aliquod pateretur, opportune his diebus reversus Joannes ad Ephesios, mortuum quem diximus, suscitavit, & alia complura (ut par est credere) mirabilia est operatus.

XXII.

(b) Dionysius episc.

Cum vero de restitutione Joannis nuntium accepisset Dionysius Athenarum Episcopus, sicut ad eum olim exulem in insulam relegatum scripserat (b) fore, ut brevi mutuo congressu invicem jungerentur: illum mox Ephesum convenisse, æquum est opinari. At hæc tempora Dionysium egisse in Oriente, facile omnes consentiunt; post hæc vero, fortasse Jo-

[1] Tomus primus Historiæ Ecclesiæ Parisiensis, auctore Gerardo Dubois prodiit Parisiis A. D. 1690. tomus vero secundus ibidem A. D. 1710. Tomo primo pag. 13. & sequentibus disputationem istam quando nam in Gallias missus fuerit S. Dionysius, & an duo diversique fuerint Dionysii, ad ævum Ludovici Pii amandat; & ibi tantummodo refert, quæ scriptores Ludovici Pii ætatem præcedentes, scriptis ea de re tradiderint. Itaque eodem tomofcilicet lib. VI. cap. VI. pag. 363. & sequentibus plenius dilquirat, & allatis utrinque disceptantium rationum momentis liberum cuique judicare, quicquid libuerit, relinquit.

Dionysius mittitur in Gallias.

annis consilio, Romam ad Clementem Pontificem se contulisse; ab eodemque una cum Rustico & Eleuterio in Gallias esse amandatum, fidem faciunt, qui ex antiquioribus monumentis ejus res gestas scriptis memorie prodiderunt; Mittendi in Gallias, tam insignem totaque Ecclesia spectatum virum, ea fere necessitas incumberebat; quod primi illi a Petro ad predicandum ibidem Evangelium missi discipuli, vita functi erant, quorum aliquos (ut dictum est) gladius savientis Domitiani sustulerat, Martialis enim antiquus discipulus vita functus erat. Sub eodem Domitiano pariter obiisse diem. Eutropium, Lucianum, & alios, jam nuper est dictum. Quamobrem nobilissimae Gallicanae jam coalescenti Ecclesiae pastoribus destitutae, Clemens, qui alios eodem miserat, opportune consuluit, ut Dionysium in Gallias mitteret.

XXIII. Episcopi Atheniensis.

Hac cum plurimorum auctoritate testata habeantur; qui de his dubitant, dicant velim, quae ratio esse potuit, quaeve causa intercessit, ut vivente adhuc Dionysio Publius daretur Episcopus Atheniensibus, & post eum Quadratus? Nam cum (ut suo loco dicemus) Dionysius sub Hadriano Imp. consummarit martyrium, ad il-

I.

Anno Christi Redemptoris nonagesimo, Nerva Augustus tertium inquit Consulatam, adscivitque sibi collegam Virginium Rufum, quem (inquit Dio) Romanae legiones olim Imperatorem nominaverant, minime veritus eum vel in collegam assumere. Laudatissimus hic a Plinio (c) praedicatur, quod Imperium recusasset a militibus oblatum, quod eruditus & optimus civis esset; ejusque obitum deplorat, ut amantissimi patris. Quomodo autem vita functus sit in hoc suo Consulatam, agens annum octogesimumtertium, idem describit; laudatumque ait funebri oratione a Cornelio Tacito, horum temporum viro eloquentissimo.

(c) Plin. lib. 2. epist. 3.

II.

His item temporibus, secundum ea quae ab Athanasio & aliis testata habentur, S. Joannes Evangelista suum Evangelium edidit: sunt enim haec verba (d) Athanasii: Evangelium secundum Joannem praedicatum est a Joanne Apostolo & dilecto, cum exul esset in Patmo insula, & postea ab eodem Ephesi editum per Cajum dilectum Apostolorum hospitem; de quo Paulus ad Romanos scribens dicit: Salutat vos Cajus hospes meus, & tota Ecclesia. Fertur de eadem re sententia Hippolyti (e)

(d) Athanas. in Synopsi.

Evangelium Joannis editum. (e) Recit. in Cedrean. in Nerva.

lud plane constat (a) tempus Quadratum rexisse Ecclesiam Atheniensem, & ante eum Publium: quinimmo & Narcissus Domini discipulus ante hos omnes post Dionysium ab Hippolyto (b) ponitur: ut satis ex his appareat, illos vivente adhuc Dionysio, creatos esse Athenarum Episcopos, nimirum quod ille fuisset a illo amandatus: Sed quonam? certe ad alias civitates vel provincias, quam in Galliam missum esse, nulla prorsus vel levis memoria extat, vel conjectura. Nec existimare fas est eum hinc temporibus, omnibus Apostolis, uno excepto Joanne, morte sublatis, cum maxima omnium incurreret necessitas Evangelii praedicandi, suae Ecclesiae nuncio remisso segnem ac otiosam vitam sibi constituisse. Sicut igitur postea factum scimus a Polycarpo Joannis Evangelistae discipulo, ut ex Asia complures in Gallias (ut suo loco dicemus) ad Evangelium praedicandum, illudque pariter propagandum missi fuerint: ita nunc putamus, persuasione Joannis Dionysium Romam primum ad Clementem, inde ejusdem consilio in Galliam esse profectum. At de Dionysio inferius suo loco nobis fusius agendum erit.

(a) Euseb. lib. 4. c. 22. & Hier. de Script. Eccl. in Quadrato. (b) Hippol. de 72. discipulis.

Signa divinitus ostensa.

scribit Metaphrastes, tonitrua, fulgura, atque terrores complures esse factos, cum Joannes opus aggressurus esset, perinde ac olim acciderat, cum Moyses in vertice Sina montis legem accepisset, sic dicens: Cum solutus lege exilii Ephesum esset reversurus, insulani precibus agunt, ne recedat: quod cum persuadere non possent, secunda faciunt petitionis initium; ne scilicet totum se ipsum auferret, sed se ipsum loquentem assiduo suis scriptis relinqueret; utque Christi Evangelium, & ea quae ipse viderat de Christo, scriberet. Annuit ille; & antequam opus aggrediretur, tum sibi, tum aliis dixit jejuniu: & Prochorum sequi jubet, ac cum eo montis ascendit verticem, & more Samuelis reclus erigitur, & sicut Moyses manibus elevatis effiguratur, & mentem a sensibus abstrahit. Tuncque horrenda tonitrua, terrores, & fulgura his similia, quae antea Moysi legem recipientem tonitrua in vocem exprimitur atque resonat: In principio erat Verbum.

IV.

At non putet quis haec contemnenda, quod ab auctore haud admodum antiquo, cujus interdum fides vacillet, tradita habeantur; vel quod apud Pseudo-Prochorum haec fere eadem scripta sint (a). Nam ut primum ratione agamus: si ex sententia Pauli (b) ministratio mortis litteris deformata in lapidibus fuit in gloria, ita ut non possent intendere filii Israel in faciem Moysi propter gloriam vultus ejus, quae evacuatur: quomodo non magis ministratio spiritus erit in gloria? Quamobrem haec haud adeo incredibilia videri debent, etiam si scripta habeantur in apocryphis: Ann. Eccl. Tom. I.

(a) Prochor. c. 36. (b) 2. Cor. 3.

(f) Epiph. haeresi 51.

Episcopi Portuenis & martyris in haec verba: Joannes Jacobi frater, cum in Asia verbum Dei propagaret, imperante Romae Domitiano, in Patmum insulam est deportatus. Inde a Nerva revocatus Ephesum, conscripto Evangelio, & patrefactione quam conspexerat, vita excessit, annos natus centum & sex. Post restitutionem itaque ab exilio, incerto tamen anno, ab eo scriptum esse Evangelium, Epiphanius (f) quoque testatur, sic dicens: Cogit sanctus Spiritus Joannem recusantem Evangelium annuntiare ob metum & humilitatem in se necta ipsius post nonaginta annos vita ejus, post reversionem ipsius a Patmo. Sed quod addit: Quae facta est sub Claudio Casare, memoria lapsam puto, vel in Codicem mendum irrepsisse: nam haud facile probari potest, quod Joannes sub Claudio nonagenarius saltem atate fuerit. Consentit Irenaeus (g), scriptum fuisse Ephesi a Joanne Evangelium; licet quo tempore id acciderit, minime dicat. In eadem sententiam complures alii tum Graecorum, tum etiam Latinorum abiere.

(g) Iren. lib. 3. c. 1. & Euseb. lib. 5. c. 8. III. (h) Metaphrastes. apud Lit. t. 1. Doct. in Synopsi.

Dixerunt alii (h) conscriptum ab eo fuisse Evangelium in insula Patmo, editum vero Ephesi. Addit autem qui haec scri-

in eis enim multa vera interdum inesse admixta, neminem existimamus negaturum. At vero non ex apocrypho aliquo, quae ipse scribit, sibi vendicat S. Hieronymus (c); sed ex antiqua veraque historia, quam citat, ab aliis fusius explicata, sic summam recenset: Coactus est ab omnibus pene tunc Asiae Episcopis, & multarum Ecclesiarum legationibus, de divinitate Salvatoris altius scribere; & ad ipsum (ut ita dicam) Dei Verbum non tam audaci, quam felici temeritate prorumpere. Unde & Ecclesiastica narrat historia, cum a fratribus cogere ut scriberet, ita facturum se respondisse, si indistincto jejunio, in commune omnes Deum deprecarentur. Quo expleto, revelatione futuratus, illud proacium e caelo veniens eructavit: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hucusque Hieronymus; ex quibus quae sunt dicta, ex parte firmantur. Caeterum norunt omnes qui in ejus scriptis versati sunt, ipsum praeter ceteris apocrypha averfari solitum, nec adeo facile absque delectu, inconsulto palato, randa vel insipida deglutire. Quod insuper idem Joannes a Domino dictus sit filius tonitru: Epiphanius (d) id causa Evangelii dictum putat, cum de Joannis Evangelio haec ait: Joannes re vera tonitru filius per propriam suam grandiloquentiam, velut ex quibusdam nubibus, a sapientia aenigmatibus piam nobis de Filio intelligentiam juxta similem modum persuasit. Sed idem est, nominatum esse filium tonitru, quod fulmen: sicut apud Hieronymum (e), usitata Hebraeorum phrasi, filiae pharetrae, sagittae dicuntur.

(c) Hier. in pref. in Evang. Mar.

Confirmatio dictorum.

(d) Epiph. haeresi 73.

(e) Thren. 3.

Ccccc 2. Quod

SÆC. I. ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 5590. Anno Urbis 850 Olymp. 219. an. 7. An. C. 97. JESU CHRISTI 97. secundum Baronium 99. EVARISTI PAPÆ 3.

NERVAE IMP. 1.

[I] AD num. I. Coss. Nerva Aug. III. & L. Verginius Rufus III. ut habet Card. Norisius in Epistola Consulatu. Nerva Consulatus juxta priorem Consulatum Caesareorum regulam.

[I] Coss. Nerva Aug. III. & L. Verginius Rufus III. Lapidem apud Gruterum pag. CLV. 4. IMP. NERVA CAESAR. AUG. PONT. MAX. TRIBUNICIA. POTESTATE COS. III. PATER. PATRIAE. Similem huic habes inter Donianas inscriptiones cl. II. n. 87. pag. 92. & apud Fabricium pag. 424. Alii ibidem. Lapis item apud Sponium in Miscell. pag. 185. & apud Fabricium pag. 424. n. 363. Verus inscriptio etiam apud Cuperum in epistola ad Eminentissimum Cardinalem Petrum Marcellinum Corradinum. Frontinus sect. VII. Nerva Virginium septus Imperatorem nominatum non timuit in consulatu suo collegam asserere &c. Plinius lib. II. epist. I. Virginium Rufum in consulatu obiisse, eique publice funus factum narrat: Persuadus est, inquit, vortio consulatu. Annum tertium & octogesimum excessit. Mox: Laudatus est a Consule Cornelio Tacito, qui ei successit. Fasti Idatiani: Nerva III. & Ruso III. Prosperi Chronicon: Nerva II. & Ruso. Fasti Vindebonenses: Nerva II. & Ruso III. Nummi Traiani apud Oeconem cum Tr. P. COS. III. Suffecti dicuntur hoc anno ab Onufrio ex Kal. Jul. Domitius Apollinaris, & Q. Fabius Veiento. Ex Kal. Septemb. M. Cornelius Fronto, Q. Fabius Postumus. Ex Kal. Novemb. C. Publicius Certus, qui vitio factus, abdicavit, eique successit Sex. Pompeius Collega II. & Vettius Proculus; quod de his meminerit Plinius lib. IX. epist. XIII. De Frontone consule meminit quoque Dio Xiphilini lib. LXVIII. in ipsis initiis imperii Nerva. Nihil certi ex Plinii epistola de his suffectis consulibus colligi posse, scribit Joseph Maria Stampa in Fastorum post Caroli Sigonii Fastos continuatione ad hunc annum.

V. **Caufa** Joannes permotus, eiusmodi scribendi Evangelium subierit provinciam: præter illam de Patmos insulæ habitatoribus nuper assertam, idem Hieronymus (a) duplicem assert, sic dicens: *Novissimus omnium scripsit Evangelium, rogatus ab Asia Episcopis, adversus Cerinthum, aliosque hæreticos, & maxime tum Ebionitarum dogma confurgens, qui asserunt Christum ante Mariam non fuisse: unde & compulsus est divinam ejus nativitatem edicere. Sed & aliam causam hujus scripturæ ferunt: quod, cum legisset Matthæi, Marci, & Lucæ volumina; probaverit quidem textum historia, & vera eos dixisse firmaverit; sed unius tantum anni, in quo & passus est post carcerem Joannis, historiam texuisse. Prætermissis itaque anni, cujus acta a tribus exposita fuerant, superioris temporis, antequam Joannes clauderetur in carcerem, gesta narravit; sicut manifestum esse potest his qui diligenter quatuor Evangeliorum volumina legerint. Hæc ipse. Porro illam potissimam fuisse causam, ut hæreticos, qui Christi divinitatem omnino negassent, scripto Evangelio confutaret, Irenæus (b), Epiphanius (c), & alii omnes affirmant.*

VI. Scriptum vero fuisse ab eo Evangelium Græcæ, omnes consentiunt: translatum autem antiquitus in Hebraicum, & Tiberiade in gazophylacio Judæorum asservatum temporibus suis, auctor est Epiphanius (d): ac illud fortasse intelligit Papias, Evangelium secundum Hebræos nuncupatum: nam de Papiæ hæc habet Eusebius (e): *Aliam porro narrat historiam de muliere, quæ multorum criminum apud Dominum esset insimulata: quam quidem Evangelium secundum Hebræos complectitur: nisi intelligere velimus de Evangelio Matthæi, quo Nazaræi utebantur. Illud enim secundum Hebræos nominare consuevit Epiphanius, & Hieronymus, qui illud in Latinum convertit, in quo tunc inesset ejusmodi historia, quam putamus fuisse diversam ab ea quæ narratur a Joanne (f) de muliere a Pharisæis rea adulterii constituta. Nam cum Papias multorum criminum dicat illam foeminam accusatam; Joannes vero habeat unius tantum facinoris, nempe quod deprehensa esset in adulterio, insimulatam: plane diversam ab illa fuisse, cujus nulla esset mentio apud Evangelistas, significare videtur. Quod si unam eandemque fuisse mulierem dicere magis placet; tunc illud affirmare necesse est, per Evangelium secundum Hebræos, ea ratione quam diximus, Evangelium Joannis Papiam intellexisse.*

VII. Suis epistolis Joannes Basilidem confutavit.

(a) Hier. de Scrip. Eccl. in Joann. 9.
(b) Iren. lib. 3. c. 11.
(c) Epiph. hæres. 51.
(d) Epiph. hæres. 30.
(e) Euseb. lib. 3. in si. ne.
(f) Joan. 8.

ribus, quas scripsit, epistolis, adversus Basilidem (g) & alios Christi carnem negantes, eam certo testimonio assignatam & egregie testatam voluit reliquisse. Basilidem igitur, & gregales ejus, dicentes Christum non vere carnem assumpsisse, sed per phantasiam apparuisse, sicque nec vere esse crucifixum, sed omnia in imagine facta, negantesque (h) Christi causa esse subeundum martyrium, iisdem Joannes sugillat epistolis: ut in primis cum ipso exordio primæ epistolæ adversus eos ejusmodi fortissimum testimonium ponit (i): *Quod fuit ab initio, quod audivimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectaverunt de Verbo vita, & vita manifestata est, & vidimus, & testamur, &c. ac demum: Omnis spiritus, qui confitetur Christum in carne venisse, ex Deo est: & omnis spiritus, qui solvit Jesum, ex Deo non est: hic Antichristus est, de quo audistis, quoniam venit; & nunc jam in mundo est: ac rursum in secunda epistola eodem argumento; sed brevius scripta: Multi, inquit, seductores exierunt in mundum, qui non confitentur Jesum Christum venisse in carnem: hic est seductor & Antichristus. Et quod ad martyrium spectat, adversus venenum illorum dogmatum ejusmodi propinat antidotum, dicens (k): *Quiquis confessus fuerit, quoniam Jesus est Filius Dei, Deus in eo manet, & ipse in Deo; ac rursum (l): Tres sunt qui testimonium dant in terra, Spiritus, aqua, & sanguis.**

Sed quod pertinet ad fidem trium Joannis epistolarum: primam quidem ut Joannis germanam ab omnibus receptam esse, S. Hieronymus (m) tradit: reliquas duas, quod in inscriptione utriusque ponatur Joannes Senior, alterius Joannis, quem Seniore esse dictum testatur Papias (n), fuisse, nonnullos existimasse idem affirmat; eadem & Origenes (o). Ceterum quid de his ipse senserit, ad Evagrium (p) scribens, hisce verbis ingenue profitetur: *Clangit tuba filius tonitruum, quem Jesus amavit plurimum, qui de pectore Salvatoris doctrinarum fluentia potavit. Presbyter electæ Domina, & filius ejus, quos diligo in veritate. Et in alia epistola: Presbyter Caius carissimo, quem diligo in veritate. Hæc Hieronymus inculcat, cum de Episcopi & Presbyteri nominibus agit, de quibus nos superius. Ostendit enim Presbyteri nomen commune fuisse Episcopis, atque adeo ipsis Apostolis; idque non tantum ex citatis Joannis epistolis, sed & Petri dicentis (q): *Seniores, qui in vobis sunt, obsecro confessor & testis Christi passionum.* Certe quidem si quando ex facierum similitudine filios eodem parente genitos licuit judicare; tres illas epistolæ verbis, sententiis, stylo, caractere unam eandemque præferentes imaginem; ab*

(g) Epiph. hæres. 24.
(h) Ibidem.
(i) 1. Joan. 1. & epist. 4.
(k) 1. Joan. 1.
(l) 1. Joan. 5.
(m) Hier. de Scrip. Eccl. in Joanne.
(n) Apud Euseb. lib. 3. c. ult.
(o) Apud Euseb. lib. 9. c. 19.
(p) Hier. ep. 85.
(q) 1. Pet. 5.

IX. ab uno eodemque auctore esse conscriptas, quibus facile poterit intelligere. In primis enim quod ad verba atque sententias spectat, in multis id contigit demonstrari: ut cum ait (a) in prima: *Non mandatum novum scribo vobis, sed mandatum veteris: in secunda item: Non tamquam mandatum novum scribens vobis, sed quod habuimus ab initio.* Rursum in prima (b): *Omnis qui negat Filium, nec Patrem habet: qui confitetur Filium, & Patrem habet.* Et in secunda eandem plane his verbis sententiam reddit. *Qui recedit & non permanet in doctrina Christi, Deum non habet: qui permanet in doctrina Christi, hic & Patrem & Filium habet.* Quod item in prima (c): *Omnis qui ex Deo natus est, peccatum non facit.* In tertia idem his verbis: *Qui bene facit, ex Deo est: & qui ex Deo natus est, peccatum non facit.* Et quod in (d) prima habet: *Ut diligamus opere & veritate: eadem in secunda & tertia de diligendo in veritate frequenter inculcat.* Dum item in prima hæc habet (e): *Multi pseudo-Propheta exierunt in mundum, qui non cognoscitur Spiritus Dei: Omnis spiritus qui confitetur Christum in carne venisse, ex Deo est: & omnis qui solvit Jesum, ex Deo non est, & hic Antichristus est.* In secunda iisdem pene verbis eandem reddens sententiam, ait: *Multi seductores exierunt in mundum, qui non confitentur Jesum venisse in carne: hic est seductor, & Antichristus.* Rursum in prima: *Hæc est charitas, ut mandata ejus custodiamus. Et in secunda: Hæc est charitas, ut ambulemus secundum mandata ejus.* At quæ frequens in tribus illis epistolis facta est charitatis, dilectionis, veritatis inculcatio, plane declarat in duabus illis epistolis eandem, quæ in prima, genuinam elucere, atque perspicue conspici Joannis imaginem.

X. Sed & ejusdem eas esse partes Joannis, quæ Evangelium scripsit, majores qui canonicorum librorum contexere catalogum, tam Græci, quam Latini, æque consentiunt omnes, dum tres numerarunt semper Joannis Apostoli & Evangelistæ epistolas; ut de his dubitare, summæ videatur esse stultitiæ. Verum quod primæ epistolæ nullus inscriptus sit titulus; non ita factum putamus, ut ea sic absque alia inscriptione ejus qui scripsit, & ad quos data sit, ut se habet, fuerit exarata: sed potius existimamus ejus titulum excidisse; quippe quæ a majoribus eo titulo consignata reperitur, ut sic ab eis citaretur: *Joannes ad Parthos.* Quomodo enim scissent eam ad Parthos datam esse; nisi titulus eum qui dedit, & ad quos fuerit data, monstrasset? Apud Hyginum (f) enim & Augustinum (g) eo titulo ea citata epistola habetur. Cum autem apud Parthos

IX. De fide epistolarum Joannis.
(a) 1. Joan. 2.
(b) Ibidem.
(c) 1. Joan. 4.
(d) Ibidem.
(e) 1. Joan. 4.

(f) Hygin. ep. 1.
(g) Aug. lib. quest. novi Test. 2. 39.

Joannes prædicaverit Evangelium, ad eandem eam ipse epistolam scripsisse putatur. Hæc jam satis de Joannis epistolis. Quando autem ex humanis deserit, suo loco dicturi sumus. Hoc eodem anno impostor ille Apollonius Tyanæus, de quo sæpe antea mentio a nobis facta est, qui magicis artibus universi Orbis oculos in se converterat, honesta capta occasione mittendi legationem ad Nervam Imp. quo exule familiariter usus erat, discipulum Damidem, quem conficium ac testem haberet suarum actionum, a se ablegans, ne ultimi sui finis testis esset, occultam oppetens mortem (quo immortalis crederetur in cælum esse translatus) incerto exitu clausit diem extremum. Sed hæc his verbis Philostratus (h) ex Damide: *Ut igitur a se Damidem amoveret, & ne coram testibus moreretur, occasionem epistola meditatus est, quam illum Romam mitteret ad Nervam Imperatorem: & Damis quidem cum ab eo discederet, vehementer se turbatum dicit, quamvis futurorum esset ignarus. Apollonius autem quamvis optime sciret quid eveniturum esset, nihil tamen abeunti dixit, quale dicere solent, qui se nunquam amplius mutuo sint visuri: adeo persuadendi cupidus erat, se semper esse victurum. Discedentem autem his verbis admonuit: O Damis, quamquam satis in te ipso habeas philosophiæ, me tamen respice. Et de Apollonio quidem Tyanæo hæc habet ab Assyria Damide scriptum est. De mortis autem genere, si modo mortuus est, nihil est a Damide scriptum. Sermones autem multi varique circumferuntur. Hæc Philostratus Apollonii studiosissimus: qui & varias de ejus interitu subdit opiniones vulgo jactatas: quas cum nec ipse certa assertione confirmet, merito, ut inanes ac plane ridiculas, prætermittimus.*

XII. Verum non nisi malo exitu eum vita functum esse, perfacile conjici potest ex (i) Luciano, dum vitam Apollonii, tragediam appellat, & cum de alio mago Tyanæi discipulo: *Erant, inquit, ex eorum numero, qui cum egregio Apollonio Tyanæo illo versati erant, totamque illius tragediam pervenerant. Vides quam e schola tibi hominem refero.* Hæc Lucianus, ut de re omnibus nota, & amicis alloquens, qui ea omnia optime noffet. Idemque dum agit de discipulis Apollonii, qui imposturis, incantationibus, magisque, & aliis malis artibus operam dabant, iisdemque vita turpissimis, & amore puerorum infamissimis; qualis eorum magister fuerit, facili conjectura poterimus assequi. Eant igitur impii qui eo impudentia pervenerat atque blasphemiam, ut non erubuerint Christum Dominum Redemptorem nostrum cum Tyanæo con-

XI. De obitu Apollonii Tyanæi.

(h) Philost. lib. 3.

(i) Lucian. in Alex.

Malus exitus Tyanæi.

conferre: nam etfi non aliunde, certe ex fructibus utriusque (quo nihil est naturalius) qualis uterque fuerit, perspicue cognosci potuerit. Sed de his alias.

XII. Eodem anno, iisdemque Cos. Nerva Imperator (a) cum se jam senio fatiscentem, & continuis morbis in dies magis magisque languescentem, ac deficientem viribus conspexisset, consulturus Romano Imperio, nulla habita ratione sibi sanguin-

II. Ad num.XIII. Nerva Trajanum in liberi locum, inque partem Imperii adoptavit, cum quo tribus vixit mensibus, inquit Victor in Epitome. Trajanus itaque non tantum Cæsar, sed & Collega Imperii renuntiatus, idque v. Kalend. Novemb. cum Nerva, anno sequenti, exeunte Januario, supremum diem obierit, & nuncupationes Cæsarum ac Imperii Collegarum, quinto Kalendas alicujus mensis de more factæ fuerint, ut in Dissert. Hypatica ostendi. Dio lib.68. ait, Nervam in Capitolium conscendisse, ibique magna voce dixisse: Quod felix faustumque sit, inquit, Senatui populoque Romano, mihi que ipsi, Marcum Ulpium Nervam Trajanum adopto; eundemque postea in Senatu Cæsarem designavit. Itaque Trajanus tunc Cæsar, ac postea Imperator factus est. Quibus ex verbis liquet, Trajanum primo adoptatum fuisse, secundo Cæsarem dictum, tertio Imperio Proconsulari donatum, quod Imperatoris nomine exprimi diximus anno LI. cum de Nerone eodem Imperio Proconsulari cohonestato verba haberemus. De Tribunitia Potestate Trajano collata non loquitur Dio; sed certum, eam illi cum Imperio proconsulari collatam. Plinius in Panegyrico cap.8. de Trajano ait: Simul filius, simul Cæsar, mox Imperator, & consors Tribunitiæ Potestatis, & omnia pariter & statim factus es, qua proximo parens verus tantum in aliorum filium contulit. Loquitur Plinius de Vespasiano, Titi non adoptione, sed vero parente, qui Imperium Proconsulare & consortium Tribunitiæ Potestatis in Titum contulit, nulla ratione habita Domitiani alterius filii. Addit Plinius capite sequenti: Non solum successor Imperii, sed particeps etiam sociusque placuisti. Mitto alia ejusdem Plinii loca, ex quibus certissimum redidit, Trajanum cum Nerva conregnasse, & Imperatorem appellatum fuisse.

III. Dodvvelus in doctissima Appendice ad Dissertationes Cyprianicas num.XL. Nervam Trajanum non tantum adoptasse, sed & non multo post Imperium abdicasse scribit. Unde tres epochas Trajano assignat, primam ab eo tempore, quo Cæsar nuncupatus, deductam; secundam ab eo, quo Imperator dictus; tertiam a die, quo Nervæ demortuo successit. Existimat autem, Nervam sub hujus anni finem Imperium deposuisse, tuncque Trajanum, qui jam Cæsar erat, Imperatorem appellatum, quod Dio scribat, Trajanum primo Cæsarem, & postea Imperatorem, id est, postea Imperatorem vocatum fuisse; ac denique hallucinari Eruditos, qui Augusteam hic a Cæsarea dignitatem distinguant, cum inquit, in ipsa etiam Augustea dignitate varii semper essent gradus, quorum primum usque ad abdicationem tenuit ipse Nerva. Hunc vero abdicasse colligit ex Plinio lib.7. Epist. XXXIII. in qua dicitur: Divus quidem Nerva (nam privatus quoque attendebat his, qua recte in publico ferent) missis ad me gravissimis litteris, non mihi solum, verum etiam seculo gratulatus est, cui exemplum (sic enim servi-

ne conjunctorum, quem putavit virum frugum dignumque ad habenas Imperii moderandas, M. Ulpium Trajanum, Hispanum hominem, agentem tunc in Germania cum exercitu, adoptavit in filium, ac Cæsarem nominavit. Hæc cum Dio, tum Plinius pluribus profecutus est ea oratione, quam pro gratiarum actione habuit in suo consulatu; sed nos de eodem plura inferius.

Cen-

psit) simile Antiquis contigisset. Gesta hæc coram Consulibus de causa Bæbii Massæ scribit Plinius, quibus tamen Nerva jam privatus attenderit. Alios illos Consules fuisse oportet, quam ipsum Nervam. Atqui anno XCVIII. alios præter se Consules non vidit, ne suffectos quidem: nec enim mensis Januarii finem attigit. Sub superioris itaque anni XCVII. finem causam illam, actam necesse est coram mensis illius Consulibus suffectis. Convenit & senior Victor in Cæsariibus, qui ait: Mense sexto ac decimo semet eo (Imperio) abdicavit, scilicet Nerva. Ita Dodvvelus, qui addere poterat Laetantium lib. de Mortibus Persecutorum cap.18. ubi ait Galerium Maximianum, ut Diocletianum ad Imperium abdicandum adduceret, Nervæ exemplum proposuisse: Simul & exemplum Nervæ proferobat, qui Imperium Trajano tradidisset. Ille vero (nempe Diocletianus) ajebat ei indocens esse, si post tantam sublimitate fastigii claritatem, in humilissimis vita tenebras decidisset, & minus tutum, quod in tam longo Imperio multorum sibi odia quaesisset. Nerva vero uno anno impervante, cum pondus & curam tantarum rerum, vel atate vel violentia ferre non quiret, abiecit gubernaculum Reipublicæ, atque ad privatam vitam rediisse, in qua conseruavit. Hæc Dodvveli fundamenta.

IV. Verum enim vero, Nervam nunquam Imperium abdicasse, sed postquam Trajanum adoptavit, rerum publicarum curam deposuisse, eamque Trajano mandasse certissimum esse debet. Diocletianus enim primus ex Imperatoribus fuit, qui deposito Imperio ad vitam privatam redierit: Diocletianus privatus in villa, qua hæcud procul a Salonis est, præclaro otio sevit, inusitata virtute usus, ut solus omnium post conditum Romanum Imperium ex tanto fastigio sponte ad privata vita statum civilitatemque remearet, inquit Eutropius. Nec Plinius in Epistolis docere potuit, Nervam Imperium deposuisse: cum in Trajani Panegyrico post Nervæ mortem recitato, Trajanum dumtaxat in Imperii societatem adscitum sæpius insinuet. Ubi de Trajani adoptione locutus est Plinius, de Nerva cap.8. hæc scribit: Inde QUASI DEPOSITO IMPERIO, qua securitate, qua gloria latus? (Nam quantum refert, DEPNAS, AN PARTIARIS IMPERIUM, nisi quod difficilis hoc est) non secus ac præsentis tibi innixus, tuis hinc meritis se patriamque sustentans tua juvenia, tuo robore invaluit, statim consedit omnis tumultus. Nerva itaque Imperium non deposuit, sed illud partitus est, dum Trajanum Imperii Collegam dixit: quod Plinius cap. insequenti rursus indicat: Magnum hoc tua moderationis indicium, quod non solum successor Imperii, sed particeps etiam sociusque placuisti. Nam successor, etiam si nolis, habendus est, non est habendus socius, nisi velis. Ad hæc Plinius cap.6. loquens de tumultu adversus Nervam concitato, qui adoptionis Trajani causa fuit, quique post eam sedatus, ait: Ita filius ac parens uno eodemque momento rem maximam præstitit: ille tibi Imperium dedit,

Ex Plinio Nervam non abdicasse licet.

dedit, tu illi reddidisti. Solus ergo ad hoc avi, qui pro munere tanta parva accipiendo fecisti, imo, ultro dantem obligasti: communicato enim Imperio sollicitior tu, ille securior factus est. Mitto alia multa ejusdem Panegyrici verba, quæ Nervam quidem socium assumpsisse, nunquam vero Imperium deposuisse, manifeste ostendunt. Quod si abdicasset, quartum Consulatum diebus vigin-ti sex ante mortem non capeisset. Nec ad rem facit Epistola Plinii a Dodwello laudata; cum ea quidem Trajano imperante scripta, sed causa, de qua in ea agitur, pertineat ad annum Christi XCIII. quo Domitianus Imperium administrabat, ut disertè testatur Tacitus in Vita Agricola, versus finem, ubi hujus morte, quæ Collega Priscoque Coss. contigit, anno sc. XCIII. narrata, ait, Agricolam festinata mortis grande solatium tulisse, evasisse postremum illud tempus, quo Domitianus velut uno icu Rempublicam exhaurebat. Subjungit Tacitus: Massa Bæbii jam tum reus erat. Anno itaque XCIII. Massa a Bæbii de repetundis accusatus, sequentique XCIV. damnatus, Plinio injunctam a Senatu accusationem exequentem, ut ipsemet in ea Epistola tradit. Quando Nerva Plinio gratulatus est ob præfata causæ judicium, agebat Tarenti in exilio, quo a Domitiano missum fuisse prodit Philostratus in Vita Apollonii lib.7. capite 3. Quam conjecturam, uti & alia multa debeo eruditissimo Gulielmo Loydio in literis ad me nuper ex Anglia datis, hincque Nervæ exilium anno XCIII. exeunte aut insequentis initio contigisse elicio, ut suo loco dixi.

V. Nec alterum fundamentum a Victore de Cæsariibus deducendum majorem firmitatem habet. Hæc Victoris verba: Quid enim Nervæ Cretenis prudentius, magisque moderatum? Qui cum extrema atate apud Seguanos, quo Tyranni defectu metu, Imperium arbitrio legionum cepisset, & Omnia falsa & portentosa, inquit Scaliger in Animadversionibus Eusebianis ad numerum 213. Sed quæ sequuntur, non minus falsa: Ubi prospexit, nisi a superioribus robustioribusque corpore animoque geri non posse, mense sexto ac decimo semet eo abdicavit. Quod si quis contendat, Victorem in his ultimis verbis non errasse, respondebo, Antiquos Imperii cum altero communicationem depositionis & abdicationis nomine quandoque expressisse; quod Hervvartus in sua Chronologia capite 248. num.vr. recte intellexit. Ibi enim de Tiberio Collega Imperii ab Augusto dicto sermonem habens ait: Patet ex Panegyrico Maximiano & Constantino dicto, Augustum aliqua saltem ex parte deposuisse ante mortem Imperium, anno scilicet ætatis suæ LXX. & Imperii L. Siquidem illius Panegyrici Auctor sub urbis Romæ nomine depositionem Imperii dissuadens, inquit: Quousque hoc, Maxime, patiar, me quati, te quiescere, mihi libertatem adimi, te usurpare tibi illicitam missionem? An quod divo Augusto post septuaginta ætatis, quinquaginta Imperii non licuit annor, tam cito licuit tibi? Hæc Panegyrista anonymus, inquit Hervvartus. Orator itaque ut cum is doctè interpretatur, indicat, Augustum, Tiberium in Imperii consortium vocantem illud ante tempus deposuisse, ideoque & multo magis Maximianum Herculum, qui post vicissum Imperii annum ad privatam vitam rediisset. Quam Hervvarti explicationem menti oratoris conformem esse loca superius adducta manifestum faciunt. Hic porro locus, mense sexto ac decimo semet eo abdicavit, a Librario corruptus. Scripserat Victor: Mense XIV. semet eo abdicavit: Librarius vero nota numerali loco mutata, posuit, mense XVI. tandemque progressu temporis nota numeralis omisæ scriptumque, mense sexto ac decimo. Quod non raro contigisse norunt Eruditi. Tacitus in vita Agricola versus finem, ait: Nerva erat Agricola, Cajo Cæsare tertium Cons. I-

dibus Junii: excessit sexto & quinquagesimo anno, decimo Kalend. Septemb. Collega Priscoque Coss. Consulatus III. Caji Caligulae in annum Christi XL. Collegæ vero Priscoque Consulatus in annum XCIII. convenit, Intervallum igitur inter utrumque Consulatum est tantum LIV. annorum, non LVI. ait Savilius in Notis; Familiaris Tacito alifque Historici error est calculi plusculum excurrantis. Sed frivola hæc evasio ubi uterque extremus annus suis characteribus insignitur. Is itaque Librarii error eodem modo in Tacito, quo in Victore, commissus. Sed hæc ex abundantia. Nam Victorem in Cæsariibus nonnisi falsâ de Nerva scripsisse, apud me certum.

VI. Laetantius lib. de Mortibus Persecutorum Dodwello non favet; Galerius enim Maximianus, ut Diocletianum ad Imperium abdicandum adduceret, falso supponebat, Nervam, quando post adoptatum Trajanum rerum curam abjecit, & in Imperium Trajanum transfudit, Imperium abdicasse, quod tamen falsissimum erat, ut ex dictis constat. Nec satisfacit Dodwelli responsum & explicatio, Trajanum scilicet, licet primum in Imperio gradum consecutus esset, Nerva tamen superstiti, eum usurpare noluisse, quod Plinius in Panegyrico cap.10. dicit; Jam te providentia Deorum primum in locum provecerat, tu adhuc in secundo restitere atque etiam senescere optabas: privatus tibi videbaris, quandiu Imperator & alius esset, id est, viveret, inquit Dodvvelus. Verum perperam hic locus adductus: nihil enim aliud Plinius denotat, nisi tantam fuisse Trajani moderationem, ut licet Imperator esset, & primum in locum proventus, id est, Collega Imperii (ratione cuius dignitatis Imperator dicebatur) privatum tamen meritum existimaret, quamdiu Nerva in vivis fuit.

VII. Fallitur præterea Dodvvelus, quando ait, ex Dione Trajanum Cæsarem ac postea Augustum appellatum, & in Augustea dignitate varios gradus fuisse. Nam Dio dicit quidem, Trajanum primum Cæsarem ac postea Imperatorem appellatum. Sed Imperatoris nomine Augustum non intelligit. Collegæ enim Imperii qualis Trajanus fuit, Imperatores propter Imperium Proconsulare eis concessum appellabantur; sed Augusti nomine nunquam exornabantur. Unde Plinius in Panegyrico Trajanum sæpe Imperatoris, nunquam vero Augusti nomine cohonestat. Super sunt complura Numismata Titi, vivente patre, percussa, in quibus filius Augusti & Imperator, nunquam vero Augustus nuncupatur. Nec denique in Augustea dignitate alius gradus erat, quam senioris & junioris Augusti. Sed hoc tantum post Marcii Aurelii Imperium in usu vocatum. Antea enim Imperium Romanum, vel ab unico Augusto, vel ab uno Augusto cum Collega Imperii regebatur; neque duo Augusti nisi post Marcum Aurelium visi. Unde Trajanus in Nummo anno sequenti cuso, qui extat apud Tristramum tomo 1. pag.378. dicitur tantum Cæsar, qui tamen secundum Dodvvelum Augustus dici debuisset: NERVA TRAJAN. CAES. GERM. NER. AUG. F. P. COS. II. id est, Nerva Trajanus Cæsar Germanicus, Nerva Augusti filius Pontifex Trib. Pot. Consul II. In averfa parte: ADOPTIO. Neque dicat Dodvvelus, Trajanum Nerva superstiti primum in Imperio gradum, quem adeptus erat, usurpare noluisse. Nam si hoc fuisset nullus in Imperio primum gradum tenuisset: cum Nerva, juxta Dodvveli mentem ad privatam vitam rediisset.

VIII. Ut ostendat Vir eruditissimus, Augusteam dignitatem a Cæsarea distinctam non fuisse, subdit: Recentiorum illo tempore; (cum nempe Trajanus mortuus est) fuisse tantam illam Cæsaris atque Augusti discrepantiam: restis est disertissimus Vindobonensis (in Vita Trajani) Abhinc, semper dicitur, diversa nomina Cæsarium atque Augusti, inducuntur in rem publicam, uti duo re. seu plures summae potentia; dissimiles, cogno-

VI. Laetantius non dixit Nervam deposuisse.

VII. Trajanus vivente Imperator, sed non Augustus fuit.

VIII. Cæsarea & Augustea que Augusti discrepantiam restis est disertissimus Vindobonensis.

gnomento ac potestate dispari sint. *Ne vero hac Victori temere excidisse suspicemur, idem scribit, quod Victor, Spartianus. Ad Hadrianum usque eos duntaxat ait a se commemoratos, qui Principum locum retentassent; deinde illorum se vitas scripturum pollicetur, qui Cæsarum nomine appellati essent, nec Principes aut Augusti fuissent. Horum primum ait fuisse Ælium Verum, qui primus, inquit, in Ælio Vero cap. 1. tantum Cæsaris nomen accepit adoptione Hadriani familiæ Principum adoptatus. Sic in Vita Lucii Vero Capitolinus cap. 1. Huic naturalis pater fuit L. Ælius Verus, qui ab Hadriano adoptatus, primus Cæsar est dictus, & in eadem statione constitutus perit. Probabile est, Hadrianum cum Ælium Cæsarem turpiter de causis & promissis adactus Cæsarea dignitate ornaret; propterea dignitatem ipsam illi datam imminuisse. Alio certe illum Cæsarem ab Hadriano esse factum, quam fuerit a Nervæ Traianus, verba habemus Spartiani, in Ælio Vero cap. 2. expressissima. Sic etiam ad Diocletianum illic: Non testamento, ut antea solebat, neque eo modo quo Traianus, est adoptatus; sed eo prope genere, quod nostris temporibus a vestra Clementia Maximianus atque Constantius Cæsares dicti sunt, quasi quidam Principum filii viri, & designati Augustæ Majestatis hæredes. Hac obiter, quia nondum comperi observata ab Eruditis. Videat itaque Clarissimus Pagi (nempe in Dissertatione Hypatica) quam fidem mereantur tot Cæsarea dignitatis ante Ælium Cæsarem Quinquennalia, atque Decennalia ab eo primum commemorata. Ita Dodvvelius, qui paucis multas difficultates attingit, nec tamen intentum assequitur.*

IX.
Locus Victoris inscriptus.

Dico itaque locum Victoris de Cæsaribus inscriptum & institutum esse, quod verba immediate præcedentia & subsequenter manifeste demonstrant; ipsaque nullis aliis interjectis a Victore scripta fuisse ipsa lectio ostendit. Hæc verba Victoris de Morte Traiani loquentis: Morbo perit, grandævâ atate; adscito prius ad Imperium Hadriano cive propinquoque. Ab hinc divisa nomina Cæsarium, atque Augusti: inducunturque in rem publicam uti duo seu plures summa potentia, dissimiles, cognomento ac potestate dispari sint. Quamquam alii Plotina Traiani conjugis favore Imperium adeptum putant, quæ viri testamento heredem regni institutum simularet. Quis non videt post hæc verba: Adscito prius ad Imperium Hadriano cive propinquoque, Victorem statim scripsisse: Quamquam alii Plotina, &c. Illud itaque additamentum nullam fidem meretur; præsertim cum certum sit, in Traiani morte nullum novum morem inducendum quoad Cæsaris & Augusti nomina, & tam ante obitum ejus, quam post illum, Cæsares & Augustos cognomento ac potestate dispares ac dissimiles fuisse. Quoad Spartianum, ait is se scribere decrevisse illorum Vitam, qui vel Cæsarium nomine appellati sunt, nec principes vel Augusti fuerunt. . . . quorum præcipue de Ælio Vero dictum est, qui primus tantum Cæsaris nomen accepit. Sed ex illis verbis male infertur, ante Ælium Verum Cæsares, & Augustos inter se non fuisse distinctos. Fateor tamen locum illum difficilem esse, nullumque me Auctorem legisse, qui eum recte interpretatus fuerit. Si quis autem velit hæc Victoris in Cæsaribus verba: Ab hinc divisa nomina Cæsarium, atque Augusti, per parenthesis dicta esse, numeranda erunt inter falsa & portentosa, quæ in Victore leguntur, de quibus num. V. dixi.

X.
Cæsarea dignitas in Ælio Vero non imminuitur.

Denique verum non est Hadrianum, cum Cæsaream dignitatem Ælio concessit, eam imminuisse; cum ex Nummis Ælii constet, eam illi cum Tribunitia potestate collatam, aut saltem non multo postquam eum Cæsarem Hadrianus dixit; & tamen neque Piso a Galba, neque Domitia-

nus a Vespasiano Tribunitia Potestate decorati sunt, cum Cæsaris nomen obtinere. Et licet Ælius eo modo Cæsar creatus non fuerit, quo Traianus, neque testamento, ut communius factum, non tamen inde inferre licet, Cæsaream dignitatem ipsi cum aliqua restrictione collatam; cum Spartianus citatus diserte asserat, eam illi cum ea amplitudine datam, qua postea Constantio Chloro & Galerio Maximiliano, utroque & Cæsareo nomine & Tribunitia Potestate ornato. Immo Cæsaream dignitatem in Ælio auctam ostendit Capitolinus in Albino cap. 2. ubi testatur, Ælio Vero simul cum appellatione Cæsaris datam esse facultatem utendi cocineæ pallii: Sane tibi uti insignis aliquod Imperialis majestatis accedat, habebis utendi cocineæ pallii facultatem, me presente, & ad me, & cum mecum fueris, habiturus & purpuram, sed sine auro: quia ita & proavus meus Verus, (nempe Ælius Cæsar) qui puer vita functus est ab Hadriano, qui eum adoptavit, accepit, inquit Commodus Augustus in literis, quibus jubet, ut Albinus Cæsar esset, a Capitolino laudato recitatis. Verum itaque non est, ante Ælium Verum dignitatem Cæsaream & Augusteam nomine tantum discrepasse, & Traianum Nervæ vivente Augustum fuisse. Neque præcedentium Cæsarium Quinquennalia, Decennaliave a me primum commemorata, commentitia, licet nullo teste a me in medium adducta. Nam ex post factis eos ea solennia exhibuisse deduxi: certum enim videtur, posteriores Cæsares ideo hæc festa edidisse, quod nullus inficias ierit, quia qui eos præcesserunt, idem præstitierant. Præterea animadverti Nerone, Domitianum, Titum & Traianum quinto Imperii Cæsarei anno, quemadmodum Augusti quinto Imperii Augustei anno, Consulatum capessisse, indeque certo mihi constat, non aliam ob causam Consulatum ab illis Cæsaribus sumtum, quam propter Quinquennalia aliaque id genus festa. His duobus fundamentis innixus arcanum illud detexi; cumque observarim, quinto vel decimo Imperii Cæsarei anno eadem fieri solita, quæ singulis quinquenniis & decenniis Augustorum, quin res mihi ex voto successerit, non dubitavi. Quæ fufius explicanda fuerit novæ Dodvvelii Viri eruditissimi opinionis occasione.

XI.

Em. Card. Norisius in dissert. V. de Epochis Syro-Macedonum cap. 6. existimat, Traianum hoc anno a Nervæ adoptatum non esse ante initium mensis Novembris, quod Plinius in Panegyrico dicto anno Christi C. quo is Consul successit fuit a Kalendis Septembris ad pridie Kal. Novembr. his verbis eum alloquatur: Nam quod eum potissimum mensis attribuit, (videlicet successit Consulatus) quem tuus natalis exornat, quam pulchrum nobis, quibus spectaculo celebrari contingit diem illum triplici gaudio latum, qui Principem abstulit pessimum, dedit optimum, meliorem optimo genuit, diem nempe XVIII. mensis Septemb. quo Domitianus occisus, Nervæ dictus Augustus, & Traianus natus. Indeque colligit Norisius, Traiani adoptionem post Octobrem contigisse; alias inquit, Plinius diem quoque Natalem Imperii ejusdem Principis sibi Consuli celebrandum esse dixisset, geminorumque Traiani natales laudasset. Sed cum Traianus neque mense Septembri, neque die XVIII. alicujus alterius mensis Cæsar creatus sit, Plinius eum laudare non debuit, neque a die, neque a mense ejus adoptionis, sicuti nec eum laudavit a die, quo Augustus dictus est. Verum itaque est quod multis exemplis adstruxi, alias Imperatores Collegas Imperii nuncupasse die V. Kalendas alicujus mensis, quia eum diem Octavianus Augustus celebrem reddiderat.

Traianus ante mensis Novembris a Nervæ adoptatus.

Cum Critice Pagii.

761

JESU CHRISTI
ANNUS
100.

CLEMENTIS
ANNUS
8.

NERVÆ IMP.
ANNUS
2.

I. Obitus Nervæ. (A) Dio in Nervæ. Centesimo jam adveniente Christi anno, Nervæ Aug. quartum & Traiano Cæsare secundum Cofs. idem Nervæ Imp. sexto Kal. Februarii morbo consumptus (a) ætatis annos sexagintaquinque, menses decem, & dies totidem agens, cum imperasset annum unum, menses

quatuor, ac dies novem, vita functus est, successitque Trajanus. At hic finis esto Annalium tomi primi: auspiciaturis secundum ab anno primo ejusdem Imperatoris: ut idem annus centesimus finis sit primi Annalium tomi, & secundum principium.



Menso igitur primi sæculi quasi laboriosum vasti maris itinere, opportunam stationem jam nata, contrahens veia oratio conquiescat: ita tamen, ut non otiosa consistat; sed his, quorum auspicio e portu solvit, eorumdemque ope altum pelagus enavigavit, gratias immensas agat, eademque jugiter repetat; ipsi mirum Deo patri, auctori omnium bonorum, ac Filio, humani generis Redem-

ptori, simulque donorum omnium largitori Spiritui sancto, necnon & sanctissimæ Virgini Dei genitrici Mariæ, ut conciliatrici divini Numinis: ipsi namque sicut hæc omnia nostra accepta ferimus, ita pariter & offerimus: ut ipsa eadem, quæ liacumque sint, dilecto Filio suo porrigat, ut impartita benedictione sanctificet, illamque pro munere gratiam poscat, ut ipse sit nobis portio in terra viventium. Amen.

ANNALIUM TOMI PRIMI
FINIS.

I N D E X I N T O M U M P R I M U M A N N A L I U M E C C L E S I A S T I C O R U M B A R O N I I

*Nota numeralis communis, Annum Christi, Romana
vero Numerum Marginalem significat.*

A



A pro I, usi Syri, 32. XIII.
 Aaron benedixit populum, extendens manum, 34. CCXV.
 Abagarus, sive Augarus, vel Agabarus Rex Edessæ Syriæ Civitatis, 31. LVII. Pictorem misit, ut Christi imaginem exprimeret, 31. LXI. Ejus & Jesu epistolarum fides & sententia Gelasi, 31. LX. Thaddæum accersit, & ab eo curatur, 43. XX. Ejus & Thaddæi collocutio, 43. XIX. & segg.
 Abbas Dionysius, cognomento Exiguus, canones Apostolicos in Latinum vertit, 51. XXII.
 Abdiæ Babylonii nomine vitæ Apostolorum, 44. XLIV. Ejus liber rejectus, 51. LI.
 Abilina provincia, 31. IV.
 Abila civitas, 31. VII.
 Abilius post Avianum episcopus Alexandrinus, 87.
 Ablutio pedum quando facta a Domino, 34. XXXVIII.
 Ablutio pedum ante convivium Judæis & Romanis solita, 34. XXXVII.
 Abominatio desolationis a Domino prædicta, quid, 68. XLIX. Arguuntur de ea errores complures, *ibid.*
 Abominatio cur exercitus Romanorum, 68. LIV.
 Abraham Decimas sacerdoti persolvit, 57. LXXV.
 Amicus Dei dictus, & non dissolvetur, epitheto vocatus, 1. VI. Ejus ex Cætura filii Jexan & Madian, 1. XXV. Ex Cætura & Agar filios hæredes cum Isaac non instituit, 1. XXVI. Donatos filios Cætura dimisit, *ibid.*
 Quinque Reges, idest Dominos oppidorum debellavit, 1. XXX. In quo monte filium immolare iussus, 34. CVII.
 Abrasio Capitis diversi generis, sed omnis in contumeliam, 58. CXXV. CXXXVI. Lugentis Symbolum, 58. CXXXI.
 Abstemium fuisse Paulum unde probetur, 58. CXLVII.
 Abstineri a sanguine, fuisse olim in Ecclesia receptum, 51. XIX. Id & Gentiles observare iussi sunt, 51. XX. Præcipitur in Can. Apost. 51. XXI.
Annal. Eccl. Tom. I.

Abstineri Christianos Ecclesiæ Occidentalis consensu antiquatum est, 51. XXIII.
 Abstinentia a sanguine quid significaret, 51. XVII. & segg.
 Absolutio peccatorum per Sacerdotem, 56. XX.
 Absolutio a Deo, non ab homine, 56. XXXIX.
 Abusio differendi in annum summionem Eucharistiæ, 57. CLVIII.
 Accensio Lucernarum, Ægyptiorum solemnitas, 58. LXXVII.
 Acceptabilis annus qui, 31. LXXXVIII.
 Accubitus Tobiae, 34. XXXVII.
 Accumbere per contubernia, 33. X.
 Accubere Judæi more Romanorum, 34. XXXVII.
 Cum veste Cænatoria, 34. XXXIX.
 Acetum solitum propinari cruci affixis ad quid, 34. CXX.
 Acetum fasciculo hyssopi conditum sistendi sanguinem vim habere, 34. CXX.
 Acetum propinari solitum ad accelerandam mortem, commentum est, 34. CXX.
 Aceto sumpto Dominus exspiravit, cur, 34. CXXII.
 Achaja proconsularis Provincia facta, 53. XXXIII.
 Ejus proconsul Gallio frater Senecæ, *ibid.*
 Acheldema ager sanguinis, 34. LXXV.
 Achabus Herodem seipsum interfectorum cohibuit, 8. IX.
 Acilii Glabronis mors, 94. I.
 Acme a Cæsare occiditur, propter quid, 8. IX.
 Acolythi quot olim in Romana Ecclesia, 44. LXXX. Eorum ordinem prætermittit Ignatius, 44. LXXXIX. Eorum officium, 44. LXXVIII.
 Acrates a Nerone missus ad expilanda Asiæ templa, 68. XXV I.
 Acta Jesu a nece Joannis, 33. IX.
 Acta Pilati conficta a Maximino Imperatore, 22. & 23. III. Eaque duplicis generis, *ibid.*
 Falsitatis manifeste arguuntur, *ibid.* Descripta Romæ asservabantur, 34. CCXXXV.
 Acta Apostolorum nascentis Ecclesiæ infantiam, texunt, 34. CCXXX. De iis libri apocryphi, *ibid.* Quo anno absoluta, 61. VI.
 Acta SS. Samonis & Gurie, 31. LXI.
 Acta diversorum Apostolorum, 44. XLII.
 Acta Barnabæ scripta nomine Marci, 51. LI.
 D d d d z Acta

- Acta Barnabæ de Oraculo Domini, 34. CCXXXI.
Acta Theclæ & Pauli Apocrypha, 47. II. Pas-
sonis Theclæ apocrypha, 47. III. A. Basilio
scripta, 47. XI.
Acta Petri a Lino conscripta non sincera, 69. VI.
Acta Andreæ corrupta, *ibid.*
Actorum Apostolorum nomen, 34. CCXXX.
Actorum locus cap. X. elucidatus, 34. CCXXXIX.
Adagium, Camelus per foramen acus, quo-
modo intelligendum, 33. XLV.
Adagium, non est adire Corinthum cuius inte-
gram, 57. XLIII.
Adam sepultum esse in Hebron de quo intelli-
gendum, 34. CX. Ejus corpus ibi sepultum
ubi crucifixus est Christus, 34. CVIII. In
Golgotha sepultus, 34. CVIII. Non fuit se-
pultus in Hebron, 34. CX.
Adam unus e numero Gigantum, 34. CXI. Ma-
ximus quis, *ibid.*
Adamas Berenices pretiosissimus, 58. CLXIV.
Ader Turris distans mille passus a Bethlehem, 1.
XVI.
Adiabeni, 36. X.
Adiurare Christianis licitum, 56. III.
Adiuratio Dæmonum, 56. IV.
Adiurationis probati ritus adhiberi possunt, 56. V.
Ado Episcopus Viennæ, 41. XX.
Adolescens devius a Joanne reductus, 98. XVII.
Adonidi vulnerato spongia admota videtur, 34.
CXXXI. Ei & Veneri templum ab Hadriano
erectum ad abolendam præsepis memoriam 1.
V.
Advenæ dispersionis Hebræi qui dicerentur,
35. I.
Adventus Pauli Romam tempus, 59. IV.
Adventus Vitellii Hierosolymam, 39. II.
Ædes Dianæ Argenteæ Ephesi quæ, 57.
CLXXXVII.
Ædes Minervæ in fano Apollinis quæ dicantur,
57. CLXXXVIII.
Ædes plurimæ diis dicatæ, 1. XII.
Ægyptus illustrata adventu Christi, 1. XLII. E-
jus simulacra prostrata adventu Christi, 1.
XLIII. Ejus desertum illustratur transitu Do-
mini, 1. XLVII. Fons Idololatæ, 1. XLV.
Ejus Prætor Flaccus, 40. II. Eam Simon Cha-
nanæus petit, 44. XXXVIII.
Ægyptii abstinent ab usu ovium, 42. XXIX.
Suarum superstitionum tenacissimi, 64. XII.
Ejus Sacerdotes in crucem acti, 21. II. De-
testantur Pastores ovium, 42. XXIX. Ovem
hircum, & bovem mactari non patiebantur,
& cur, 42. XXIX. Sexta Januarii aquam hau-
riunt & reponunt, 31. XXXII. Eorum Sacer-
dotum immane scelus adversus Paulinam, 21.
II. Eorum mos cadaverum condiendorum, 34.
CLXIX. Eorum monachi manibus labora-
bant, 52. XX. Eorum Sacerdotes judices e-
rant, 57. XXXIV. Mundabant se aqua, ante-
quam templa adirent, 57. CVIII. Frequentes
lucernas accendere soliti, 58. LXXVII. Eo-
rum monachi a S. Marco instituti, 64. III.
Eos antiquo odio fuisse in Judæos, 64. XII.
Ægyptius vatem se simulans Judæos seducit, 58.
LIX.
Ælianus urbis præfectus Apollonio familiariter
usus, 91. II.
Ælia Episcopus Honoratus, 39. XI.
P. Ælius Asiæ administrator, 57. CLXXXIV.
Ælius Sejanus Scii Strabonis filius, 21. IV.
Æmulatio diaboli in Simone Mago, 35. XXIII.
Æneæ Sepulera multis in locis monstrantur, 55.
XV.
Æneas paralyticus sanatus a Petro, 40. XVII.
Æneatores & Tibicines adhibiti in funere nobi-

- lium apud Græcos & Latinos, 31. LXXXVI.
Ænon prope Salem juxta Sichat, 31. XLI. I-
dem quod Ænan, 31. XLII.
Æquinoctium observatum in Paschate & Azymis,
34. XXVI.
Ærius Episcopus infensus, & cur, 58. IV. Hæ-
resiarcha, *ibid.* Festorum dierum impugnator,
58. LXXXIV. Eum Hieronymus impugnat,
58. V. Aerianismum Hæretici Hieronymo fal-
so impingunt, 58. IV.
Æschines quid Demostheni objecerit, 57. CLXXXV.
Æstimatio Petri summa apud omnes, 51. XLVI.
Æstimatio Sacerdotalis quanta apud omnes gen-
tes, 57. XXXIV.
Ætas Christi cum baptizatur, 31. XVII.
Ætas Christi de sententiâ Sanctorum Patrum,
34. CXXXVII. & *seqq.*
Ætas Herodis, 8. I.
Ætas Joseph, 11. VIII.
Ætas Pauli post conversionem, 36. II. Et ante
conversionem, 36. V.
Ætas multorum longæva, 76. II.
Ætas Augusti, 16. VI.
Æthiops ab Ægyptiis, idest, a Judæis, qui
Ægyptum habitabant, circumcisionem didici-
se, 35. XXVII. Doctos colere Deum immor-
talem, ac rursus alterum mortalem, *ibid.* Eo-
rum religio, *ibid.*
In Æthiopia feminas regnare consuevisse, 35.
XXVII. Ejus reginæ Candaces appellatæ,
ibid.
Æthiopia præveniat manus ejus Deo, quando im-
pletum, 35. XXVIII.
Æthiopiæ Sacerdotes Reip. imperabant, 57.
XXXIV.
Æthiopia Ærythra, 35. XXVIII.
Ætne montis eruptio admiranda, 81. V.
Ætium Regis vestis qualis, 34. LXXXI.
Æfri monachos attonfos derident, 58. CXXXIII.
Æfricam Simon Petrus petit, 44. XXXVIII.
Æfricana Ecclesia a Petro erecta, 44. XXXIX.
Æfricani ab Apostolis Evangelium acceperunt,
ibid. Eos a Romana Ecclesia Evangelium ha-
buisse profiteretur Augustinus, *ibid.* Eorum Ec-
clesiæ ritus in psallendo, 60. XXXIII.
Agabus Paulum vincula Hierosolymis passurum
prophetat, 58. CXVI. Famem sub Claudio Im-
peratore futuram prædicit, 44. LXII.
Agape Christianorum quid, 57. CXXXIV. Fu-
neralis, 57. CXL. Eæ in dedicationibus Ec-
clesiarum, 57. CXLII. Quando exhiberi solitæ,
ibid. In Ecclesiis exhiberi solitæ, *ibid.* Concilio
Gangrensi probatæ, 57. CXLIII. Earum di-
videndi ratio, *ibid.* Extra Ecclesiam faciendæ,
57. CXLIV. Quomodo eas Gregorius Anglis
concessit, *ibid.*
Agapeti Papæ Litteræ, 44. XII.
S. Agathæ Ecclesia ab Arianis vindicata, 58.
LXXXVIII.
Ager figuli qui, 34. XVII. Emptus ad sepultu-
ram peregrinorum, *ibid.* Quanti consistit am-
pla disputatio, 34. XVII.
Agis Delphos profectus decimas Deo solvit, 57.
LXXXV.
Agnus innocentissimus Christus ipso Paschatis die
immolatus in cruce, 34. XXXV.
Agnus Dei, ejus origo & miracula, 58. LXXXVI.
Agni Paschalis comedendi a stantibus usus inter-
missus, 34. XLI.
Agnorum ejus Thebanis interdictus, 42. XXIX.
Agnorum nomine Gentiles designantur, 41. VIII.
Agon Capitolinus quot annos contineret, 88. I.
Agonalis annus, *ibid.*
Agri Jeremiæ pretium, 34. XX.
Agricolæ Consulibus obitus, 98. V.

- Agrippa Senior primus nomine Romano apud
Hebræos vocatus, 36. XII. Ejus carcer, 38.
I. A Tiberio vinculis mancipatus, *ibid.* Mor-
tuo Tiberio regnum Judæorum consecutus est,
ibid. Herodem Tetrarcham apud Tiberium Ju-
dicio postulat, *ibid.* Ejus in Judæam reditus,
40. I. Ab Alexandrinis ludibrio habitus, 40.
III. Catenam auream suscipit in templo,
43. VII. Ejus reditus Hierosolymam honori-
bus augetur, *ibid.* Occidit Jacobum fratrem
Joannis, 44. I. Accipit a Claudio regnum,
& jus in sacerdotum, 44. III. Petrum ma-
gna diligentia custodit in carcere, & cur, *ibid.*
Tyriis & Sidoniis iratus, & cur, 44. IX. &
seq. Ejus ad Caium libellus supplex, 42. XIV.
Ejus filius Romæ apud Claudium educatur,
46. VII. Ejus sensus deficit, 42. XII. Ejus
dolor pro ritibus patriis conservandis, 42.
XIII. Religione abstinet a Petri nece, 44.
II. Tertium murum adjungit Hierosolymis,
44. V. Accusatur Herodis, 28. III. Ejus ve-
xatio in Apostolos, 44. XIV. Ejus mores,
46. VI. Ejus interitus, 46. III. Ejus filia i-
gnominia affectæ, 46. VII. Ejus filius Judæis
pontificiæ stolæ custodiam retinendam impetrat,
48. XXVII. Ejus filius in Regno Herodis pa-
trui sui Rex constituitur a Claudio, 50. I.
Agrippa Junior Berenices contubernio infamatur,
58. CLXIV. Summum Sacerdotium Ismaeli
Phabæi filio contulit, 58. LXL. Josepho Cabi
pontificium detulit, 58. CLXVI. Ejus & Sa-
cerdotum dissenso, *ibid.* Josepho abrogato A-
nanum pontificem substituit, 61. I. Hieroso-
lymis pellitur, 68. XLIV. Ad seditiosos coer-
cendos ter mille equites Hierosolymam mittit,
68. XLV. Ejus regiam seditiosi invadunt, *ibid.*
Ei non successit alius Rex Judæorum, 73.
VIII. Post excidium Hierosolymitanum super-
stes, 73. VIII. Roma dicendendi facultatem pe-
tit, 40. I. Romam advenit iterum Caium sa-
lutaturus, 42. XI. A Nerone donatus quatuor
civitibus, 56. XLII.
M. Agrippa tam Syriæ, quam toti Orienti præ-
fectus, 34. CCLXXXVII.
Agrippina Claudii Imp. Uxor, 50. VII. Vene-
num Claudio propinat, 56. XLII. Augusta,
ibid. pro Judæis, 50. VI. Neronis mater, 56.
XLII. Ejus dolo Silanus interemptus, 57.
CLXXXIV. Jussu Neronis interempta, 61. X.
Agrippina Colonia, 52. XXIII.
Alabarchæ functio quæ, 48. XXX. Ejus statua
Romæ, *ibid.*
Alabastrum lapidem ad vasa unguentaria exca-
vari, 32. XXIX.
Alabastrum unguenti regale donum, 32. XXIX.
Alabastrum unguenti capiens libram unam, 32.
XXIX.
Alabastrum vas sic appellatum propter fragilita-
tem, *ibid.*
Alba vestis annulo ornata, 34. LXXX.
Alba veste induitur Christus ab Herode, 34.
LXXX.
Albinus præfectus judex, 58. CLVIII.
Albinus index, 65. I.
Adelmus libros de virginitate metro scripsit, 47.
XI.
Alexander filius Herodis, 1. L.
Alexander pater Tiberii gradus in templo fecit,
12. III. Portas templi ornavit, 34. CCLIII.
Omnium Judæorum ditissimus & maxime pius,
34. CCLX. Alabarcha cognomento dictus, *ibid.*
Is & Joannes qui interfuerunt Concilio inter
Apostolos habito qui, *ibid.* Ejus Alabarchæ
statua Romæ, 48. XXX. Eum a Cajo vincum
Claudius dimittit, 43. II.

- Alexander & Hymenæus fatanæ traditi a Pau-
lo, 57. XI. In errore lapsi, cur, 57. CXC.
Alexander tumultum Ephesum sedat, 57.
CLXXX.
Alexander Imp. adjudicat locum Ecclesiæ ædifi-
candæ, 57. CII.
Alexander Judæus patriæ religionis desertor,
71. III.
Alexander ex Judæo gentilis Vespasiano favet,
34. CCLX.
Alexander Imp. ut Deus coli voluit, 68. XXXII.
In schola Apollonii versatus, *ibid.* Ejus re-
scripta pro Ecclesia Christianorum, 57. CIII.
Alexandri Herodis filii impostura pro regno obti-
nendo, 8. XVI.
Alexander monachus res gestas Sancti Barnabæ
prosecutus, 34. XXII.
Alexandrina vertex omnium Civitatum appellata,
64. XIII. Quondam orbis theatrum, *ibid.* Il-
lic habitabant decies centena millia Judæorum,
40. IV. Illic quinquaginta millia Judæorum,
occisa, 68. XLVI.
Alexandrina præfectura Augustalis dicta, 39. X.
Alexandrina Ecclesia & sedes, 39. X. Præfer-
tur Antiochenæ, *ibid.* Ea cur primum locum
post Romanam obtinuit, 45. XLVII. Ea a
Marco optime instituta, 64. II. Collecta ex Ju-
dæis, 64. XII.
Alexandrina navi usus Paulus, 58. CLXVII. 59.
IV.
Alexandrinæ Naves quæ, 59. IV.
Alexandrini in Agrippam regem invidia commo-
ti, 40. II. Eorum tumultus sedati, 40. III.
Alexius Iconoclasta punitus, 60. XXI.
Aliturus mimus Neronis, 58. CLVII. Contra
Paulum agit, 59. VI.
Alleluja signum convocandi Moniales, 58. CIII.
Allusio in Christo eligente septuagintaduos ad
numerum seniorum quos Deus præcepit Moyse
ut eligeret, 33. XXXIX.
Altercatio Petri & Pauli quomodo accipienda,
ut uterque a peccato vindicaretur, 51. XXXIX.
Altercatio de Templo Hierosolymitano apud A-
lexandrum Magnum, 31. LI.
Alvernæ mons quando scissus terræmotu, 34.
CXXIV.
Amalasi opinio de sonitu signorum non proba-
tur, 58. CIII.
Amasea ponti oppidum, 44. XI.
Ambiguitas trium mysteriorum in die Epiphaniæ,
31. XXXIV.
Ambrosius cultor S. Theclæ studiosissimus, 47.
XIV. Contentium peccata desebat, 56.
XXXVI. In causis judicandis occupatus, 57.
XXXVIII. Ejus vita ab auctore edita, 57.
XXXVIII. Ejus Hymni in Ecclesia recepti,
60. XXXV. Traditionum testis, 53. XXIX.
Amen quid significet, 34. LIV.
Amen respondet populus, 57. CLXV. Ea vox
unde usurpata, *ibid.* Illegitimum triplex,
ibid.
Ammas idem quod Emmaus, 34. CXC.
Ammiani error de septem Magis, 1. XXIV.
Amnes retro fluere visum sub Nerone, 69. XXVII.
Amorrhæus permansit habitare in Elom, quid si-
gnificet, 56. X.
Amphipolim Macedoniæ civitatem petunt Paulus
& Silas, 51. LXXXIII.
Amphitheatro collapsio quot millia hominum con-
trita, 29.
Anabaptistæ de Magorum historia dubitant, quod
nec fecerunt Manichæi, 1. XX.
Anacletus idem cum Cleto falso creditus, 69.
XLI.
Anacletus & Clemens Petri diaconi, 69. XLI.
Ana-

Analogia de corona spinea Domini Isidori Pelusiotæ, 34. LXXXVII.
 Ananias unus ex septuaginta discipulis, 33. XLI. Post necem Stephani Damascum profectus Ecclesiam collegit, 35. V.
 Ananias & Saphira morte puniti, cur, 34. CCLXIV.
 Ananias Pontifex cum Ezechia germano trueidatur, 68. XLVI.
 Ananias Summus Pontifex Nebedæi filius succedit in pontificatu Josepho Cumidæ filio, 48. XXX. Is & Ananus dux Romam vincti mittuntur, 50. VI.
 Anano Pont. Max. Sacerdotium ademptum, 17. I.
 Ananus senior quinque habuit filios, omnes pontifices, 62. r.
 Ananus junior, & ipse Pontifex 62. I. Sævus, audax & secta Sadduceus, 63. I. Post tres menses deponitur, & cur, 63. I. Jacobum & quosdam alios lapidandos tradit, *ibid.* Proditionis accusatur, & in medio civitatis jugulatur, 69. L.
 Anastasius Imp. a Simmacho Papa mulctatus, 57. XXXIII.
 Anathema vox ambigua, 57. CLXXI.
 Anathema dicitur, quod Deo dicatum est, 57. CLXXI.
 Anathema fieri quomodo Paulus cupiebat, 57. CLXXI.
 Anathema idem quod maledictum, 57. CLXXII. Interdum occisionem sonat, 57. CLXXII.
 Anaxagoras Clazomenius, 52. V.
 Anconæ civitatis Italiæ nomen unde ductum, 34. CCC. Illic miracula per Stephanum operata, *ibid.*
 Ancyra Galatiæ, 44. XI.
 Ancyranum Concilium ante Nicænum, 58. XXI.
 Andreas & Petrus Joannis discipuli, 31. XXII. Is primum venit obviam Jesu, deinde Petrus 31. XXIII. Cælibem vitam duxit, 69. XXXIV. Senior Petro, *ibid.* A Petro baptizatus, 31. XL. Ad Scythas missus, 44. XXXI. Ejus martyrii tempus, 69. XXXIV. Ei cur Simon Petrus prælatum, 31. XXIV. Ei quæ provincia ad prædicandum obtigerit, 44. XXXI. Ejus prædicatio, *ibid.*
 Andri insule templum libero patri dicatum, & fons vini sapore, 31. XXXIII.
 Andronicus Messalæ filius, Judæorum patronus, dicit pro templo Hierosolymitano, 31. LI.
 Andronico & Tonanti excommunicatio a Sinefio Episcopo infertur, 57. XL.
 Andronicus Apostolus appellatur, 58. IX.
 Andronicus Episcopus in Pannonia, 58. LVI.
 Angeli in scriptura dicuntur cælestis militia, 60. XVI. Episcopi appellati, 60. XIX. Præfides templi tempore mortis Domini auditi, 34. CXXIV. Eorum religio quæ, 60. XVII. Eorum cultus religiosus, 60. XXI. Eorum cultus ex Synodo Laodicensi, 60. XXIII. Eos mundum creasse, Cerinthi hæresis, 60. XIX. Eorum Idololatria quæ intelligenda, 60. XXII. Eorum cultus in Ecclesia, 60. XXI. Eos esse astra putaverunt Judæi, & cur, 15. XVI. Eos adorabant, id est astra cæli, *ibid.* Eos supra Christum Cerinthus exaltavit, 60. XVIII.
 Angelus Judæorum, 60. XX.
 Angelum apparuisse mulieribus, & Evangelistarum concordantia, 34. CLXIV. CLXV.
 Angeli apparitio ad Christi sepulchrum, 34. CLXIV.
 Angelus Joseph monens ut fugeret in Ægyptum quando apparuit, 1. XLII.
 Angelo Laodicæ quæ scribantur in Apocalypsi, 62. III.

Angelus ad Petrum: Surge, descende, locus explicatus, 34. CCXXXIX.
 Angelus Dei Centurioni visus, 41. IV.
 Angelus Petrum de carcere liberat, 44. IV.
 Angelus confortat Dominum, 34. LXVI.
 Angelus ad Joseph ut redeat in terram Juda, 8. XIII.
 Anglis quomodo Agapes a Gregorio concessæ, 57. CXLIV.
 Anianus Marco Alexandriæ succedit, 64. I. Ejus obitus, 87.
 Anicetus de Coma clericis non nutrienda, 58. CXXVIII. CXXX.
 Anicetus Neronis libertus Agrippinam interimit, 61. X.
 Animadversio utilis, 57. XVIII.
 Animadversio Agrippæ in Custodes carceris Petri, 44. IX.
 Animalia nefanda quæ apud Josephum, 31. LXIX.
 Animalia immunda Judæis prohibita quid designabant, 51. XIII.
 Animas Defunctorum inquietare quid, 54. CCCVII.
 Animosa Petri promissio, 34. LXIV.
 Anna Prophetissa filia Phanuel de tribu Afer, 1. XLI. Religiosissima monialis appellata, *ibid.*
 Anna idem quod Ananus, *vide* Ananus.
 Anna si, ut Caiphas male perierit, 62. I. Ipse & Caiphas quomodo simul principes Sacerdotum dicantur, 31. VIII. Mittit Jesum ligatum ad Caipham, & cur, 34. LXX. Ei primum præferatur Christus & Apostoli, & cur 31. VIII. & *segg.*
 Annæus Lucanus Senecæ Nepos a Nerone occisus, 67. IV.
 Annibal Carthaginensis velata facie aurum in templo Dianæ deposuit, 57. CLXXVIII.
 Annius Pollio in exilium pulsus, 68. XXVII.
 Anniversaria dies Defunctorum, 34. CCCVIII.
 Anniversaria dies Cathedræ Romanæ antiquitus celebrata, 45. I.
 Anniversaria Solemnitas in cujusque Episcopi præfectura, 45. r. 3.
 Anniversaria solemnitas a Græcis celebrata de imagine Salvatoris, 31. LXI.
 Anniversariæ Sanctorum celebritates, 58. XCIII.
 Annulus Sponsalis, 57. LII.
 Annulo obfignabantur arcæ, 57. LII. Eorum qualia signa, *ibid.* & *segg.*
 Annulus Zone alligatus, sine Annulli vel Zone fractura elapsus, 1. XXXIX.
 Annulus in veste candida quid, 34. LXXX.
 Annulus dari solitus pro arrha in qualibet pactione, 57. LII.
 Annulus sponsalis quo signo sculperetur apud Christianos, 57. LIII.
 Annulus Sanctæ Macrinæ Cruce insculptus, 57. LIII.
 Annullum ferreum Romani gestabant, 57. LII. Talem dabat sponsus sponsæ apud Romanos, *ibid.* Eorum sponsus cur dat Sponsæ loco arrhæ, *ibid.* Eum semper uxor in digito portabat, ad quid, *ibid.*
 Annulli insculpti Christi nomine duabus literis, 57. LIII. Christianorum quo signo sculpendi, 57. *ibid.* In iis sanctorum virotrum imagines, *ibid.*
 Annus passionis Christi, 34. CXXXVI.
 Annus Tiberii Quintus-Decimus annus placabilis, 31.
 Annus primus prædicationis Christi a Joanne digestus, ab aliis prætermisus, 31. XXXVI.
 Annus primus Agonalis quando captus numerari, 88. I.

An-

Anni exordio ipsum integrum denominare consuevit majores, 34. CXLVII.
 Anni prædicationis Christi quomodo distinguendi, 31. LXXXVIII.
 Anni Imperatoris Augusti, 16. VI.
 Antichristi qui dicantur a Joanne, 99. VII.
 Antidicomarianæ Hæretici, 48. X.
 Antiochenæ Cathedræ dies festus, 39. X.
 Antiochena sedes quando fundata, 39. XIV.
 Antiochenus Episcopus primus Evodius post Petrum, 39. XVIII.
 Antiochena Ecclesia præfertur Hierosolymitanæ, & cur, 39. X. Collecta primum fuit ex Judæis, 39. XIV. Ejus dissensio, 51. IV. Ejus Ecclesiæ primus Episcopus Petrus, inde Romam translatus, 39. VIII. Ei præfertur Alexandrina, & cur, 39. X. Cum a Petro & Paulo fundata, 39. XVI. Ejus fundamenta, 39. IX. Ejus profectus, 43. X. Eam curat Barnabas, 45. XII.
 Antiochenium Judæorum occisio, 71. XI.
 Antiocheni in Judæos grassantur, *ibid.*
 Antiochiæ Judæi habitantes, 39. XIV. Illic dissentio orta inter fideles, 49. I. Ad eam reversi Paulus & Barnabas, 49. I. Illic facta contentio inter Paulum, & Petrum, 51. XXXI. In ea fit collecta, 44. LXVII. Illic primum Discipuli Christiani cognominantur, 43. X.
 Antiochus Judæorum scelestissimus, 71. XI. Antiochenium instigator, *ibid.*
 Antiochus cognomento pius Hircanum obsedit, 34. CCXI.
 Antipas Martyr quo tempore passus, 93. IX.
 Antipas Galiliæ ac Petrææ Tetrarcha constitutus, 8. X. Romam profectus ut contra Archelauum ageret, 8. XII. Is & Philippus alteram dimidiam regni partem ab Augusto consequuntur, 8. XV. Consequitur Transamnanam regionem & ducenta talenta, *ibid.*
 Antipater Herodis pater a C. Julio Cæsare procurator est institutus, 8. I.
 Antipater Herodis filius patris arbitrio a Cæsare relictus, 8. IX. Obscuro funere conditus, 8. X. In spem regnandi venit, 8. IX. A patre cum Aristobulo & Alexandro fratribus occisus, 1. L.
 Antiqui Discipuli Christi, 33. XLI.
 Antistitem electum non minus quam a tribus Episcopis consecrari debere Petrus instituit, 34. CCLXXXVI.
 Antonia Turtis, 17. I. Expugnata a Tito, 72. X.
 Antonius vitæ monasticæ illustrator, 31. XV.
 Anulinus Bona Ecclesiastica restituenda curavit, 57. LXXXIII.
 Apelles tragœdus Cæsi consiliarius contra Judæos & ejus mors, 41. XXIII.
 Apion grammaticus ad Cæsum contra Judæos pro Alexandrinis legatus, 42. XXXII. Judæos falso calumniatur, 42. II. 42. XXXIII. qualis a Josepho confutatur, 42. XXIX.
 Apocalypsis Joannis Evangelistæ scriptura canonica & vere Joannis Apostoli, 97. IV. Eam qui non recipiant, 97. VI. A quibusdam tributa Joanni presbytero, 97. IV. cur Cerintho tribuatur, 97. XIII.
 Apocryphorum Librorum catalogus, 44. XLIII. & *segg.*
 Apocrypha mordicus defendi non debent, 48. XIV.
 Apocrypha nomine Pauli, 44. XLVII.
 Apocrypha de actis Apostolorum, 44. XLVIII.
 Apocrypha de obfetrice Mariæ Virginis, 1. VII.
 Apocrypha caute admittenda, 55. V.
 Apocrypha scripta de Beata Maria, 48. XII. & *segg.*
 Apollinaris Laodiceus Hæresiarca, 60. XXXIV.

Apollinaris Episcopus Ravennæ cum Petro Roman venit, 44. XXVII. Martyr longissimum, & quando, 75. V.
 Apollo Alexandrinus ab Aquila & Priscilla instituitur & potens in scripturis, 54. II. Commendatur a Paulo, 57. IV. Ejus prædicatio qualis, 57. V.
 Apollinem civem Atheniensem Paulus convertit, 52. XIII.
 Apolloniaci, qui, 57. IX.
 Apolloniam petunt Paulus & Silas, 51. LXXII.
 Apollonius antiquus Theologus, 34. CCCXX. Ejus testimonium de tempore divisionis Apostolorum, 44. XIII. Ejus sententia de discessu Discipulorum Hierosolymis, 39. XXII.
 Apollonius Tiansæ magus, 51. VII. Ephesi acceptus, 56. XLI. & inter divos relatus, *ibid.* Ejus adventus Ephesum, 57. CLXXXVII. Ejus præfigiæ a Philostrato scriptæ, *ibid.* Roman venit, 68. XXX. Ejus de fulgure in Neronis mensam decidente falsum vaticinium, *ibid.* An mortuam puellam suscitaverit, *ibid.* Pro Deo habitus, 68. XXXIII. Ejus statua dæmonum operatione dabat responsa, quæ tandem obmutuit, 68. XXXII. Discipulos suos per orbem misit, 68. XXXIII. In Hispaniam profectus, *ibid.* An bene finierit, *ibid.* Roman accersitur, in carcerem traditur, illuditur, 91. I. II. Invisibilis factus evanuit, 91. III. Romæ recedens quo profectus sit, *ibid.* Mortem Domitiani absens cognovit, 98. XX. Ejus Discipuli quales, 68. XXXIII. Ejus exitus, 99. XI.
 Apollonophanes Philosophus, 52. X. Ejus verba ad Dionysium, 34. CXVIII.
 Apophoreta convivis abeuntibus grata, & pretiosa conferebant Romani, 34. XL. Quando exhiberi consueverunt, 57. XC.
 Apophoretica velationis Virginum, *ibid.*
 Apostolatus Pauli & Barnabæ, 44. LXXIV.
 Apostolatus non debet esse spontaneus, 44. LXXXVI.
 Apostolatus nobilior Judæorum quam gentium, 51. XXIX.
 Apostolatum distinctio, 51. XXVIII.
 Apostoli apud Hebræos qui & quod eorum munus, 32. V. Ex quibus tribubus, 32. VII. Omnes Galilæi, 1. LXI. Missi ad prædicandum Evangelium redeunt ad Christum, 33. IX. Partim ex tribu Juda, partim ex tribu Zabulon & Nephtalim, 32. VII. A Christo cur electi, 32. V. Quomodo loquebantur linguis, 34. CCXXXVII. In templo docent, 34. CCLXVIII. Conjiciuntur in carcerem, 34. CCLXXI. Cæsi, 34. CCLXXVII. Hierosolymis remiserunt facta dispersione aliorum omnium Christianorum, 34. CCCXX. Quando divisi per totum orbem, 44. XIII. In quas singuli regiones profecti, 44. XXVI. Sacerdotes a Domino facti, 34. XLV. Reprehenduntur quod spicas evulsiissent sabbato, 32. II. In Galilæam abeunt post resurrectionem, 34. CXCVI. Manuum opus exercebant, 52. XIX. Uxore caruerunt præter Petrum, 57. LXV. & *segg.* Ad fidem conversos caste vivere fundebant, 69. V. Omnes vel virgines, vel post nuptias continentes, 58. XVIII. Eis linguarum donum datum & quomodo, 34. CCXXXVII. 45. XXXVII. & *segg.* Eis mandatum a Salvatore ne Hierosolymis discederent usque ad certum tempus, 34. CCCXX. Iis omnia communia, 34. CXCVIII. Iis excutiendus erat pulvis de pedibus contra non recipientes eos, 46. XIV. Eorum electio, 34. CCVIII. Eorum ordinis functio quamdiu perseveravit, 35. V. Eorum & Petri paupertas qualis, 34. CCLVIII. Eorum genus & stirps, 32. VII. Eorum princeps

ceps Petrus, 32. VI. Eorum sacrificia, 34. LII. Eorum discipulus Ignatius, 34. LIII. Eorum Ecclesia, 34. CCXXXIII. Eorum nomine multa edita, 44. XLVI. Eorum discubitus in caena, 34. XL. Eorum contentio unde orta, 34. XLI. Eorum divisio non nisi Spiritus sancti instinctu facta est, 44. XX. Eorum divisionis veritas investigatu difficilis brevibus tradanda, 44. XLI. Eorum leges barbaros domant, 44. XXIII. Eorum Concilium. *Vide*, Concilium. Eorum quaedam procuratio distincta, 51. XXVII. Eorum canon de non abjicienda uxore declaratus, 58. XXIII. Eorum littera ex Concilio Hierosolymitano, 51. XV. Sepulchra venerationi habita, 69. XXX. Eorum officia apud Hebraeos, 32. V. Apostoli nominati Episcopi in Ecclesiis praefecti, 60. II. Apostolus Iosephus apud Iudaeos, 32. V. Apostolica salutatio Romani Pont. ex Apostolorum traditione, 45. XXVII. Apostolica traditio orare ad Orientem, 58. CVI. Apostolicarum functionum aliae omnibus communes, aliae privatae, 51. LIX. Apostolici falis necessitas, 58. XIV. Apostolicum depositum quod, 53. III. Apostolicum munus imponere manus, 35. XII. Apostolicus ordo, 32. V. Apparitio facta Dei genitrici, 34. CLXXIX. Apparitio Christi Petro ante caeteros facta, 34. CLXXVIII. Facta Jacobo post resurrectionem, 34. CCXI. Facta Mariae Magdalena, 34. CLXXXVI. Facta duobus Discipulis euntibus Emmaus, 34. CCXI. Facta Thomae, 34. CXC. Apparitio Domini omnium celeberrima, 34. CCVI. Apparitio Domini novissima, 34. CCVIII. Appellatione Iudaeae duae tantum tribus includuntur, 31. XLII. Appensus in patibulo eadem die ante occisum. folis sepeliebantur, 34. CXXVIII. Appia uxor Philemonis, 60. XL. Appii forum quantum ab urbe distaret, 59. III. Apides gradatae Episcoporum, 45. XI. Apuleii locus correctus, 34. C. Aqua Benedicta loco lavacri succedit in Ecclesia, 57. CXI. Aqua tantum non expiantur delicta, 57. CIX. Aqua in vinum mutatur pluribus in locis, 31. XXXII. Aquae ad Baptismum miraculum pluribus in locis in Occidente, 31. XXXIII. Aquae in vinum versa miraculum quando contingit, 31. XXXII. Aqua vino miscenda in sacrificio missae, 57. CXLVI. Aqua in Christi praesepe miraculo crevit, 1. IV. Aquae calidae in agro Gadareno, 31. LXVIII. Aquae calidae non longe ab Emmaus, 16. X. Ad Aquas Salvias locus dictus qui, 69. XI. Aquila Aurea in templo ab Erode posita eademque excisa, 8. III. Aquilarum militarium solo affixarum prodigium 44. IX. Aquila ponticus ab Ecclesia ejectus, 56. XLI. Aquila Ponticus Iudaeus genere, sive Christianus, 51. I. Is & Priscilla uxor eius Nazaraei, 51. LXV. Ei adheret Paulus 52. XV. Apollo, genere Alexandrinum instituunt in fide, 58. LV. An caput sibi totonderint, 53. XXV. Ex Italia venire Corinthum, 52. I. Eius & Priscilla mentio, 47. IV. Ara ignoto Deo inscripta Athenis, in Galliis item, 52. VI. Ara dedicata in nomine Dei & Stephani testis eius, 34. CCCI.

Arae deorum duodecim stabant Athenis, 52. VI. Arabes Magi, 1. XXV. Eorum origo, *ibid*. Arabia contra Judaeam in Oriente, 1. XXXIV. Arabia Syria Damasci nominata, 1. XXVI. Arabiae feminae velatae, 57. LXXXV. Arabiae loca nomina ex filiis Abraham sortita sunt, 1. XXV. Arabiae Damascus, 1. XXVI. Arabicum bellum Herodis adversus Aretam, 33. VIII. Aradus insula, 44. X. Aratoris carmina de umbra Petri, 34. CCLXIX. De Petro venatore, 51. XXXV. De carcere & catenis Petri, 44. VII. De tempore martyrii Petri, & Pauli, 69. II. De porta Petro patefacta, 44. VI. De visione Petri, 41. VI. De tempore navigationis Pauli, 59. IV. Arbor fici arefacta, 34. IX. Arbor ex qua primi parentes post peccatum pendenda texerunt, 34. IX. Arbor inflexa Christum adoravit Hermopolim advenientem, 1. XLIII. Eadem morbos depellens, *ibid*. Propter magnitudinem lege Gentilicia culta, 1. XLIV. Arbor prunus, 31. XXVII. Arbor Persis in Aegypto miraculis clara, 1. XLIII. Isidi consecrata, *ibid*. Arbori suffigi aliquem non licebat apud Iudaeos, 34. CXXX. in arbore fici Judas suspensus, 34. LXXXVI. Arbutula balsami ex Iudaea Romam translata, 73. VI. Archelaus & Philippus filii Herodis aderant legationi Iudaeorum Romae, 8. XVI. Ejus tyrannidem timuit Ioseph, 16. IV. Regis nomine abstinet, 8. XII. Curat patris funus, 8. X. Romam ad navigat pro regni stabilitate ad Augustum, 8. XII. Confirmatur ab Augusto, *ibid*. Seditiosos caedit immisso equitatu, *ibid*. Eo absente multi sibi Regis nomen usurpant, 8. XIV. Ei regnum largitum, 8. X. Ejus cohortales milites occisi, 8. XII. Ejus regni anni novem, 8. XIII. Ejus tempore defectio Iudaeorum, 8. XIV. Ejus ditio Syriae contributa, 16. I. Ei dimidia pars ditioris Herodis concedit Augustus, 8. XV. Damnatus exilio, 16. I. Ei objecta crimina, 16. III. In convivio repertus Caesaris mandato Romam ducitur, *ibid*. Tetrarcha, non Rex instituitur, 8. XIV. Pontifices instituit & abrogat, 8. XVI. Archippus an Colossensis Episcopus, 60. XI. Archisynagogus rogat Jesum, 31. LXXIII. Archisynagogi controversia cum Domino de sabbato, 33. XLIII. Architrachelus apud Iudaeos, quis, 31. XXIX. Archivis Hierosolymarum ignis injectus, 68. XLV. Arcus triumphalis Titi, 73. II. Arelatenis Synodus de celibatu sacerdotum, 58. XXXVI. Areopagita subterfugior, proverbium, 52. III. Areopagitarum munera & mores, 52. II. & III. Eorum Judicium quo anno captum, & quamdiu duravit, 52. III. II. Iudices quales essent, & de quibus judicarent, *ibid*. Ter in mense iudicia exercebant, *ibid*. Eo cognomine optimi viri dicebantur, *ibid*. Iis difficiles causae committebantur a Romanis, *ibid*. Areopagus unde dictus, 52. II. In eo Paulus causam dicit, 52. IV. In eo iudices sacerdotes erant, 57. XXXV. Aretas Rex Petrae Arabiae, 31. XLIX. Ejus filia redit ad patrem Macheruntem, 31. XLV. Ejus filia ab Herode quando dimissa propter Herodiadem, 31. XLV. Ejus bellum cum Herode, 31. XLV. Arc.

Aretas Caesariensis corrigitur, 52. IV. Argentarii Ephesii in Paulum quid fecerint, 57. CLXXVI. Eorum lucrum ex imaginibus, *ibid*. Eorum clamores, 57. CLXXX. Argenteae imagines in templo Gentilium, 57. CLXXVI. Argentea suppellectilia Ecclesiae, 57. LXXXII. Argenteus quid, 34. XV. *Et seqq*. Argentei dati Iudae, 34. XV. Argento testum praesepe Domini, 1. V. Argumentum dicendi ab occasione sumit Paulus, 52. VI. Argumentum epistolae Pauli ad Romanos, 58. LIII. Arie Montani dictionarium Syro-chaldaicum, 34. XVIII. Arca, & Raphanea Palaestinae civitates, 33. XXXVII. Arriani corruerunt Evangelium, 35. IX. Eorum sententia peculiaris, 53. X. Bigamos ad sacerdotium non admittebant, 58. XXX. Ardam manum habens sanatur, & cuius artis homo esset, 32. IV. Aristarchus concaptivus Pauli, 60. XI. Aristeas de portis templi Hierosolymitani, 34. CCLIII. Aristion unus ex septuaginta discipulis, 33. XLI. Aristobulus junior, 48. XXVIII. filius Herodis, 1. L. Auream vitem Pompeio donat, 34. CLIII. Arrha loco dabatur annulus sponae in qualibet passione, 57. LII. Arthemias & Tychicus Pauli ministri, 58. I. Ascalone quot millia Iudaeorum interempta, 69. XLVIII. Ascalonitarum simulas cum Iudaeis, 47. XXIII. Duos mille quingentos Iudaeos trucidant, 68. XLVI. Ascensio Isaiae ab haereticis promulgata, 44. XLIX. Ascensionis Domini locus, 34. CCXVII. CCXXVII. Ascensionis Domini meminit Marcus tantum, & Lucas, 34. CCXXVIII. Ascensionis Domini nocte lucernae accendi solitae, 58. LXXXVII. Aser benedictio impartita, 12. IX. Asiani Iudaei a Paulo deficiunt, 59. XX. Asiae Ecclesiae an a Joanne fundatae, 97. II. Asperio sepulchrorum, 44. LXXXVIII. Aspis a vipera mutatus venenum, proverbium, 74. VII. Assertio antiquorum Patrum de confessione, 56. XV. Assertio Traditionum Apostolicarum, 53. XV. Asson Troadis, 58. LXXXIX. Asson urbs diversa ab ea, quae est Troadis, *ibid*. Assueri Regis convivium, 34. XXXVII. Assumptio beatae Virginis quo anno facta, 48. IV. *Et seq*. Eam caligine non obnubilari, 48. IX. De ea Epistolam ad Paulam & Eustochium. non esse Hieronymi sed Sophronii, 48. XIII. De ea sermones falso Augustino adscripti & Athanasio, 48. XIX. De ea scribendi occasio quae, *ibid*. Eam Ecclesia profitetur cum Patribus & Scholasticis, 48. XXIV. Ejus tempus ex revelationibus diversis, 48. IV. Ejus solemnitas quo anno cepit celebrari, 48. XXIV. Transitus nominata, 48. XVI. Astra Caeli animata esse Pharisaei putabant 60. XVI. Astrologia judiciaria damnata, 1. XXIX. Ejus execratio, 56. XLI. Athanasius traditionum assertor, 53. XXII. Ei sermo de assumptione falso ascribitur, 48. XIX. Athenagoras philosophus Christianus, 45. XXIV. Athenas Paulus advenit, 52. L. Illic Paulus quid egerit, 52. XI. Illic in foro stabant duodecim arae deorum, 52. VI. Illic ignotis diis aras erectas fuisse, *ibid*. Illic Paulus non diu permansit, 52. XV. Illic improbatæ lectionis libri igni traditi, 56. XL. Athenarum Episcopus Dionysius, 98. XXIII. Athenienses quid contra negantes deos eorum, *Ann. Eccl. Tom. I.*

52. V. Eorum Sacerdotes itidem iudices, 57. XXXV. Tenacissimi deorum cultores, 52. V. Cur aram inscripserint Ignoto Deo, 52. VIII. Aliquando polygamiam admisisse, & cur, 58. XVI. Primi factum in sacris usus inventores, 58. LXXXVII. Eorum templa non est ingressus Paulus 52. VI. Eorum summus sacerdos, 33. XVIII. Athenienses Episcopi qui, 98. XXIII. Atinae Marcus Episcopus, 44. XXVIII. Atroges pastor affectat regnum Iudaeorum, 8. XIV. Auctoritates de Eucharistia frequenter sumenda, 57. CLVI. Augurum auctoritas in Romana Republica, 57. XXXV. Augustini & Hieronymi altercatio de Petri simulatione, &c. in qua Augustinus Hieronymi sensum non videtur assecutus, 51. XXXVII. Augustini versus de primatu Petri in Ecclesia decantari soliti, 33. XXV. Ei falso adscripti sermones de Assumptione, 48. XVII. Canticus Ecclesiasticis delinitus, 60. XXXII. Traditionum defensor, 53. XXX. Augusti Caesaris facta ante obitum, 16. VII. Eius obitus, 16. VI. Eius mutata sententia de Iudaeorum cultu, 1. XV. Eius tributum pro restituendo Palatio, 34. X. Domini nomen oblatum recusavit, 1. XVI. Quo tempore, 1. IX. Nullam sibi Statuam posuit, sed publicae Concordiae & Paci, 1. IX. Ne Dominus diceretur edicto vetuit, 1. IX. Caium nepotem laudavit, quod apud Hierosolymam non supplicasset, 1. XV. Judaeis favet, 1. XVI. 42. XXI. *Et seqq*. Rationem habuit Hebraeorum, 1. XV. Equitum Romanorum numerum recensuit, 11. I. Exagitavit celibatum, conjugium laudavit, 11. I. Iudaeorum religionem in pretio habuit, 1. XVI. Vetat Aegyptiaca sacra 1. XVI. Iussit offerri quotidie victimas in templo Hierosolymorum ex suis redditibus, 42. XXII. Quae dixerit audito Herodis infanticidio, 1. L. Tiberium adoptat, 6. Celibatum panis notari voluit, 11. I. Celibatum simulare colentes damnat, *ibid*. Virginitas perpetuis praemia largitur, *ibid*. Audit legatos Iudaeorum in Apollinis templo, 8. XIV. Quid in Archelaum, 16. I. Quo Christi anno e vita excessit, 16. VI. Legem posuit de pallio, & lingua Graeca, 16. VII. Togae usum reducere studuit, 57. XCVIII. Tintinnabula in editiori loco aedis Jovis Capitolini posuit, 58. CIV. De Variana clade consternatus, 58. CXXXI. Refudit Herodi iudicium filii Antipatri, 8. IX. Tradit eius regnum Archelae, 8. XII. Aurea mensa in templum missa a Ptolemaeo Philadelpho, 34. CLIII. Aurea vitis Pompeio donata, 34. CLIII. Auream sibilam in veste gestabant Regis affines, 34. LXXXI. Aurum & argentum ferre secum Apostoli non erant prohibiti, 34. CCLVIII. Ausonii figura de Cruce, 43. XCIV. Azyma & Pascha post aequinoctium agebantur Christi tempore, 34. XXVI. in Azymis mysteria quid, 34. XLVI. Azyma manducare quando inciperent Iudaei, 34. CLV. Azymas placentas qua figura Iudaei conficiant, 58. LXIII. LXV. Azymos dies septem, a qua die numerare necesse est, 34. XXV. Azymo pane confici solita Eucharistia, 34. XLVI. Azymorum die primo occidebatur Pascha, 34. XXI. Azyma dies septem comedebant Iudaei, 34. XXVI. Azymorum usus, 34. XLIII.

B Babylon apud Aegyptios locus ignobilis, 45. XVII. **B** e e e e **B** a.

Babylonis nomine Romam significari non Romanam Ecclesiam, 45. XVIII.
 Babylonis in Ægypto nullus Episcopus nisi post quingentos a Christo nato annos, 45. XVII.
 Bacchi sacra celebrare Judæi coacti, 34. CLII.
 Bacchum Judæos colere falso existimavit Plutarchus, & erroris occasio, 34. CLII. Idem Tacitus etiam calumniatus est, 34. CLII. & seq.
 Bal myrrha ab Ægyptiis nominata, 34. C.
 Balaam Mesopotamensis Haram incolens, 1. XXV.
 Prophetias Moysis habuit, 1. XXII. Ejus prophetiæ notæ gentilibus, *ibid.* Ejus discipuli magi, *ibid.* Idem ubi de stella vaticinatur, 1. XXV. Ejus genus, *ibid.*
 Balac Rex Moabitarum, 1. XXV.
 Balbina Virgo, 69. XXX.
 Balnea Callirhoes, 8. VII.
 Balsamum pro oleo in Ecclesia incensum, 58. LXXV.
 Balsami hortus irriguus, 1. XLVII.
 Balsami arbuscula Romam a Tito translata, 73. VI.
 Banus solitarius Pharisæus, 57. LXX.
 Baptismi ritus, 53. XII.
 Baptismus Christi, 31. XVI. De ejus anno error, 30. Ejus dies, 31. XVIII. Ejus locus, 31. XIX. Is & miraculum de aqua in vinum mutata eodem anno contigerunt, 31. XXXVI.
 Baptisium in nomine tantum Christi collatum, 34. CCXLIII.
 Baptisium non esse ad trigessimum annum progandum, 34. LXI.
 Baptisium parvulus dari, ex antiqua traditione, 53. XX.
 Baptizari pro mortuis quomodo solent Marcionitæ, 57. CLXVIII. Quomodo intelligendum, *ibid.*
 Baptizat Christus manibus suis Petrum tantummodo, 31. XL.
 Baptizat Joannes in Ænnen juxta Salim, 31. XLI.
 Baptizati a Christo qui fuerint, *ibid.*
 Baptizatos manus impositionem ab Episcopis, sicut olim ab Apostolis, accipere consuevissent, 31. XIII.
 Barabbas a Judæis Christo præponitur, 34. LXXXIII. Dimittitur, *ibid.*
 Barachias pater Zachariæ, 1. LIII.
 Barathrum famosissimus carcer Athenis, 58. XLIII.
 Barba signum mellioris naturæ, 57. XCIV. Ejus cultus, *ibid.* Superioris pili tendendi sunt, *ibid.* Ejus & capillorum tonsura qualis in lege prohibita, 58. CXXXVII. Ejus incisio quæ improbetur, 58. CXXXVIII. Ejus nimis affectata attonsis damnata, *ibid.* Ejus ratio quid significet, 58. CXXXIX. Eam tondere Christianos olim minus consuevissent, 57. XCIV. Eam radere scriptura sacra non prohibet, *ibid.* Eam radendi usus quousque apud Romanos perseveravit, 58. CXLII.
 Bareas Soranus proconsul in Asia a Nerone necatur, 68. XXVII. Ejus filia Servilia a Nerone damnatur, & an Christiana, *ibid.* & seq.
 Bar Jeu pseudopropheta magus, 36. X.
 Barnabas Cyprius latifundium Christi causa vendit, 34. CCLXII. De eo jactata falsa reselluntur, 51. LIII. De eo recognitiones Clementis multa mentiuntur, 51. LII. Tarsum profectus, 43. X. A Gamaliel simul cum Saulo & Stephano litteris imbutus, 34. CCLXI. Una cum Marco Cyprium profectus, 51. LIV. Cognominatus Judas, 34. CXXXVII. Alius a Baraba, *ibid.* Excusatur quod a Paulo divisus sit, 51. L. Perducit Paulum Antiochiam, 43. X. A Paulo divisus, 51. L. An aliquando Romam venerit & quo tempore, 51. LIV. Mediolanensem Ecclesiam instituit, & in Liguria prædicavit Evangelium, *ibid.* Unus ex septuaginta Discipulis, 33. XLI. Is & Paulus manibus operantur, 52. XV. Præsto fuit Paulo, 39. VII. Eum primum Romæ Evangelium prædicasse falsum esse convincitur, 51. LII. Ejus & Pauli navigatio, 33. X. Ejus epistola, 51. LV. Ejus corpus refoffum, 41. XVIII. Ejus Acta Marci nomine scripta falsa

monstrantur, 51. LI. Ejus Epistola desideratur, 51. LV. Ei falso a quibusdam tribuitur Epistola Pauli ad Hebræos, 51. LV.
 Barabbas idem fortasse quod Carrabas, 40. III.
 Barabas Justus locum Judæi fortitur cum Martha, 34. CXXXVII. 58. CXV. Venenum ebibit sine læsione, 58. CXV.
 Bartholomæus profecturus ad Indos Matthæi Evangelium secum detulit, 41. XVI. In majorem Armeniam profectus, 44. XXXIV.
 Basilica quid, 57. CXXXIX.
 Basilica Ascensionis, 34. CCXXXVIII.
 Basilica erecta in honorem fasciarum Jesu, 1. VIII.
 Basilica Vaticana fontem habebat in Atrio, 57. CVIII.
 Basilides negavit mortuorum resurrectionem, 57. CLXVI. Is & Saturninus Simonis Magi Discipuli, 74. XIII.
 Basilissa & Anastasia Apostolorum discipulæ martyrio coronatæ, 69. XLIV.
 Basilus Seleuciæ Episcopus scriptor vitæ sanctæ Theclæ, 47. XIV. Traditionum prædicator, 53. XXIV.
 Bassoræ & Parthi a Joanne Evangelista fide imbuti, 44. XXX.
 Batanea Regio, 8. X. Eam cum Trachonitide, & Philippus consequitur, *ibid.*
 Battologia potius, quam polylogia in oratione damnata, 32. XVI.
 Beatius est dare quam accipere, dictum Domini, 58. CI.
 Bedæ error de viris & mulieribus ad festa venientibus, 12. IV.
 Bellum Judaicum quo anno captum, 68. XXXVI. Ejus veritas a Josepho scripta, 73. X.
 Bellum Aretæ cum Herode, 31. XLV.
 Benedicere Deo in secundis mensis Judæorum & Gentilium mos, 34. CCXV.
 Benedictio quomodo traderetur apud Hebræos, *ibid.*
 Benedictio cum signo crucis ex Traditionibus Apostolicis, *ibid.*
 Benedictio sponsi & sponsæ, 57. XLVIII.
 Benedicti Pererii opinio de abominatione desolationis, 68. LI.
 Berenice Agrippæ senioris filia, 43. II. Ea & Agrippa Paulum audiunt, 58. CLXIV. Florum pro Judæis frustra deprecatur, 68. XLI. Jerosolymis votum solvebat, *ibid.* Tito in deliciis fuit, 73. VIII. Urbe invita recedit, *ibid.* De ea carmen Juvenalis, 58. CLXIV. Ejus adamas pretiosissimus, *ibid.*
 Berenice quæ & Veronica dicta, 34. CXXXVIII.
 Beroeæ quid Paulus egit, 51. LXXVI.
 Beryllus Neronis pædagogus contra Judæos, 58. CLXV.
 Berythus oppidum, 44. X. Illic coram Syriæ præsidibus convocatum Judæorum concilium, 1. L. Berfa & Codorlahomor, 1. XXVI.
 Betania ubi sita, 32. XXVII. Quantum distet ab Jerosolymis, *ibid.* Illic super Lazari tumbarum Ecclesia erecta, 34. II. Ejus castellum, cur dicatur Martha & Mariæ, *ibid.* Illic confluebat multitudo, non ut Jesum tantum sed ut Lazarum etiam videret, 34. IV.
 Bethlehem situs, 1. I. Illic Joseph & Mariam reversos occasione cujusdam festi falsum, 1. XXXI. Illic Magos non venisse falsum, *ibid.* Ejus cultus, 1. V. Ea illustrata natali Domini, 1. II.
 Bethlehemiticis in suburbis spelunca, ubi natus Christus, 1. II.
 Bethsaida Vicus in ripa Genezareth, Julia nuncupatus, 16. XI. Eadem patria Petri Andrea & Philippi Apostolorum, *ibid.* Oppidum, 31. LXV. Illic cæcus curatur, 33. XV.
 Bethsur Vicus in tribu Juda, 35. XXVIII.
 Bigamia in sacerdotio pudicitia vetita, 44. LXXXVIII.
 Bigamos ordinari prohibet Apostolus, 58. XXVI. Cur non ordinandi, 58. XXVII. Exclusi ab ordinibus etiam a Gentilibus, *ibid.* Eos in Ec-

Ecclesia præsidere probro ductum est, *ibid.* Eos nec apud Arianos ordinari potuisse, 58. XXX.
 Bimuli & Trimuli a Dæmonibus vexati, 32. XXIV.
 Bimuli cur ab Herode occiduntur, 1. XLVIII.
 Blandina martyris in Gentiles quid, 51. XIX.
 Blasphemia audita scindebant vestimenta sua Judæi, 34. LXXIII.
 Blasphemantes lapidabantur, 34. LXXVIII.
 Blastus super cubiculum regis Agrippæ, 44. IX.
 Boanerges qui dicti, 56. XI.
 Bolis quod instrumentum, 58. CLXX.
 Bona Ecclesiæ restituta per edictum Constantini, 57. LXXXIII.
 Bonorum temporalium usus communis apud Christianos, 43. XIV.
 Boniportus locus, 58. CLXVIII.
 Boni viri titulo candidati salutabantur, 58. XXXIII.
 Bos & Asinus ad Præsepe Domini, 1. III.
 Bos antiqua voce Italiae Luca appellari consuevit, 58. XXXIV.
 Bos cum ad hostiam duceretur, agnam in medio templi peperit, 68. XXXIV.
 Brachmani Sacerdotes quibus ornamentis uti consueverunt, 34. CCXCII. Ab ethnicis celebrati, 64. VIII.
 Brandeum, quid, 55. XII.
 Britannia a Petro instructi, 58. LI. Per Suetonium Paulinum profugati, 63. XVIII.
 Britannicus Claudii filius a Nerone veneno sublati, 57. CCXIII.
 Brutii a calumnia liberantur, 34. LXXXV. Eos ad inferendas pœnas a Romanis destinatos, & cur, *ibid.*
 Brutius scriptor martyrum Christianorum, sive Eruus, 98. II.
 Burrhus præfectus, 56. XLIII.
 Byblis oppidum Palæstinæ, 44. X.
 Byzantinæ Ecclesiæ providit Petrus, 44. XII.

C

Adavera aspiciere sacerdotibus & Pontifici interdicitur, 44. LXXXVIII.
 Cadaverum condendorum mos apud Ægyptios, 34. CLXIX.
 Cæcilianus cultus martyris non recepti improbat, 55. XIX.
 Cæci duo, & demoniacus mutus curati a Domino, 31. LXXXVIII.
 Cæcos in templum admitti solitos, & si erant ex genere sacerdotali, etiam inter sacerdotes residere, 34. CCLIV.
 Cæcum illuminat Paulus Athenis, 52. XI.
 Cæcus in templo Domini Sacerdotio fungi non poterat, 1. XL.
 Cæcus illuminatus a Jesu, 34. III.
 Cæcus a nativitate visum recipit, 33. XXXV.
 Cæcus illuminatus a Christo excommunicatione multatus, 57. XII.
 Cædes nefaria Herodis in suos, 7.
 Cælibatum simulatum exagitavit Augustus, conjugium laudavit, 11. I.
 Cælibatus Pauli, 57. LX. 57. LXV. Non potest in dubium revocari, 57. LX. Multis probatur, 57. LXVI. & seq.
 Cælibatus sacrorum ministrorum, 58. XX.
 Cælibatus arctus Ecclesiæ Orientalis, 58. XX.
 Cælicolæ Judæi dicti, cur, 60. XVI.
 Cælus mons totus conflavit, 29.
 Cæmentarius sanatur aridam habens manum, 32. IV.
 Cæsar quæ sunt Cæsaris reddenda, quomodo, 34. X. *App. Eccl. Tom. 10.*

Cæsaris nomine non nisi Imperatores vocabantur, 33. XL.
 Cæsarium progenies in Nerone extincta, 70. VI.
 Cæsar quidam falso inter discipulos Christi nominatus, 33. XL.
 C. Cæsari consulatum petenti Augustus negat, 31. Eidem in Syriam proficicenti rectorem Quirinum donat, *ibid.*
 Cæsar templi Dianæ expilationem prohibet, 57. CLXXVIII. Nimius fuit in attendenda barba, 58. CXL. In signum mæstitiæ capillos & barbam submisit, 58. CXXXI.
 Cæsaream Philippus dici voluit urbem Paneada, 16. XI. Neronia dicta, 33. XVI.
 Cæsarea metropolis Palæstinæ, & non Jerosolyma, cur, 39. XI.
 Cæsarea duplex, 54. I.
 Cæsarea in honorem Cæsaris ab Herode dedicata, 16. XI. Illic Agrippa se confert, 44. X. Eam Petrus petit, 41. IX. Colonia Romanorum facta, 73. VIII. Illic Petri res gestæ prætermittuntur, & cur, 41. X.
 Cæsarienses & Sebaesteni quid contra Agrippam defunctum, 46. VII.
 Cæsarienses Gentiles quid contra Judæos, 68. XLVI. Judæos apud se habitantes occidunt, 68. XXXVII.
 Cæsarius frater sancti Gregorii Nysseni cum myrrha sepultus, 34. CCCV.
 Cæsarius Arelatenfis Episcopus, 34. CCCXVIII.
 Cætonia uxor Cæii, 43. I.
 Cæstius, *Vide Cestius.*
 Cæturæ filii donati ab Abraham, 1. XXVI.
 Cæus sophista, virtutis & improbitatis describit imagines, 57. LXXXVIII. Ejus laus, *ibid.*
 Cæiani hæretici nomine Judæi proditores pseudo-evangelium compositure, 44. XLIX.
 Cæjæ promontorium scissum terræmotu temporis passionis Domini, 34. CXXIV.
 Cæiphas summus Pontifex in sacerdotio quot annos fuerit, 31. VIII. Ejus assensus ad sententiam requirebatur, 31. X. Summus Pontifex anni illius, quomodo intelligitur, 34. III. Is & Anna quomodo simul dicantur Principes sacerdotum, & eorum functio distincta, 31. IX. Mortis Jesu cupidus captiose eum interrogat, 34. LXXII. Scidit vestimenta sua præter morem Sacerdotum, 34. LXXXIII. Vitæ peractus mortem sibi conscivit, 37. III.
 Cæii Caligulæ Imp. consulatus, 41. I. Ejus effigies in synagogis Judæorum Alexandriae stantur, 42. V. Malum Reip. optabat, 82. II. Ejus verba in Petronium, 42. XI. Ejus mores pessimi & inconstans ingenium, 42. XXVI. Ejus & Tiberii mentionem Consules non faciebant, 43. I. Ejus simulacra subblata, & numismata confata, 45. XLIX. Ejus imagines abolitæ, *ibid.* Ejus in Petronium odium, 42. XI. Ejus consiliarius quis, 41. XXIII. Ejus statua in templum Judæorum inferendæ nuntium, 42. IV. Ejus novum consilium de simulacro in templum inferendo, 42. XXVII. De esu porcinae carnis compellat Judæos, 42. XXVIII. a Tiberio hæres Imperii relinquuntur, 39. I. Privatus ab Agrippa Aristobuli filio colitur, 18. III. Ægyptum cogitat, 42. XXVI. Agrippam solvit, & Regem facit, 39. III. Judæorum ærumnas irridet, 40. XIII. Ademptam Herodi tetrarchiam ad Agrippæ regnum adjicit, 40. XVI. Eo dementia venit, ut deus ab omnibus haberi & coli voluerit, & Jovi præferri, 41. XXI. Colossum aurcum in templo erigi mandat, & qua occasione, 41. XXIII. Templum sibi dedicari vult, & quo titulo, 42. XXVII. Quibus consultoribus utebatur, *Eccles. 2* 41.

41. XXIII. Agrippæ donat ne fiat in templo dedicatio statuarum, *ibid.* Occipitia adolescentulorum radit, 58. CXXVI. Quo tempore Jerosolymam advenerit, de quo ab Augusto laudatur, 1. XV. Quo anno suæ ætatis obiit & a quibus occisus, 43. I.
 Caius & Aristarchus socii Pauli, 57. CLXXX.
 Calamitas Judæorum Alexandrinorum, 40. IV.
 In statua Caji locanda in templo, 42. V.
 Calamitas Judæorum, 50. II.
 Calamitates domesticæ Herodis, 7.
 Calcei Domini, 57. XCVII.
 Calceorum usus apud Christianos, *ibid.* Eos mul-
 ti Christiani non habebant, *ibid.*
 Calendæ Januarii expiatae, 1. XVIII.
 Caligula Imperator qualis fuit, 39. I. Deus ab
 omnibus coli voluit, 40. XII. Ejus Consulatus, 41. I. *Vide* Caius.
 Caligula S. Honorati mortuum revocat, 55.
 XI.
 Calix, in quo Dominus consecravit, qualis &
 ubi, 34. LXIII.
 Callirhoes balnea, 8. VII.
 Callistus Episcopus Constantinopolitanus, 44.
 XII.
 Calpurnius Asprenas fervum, Neronem se esse
 fingentem, occidit, 70. V.
 Calvariae locus Golgotha cur sic dictus: ibi sepul-
 crum Adæ, 34. CVIII.
 Calumnia Apionis in Judæos, 42. XXXIII.
 Calumnia hæreticorum in Virginem Mariam,
 48. XI.
 Calumnia in Apostolos, 51. XXXII.
 Calumnia in Cælibatum Pauli unde, 57. LXIII.
 Cambyfes Rex Persarum alabastrum unguenti do-
 no mittit ad Regem Æthiopum, 32. XXIX.
 Camelus per foramen acus, adagium apud
 Hebræos, & quomodo intelligendum, 33.
 XLV.
 Camillus Scribonianus Præfectus Dalmatiæ, 44.
 LX. Adversus Claudium, *ibid.*
 Camilli filius Simon sacerdos factus, 18. I.
 Campanarum usus in Ecclesia, 58. CIV. Unde
 dictæ, *ibid.*
 Cana oppidum in Galilæa, 31. XXXI. In ejus
 nuptiis quis sponsus, 31. XXX. Ejus nuptia-
 rum locus ecclesia a sancta Helena illustratus,
 31. XXXVI.
 Cananæa mulier cur sic dicta, 33. XV.
 Cananæa filia sanatur, *ibid.*
 Candaces appellatas esse Reginas Æthiopum, 35.
 XXVII.
 Candelabrum Judæorum in arcu triumphali Titi,
 73. II.
 Candidati Boni viri titulo salutabantur, 58.
 XXXIII.
 Candidatus mittitur Jesus ab Herode ad Pilatum
 & cur, 34. LXXXII.
 Candor vestium, quid, 34. LXXX.
 Canendi laudes usus, 51. LXX.
 Canendi mores insecros infestat Chrysothomus,
 51. LXXI.
 Canon Apostolorum de non abicienda uxore,
 quomodo intelligendus, 58. XXIII.
 Canon Nicænæ Synodi mulierum cum clericis
 habitationem prohibens, 58. XXI.
 Canon Nicæni Concilii adversus bigamos, 58.
 XXX.
 Canon sextæ Synodi spurius, 34. CCLXXXI.
 Canon Concilii Toletani de tonsura dilatanda,
 & cur, 58. CXXXIX.
 Canon Synodi Laodicænæ de Angelorum adora-
 tione declaratur, 60. XXII.
 Canon de imaginibus non receptus, 57. CXXII.
 Canon Synodi Antiochenæ pro imaginibus, 57.
 CXII.

Canon Eliberini Concilii contra imagines irritus,
 57. CXXI.
 Canonum Græcorum & Latinorum collectorum
 nomina, 57. CXXIII.
 Cantabris rebellantibus portæ Jani aperta, 1.
 IX.
 Cantandi ritus diversarum Ecclesiarum, 60.
 XXXIII.
 Cantare in Ecclesia populus cur vetitus, 60.
 XXVIII.
 Cantare in cordibus apud Paulum quid, 60.
 XXIV.
 Cantharus in atrio Ecclesiæ Vaticanæ, 57.
 CVIII.
 Cantica dramatis quæ, 60. XXIV.
 Cantorum modestiam corruptentes objugati,
 60. XXXI.
 Cantiones Christianorum privatæ quales, 60.
 XXXVIII.
 In Canticis gestus olim fieri soliti exfoleverunt,
 60. XXV.
 Cantor seu Psalmista, officium potius, quam or-
 do, 44. LXXX. Sola jussione presbyteri mu-
 nus obire poterat, *ibid.*
 Cantus Ecclesiasticus unde ortus, 60. XXIV.
 Cantus post cœnam, 57. CXXXVIII.
 Cantus Effenorum, 60. XXV.
 Cantus sententia Patrum probatus, 60. XXVI.
 Cantus psalmorum in universa Ecclesia, 60.
 XXVII.
 Cantus religiosus quam proficius, 60. XXXII.
 XXXIX.
 Cantus Christianorum qualis, 60. XXIX.
 Cantus Ecclesiastici traditio, 60. XXIV. Die
 & nocte in ecclesia, 60. XXV.
 Cantus feminarum cum viris interditi, 60.
 XXV.
 Cantus Ecclesiastici corruptores, 60. XXXIV.
 de Cantu Ciceronis sententia, 60. XXX.
 Cantus molles reprehenduntur, 60. XXIX.
 Capharnaum fons apud Genesareth, 31. LXIV.
 Caphargamala villa Gamalielis interpretatur, 34.
 CCCIII.
 Capharnaum una ex decem civitatibus Galilææ,
 31. LV. Christi civitas appellata, & cur, 31.
 LVI. Unde dicitur, 31. LXV. Ei & Coro.
 sain quando evenerint mala prædicta a Domi-
 no, 69. XLVIII.
 Capillorum ornatus. *Vide* Ornatus.
 Capillorum defecatio in virginibus Deo dicen-
 dis quid signet, 57. XCIII. Eorum amputan-
 dorum diversi ritus, *ibid.*
 Capitis abrasio omnis in contumeliam, 58.
 CXXXVI.
 Capito Flori centurio, 68. XXXVIII. Ejus o-
 pera Caius in Judæos impellit, 41. XXII.
 Ejus litteræ ad Caium contra Judæos, *ibid.*
 Capitolium concrematum restituitur a Vespasiano,
 72. XII.
 Cappadociam Petrus petit, 44. XI.
 Captivorum & occisorum numerus in excidio Je-
 rosolymitano, 72. XIX.
 Caput unum visibile in Ecclesia statuendum, 33.
 XVIII.
 Carcer Apostolorum Romæ, 68. XXV.
 Carcer Cyzicenus in quo Paulus fuisse creditur,
 58. XLIII.
 Carcer Tullianus, *ibid.*
 Carcer Petri Jerosolymis, 44. III.
 Carcer Joannis Baptistæ, 31. XLV.
 Carcerem Petri non fuisse extra civitatem,
 44. V.
 Carceres famosissimi, 58. XLIII.
 Carceris Petri custodes ab Herode suffocati, 44.
 IX.
 Carceris Petri & Pauli tempus sub Nerone, 68.
 XXIII.

Ca-

Cariatharbe idem quod civitas Arbæ, 54.
 CXI.
 Carioth oppidum in tribu Juda, 31. IX.
 Carmen Prudentii de Petri crucifixione, 69.
 XIX. de stella Magorum, 1. XXXV. de
 Cassiano & Hippolyto martyribus, 57. CXXII.
 de exilio Judæorum, 72. XXIX. de carnifici-
 nis Christianorum, 98. III.
 Carmen Paulini de amictu Joannis Baptistæ, 31.
 XII. de usu pastophoriorum in Ecclesia, 57.
 CVI. de cantharo in atrio ecclesiæ Vaticanæ
 57. CVIII. de Cruce & imaginibus basilica-
 rum, 57. CXIX. de Epiphania, 31. XXXIV.
 de cereis in ecclesia accensis, 58. XCVIII.
 Carmen Persii de lotione Romanorum ante in-
 gressum in templum, 57. CXI.
 Carmen apud Lactantium, de imagine Christi
 cruci affixi, 57. CXVIII.
 Carmen Horatii de tabella voto suspensa, 57.
 CLXXVII.
 Carmen Plauti de tessera hospitalitatis, 75.
 XVI.
 Carmen Gregorii Nazianzeni de Thecla, 47.
 IX.
 Carmina Sibyllina de tempore futuri Judicii, 51.
 LXV. III. Prædicebant affore Regem, a quo
 tantum speranda salus esset, 1. X.
 Carnificina Christianorum locus dictus ad Aquas
 Salvas, 69. XI.
 Carnificina Christianorum in Urbe diversis in-
 locis, 98. III.
 Caro nostra corpore Christi nutritur, 34. LII.
 Carpocratiani, 43. XIV.
 Carpus Pauli an idem cum Carpo Dionysii, 59.
 XVI.
 Carpi Cretensis visio, 59. XVI. & *seq.*
 Carrabas infans ludibrio in Regem transfor-
 matus ab Alexandrinis, 40. III.
 Carpi Canes alebant hominum cadaveribus, 44.
 XXIV.
 Cassius Chereas, & Cornelius Sabinus in Caium
 conjurant, 43. I.
 Cassianus hospes Ignatii, 93. VIII.
 Castorum insigne quale, 59. II. Cur dicti Pollus
 & Castor, *ibid.* Propitii navigantibus crede-
 bantur, *ibid.*
 Castula quid, 58. LXIX.
 Catalogus testantium Petrum Romam venisse,
 44. XXV.
 Cataphrygæ Hæretici, 34. CCCXX.
 Catathema quid, 57. CLXXXIII.
 Catena ferrea Agrippæ a Caio donata & su-
 spensa quid significaret, 43. VII.
 Catenarum Petri laudes, 44. VII. VIII.
 Cathedra una monstratur, 34. CXCIX.
 Cathedra Antiochenæ festa dies, 39. XI.
 Cathedra Romanæ anniversarius dies, 45. I.
 Cathedra Petri lignea Romæ venerationi habita,
 45. XI.
 Cathedra linteata, *ibid.*
 Cathedra primæ in Synagogis, 12. II.
 Cathedra Jacobi, 34. CCLXXXVII.
 Catholici nominantur Christiani ad distinctionem
 hæreticorum, 43. XVII.
 Catholicus ab Hæretico quo signo dignoscendus,
 45. VI. IX.
 Catholicum quid significet, 43. XVII.
 Catholicus & Romanus idem, 45. X.
 Cato Minor pallio usus, 16. VII.
 Catulus ter mille ex Judæis in Cyrene trucidat,
 73. IX.
 Cauda insula ubi posita, 58. CLXX.
 Cautes Cephæ nomine significatur, 31. XXVI.
 P. Celer apud Neronem accusatus, 57. CLXXXIV.
 Is & P. Ælius Silano necem intulerunt,
ibid.
 Cella frumentariæ Jerosolymis incendio absum-
 ptæ, 71. X.

Celsus Epicureus hæreticus, 34. CXVI.
 Cenchrææ portus & navale Corinthiorum, 53.
 XXXV.
 Cenfor morum Architrachus, 31. XXIX.
 Cenforinus scriptor egregius, 88. II.
 Censu Cæsaris descriptus Jesus Christus acce-
 pto nomine, 1. XXVIII.
 Censu occasione exorta secta Galilæorum, 1.
 LVII.
 Censuræ Ecclesiasticæ degradationis, & suspen-
 sionis, 57. XXII.
 Centumvirum collegium apud Romanos, 33.
 XXXIX.
 Centurio Vitellius Proculus, 43. IX.
 Centurio Longinus nomine martyr, 34. CXXVII.
 Centurio ab Angelo traditur Petro imbuendus,
 34. CXXIV.
 Centurio a Domino commendatus, cujus legionis,
 32. XV.
 Cephas primarius lapis, 31. XXIV. Ita Petrus
 vocatus a Domino, 31. XXII. Vox Syriaca,
 31. XXIV. Syriace petram durissimam signi-
 ficat, 31. XXVI. Nomen Græcum & Syria-
 cum, 31. XXVII.
 Cephas dixit interpres, Petrus, & non Petra,
 cur, 31. XXIV.
 Cephas quidam alius a Petra ponitur a Cle-
 mente Alexandrino, 51. XXXV. Sed a Hiero-
 nymo non probatur, *ibid.*
 Cephas unus ex septuaginta, 33. XLI.
 Cephæ Græca interpretatio, 31. XXVII.
 Cephæ plures introducti, 51. XXXV.
 Cera sacra mirabiliter ignem extinguens, 58.
 LXXXVI.
 Cerei Paschalis mysterium, *ibid.*
 Cerei accensi in honorem martyrum, 58. LXX.
 Eorum in Ecclesia accensorum significatio, 58.
 LXXXIII.
 Cereos in populum distribuere mos fuit, 44.
 LXXXVIII.
 Ceroferariorum ordo, 58. LXX.
 Cerofrata, 58. LXXXV.
 Cerinthus primus post Simonem hæresiarcha,
 41. XI. Pseudoapostolus dictus contra Petrum
 & Paulum invehitur, *ibid.* Quæ molitur, 51.
 IV. Is & Merinthus, 58. XXI. Christi resur-
 rectionem negat, 57. CLXXVI. Ejus hæresis
 confutata a Paulo, 60. XIX. Is & Ebion in-
 ter se consentientes, 74. IX. Revelationes sub
 nomine Apostolorum edidit, 97. XIII. Is &
 Carpocras hæretici Matthæi Evangelium descri-
 pserunt, 41. XIX.
 Certamen quinquennale a quo institutum, &
 quando, 88. I.
 Cestius Florus Præfes in Judæam missus, 66. XV.
 In Judæos quæ, 67. III. Jerosolymam obfi-
 det, 68. XLVII. Joppen devastat, *ibid.* Je-
 rosolymam capere neglexit miro Dei consilio,
 68. XLVII. Nobiles Judæos transfugas mittit
 ad Neronem, *ibid.*
 in Chalcedonensi Concilio orationem Latine
 prius, postea Græce habuit Marcianus Imp. 16.
 IX.
 Chalcedius Platonius de Magis meminit, & de
 ortu stellæ, 1. XXIII.
 Chelira vicus, 31. LXV.
 Chlamydem coccineam fuisse vestem militarem,
 34. LXXXIX.
 Chreston Latine bonum & commodum significat,
 43. XIII.
 Chrestum Gentiles Christum appellabant, & Chri-
 stianos Chrestianos, *ibid.*
 Chriftatis sacramentum, 35. XIV. & *seq.* Nun-
 cupari consuevit Sacramentum Confirmationis,
 35. XIV.
 Chriftatis ampullæ miraculum, 35. XV. Ejus
 Chrifti natalis, 1. I. Ejus præsepe, 1. II. Ejus
 na-

nascentis prodigia, 1. IX. Ejus circumcisio, 1. XVIII. Ejus typus Melchisedech, 34. L. E-
jus interitum Herodem & alios procurasse, 8.
VIII. Ejus fuga in Ægyptum, 1. XLIII.
Ejus prædicationis tempus, 31. XXXVI. Ejus
prædicationis anni unde auspicandi, & quo-
modo distinguendi, 31. XLIII. Ejus opera
diversa, 33. XLII. Ejus parabolarum, 31. XXX.
Ejus mora in Judæa, 31. XLIII. Ejus primum
miraculum, 31. XXXII. Ejus baptismus, 31.
XVII. Ejus prædicationis quando cœpit, 31. I.
Ejus reditus ex Ægypto, 8. XIII. De ejus vitæ
& passionis tempore diversæ opiniones, 34.
CXXXVI. & seq. Ejus prædicationis annus
primus a Joanne digestus, 31. XXXVI. Ejus pas-
sionis annus, 34. CXXXVI. Ejus corpus offertur
pro sacrificiis omnibus veteris Testamenti, 34.
LVII. Ejus crucem negantes, 60. IV. Ejus
excellentiæ super Angelos cur inculcata, 60.
XVIII. Ejus imago a Syrophœnissæ erecta, 31.
LXXXV. 57. CXIII. Ejus adulteras esse præva-
ricantes virgines, 57. XCL. Ejus natalis ex
libris Sibyllinis notus, 1. XV. Ejus venturi
typum gerebat Salomon, 1. XXVIII. Ejus
miracula, cum ad festum Scenopægiæ profes-
sus esset, 33. XXXV. Ejus tempore nondum
erectum templum pacis, 1. XII. Ei divinus
honor exhibitus quando, 34. V. Ei nabere
Deo dicatas virgines recipit Ecclesia, 57. LV.
XCI. Eo Ægyptum adeunte quæ contige-
rint, 1. XLIII. Ei nemo contradixit anno
primo suæ prædicationis, 31. LXXXVIII. Ei
parantur insidiæ ex tributi pensione, 34. X.
In cuius domo ei cœna paratur, 34. XXII.
Eum saltem tangere omnes optabant, 32. IV.
Eum adorat arbor inflexa, 1. XLIII. Eum
passum esse anno quadragesimo sexto suæ æta-
tis quidam leviter opinati sunt, 34. CXXXVI.
Eum passum esse post annum suæ ætatis quin-
quagesimum nonnulli arbitrati sunt, & unde
moti, 34. CXXXVII. Eum passum esse post
annum suæ ætatis quinquagesimum, scripsit
Irenæus, sed aliud alibi sentire videtur, *ibid.*
Eum passum esse anno suæ ætatis trigesimo &
quintodecimo Tiberii, falso arbitratus est Ter-
tullianus, & ante ipsum Valentinus hæresiar-
cha, 34. CXXXVIII. Eum passum esse sub
Coss. Rubellio Gemino & Fusio Gemino, as-
serit Tertullianus, ex quo multi errandi oc-
casionem acceperunt viri præcipui, *ibid.* Eum
trigesimo impleto anno passum tradit Clemens
Alexandrinus, *ibid.* Eum passum esse anno tri-
gesimo tertio suæ ætatis per tres menses in-
choato, falsum, 34. CXLI. Eum annum tan-
tum Evangelium prædicasse opinati sunt Gnosti-
ci, 34. CXXXIX. Eum passum esse anno decimo
septimo Tiberii affirmat Orosius, 34. CXXXIX.
Eum vixisse uno & triginta annis tradit Phi-
lustrus, & Gaudentius Brixianus, 34. CXXXIX.
Duobus annis prædicasse, sentit Apollinaris
Laodicenus, 34. CXXXIX. Eum fuisse tribus
diebus & tribus noctibus in corde terræ, quo-
modo intelligitur, 34. CLXXXVI. Eum pro-
fessi, abiecta toga, pallium inducebant, 57.
XCV. Eum non vere passum primum Simon.
Magus disseminavit, 60. IV. Eum mortuum
anno ætatis suæ quadragesimo sexto, falsum,
34. CXXXVI. Nocte nascitur, 1. I. Fasciis
involutus, 1. VIII. Ubi circumcisus, 1. XVIII.
Offertur in templo, 1. XXXVIII. Nascens vir-
ginis claustra non violavit, 1. XXXIX. In
infantia miracula non fecit, & cur, 12. VII.
Non modo filius fabri, sed & faber dictus,
12. VII. Jugi & aratri similitudine utitur, &
cur, *ibid.* Annorum duodecim, 12. I. Quo an-
no baptizatus, 31. XVIII. Nazarenus dictus,
9. II. Galilæus nominatus ab impiis, 9. III.

Sacras nuptias probavit, 31. XXX. Princeps
pacis, 1. X. Existimatur ab Herode Joannes
Baptista, 1. LII. Quanto tempore in Ægypto
mansit, 8. XIII. Is & Apostoli Galilæi, 1.
LXI. Cur primum ad Annam perducus, 34.
LXX. Is Petra, 31. XXVI. Montem ascen-
dens elegit mox duodecim Apostolos, 32. V.
Quæ patitur a suis, 32. XXIX. Mittit Apo-
stolos binos, 32. XXI. De sua passione præ-
dicat, 33. XXVIII. Quomodo super pinna-
culum templi delatus, sit, 31. XX. Quid cum
in vadit, 34. LXVII. Exiit clamide, &
propriis induitur vestimentis, 43. XCIV. Quasi
hortulanus apparet Mariæ Magdalene, 34.
CLXXXVI. Novissime Apostolis manifestatur,
34. CCVIII. Elevatus in cælum, cuius figuram
manipulus exprimebat, 34. CCXXXIV. Rex &
Sacerdos, 57. XXIX. Transmittit infusos regiam
potestatem, *ib.* Magia infimulatur, 34. CCXXXIV.
Curat dæmoniæ, & socrum Simonis, 31.
LXVI. Increpat dæmonia, *ibid.* In Judæa quam-
diu mansit, 31. XLIII. Imperat vento & ma-
ri, 31. LXVI. Abiit Ephren, 34. III. Quo
anno & quo mense suæ ætatis cruci affixus,
34. CXLII. Ubi oravit, 34. LXVI. Quo an-
no Tiberii passus, 34. CXLIV. & seq. Quo
die passus, 34. CXLVIII. Quo die resurre-
xit, 34. CXLVIII. Ibi crucifixus, ubi Haec
immolatus, 34. CVII. Quotidie fidelibus im-
molatur, 34. LV. Quando abstulit spolia Da-
masci, & Samariæ, 1. XXVI.
Christiani a Christo, Christi a chrismate nomen
deductum, 43. XII.
Christiani Nazareni dicti, 9. II. 43. XVI. Ga-
lilæi nominati, 9. III. Fratres appellati, &
Sandi, 43. XIV. Vocati credentes, & Fide-
les, 43. XV. A Gentilibus impostores dicti,
56. XI. Dicti Sandi, 43. XV. Dicti Catholi-
ci, 43. XVII. Dicti Salvati, 57. CXIII. Ju-
deorum invidia bonis spoliati, 57. LXXVII.
Ad Orientem conversi orabant, 57. CIV. Sine
calceis incedebant, 57. XCVII. Manibus lotis
orabant, 57. CX. In privatis domibus, vel
in cryptis conveniebant, 57. CIII. Quando Je-
rosolymis abscedunt juxta præceptum Domini,
68. XLVII. Quo anno Roma pulsi a Claudio
51. I. Dicti Chrestiani, 43. XIII. Supellecti-
lia salvant in abominatione desolationis, 58.
LV. Sub Essenorum nomine a Philone laudan-
tur, 64. XI. Non barba rasa sed pallio ab
Ethnicis distinguebantur, 58. CXL. De in-
cendio Urbis calumniam passi, 66. III. A ca-
lumnia incendii Urbis liberantur, 66. V. &
seq. Sub Nerone passi, primitiæ martyrum di-
cti, 66. X. Ferarum tergis contecti a feris
laniantur, 66. III. Qua spe operibus miseri-
cordiæ incumbunt, 75. XI. Sub Cestio rece-
dunt Jerosolymis, 68. XLVII. Omnes Jero-
solymis pulsi, Apostolis ibi permanentibus,
34. CCCX. Primum pulsi Jerosolymis, 35. I.
Ut impostores derisi sub Nerone, 66. X. Cum
Judæis necati, 71. XII. Spe vitæ æternæ o-
mnia præstant, 75. XI. Sub Neronis impe-
rio infamati, 66. VI. Primi diu vixerunt, &
cur, 76. II. Præter fidem omnia habent con-
temptui, 75. XI. Sub Titi Imperio secuti, 80.
II. Quid in calamitatibus Judæorum, 42.
VIII. Eorum laus, cum nullo habere nego-
tium, 57. XXV. Soleis utebantur, 57. XCVII.
Eis omnia communia præter uxores, 43. XIV.
Eis persuasum, omnes inter se fratres esse,
75. XI. Eorum annuli quo signo sculpendi,
57. LIII. Eorum convivia qualia, 57. CXXXV.
Eorum effusa largitas, 57. LXXXVIII. In eo-
rum conviviis cantica etiam adhiberi solita,
qualia, 57. CXXXVIII. Eorum legio victo-
riam precibus obtinuit, 58. CX. Eorum no-
men

men cur infamaretur, 66. V. Eorum Pontifi-
cum corona, 34. CCXCIII. Eorum qui Jero-
solymis expulsi sunt enumeratio, 35. III. Eo-
rum religio a Claudio inter superstitiones enu-
meratur, 51. I. Eorum Apologiæ, 66. V. Eo-
rum irrationes, 66. X. Eorum sub Nerone ne-
catorum quo die memoria agitur, 66. X. Eo-
rum agapes, 57. CXXXIV. Eorum studium ju-
vandi peregrinos, ac miserabili les personas, 44.
LXXII. Eorum erga Judæos officia, 42. VIII.
Eorum nomen ubi inchoatum, 43. XI. Eorum
diversa nomina, 43. XIV. Eorum persecutio ab
Agrippa, 44. I. Eorum modestia, 75. V. Eo-
rum carnificinæ locus ad Aquas Salvas, &
alibi, 69. XI. Eorum hospitalitas, 75. XV. Eo-
rum causa omnia mala imminere existimabant
Gentiles, 86. III. Eorum religionem Judaico
nomine Gentiles solitos designare, & cur,
98. III. Eos etiam hæretici suos sectatores ap-
pellare consueverunt, 43. XIV. Eos ab Apo-
stolis indumentis formam mutatos, 57. XCVI.
Eos bene usos pacis temporibus ad dilatandam
fidem, 78.
Christianitas prima, 34. CCXLIV.
Chronicon Joannis Antiochiæ Episcopi mendacii
scatet, LXXXVII.
Chrysoctomi locus explicatus de præsepe Domi-
ni, 1. XXXIV.
Chrysoctomus traditionum assertor, 53. XXVIII.
Ciborum delectus, 57. CXCV.
Cibus non damnat Ecclesiam, sed abstinentiam com-
mendat, *ibid.*
Cibus & nuptias detestantes qui, 57. CXCI.
Cibyres urbis Carie fons, 31. XXXII.
Cineris copia civitates obruit, 81. III.
Cinis Vestivii usquequo pervenerit, *ibid.*
Cingulum laneum sponzarum Christi, 57. XCII.
Circuitus, seu periodi libri appellati, 41. X.
Circumcidit Paulus Timotheum, & cur, 51.
LXI.
Circumcisio Christi in spelunca, 1. XVIII. Sub
quibus Consulibus, *ibid.*
Circumcisio in templo faciendâ, 1. XVIII.
Fiebat etiam in sabbato, 34. XXXIII. Eam
necessariam fuisse in lege veteri, 44. LXVI.
Ejus minister dictus Christus, 51. XXXIX.
Circus Neronis in Vaticano, 69. XVIII.
Cisterna torrens, 33. XXIX.
Cithara ab ecclesiæ modulatione proscrip-
ta, 60. XXXVII.
Civium Romæ censorum numerus tempore Clau-
dii, 50. IX.
Clades Judæorum Alexandrinorum, 40. IV.
Clades Variana, 8. XIV.
Clades Jerosolymitana & bellum neci Jacobi at-
tributa a Josepho, 34. CCXXII. 72. VI. &
seq.
Clandestina matrimonia prohibita, 57. L.
Claudiopolis Bithyniæ civitas, 44. XI.
Claudii Imperium, 43. II. Ejus edicta pro Ju-
dæis, 43. IV. & seq. Ejus litteræ ad Fadum
48. XXVII. Eiusdem litteræ ad S. P. Q. Ju-
dæorum, 48. XXVIII. Ejus solertia in anno-
na procuranda, 44. LXII. Ejus tempore fa-
mes in toto Orbe, quo anno, 44. LXII. Eo
mortuo Judæi Romam redeunt, 56. XLII. La-
tini sermonis ignarum judicem albo erasit,
16. VIII. Agrippæ regnum confirmat & au-
get, 43. V. Quo tempore, & qua occasione
Romanum portum extruxit, 44. LXII. Mul-
ta sacrificia Romæ abrogavit, 45. XLVIII.
Retinendæ stolis pontificiæ Judæis potestatem
facit, 48. XXVIII. Aruspicum disciplinam
restituendam curat, & qua occasione, 49. II.
Agrippæ jus in res sacras tribuit, 44. III. A-
grippam Agrippæ filium constituit in regno pa-
trui, 50. I. Judæos urbe pellit, quo anno,

51. I. Neronem adoptat, 52. XXIII. Quando
obiit, 56. XLII.
Claudii Lisiæ litteræ de Paulo ad Præsidentem Fe-
licem, 58. CLII.
Clausus a Petro sanatus, in qua parte templi
esset, 34. CCLVIII. Mysterium ex miraculo,
ibid.
Clausus sanatus a Petro ante diaconorum ele-
ctionem, 34. CCLIX.
Clavi cruci affixi Domini an quatuor, 34.
CXIV. Eos extractos a Christi manibus ac pe-
dibus in sinu suo Dei genitrix accepit, 34.
CXXXVIII.
Clemens Stromateus, 31. XL.
Clemens Alexandrinus de traditionibus, 53. XIX.
Ejus error de annis Agonalibus, 88. II.
Clemens post Petrum tertius vel etiam quartus
Pontifex, 69. XL. Post Linum & Cletum fedit
69. XXXVIII. Non ante Domitiani tempora
fedit, *ibid.* Is & Linus quomodo sedisse di-
cantur vivente Petro, 69. XLII. A Petro or-
dinatus, 69. XLIII. Quot annos fedit, 93. I.
Virginitatem docet, 74. X. Perpetuam vir-
ginitatem coluit, 93. VIII. Quos instituit Epi-
scopos, 95. II. Quando creatus Pontifex, 93.
I. Ejus Encyclicæ contra Ebionem, 74. X. E-
jus Paulus meminit, 69. XLI. Ejus scripta de
rebus Petri gestis, ab hæreticis depravata, 41.
X. Ejus scripta corrumpit Ebion, 74. X. Ejus epi-
stola ad Corinthios illustris in Ecclesiis legi solita,
95. I. Ex diversis auctoribus integrata, 95.
II. Eiusdem Epistolæ narratio, 95. IV. Ejus epi-
stolæ plures, 95. V. Ejus commentarium
antiquissimum esse, 57. XXV.
Clemens patruelis Domitiani, vir Consularis,
93. VI. 98. VII. Potuit habere filios Impe-
ratores, si Domitiano in cultu idolorum ad-
hæssisset, 98. I. Inertia culpatur propter quid,
ibid. A Domitiano iustus occidit quo anno,
ibid.
Cleobolus & Theodorus hæresiarchæ, 68. XII.
Cleopatra Albini uxor, 66. XV.
Cleopatra Lyfaniæ necat, 31. VI.
Cleopham Emmauntis fuisse indigenam, 34.
CLXXXIX. Is cum comite qua hora noctis
Jerosolymam pervenerit, *ibid.* Ei comes quis
fuerit, 58. XXXIV.
Clericalis tonsura quid significet, 58. CXXIII.
Clerici immunes a Principum vestigalibus, con-
tra Novatores, 33. XXXII.
Clerici nomen delere aut supprimere in poenam,
57. XXII.
Clerici sportulantes, 57. LXXXIV.
Clerici differunt tonsura a Nazareis, 58. CXXIII.
Ii comam tondeant, quomodo intelligendum,
58. CXXVIII. Monachis antiquiores, 58. CXL.
In Occidente an usi barba, *ibid.* Eorum cæli-
batus, 58. XIX. Eorum stipendia, 57. LXXXIII.
Clericus ab altari amotus propter impudicum as-
pectum, 57. CXXXVI.
Clerus unde dicatur, 44. LXXXVII.
Cleto Clemens subrogatur, 93. I. Eum & Ana-
cletum eundem esse putantes decipi, 69. XLI.
Is & Linus quomodo vivente Petro sedisse di-
cantur, 69. XLII. Lino subrogatus, 81. L.
Quot annos fedit, & quando martyrio coro-
natus, 93. I.
Coccineam chlamydem, vestem militarem fuisse,
34. LXXXIX.
Codorlahomor, & Bersa, 1. XXVI.
Coena pura sine animalibus, 34. CXLIX. Sexta
feria appellata, *ibid.* Ea, de qua apud Fe-
stum, ad Judæos non pertinet, *ibid.* Inter
dies celebres Fastis adscribitur, 34. CLVI. De
ea meminit Tertullianus, 34. CLV. Quæ ap-
pellari solita apud Judæos, 34. CLVI. Quæ apud
Augustinum, *ibid.* Cur sic nominata, *ibid.* Non
est in jejuniis, 34. CLVI. In

in Coena togati & palliati accumbere interdum soliti, 34. XXXIX.
 Coenaculum in quo erant Apostoli, cujus domus, 34. CCXXXI.
 in Coenaculis convenire solebant Christiani, 57. XCIX.
 Coena facta ante sex dies Paschae distincta ab ea quae facta est biduo ante Pascha, 32. XXVII.
 Cornelia Maxima virgo Vestalis a Domitiano damnata, 94. VII.
 Cornelii Jansenii concordantiam sequendam sibi auctor proponit, non tamen semper, 31. III. Ejus studium in contemendis Evangelis in unum, *ibid.* Ejus expositio super illud Evangelii: A bimatu, & infra, 1. XXXIII.
 Cornelii Centurionis pietas, 41. IV. Eius domus Ecclesia facta, 41. X. Eum Episcopum Caesariensem fuisse testatur Martyrologium Romanum, alibi fertur episcopus Illi, 41. IX. Cum suis baptizatur, *ibid.* Illi Episcopus, *ibid.* A Petro imbuitur, 34. CCXIV. Primus ex Gentibus baptizatur, 35. XXVII. Cujus cohortis Italicae Centurio fuerit, 41. II.
 Cornelius Tacitus de origine Judaeorum hallucinatur, 58. XV.
 Corona Capitis summi Pontificis qualis, 34. CCXC. *& seg.* Triplici ordine ducta mitram ornabat summi Pontificis, 34. CCXCL.
 Corona sacerdotalis, 34. CCLXXXVII.
 Corona aurea Pontificum, 34. CCXCII.
 Corona spinea coronatus est Jesus ad quid significandum, 34. LXXXVII.
 Corona in capite Clericorum quid significet, 58. CXXIII. Inter alia spineam Christi coronam refert, *ibid.*
 Coronae Spinae Domini sentes revirescentes, 34. LXXXVII.
 per Coronam Episcopi obtestari quid, 58. CXXXIV.
 Coronas gestare Christiani exhorruerunt, 34. LXXXVII.
 Corrozin proximus Capharnaum, 31. LXIV.
 Corpora Petri & Pauli ab Orientalibus requisita ut ea asportarent, 55. XVII.
 Corpus Joannis Baptistae ubi sepultum, 33. V.
 Coena Paschalis duplex mensa, 34. XXXVIII.
 Coena Christo paratur in cujus domo, 34. XXII.
 de Coena Domini aliquorum errores, 58. LXXXIV.
 Coena Domini distincta a Coena agni Paschalis, 57. CXXXI.
 in Coena bis de proditore sermo habitus, 34. XLV.
 Coena Dominica qua hora coepta, 34. LXI.
 in Coena caros collocandi usus Romanorum, 34. XL.
 Coena duplex, 57. CXXXI.
 Coena facta in Bethania cum Lazaro, 34. IV.
 Coena facta in Domo Simonis, in Bethania, 34. XIII.
 Coena Paschae Domino in domo Joannis Evangelistae parata, 34. XXII.
 Coena Dominicam manducare quid, 34. XLV. Eius voce abutuntur Novatores, *ibid.* Eius usus, 34. LXI. Eius hymnus, 34. LXV.
 Coenantiis eis, idem quod, Recumbentibus eis, apud Matthaeum, 34. XLIV.
 Cenare more Romano Judaei didicerunt, 34. XXXVII.
 Cenatoria vestis apud Judaeos, 34. XXXIX.
 Coelestria proprie quae, 61. VIII.
 Coemeterium Eunuchi Candacis Reginae, & miracula, 35. XXVIII.
 Coemeterium Priscillae nuper refozum, 57. CXIV.
 Collatio Graece Symbolum, 44. XVII.

Collegia sacrarum virginum, & viduarum, 57. LVI.
 Collectam indicit Paulus non pro se, sed pro aliis, 57. CLXIX.
 Collectae Antiochia Jerosolymam transmittuntur, 44. LXVII. De Dominico fieri consueverunt, 44. LVIII. In usum pauperum distribuuntur, 44. LXX. A Pontifice Romano indicit, 44. LXVIII.
 Collecta nova indicetur, ubi nova emerisset necessitas, 44. LXXI. Eas mittendi Jerosolymam mos usque ad Theodosium perduravit, 44. LXXIII. De iis admonitio Pauli, 57. CLXIX.
 Collecta pecuniarum fieri solita die Dominico, 44. LXVIII.
 Collegii seniorum princeps Annas, 31. X.
 Coloniae jure Romanorum vivere cogebantur, 51. LXVII.
 Colonia Agrippina quae, & quando extructa, 52. XXIII.
 Colonia Romanorum Caesarea, 73. VIII.
 Colonis municipia praestabant, 58. CXLVII.
 Colossenses qui, 60. XI. Cultores Michaelis Archangeli, 60. XXI. Iis an Paulus praedicavit, 60. XIV. Oppidum in majore Phrygia, 60. XI. Sub Laodicensi metropoli, 60. XXI. Urbs Cone dicta, 60. XXI.
 Columba ex templo egredi visa, cum velum templi scissum est, 34. CXXXIII.
 Columbae aureae super altaria poni solitae, 57. CLIV.
 Columnae alligatus Christus, 34. LXXXVI. Ea in qua Dominus flagellatus est, ubi posita, *ibid.* & 34. CXXXIII.
 Columnam esse Jerosolymis, quae aetivum solitio umbram non faciat, falsum esse monstratur, 34. CXII.
 Columnarum magnitudo in templo, 34. XII. Eorum numerus in templo ab Herode structo, *ibid.*
 Comam tondere ignominiae causa, 58. CXXXVI.
 Comam Clerici tondeant cur, 58. CXXXVIII.
 Comedendi astantibus agni Paschalis usus intermissus, 34. XLI.
 Comes Peregrinationis Pauli quis, 51. LXIV.
 Cometae, 1. XXXV.
 Cometa Romae tempore Neronis, 62. II.
 Commenta falsa de Barnaba, 51. LII.
 Commentarius de Operibus Cardinalibus probatae fidei liber, 34. LV.
 Commentarii editi nomine Pauli, 44. XLVII.
 Communicare coenam Dominicam quid, 34. XLV.
 Communicare sub utraque specie Fideles numquam solitos extra tempus sacrificii, 57. CLV.
 Communicare quotidie non sunt soliti Orientales, 57. CLVII. *& seg.*
 Communicatio & excommunicatio, 57. XV.
 Communio sub una specie, 57. CLV.
 Comparatio Christi ad lucem, 1. I.
 Compressiones fieri solitae in templo, 50. II.
 Concilia traditiones secuta, 53. XXXI.
 Concilia celebrandi typus, 33. XVII.
 Concilia de Agape quid, 57. CXLIII.
 Concilii Jerosolymitani tempus, 51. VI.
 Concilium adversus Christum quo actum, qua causa, 33. III.
 Concilium Apostolorum Jerosolymis celebratum, & ejus causa, 51. II. Quo anno, 51. VII. An omnes Apostoli interfuerint, 51. VIII.
 Concilium seniorum biduo ante Pascha factum, 34. XIV.
 Concilium Gangrense a suffocatis abstinendum, mandat, 51. XXII.
 Concilium Aurelianense idem jubet, 51. XXIV.
 Concilium Carthaginense de sacrificio a jejunio offerendo, 34. LXI.

Con-

Concilium Agathense de Missis vespertinis, 34. LXI.
 Concilium Eliberinum irritum in multis, 57. CXXXI.
 Concilium Maticonense de vigiliis Dominicae diei, 58. LXXXIX.
 Conciliorum usus in Ecclesia unde, 58. CXIX. Eorum institutum quod, *ibid.*
 Concilium septuaginta Seniorum sublatum, & ex aliis suffectum ab Herode, 31. X.
 Concilium sanctorum pro Ecclesia, 57. CXXXIX.
 Concilio apud Paulum quid, 60. V.
 Concordantia Evangelistarum de hora passionis Domini, 34. CLX.
 Concordantia Marci & Matthaei de miraculo factio in terra Gadarenorum, 31. LXVII.
 Concordantia Evangelistarum de adventu mulierum ad monumentum, 34. CLXIV.
 Concordantia Evangelistarum de galli cantu, 34. LXXI.
 Concordantiae simulacrum, 1. X.
 Concordantiae publicae, Saluti, & Paci imagines, ponit Augustus, *ibid.*
 Condire aromatibus corpora defunctorum, ab Aegyptiis Judaei mutati, 34. CLXIV.
 Confessio Petri de Christi divinitate, 33. XVII.
 Confessio peccatorum instituta apud Christianos, 56. XIV.
 Confessio post baptismum, 56. XIV. De ea auctoritates, 56. XXXVI. Confessio & satisfactio, 56. XVII. Cui fieri debeat, *ibid.* Confessio peccatorum publica, 56. XVIII. Illa commendata, 56. XXIII. Praecedere solebat baptismum, 56. XVIII. Ante Communionem, 56. XXII. Vomitus comparata, 56. XXIII. Duplex publica & privata, *ibid.* Etiam privata temporibus Apostolorum, 56. XXIV. Secreta in usu majoribus, 56. XVIII. Addita ad horas diei, 51. LXIX. Ante baptismum, & post baptismum, 56. XXXII. Publica prohibita & a quibus, 56. XXXIII. Publica inter monachos qualis, 56. XXXV. Sacerdotibus, facienda, 56. XXXVI. Ante orationem, 60. XXVII.
 Confessiones audire munus Episcoporum fuisse, 56. XXXVI.
 Confessorum qui in carcere detinerentur frequens visitatio, 75. XIV.
 Confirmationis sacramentum sacrum christum nuncupatum, 35. XIV.
 Confutatio illius opinionis quod Petrus fundaverit prius Ecclesiam Romanam quam Antiochenam, 39. XII.
 Conjecturis interdum procedendum, 34. CLVII.
 Conjugalis continentia, 57. XLII.
 Conjugati cur frequentius eligerentur episcopi, 58. XIX.
 Conjugati si ad sacros ordines adsciberentur, ab usu conjugii temperabant, 58. XX.
 Conjugati ordinati abstinere a conjugibus iusti, 58. XXVI.
 Conjugatum fuisse Paulum, falsum est, 57. LXI.
 Conjugii leges, 57. XLII. *& seg.*
 Conjuratio in Paulum, 58. CL.
 Conjuratio in Caium, 43. I.
 Confessus Judaeorum ordo, 12. II.
 Concilium Petronii Judaeis utile, 42. IX.
 Constant Imp. Athanasium quid rogavit, 60. XLIX.
 Constantia Augusti sudarium Pauli a Gregorio petiit, 69. XIII.
 Constantini edictum de bonis Ecclesiae restituendis, 57. LXXXII. Eius dona Ecclesiae facta, 58. LXXXV.
 Constantinopoli nube ignea desuper imminente multi baptizati, 82. III.
Ann. Eccl. Tom. I.

Constantinus Magnus urceum unguentis, quo Christus unctus fuit cum aliis reliquiis in foro Constantinopolitano deposuit, 32. XXXIX.
 Plumbatarum scissis primus exemit debitorum, 33. XXXIV. Eius & Licinii edictum, 57. LXXXIII.
 Constitutiones Apostolorum sibi Clementis nomine inscriptas, apocryphas, 32. XVII.
 Constitutio Apostolorum de jejunio quarta & sexta feriae, 34. CLXI.
 Consuetudo Hebraeorum diebus festis ante horam sextam non prandere, 34. CCXXXVIII.
 Consuetudo Judaeorum cum malum imprecarentur, 46. XIV.
 Consuetudo Ecclesiarum servanda, 57. CCVIII.
 Consuetudo interpretandi voces plurimum linguarum communes, probata, 31. XXVII.
 Consuetudo Judaeorum iterum pedes ac manus in convivio lavandi, 34. XXXVIII.
 Consuetudo damnatis aliquod solatium impendendi, 43. XCVI.
 Consuetudinis varietas Ecclesiae non obest, 57. CCI.
 Consulatus duplex, ordinarius, & honorarius, ex quo multi arguantur erroris circa tempora, 74. I. 75. I.
 de Consulatu numero errorum emendatus, 75. I.
 Consulatus Domitiani sextus cum octavo Vespasiani, 79.
 in Consulatus numerandis ratio habita, 74. II.
 Consultor Apostolorum Spiritus Sanctus, 44. XX.
 Contentio Apostolorum unde orta, 34. XLII.
 Contentio oborta Ephesi inter Christianos praecceptorum causa, 57. II.
 Contentio Pauli, & Barnabae, 51. XLVIII.
 Contestatio hospitalitatis inter Christianos, 75. XV.
 Continentia conjugalis, 57. XLIV. Ex Consensu mutuo, 57. XLV. Ex eadem miracula, *ibid.*
 Contubernium cum uxore relicta vetitum presbytero, 58. XXIV.
 Contradictionis libri a Simone Mago editi, 35. XXII.
 Controversia Petri & Pauli, quomodo intelligenda ut neuter errasse dicatur, 51. XXXII. *& seg.*
 Conventus forma a Paulo praescripta, 57. CLXI. In Matutinis exprimitur, 57. CLX. *& seg.*
 Conventus forma in urbe nuper erecta, 57. CLXIV.
 Conventus crebrius celebrandi, 57. C.
 Conventus Judaeorum in synagoga ordo, 57. CXXV.
 Conventus in templo, 12. II.
 Conventus in Domo Caiphae, 34. XIV.
 Conventus Corinthiis Paulus praescripsit, 57. CLXXXIX.
 Conventus sacri die sabbati perinde ac ipsa die Dominica, 57. CCVI.
 Conventus forenses apud Graecos qui, 57. CLXXXIII. Ter in mense ad tollendas lites, 57. CLXXXV.
 Conventus forenses apud Romanos, 57. CLXXXIV.
 Conversio ad Christi fidem quinque millium hominum, 34. CCLIX.
 Conversio Eunuchi Candacis Reginae, 35. XXVIII.
 Conversio Pauli quo anno aetatis suae, 36. I.
 Convivandi modus apud praesicos Romanos, 34. XXXVI.
 Convivandi modus Judaeorum Romanorum similis, 34. XXXVII.
 Convivarum pedes lavari soliti, 34. XXXVI.
 Convivia duo, quibus a Magdalena unctus est Jesus, 32. XXXVIII. Ubi facta, *ibid.*
R f f f f Con-

- Convivia Christianorum qualia, 57. CXXXV.
Convivia pauperibus Agapes nominata, 57. CXLII.
Convivia in Ecclesia celebrari solita post sacra, 57. CXXXI.
Convivia triplici de causa a Christianis celebrari solita, 57. CXXXIX.
Convivia Christianorum, *Vide* Agapes.
in Convivio Paschali Judæos bis lavari solitos, 34. XXXVIII.
Convivium Christianorum a Dei laudibus auspicari, 57. CXXXIV. A Philone descriptum, 57. CXXXV.
Caponii æquitis Romani magistratus quando, 26. IV. In Judæam missus, *ibid.*
Corban sacer Thefaurus, 28. III.
Corbona a Pilato expilata, *ibid.*
Corinthia porta in templo erat, quæ speciosa dicebatur, 34. CCLIII.
Corinthiæ femina impudicissima, 57. LXXXVI.
Corinthi Paulus quamdiu permansit, 52. XIV.
Corinthii hominis scelus a Paulo reprehensum, 57. X.
Corinthii primum a Paulo instructi, 57. II. Quomodo se Cepha esse dicerent, 57. III. Aliorum casu inflati arguuntur, 57. II. Ex impudicissimis pudicissimi effecti, 57. LV. Ultra modum Veneri addicti, 57. XLIII. De iis Paulus gloriatur apud Macedones, 58. XXXVII. Eorum incontinentia, 57. XLIII. Eorum Virgines velatae, 57. LV. Eorum schisma, & ejus causa, 57. II. Eorum errata a Paulo reprehensa, 57. X. Eorum Ecclesia schismate laborat, 95. I. Eos tertio invisit Paulus 58. XLIV. Eos Paulus de resurrectione instruit qua occasione, 57. CLXVI.
Corinthii mulieres velari vult Paulus, 57. LXXXVII.
Corinthum adire non cuivis integrum, 57. XLIII.
Corpus Christi, 34. XLVIII. Corpus Christi offertur pro omnibus sacrificiis veteris Testamenti, 34. LVI. Viris tantum concessum, nuda manu sumere, feminis non nisi linteamine, 57. CL.
Corruptores cantus Ecclesiastici, 60. XXXIV.
Corruptores Evangelii Matthei, 41. XIX.
Cotis dæmon apud Corinthios in honore habitus, 57. XLIII.
Crassus templum Jerosolymitanum expilat, 73. IV. Juramentum violat, 73. V.
Craton Apostolorum discipulus, 68. VII.
ex Creta Josephus Historicus uxorem duxit, 58. XV.
Cretæ nobiles Judæi agebant, 58. XV.
Cretæ Episcopus Titus, 58. I.
Cretenses semper mendaces, 58. XV. Nequaquam fuisse polygamos, 58. XVI. A pueris uxorem ducebant, ex legibus 58. XIV. Eorum lex cælibatuum prohibebat, *ibid.* Eorum Ecclesia nobilissima, 58. XV. Eorum infamis luxuria, 58. XIV.
Cretensis Ecclesia Fidelis, 58. XV.
Creusæ honestas, 57. LXXXV.
Crinem virginibus amputari multis ex causis, 57. XCIII.
Crinibus Virginum incidendis non eadem apud omnes consuetudo, *ibid.*
Crixia derisiones in Christianos, 66. X.
Crispus archisynagogus, 52. XXI. Baptizatus a Paulo, *ibid.*
Cromaticæ armoniæ relinquendæ, 60. XXX.
Cruce frontem signare Christianis semper fuit in usu, 60. VII.
Cruce poculum signare soliti multi Christiani, *ibid.*
Cruce post Christum gefat Symon Cyrenæus, 43. XCV.
Cruce Christi negantes, 60. IV.
Cruces ligno compactæ in titulum erigi solitæ, 60. VI.
Cruciatus Herodis, 8. VII.
Crucifixa Judæorum duo millia a Varo, 8. XIV.
Cruce supplicium, 34. XCIII. 69. XVIII.
Cruce pœna homicidæ afficiebantur apud Judæos, 34. XCIII.
Cruce signum fuisse salutis insigne, 34. XCIII.
Cruce signi usus qua occasione ceptus, 53. XII.
Cruce signo mulier Christiana a lascivo Juvene liberata, 31. LXVIII.
Cruce signum apud Ægyptios quid significaret, 34. XCIII.
Cruce signum manu ducta expressum contra dæmones, 60. VII. Ejus virtus etiam in Fidelium testimonio comprobata, 60. VIII.
Cruce descriptio, 43. XCIV.
Cruce Christi inimicos quos intellexerit Paulus, 60. IV.
Cruce frequens usus, 60. VII.
Crurifragium post Crucem, 34. CXXI. Omnium pœnarum maxima, *ibid.* Id non est passus Dominus Jesus, 34. CXXXVIII.
Cruce an fuerit in usu apud Judæos, 34. XCIII.
Cruce in titulum poni solita, 57. CXV. 57. CXVIII.
Cruce & terra sepulcri, 34. CXXXIV.
Cruce Domino cujus formæ parata esset, 43. XCIII.
Cruce Barabbæ multis nominibus debita, tributa Christo, 34. XCIII.
Cruce a Sancto Thoma in ecclesia sculpta, 57. CXV.
Cryptæ arenariæ ecclesiarum loco, 57. CIII.
Ctesias rerum Indicarum scriptor parum fide dignus, 31. XXXIII.
Cultus Bethlehem, 1. V.
Cumanus contra Judæos, 50. V. Exilio multatur, 50. VI.
Cumis quid acciderit primo anno Titi, 81. VII.
Curatæ a fluxu sanguinis monumentum, 31. LXXIV.
Cursores Picentes, 34. LXXXV.
Cursum officium in Ecclesia quod, 44. LXXXVIII.
Cuspius Fadus Judææ Procurator, 1. LVIII. 34. CCLXXXII.
Custodes Carceris Petri jussu Herodis suffocati, 44. IX.
Custodia & munitio sepulcri Domini, 34. CXXXI.
Cydari vel mytra uti sacerdotibus commune erat, 34. CCXCI.
Cyprianus Tertulliani discipulus, 60. LI.
Cyzicenus carcer teterrimus, in quo Paulus fuisse creditur, 58. XLIII.
Cyzicum Paulum pervenisse, verisimile est, *ibid.*

D

Dæmon, *Vide* infra, Diabolus.
Dæmones quando attriti, 1. XXI. Perterriti in die Natali Domini, 1. XV. Christianis mentiri non audent, 56. VII. Adventu Christi in Ægypto turbati, 1. XLIV. Peccantes post Baptismum vexare soliti, 56. XII. Eorum adiutorum confessio, *ibid.* Eorum execrationes a Magis fieri solitæ, 1. XXIII. Eorum simulacra collapsa, 1. XLIV. Eorum pertinaciamanendi in obfessis corporibus, 56. XIII. Eorum auxiliis res longe positas videri, 98. XXI.

- Dæmoniacus curatus a Domino, 31. LXVI.
Dalmatiam petit Titus, 58. I.
Damaris uxor Dionysii convertitur, 52. X. XIII.
Credit Paulo, 52. XII.
Damasceni decem millia Judæorum jugulant, 68. XLVII.
Damasci locus ubi Christus apparuit Paulo, 36. XIII.
Damasci Rex Areta Herodis inimicus, 36. IV.
Damasci spolia quando abstulit Christus, 1. XXVI.
Damascus olim posita in Arabia, 1. XXVI.
Damascus non instituit canendi ritum in Ecclesia, 60. XXXIII.
Damis Pithagoreus, 75. VI.
Damnati ad bestias an cum illis pugnant, 55. VI.
Damnatorum supplicia quousque differenda, 34. XCI.
Daniel ter in die orabat, 34. CCXLVI.
Darius comes commendat Epistolam Abagari ad Jesum, 31. LX.
David familia ab Vespasiano aboleri mandatur & cur, 73. XI. Ex ejus familia inventi pauperissimi contemnuntur, 93. V. 97. XVI. Ejus sepulcrum, 34. CCXLI.
Debitorum pœnæ olim atrocissimæ, 32. XXXIV.
Debitorum duorum conservorum exemplum, 32. XXXIII.
Debitorum festio & nex, 32. XXXIV.
Decapoleos Provincia Galilææ & unde dicta, 32. VII.
Decii temporibus fuisse in Ecclesia penitentiarios, 56. XXIV.
Decinæ Sacerdotibus debita etiam jure naturæ, 57. LXXXVI. Christi lege præstanda, 57. LXXXIX. Etiam Diis a Gentilibus offerebantur, 57. LXXXV. Debita sacerdotibus Christianis, 57. LXXXVI. Eas persolvunt opifices, 57. LXXXI. Eas offerre apud Gentiles observatum, 44. LXXXVIII. Earum solutio probata consensu Patrum, 57. LXXX.
Decreta per Paulum & Silam promulgata, 51. LVIII.
Defensio Petri de legalibus & de judaizando, 51. XLV.
Defensio Petri in utendo legalibus, 51. XXXIX.
Defensio munus in Ecclesia, 44. LXXXVIII.
in Defuncti memoria, exemplo resurrectionis Dominicæ unus tantum dies integer numeratur, duorum vero partes, 34. CLXXV.
ad Defuncti sepulcrum, olei accensio & hostiæ oblatio, 34. CCCVI.
Defunctorum corpora aromatibus condire ab Ægyptiis mutuati sunt Judæi, 34. CLXIV.
Defunctorum animæ quomodo effingi solitæ, 31. LXXVI.
in Defunctorum corporibus curandis laudabilis in Ecclesia mos exemplo Apostolorum, 34. CCCIV.
Eorum corpora quomodo sepelirentur, 34. CCCVI. Ad eorum sepulcra a Gentilibus faces accendi consuevisse, 34. CCCVII. Eorum memoriam agi consuevisse statis diebus, 34. CCCVIII. Eos incenso thure honorari consuevisse, 34. CCCVII. Eos inquietari, quid sit, *ibid.* Eorum memoriæ repetitæ, 34. CCCVIII.
Delectus ciborum probatur, 57. CCXCI.
Delubra deorum in Ecclesias commutata, 44. LXXXVII.
Demas Pauli discipulus, unus an plures, 59. XI.
Demetrius argentarius, 57. CLXXVI.
Demetrius Cynicus Apollonii discipulus Urbem pellitur, 85.
Demosthenes in rebus potius quam in verbis eloquentiam positam esse ait, 57. CLXXV.
Denarium valebat numisma census, 34. X.
Derben Paulus petit, 48. II.
Derisores monasticæ tonsuræ severissime a Deo puniti, 58. CXXXII.
Descriptio Crucis, 43. XCIV.
Desertum Ægypti illustratum adventu Domini, 1. XLV.
Desides monachi qui, 52. XX.
Deum invocare, naturale homini, 82. IV.
Deiferus homo Christus dictus, 48. XXII.
Dei genitricis effigies, & mores, 48. XXVI. In morte Christi quomodo se gesserit, 34. CXXXVIII. Ejus epistolæ apocryphæ, 48. XXV.
Dii habentur Paulus & Barnabas, 48. I.
Diis non detrahes, quomodo intelligebant Judæi, 57. CLXXXVIII.
Deuteronomii locus desideratus, 1. LIX.
Dextra manu in nomine Christi signamus, cur, 58. CVI.
Dexteræ porrectione fides solita polliceri, 57. LIII.
Diabolus tentat impedire passionem Christi, 34. LXXXIII. Propinquare passionem Christi suam perniciem sentiebat, *ibid.* Amulus operum.
Dei in superstitione, 44. LXXXV.
Diaconi septem ex quibus electi hominibus, 33. XL. Dispensatores honorum ecclesiarum, 34. CCLXXXI. Opponebant se Episcopis dilapidantibus bona ecclesiarum, 34. CCLXXXII. Sacræ mensæ ministri, 34. CCLXXX. Imitatores angelicarum virtutum, 34. CCLXXXI. Mensis etiam communibus præfati erant, & quomodo, 34. CCLXXX. Iis commissa erat cura rerum ecclesiarum, 34. CCLXXXII. Eorum electio prima, 34. CCLXXXVII. Eorum munus, 34. CCLXXX. Eos habuisse alios sub se positos ministros, 34. CCLXXXII. Moribus æquales esse debent Episcopo, 34. CCLXXX. In tremendo sacrificio clamant, Pro iis qui defuncti sunt in Christo, 34. CCXI.
Diaconiarum munera quæ, 34. CCLXXXIII. Manus impositionem non accipiebant, *ibid.* Eas inter laicas adnumerat Synodus Nicæna, *ibid.* Earum ministerium, *ibid.*
Diagoras Melius, 52. V.
Dianæ Ephesiæ templum, 57. CLXXVI. Ejus ædes argenteæ, 57. CLXXVIII. Ejus templi magnificentia, *ibid.* Ejus templi securitas, *ibid.* Ejus templum spoliatum & incensum, 44. XXX. 57. CLXXIX. Ejus templum quot annis factum, 57. CLXXVIII. Ejus templum septies restitutum, *ibid.*
Didragma quid, 33. XXXI. Solutum a Christo in cuius usum cedat, *ibid.*
Didragma iusti sunt Judæi in capitolium ferre, 33. XXXI.
Didragma, dragma, uncia, stater, siclus, vel quadrans, & libra quid, 33. XXX.
Didragmatis valor, 33. XXX.
Die sexta hebdomadis passum Dominum, quæ a diversis diversimode appellatur, 34. CXLVIII.
Diem judicare quid, 58. LXXXVI.
Dierum observantia quæ prohibita, 58. LXXXIII. 58. LXXXVI.
Diem a media nocte auspicari apud Gentiles & Christianos mos fuit, 44. LXXXVIII.
Dies reditus Domini ex Ægypto in Palestinam olim celebris in Ecclesia, 9. I.
Dies naturalis & legalis, 34. XXVII.
Dies festus apud Judæos quando inciperet, 34. XXXIII.
Dies Paschalis certus apud Judæos, *ibid.*
Dies in quatuor horas dividitur apud Judæos, 34. CLVIII.
Dies illi quomodo & cur brevati, 72. XVI.
Dies pro tempore accipiuntur, 34. CCLXXXIV.
Dies festa Cathedræ Antiochenæ, 39. XI.
Dæ-
Ann. Eccl. Tom. I.

- Dies Cathedræ Romanæ, 45. I.
 Dies Christianis quomodo omnes æquales, 58. LXXXIV.
 Dies festos impugnat Aerius, *ibid.*
 Dio Philoſophus, 65. VI. Urbe pulſus, 85.
 Diocletiani & Maximiani temporibus ſublata bona Eccleſiaſtica, 57. LXXXIII.
 Diogenes Junior, 75. VI.
 Dionyſias inſula unde nominata, 31. XXXIII.
 Dionyſii Areopagitæ converſio, 52. I. X. XII. Ejus verba de funere Mariæ Virginis male a quibuſdam interpretata, 48. VIII. Ejus locus explicatus, *ibid.* Ejus epistoſta ad Joannem exulem in Patmo, 97. XV. Ejus ſententia de ſolis defectu tempore paſſionis Dominicæ, 34. CXVII. Quo anno a Chriſto paſſo a Paulo converſus, 51. I. Quo anno ſuæ ætatis vidit Solis deliquium, 52. X. Per triennium a Paulo inſtituitur, 52. XII. Funeri beatæ Virginis interfuit, 48. VI. Joannem ab exilio reverſum conveniſſe putandus eſt, 98. XXII. In Gallias amandatur, *ibid.*
 Dionyſius Exiguus, 36. I.
 Dionyſius Romanus Abbas canones Apoſtolicos in Latinum vertit, 51. XXII.
 Diræ furie infernales, 57. XIII.
 Diſceſſus Judæ, 34. LXIII.
 Diſceſſus Pauli Theſſalonica, 51. LXXIV.
 Diſceſſio Pauli a Barnaba ſecundum Deum facta, 51. XLVIII.
 Diſcipuli duodecim quando Apoſtoli diſi, 32. V.
 Diſcipuli Domini ſeptuagintaduo, 33. XXXVIII.
 Diſcipuli Domini ſpicas vellentes ſibi cibum captarent, 32. II.
 Diſcipuli in eandem patinam manus porrigunt, 34. XL.
 Diſcipuli diſperſi per totum terrarum orbem, 35. I.
 Diſcipuli miſſi a Petro, 35. XXII.
 Diſcipuli diſi omnes Chriſtiani, 43. XII.
 Diſcipuli proditoris bis meminit Jeſus in cœna, 34. XLV.
 Diſcipuli poſt aſcenſionem Domini quid egerunt, 34. CCXXXI.
 Diſcipuli omnes relicto Domino fugerunt, 34. LXVIII.
 Diſcipuli in Pella habitabant, relictiſ Jerofolyſimis, 74. IV.
 de Diſcipulorum numero diſputatio, 33. XXXVII.
 Diſcipulorum diſcubitus in cœna, 34. XL.
 Diſcipulorum loco preſbyteri ſunt, 58. X.
 Diſcipulus notus Pontifici cur, 34. XXI.
 Diſcipulis duobus euntibus Emmaus Chriſtus apparet, 34. CLXXXIX.
 Diſcordia prima in Eccleſia, 34. CCLXXXVI.
 Diſcubitus in menſa Domini, 34. XL.
 Diſperſio Chriſtianorum facta poſt lapidatum Stephanum, 35. I. Quanta fuerit, 35. II.
 Diſputatio Pauli cum Dionyſio Areopagita Athenis, 52. XI.
 Diſſidium inter Samaritas & Judæos, 31. L. 50. IV.
 Diſſidium inter Paulum & Petrum utrum ex compoſito ſimulatum, 51. XXXVII.
 Diſſidium Barnabæ, & Pauli, 51. XLVIII.
 Diſtinctio locorum & Perſonarum in Eccleſia, 57. CXXV.
 Dithalaſſum quid, 58. CLXXI.
 Diti devovere, quid, 57. XIII.
 Diverſitas rituum non improbanda, 51. LIX.
 Divina providentia oftenditur in Jeſu Anani filio, 65. II.
 Diviſio Apoſtolorum quo anno contigerit, 44. XIV.
 Nonnifi Spiritus ſancti inſtinctu facta eſt, 44. XXI.
 Doctores ſacri, dum errores arguunt, plerumque nimis in contrariam partem declinant, 48. XIII.
 Doctrina ex traditione deducenda, 34. CCCXIV.
 Dolabella cauſam ad Areopagitas deſert, 52. III.
 Dominica cœna qua hora cœpta, 34. LXI.
 Dominicæ cœnæ voce abutuntur Novatores, 34. XLV.
 Dominica celebrandum Paſcha quis inſtituit, 58. LXXXI.
 Dominica die a nuptiis abſtinendum, 57. XLVI. Non jejunandum, 58. LXIII.
 Dominica prima Quadrageſimæ, Dominica Orthodoxiæ dicta, 57. CXIII.
 Dominica die Miſſa audienda, 58. LXXXIX.
 Dominica dies eſt appellata dies reſurrectionis Domini ab ipſis Apoſtoliſ, 34. CLXXVII. 58. LXXXI. LXXXVIII.
 Dominica dies prima feria appellata, 58. LXXXVIII.
 Dominica eſt, quæ dicebatur una ſabbati, vel prima ſabbati, 58. LXIII.
 Dominica dies loco ſabbati, 58. XCI.
 Dominica dies quibus aliis nominibus appellata, 58. LXXXVIII.
 Dominicale linteamen, quo olim ſœminæ corpus Chriſti ſumebant, 57. CL.
 Dominicæ diei prærogativæ, 57. LX.
 Dominicis diebus genua non ſectimus, & cur, 58. CX.
 Dominicus homo Chriſtus dictus, 48. XXII.
 Domitia Domitiani uxor Joſepho favet, 84.
 Domitiani Imp. perſecutio in Chriſtianos, 92. III. 93. III. Ejus conſulatum ordo, 75. I. Ejus dolo Titus creditur obiſſe, 83. I. Ejus crudelitas, 98. IX. Ejus ſtatue conſtatæ, arcus everſi, nomen eraſum, 98. X. Ejus patruelis Clemens, 98. I. VII. Ejus occiſionem Apollonius prædixit Ephēſis, 98. XX. Ejus edictum contra philoſophos, 85. Eo occiſo Joannes exilio ſolvitur, & in Aſiam revertitur, 98. XIII. Joannem Evangelista per Ignominiam radi juſſiſſe fertur, 58. CXXV. Fuga ſibi conſuluit, quando, 71. IV. Genus David perſequitur, & de medio tollendum curat, 89. Apollonium Tyanæum in carcerem trudit, 58. CXXV. In ſex Conſulatus nonniſi unum ordinarium geſſit, 79. Leges fanciavit de ſervanda pudicitia, 83. III. In Virgines Veſtales animadvertit, 83. III. 86. II. Moribus turpiſſimus, 83. II. Corneliam Maximam virginem Veſtalem damnat abſentem, 94. XIII. Vult videri pius, 86. I. Humanitatem exuens ſavire cœpit, 85. Gentilitiam ſuperſtitionem auxit, 86. I. Deus & Dominus dici & ſcribi voluit, 89. Nervam in exilium mittit, inde revocat, & Conſulem deſignat, 91. II. Judæos tributiſ gravat, 94. II. Perſecutionem in Chriſtianos nequaquam preſſit, 93. IV. 97. XVII. Conſul quoties, 97. I. Ob ſævitiæ Nero dictus, 93. III. Menſem Octobrem ſuo nomine inſeraverat, ſed eo exiit, 98. X. Occiditur, a quo, & quo ætatis ſuæ anno, quo Imperii, 98. IX.
 Domitilla, *Vide*, Flavia Domitilla.
 Domitius a Claudio adoptatur, Nero Claudius poſtea appellatus, 52. XXIII.
 Domus in ſcriptura quæ etiam dicta, 1. XXXIV.
 Domus, quam habitavit Deipara in Ægypto, a Sarracenis honoratur, 1. XLVII.
 Domus in qua perfeverabant Apoſtoli in oratione, 34. CCXXXII.
 Domus Lauretana, 9. I.
 Donatiſtarum ſcelus in ampullam Chriſmatis, 35. XV.
 Dorcas, idem quod Tabitha, 40. XVIII.
 Dorcus Judæorum Primas ad defectionem ſolicitaſſe Judæos arguitur, 50. VI. Do-

- Dorenses tumultus, 45. VIII.
 Dores Jerofolymitanus, 58. LVIII.
 Dores peninſula, 58. CLXVIII.
 Dormitio ſanctæ Dei genitricis dicitur Aſſumptio Virginis & cur, 48. XVI.
 Dorotheus Tyri Epicoſopus falſo inſcriptus, 35. XL.
 Dorotheus Epicoſopus alius a Dorotheo Tyrio, *ibid.*
 Dorotheus Tyrius multa paſſus ſub Juliano Apoſtata, *ibid.*
 Dorotheus errat circa Demam Pauli diſcipulum, 59. XI.
 Dorotheus in ſua ſynopſi mendacii arguitur, 45. XLV.
 Dotes Eccleſiæ conceſſæ duæ, 34. CCXXIII.
 Dramatis cantica, 60. XXV.
 Dromedariorum velocitas, 1. XXXIV.
 Druidæ Sacerdotes & Judices Gallorum, & ſapientes, 57. XXXV.
 Drufi filius Tiberius, & Tiberii Imp. Nepos, a C. Caligula nece ſublatus, 40. XII.
 Drufilla Felicitis uxor cur a Paulo de caſtitate moneatur, 58. CLV.
 Drufus Prætor magiæ accuſatus, 18. II.
 Duos viros totidemque feminas vivos deſoſſos a Domitiano, qua ex cauſa, 89. II. An eſſent Chriſtiani, *ibid.*
- E**
- Ebion Romæ etiam prædicavit, 74. VII. Is & Cerinthus in eadem hæreſi communicabant, 74. IX. Adverſus Paulum mentitur, 74. IX. Falſa Apoſtolorum Acta edidit, 74. X. Clementis ſcripta corrupit, *ibid.* Petro imponit falſa, *ibid.* Cur ſic dici voluit, 74. XI. Ab Ignatio arguitur, 74. XII. Pauli hoſtis inſeſtiſſimus, 57. LXVIII. Multas hæreſes ſimul junxit, 74. VII. Primus poſt Simonem magum hæreſiarcha, 34. XLVI. Quando emerſit, 74. VI. Cauſa fuit Joanni ſcribendi Evangelii, 74. VIII. Eum Joannes fugiendum docet, *ibid.* Ejus perverſa dogmata, 74. XII. Ejus artes, 74. XI.
 Ebionitarum hæreticorum primordia ubi, 74. VI. Apoſtolorum temporibus, 34. XLVI. Res a Petro geſtas depravant, 41. X. Uſi Matthæi Evangelio, 41. XIX. 74. XII. Eis Elxai jungitur, 74. VII.
 Eccleſia quomodo ſit ſuper Petrum, 33. XX. Ea una, & Cathedra una monſtratur, 34. CCXCIX. Sine ordinum diſtinctione qualis, 44. LXXXI. Quid profeſſa de Aſſumptione Mariæ Virginis, 48. XVIII. In ea caput unum viſibile ſtatuum, 33. XVIII. Cuſtos Apoſtolicarum Traditionum, 53. XVII. Perſecutionibus augetur, 69. XXX. Navi comparatur, & cur, 31. LXIII. Eſt columna & firmamentum veritatis, 34. CCLXIV. Pro Petro orat, 44. III. Ea neque nuptias neque cibos prohibet tamquam res malas, 57. CCXCIII. Ea diverſis nominibus appellata, 57. CXXIX. Ejus primordia, 31. XXII. Ejus unitas, 45. III. Ejus nomen, 57. C. Ejus dotes quæ, 34. CCIX. Ei non obeſt varietas conſuetudinum, 57. CCI. & ſeq. Ejus cujuſque conſuetudo ſervanda, 57. CCVIII. Ejus mos ſuit, ut peregrinus Epicoſopus ad concionandum invitaretur, 46. XIII. Ejus auctoritas, 32. XVII. Ejus vetus uſus Euchariftiam nonniſi jejunis tradere, 34. LXI. Ejus ordo hierarchicus, 39. XVI. Ejus magna perſecutio die qua lapidatus eſt Stephanus, 34. CCCXIX. Eam ex Gentibus colligendam, ſignificatum linteo Petro oſenſo, 41. VII.
 Eccleſia domus orationis credia ſuper tumbam Lazari, 34. II.
- Eccleſia trium paſtorum in turri Ader, 1. XVI.
 Eccleſia ſuper locum Aſcenſionis Domini conca-merari non potuit, 34. CCXXXIX.
 Eccleſia illustratus locus, ubi Paulo Chriſtus apparuit, 34. XIV.
 Eccleſia Mauritanæ ob Vvandalicam cladem miniſtris egebat, 58. XXIX.
 Eccleſia quadrifida, hoc eſt, in modum crucis facta, 31. LIII.
 Eccleſia Cypri ſub nulla metropoli, & quomodo id contigerit, 46. XI.
 Eccleſia in Epicoſo & Epicoſopus in Eccleſia, quando, 33. XIII.
 in Eccleſia ſimul orandum, 34. CCXLVII.
 Eccleſia legitima apud Judæos quæ, 57. CLXXXV.
 Eccleſia S. Thomæ apud Indos, 57. CXV.
 Eccleſiæ Chriſtianorum mentio in Valeriani Imperatoris reſcripto, 57. CIII.
 Eccleſiæ Antiochenæ ſubrogatus Evodius, 39. XVIII.
 Eccleſiæ quot in Urbe temporibus Cornelii Pa-pæ, 57. CI.
 Eccleſiæ Vaticanæ monumenta de locorum diſtinctione, 57. CXXXVII.
 Eccleſiæ juſſu Diocletiani demolitæ, & quid inde habeatur, 57. C.
 Eccleſiæ Chriſtianorum ad inſtar templi Salomonis, 57. CIV.
 Eccleſiam primitivam vaſis aureis & argenteis abundaſſe, 57. LXXXII.
 Eccleſiarum ſedes inſtitutæ ſecundum prærogativas a Romanis antea ſtabilitas, 39. X.
 Eccleſiarum exemplaria deſcripta, 57. CV.
 Eccleſiarum privatarum facta non ſequitur auctor, niſi forte Patriarchalium, 75. V.
 Eccleſiarum dedicatio Agapen habebat, 57. CXLIII.
 Eccleſiarum ereſtio, 57. C. Earum pro foribus ſons, 57. CVII. Earum qui ſitus, & quæ ſtructura, 57. CIV. Earum ornatus, Ethnicorum teſtimoniis comprobatur, 57. CII. Eas etiam ſub Imperatoribus Gentilibus poſſeſſiones habuiſſe, 57. LXXXIII.
 Eccleſiarum Patriarchalium inſtituendarum quæ ratio habita, 39. X.
 Eccleſias etiam Apoſtolorum temporibus fuiſſe, 57. XCIX.
 Eccleſias Thraciæ a Petro primos Epicoſos accepiſſe, non ab Andraæ, 44. XII.
 Eccleſias Aſiæ an Joannes fundaverit, 44. XXIX.
 Eccleſiaſtica judicia, 57. XXV.
 Eccleſiaſticarum oblationum copia, 57. LXXVI.
 Eccleſiaſtica monumenta a Diocletiano exuſta, 69. XLI.
 Eccleſiaſticæ diſciplinæ rigor, 57. XCVII.
 Eccleſiaſtici proventus Gentilium invidiam movebant, 57. LXXIII.
 Eccleſiaſticis Annalibus non ſunt ſine auctore res incertæ inferendæ, 78. I.
 Eccleſiaſtico judicio ſapientes præficiendi, 57. XXVI.
 Eccleſiaſticum judicium exercere, grave viſum eſt Auguſtino, licet neceſſarium, 57. XXVII.
 Eclipsis quæ contigit patiente Domino, in archi-vis Romanis relata, 34. CXVI. CXVIII.
 Eclipsis, qua dies converſus in tenebras, in notis unius numerum recepta, 34. CLXXXIII.
 Eclipsis, quæ facta eſt tempore paſſionis Domini meminit Phlegon Hadriani Imperatoris libertus, 34. CXVI.
 Edessa Syriæ civitas, ejus Rex Abagarus, 31. LVII.
 Edeffenorum converſio, 43. XVIII.
 Edictum Claudii pro Judæis, 43. IV.
 Edictum Conſtantini de bonis Eccleſiæ reſtituentis, 57. LXXXIII.
 Edictum de philoſophis & rhetoribus Urbe pellendis quando promulgatum eſt, & cur, 75. II. Edi-

Edictum Domitiani contra philosophos, 85.
 Edicto Claudii Judæi Roma pulsi, 51. I.
 Editio Septuaginta interpretum a Judæis frequen-
 tiori usu recepta, 60. XLVI.
 Efficacia Symboli Apostolorum, 44. XVI.
 Effigies Dei genitricis, 48. XXV.
 Egnatii calumnia Barcas Soranus damnatus, 68.
 XXVI.
 Eleazarus frater Joazari in summum sacerdotium
 proventus ab Archelao, 8. XVI.
 Eleazarus exorcista, 56. II. Curabat eos, qui
 a dæmonibus vexabantur, *ibid.*
 Eleazarus Ananiæ Pontificis filius, 68. XLV.
 Eleazarus Simonis filius tertius factionis Judæo-
 rum dux, 71. X.
 Eleazarus Junior Anani Pontificis filius summus
 Sacerdos, 17. I. Abrogatus, 18. I.
 Eleazarus Pontifex sub Archelao instituitur, 8.
 XVI.
 Eleazarus Dinæi filius latro caput feditiosorum,
 50. IV. Vinculus Romam mittitur, 58. LVIII.
 Eleazarus pro Judæis tantum hostias immolari sua-
 det, 68. XLV.
 Electio Apostolorum, 32. V.
 Electio Matthiæ, 34. CCXXXII.
 Elephantem per foramen acus, adagium Hebræo-
 rum, 33. XLV.
 Eleucadius Platonicus Philosophus, S. Apollinaris
 discipulus, & ejusdem successor, 75. V.
 Eliberinum Concilium de celibatu sacerdotum mi-
 nistrorum, 58. XXVI. Ejus Concilii canon.
 exploditur, 57. CCVIII. Ejus Concilii obie-
 ctio diluta de imaginum ornamento, 57.
 CXXI.
 Eliæ levitæ Judæi liber Tisebi, 34. XVIII.
 Eloquencia Pauli qualis, 57. V.
 Elxai hæreticus, 74. VII.
 Elymas magus librum scripsit contra Pauli præ-
 dicationem, & fidem Christi, 46. XII.
 Emmaus castellum igne crematum, 8. XIV. No-
 bilem olim oppidum, 34. CXC. Ejus fons, *ibid.* Ex
 quo Cleophas, *ibid.* Illic aquæ calidæ, 34.
 CXC. Nicopolis appellata, 73. VII.
 Enac fuisse gigantem, & parentem gigantum,
 34. CXI.
 Encaniorum dies quando erat, 33. XLIII.
 Encolpium quid, 58. LXIX.
 Encratita hæretici, 57. CXCI.
 Energia Pauli, 57. VII.
 Energumeni interdum ob peccatum, 56. XII.
 Encyclicæ epistolæ, 57. LVII.
 Encyclicæ Clementis contra Ebionem, 74. X.
 Encyclicæ disciplinæ, 58. CXLVIII.
 Ennodii Ticinensis carmen, 58. CXLI.
 Ennodius de mitra S. Ambrosii, 34. CCXCIII.
 Enoch liber apud majores haud vulgaris auctori-
 tatis, 68. V.
 Epænetus an Episcopus Carthaginensis, 58.
 LVI.
 Epaphras conceptivus Pauli, 60. XI. Colossen-
 sium Episcopus, 60. XI.
 Epaphroditus tres, 60. II.
 Epaphroditus Paulum Romæ in vinculis visitat,
 56. VIII. Ægrotat ad mortem, 60. I. Ad Phi-
 lippenfes a Paulo remittitur, 60. I. Philip-
 pensium Apostolus appellatur, 60. II.
 Epaphroditus Episcopus Tarracinenfis, 60. II.
 Epaphroditus Neronem morientem conficit, 70. II.
 Epha filius Madian, 1. XXV.
 Ephemerentæ ministri, 57. CXXXV.
 Ephesum devenit Paulus, 54. I. 55. IV. Me-
 tropolis Asiæ Minoris, 57. CLXX. Bonarum
 artium studiis abundans, *ibid.* Illic quam diu
 Paulus commoratur, 55. I. Illic cur Paulus
 diutius immoratur, 57. CLXX. Illic Judæi mu-
 nicipes erant, 57. CLXXXV. Illic templum
 Dianæ quale, 57. CLXXXVI.

Ephesi laudantur ab Ignatio, 59. XVIII.
 Ephesina Ecclesia, 44. XXX.
 Ephesini magië addictissimi, 56. XLI.
 Ephesiorum civitatem Joannes & Virgo Maria.
 quandoque incoluerunt, 44. XXIX.
 S. Ephraem de epistolis Abagari & Jesu meminit,
 31. LX.
 Epictetus & Peregrinus a Domitiano Urbe pulsi,
 85. Idem Stoicus, *ibid.*
 Epicurei & Stoici cum Paulo disputant, 52. II.
 Epiphania trium miraculorum memoria, 31.
 XXXIV.
 Epiphaniæ festum celeberrimum, 1. XXXVI. Ejus
 festo Valens Imp. interfuit, *ibid.* Ejus festo
 Julianus interfuit, *ibid.*
 Epiphani opinionem de baptismo Christi Ecclesia
 respuit, 31. XVIII. Ejus error de tempore
 martyrii Joannis, 31. XVIII. Traditionum ad-
 stipulatur, 53. XXVII.
 Episcopalis sublimitas nulli comparanda, 57.
 XXXII. Ejus dignitas a Domino, non ab ho-
 minibus instituta, 58. VIII. A Novatoribus im-
 pugnator, 58. IV.
 Episcopalis dignitatis ornamentum a Jacobo A-
 postolo gestatum, & quod, 34. CCLXXXVIII.
 Episcopatus Apostolatus dictus, 58. VIII.
 Episcopa nomen sæpe repertum, 34. CCLXXXIV.
 Episcopi & presbyteri differentia, 58. III.
 Episcopi loco Apostolorum, 58. VII. Majores
 presbyteris, 58. XII. Apostoli nominati,
 58. IX. De presbyteris ab initio judica-
 bant, 58. XI. Presbyteris præfunt, 58.
 XII. Nuptiis celebrandis interveniebant, 57.
 L. Judices in Ecclesia, 57. XXVIII. Causas
 populi judicabant duplici ratione, 57. XXX-
 VIII. Indulgentiam concedunt de poenitentia
 tempore, 58. XXXVIII. Unius uxoris viri
 quomodo ordinandi, 58. XVII. II & presby-
 teri quales esse debeant, 58. III. Angeli ap-
 pellati, 60. XX. Apostolorum successores, 58.
 VII. Eorum ordinationes ex Apostolica tradi-
 tione, 44. LXXXIV. Iis subiecti presbyteri,
 58. XII. Eorum munus judicare, 57. XXVI.
 Eorum munus est ordinare non presbytero-
 rum, 58. III. Eorum ordo patrum genera-
 tor, 58. V. Eorum electio quam male apud
 populum haberetur, 58. XIX. Eorum immensi
 labores ex litibus, 57. XL. Eorum arbitrio
 jejunia sanciri solita, 57. CCXI. Eos capite
 abrasos fuisse, 58. CXXXIV. Eos mitras ge-
 stare ex traditione, & usu Apostolorum, 34.
 CCXCIII. Eos legitime implorare auxilium.
 Principum secularium contra hostes Ecclesiæ,
 58. CLXI. Eos bigamos reperiri, probum,
 58. XXVII.
 Episcopi peregrini invitari soliti ad concionandum,
 46. XIII.
 Episcopi vox a Cicerone usurpata, 58. VIII.
 Episcopi nomen in Ecclesia antiquissimum, *ibid.*
 Episcopi ordinati a Petro, 44. XI.
 Episcopi percussores, 57. XX.
 Episcopo contradicere, terribile est, 51. LVII.
 Episcopus an idem quod presbyter, 58. V.
 Episcopus ordinandus cur non cælebs, sed qui
 uxorem unam duxisset, 58. XIV.
 Episcopus medico comparatur, 57. XIX.
 Episcopus Regi præfertur, 57. XXXI.
 Episcopus in Ecclesia, & Ecclesia in Episcopo,
 53. XIII.
 de Episcopis primis Byzantium a Petro crea-
 tis, ex Agapeto Papa, 44. XII.
 Epistola Pilati ad Imperatorem de rebus Chri-
 sti non improbabilis, 34. CCXXXIV. De ea
 meminit Gregor. Turonensis, & Orosius, *ibid.*
 Ea in titulo certum continet errorem, 34.
 CCXXXI.
 Epistola Apostolorum ex Jerosolymitano Conci-
 lio, 51. XV. Epi-

Epistola Abagari ad Jesum, 31. LVIII.
 Epistola Jesu ad Abagarum, 31. LIX.
 Epistola de inventione corporis S. Stephani pro-
 tomartyris, 34. CCCLIII.
 Epistola prima Pauli ad Thessalonicenses ubi scri-
 pta, 52. XXII.
 Epistola secunda ad Thessalonicenses unde data.
 sit, & ejus scribendi occasio, 53. I.
 Epistola prima ad Corinthios ubi scripta, & quæ
 scribendi occasio, 57. II.
 Epistola secunda ad Corinthios ubi scripta, &
 qua occasione, 58. XXXVI. Nequaquam per
 Titum lata, 58. XXXVII.
 Epistola ad Romanos ubi scripta, & ad quos,
 58. XLVI. Qua occasione scripta, & quod e-
 jus argumentum, *ibid.* Ab ea qui abstinuerint,
 60. II.
 Epistola prima ad Timotheum e Macedonia scri-
 pta, 57. CX C.
 Epistola ad Titum non est scripta Nicopoli,
 58. I.
 Epistola Gregorii Thaumaturgi, 57. XXXVII.
 Epistola ad Ephesios quando & qua occasione scri-
 pta, 59. XIX. Ea & epistola secunda ad Ti-
 motheum simul Romæ a Paulo scriptæ, 59. X.
 59. XIX.
 Epistola ad Philippenfes qua occasione scripta,
 a quibus & ubi, 60. I.
 Epistola ad Colossenses, quo anno scripta, 60.
 IX.
 Epistola Pauli ad Laodicenses a Xysto Senensi e-
 dita, qualis, 60. XII.
 Epistola Pauli ad Philemonem quando & ubi scri-
 pta, 60. XL.
 Epistola ad Hebræos ubi scripta, 60. XLII. An
 sit Pauli, *ibid.* A quo sit conversa, *ibid.* Cur
 in ea non scribitur Pauli nomen, 60. XLIV.
 Et de styli ratione, *ibid.* Ab ipso Petro cita-
 tur, 60. LIV. Ea omnium novissime scripta,
 60. XLII. Falso alii quam Paulo tribuitur, 60.
 XLVII. A Græcis accepta, 60. XLVIII. A La-
 tinis omnibus recepta, 60. L. A Romana.
 Ecclesia & ab omnibus recepta ut Pauli, &
 cognita, 60. LIV.
 Epistola Catholica Jacobi esse probatur, 63. IX.
 Epistola prima Petri quo anno scripta, & ubi
 a Marco translata, 45. XVI. Secunda Petri
 Romæ scripta ad Hebræos paulo ante ejus mar-
 tyrium, 68. IV.
 Epistola Clementis ad Ecclesiam Corinthiorum.
 gravi schismate laborantem celeberrima, 95.
 I. & seq. Ex diversis auctoribus collecta, 95.
 III.
 Epistola Judæ canonica, 68. V.
 Epistola Dionysii Areopagita, ad Joannem exu-
 lem in Patmo, 97. XV.
 Epistola Joannis ad Parthos, 99. X.
 Epistola Ignatii ad Mariam Castabolitem, 93.
 VII.
 Epistola Gregorii Nysseni inter canonicas recen-
 sita, 56. XXIX.
 Epistola ad Paulam & Eustochium de Assumptio-
 ne Virginis non esse Hieronymi, sed neque
 Sophronii, aperte monstratur, 48. XV.
 XVII.
 Epistolæ Dei genitricis apocryphæ, 48. XXV.
 Epistolæ Ignatii in Ecclesia receptæ, 57. LVI.
 Epistolæ Ignatii ad Mariam Virginem, 48.
 XXIV.
 Epistolæ Encyclicæ, 57. LVII.
 Epistolæ Pauli ad Colossenses locus variæ lectio-
 nis, & quæ potior, 60. XIII. In ea locus
 declaratus de religione Angelorum, 60. XV.
 Epistolæ Joannis Evangelistæ tres quod germanæ
 sint probatur, 99. IX.
 Epistolæ Domitiani, & Proconfulis Asiæ de Joan-
 ne Evangelista, 92. I.

Epistola Senecæ ad Paulum, & Pauli ad Senecam
 quales, 66. XI. Hoc commentum unde,
 66. XII.
 Epistolæ Pauli quot, 60. XLIII.
 Epistolarum Pauli styli diversitas, 60. XLV.
 Epitaphium Petri & Pauli, 69. XXV.
 Epulonis divitis historia, 33. XLIV.
 Epulum connubiale, 57. CXXXIX.
 Epulum natalitium, *ibid.*
 Epulum funebre, *ibid.*
 Epulum popolare, *ibid.*
 Equi Nyssæi velocissimi, 1. XXXIV.
 Erasmus male Chrysofomum interpretatus, 56.
 XXXII.
 Erastus Corinthi remanet, 58. XLVI.
 Erastus & Timotheus missi in Achaïam, 57. I.
 Error dicentium Christum natum mense Aprili,
 vel mense Maio, 34. CXLIV. & seqq.
 Errores varii de tempore quo passus est Christus,
 34. CXXXVIII.
 Eruptio montis Vesuvii, 81. III.
 Erythra Æthiopiæ, 35. XXVIII.
 Esau inventum de atrahendo præputio, 57.
 LXXXII.
 Esaiæ Christiani & Marci discipuli, 34. CLXI.
 Genus Rechabitarum, 64. VIII.
 Esseni unde dicti, 64. IV. Qui etiam Hosii, *ibid.*
 In omnem regionem dispersi, & ex omni
 gente, & nonnisi Christiani esse possunt, 64.
 IX. & seqq. Licet Christiani, sabbatum tamen
 custodiebant, & cur, 64. XI. Diversi a Re-
 chabitis, 64. VII. Eos a Rechabitis descende-
 re, *ibid.* Ante Christum diversi ab iis qui post
 Christum a Philone descendentur, 64. IX.
 Paulo ante Christum, 64. V. Redditi Chri-
 stiani, 64. IX. De iis qui ante Christum, si-
 lentium, 64. VI. De iis nihil loquitur Evan-
 gelium, *ibid.* Eorum antiquitas, *ibid.* Eorum
 nomine Christiani a Philone laudantur, 64.
 XI. Rejiciuntur objecta, 64. XII. Eorum
 excommunicationis genus terribile, 57. XII.
 Eorum vita & laudes, 64. V. Eorum cantus,
 60. XXV. Eorum institutum quando cœperit,
 non ex Gentilibus scriptoribus, sed ex Ju-
 dæis probandum, 64. VI. Eos qui erant in
 Ægypto, fuisse Christianos, 64. IV. Eos fa-
 cile Christianis consensisse, 64. IX.
 Ethnici scriptores in rebus Hebraicis facile er-
 rore lapsi sunt, 64. VI.
 Evagrius auctor libri qui Vitæ Patrum inscribitur,
 1. XLVI. Ejus testimonium de idolis col-
 lapsis ad Salvatoris ingressum, *ibid.* De ima-
 gine Christi ad Abagarum missa testatur, 31.
 LXI.
 Evangelica concordia, 31. III.
 Evangelicæ historiæ dignitas, 31. I.
 Evangelii prærogativa, & excellentia, *ibid.* Ei
 credendum præ ceteris historiis, 34. CCXIV.
 Credendum propter Ecclesiæ auctoritatem, 34.
 CCXIV. 53. XI.
 Evangelistas de rebus Christi scripsisse quantum
 satis esset ad fidem adstruendam, 34. CCXVIII.
 Singulas res gestas enarrandas non susceperunt
 34. CCXVIII.
 Evangelium Nazaræorum an apocryphum, 41.
 XIX.
 Evangelium Matthæi quo anno scriptum, 41.
 XIV.
 Evangelium Marci quo anno scriptum, 45. XXXI.
 A Petro confirmatur, 45. XXIX. Qua occa-
 sione scriptum, *ibid.* An Latine vel Græce scri-
 ptum, 45. XL.
 Evangelium ad Hebræos quodnam intelligendum
 99. VI.
 Evangelium Nazaræorum a Hieronymo translatum,
 32. IV.
 Evangelium Lucæ scribendi occasio, 58. XXXI.
 Eyan-

Evangelium virtute divina, non humana propagatum, 75. VIII.
 Evangelium editum nomine Andreae Apostoli apocryphum, 44. XLVIII.
 Evangelium nomine Thomae ab haereticis scriptum, 44. XLVIII.
 Evangelium a Thecla praedicatur, 47. III.
 Evaristus, quintus a Petro Pontifex, ecclesias divisit presbyteris, 57. CI.
 Eucharistia instituta post coenam, 34. XLVI.
 Primum in azymis confecta, 34. XLVI. Sub specie tantum panis asservari solita, 57. CLV.
 Eadem frequentanda, 57. CLVI. CLVIII.
 Ex duabus rebus confans, 34. LII. Ea caro etiam nostra alitur, 34. LII. Non nisi a jejunis sumenda, vetus Ecclesiae mos, 34. LI.
 Non datur ante confessionem, 56. XXIX. In itinere ferri solita, 57. CLIII. Eam sumendi usus infrequens Ecclesiae Orientalis, 57. CLVII.
 Intra columbam auream reponi solita, 57. CLIV. Eam veteres mysteria nominabant, 34. XLVII. De ea Patrum assertiones, 34. LIII. & segg. Ejus sacramentum in qua veste instituit Dominus, 34. XXXIX. Ejus institutio post eum agni Paschalis, 34. XLV. Ejus diversa nomina, 34. XLVII. De ejus veritate Patrum auctoritates, 34. L. De ejus sacrificio Sententiae Ignatii, 34. LIII. Ejus fructus, 34. LII. Ejus susceptores quales, 34. LIII. Ejus participatio, 57. CXLVIII. Ejus ritus, 57. CXLV. Ejus similitudo, 34. LIV. Ejus ritus a Paulo instituti, 57. CXLV. Ejus conscientiae, offerendae & distribuendae ordo recitatur, 57. CXLVII. & segg. Ejus consecratio, & institutio, 34. XXXVI. Ejus elevatio, 57. CXLVIII. Eam non contentium non recipiebantur oblationes, 34. LIII. Eam accipiens quid proficitur, 57. CXLIX. Eam manu accipere soliti qui, 57. CL. Eam sumptibus tabellae apponi solita, 57. CXLVIII. Eam non ut communem panem sumimus, 34. LIV. Eam suae conscientiae arbitrio sumere nunquam permittitur, 56. XXX. Eam domum deferre mos fuit, 57. CLI. Quando prohibitum, 57. CLII. Eam in manus cuiusque dari solitam, & quomodo, 57. CLIX. Eam quotidie sumere, 57. CLVI. Eam asservandi mos, 57. CLIV. Eam indigne sumentibus poenae a Domino irrogatae, 57. CLX.
 Eudoxia Augusta nobilissimam ecclesiam aedificavit, 34. CCXCIX.
 Evellius de domo Neronis martyrio coronatur, 69. XLIV.
 Eunapius Sardinianus de cultu reliquiarum testatur, 55. XVIII.
 Eunice mater Timothei, 51. LXII.
 Eunomius cultum reliquiarum impugnat, 55. X.
 Eunuchum reginae Candacis Philippus diaconus instituit, & baptizavit, 55. XXVII. Eum fuisse profelytum, & non Gentilem, *ibid.* Eum in Arabia Felici, & in insula Taprobana Evangelium praedicasse, & martyrem obiisse, 55. XXVIII.
 Evodius Antiochenus Episcopus martyrio coronatur, qua occasione, 71. XI. Apostolorum successor, 39. XVIII. Ei Ignatius subrogatur, 71. XI. Ejus nomine scripta, 71. XI.
 S. Euphemia Chalcedonensis martyr quomodo vestita, 57. XCII.
 Euphrates Apollonii pernecessarius, 75. VI.
 Euprapia matrona domum suam in titulum ad Missas celebrandas erexit, 57. CI.
 Euroaquo ventus, 58. CLXX.
 Eusebii error de relatione Pilati, 34. CCXXIV. Ejus sententia de epistola Jesu ad Abagarum Regem, 31. LIX.
 Eusebius Episcopus Caesariensis Evangelia in unum

opus contexit, 31. III. Traditionum professor, 53. XXIII.
 Euthymius erroris arguitur de tempore quo scriptum est Evangelium Lucae, 58. XXXI.
 Eutropius Episcopus Santonenfis, 95. II.
 Eutychus de tertio coenaculo cadit, 58. LXII.
 Examen conscientiae laudatur, 52. LIX.
 Exauctoratio, degradatio, depositio, 57. XXII.
 Excidit Jerosolymitani causa, 72. XXI. Ejus causa non fuit neglectus religionis, 72. XXII. ab excidio Jerosolymitano servati quam sortem habuerint, 72. XIX.
 Excommunicat Paulus incestuosum, 57. XI.
 Excommunicati satanae traduntur, 57. XI.
 Excommunicatio apud Hebraeos & Gentiles in usu fuit, 57. XII.
 Excommunicatio a Paulo inflicta, 57. XI.
 Excommunicatio apud Gallos qualis, 57. XIII.
 Excommunicatio quibus modis dicta a majoribus, 57. XI. XIV.
 Excommunicatio semper timenda, 57. XXI. Injusta humiliter ferenda, *ibid.* In contumaces ferenda, *ibid.* Etiam pro rebus temporalibus inferri potest, *ibid.* Ejus forma, 57. XXI. Non nisi ex gravi causa inferenda, 57. XIX. Ejus nomina diversa, 57. XI. Ejus utilitas, 57. XVIII.
 Excommunicatorum poenae, 57. XVII.
 Excommunicatus quae mala patitur, 57. XVII.
 Traditur satanae, 57. XI.
 Executores ultimi supplicii qui essent, 34. LXXXV.
 Exempla multorum qui longam vitam duxerunt, 76. II.
 Exempla ignis aeterni, 81. V.
 Exemplum annuli ad Zonam ligati, & sine sui vel Zonae fractione elapsi, 1. XXXIX.
 Exercitia Jesu quae, 12. VII.
 Exilium Archelai in Gallia quo tempore, 16. I.
 Exomologesis quid, 56. XVII.
 Exomologesis quae abrogata a Nestario, 56. XXXV.
 Exomologesis facere, quid, 56. XVII.
 Exorcismi Salomonis, 56. II.
 Exorcismi forma verbis explicata, 56. IX.
 Exorcismi ante Baptismum, 56. XII.
 Exorcismi aliqui ritus addi possunt, 56. V.
 Exorcismorum probatus usus, *ibid.*
 Exorcismorum antiquorum usus, 56. VII.
 Exorcista Eleazarus, 56. II.
 Exorcista Christiani, 56. XII.
 Exorcistarum ordo, 56. VI.
 Exorcistae circulares, 56. X.
 Exorcistae Judaeorum non ignobiles viri, 56. II. Quales, *ibid.*
 Exorcistas quomodo daemones fallere conantur, 56. XIII.
 Exorcizare quibus lege prohibitum, 56. XI.
 Exorcizare, peculiare munus ordinis ad hoc constituti, 56. VI.
 Exorcizati fides plurimum confert, 56. IX.
 Exules togam abjiciebant, 16. VII.
 Ezechias Rex scidit vestimenta, & cur, 34. LXXXIII.
 Ezechiel Jerosolymam raptus, 31. XX. Ejus visio, 31. II. Jubetur caput radere, 58. CXXXII.

F

Faber tabernaculorum Paulus, 51. XVIII.
 Faber lignarius Jesus, & Joseph, 2. VII.
 Fabianus Papa Philippum Imperatorem ad exomologesis faciendam adiecit, 56. XXII.
 Fabiola vidua publice exomologesis facit, 56. XXXV.

Fabulae Judaeis cognitae, 42. VII.
 Fabulosum commentum cuiusdam auctoris qui probare conatur tribus diebus & noctibus explicitis Christum in sepulcro fuisse, 34. CLXXXIII.
 Facibus primi usi in sacris Athenienses, 58. LXXXVII.
 Factio Judaeorum triplex, 71. X.
 Factiosi quo praetextu sibi regnum adsciscere conati apud Judaeos, 72. XIV.
 Fadus Judaeae Praefes post mortem Agrippae, 46. VIII. Judaeis de stola pontificia negotium facit, 48. XXVII. Theodam interimit, 1. LVIII.
 Fama infanticidii Herodis Romam perlata, 1. L. Fama miraculorum Jesu per totam Syriam divulgata, 31. LVII.
 Fames in toto Orbe sub Claudio, ab Agabo praedicta, 44. LXII.
 Fames Judaeorum quo progressa, 72. VIII.
 Familia David a Vespasiano aboleri curatur, & cur, 77. III.
 Fanum Vestalium, non templum dicebatur, 1. XIII.
 Fascia velare oculos capite truncandorum solitum esse apud Judaeos, 69. X.
 in Fasciarum Jesu honorem basilica erecta, 1. VIII.
 e Fassis nomina Consulium quantumvis criminorum expungi haud solita, 41. I.
 Felix Procurator Judaeae, 50. VII. Jonathan Pontificem e medio tollit, 58. LVIII. Turbam ab Aegypto impostore seductam invadit, 58. LIX. Judaeam administrat, 56. XLII. In Judaeos rixantes armatos mittit, 58. LX. E magistratu abijt, 58. LXI. Tremefactus ex praedicatione Pauli, 58. CLIV. Cur speraret pecuniam sibi a Paulo dandam, 58. CLV. Vir mulierosus nimis, *ibid.* Quomodo Drusillam uxorem accepit, *ibid.* Trium Reginarum maritus, *ibid.* Conjurantes in Paulum an Romam miserit, 58. CLVII. Quamdiu provinciam administravit, 58. CLVII.
 Felix Urgelitanus, 57. CXXIII.
 Feminam, quae unxit pedes Jesu, Judaeam fuisse, 32. XXIII.
 Feminae ornatus cupidae, 57. LXXXIX. Eas caput velare, Judaeis & Gentilibus commune, 57. LXXXV.
 Feminarum libido Romae coercita, 21. I.
 Feminae in ecclesia a viris separatae, 57. CXXV.
 Earum locus in ecclesia, *ibid.*
 Feminae Corinthiae impudicissimae, 57. LXXXVI.
 Feminis cum viris in ecclesia canere interdictum, 12. III. 60. XXV.
 Feminis cur myrrhina vina concessa, 34. CV.
 Ferdinandus diaconus canonum collector, 57. CXXIII.
 Fera quarta initum consilium de morte Jesu, 34. CLXIII.
 Fera quinta non vacandum ab operibus, 58. XCI.
 Feriarum nomen cur diebus inditum, 44. LXXXVIII. 58. LXXXVII.
 Ferae nomine omnes dies appellati ante Silvestrum, *ibid.*
 Ferae quartae & sextae religio, 34. CLXI.
 Feritas in conviviis detestanda, 33. III.
 Fermentum quidquid impurum significat, 34. CLVI.
 Festa dies reditus Jesu in Palaestinam, 9. I.
 Festa non abijt Paulus, 58. LXXXII.
 Festa dies praefat non festa, 58. LXXXV.
 Festa antiquissima quae, 58. XCII.
 Festa sanctorum, 58. XCIII.
 Festa deorum Gentilium in honorem martyrum.

Ann. Eccl. Tom. I.

commutata, 58. XCIX. & segg.
 Festa dies ab hora nona incipiebat, 34. XXXIII.
 Festi dies in Ecclesia cur introducti, 58. LXXXIII. & seg. 58. LXXXVIII.
 Festis diebus prandere non licebat ante horam sextam, 34. CCXXXVIII.
 Festorum Gentilium lex, 58. C.
 Festorum dierum impugnator Acrius, 58. LXXXIV.
 Festos dies denuntiandi mos apud Hebraeos, 34. XXXVII.
 Festos dies agunt Christiani diversa ratione a Judaeis & Gentilibus, 58. LXXXIII. XCIX.
 Festos dies unde auspicabantur Judaei, 34. XXVI.
 Festum Innocentium, 1. LI. 58. XCIV.
 Festum Polycarpi, 58. XCIII.
 Festum Epiphaniae in Ecclesia celeberrimum, 1. XXXVI.
 Festivitates in Ecclesia introductae, 58. LXXXI.
 Festus successor Felicis, 58. CLVIII. Quot annos in provincia, *ibid.* Impositorem Magum persequitur, 58. CLXV. Ejus mors, 62. I. 63. III.
 Fibulam auream gestabant in veste Regum affines, 34. LXXXI.
 Fici arbor arefacta, 34. IX.
 de Fici arbore Judas se suspendit, 34. LXXVI.
 Fictilia myrrhina ubi fiant, 34. XCVIII.
 Ficum esse arborem transgressionis, 34. IX.
 Ficus Romulea quot annos superstes, 34. LXXV. I. Quando exsiccata, & quid significaverit, 60. LIX.
 Ficum folia sumpserunt primi parentes ad se tendendum, 34. IX.
 Fidei formulas scriptas Ecclesia Gallicana nullas novit, 53. XXIV.
 Fidei signum in annulis Christianorum, 57. LIII.
 Fides conscriptae quae vocentur ab Hilario, 53. XXIV.
 Fides porrectione dextrae solita polliceri, 57. LIII.
 Fides historiae Magorum, 1. XX.
 Fides Ecclesiae fundamentum, 33. XXIII.
 Fides sine bonis moribus facile periclitatur, 57. CXC.
 Fides Romanorum & devotio, 58. XLVIII.
 Fides Christianorum quantae virtutis, & aestimationis, 75. VII.
 Fides Romana annuntiat in universo Orbe, 58. XLVIII.
 Fides & miraculum Gregorii Thaumaturgi, 9. I.
 Fidelium fuga Jerosolymis, 68. LI.
 Figuli ager emptus triginta argenteis qualis, 34. XVII.
 Figura Crucis, 34. XCIII.
 Filiae Philippi Diaconi quatuor virgines, 58. CXIV.
 Filiae Jerusalem quando dixerunt, Beatae steriles; & montibus, cadite super nos, 72. IX.
 Filia Seiani a carnifice constuprata, 33. XLVII.
 Filius viduae Nain a mortuis revocatur, 32. XV.
 Filius prae fame a matre comestus, 72. VIII.
 Fingere licitum, mentiri nequaquam, 51. XXXVII.
 Fisci Judaici calumnia sublata a Nerva, 98. XII.
 Flaccus Aegypti Praetor, 40. II. Judaeis infensus, 40. XI. Ejus crudelitas in Judeos, 40. VII. In Andrum insulam a Caio relegatur, deinde occiditur, 40. XIII. S. Petronillam adhaerens, 69. XXXII.

G g g g g

Fla-

Flagellatio Jesu, 34. LXXXIV. LXXXVI.
 Flagellis multi interiire, 34. LXXXIV.
 Flagellorum genus duplex apud Romanos, 34. LXXXIV.
 Flagrorum duplex genus, 46. VIII.
 Flamen apud Gentiles unius uxoris vir ad sacerdotium admittebatur, 58. XXIX.
 Flamen quotidie feriat, 44. LXXXVIII.
 Flaminica unius mariti uxor, 58. XXIX.
 Q. Flaminius Placentia discumbenti meretriculae in quo morem gessit, 33. III.
 Flamma ex adytis templi erumpit contra Herodem, 34. CXXLI.
 Flammaram eruptio ex Vesuvio monstruosa, 81. III.
 Elavia Domitilla mater Titi & Domitiani relatam inter divos, 98. V.
 Flavia Domitilla Clementis, uxor, 98. V.
 Flavia Domitilla Clementis neptis in Pontiam insulam relegata, 98. II. VI. A Clemente infructa, & vexata, 98. VI. Nerei & Achillei sermonibus accensa, *ibid.* Virgo & martyr 98. VI.
 Flavia Domitilla procurator Stephanus Domitianum occidit, 98. IX.
 Flavius Vopiscus, 57. CIII.
 Flavius Clemens occiditur a Domitiano, 98. IV.
 Flavius Silva Massadam capit, & excidit, 73. VII.
 Florus Albino substituitur, 66. XV. Homo sceleratissimus, *ibid.* Judaeos ad defectionem concitat, 67. III. 68. XXXVIII. A Judaeis octo talenta accipit, 68. XXXVII. Judaeos nobiles patibulis affigit, 68. XXXIX. Maledictis a Judaeis appetitur, 68. XXXVIII. Hierosolimam cum exercitu contendit, *ibid.* Honorem Judaeorum respuit, *ibid.* Forum rerum venalium diripiendum militibus tradit, 68. XXXIX. De eo & Christo antithesis, 68. XL. Novam querit occasionem irritandi Judaeos ad seditionem, 68. XXXIX. In arcem transire nititur, sed non potuit, 68. XLIII.
 Fluvius Sabbaticus a Vespasiano visus, & quando fluat, 33. XXXVII.
 Foenum & cophinus Judaeorum supellex, 94. IV.
 Fons in quo Dominus pedes lavisse fertur ubi, 34. CXC.
 Fons in quo baptizatus est Euanuchus reginae Candacis ubi, 35. XXVIII.
 Fons Jesu in Aegypto, 1. XLVII.
 Fons Arabiae in vinum conversus, 31. XXXII.
 Fons in Palestina Sabbaticus dictus, 33. XXXVII.
 Fons carceris Apostolorum Romae, 68. XXIV.
 e Fonte lapideo aquae exundare solita, 31. XXXIII.
 Fontem fluere vini sapore, 31. XXXIII.
 Fontes & fluvii in vinum conversi, *ibid.*
 Fontes ad lavandum fuisse pro foribus ecclesiarum, 57. CVII.
 Fontium trium miraculum in morte Pauli, 69. XIII.
 Forenses conventus, 58. CXXII.
 Formatae litterae quae, 75. XV.
 Fortunatus Agrippae libertus Romam missus ad Caesarem Imp. 40. XV.
 Fortunatus de sepulcro Petri & Pauli, 69. XXV.
 Forum Appii quantum ab Urbe distaret, 59. III.
 Fossarii qui, 34. CCLXXXIII.
 Fratres appellati Christiani, & Fraternalitas eorum catus, 43. XIV.
 Frontem cruce signandi ritus, 53. XII.
 Fuga Jesu, ne Rex fieret, 33. XI.
 Fuga Petri e carcere Herodis, 44. IV. VIII.

Fuga Petri e carcere Mamertino quando, 69. III.
 Fulgor e Sardonyche emitti desit, 17. II.
 Fulmen in mensam Neronis illapsum, 62. II.
 Fulvia sub Tiberio Judaeis pecuniam elargitur, 52. XVI.
 Fulvia nobilis mulier Romana a Judaeis decepta, 22. II.
 Fulviae insultatio in Ciceronem, 33. IV.
 Fundamenta Ecclesiae, 33. XX.
 Funera Judaeorum, 34. CXXXI.
 in Funere nobilium apud Graecos & Latinos adhibiti aeneatores, & tibicines, 31. LXXVI.
 Item & apud Judaeos, *ibid.*
 Funeris pompam accensis caereis prosequi apud Christianos antiquos usu receptum est, 34. CCCVI.
 Funerales Agapes, 57. CXL.
 Fures sunt quotquot ante Christum venerunt, & de quibus intelligatur, 34. CCLXXXIII.

G

G Abas Aegyptii appellabant corpora defunctorum siccata, 34. CLXIV.
 Gabbai publicanus, 31. LXXXIII.
 Gabbe princeps publicanorum, *ibid.*
 Gabellae nomen unde, *ibid.*
 Gabinii praetura in Palestina, 5. CLXXXIV.
 Gabinus Marcos superavit, 44. LX.
 Gadara & Gerasa civitates, 8. XV. 31. LXVII.
 Gadara unde dicta, *ibid.*
 Gadareni agri aquae calidae, 31. LXVIII.
 Gadareni Vespasianum recipiunt, 70. VIII. Eorum civitas a Vespasiano capta, & incensa, 69. XLVIII.
 Galatae qui fuerint, 35. I.
 Galatiam Paulus petit, 54. II.
 Galba Imperium arripit, 70. VI. Quamdiu tenet Imperium, *ibid.* In foro a militibus occisus, 71. I.
 Galilaea contermina Judaeae, 9. III.
 Galilaea in Palestina duae, *ibid.*
 Galilaea caput Saphori civitas, 16. XI.
 Galilaei Caesarem Dominum appellare recusant, 1. LX. Eorum natura, 9. III. Diversa Judaeis lingua utebantur, 34. CCXXXV. Statuerunt non esse pro Ethnicis sacrificandum, 1. LXI. Ab infantia pugnaces, 32. VII. A Pilato occisi, quod negarent tributum pendendum Romanis, 33. XLIII. Ita vocati Christiani, 68. II. Eorum secta in Aegypto, 73. IX. Eorum secta quando exorta, 1. LVII. Eorum secta in Simone revixit, 16. V. Eorum sectae impugnator Christus, & Apostoli, 1. LXI. Eorum constantia contra Caesarem, *ibid.* Eorum secta excisa, 73. IX.
 Galilaeus dictus Jesus, 9. III.
 Gallae Augustae litterae ad Placidiam Augustam, 69. XXIII.
 Galli sacerdotes rasi Romanorum exemplo, 58. CXLI.
 de Galli cantu concordant Evangelistae, 34. LXXI.
 Gallicinium duplex, *ibid.*
 Gallia & Galatia, idem, 59. X.
 Galliani pro Galatia legendum esse falsum, 59. X.
 in Galliis ara inventa cum Inscriptione, Ignoto Deo, 52. VII.
 in Galliis defectio Romani exercitus a Nerone, 69. XLVII.
 Gallio Achaiae Proconsul, 53. XXXIII. De religione judicare nolit, 53. XXXIV. Germanus Senecae, 53. XXXIII.
 Gamala capta a Vespasiano, 69. XLVIII.

Ga-

Gamaliel apud Lucam, 1. LVII. Pro Apostolis loquitur in Concilio seniorum, 34. CCLXXII. Christianus fuit, & cum Stephano sepelitur, 34. CCLXXV. Idem Stephani, Sauli, & Barnabae praceptor, 34. CCLXXII. Legis peritus, 34. CCLXXII. CCLXXV. In Concilio inter Senatores permansit, & cur, 34. CCLXXV. Ejus de Theoda & Juda vera narratio, 1. LVIII. Ejus epistola de sepultura S. Stephani, 34. CCCIII. Ejus sententia non fuit ut Apostoli flagellis caederentur, 34. CCLXXV.
 Gangra Bythinae civitas, 44. XI.
 Gangrense Concilium prohibet suffocatum, 51. XXII. Agapes probat, 57. CXLIII.
 Garizim montem adeunt Samaritae, 35. XXVI.
 Garizitani templi religio inducta, 31. LI. Idem templum sub quo aedificatum, *ibid.*
 Gaudentius Brixianus Episcopus de nuptiis in Cana Galilaeae, 31. XXIX.
 Gaulanica regio, 8. X.
 Gausapina penula, quae, 58. LXVII.
 Gaza urbs, 8. XV.
 Gazophylacia, quae & Corbona, 57. CXLVII.
 in Gazophylacium oblationes primo offerebantur, & cur, *ibid.*
 Gelasius episcopus Abagari recenset inter apocrypha, 31. LX. Non videtur affirmare Paulum in Hispanias nunquam profectum, 61. II.
 Gemmae duodecim rationali Pontificis insutae, 17. II.
 Genezar & Genezareth lacus idem, 31. LXIII.
 Ejus descriptio, *ibid.* Lacus, & terra, 31. LXIII.
 Genezareth terrae pulchritudo, & ubertas, 16. X.
 Genii cultus qui apud Gentiles, 60. XXIII.
 Gensericus Wandalarum Rex, 73. VI.
 Gentes ab Apostolis subactae Christi lege vivere, 44. XXIII.
 Gentibus ad fidem Christi osium apertum, 41. XIII.
 a Gentibus leges Romanae nunquam acceptae Romano dominatu acceptae, 44. XXIV.
 Gentiles martyrum reliquias disjiciebant, 55. XVIII. Christianos impositores vocabant, 56. XI. Diis suis decimas solvebant, 57. LXXV. Quadrifida incisio in modum crucis panes decussabant antequam coquerent, 58. LXIV. Mundabant se aqua ante ingressum in templum, 57. XC. Tabellas pictas in templo suspendere solebant, 57. CLXXVII. Etiam in festis lucernas incendebant, 58. LXXVI. Bullas ad collum appendebant, 58. LXXVI. Cordis imaginem in bullis ferebant, & cur, *ibid.* Solem adorare. Christianos dicebant, & cur, 58. CV. Multi raso capite funera celebrabant, 58. CXXXI. Cujus rei causa diem natalium celebrarent, 60. XXIII. Etiam cantus molles damnabant, 60. XXX. Per bestias significati, 41. XI. Mundum per ignem interitum formidabant quando, 82. III. Omnium malorum causas in Christianos refundebant, 86. III. Eorum impiae leges antequam Evangelium reciperent, 44. XXIII. Eorum ritus multi communes Judaeis, & Christianis, 44. LXXVII. Eorum calumnia in Christianos orta ex peccatorum confessione, 57. V. Eorum superstitiones in religionem Christianam commutatae, 58. LXXVII. Eorum festorum lex, 58. C. Eorum Sacerdotes omnes pilos corporis radebant, 58. CXXXIV. CXXXVII. Eorum cantus ab Ecclesia damnati, 60. XXXVII. Eorum idololatria ab Aegypto, 1. XLV.
 Gentiles homines apud Philippum agunt, ut viderent Jesum, 34. VIII.
 Gentilitiae superstitioni Claudius prospicit, 49. II.

Ann. Eccl. Tom. I.

Gentilitii ritus in Ecclesiam aliquando translati, 44. LXXXVI.
 Gentium vocatio cum desolatione Judaeorum, 42. XXXVIII.
 Gentium vocatio in Magorum adventu expressa, 1. XXXVI.
 Genua inclinandi ratio, 58. CIX.
 Genua in precibus flectere Judaei solebant, 58. CX.
 Genu flectere & ad Orientem orare traditio Apostolorum, 58. CVI.
 Georgius Cedrenus, 61. IX.
 Gerasa Arabiae fons in vinum conversus, 31. XXXIII.
 Gerasa, & Gadara civitates, 31. LXVII.
 Gergesa viculus, *ibid.*
 Germania a Varo ad defectionem impulsam, 11. II.
 Germanicus Caesar a patre Tiberio in filium adoptatus, in Syriam mittitur, 19. III. Ejus interitus, 21. IV.
 Germanicus Episcopus Cantillanensis, 58. CXXI.
 Gestus olim fieri soliti in canticis exoluerunt, 60. XXV.
 Gethsemani villa, 34. LXVI.
 Gischala oppidi Galilaeae natum esse Paulum, fabula videtur, 36. VII.
 Glaucias Petri interpres, 45. XXXII.
 Glycas Siculus historicus recentior, 48. XX.
 Gnidus insignis civitas, 58. CLXVIII.
 Gnostici haeretici quid de Zacharia patre Joannis, 1. LVI. Eorum opinio, qua affirmabant Christum anno tantum praedicasse, 34. CXXIX.
 Golgotha Calvariae locus supplicii, 34. CVII.
 Eundem montem esse, in quo Abraham iustus est sacrificare Isaac, *ibid.* Adhuc monstrat ubi propter Christum petrae scissae sunt, 34. CXXXIV.
 Gorgoniae capitis vis, 42. VII.
 Gorgoniae soror Gregorii Nazianzeni Eucharistiam in cubiculo affervabat, 57. CLI. Mirabiliter fanata, *ibid.*
 Gothi templum Dianae Ephesinae spoliaverunt, 57. CLXXXIX.
 Graeca lingua communis cum Romanis, 16. VII.
 Ejus usus apud Romanos, *ibid.* Eam Paulus Tarsi Ciliciae a prima aetate imberberat, 57. VI. Eam loqui Romani nobiliores non solebant, 45. XLI. Romae vilescit, *ibid.*
 Graeci ab Aegyptiis acceperunt idololatriam, 1. XLV.
 Graeci diem festum agunt de imagine Christi, 31. LXI.
 Graeci tenaciores antiqui praeepti, 51. XXII.
 Graeci de non comedendo sanguine institutionem mordicus tenent, 51. XXIII.
 Graecorum murmur adversus Hebraeos factum est, & qui per Graecos intelligendi, 34. CCLXXXVI.
 Graecorum scientiae, & nationum linguae Hierosolymis publicae non tradebantur, 34. CCXCVIII.
 Graecorum nomine Hebraei nominati, 34. CCLXXVII.
 Graecorum viduae a quo ministerio exclusae, *ibid.*
 Graecorum scientias, & nationum linguas haud licuisse publice tradi apud Hebraeos, 34. CCXCVIII.
 Graecorum nonnulli barbas radebant, ut Romanos imitarentur, 58. CXL.
 Graecorum uti lingua & pallio Romanos ex Augusti lege, 16. VII.
 Graecos etiam jejunos Eucharistiam sumere, 34. LXII.
 Graecos Ethnici appellabant Christianos, & cur, 56. XI.

G g g g 2

Gra-

Græcos auctores non citasse Apocalypsim, de quibus intelligendum, 97. V.
Græciam Paulus petiit, 57. CCXII.
Gratia Spiritus Sancti in Gentes effusa, 47. IX.
Gratia & pax in salutatione adhibita, 45. XXVIII.
Gratiam deprecari, Pauli sigillum in epistolis, 60. LVI.
Gratiarum actio in mensa, exemplo Domini inducta est, 34. LXVI.
Gregorii Nazianzeni carmen de Thecla, 47. IX.
Idem traditionum professor, 53. XXVI.
Gregorii Nysseni epistola inter canonicas recensita, 56. XXIX.
Gregorius Papa quomodo Anglis Agapes concelebravit, 57. CXLIV.
Gregorii Papæ VII. litteræ de radendis barbis clericorum, 58. CXLII.
Gregorii Thaumaturgi fides & miraculum, 9. I.
Ejus epistola insignis, 57. XXXVII. Causis litigantium judicandis implicitus, *ibid.* Gentilium Superstitiones in veri Dei cultum transtulit, 58. LXXVII.
Gregorius Boticus, 60. L.
Gutta jugiter manans dictus locus ad Aquas Salvas, 69. XI. Ubi Christianorum carnificina, *ibid.*
Gymnosophistæ ab Ethnicis scriptoribus celebrati, 64. VIII.

H

Habitatio Virginis Mariæ in honore habita, 1. XLVII.
Hadrianus Imp. loci, in quo natus est Jesus, memoriam abolere conatus est, 1. V.
Hadrianus Papa meminit de imagine Salvatoris non manu facta, 31. LXI.
Hæreses Judæorum omnes extinctæ Jerosolyma excisa, vel potius mutata, 74. III.
Hæresis Phariseorum de animarum transmigratione propagata, 33. XVI.
Hæresis prima quæ, 35. XXIII.
Hæresis Galilæorum, 1. LXI.
Hæresis Nazaræorum, 9. II.
Hæresis Judæorum de adoratione militiæ cælestis, 60. XV.
Hæretici inimici crucis Christi qui, 60. IV.
Hæretici dividentes Jesum a Christo, *ibid.*
Hæretici nuptias & cibos damnantes qui, 57. CXCI.
Hæretici tonsuram clericalem æmulati sunt, 58. CXXX.
Hæretici ab hominibus potius, quam a Christo denominantur, 57. IX.
Hæretici Pontificem titulis debitis non honorant, 58. II.
ab Hæreticis miraculum numquam factum reperitur, 34. CCX.
ab Hæreticis Cerinthianis Angelorum adoratio concedi non potuit, 60. XIX.
Hæreticis ex circumfisione provenientibus quid peculiarare, 74. XIV.
Hæreticorum libros comburendos lege sancitum, 56. XL. Eorum proprium, partus supponere, 57. CXXIV. Eorum mentiri proprium, 57. LXXIX.
Hæreticorum novos psalmos execrata est Ecclesia, 60. XXXIII.
Hæreticos ad pravum Scripturæ intellectum ex superbia rapi, 34. CCXIII.
Hagiomachi hæretici, 55. IX.
Halleluja vox non translata, & cur, 57. CLXXXIV.
Hebdomada major, sive pœnosa, 34. CLXIII.
Passione Domini consecrata, *ibid.*
Hebraica vox in Græcam significationem sæpe translata, 31. XXVII.

Hebraica nomina cur in Ecclesia retenta, 57. CLXXXIV.
Hebræi Deum adoraturi, loca superiora conscendebant, 44. V.
Hebræi & Gentiles in sacris veste candida utebantur, 44. LXXXVIII.
Hebræi adventus dispersionis qui, 34. CCXXXVII.
Hebræi proprie qui, 34. CCCXXVII.
Hegeffippi duo, 72. XXVII.
Hegeffippus de traditionibus scripsit, 53. XV.
Hegeffippus Junior, 69. VII. De persecutione Domitiani in stirpem Davidis, 97. XVI. Iuste in Josephum Historicum quædam expostulat, 34. CCXXXII.
Heldad, & Medad Prophetæ, 31. X.
S. Helena locum nuptiarum Canæ Galilææ ecclesia nobilitat, 31. XXXVI.
Helena Regina Adiabænorum an fuerit Christiana, 44. LXIII. Eadem fame laborantibus subvenit, *ibid.* Quomodo ad Judæos transit, *ibid.* Ejus filii ad Titum supplices venientes suscepti sunt, atque servati, & Romam ducti, 72. XVI.
Helena & filii ejus mausolæum, 44. LXVI.
Heliconis Cati Consilarii consilium contra Judæos, 41. XXIII. Ejus mors, *ibid.*
Heliopolis Ægypti urbs, 52. X.
Helvia virgo fulmine icta, 86. II.
Hemerobaptistæ, 23. XIII.
Heracleæ sedem prius institutam, quam Byzantii, 44. XII.
Herbæ species inusitata ad statuum Salyatoris, 31. 75.
Herbipolenses Academici, 36. II.
Herculanum & Pompeios urbes cinere obrutas, 81. IV.
Hermetis nutricis dictum de Petri sepulcro, 69. XXI.
Hermione una ex quatuor filiabus Philippi, 58. CXIII.
Hermogenes & Philetus, seu Phigellus, a Jacobo ad Christum conversi, 59. XX.
Hermogenes & Phigellus a Paulo deficiunt, 59. XX.
Hermon & Hermonius mons, 23. XXIX.
Hermopoli arbor morbos depellens, 1. XLIII. In Ægypto illustrata Christi adventu, *ibid.*
Herodem intelligendum per regem Assyriorum, 1. XXVI. Cur a bimatu & infra infantem præcepit occidi, 1. XXXII. Post præsentationem Christi in templo in infantem fœvit, 1. XLII. Quando cognovit se illustrum esse a Magis, 1. XLVIII. Qua occasione non statim in infantem fœvit, *ibid.* An Romam abierit post Magorum adventum, 1. XLIX. Quando & quoties Romam abiit, 1. XLIX. Necat filios, atque inter eos infantulum, 1. L. Post necem infantium in multas incidit calamitates, 1. LI. Ejus filiorum occiso ante Christum, 1. LI. Cogit Judæos in suum regnum jurare, *ibid.* 2. I. Occidit Zachariam sacerdotem, 1. LIII. Cur in Zachariam commotus, 1. LII. Salomen sororem & virum ejus interfecit, 2. I. Quot annos legitime regnavit, 2. I. Ejus morbus & diri cruciatus, 7. 8. II. 8. VII. Ejus sevitia incomparabilis in suos, 7. Ejus domesticæ calamitates, 7. Ejus testamentum, 8. II. X. Ejus opinio contemptus, 8. II. Ejus desperatio, *ibid.* Ulciscitur in aureæ aquilæ excisores, 8. V. Ejus oratio ad Judæos, *ibid.* In concione de Judæis conqueritur, *ibid.* Ei plagæ divinitus inflictæ, 8. VI. Ejus & aliorum studium de perdendo Christo puero, *ibid.* Ejus fœvitia de occidendis nobilibus Judæorum, *ibid.* Callidis aquis sese fovebat apud Callirhoem, 8. VII. Mathia Pontifici sacerdotium adi-

admit, 8. V. Ei a filio venenum paratur, 8. IX. Ei venenum paratur ab Acme, *ibid.* Ei refundit Augustus judicium de Antipatro filio, *ibid.* Ejus facinus execrabile & mandatum, 8. VIII. Ejus obitus, 8. X. Inferendi sibi necem cupidus, *ibid.* Ejus funus sumptuosissime ab Archelao curatum, 8. X. Ejus mores, 8. XI. Testamentum mutat, 8. X. Juber occidi Antipatrum filium, 8. X. Vita sanctus quinta die postquam Antipatrum filium occidit, *ibid.* In sepulcro David quæ invenerit, 34. CCXLI.
Herodes Antipas Romam proficiscitur, 8. XII. Urbem a se conditam Tiberiada vocavit in gratiam Tiberii, 16. X. Eum & alios Christi interitum procurasse, 8. VI. Quo anno templi ædificationem auspicatur, 31. XXXIX. Ejus exercitus ab Areta profligatus & cur, 31. XLV. Cur Joannem occidit, ex Josepho, 31. XLVI. Ejus filii, 31. XLVIII. Christum cur nescierit, 33. VIII. Existimavit Christum esse Joannem, 33. VII. Quomodo Christi miracula ignoraverit, 33. VII. Eum Christus vulpem nominat, 33. XVI. Ejus opinio de Christo, 33. VII. Jesum ad Pilatum remittit, 34. LXXXIX. Quali veste Jesum illustrit, *ibid.* Judicio postulatus ab Agrippa apud Tiberium, sed absolutus, 38. I. Ejus insidia in Agrippam, 40. XV. Idem regno privatur & relegatur, 40. XVI. Perpetuo damnatus exilio a Caio Imp. 40. XVI. Mœrore animi consumptus perit, *ibid.* Ejus & Herodiadis casus, *ibid.*
Herodes Agrippa religiosior Judæis, 34. XXV. Percussus & cur, 34. LXXXIII. Nominatus Agrippa, 44. I.
Herodes Rex Chalcididis, Agrippæ frater, a Claudio honoratur, 43. III. Jus in templum obtinet post mortem Agrippæ, 46. IX. Ananiam summum sacerdotem esse jussit, Josepho abrogato, 48. XXX. Quando moritur, 50. I.
Herodianorum gregales contra Christum conspirant, 32. IV. Vespasiano adulantur, 71. VII.
Herodias carcer ubi esset Jerosolymis, 44. V.
Herodias saltatrix cujus filia, 31. XLV. Soror Agrippæ regis Judæorum, 40. XVI. Linguam Joannis acu perforavit, 33. IV. Ejus mors prodigiosa, 33. VI. 40. XVI.
Herodion & Olympas martyres sub Nerone, 69. XLIV.
Herodion & Mencherus castella expugnata, 73. VII.
Hierapoli in Phrygia res gesta ab Joanne, 44. XXX. Illic martyrium subit Philippus, 44. XXXII. Illic quiescere Philippum Apostolum, 58. CXIV. Ea terramotu concussa, 63. III.
Hierarchicum ordinem in Ecclesia servari voluit Christus, 39. XVII. Eum evertere conantur hæretici, 58. IV.
Hierocles Philosophus commentarium in Christianos edidit, 68. XXXI.
Hieroglyphica de ignis significatione, 58. LXXI.
Hieroglyphicum signum mutui fœderis, 57. LIII.
Hieronymus traditionum suffragator, 53. XXVIII. Ejus opinio de anno, quo celebratum est Jerosolymis Concilium Apostolorum, non probatur, 51. VIII. Ejus epistola inconsulte inter spurias rejecta, 47. X. Ejus & Augustini altercatio de Petri simulatione, 51. XXXVIII. Ejus opinio rejicitur de epistola ad Hebræos, quod a Latinis recepta non sit, 60. XLVIII. Ejus sententia de epistola Jacobi, 63. IX. Pulchre a Nazianzeno eluditur, 32. II. Quid sentit de cereis in honorem martyrum accendi solitis, defenditur, 58. LXX.
Hierotheus inter fuit funeri B. M. Virginis, 48. VI. Ejus hymni, 60. XXXV.
Hilarius quas fides conscriptas appellet, 53. XXIV. Traditionum defensor, *ibid.*

Hilduinus male exponit Dionysii verba, 48. VI. Quæ de Dionysio Areopagita refert, 52. X.
Hillel & Sammai auctores Scribarum & Phariseorum paulo ante Christum, 53. VII.
Hippolyti testimonium de epistola secunda Petri, 68. IV. Ejus celebre festum, 58. XCVII.
Hippolyti Thebani sententia de tempore necis Stephani, 34. CCXCVI.
Hippon urbs Græcæ in insula, 8. XV.
Hispaniarum Ecclesiæ Jacobum sibi primum prædicasse profitentur, 44. I.
Hispaniarum defectio a Nerone, 69. XLVII. in Hispanias proficiscendi videtur Paulus mutasse sententiam, 61. I.
In eas Paulum profectum multi testantur, 61. II.
Historia est narratio de divite Epulone, & cur, 33. XLIV.
Historia de Thramno Ægyptio, 34. CXXXV.
Historia ab Hæreticis labefacta, 44. XLV. in Historica veritate perquirenda quorum autorum maxime habenda est ratio, 34. CLXXXIII.
Histriones legibus Tiberii exagitati, 22. I.
Homo primus ubi sepultus, 34. CVIII.
Honoratus Archidiaconus Ecclesiæ Salonitanæ, 34. CCLXXXII.
Honoris titulus Apostolatus, quo utitur Paulus, 58. II.
Hora tertia, sexta, & nona quid passus Jesus, 34. CLX.
Hora duodecima Dominus ad inferos descendit, 34. CCXLVII.
Hora novissima quæ, 57. CXCII.
Hora comedendi die jejunii, 57. CCIV.
Hora diei tertia, sexta, nona & Vesperum Domini operibus consecrata, 34. CCXLVI.
Horæ nocturnæ tres, 51. LXVIII.
Horæ canonicæ, 34. CLX. CCXLVI.
Horæ orandi septem, 34. CCXLVII.
de Horis quatuor frequens habetur mentio in Scripturis perraro de ceteris, 34. CLIX.
Horatii locus de Janiculo, 69. XVII. Ejus locus de tabella suspensa in templo, 57. CLXXVII.
Horti Martialis ubi, 69. XVI.
Hortus balsami irriguus, 1. XLVII.
Hosanna quid significet, 34. V.
Hosanna dicentem turbam Christus non redarguit, 57. XXXIX.
Hosi idem qui Esseni, 64. IV.
Hospitalitas frequentata a Christianis, 75. XV.
Hospitalitatis symbolum inter Christianos, *ibid.*
Hospitalitatis tessera etiam inter Gentiles, 75. XVI.
Hospitalium Pauli ubi Roma fuerit, 59. V.
Hostiæ non nisi pro Judæis immolata, 68. XLV.
Hostiarum & comedentium numerus in die Paschatis, 34. XXVII.
Humilitas Petri commendata, 51. XLVII.
Hydropicus sanatus a Jesu apud Phariseum discumbente, 33. XLIII.
Hymenæus & Alexander in errorem lapsi & cur, 57. CXC. Satana traditi, 57. XI.
Hymni Hierothei, 60. XXXV.
Hymni Nepotis, *ibid.*
Hymni Ambrosii & Prudentii in Ecclesia recepti, 60. XXXV.
Hymni & Psalmi passim ab omnibus decantantur, 60. XXVIII.
Hymnodia ad corpora defunctorum ex Apostolica traditione, 34. CCCVI.
Hymnos cantandi in Ecclesia consuetudo unde orta, 60. XXVI.
Hymnos novos canere quos laudat Ecclesia, 60. XXXV.
Hymnos novos Hæreticorum execratur Ecclesia, 60. XXXIV.

Hym-

Hymnus post cenam a Domino dictus qui, 34. XLV.
Hyperbata Pauli, 57. VII.
Hyperbole usus est Joannes Evangelista veterem scripturam secutus, 34. CCXIX. Ea mitigata, *ibid.* Ea Hyperbole non est, si ad divina Christi opera referatur, 34. CCXIX. & *seq.* Ad excellentiam Evangelicæ prædicationis referri potest, 34. CCXIX.
Hypocrysis Phariseorum damnata, 34. XI.
Hypocrysis nomine Petrus fugillatus, 51. XXXII.
Hypodiamoni qui, 34. CCLXXXII.
Hypothesis de quo dicitur, 48. XXIII.
Hyrcanium castellum in quo iussus est tumulari Antipater obscuro funere, 8. X.
Hyrcanorum mores impii de alendis canibus carnibus mortuorum hominum, 44. XXIV.
Hyrcanus Pontifex auctor servandæ solæ, 17. I.
In Antomia turri degebat, 37. II. Ejus prope templum turris, 17. I. A sepulcro David abfuit tria millia talentorum, 34. CCXL.

I

Jacob Israel dictus, 1. VI. Pavit greges suos juxta Turrim Ader, 1. XVI.
Jacobus Alphæi frater Joannis occisus ab Agrippa, 44. II. Eum profectum in Hispaniam ibique prædicasse, 44. I. Eum immolatum esse die secunda Paschatis falsum est, 44. II. Cum alio quem ipse ad fidem convertit, occiditur, 44. II. Convertit Philetum & Hermogenem Magos, qui ad magiam reversi sunt, *ibid.* Primus ex Apostolis martyrium consummat, 44. I. Necatus ante professionem Apostolorum ad gentes, 44. XXX. Hispanias penetrasse creditur, 58. LI.
Jacobus minor frater Domini a Petro Jerosolymorum ordinatus episcopus, 34. CCLXXXVI. Ejus ordinationis dies quæ, 34. CCLXXXVII. Ejus cathedra a successoribus a servata & in veneratione habita, *ibid.* Eum in capite gestare consuevisse laminam seu bracteam auream, 34. CCLXXXVIII. Cultus ab omnibus, 34. CCXCIV. Ejus dignitas & nex Jerosolymis, 44. XXXV. & *seq.* Eum e numero Apostolorum cur eximant aliqui, 44. XXXVI. Is nec carnibus nec vino usus, 57. CXCIV. Quo anno martyrio coronatus & sub quo Pontifice ex Josepho, 34. LXIX. 63. II. Quo supplicio affectus, 63. II. Quot annos sedit, *ibid.* Quamdiu vixerit, *ibid.* Ob ejus necem Jerosolyma excisa credita, 63. VII. Ejus testimonium de Jesu, 63. III. & IV. Ejus mors & vita ab Hegesippo recitata, 63. III. Ejus genua in callum obducta, 63. IV. VIII. In honore habitus etiam ab hostibus, 63. III. Supra pinnam templi sublatus, 63. V. In præceps agitur, 63. VI. Ejus mors ab Eusebio recitata, 63. VI. Ejus sepulcrum 63. VII. Ejus sanctitas, 63. VIII. Semper virgo permansit, 63. VIII. Ejus neci cur attributa sit clades Jerosolymitana, 63. VII. Ingredebatur in sancta sanctorum, 63. VIII. Putatur fuisse qui tempore passionis Domini nudus aufugit, & an verum sit, *ibid.* Permanit Jerosolymis abeuntibus aliis Apostolis 63. VIII. Ejus epistola catholica, 63. IX. Ejus epistola canonica esse probatur, *ibid.* Ejus missa, 63. XVII. Ejus locus elucidatus, 34. LXXXI. Ejus epistola contra Simonis hæresim, 63. XI. Cur in Epistola inculcarit operum necessitatem, 63. XII. Agit de Oleo sancto infirmorum, 63. XIII. Ejus cathedra Jerosolymis ablata ante Vespasiani obfidionem, 68. LI.
Jacobus tres fuisse quidam falso autumant, 44. XXXVI.

Jacobus Apostolos duos tantum fuisse, 34. CC. LXXXVI.
Jamnia urbs Judææ, 41. XXII.
Jamnian, Azotum & Phasaelidam Salomæ forori tribuit Herodes, 8. X.
Jani templum ter ab Augusto clausum, 1. IX. Ejus portæ post Aëtiacum bellum clausæ, *ibid.* Ejus portæ tempore Vespasiani, 73. VI.
Janiculus quibus spatii protenditur, 69. XVI. Ejus pars dicta Vaticanum, *ibid.* Illustrata nece Petri, 69. XVII.
Januarii Calendæ expiata, 1. XVIII.
Japha Galilææ civitas a Vespasiano expugnata, 69. XLVIII.
Jafonis Dialogi, 1. XL.
Icarus volatus sub Nerone exhibitus, 44. LIV.
Iconii Paulus quid passus, 47. I.
Iconomacorum fautor Theophilus Imperator, 57. CXIII.
Idola in martyres mutata calumniabantur Manichæi, 58. XCIX.
Idola destructa in Ægypto, 1. XLIV.
Idololatria ex Ægypto ad Græcos, 1. XLV.
Idololatria Angelorum in Synodo Laodicensi damnata, quæ dicta, & cur, 60. XXII.
Idololatria decrevit Romanæ Ecclesiæ fundatione, 45. XLVIII.
Idumæa transjordanica regio, 32. IV.
Idumæi cum Zelotis conjuncti ad necem civium, 69. LI.
Jejunare sabbato vetitum Judæis qua poena, 34. CL.
Jejunare sabbato Judæos falso arbitrati sunt Scriptores Ethnici, 34. CXLIX.
Jejunare sabbato cur putabantur Judæi, 34. CL.
Jejunii Fideles communicare debent, 57. CXLVI.
Non Jejunos vetitum Eucharistiam sumere, 34. LI.
Jejunia Judæorum abstinentissima, 34. CL.
Jejunia humilitatem significant, 34. CLXIII.
Jejunia ob Christi passionem suscepta, 34. CLXII.
Jejunia a Gentilibus adhiberi solita, 45. I.
Jejunia ad quam horam produci solita Christianis, 57. CCIV.
Jejunia qualia apud Judæos, 34. CL.
Jejunia necessaria aut voluntaria, 57. CXCVII. CXCVIII.
Jejunii edictum, 57. CXCVIII.
Jejunii solvendi horæ antiquo Jure, 57. CCIV.
Jejunii legem non servantem Eleusium præfatum Gregorius Nazianzenus redarguit, 57. CXCVIII.
de Jejunio Quadragesimali diversæ consuetudines, 57. CCI.
de Jejunio Majoris Hebdomadæ, 34. CLXI.
Jejunium a Judæis celebratum, 8. V.
Jejunium Quadragesimæ, 57. CXCVIII. & *seqq.*
Jejunium Ambrosianum, 57. CCL.
Jejunium Sabbati ubi servandum, 51. LX.
Jejunium frequenter statio dicitur, 57. CCI.
Jejunium quartæ & sextæ feriæ, 34. CLXI.
Jejunium magni sabbati qua hora solvere soliti sint Fideles, 34. CLXII.
Jejunium diei sabbati cur ab Occidentalibus susceptum, 57. CCVII.
Jejunium sabbati cur vetitum, 57. CCV.
Jejunium a Deo præscriptum, tempus ab Ecclesia, 57. CXCVI.
Jejunium quatuor temporum, 57. CCIX. CCX.
Jejunium ab Episcopis indici solitum, 57. CCXI.
Jejunium ante Pascha etiam a Regibus implementum, 34. CLXII.

Je-

Jejuno bis in sabbato, dicebat Phariseus, quibus diebus, 34. CLI.
Jerosolyma sub Archelao, 8. XV. Peregrinis referta, 34. XVII. Umbilicus terra, 34. CXII. Duplici muro circumdata, 44. V. Ejus clades a Jesu filio Anani prædicitur, 65. I. Ejus clades cur attributa neci Jacobi, 63. VII. Ejus cladem prædicant Petrus & Paulus, 68. I. Rebellat adversus Romanos, 68. XXXVI. 68. XLV. Civili bello affligitur, 68. XLV. 70. VI. A Cestio obsidetur, 68. XLVII. A Zelotis exagitata, 69. XLIX. Ejus excidentia vaticinium, 79. VII. Ejus obfidio, 72. I. Triplici factione interius vexatur, 71. X. Ejus clades annus, & error in Josepho, 72. II. Ejus templum incenditur, 72. XI.
Igni tradita, 72. XVI. Solo æquata, 72. XX. Ejus excidio superstitis quam fortem nacti sint, 72. XIX. Ejus excidii vera causa investigatur, 72. XXI. Ejus excidii a Josepho causa allata, refellitur, *ibid.* Diruta, paucis memoriæ causa relicta, 72. XX. Ejus clades tempus certum demonstratur, 72. XXV. Ejus excidii scriptores qui, 72. XXVII. Triginta octo annis stetit post Christi passionem, 72. XXV. Quantum duravit, 72. XXVII. Ea excisa omnes sectæ Judæorum extinctæ aut mutata, 74. III.
Jesu nominis potentia contra dæmones, 1. XVIII. Census Cæsaris descriptus, *ibid.* Circumcisus eo loco, quo natus, *ibid.* Cur calendis Januarii circumciditur, *ibid.* Oblatus in templo 1. XXXVII. A Simeone susceptus, 1. XL. Ejus fuga in Ægyptum, 1. XLII. Ducitur in Ægyptum, *ibid.* Ejus fons in Ægypto, 1. XLVII. Ejus reditus in Palaestinam, 8. XIII. Quamdiu manserit in Ægypto, *ibid.* Nazareth reducit, 9. I. Dicitur Nazareth, c. II. Jerosolymam ducitur ad diem festum Paschatis, 11. I. Ejus parentes Jerosolymam reversi ut ipsum quaererent, 12. V. Inventus in templo, 12. I. De ejus infantia apocrypha, 12. VI. Ejus nullum miraculum in pueritia, 12. VII. Faber dictus, *ibid.* Junga bouum conciebat & aratra, *ibid.* Judæis & Syris cognitus tribus annis, *ibid.* Ubi se a parentibus subduxit, 12. IV. Josepho nutritio fibro interfuit ab adolescentia, 12. VII. Ivit cum matre ad nuptias, 31. XXXIX. Sua præsentia nuptias facrat, 31. XXXIV. Poenitentiam prædicat post Joannem, 31. XLIV. Apud Samaritanos biduum agit, 31. LIV. Non baptizabat, sed discipuli ejus, 31. XL. In Judea quamdiu manserit, 31. XLIII. A Galilæis humanissime exceptus, 31. LIV. In Galilæam cur profectus, 31. LVI. Prædicat & curat infirmos, 31. X. Suos docet orare, 32. XVI. Docet turbas de navicula, 31. LXII. 32. XXX. Ejus responsio ad Abagarum, 31. LIX. Ejus imago ad Abagarum missa, 31. LXI. Ejus parabola diversæ, 32. XXX. 33. XLII. XLIII. 34. IX. Docet se Christum ex prophetia, 32. XXX. De Eucharistia differit, 33. XII. In furorem versus putatur a suis, 32. XXIX. Demonstrat prophetiam in se ipso impletam, 32. XXX. A suis extra civitatem ejicitur, *ibid.* An sub rupe latuerit, *ibid.* Audita nece Joannis fecedit, 33. IX. Ambulans super mare, 33. XI. Carnem suam manducandam proponit, 33. XII. Ephrem civitatem quando abiit, 34. III. Quo die intrat Jerosolymam, 34. V. Malcho auriculum restituit, 34. LXVII. Cur primum ad Annam ductus, 34. LXX. Bis illus, 34. LXXXI. Non lapidandus sed crucifigendus erat, 34. LXXXVIII. Cur ad Pilatum ductus, 34. LXXXVII. Ad Herodem a Pilato mittitur, 34. LXXXIX. Ab Herode

ad Pilatum remittitur, *ibid.* Quali veste ab Herode indutus, *ibid.* Crura cur non fracta, 34. CXXVIII. Cur in novo sepulcro conditus, 34. CXXX. Ejus passio, 34. a 70. usque ad CXXXI. Sepelitur, 34. CXXX. *Vide supra*, Christus.
Jesús Stæ filius Sacerdos ab Archelao instituitur, 8. XVI.
Jesús Anani filius Jerosolymitanam cædem prædicando conqueritur, 65. I.
Jessei, a Jesu vel Jesse, 64. IV.
Ignatius Apostolorum discipulus, 34. LIII. Ejus sententiæ de Eucharistiæ sacrificio, *ibid.* Ejus de Christi ætate firmissima sententiæ, 34. CXLII. Ejus testimonium de resurrectione Christi, 34. CXCII. Ejus Epistolas semper antiquitas venerata est, 53. XIV. Ejus Epistolarum fides, 57. LVI. Ejus epistolæ ad Philadelphios locus ab Hæreticis depravatus, 57. LXV. Ejus testimonium de quadragesimali jejunio, 57. CXCVI. Ejus reliquiæ Antiochiam relata, 55. XVII. De traditionibus sæpe meminit, 53. XIV. Christi manibus tactus, 72. XIII. Evodio Episcopo Antiocheno subrogatur, quo anno, 71. XI. Quando exagitatus, 93. VII. Quot annos sedit, 71. XI.
Ignis a Thecla superatus, 47. VIII.
Ignis æterni exempla, 82. I.
Ignotis diis aræ erectæ Athenis, 52. VII. VIII. Ignoto Deo Atheniensis aræ inscriptio, 52. VII. Illusiones Jesu bis illata, 34. LXXXII.
de Imagine Christi oratio Constantini Porphyrogeniti, 31. LXI.
Imagines sacræ sunt Ecclesiarum ornatus, 57. CXII.
Imagines sacræ etiam in vasis sacris, 57. CXIV.
Imagines colendi modus inter Christianos, 57. CXIII.
Imagines Dei & Sanctorum in cippo vel columna vel lapide titulari, *ibid.*
Imagines indoctorum libri, 57. CXIII.
Imagines mysticæ pingi solite, 57. CXIX.
Imagines in cœmeterio Priscillæ nuper effossæ, visæ, 57. CXIV.
Imagines argentæ templis Gentilium offerri solite, 57. CLXXXVII.
Imagines Petri & Pauli a primis Christianis effigiatæ, 69. XIV.
Imaginis Christi Græci solemnem diem agunt, 31. LXI.
Imaginum cultus in umbra Petri consecratus, 34. CCLXX.
Imaginum Sacrarum electionis solennitas in Orientali Ecclesia, 57. CXIII.
Imago Jesu ad Abagarum, 31. LXI.
Imago Jesu pallio impressa, *ibid.*
Imago Christi sub specie Pastoris, 57. CXIV.
Imago Christi a Syrophenista erecta, 57. CXIII.
Imago Beatæ Mariæ dicta del Pilar, in Hispania, 57. CXIII.
Imago ultimi casus mundi, 81. V.
Immunda animalia Judæis prohibita quid significant, 41. VIII.
Imperator futurus tantum Cæsar dicebatur, 33. XL.
Imperatores tres uno anno occisi, 69. XXVIII.
Imperium politicum non ablatum a Christo, 57. XXXIII.
Impositio manuum super ordinandos ex veteri testamento, 44. LXXXIII.
Impositio manuum Apostolicum munus, 35. XII.
Impositio Christi a Judæis nominatus, 56. XI.
Impositio & Græcus quid significet, 57. CXCIII.
Imposituræ in celibatu Pauli, 57. LXVI.
Imposituræ Simonis Magi, 68. XVI.

Im-

Impugnatores sacrarum Reliquiarum, 55. X.
Incendium urbis sub Nerone, 66. I. De eo Christiani calumniam passi, 66. III. Quando duraverit, 66. VIII.
Incendium urbis sub Tito, 82. I.
Incessuosum Paulus excommunicat, 57. XI.
Incolatus Christi Capharnaum, 31. LVI.
Indorum usus epulandi, 34. XXXVII.
Indulgentia exemplo Pauli peccatoribus conceditur, 58. XXXVIII. In Ecclesiis concedi solita, *ibid.* Lapis danda, habita ratione temporis & personae, *ibid.* Ab Episcopis per Martyres exorata, 58. XXXIX. Ejus antiquus usus, *ibid.*
Infantes ab Herode pro Christo necatos semper ut martyres Ecclesia coluit, 1. LI. Eorum ad Deum intercessio, *ibid.*
Infanticidium erroris quando coeptum, 1. XLVIII. Ejus Macrobius meminit, 1. L. Ejus fama Romam perlata, *ibid.*
Inferni portae quae, 81. V.
Innocentes Infantes pro Christo occisi ut martyres habitus & eorum solemnitas, 1. LI.
Innocentius neminem Apostolorum nisi Petrum Hispanias docuisse affirmans non videtur excludere Paulum, 61. V.
Inscriptio templi pacis aeternae in marmore, 1. XIII.
Inscriptio arcus triumphalis Titi, 73. II.
Insidiae Judaeorum in Paulum quando, 55. IV.
Insidiae parantur Christo a Judaeis ex tributi pensione, 34. X.
Instituto Romanae Ecclesiae quando, 45. XII.
Instrumenta quibus mors illata esset separatim sepeliebantur, 34. CXXX.
Insula Dionysias unde dicta, 31. XXXIII.
Insula Pontia Flaviae Domitillae exilio illustris, 98. VI.
in Insulam Patmos Joannes relegatus, ad quid ibi damnatus, 92. II. 1. IV. Ejus descriptio, 92. IV.
Intentio & opus in actione considerantur, 51. XLV.
Interpretatio sermonum distincta a dono linguarum, 45. XXXV.
Interpres Septuaginta duo, 33. XXXIX.
Interprete Apostolis quando opus erat, 45. XXXVI.
Interpretum necessitas quando major, 45. XXXII.
Eorum duplex aut triplex munus, 45. XXXIII. XXXVII.
Intinctus panis datus Judae, non fuit Eucharistia, 34. LXII.
Inventio crucis Christi, 34. CXXXIV.
Invocare Deum hominibus a natura est, 82. IV.
Joadis Regis filius regali pompa tumulatus, 34. CXXX.
Joanna uxor Chusae & Susanna ministrabant Jesu, 32. XXXI.
Joannes Annae Principis sacerdotum filius, 34. CCLX.
Joannes ab Angelo in deserto nutritur, 1. LVI. Ejus victus, 31. XIII. Ejus habitatio, 31. XI. Ejus vestitus, 31. XII. Ejus praedicatio, 31. XI. Ab Herode occidi infanticidio iustus, 1. LII. In speluncis a matre conservabatur, 1. LVI. A nece subductus, *ibid.* Ab Herode Christus existimatur, 1. LII. Nec feminibus nec oleribus usus est, 31. XIII. Duos ex discipulis ad Jesum legavit, 31. XXII. Cur dicatur neque manducans neque bibens, 31. XIII. De abstinencia a Domino commendatur, 57. CXCIV. Princeps monasticae vitae, 31. XV. Ejus ecclesia prope Jordanem, 31. XIX. Legatio ad eum mittitur ex Synedrin, 31. XXI. Confessus est se non esse Christum, *ibid.* Confessionem ejus de Christo Judaei spreverunt, 31. XXII. Ubi occisus, 33.

I. Ejus apparitio, 31. XI. Ejus carcer, 31. XLV. Mittit ad Christum, 32. XVI. Resurrexisse putatur, 33. VII. Baptizans in Ennon. juxta Salim, 31. XXI. Quo anno Christi ab Herode occiditur, 31. XLVI. Corpus ejus ubi sepultum, 33. V. Caput ejus cum corpore sepeliri non est concessum, *ibid.*
Joannes Evangelista an sponsus in nuptiis Cana Galilaeae, 31. XXX. Is & Jacobus cælibes, 31. XXXI. Is & Jacobus sequuntur Jesum, 31. LVII. In domum suam post passionem recepti Dei genitricem, 34. XXII. Ab aliis praetermissa supplevit, 31. I. Cur Pontifici notus, 34. XXI. Domum habuit Jerosolymis, *ibid.* Cur plus amatus, 31. XXXI. Confessit aliis de die Paschatis a Domino celebrati, cujus sensum multi male distorquent, 34. XXV. Ornamentum Episcopale gestavit in capite, 34. CCLXXXIX. Primum locum cur accepit in Coena, 34. XL. Esse putatur qui relicta fundone aufugit, 34. LXVIII. Non semper in Asia permansit, 44. XXX. Ebionem & Haereticos omnes suo exemplo vitandos docuit, 74. VIII. Vincens ad Domitianum ex Asia mittitur, quo instigante, 92. I. Romae in ferventis olei dolium missus, 92. II. In oleo ferventi illusus, 69. XXIX. Relegatus in Insulam Patmos, ad quid ibi damnatus, 92. IV. Institutit omnes incolas insulae Patmos, *ibid.* Quo loco scripsit Apocalypsim, *ibid.* Quo anno, 97. I. An Ecclesiam Asiae fundaverit, 97. II. Cognomento Theologus dictus, 97. XII. Ab exilio in Asia revocatur, 98. XIII. In Asiam reversus a Dionysio Areopagita convenitur, 98. XXII. Juvenem perditum ad poenitentiam revocat, 98. XVII. Quae mirabilia operatus edicatur post reversionem in Asiam, 98. XVI. & seqq. Mortuum Ephesi suscitavit, 98. XIX. Requirit male custoditum depositum, 98. XVI. In Asiam revertitur pugnaturus cum Apollonio Tyranzo, sicut Romae Petrus cum Simone Mago, 98. XIX. Quo anno Evangelium scripsit, 99. II. Cum scripturas esset Evangelium quid iusserit & quae acciderint, 99. II. III. Cur dictus filius tonitruum, 99. IV. Quae ratione inducitur ad scribendum Evangelium, 99. III. IV. Suis epistolis Basilidem confutat, 99. VII. Senior quis, 97. X. Quot annos vixit, 99. II. Ejus epistolae tres & omnes germanas esse aperte monstratur, 99. VIII. Ejus epistolae primae titulus, 99. X. Ejus epistola ad Parthos, *ibid.* Ejus possessio vendita Caiphæ Pontifici, 34. XXI. Ejus martyrii monumentum habetur apud Portam Latinam, 92. III.
Joannes & Simon factiosi ducti captivi in triumpho Titi, 73. I.
Joannes Apostolus & Joannes presbyter diversi, 97. IX.
Joannes e Gischali Zelotis favet, 69. I. Zelotas in templo interficit, 72. III. Tyrannidem meditatur Jerosolymis, 70. VIII.
Joannes cognominatus Marcus, 34. XXII. CXXXI. Ejus cognomento Marci impostor falsa scribens, 51. LI.
Joannis Antiocheni Episcopi Chronicon mendacis refertum, 31. LXV.
Joannes idem quod Jonas apud Hebraeos, 33. XIX.
Joannes publicanus Judaeus nobilis, 68. XXXVIII.
Joazarus summus Pontifex, 8. V.
Jonadab Pater Rechabitarum, 57. CXCIV.
Jonam fuisse tribus diebus & noctibus expletis in ventre ceti, quomodo accipiendum, 34. CLXXII.
Jonata Anani Pontificis filius in Caiphæ locum subrogatur, 37. II. Occisus, *ibid.*
Jonathae Pontificis litterae ad Senatum Lacedaemoniorum, 34. CCLXXVII.

Joppe urbs sub Archelao, 8. XV.
Joseph officio faber, 12. VIII. Cujus aetatis cum virgo illi desponsata est, 12. VIII. Cur timuit Archelai tyrannidem, 16. IV. Non legitur interfuisse nuptiis in Cana Galilaeae, 12. VIII. Quamdiu vixit, *ibid.* Ejus obitus, *ibid.*
Joseph ab Arimathia nobilis decurio & dives, 34. CCLXII. Hortatu Deiparae dominum sepelivit, 34. CXXVIII. Occultus Christi discipulus, *ibid.* A Sacerdotibus apprehensus, ab Angelo liberatur, 34. CLXXXVIII. Ubi diem clausit extremum, 35. C.
Joseph qui vocabatur Barsabas, diversus a Josepho Barnaba & ab alio qui dictus est Judas, 34. CXXXII.
Josephus historici error & varietas, 2. II. Ejus error de Pilato ex Philone arguitur, 28. I. Ejus error de tempore exilii Archelai, 16. I. Ejus error de rebus Theodae, 34. CCLXXII. Ejus errores de Historia S. Joannis Baptistae confutati, 31. XLVII. Ejus error de annis, quibus regnavit Philippus Tetrarcha, 37. III. Ejus errores circa tempora, 46. IX. Ejus errores corriguntur de tempore Agrippinae, & Quadrati, 50. VII. Ejus error de fame, 48. XXIX. Ejus error de gestis Caii atque Petronii, 42. XXXIV. Ejus a Philone discrepantia, 42. XXXV. Ejus lucubrations, 96. I. Ejus error de tempore Coponii Procuratoris, 16. IV. Ejus error de tempore Pontificatus Ananiae, 58. CL. Ejus error de numero legatorum Judaeorum ad Caium, 42. III. Ejus errores varii in eadem narratione, 42. XXXIV. Philoni non consentit, 42. XXXV. Ejus error dum numerat Herodis annos in aedificatione templi, 31. XXXIX. Ejus inconstantia, 31. XXXIX. Ejus testimonium de Jesu, 34. CCXXXI. Ejus testimonium de Jesu in codice per vetusto abraam, *ibid.* Ejus Historiae fides, 34. CCXXXI. Ejus Historia de se ipso, 57. LXX. Qui ejus libri non extant, 96. II. Et quae data occasio ut de Christo meminerit, 96. II. Quam ei parum tribuendum, 34. CCXXXII. Flavius dictus, 36. XII. Mendacii arguitur de causa morbi Herodis, 8. VI. Multa silentio obvoluta reliquit, 1. LI. Hallucinatus de tempore Theodae, 65. LVII. Evangelicae veritati repugnat, 16. II. Ex suis ipsis scriptis redarguitur, *ibid.* Tempora confundit, 21. II. Historiam magorum silentio praeterit, 1. XX. Graecus Livius appellatur, 34. CCXXXII. Quando & ubi Historiam scripsit, 73. XII. Romae quando ageret, 84. I. Erroris arguitur a suis Gentilibus, 28. II. Ab Audore jure saepe arguitur, non invidia, 34. CCXXXII. Vacillat de tempore templi Herodis, 31. XXIX. Errat circa Historiam Herodiadis, 31. XLIX. Ad quod tempus refert prodigia templi, 34. CXXIV. 63. I. Cui tribuat causam excidii Jerosolymitani, 34. CCXXXII. De portis templi videtur sibi contradicere, & quomodo conciliari possit, 34. CCLVI. Erroris arguitur qui confundit tempora, 46. IX. 50. VIII. Ex Creta uxorem duxit, 58. XV. An de Pallante vera narraverit & de Cestio Floro, 58. CLVIII. In mari periclitatur, 58. CLVII. Errat in enumerando suae ipsius aetatis annos, 58. CLVIII. Quo anno natus, 58. CLVIII. Sequitur translationem septuaginta, 60. XLVI. Vespasiano adulatur, 71. VII. Usque ad Domitianum Romae erat & honoribus ab illo auctus, 84. I. Quo tempore scripsit de antiquitatibus Judaicis, *ibid.* Quo anno absolvit libros de antiquitatibus Judaicis, 96. I. Cur voluerit de Christo meminisse, 96. II.
Josephus cognominatus Caiphæ summus sacerdos factus, 19. I.

Josephus apud Hebraeos Apostolus, 32. V.
Josephus Camidæ filius summo Pontificatu privatus, 48. XXX.
Josephus Mathathiae a Vespasiano captus, 69. XLVIII.
Jotapata a Vespasiano capta, & quot millia Judaeorum occisa, *ibid.*
Jovem colere Judaeos, Varro putavit, 34. CLIII.
Jovinianus Haereticus, 31. XXX. Ejus conatus in ostendendo omnes Apostolos habuisse uxores, 57. LXVI.
Irenaeus traditionum Apostolicarum vindex, 53. XVI. Ejus filii cadaver revocatur ad vitam unctum oleo, 55. XIV.
Isaac ubi immolandus, ibi postea Dominus crucifixus, 34. CVII.
Isaiae prophetia de solitudine Aegypti, 1. XLV. Ejus prophetiae de aqua in vinum mutanda, 31. XXXII. Ejus precibus fons Siloae erupit, 33. XXXVI. Ejus sepulcrum apud Siloam, *ibid.*
Iscarioth vicus, 32. IX.
Isidi arbor Persae consecrata, 1. XLIII. Ejus statua in Tiberim projecta & templum dirutum, 21. II.
Isidorus Pelusioti diu monasticam vitam duxit, 31. XIV. Ejus solutae dubitationes quomodo Christus dicatur fuisse tribus diebus, & tribus noctibus in ventre terrae, 34. CLXXXIV.
Isidorus Sycophanta amarulentus, 42. XXVII.
Ismael summus Pontifex citatus, 17. I.
Ismaelem & Chelciam Nero tamquam obfides detinet, 35. XI.
Ismaeli a matre projecto Angelus astitit, 1. LVI.
Israel idem qui Jacob, 1. VI.
Israeliticae meretrices permittit, 32. XXIV.
Itabron appellatus mons Thabor, 33. XXXIX.
Italica legio a Nerone instituta, 41. III.
Itinerarium Petri hinc certae fidelis, 44. XXVII.
Ituræ & Judaei Provinciae Syriae additi, 31. IV.
Jucundus praefectus equitum Flori, 68. XXXVIII.
Judaei filii Jacobus & Simeon, 1. LX.
de Juda quid Papias Joannis discipulus, 34. LXXXV.
Judaicum bellum quo anno coeptum, 68. XX-XVI.
Judas Ezechiae filius, ductor latronum, regnum affectat, 8. XIV.
Judas Machabaeus ramis palmarum diem solemnem constituit, 34. VII.
Judas Galilaeus populam ad defectionem sollicitat, 1. LVII.
Judas Galilaeus post Theodam exiitit quomodo intelligi debeat, 34. CCLXXII. CCLXXXIV.
Judas Gaulanites sectae auctor, 1. LIX. 16. V.
Judas Sariphæ filius doctissimus Judaeorum, 8. III. Is & Mathias doctissimi Judaeorum, *ibid.* Ab Herode vivi exuruntur, 8. V. Juvenes inflammant ad auream in templo Aquilam excidendam, 8. III.
Judas Ischariothes unde dictus & cujus tribus, 32. IX. Mariae Magdalene infensus, 32. XIX. E convivio discessit ad Principes Sacerdotum, 34. XIV. Non interfuit concilio Sacerdotum, 34. XIV. An fumerit Corpus Christi, 34. LXII. Intinctum panem accepit ante quam daretur Eucharistia, 34. LXIII. Proditionem parat, 34. XIV. Orationem post Coenam habitam a Domino non expectavit, 34. LXIII. Laqueo se suspendit, 34. LXXXVI. Quando sibi manus intulerit, 34. LXXXV. Toto corpore inflatus, *ibid.* Ejus interitus, *ibid.* Ejus corporis fector post mortem, *ibid.* E qua arbore suspensus, 34. LXXXVI.

Judas, dat annulum Thamar pro arrabone, 57. LII.
 Judas Apostolus cognomento Thaddæus, 68. VI.
 In Mesopotamia Evangelium prædicavit, 44. XL.
 Judas idem qui Simon Chananæus, 44. XXX. VIII.
 Judas & Silas multos confirmant, 51. XXXI.
 Judæ filii additi supplicio, 1. LX.
 Judæ duo, 44. XL. XLI.
 Judæa quando in Provinciam redacta, 16. V.
 In ea quædã Jesus mansit antequam per Samariam transiret, 31. XLII. Eadem palmæ signo expressa, 98. XII. A Pompeio subacta, 36. VII. Ea in Provinciam redacta, nullus in ea castellum habuisse putatur, 34. II. Ejus appellatione duas tantum includi tribus, 31. XLII. Ejus situm ex Orientali parte Arabiam spectare, 1. XXVII. Ejus procuratores Romanorum militum legionibus vallabantur, 34. XCII. Ei contermina Galilæa, 9. III. Ejus captæ forma, 71. I.
 Judæi Romæ habitabant trans Tiberim, 50. XVI. Ii genus Abraham ex libera liberos se esse profitebantur, 31. LXXIII. Quidquam illis non debebant nisi decimas Deo, *ibid.* Romanis didragma solverunt, 33. XXXI. In Asia, Africa, & Europa habitabant magno numero, 34. CCXXXV. Dispersionis qui sint, 35. I. 45. XXI. Invident gentibus, 46. XIV. In Creta nobiles agere consueverunt, 58. XV. Dicit quasi Idæi ab Ida monte ex Tacito, 58. XV. Poligami, 58. XVI. Sine circumcissione salvari non poterant, 44. LXVI. Ab Augusto odio habiti, inde post natum Christum bene accepti, 50. XVI. Romæ immunitatibus gaudebant, *ibid.* Permutant sulfurata vitro, 94. VI. Adacti jurare in regnum Herodis, 2. I. Eorum omnes Nobiles cædendi jussu Herodis, 8. VIII. A Varo male mulctati, 8. XIV. Ab ipsa porcorum nominatione abstinent, 1. L. Regno privantur, 8. XV. Legatos Romam mittunt ut suis legibus viverent, nec amplius sub regibus essent, 8. XIV. Sedentes disputabant, 12. II. Roma pulsi, 21. II. Cujusdam impostura, 21. II. In Sardiniam amandati, 21. I. Seiani calumnia vexati, 21. III. A Pilato fustibus cæsi, 28. III. Ii & Samaritani cur tam in se hostes, 31. L. LL. Bonum agrum ubique incoletes, 32. VIII. Dispersi liberi remanserunt, 32. VIII. Non tenebantur sabbatis ad præstanda vadimonia, 34. XXVII. Comitia facere in die festo non prohibebantur, 34. XXXII. Appensos patibulo eadem die sepeliebant, 34. XXXIII. Ante convivium pedes lavabant, 34. XXXVII. In secundis mensis Deo benedicebant, 34. XLIII. An uterentur Crucis supplicio, 34. XCIII. Quando conclamaverunt Crucifige, 34. XCIII. Non omnes eodem animo affecti adversus Christum patientem, 34. XCVI. Deum deprecantur loca superiora confitebantur, 41. V. Non tantum in Synagogis, sed etiam in templo de lege differebant, 12. II. Coram Caio multum irrisi, 42. XXVIII. Eorum supra quinquaginta millia ex improvviso occisa, 42. XXXVII. Ter in die sub nomine Nazæorum maledicunt Christianis & Christo, 43. XVI. Linguas externas non suscipiebant, 45. XXXIII. Pulverem in aerem jactabant cum maledicentes imprecarentur, 46. XV. Roma pulsi quo anno, 51. I. Et quæ causa edicti, *ibid.* An etiam Christiani pulsi sint, *ibid.* Re-cutiti dicuntur cur, 57. LXXII. Contra Archelaum ad rebellionem sollicitati, 8. XII. Tumultuantes comprimuntur, 8. XIV. Jerosolymam religionis ergo conveniebant, *ibid.* Ro-

manos oppugnare parant Romæ agente Archelao, *ibid.* Romæ a Tiberio vexati, 21. I. Per orbem sparsi, 32. VIII. Ad Petronium loquantur, 42. VI. Romæ cohibiti, 43. VI. Municipales Ephesi, 57. CLXXXV. Cum Syriis Cæsareæ rixantur, 58. IX. CLVI. Ad Occidentem conversi orabant, 58. CV. Solebant in precibus genua flectere, 58. CX. Quibus festis ferari solerent septem diebus & cur, 58. CXLIII. Antiochiæ habitabant, 39. XIV. 71. XI. Claudii edicto Roma pulsi, 51. I. Agrippa novo Rege sunt aucti, 39. III. Diebus festis crucifixi, 40. IX. Romam revertuntur tempore Neronis, 56. XLII. Utebantur excommunicatione, 57. XII. Ad Samaritanas profugientes iterum circumcidebantur, 57. LXXI. Flori militibus occurrere jussi, 68. XLII. Cæsi a militibus Flori, 68. XLIII. Triplici factione distincti graffantur in se invicem, 71. X. Ab Antiochenis quid passi, 71. XI. Concremati in templo, 72. XIII. Legitimum observantissimi, 72. XXIV. Relicti in signum patrati secleris, 72. XXX. Ubique perditii, 73. IX. Corruptores Divinæ Scripturæ, 74. XIV. Qui habitabant Cæsareæ jus civitatis detulunt, 58. CLXV. Aëra & Angelos adorabant, quomodo intelligendum, 60. XVI. Cælicolæ dicti, 60. XVI. Salutandam pacem deprecantur, 60. XVI. A cognitione populi subfulerunt neces sanctorum, 60. LVIII. Libros legis sapientes Cæsareæ secesserunt Nabata, 68. XXXVIII. Eorum nobiles a Floro patibulis affixi, 68. XL. In duas partes divisi, 68. XLV. Ii & Syri in diversis civitatibus digladiantur, 68. XLVI. Ad templum confugiunt incensii, 72. XIII. Ab Imp. Christianis beneficiis affecti, a Gentilibus vexati semper, 72. XXVIII. Tetti & foentes appellati, 72. XXXI. Quomodo lacrymas emebant, 72. XXXII. Tributis a Domitiano gravati, 94. II. Somnia vendunt, 94. III. An liberi a tributo esse debeant, 1. LIX. Aurum in visceribus condidisse putati, misere occiduntur, 72. VI. Fame vexati, 72. VIII. Iis quæ regiones plenæ, 32. VIII. Iis præputium non adducendum, 57. LXXI. Iis omnia via salutis ad interitum versa, 72. VI. Eorum ordo servandus in publico Conventu, 12. II. Eorum frequentia ad festum Paschale, 12. I. Eorum mos adeundi templum diebus festis & manendi in eo, *ibid.* Eorum & Samaritanorum contentio de templi primatu, 31. LI. Eorum domus quales, 31. LXIX. Eorum mos a loco habitationis nomen accipere, 32. XXIII. Eorum pura religio, 72. XXII. Eorum Reges quomodo sacerdotibus subjecti, 57. XXXVI. Eorum turba supplex ad Petronium pro templo, 42. VI. Eorum mos scindere vestimenta cum blasphemiam audiunt, 48. I. Eorum ad viginti millia extincta ex compressione, 50. II. Eorum epulandi modus Romanorum similis, 34. XXXVII. Eorum clades ex quo peccato, 72. XXXIII. *Et seqq.* Eorum mox edendi agnum stando antiquatus, 34. XLI. Eorum mores egregie descripti, 34. LXXIII. Eorum consuetudo festis diebus ante sextam non comedere, 34. CCXXXIX. Eorum præsumptio, in Romanos milites, 8. XIV. Eorum Hæreses extinctæ quomodo, 74. III. Eorum seditiones post obitum Herodis, 8. XII. Eorum Regnum multi affectabant, 8. XIV. Eorum legatio ad Augustum sub Varo, 8. XIX. Eorum ad duo millia a Varo crucifixa, 8. XIV. Eorum regnum in tetrarchias divisum, 8. XV. Eorum zelus pro integritate religionis de Aquila excisa, 72. XXII. De Clypeis a Pilato dicitis, 28. II. Eorum testimonia

nia de Herode in Senatu Romano, 8. XI. Eorum tria millia occisa ab Archelao equitatu immisso, 8. XII. Eorum defectio tempore Archelæi, 8. XIV. Eorum supplicatio ad Tiberium pro tributorum relevatione, 19. III. Eorum juvenus distributa in Provincias gravioris cæli, 21. I. Eorum aliqui de unaquaque tribu quomodo remanserint, 32. VIII. Eorum Provinciae agri magni pretii, 34. XX. Eorum Rex Agrippa ab Alexandrinis illusus, 34. LXXXVII. Eorum decies centena millia Alexandriam habitabant, 40. IV. Eorum illic fames & cædes, 40. VI. Eorum ultio nunquam destituta, 40. XIV. Eorum consuetudo impargendi pulveris, 46. XIV. Eorum remisso animi in calamitate, 50. V. Eorum ritus patrii, 41. XXIV. Eorum calamitas in statu. Cæsi locanda in templo, 42. V. Eorum poena pro flagitiis, 42. VIII. Eorum legati ad Caium, 42. XXVII. Eorum clades, 42. XXXVII. Eorum defectio sub Nerone & Floro, 68. XLV. Eorum occisio & captivorum numerus in clade Titi, 72. XIX. Eorum anniversarius luctus in memoria cladis Jerosolymitanæ, 72. XXXII. Eorum studia circa cultum religionis quæ, 72. XXII. De eorum origine falluntur Ethnici scriptores, 58. XV. Eorum & Gentilium Cæsariensium rixæ occasio, 68. XXXVII. Eorum legati auditii ab Augusto in æde Apollinis, 8. XIV. Eorum fuga, *ibid.* Eorum quinquaginta legati ad Augustum missi Vari permissu, *ibid.* Eorum viri ac mulieres seorum ab invicem procedentes mari, rubro transmissis laudem Deo cecinerunt, 12. IV. Eorum quatuor millia in insulam Sardiniam amandata, 21. I. Eorum domus quales, 31. LXIX. Eorum funera, 34. CCXXXI. 34. CCCIV. Eorum templum in honorem ab omnibus habitum, 42. XVII. Eorum dispersio in varias partes, 42. XV. Eorum civile bellum, 68. XLV. Eorum scrupulosa legis observatio, 72. XXIV. Eorum Romanis militibus occurrentium interitus, 68. XLIII. Eorum decies centena millia Egyptum habitasse, 74. XII. Eorum decem millia thermis inclusa a Damasceus jugulantur, 68. XLVII. Eorum clades diversis in locis, 68. XLVII. Eorum multiplices clades a Vespasiano illatæ, 69. XLVIII. Eorum quinque millia præcipitio perempti, 79. XLVIII. Eorum supplex foenum & cophinus, 94. IV. Eorum infidia in Paulum, 58. CLJ. Eorum fame consumptorum numerus, 72. VII. Eorum mendicitas, 94. V. Eos Saturnum colere existimantur Gentiles & cur, 34. CLIII. Eos malis artibus lucrum captare solitos, 94. III. Eos absque delectu cibos omnes comesturos in Adventu Messæ, 51. XIII. Eos non nisi manibus lotis orare consuevisse, 57. CVIII. Eos quasi Idæos dictos falsum est, 58. XV. Eos plures uxores habere potuisse, 58. XVI. Eos in Paschali convivio bis lavari solitos, 34. XXXVIII.
 Judæi Esseni, *Vide* Esseni.
 Judæus homo mancipium Judæum habere non poterat, 60. XII.
 Judæus populus spreto vero Rege multa damna & plures Tyrannos subivit, 8. XVI.
 Judæus pessimus gerebat se pro Mosaicæ legis interprete, 21. II.
 Judæus populus Romanos faxis deturbat, 68. XLIII.
 Judæus se occultans, detegitur verpus, 94. III.
 Judæus institutor mercis sulphuratae, 94. VI.
 Judæus ut Caim profugus, 82. XXIX.
 Judaicarum rerum status sub Nerone, 68. XXXVI.
 Ann. Eccl. Tom. I.

Judicare Episcoporum officium, 57. XXXVII.
 Judicabant Episcopi in Ecclesia duabus de causis, 53. XXI.
 Judices quomodo suam innocentiam contestari soliti, 34. XCI.
 Judices mundi partem maximam legis Dei implent, 52. XXV.
 Judices Egypti sacerdotes, 57. XXXIV.
 Judices Episcopi in Ecclesia, 57. XXVII.
 Judicia Dei inferabilia, 82. II.
 Judiciaria Astrologia damnata, 1. XXIX.
 Judiciaria Sacerdotum potestas divino jure concessa, 57. XXXVI.
 Judiciaria potestatis usus, 57. XXXVII.
 Judicii Ecclesiastici exercendi modus, 57. XXV.
 Judiciorum apud Hebræos genera duo, 32. XI.
 Judicium pecuniarum & capitalium quæstionum apud Hebræos, 32. XI.
 Judicium ethnicum adire Christianis prohibitum, 57. XXV.
 Judicium Ecclesiasticum, 57. XXI. Ei qui præficiendus, 57. XXVI. Quare Episcopis competit, 57. XXVII.
 Judith omnibus diebus vitæ suæ jejunabat præter sabbata, 34. CLVI. Secretum cubiculum sibi fecerat ad orandum, 41. V.
 Juges boum conficiebat Jesus, 12. VII.
 Julia ex Bethsaide dicta, 31. LXV.
 Julia Augusta ornat templum aureis phialis & calicibus, 42. XXII.
 Julia Drusi filia inter mpta, 59. XXIII.
 Julianus civitas in regione Abilina, 56. XLII.
 Julianus apostata quid a Christianis acceptum servaverit, 34. CCCVIII. Interfuit Epiphaniæ festo, 1. XXXVI. Templum instaurare conatur, 72. XXVIII. Equestrum honorem in suas partes transferre studuit, 34. CCCVIII.
 Julius Archelaus, 73. XII.
 Julii Africani libri de temporibus, 68. VII.
 Julius Centurio Paulum humaniter tractat, 58. CLXVII. Paulum servat, 58. CLXXI.
 Julius Vindex rebellat contra Neronem in Gallis, 69. XLVII.
 Junias appellatur Apostolus, 58. IX.
 Junius Scribonianus finem Principis per Chaldæos scrutatus, 54. IV.
 Junius Silanus veneno sublatus, 56. XLIII.
 Jupiter creditus Barnabas, 48. I.
 Jurisdictionis nulla facta divisio apud Apostolos, 51. XXVII.
 Jus Ecclesiæ scriptum & non scriptum, 53. IV.
 Jus non scriptum antiquius, 53. V.
 Jus Romanorum, 53. IV.
 Justificatio hominis non ex lege, sed per fidem Christi, 51. XXXI.
 Justinianus Imperator jejunium servat, 34. CLXII.
 Justini martyris & Origenis sententia de Magis, 1. XXI. Apostolorum temporibus vicinus, 34. LIV. Ab incognita persona Christianam fidem edoctus, 34. CCXII. Fuit Gentilis Simonis Magi, 35. XX. 44. LIX. Samarita, 35. XX. Ejus locus de Simone Mago, 44. LVII. Decipi non potuit de Simonis statua, *ibid.*
 Juvenalis Jerosolymorum episcopus, 48. VII.
 Juvenalis Carmen de Berenice, 58. CLXIV. Quid de Judæis, 94. III. De Magico volatu, 68. XV. De tormentis Christianorum, 66. IV. De Domitiano & Christianis, 98. VIII.
 Juvenes in Herodem conspirantes capti fortiter agunt, 8. IV.
 Juventus contra Herodem concitata, 8. III.
 Izates filius Helenæ Reginae Adiabæorum, Judæorum fami subvenit, 44. LXIII. Quomodo ad Judaicum conversus, 44. LXV. Ejus filii a Tito servantur, 72. XVI.
 H h h h h 2 La.

L

Laborantes quinam fuerint in Ecclesia ministri, 34. CCLXXXIII. 44. LXXIX.
 Lac pro sanguine fluxit e cervice Pauli abscissa, 69. XII.
 Lacedaemones, ab Abraham se originem ducere gloriantur, 34. CCLXXVIII. Eorum Regis litterae ad Oniam Pontificem, *ibid.*
 Lacenae mulieres laudatae, & velatae, 57. LX-XXV.
 Lacrymas fundit Jesus in monte Oliveti, 34. VIII.
 Lacus Geneareth descriptio, 31. LXIV.
 Lacus Tiberiadus appellatus, 31. LXV.
 Laici qui dicti, 44. LXXVII. A Psalmodia moti, & cur, 51. LXXI. Eos Daemones ejecit, 56. II.
 Lamiani Horti, 43. I.
 Lamina aurea in capite summi Pontificis, 34. CCXC.
 Lamina ante limina Ecclesiarum affigi solita, 58. XCVIII.
 Lampades cum delphinis, 58. LXXV.
 Lampades divinitus accensae, 58. LXXVIII.
 Lampades accendunt Saraceni in Christi honorem, 1. XLVII.
 Lampadius urbis Praefectus in pauperes liberalis, 69. IX.
 Lampadum oleum mira operatur, 53. XIV.
 Lanæ Laodicenses praestantissimae, 62. III.
 Languens in Piscina quando curatus, 32. I.
 Laodicæa triplex, 60. XI.
 Laodicæa terræmotu prostratur, 62. III. Ejus oves, *ibid.* Ejus Ecclesiæ Angelus cur in Apocalypsi de vestimentis admonetur, *ibid.*
 Laodicæna Synodus qualem Angelorum cultum prohibuit, 60. XXII.
 Laodicenum Concilium de Agape, 57. CXLIV.
 Laodicensibus an scripserit Paulus, 60. XII. An his Paulus praedicaverit, 60. XIV. Eorum. Lanæ Milesis praestant, 62. III.
 Lanæ apud Græcos, Populus apud Latinos unde laici, 44. LXXVII.
 Lapidatur Paulus, 48. II.
 Lapidem sepulcro Christi super positum servare vestigia ferreorum vinculorum, 34. CX-XXI.
 Lapidem templi indelebili nota sanguis Zachariæ conspersit, 1. LV.
 Lapidibus obrutus Stephanus ubi positi, 34. CCXCIX. CCC.
 Lapidibus obrutus qui sabbatum violavit in exemplum aliorum, 34. CCLXV.
 Lapis super quem panni Christi exsiccati, 1. XLVII.
 Lapis qui Domini continebat impressa vestigia, a quibus sublatus, 34. CCXXIX.
 Lapis super quem Stephanus lapidatur in magno honore habitus, 55. XVI.
 Lapis unus quo Stephanus percussus est Anconam translatus, 34. CCC.
 Lapis inventus in Insula Tiberina Pont. Gregorio XIII. inscriptus, Simoni Deo sancto, 44. LI.
 Lapsus multorum in divinis scripturis unde, 34. CCXXIII.
 Lazæa Civitas maritima Cretæ, 58. CLXVIII.
 Lateranensis Ecclesia unde dicta, 67. IV.
 Latina lingua sententiæ ferebantur, 16. VIII. Ea lingua recitari solitæ Pontificiæ litteræ, *ibid.* Ea loqui soliti legati, *ibid.* Primum locum obtinet in sacris, *ibid.* Ea utebantur magistratus, 16. VIII. Ejus honor per omnes gentes diffusus, 16. IX. Ea Græcis Romani re-

sponsa dabant, 16. VIII. Ea utebantur potius Romani nobiliores quam Græca, 45. XLI.
 Latini abstinent a suffocatis, 51. XXIV.
 Latinius laudatur, 56. XXXV.
 Latomiæ Carceres Syracusarum, 58. XLIII.
 Laudare Patrem & Filium & Spiritum Sanctum ex Apostolica traditione, 51. LXX.
 Laudatus Episcopus Carthaginensis, 44. XXXVIII.
 Laudes canendi usus, 60. XXVII.
 Laudes Virginitatis, 57. LVIII.
 Lauretana Domus, 9. I.
 Lazari mendici Historia, 33. XLIV. Ei ecclesiæ erectæ, *ibid.*
 Lazarus diaconus, 34. CCLXVI.
 Lazarus resuscitatus, 34. II. Diutius vixit, 34. IV. Eum, Mariam Magdalenam & Martham cum sociis Massiliam appulisse, 35. V.
 Lectiones in missis Græcorum primum Latine tum Græce recitatae, 16. IX.
 Legalia ad tempus permittuntur, 58. LXXX. Quando sublata, 58. LXXXII. His an sit opportune usus Petrus, 51. XXXVI.
 Legata ab Herode relicta diversis, 8. II.
 Legati loqui soliti Latina lingua, 16. IX.
 Legati Judæorum ad Tiberium contra Pilatum, 28. II.
 Legati decem a Judæis ad Neronem missi, 35. XI. 58. CLXVI.
 Legatio Samaritanorum & Judæorum adversus Archelaum, 16. III.
 Legatio Judæorum sub Varo ad Augustum, 8. XIV.
 Legatio Titi Corinthum, 58. XXXVII.
 Legatio Concilii synedrim ad Joannem, 31. XXI.
 Legatio ad Antiochenos in Concilio Jerosolymitano decreta, 51. XIV.
 Legio Christianorum orando victoriam reportavit, 58. CX.
 Legio sexta ferrea cognomine dicta, 41. III.
 Legionis Italicae milites non omnes Itali, *ibid.*
 Legitima Ecclesia apud Judæos quæ, 57. CLXXXV.
 Legitimum Templum unde dignoscitur, 31. LII.
 Leo Papa nec subdiaconis Græcorum uti uxoris permittit, 58. XXI.
 Leonis Imperatoris decretum contra comedentes sanguinem, 51. XXIII.
 Leprosi viri decem Domino occurrunt, 33. XXXV.
 Levitarum apud Judæos civitates quadraginta octo, 57. LXXXIII.
 Lex de usu linguæ Græcæ non recepta, 1. VII.
 Lex Domitiani de pudicitia servanda, 83. II. & III.
 Lex Tiberii de pudicitia servanda, 21. I. Adversus Histriones, 22. I. De damnatorum morte proroganda, *ibid.* Adversus Magos & divinatores, *ibid.* De Vestibus fericis, *ibid.*
 Lex de non castrandis maribus, 83. II.
 Lex de comedendo agno, 34. XXIII.
 Lex de non ducendo uxores in Provincias elusa est, 28. III.
 Lex naturæ omnium antiquissima, 53. V.
 Lex scripta quid, 53. IV.
 Lex festorum Gentilium, 58. CII.
 Lex de Pallii usu inter Romanos, 16. VII.
 Lex Cretensium cælibatum non admittebat, 58. XIV.
 Lex duodecim tabularum de poenis debitorum, 33. XXXIV.
 Lex duodecim tabularum quid contra legem Val-

leriam & Legem Porciam, 69. VIII.
 Lex Judæorum & vela in Palatio Vespasiani condita, 73. III.
 Lege Titia quid cautum, 51. XVI.
 Lege prohibita spectacula gladiatorum & ferarum, 59. XXIII.
 Leges Augusti contra cælibatum, 11. I.
 Leges Apostolorum Barbaros domant, 44. XXXIII.
 Leges Ecclesiasticae non humano tantum sed Spiritus Sancti suffragio instituta, 51. LVII.
 Leges non scriptæ scriptis praestantiores, 53. V.
 Leges conjugii, 57. XLII. XLVII.
 Leges prohibentes civem Romanum flagellari quæ, 58. CXLIX.
 Legibus scriptis & non scriptis Republicæ administratae, 53. IV.
 Legis interpretatio apud Hebræos triplex, 32. XIII.
 Libellus manuscriptus de translatione Sudarii Veronicae in bibliotheca Vaticana aservatur, 34. CXXXIII.
 Libellus de Septuaginta duobus Discipulis Hippolyto tributus, 44. XXXVIII.
 Libellus de transitu Mariæ Virginis Apocryphus, 48. XII.
 Liber de Pontificibus nomine Damasi qualis, 69. XXXV. Contradictionis arguitur, 69. XXXV. XXXVI.
 Liber de infantia Salvatoris rejectus, 1. XLVII. 12. VI.
 Liber Enoch cujus auctoritatis, 68. V.
 Liber recognitionum Clementis ab omnibus patribus conscriptus, 41. X. Eundem librum alii circuitus & periodos appellant, *ibid.*
 Liberi Homines fustibus caedebantur, servi flagellis, 34. LXXXV.
 Liberius Maximus Judæorum terram vendit, 63. VII.
 Libo Drusus prætor Urbanus seipsum necat, 18. II.
 Libræ triginta argenti fuit summa argenteorum, quibus venditus est Jesus, 34. XVIII.
 Libri ex auctoritate ecclesiæ approbandi, 44. XLV.
 Libri Petro & Paulo & aliis Apostolis falso adscripti, 44. XLVI. & seqq.
 Libri Apocryphi, *ibid.*
 Libri Hæreticorum comburendi, 56. XL.
 Libri magiæ igni traditi, *ibid.* Lege prohibiti, 56. XLI.
 Libri de magia ad Petrum & Paulum apertissime mendacii convincuntur, 44. L.
 Liciniæ dictum de bonis Ecclesiæ restituendis, 57. LXXXIII.
 Lignorum sonitus quod signum, quando, a quibus & quomodo usurpatus, 57. CIII.
 Ligurizæ Barnabas Evangelium prædicavit, 51. LIV.
 Lindanus Episcopus Ruremundensis insigniter laudatus, 53. XXXII.
 Lingua Græca & Latina promiscuæ, 16. VII.
 Lingua Latina utebantur magistratus, 16. VIII.
 Linguarum confusio, 44. XVI.
 Linguarum genera, quæ, 34. CCXXXVI.
 Linguarum donum datum Apostolis & quomodo, 45. XXXVII.
 Linguarum omnia genera omnibus Apostolis data, 34. CCXXXVII.
 Linguarum donum propter duo, 45. XXXV.
 Linguas exteras Judæi non admittebant, 45. XXXIII.
 Linguæ Latinae prærogativa, 16. IX.
 Linguis loqui & prophetare quid differant, 45. XXXV.
 Lini Paulus meminit, 59. XVIII. 69. XLI. Eius & aliorum Pontificum anni quomodo numerandi, 80. I. Ejus ordinationes & sepul-

tura, 80. IV. Ejus nomine Acta Petri & Pauli descripta erroribus referta, 69. VI. Paulo ministrat & Petro succedit, 59. XVIII. Cujus nationis & Patriæ, 69. XXXV. An Petro successerit in Pontificatu, *ibid.* An Petri Corepiscopus, *ibid.* Primum post Petrum sedit, *ibid.* Is & Cletus federant ante Clementem, 69. XLI. Is & Cletus Corepiscopi, 69. XLIII. Is & Cletus quomodo vivente Petro sedisse dicantur, 69. XLIII. Quo anno Domini martyrio coronatus, 80. II. Et quo anno suæ sedis, *ibid.* Ejus Pontificatus, 80. III.
 Linteum Petro in visione ostensum quid significet, 41. VII. Quatuor summum initis, 41. VII.
 Litaniarum usus, 58. CXII.
 Lites ad Episcopos deferri solitæ, 57. XXXIX.
 Litteræ Abagari ad Jesum, 31. LVIII.
 Litteræ Capitonis ad Caium contra Judæos, 41. XXII.
 Litteræ Agrippæ Regis ad Caium pro templo & civitate, 42. XIV.
 Litteræ Claudii ad Fadum de stola sacra Judæis relinquenda, 48. XXVII.
 Litteræ Claudii ad Senatorem & populum Judæorum quæ depravatae noscuntur, 48. XXVIII.
 Litteræ Apostolorum ex Concilio Jerosolymitano, 51. XV. Quid ab aliquibus illis additum, quid demtum sit, 51. XVIII.
 Litteræ Claudii Lysia ad Præsidentem Felicem, 48. CLII.
 Litteræ Cornelli Papæ ad Lupicinum Viennensem Episcopum, 57. CXXX.
 Litteræ formatae quæ, 75. XV.
 Liturgia Jacobi, 63. XVII.
 Locatus Judæa nepotes ad Domitianum deduxit, 97. XVI.
 Loca in Ecclesia distincta, 57. CXXXVIII.
 Locorum & personarum distinctio & ordo in Ecclesia, 57. CXXXV.
 Locus nobilior quis, 34. CXV.
 Locus in quo Christus vestimenta ut baptizaretur deposuit, ecclesia nobilitatus, 31. XIX.
 Locus in quo Dominus a Joanne baptizatus, miraculis clarus, *ibid.*
 Locus nuptiarum Canæ Galilææ Ecclesia nobilitatus, 31. XXXVI.
 Locus ubi Virgines manebant, erat inter Altare & Templum, 1. LIII.
 Locus orationis Domini in horto, Ecclesia nobilitatus, 34. LXVI.
 Locus in quo erant Apostoli in die Pentecostes Basilica illustratus, 34. CCXXXI.
 Locus Orationis etiam extra civitatem Judæis & Samaritis, 51. LXVI.
 Locus ad Aquas Salvia insignis morte Pauli & aliorum, 69. XI.
 Locus ubi Pascha a Christo celebratum, 34. XXI.
 Locus Calvaria, 34. CVII. CVIII.
 Locus Ascensionis Domini, 34. CCXXXVIII.
 Locus Pauli elucidatus de comitatu mulierum, 57. LXIII.
 Locus omnis Ecclesia persecutionis tempore, 57. CXXX.
 Locustæ & mel silvestre quid sint, opiniones diverse, 31. XIII. & seqq. Sunt herbarum summities, 31. XIV. Sunt in cibum Ethiopibus & Parthis, 31. XIII. Inter munda comestibilia, *ibid.*
 Lois avia Timothei fidelis, 51. LXII.
 Longa ætas complurium, 76. II.
 Longinus Centurio quis, 34. CLXXXVII. Testis resurrectionis Christi cum duobus militibus, 34. CLXXXVII. Conversus martyrii palmam obtinuit, 34. CXXVII. 38. II. Eum cæcum fuisse apocryphum est, 34. CXXVII.
 Lo-

Loti Romani accumbent, 34. XXXVII.
 Loto pedum quando in coena facta, 34. XXIV.
 Loto in Coena duplex, 34. XXXVI.
 Loto pedum ante convivium apud Judaeos, 34. XXXVI.
 Lotos prius in balneo accumbere consuevissent Romanos, 34. XXXVII.
 Lotos fuisse Discipulos Domini cum coenae accumberent, 34. XXXVIII.
 Lotos arbor, 57. XCIII.
 Luca voce antiqua in Italia bos appellari consuevit, 58. XXXIV.
 Lucas Evangelista non omnia quae fecit Petrus in actis recenset, 34. CCLXXXV. Ejus consilium in scribendis actis Apostolorum, 39. XII. Multa acta Pauli praetermittit, 39. XII. 47. III. 51. LXXV. 58. XLI. In actis Apostolorum, res quibus interfuit exacte conscribit, 39. XII. 47. III. Medicus & Scriptor actorum quid mystice, 34. CCXXX. Non fuit perpetuus comes Pauli, 47. I. In actis multa magnaque praetermisit, 39. VIII. De eo objectionis solutio, 47. I. Eum Christi ac Matris ejus ac Petri & Pauli Imagines effigiasse, 48. XXVI. 61. IX. An ille de quo dictum, cujus laus est in Evangelio &c. 51. LXIV. Medicus & pictor egregius, 34. CCXXX. 61. VII. Quando Paulo adhaeruit, 51. LXIII. Ejus ratio in scribendo, 51. LXV. Eum iussu Petri Evangelium scripsisse quidam ait, 58. XXXII. Ejus nomen & ministerium, 58. XXXIV. XXXV. Pseudo Apostolos fugilata, 58. XXXI. Ubi Evangelium scripsit, *ibid.* Bovis similitudinem gerit, 58. XXXIV. An ex septuaginta discipulis, *ibid.* Non Domini sed Apostolorum Discipulus, 58. XXXV. Lucius a Paulo dicitur, 58. LVII. 61. IX. Ejus Evangelium quod suum Paulus affirmat, 58. XXXII. Ejus scribendi Evangelium occasio, 51. LXIII. 58. XXXII. Ejus Cap. XX. Aequum Graeca exemplaria plus habent a Latinis, 58. LXXIX. Quando Acta scripsit, quo ordine & consilio, 61. VI. Quo abierit, postquam Roma discessit, 61. VII. Iterum Romam rediit, 61. VI. Quo anno acta Apostolorum absolvit, 61. VI. Eum martyrium consummasse multi testantur, 61. VII. Eum eundem esse cum Lucio Origenes existimavit, 61. IX. Ejus martyrium, 61. VII. Octogenarius ex olea arbore suspensus, 61. VII. Ejus vita compendio descripta, 61. VII. & *segg.* Ejus miracula apud suum monumentum, 61. IX. Ejus membris unguentum medicum scaturit, *ibid.* Ejus Reliquiarum translatio, *ibid.*
 Lucerna accensa ante solam Pontificiam, 17. I. 37. II.
 Lucernae in die sabbati accensio, 44. LXXXIX.
 Lucernae in Ecclesia ad quem usum, 58. LXX.
 Eas etiam Gentiles in festis accendebant, 58. LXXXII. Interdum accensae, 58. LXXXIII.
 Lucernarum accensio festum, 58. LXVII.
 Lucernales Psalmi qui, 51. LXX.
 Lucernariae preces, 51. LXXII.
 Lucianus Christianorum irrisor, 66. X. Paulum describit, 68. II. De Trinitate breviter & aperte meminit, *ibid.* Epicureus, 75. VI. De Peregrino loquens Christianorum charitatem offendit, 75. IX. & *segg.*
 Lucianus Bellovacensis Episcopus, 95. II.
 Lucifer Stella, *εσπερος* a Graecis, ab Hebraeis Seruha Lued dicta, 34. CLXXVII.
 Lucilius Bassus Herodion & Mencherum expugnat, 73. VII. Tria millia Judaeorum incendit, *ibid.*
 Lucilla Donatistarum patrona, 55. XIX.
 Lucina clarissima femina corpus Pauli honorifice sepelivit, 69. XIII. Ejus elogium, 69. XLV.
 Lucius Cyrenensis, 44. LXXIV.
 Lucius Pituanus magiae reus, 18. II.
 Lucullus Graecis barbara admiscens, Romanum se probabat, 16. VIII.
 Ludibria quae Jesus expertus, 34. LXXII.
 Lagdani Herodes exulat, 40. XVI.
 Lumina in Sepulcris, 44. LXXXVIII.
 Lumina & cantus in funere, 34. CCCVI.
 Luminaria in Ecclesia propter quid, 58. LXX.
 Luminaria in funere quid, 34. CCCVI. *Vide supra* Lucernae.
 Luna decima quarta & quinta Pascha, 34. XXVI.
 Lunae defectus, 8. V.
 Lupicinus Episcopus Viennensis, 57. CXXX.
 Lupus Augustalis praefectus, 73. IX.
 Lustralis aqua, 44. LXXXVIII.
 Lustrum cum censu conditum iussu Claudii, 50. IX.
 Lustrum ultimum, 76. I.
 Lustrum novissimum sub Vespasiano, *ibid.*
 Lydda vicus instar urbis, 50. VI. Diospolis appellata, 40. XVII. Illic Sancti habitantes, *ibid.*
 Lydia purpuraria, 51. LXVI.
 Lympha exigua Isaiae precibus scaturit, 33. XXXVI.
 Lyncestis vena vinosa in Macedonia, 31. XXXIII.
 Lysania duo, 31. VII.
 Lysanias Abilinae Tetrarcha non Herodis filius, 31. VI. Ejus Tetrarchia, *ibid.* Arte Cleopatrae necatus, *ibid.*
 Lysimachus Alabarcha, 43. II.
 Lystra Civitas, 48. I. Illic venit Paulus & Barnabas, *ibid.* Ad eam revertitur Paulus, 48. III.

M

Macedo vir Paulum in somniis deprecatur, 44. XXI.
 Machabaei fratres ab Antiocho cruciati, 1. LIV.
 Macheruntum Joannes ab Herode mittitur, atque ibi occiditur, 31. XLVI.
 Macilianus Regis Britannorum frater ab Episcopis excommunicatur, & cur, 58. XXVI.
 Macrina Virgo Thecla dicta, 47. XIII.
 Macrobius de adoratione Magorum loquitur, 1. XX. Ejus Testimonium confirmatum de filio infante ab Herode occiso, 1. L.
 Madian & Epha nationes trans Arabiam, 1. XXV.
 Magdalenae oppidum, 32. XXIII.
 de Magdalena commentarius Rossensis, 31. XXVIII.
 Magdalena an una fuerit, an plures, prolixè disputatur, 31. XVII. Duas fuisse falsum, 31. XIX.
 Magdalena soror Lazari & peccatrix eadem, 32. XXII. Quoties sumpsit Jesum, 32. XIX. XXVI. Cur demum ungit caput Jesu, 34. XIII. De ea objectiones solutae, 32. XXIV. Cum suis Massiliam appulit, 35. V. Unam tantum Ecclesia celebrat, 32. XXVIII. Cum Lazaro Ephesi egisse falsum, 44. XXIX. De ea Patrum sententia, 32. XXII.
 Magdalenae tres fuisse falsum, 32. XIX.
 Magi qui fuerint, 1. XX. Stella signum habuerunt ex Balaam, 1. XXII. Unde venerint, 1. XXVI. Ex femine Abraham de filiis Caturae, 1. XXV. An Reges fuerint, & quot, 1. XXIX. Vifa stella iter susceperunt, 1. XXXIV. Cujus Magiae Audoii, 1. XXX. Mesopotamiam incolentes, 1. XXII. Quo tempore venerint post Christum natum, 1. XXXI. In itinere

in itinere dromedariis usi, 1. XXXIV. Cur illa dona Christo obtulerint, 1. XXVI. Ubi Christum invenerint, 1. XXXIV. Per aliam viam revertentes ubi sunt hospitati, 1. XXVII. A Thoma baptizati dicuntur, 44. XXXIII. Iis stellam apparuisse ante biennium filium, 1. XXXI. Iis stella quando apparuit, 1. XXXI. De iis & ortu stellae meminit Chalcidius Platonius, 1. XXIII. XXX. Eorum adventus, 1. XIX. Eorum Historia cur adeo diligenter a Matthaeo describitur, 1. XX. Eorum genus in partibus Orientis ex Balaam, 1. XXII. Eorum Historiam Macrobius persecutus, 1. XX. Eorum nomen unde derivatum, 1. XXIX. 1. XXXI. Fuisse Chaldaeos instructos a Sibylla, 1. XXIII. Fuisse Persarum sapientes, 1. XXIV. Fuisse Reges Persarum falsum est, 1. XXIV. Ab Hyksaspe Rege sapientiam didicisse, *ibid.* Cur eos ex Oriente venisse dicant Evangelistae, 1. XXVI. Ex Arabia potius venisse unde conjicitur, 1. XXV.
 Magos septem regnasse falsum, 1. XXIV.
 Magi duo Reges post Cambysem, 1. XXIV.
 Magi populi in Media, *ibid.*
 Magi & magia a Tiberio proscripta, 18. I.
 Magi tertii generis legibus Romanorum damnati, 1. XXIX.
 Magi sacerdotes in Perside regnarunt, 57. XXXIV.
 Magi res absentes quomodo videant, 98. XXI.
 Magos triplicis generis fuisse apud antiquos, 1. XXIX.
 Magiae vera scientia quae, *ibid.*
 Magia quae punitur, *ibid.*
 Magia Jesu adventu profligata, 1. XXI.
 Magiae libri Ephesi combusti, 56. XL.
 Magici volatus, 68. XV.
 Magistratus viri optimi dici soliti, 58. XXXIII.
 Magistratus Romanorum uti soliti latina lingua, 16. VIII.
 Magna Diana Ephesorum per duas horas conclamatum, 57. CLXXX.
 Magnus dies sabbati quis, & cur ita dictus, 34. XXXI.
 Magodia regio, 1. XXXI.
 Magog & Magusae Persae appellati, 1. XXIV.
 Magores nati in ecclesia qui, 58. CI.
 Malcho Jesus auriculam restituit, 34. LXVII.
 Malleus appensus januis ad signum dandum, 44. VI.
 Mamertinus Carcer, 68. XXIII.
 Mammona quid, 32. XI.
 Mammonoch apud Hebraeos quid, *ibid.*
 Manahemus regali habitu incedens occiditur, 68. XLVI.
 Manahen Herodis Tetrarchae collacaneus, 44. LXXXIV.
 Manasses frater Jaddi summi Pontificis, 31. L.
 Manducare Pascha usque quo protendebatur, 34. XXIX.
 Manducatio Christi sacramentalis, 57. CLVIII.
 Mannaeus Lazari filius ad Titum transgreditur, 71. VII.
 Manes Haeresarcha, 44. XLIII.
 Manibus junctis orare quid significet, 58. CXI.
 Manichaei a Paulo fugillati, 57. CXCL. Paginae violarunt, 44. XLIX. Duos hebdomadae dies jejunabant, & quos, 57. CCIV. Adversus nuptias, 31. XXX. Cur sabbato jejunabant, 57. CCV. Eorum scripturae apocryphae, 44. XLV.
 Manifestatio Christi post resurrectionem, 34. CLXXXIX.
 Manifestatio Christi in monte Thabor, 34. CCVI.
 Manus attollere solebant orantes, 58. CX.
 Manus lavandi ritus innocentiae signum, 34. LXXXIX. XC.
 Manus impositio in poenitentia, 56. XXI.

Manus impositio quae sit tantum Episcopi, 55. XIII.
 Manus abluendi ritus ante preces, 57. CVIII.
 Manuum impositionis usus super ordinandos ex veteri Testamento, 44. LXXXIV.
 Manuum ablutione gravia peccata non abstergi, 57. CX.
 Manuum conjunctione perfectam animorum consensionem significari, 57. LIII.
 Maranatha quid significet, 57. CLXXI. Magis Syrum quam Hebraicum, 57. CLXXXIII. Quid addat ad anathema, 57. CLXXXIII.
 Marcellus de horis canonicis, 34. XXXIV.
 P. Marcius extra portam Exquilinam ob magiam punitus, 18. II.
 Marcianus Imperator Graecus Latina oratione usus, 16. IX.
 Marcion & Valentinus haeresarchae fugillant Petrum & Paulum, 51. XXXII. Idem fecerunt Porphyrius & Julianus Apostata, & recentiores Novatores, 51. XXXIII.
 Marcionitae haeretici, 57. CLXVIII. Quomodo pro mortuis baptizabantur, *ibid.*
 Marcus Episcopus Aetnae Galilaeus, 44. XXVIII.
 Marcus cognominatus Joannes, 34. CCXXXI. Consobrini Barnabae, 45. XLIV. a Paulo aliquando rejectus, iterum eum secutus, 57. XLIX. Ad Paulum Romam redit, 59. XII. Proficit ex severitate Pauli, 51. XLIX. Ejus emendatio proficua, *ibid.*
 Marcus Evangelista a Petro genitus in Evangelio, 45. XXXI. An unus ex Septuaginta, *ibid.* Discessit a Domino, & cur, 33. XIII. A Petro revocatur, *ibid.* Num Graece vel Latine scripserit Evangelium, 45. XXXIX. Petri interpres, 45. XXXII. Quo anno scripserit Evangelium, 45. XXIX. Primam epistolam Petri ex Hebraeo transtulit, 45. XXVIII. Quot annos Alexandriae federit, 45. XLVII. Negationem Petri fusius narrat, 45. XXXI. Cur dicatur Matthaei abbreviator, *ibid.* An idem fuerit cum Marco filio Mariae & consobrino Barnabae, 45. XLIV. XLVI. Diversus a consobrino Barnabae, 45. XLVI. Filius a Petro appellatur, 45. XLVII. An Petri consanguineus, *ibid.* Alexandriam missus quando, 45. XV. Romam cum Petro venit, 44. XXVII. Alexandrinam Ecclesiam Petri nomine erexit, 64. II. Ubi martyrium consummavit, 45. XLVII. Quo anno mortuus, 45. XXXIX. Ex Judaeis potius quam ex Aegyptiis Alexandrinam collegit Ecclesiam, 64. XII. Quo anno martyrio coronatur, sub quo Imperatore, 64. I. Ubi, quo genere martyrii, 64. II. Quae aetate, quo mense, quo die, 64. II. Ejus Evangelii caput ultimum male in discrimen revocatur, 34. CLXXX. Ejus Evangelium Romae editum, 45. XXX. Ejus Evangelium ex Petri praedicatione exceptum, 45. XLII. Ejus Evangelium a Latino in Graecum translatum, *ibid.* Ejus Evangelii originale Venetias translatum, *ibid.* Ejus Evangelium a Petro confirmatum, & qua occasione scriptum, 45. XXIX. Ejus Evangelium creditum fuisse Petri, 45. XXX. De eo commentum refellitur, 45. XLVII. Ei falso tribuitur praefatio pollicis quod in Marco anachoreta factum est, *ibid.*
 Marci plures, 45. XLIII.
 Mare aquarum congregatio quaelibet, 31. LXIX.
 Maria palus circa quam Effai habitabant, 64. IV.
 Maria Magdalena soror Marthae ad pedes Domini sedens, 33. XLII. Cur caput Domini unxerit, 34. XIII. Ea & Martha, & aliae mulieres ad sepulcrum Domini, 44. CLXXXII.
 Maria Caesobolita laudatur, 93. VIII.
 Maria Eleazari filia fame impulsa filium comedit, 71. VIII. S. Ma-

- S. Mariae in Via lata Diaconia, hospitium primum Pauli Romae, 59. V.
- Maria virgo Mater Domini a perpetua Virginitate consecuta est cognomentum, 1. VI. Lege soluta, 1. XXXVIII. Nazareth habitat, 31. XXXVII. Post nuptias Canae Galilaeae rediit Nazareth, 31. XXXVII. Sine dolore peperit, & absque obstetrice, 1. VI. Virgo ante partum, in partu, & post partum, 1. VI. Sua luce clarissima, 48. IX. Ejus virginitatis integritas, 1. VI. Ejus vox Virgo, & non mutabitur, *ibid.* Ejus obitus, 48. IV. & *seq.* Ejus impolluta virginitas, 1. XXXIX. Ejus epitheton Virgo, 1. VI. Ejus purificatio, 1. XXXVIII. Ejus domus Nazareth Lauretum translata, 9. I. Ejus ad Dominum verba post mortem Filii, 34. CXXVIII. Ejus affectus male expressi in tragedia inscripta; Christus patiens, 34. CXXIX. In deponendo Filio de cruce interfuit, 34. CXXVIII. Josepho fudarium tradit, ut sepeliat Jesum, *ibid.* Ei prius quam ceteris apparuisse Dominum post resurrectionem, 34. CLXXIX. De ejus morte quaedam scripta apocrypha, quaedam improbata, 48. XVII. Ejus epistolae quae feruntur apocryphae, 48. XXV. Ejus effigies, & mores, 48. XXVI. Eam non arceat Zacharias a loco virginum in templo, 1. LIII. Eam una cum Joanne in Asiam profectam, 44. XXIX. Eam cum Joanne Ephesi habitasse, *ibid.* Eam collegisse sanguinem & aquam quae e Domini latere fluxerant, 34. CXXVIII. Eam constanter egisse in morte filii ab initio usque ad finem, *ibid.* quo anno aetatis suae mortua fuerit, variae opiniones, 48. IV. & *seq.* Eam sexagesimo tertio aetatis suae anno diem obiisse, traditio habet, 48. VI. Eam velut Enoch & Eliam translata Epiphanius insinuat, 48. XI.
- Marii crudelitas, 33. III.
- Marim Syris Dominum significat, 40. III.
- Marrucinus ager, 69. XXVII.
- Marion vir prudens, 44. X.
- Marius in locum Petronii in Syriae provincia subrogatus, 43. IX.
- Martha Mariae foror sanguinis fluxum passa, & a Christo sanata, falso dicitur, 31. LXXIV.
- Martialis discipulus unus ex septuaginta, 74. XV.
- Fuit puer ille, qui habebat quinque panes, & duos pisces, *ibid.* Apostolorum discipulus, 34. CCCI. A Petro in Gallias amandatur, 74. XV. Galliarum dicitur Apostolus, *ibid.* Quot populos ad fidem convertit, *ibid.* Mortuum sufficitavit & quomodo, *ibid.* Ejus epistolae duae, *ibid.* Romam venit cum Petro, 44. XXVII. Quando moritur, 74. XV.
- Martialis poetae carmina in laudem Domitiani, 86. I. 94. II. Ejus horti ubi, 69. XVI.
- Martianus Syracusis datus Episcopus, 44. XXVII.
- Martinianus & Processus a Petro baptizati, 68. XXIV. 69. V.
- Martinus Regi presbyterum praetulit, 57. XXXI. A Maximo Imperatore convivio exceptus, *ibid.*
- Martyrii S. Thomae vetus monumentum, 57. CXVII.
- Martyrium quid, 57. CXXIX.
- Martyrium Eunuchi Candacis Reginae, & miracula, 35. XXVIII.
- Martyrum agones in Ecclesiis effigiari soliti, 57. CXX. Eorum corpora quomodo in diversis locis vere esse dicantur, 55. XV. Eorum reliquiae a Gentilibus dispersae, 55. XVIII. Eorum cultus loco falsorum deorum institutus, 44. LXXXVII. Eorum dies anniversaria, 58. XCVI. Eorum solemnitas, 58. XCII.
- & *seq.* Eorum primitiae dicti sunt Christiani sub Nerone passii, 66. X. Cur sub altari clamare dicantur, 55. XVI. Sub Domitiano insigniores qui, 98. XI. Sub Nerone post Petrum, 69. XLIV. Eis non sacrificamus, 58. C. Eis facinorosi miscbantur, ut dirtarentur, 75. XIII.
- Malcizel tyrannus in Africa a Theodosio profligatus, 34. CCXCIII.
- Maffada praesidium Judaei capiunt, Romanis occisis, 68. XLIV. Expugnatur, 73. VII.
- Maffagetarum ferinus mos de macandis senibus, & comedendis, 44. XXIV.
- Mater Virginis Deo sacratae, focus Dei appellata, 57. XCI.
- Mater necat filium ad cibum, 72. VIII.
- Maternus Sophista a Domitiano occisus, & cur, 85.
- Mathematici pulsi Urbe, 54. IV.
- Matrimonia clandestina prohibita, 57. L.
- Matrimonii sacri ritus, 57. XLVIII. Ejus Missae sacrum, 57. XLIX.
- Matrimonium sacramentum, 57. XLVI. Non sine sacerdotis praesentia contrahi, 57. XLVII.
- Matrona dum ingreditur ecclesiam non purgata, a daemonum arrepta est, 57. CXI.
- Matthaei Galeni error in expositione Dionysii Areopagitae, 48. VIII.
- Matthaei Evangelii textus Latinus Graeco praefertendus, 34. CLXVIII. A S. Hieronymo emendatus, *ibid.* Ejus Evangelium quo anno scriptum, 41. XVI. Et qua occasione, *ibid.* Quibus exposcentibus, 41. XVII. Ejus initium cur ita sumptum, 41. XVII. Exscriptum ab Apostolis, 41. XVIII. A Jacobo fratre Domini Ierosolymis explanatum, 41. XVII. Cum Barnaba sepultum, & quo anno inventum, 41. XVIII. Ab Hieronymo ex Hebraico fonte descriptum, 41. XVIII. A Nazareis depravatum, 41. XIX.
- Matthaeus Apostolus sequitur Dominum, 31. LXXI. Carnibus abstinere, 57. CXCIV. In Aethiopiam missus, 44. XXXV.
- Mathias summus sacerdos rem divinam facere vetitus, 8. V. 31. VIII.
- Mathiae Apostoli electio, 34. CCXXXII. Mesopotamiam petit, 44. XL. Librum de traditionibus scripsisse dicitur, 53. XIV.
- Mathias Margalothi legis aemulator, 8. III. Seditionis auctor, vivus exulsus ab Herode, 8. VI.
- Mathias Theophili nocte pollutus somnio, vicarium substituit in sacris obeundis, 8. V. Abrogatus summo pontificio, *ibid.*
- Maturea appellatur Virginis habitatio in Aegypto, 1. XLVII.
- Matutinae horae conventum referunt a Paulo praescriptum, 57. CLXIII.
- Matutinae laudes, 51. LXIX.
- Matutinum officium quid representet, 57. CLXIII.
- Mauritania in duas partes divisa, 44. LX.
- in Mauritanica Ecclesia bigamos ordinari non est permittum, etiam urgente necessitate, 58. XXIX.
- Maximianus Episcopus Syracusae, 57. CLIII.
- Maximus hostis Monothelitarum, 57. CL.
- Media nocte surrexit Dominus & Patrem hymnis celebravit, atque idem nos tunc facere docuit, 34. CCXLVII.
- Media nocte venturum Dominum ad iudicium, 44. XXVI.
- Medico non est opus bene habentibus, 31. LXXI.
- Medicus animae diligenter inquirendus, 56. XXIII.
- Mediolanensem Ecclesiam erexit Barnabas, 51. LIV. Ejus Ecclesiae consuetudo in pallendo qualis, 60. XXXIII.

Mel

- Mel silvestre summe amarum, 31. XIV.
- Melania Romana clarissima femina, 31. XII.
- Melania Senior Theclae nomine decorata, 47. XIII.
- Melchisedech ubi regnarit, 31. XLI. Typus Christi, 34. L. Regia dignitas, 57. LXXVII.
- Melchisedechiani haeretici, 53. XXVII.
- Melita serpentes veneno carent, non natura, sed gratia, 58. CLXXII. Illic Paulus hiemavit tribus mensibus, 58. CLXXIII. Illic quid passus Paulus, 58. CLXXIII. Illic Pauli miracula, 58. CLXXIII.
- Melitoni Sardenfi Episcopo libellus de Transitu Virginis falso tributus 48. XII. Ejus liber apocryphus, 44. XIII.
- Memoria ecclesiae dicta, 57. CXXIX.
- Memoria Christi in Aegypto, 1. XLVII.
- Memoriae antiquae de usu sacrarum imaginum, 57. CXVIII.
- Menander Simonis magi discipulus quid suis polliceretur, 64. XIII.
- Mencherus & Herodion castella expugnata, 73. VII.
- Mendicantes Judaei quomodo descripti, 94. V.
- Menna Constantinopolitanus Episcopus, 44. XII.
- Mendum de voce Jeremiae in textum Matthaei illapsum, 34. XIX.
- Mensa quadra apud poetas quae, 58. LXIV.
- Mensa in ecclesia quae, 44. LXIX.
- Mensa pura quae, 57. CXXXVI.
- Mensa communis & sacra temporibus Apostolorum simul jungebantur, 34. CCLXXIX. Ea duplex apud Apostolos, *ibid.* Communem Christum sacra praeposuit, & cur, 57. CXXXI. Sacra distincta a communi, 57. CXXXIII.
- Mensa quas quaestiones apud Christianos haberet, 57. CXXXVII.
- Mensae quibus diaconi inferviebant, fuerint ne sacra an communes, 34. CCLXXX.
- Mensae Christianorum descriptio, 57. CXXXVI.
- Mense Martio Dominum passum, communis sententia, 34. CXLVIII.
- Mensis & dies quo Christus est passus, 34. CXLVIII.
- Menfurius Episcopus Carthaginensis, 55. XIX. 75. XIII.
- Mercurius creditus Paulus, 48. I.
- Meretrices apud Israelitas permittae, 32. XXII. Vagae, *ibid.*
- Meroe metropolis regni Ethiopiae, 57. XXXIV. Illa summa potestas penes Sacerdotes, *ibid.*
- Mesopotamensis Balaam, 1. XXII.
- Mesopotamiam Simon petit, 44. XXXVIII.
- Messalina Augusta uxor Claudii, 50. VII. Quo anno occisa, *ibid.*
- Messias haberi voluit Vespasianus, & unde colligitur, 77. II. III.
- Metaphraeses erroris arguitur de tempore Simonis Magi, 44. XXVII. XXXVIII. LIV.
- Metellus Clericus nomen familiae suae reportavit, 36. X.
- Michael Archangelus Ecclesiae protector, 60. XXI. Ejus cultores Colossenses, *ibid.* Ejus oratorium a piis erectum, 60. XX. Ejus manifestatio in Conis facta, 60. XXI.
- Michael Glycas de S. Luca, 62. IX.
- Michael Imp. calumniator linguae latinae, 16. IX. Ejus temporibus extabat epistola integra Jesu ad Abagarum, 31. LX.
- Micheas loquitur de turre Ader, 1. XVI.
- Midraiffelim omnes cibos, adventente Messia, Hebraeos comesturos dixit, 51. XIII.
- Miletum pro Melita, 58. CXLIV. 59. I.
- Miletum in Creta eversum a Gnosis, 59. I.
- Miletum Cariae urbs, 58. LXXIX.
- Miliarefium donativum militare, 34. XIX.
- Militares tessere quae, 44. XVI.
- Milites cohortales Archelai occisi, 8. XII.
- Millenarius Joannis gloriae perpetuitatem significat, 97. XIV.
- Minerorum haeresis, 74. V.
- Ministerium quotidianum quod, 34. CCLXXX.
- Ministerium sepulturae non prohibitum Judaeis die festo, 34. XXXIII.
- Ministerium Diaconiae, 34. CCLXXXIII.
- Ministerium a quo Graecorum viduae videbantur excludi, quodnam fuerit, 34. CCLXXXVIII.
- Ministrare, pro sacrificare apud Lucam, 44. LX-XXIII.
- Ministri sacrae mensae Diaconi, 34. CCLXXX.
- Ministri tabellarii, 44. LXXVIII.
- Ministri laborantes dicti, 34. CCLXXXIII.
- Minutius Felix pro Christianis, 51. XIX. Praefectus annonae, 69. IX.
- Miracula tria in Epiphania recoluntur, an eodem die facta, 51. XXXIV.
- Miracula Christi quae non videntur scripta, 33. VII.
- Miracula edita in loco Ascensionis, 34. CCX-XVIII.
- Miracula praecleariora a Petro edita, 34. CCL-XIX.
- Miracula de oleo Lampadarum, 58. LXXVI.
- Miracula de Ceris Agnus Dei, 58. LXXVI.
- Miracula facta in Aegypto illuc Jesu allato, 1. XLIII.
- Miracula Vespasiani ex praestigiis Tyanae, 71. VII.
- Miracula Vespasiano tributa, miracula non sunt, *ibid.*
- Miracula de umbra Petri quid mystice, 34. CC-LXX.
- Miracula diei Dominici, 31. XXXV.
- Miracula ex reliquiis, 55. XI.
- Miracula diis Gentilium attributa qualia, 71. XI.
- Miracula Anconae per Stephanum facta, 34. CCC.
- Miraculis Petri praedicatio adjuncta, 34. CCXLV.
- Miraculo translatae domus & montes, 9. I.
- Miraculorum Jesu per totam Syriam fama divulgata, 34. CXCVII.
- Miraculorum gratia, & intelligentia Scripturae, sunt dotes Ecclesiae, 34. CCIX.
- Miraculum de mutatione aquae in vinum quo die, 31. XXXII.
- Miraculum primum Christi mutatio aquae in vinum, 31. XXXII.
- Miraculum de mutatione aquae in vinum & baptismus Christi eodem anno, 31. XXXIII.
- Miraculum secundum Jesu, curatio filii Reguli, 31. LIV.
- Miraculum ab haereticis numquam factum reperitur, 34. CCX.
- Miraculum de cruce S. Thomae apud Brachmanos, 57. CXVII.
- Missae sacrificium dicitur, 34. LX. Quid significet, 34. LIX.
- Missae Jacobi, 63. XVII.
- Missarum vespertinarum usus, 34. LXI.
- Missas agere Christianis neque in cryptis permittebatur, 34. LX. 57. CXXX.
- Missae nomen a quibus auctoribus usurpatum, 34. LIX. Ejus vocis usus in Romana Ecclesia, *ibid.* De missae longitudine conquerentes qui, 60. XXXIII.
- Mitra sacerdotalis qualis fuerit, 34. CCXCIII.
- de Mitra S. Ambrosii epigramma Ennodii, 34. CCXCIII.
- Mitrae sub nova lege diversae ab iis quae fiebant in veteri & diversum representant, mysterium, 34. CCXCIII.
- Moab civitas in Arabia, 1. XXV.
- Moabitarum rex Balach, *ibid.*

Iiiii

Mode-

- Modestia officio contineri haud patiuntur mulieres, 57. LXXXIX.
 Modestia Apostolorum, 57. CLXXXI.
 Monachi comati arguuntur, 58. CXXXIII.
 Monachi desides qui, & qui operosi, 52. XX.
 Monachi qui nunc sunt antiquam Ecclesiam emulantur, 64. IV.
 Monachorum Princeps Joannes Baptista, 31. XV.
 Monarchia Petro collata, & in ejus successores propagata, 33. XX.
 Monasticam vitam Anna vidua excoluit, 1. XLI.
 Monastica tonsura derisores severissime a Deo puniunt, 58. CXXXV.
 Moniales Alleluja signo convocari solent, ubi, 58. CIII.
 de Monogomia haeresis Montanistarum, & Tertulliani, 31. XLIX.
 Monogamos fuisse sacerdotes in lege veteri, 58. XXVIII.
 Monogamos Paulus cur ordinandos monuit, 58. XVII.
 Monothelita haeretici in Christo duas voluntates negantes, 48. XXI.
 Mons Alvernæ scissus in terramotu facto patiente Domino, 34. CXXXIV.
 Mons Caelius Romae conflatur, 29.
 in Monte Oliveti primum castra sunt posita contra Jerusalem, ubi Jesus fudit lacrymas, 34. VIII.
 in Monte Thabor creditur facta esse apparitio plusquam quingentis fratribus, 34. CVI.
 Montis Vesuvii eruptio, 1. III.
 Montes e loco in locum transfulerunt plures Sanchi, 30. I.
 Montanistarum error, & falsitas, 31. XLIX.
 Morbus Herodis qualis, 8. VII.
 Mors prodigiosa Herodiadis, ejuque filii, 33. VI.
 Mortem sibi conscivit Varus Germaniae praefectus, 11. II.
 Mortuus suscitatur a Petro, 44. XL.
 Mos quid, 53. IV.
 More Majorum quid significat, 53. IV.
 Mores laicorum incompositi in psalmis decantandis, 51. LXXI.
 Mores puerorum turpissimi apud Cretenses, 58. XIV.
 Mos edendi agnum apud Hebraeos, ex antiquorum rituali, 34. XLI.
 Mos Judaeorum differendi de lege, 12. II.
 Mos Apostolos cum Christo pingendi, 44. L.
 Mos antiquus sanctorum Christianorum, 34. CLXIII.
 Mos fuit Ecclesiae, ut episcopus peregrinus ad concionandum incitaretur, 46. XIII.
 Moralia ex synagoga translata in Ecclesiam cum honore, 58. XXVIII.
 Moralia praecipua servata ab Apostolis apud Judaeos, 34. CCXLV.
 Moysi libri inventi & lacerati, 50. III.
 Moysi prophetas habuit Balaam, 1. XXII.
 Moysi libros lacerans miles securi percussit, 50. III.
 Mucianus Syriae praefes tempore Vespasiani claruit, 31. XXXIII. Vespasiano adharet, *ibid.* 71. IV. Vespasiano persuadet, ut philosophos urbe pellat 75. III.
 Mulier Christiana signo crucis ab arte Daemonum liberata, 31. LXVIII.
 Mulier a fluxu sanguinis liberata, quae, 31. LXXXIV.
 Mulier peccatrix eadem Judaea, 32. XXII.
 Mulier in adulterio deprehensa oblata Christo, 33. XXXV.
- Mulier a profluvio sanguinis sanata aeneam statuam erexit Salvatori, 31. LXXV.
 Mulieres ministrantes Jesu quae, 32. XXXI.
 Mulieres ad Sepulcrum Domini quae, 34. CLXXXII.
 Mulieres haereticas exorcismos ausas docere, 56. VI.
 Mulieres in modestiae officio continere difficile, 57. LXXXIX.
 Mulieres Christianas nequaquam speculo uti solitas, *ibid.*
 Mulieres in Ecclesia omnino taceant, 58. LV.
 Mulieres bene olere, cum nihil olent, 57. CLXXXV.
 Mulieres Jerusalem, quando dixerint, Beatae steriles, 72. IX.
 Mulleri in Ecclesia loqui turpe, 58. IV.
 Mulieribus quae doctrinae ratio prohibita, *ibid.*
 Mulierum professio ad sepulcrum Domini quando, 34. CLXIX.
 Mulierum locus in ecclesia supra tabulatum, 57. CXXVI.
 Multiloquium in oratione damnatum quale, 32. XVI.
 Mundi restitutio per Christum, 1. I.
 Mundi finis etiam Gentilibus creditus, 82. III.
 Mundi trans Oceanum positi ex Clementis epistola, 95. I.
 Mundum igne consumendum Sibyllina carmina praedicunt, 81. VI.
 Munera donata ab Abraham filiis Caturae, 1. XXVI.
 Munera Magorum eadem, *ibid.*
 Municipia non cogebantur vivere jure Romanorum, 51. LXVII. Colonis praestabant, 58. CXLVII.
 Munus diaconorum, 34. CCLXXX.
 Mures aurei apud arcam foederis, 57. CLXXVII.
 Murus Jerusalem cingens triduo a Tito construitur, 72. V.
 Musca ad ulcus proverbium, 56. XXXIV.
 Musica quae damnata, 60. XXX. XXXIV.
 Musica instrumenta diversi generis in Ecclesia, 60. XXXVII.
 Musicae leges sine mutatione publicarum legum mutari non posse, 60. XXX.
 Musicae vis, 60. XXIX. Ejus laudes, 60. XXXI.
 Musonii duo, 75. III.
 Musonius Philosophus urbe pulsus, 75. III. 85.
 Musonius Babylonicus Magus in carcerem a Nerone detrusus, 68. XXIX. 75. III.
 Myrrhata vini loco vinum felle mixtum Jesu exhibitum, 34. XCVI.
 Myrrhatum vinum minime amarum, *ibid.* Unde dictum, *ibid.* Vinum pretiosum, *ibid.* Id vinum noluit Jesus bibere, 34. CVI. Id vinum cur Christo datum, 34. XCVI. Id vinum ab ebrietate praeservat, 34. XCVIII.
 Myrrha natura, 34. CL. CIV. Ejus odore vina condita lautissima, 34. XCVII.
 Myrrha vasa olim in magno pretio, 34. XCVII.
 Myrrhinum vasa apud Orientales myrrha confecta, 34. XCVIII.
 Myrrhinum vinum inter dulcia numeratum, 34. XCVII. XCVIII.
 in Mysiam venit Paulus, 44. XXI.
 Mytheria nominabant veteres Eucharistia, 34. XLVII.
 Mytherium non est quod ad populares & vulgares effertur, 36. XII.
 Mytherium Petri visionis, 41. VI.

Naim

N

- Naim viduae filius a mortuis excitatur, 32. XVI.
 Nania funebre carmen, quod canebatur ad tibiam, 31. LXXXVI.
 Nania & pectoris tunctiones adtemperabantur ad modos tibiae, *ibid.*
 Narcissus Domini discipulus Athenarum Episcopus, 58. LVI.
 Narcissus Claudii libertus necatus, *ibid.*
 Nardi unguentum maximi pretii, 32. XXIX.
 Nardinum Oleum incensum in Ecclesiis, 58. LXXV.
 Nardium pisticum unguentum quale, 32. XXVI.
 Nascitur Christus in spelunca, 1. II.
 Natalis Christi quomodo, *ibid.* In ejus Natali daemones perterriti, 1. 15.
 Natalis dies Herodis, 33. II. Ejus Perfus meminit, *ibid.*
 Natalis S. Theodori martyris, 58. XCVI.
 Natalis S. Felicis, 58. XCVIII.
 Natalitia Sanctorum, 58. XCIII.
 Natalitio Apostolorum interesse oportet, 58. XCVII.
 Natalius haeticus quomodo confessus, 56. XVI.
 Nathanael an idem cum Bartholomaeo, 31. XXVIII.
 Non fuit inter Apostolos & cur, *ibid.* A Cana Galilaeae, 31. XXXI. Eum eruditissimum virum Christum non redarguit, 57. XXIX.
 Natura docet veram religionem, 82. IV.
 Naufragium Melitae a Paulo passum non esse unum ex tribus in epistola secunda ad Corinthios enumeratis, 58. XLII.
 Navigatio Barnabae & Pauli, 36. X.
 Navigatio Pauli in Syriam, 53. XXXV.
 Naumachia ab Augusto facta, 69. XVIII.
 Naumachi Ethnici poetae nobilis de Virginitate praecula sententia, 57. LIX.
 in Naxo insula fons vini suavissimi, 31. XX.
 Nazareth corruptores Evangelii Matthaei, 41. XVIII. Christiani olim, 9. II. Nazareth, id est Sancti Dei, 58. CXXII. Certo tempore a vino abstinere, 58. CXXI. Voto obligati se Corban nominabant, 53. XXXV. Capita radebant, 58. CXXII. Confortio Ebionaeorum infamati, 74. VI. Quousque tolerati sunt in Ecclesia, 74. V. Eorum & Clericorum differentia, 58. CXXII. Eorum votum, 53. XXXV. Eorum haeresis unde & ubi initium habuit, 74. IV. Eorum Evangelium ex Hebraeo a Hieronymo in Graecum translatum, 32. IV. Eorum nomen remansit haeticis, 9. II. 74. V. Eorum duplex genus, 9. II.
 Nazarenus, id est Christum, Judaei spernentes Florum merentur, 68. XXXVIII.
 Nazarenus Christus dictus, 9. II.
 Nazareth viculus in Galilaea juxta montem Thabor, 9. I. In ea duo celebres ecclesiae, *ibid.* In qua sit ex duabus Galilaeis, 9. III. Ea reliqua venit Jesus Capharnaum, 31. LVI. Illuc Christus reducit, 9. I. In ea Domus S. Mariae quae Lauretum miraculose translata, *ibid.* A monte Thabor sex distat miliaribus, 33. XXIX.
 Nervis vox quid significet, 36. V.
 Nectarius a Novatianis deceptus ut Socrates refert, 56. XXVI. XXVIII. Ejus factum male interpretati Donatiani, 56. XXXIV. Penitentiam deposuit, non poenitentiam profcripsit, 56. XXVI.
 Negatio Petri, 34. LXXI.
 Nephasoth apud Hebraeos quid, 32. XI.
 Nepotis hymni, 60. XXXV.
 Nereus & Achilleus a Petro conversi, 98. VI.
 Nero a Claudio adoptatus, 52. XXIII. In Imperio succedit Claudio, 56. XLII. Quot annis imperavit, *ibid.* Vestigia pedum unguentis ungebat, 32. XXVI. Per Leonem significatur, 45. XVII. Erga Judaeos propensior, 56. XLII. Agrippam Regem quatuor civitatibus donat, 56. XLII. Exordio Imperii mansuetissimus, 56. XLIII. Claudii filium Britannicum veneno sustulit, 57. CCXIII. Quando incontinens factus est, 57. CCXIII. Immalem & Chelciam detinet, 58. CLVI. Agrippinae matri mortem infert, 61. X. Pallantem interimit, 64. XIV. Quid in incendio urbis, 66. II. Christianos persequitur, 66. I. Novae condendae urbis gloriam quaerere videbatur, 66. II. Parricida matris & uxoris, auriga, histrio, & incendiarius, 66. VI. Ad necandos quos vellet calumniis usus, 66. V. Creditus incendiarius, 66. II. Se urbem incensurum praedixerat, 66. VI. Cur urbem incenderit, 66. II. VII. Seneca concedit ut quam sibi vellet mortem pararet, 67. IV. Diis imperare per magiam concupivit, 68. XIII. Poppeam uxorem istu calcis percussam occidit, 67. IV. Tyridatem magum ad se vocat, 68. XIII. Omnis magiae generis princeps, *ibid.* Probos omnes insequitur, 68. XXVI. Baram Soranum cum filia Servilia, & Thraseam Pætum interficit, 68. XXVI. XXVII. Philosophos ab urbe exigit, 68. XXIX. Magos mutata sententia odio prosequitur, & cur, *ibid.* Musonium Babylonium magum in carcerem trudit, *ibid.* Ut Isthmum foderet, in Achaiam navigavit, 68. XXXIII. In Olympicis certans, superans omnes aurigas & citharædos coronatur, 68. XXXIII. Ex Achaia Romam rediit, 69. V. Impudicissimus, 57. CCXIII. 68. XXV. Antichristus fuisse creditus, sed falso, 70. IV. Adhuc vivere falso creditus, *ibid.* Perterritus, a nece Christianorum se abstinet, 69. XLVII. In visu perterritus, *ibid.* Quando animo costernatus, *ibid.* Templum Dianae Ephefinae spoliat, 57. CLXXXIX. Sub quo confusatu obiit, 70. II. Quibus ex causis Petrum & Paulum in carcerem conjecit, 68. XXV. Eum in fine saeculi venturum, & ab Antichristo occidendum quidam fabulantur, 70. IV. Eum se esse fingens servus, multos exterret, 70. V. Ejus in mensam fulmen illapsum, 62. II. Ei Simon magus carissimus, 68. XIII. Ejus domesticos nonnullos ad fidem conversos, 59. IX. Ejus stagnum ubi, 69. XVIII. Ejus clementia, 56. XLIII. Ejus tempore lapsus Simonis magi, 44. LIV. Ejus durum judicium adversus Paulum, 52. VI. Ejus circus in Vaticano ad equos agitando, 69. XVIII. Ab eju tempore usque ad Domitianum nulla in Ecclesia excitata persecutio, 69. XXXVIII. Ejus saevitia, 64. XIV. Ejus in conjuratos saevitia, 67. IV. Ejus tempore quae prodigia, 69. XXVII. Quid significarent, 69. XXVIII. Ejus fuga, 70. II. Ejus obitus, *ibid.* Ejus studiosus Rex Parthorum, 70. 5.
 Nerva a Domitiano in exilium mittitur, 91. I. Romam revocatus, a Domitiano Consul designatur, 91. III. Apollonii Tyanzi consuetudine usus, 91. I. Imperium cepit, 98. XI. Optimus Imperator respectu Domitiani, 98. XII. Christianos relegatos revocat, *ibid.* Tributa Judaeis relaxat, *ibid.* Traianum adoptat, 99. XIII. Ejus edictum ne liceret impietatis accusare qui deos non coleret, 98. XII. Ejus obitus, 100. I.
 Nestorius Haeticus, 94. XXIX.

Iiiii

Ni

Nicæna Synodus Symbolo Apostolorum quæ addidit & cur, 44. XIX. Ejus Synodi Canonis mulierum cum Clericis habitationem prohibentis explicatio, 59. XIX. Ejus Canon adversus bigamos, 58. XXX.

Nicanor Diaconus unus e septem Diaconis, 34. CCCXIX. Ubi & quando occisus, *ibid.*

Nicasius Rothomagensis Episcopus, 95. II.

Nicephori error de tempore Evangelii Matthæi, 41. XVI. Ejus Chronici error de numero annorum quibus sedit Jacobus, 63. II.

Nicephorus Episcopus Constantinopolitanus ad Leonem tertium dona mittit, 58. LXXIX.

Niceta Choniata quid de Alexio Imp. 60. XXI.

Nicetus Episcopus Trevirensis nascitur cum corona clericali, 58. CXXIX.

Nicodemus ad Jesum nocte venit, 31. XI. A Judæis anathematizatur, de civitate ejicitur, & a Gamaliele suscipitur, 34. CCCXIX.

Nicolaitæ impurissimi a Petro & Juda exagitati, 68. VIII. Eorum errores, 68. VIII. Falso sibi nomen Nicolai assumebant, 68. X. Qua occasione, *ibid.* Baatitudinem in voluptate constituebant, 68. XI. Se Gnosticos nominabant, 68. XII. In varias sectas divisi, *ibid.*

Nicolaus Papa Michaëlem reprimat in laipnam linguam insultantem, 16. IX.

Nicolaus Orator pro Archelao & Herode, 68. XIV.

Nicolaus diaconus Episcopus Samaritanorum, 68. X. Falso in crimen adducitur, 68. X.

Nicomedes presbyter, 69. XXXIII.

Nicomedia & Nicæa Bithyniæ oppida, 44. XI.

Nicomolis civitas Ægyptus nuncupatur, 34. CXC.

Nicomolis civitas juxta sinum Ambracium, 58. I. Noctem flumine purgare quid, 57. CXI.

Nocturnarum vigiliarum quis modus, 51. LXX.

Nocturnæ convocationes quæ, *ibid.*

Nomen Jesu super omne nomen admirabile, 1. XVII.

Nomen divitis Epulonis, 33. XLIV.

Nomen tetragrammaton quid posset, 56. II.

Nomen presbyteri etiam Apostolis commune, 58. X.

Nomina Eucharistiæ, 34. XLVII.

Nomina diversa excommunicationis & absolutionis, 57. XIV.

Nomina septuaginta duorum discipulorum, 33. XL.

Nomina quatuor partium diei apud Judæos, 34. CLVII.

Nomina diversa quibus Ecclesia appellatur, 57. CXXIX.

Nomina Hebraica cur in Ecclesia retenta, 57. CLXXIV.

Nomina martyrum insigniorum sub Domitiano, 98. XI.

Nominum novorum inducendi forma, cum res exigit ab Apostolis Ecclesiæ tradita, 43. XII.

Nominati in Synaxi Christiani requirebantur, 57. C.

Nonis Januarii fontem aquam fluere vini sapore, 31. XXXIII.

Notant Flacci litteræ pro Judæis, 42. XXI.

Notariorum munus in Ecclesia, 44. LXXVIII.

Novatianus hæreticus non fuit chrismate signatus, 35. XVIII.

Novitiam baptizatos non inungunt sacro Chrismate, *ibid.*

Novatores Joannem Baptistam delictosæ vitæ infamant, 31. XV. Consultati de bonis in commune reducendis, 34. CCLXVII. Abutuntur ut altis voce Dominicæ Cœnæ, 34. XLV. Chrismatis Sacramentum negantes, 35. XVIII. Odio prosequuntur monachos, 64. IV. Eorum infamia de Joanne Baptista, 31. XV. Eorum error de S. Petro confutatus, 33. XXI. Eorum error de vœtigalibus a Sacerdote pen-

dendis, 33. XXXII. Eorum hallucinatio confutata, 35. XI.

Novi Jovis, illustris Caji titulus, 41. XXVII.

Novissima hora quæ, 57. CXCII.

Nox in quatuor partes dividebatur etiam apud Judæos, 34. CLVII.

Nubere in Domino quid, 57. XLVII.

Nudis pedibus incedere Christiani consueverunt, 57. XCVII.

Numæ Pompilii ordinatio, 44. LXXV.

Numeri abbreviandi usus, 33. XXXIX.

Numerus civium Romæ censitorum sub Claudio, 50. IX.

Numerus hostiarum & comedentium in die Paschatis, 34. XXVII.

Numerus Judæorum fame consumptorum, 72. VII.

Numerus occisorum & captivorum in bello Judaico, 72. XIX.

Numidæ Episcopi a Petro ordinati, 58. LII.

Numidius Quadratus Syriæ præfes, 50. V. Ananiam summum Pontificem & Ananum Ducem Romam mittit, 50. VI.

Numisma census quid differat ab usuali moneta, 34. X. Quanti pretii, *ibid.*

Numisma Titi Imp. quale, 34. X.

Numismata tributorum a cæteris usualis pecuniæ nummis differant, 34. X.

Nuptias non sine missa & communionem celebrari, 57. XLIX.

Nuptias & cibos detestantes qui, 57. CXCI.

Nuptiæ occultæ & clandestinæ, 44. LXXXVIII.

57. I. A Christianis damnatæ, *ibid.*

Nuptiæ Christi præsentia sacratæ, 31. XXIX.

Nuptiæ apud Gentiles absque consensu parentum illegitimæ, 57. I.

Nuptiæ Spirituales, 57. XCI.

de Nuptiis Joannis Evangelistæ sententia ridicula, 31. XXXI.

in Nuptiis Cænæ Galilææ quis sponsus, 31. XXXI.

Nycensis appellatus dives epulo, 33. XLIV.

Nyssæ equi, 1. XXXIV.

O

O Beliscus in circo Neronis, 69. XVIII.

Obedientes de ecclesiis edificandis diluæ, 57. CIII.

Oblatio panis & vini, 57. CXLVII.

Oblatio, *Vide supra* Collecta.

Oblationes Ecclesiasticorum proventuum invidiam Imperatoribus movebant, 57. LXXIII. Non statim in Ecclesiam inferebantur, 57. CXLVII. Non ab omnibus recipiebantur, *ibid.*

Oblationes offerendæ ut in altari consecrentur, 58. LXXXIX.

Oblationes pro defunctis, 34. CCCX, CCCXL, CCCXII.

Oblationum copia, 57. LXXVIII.

Oblationibus sustentati Dei ministri, 57. LX-XIII.

Observantia dierum quæ prohibita, 58. LXX-XV.

Obstetrix longe a partu Virginis, 1. VI. Ejus testimonium de Virgine Maria refellitur, *ibid.*

VII. Refelluntur apocrypha, *ibid.*

Occasum respiciebat Dominus in cruce pendens, 58. CVII.

Occidens Hyeroglyphicum tenebrarum, 58. CVII.

in Occidente Clerici barbam tondebant & qua de causa, 58. CXL.

Occidentem versus positi renuntiabant Diabolo Christiani & cur, 58. CVII.

Occisionem significat anathema, 57. CLXXII.

Oc-

Occisorum & captivorum numerus in excidio Jerosolymitano, 72. XIX.

Occursus festum, 1. XLI.

Octava die Christiani lætantur, 58. LXXXIV.

Vide Dominica.

Octavia honestissima fœmina Neronis uxor, 66. VI. Balnei vapore a marito necatur, 64. XIII.

Octavii obitus, 16. VI.

Olei & aquæ benedictio, 63. XVI.

Oleo ad inungendos infirmos nullus antiquorum Prophetarum usus, 63. XIII.

Oleum e Taberna meritoria, 1. IX.

Oleum lampadum quam mirabilia operetur, 55. XIV. 58. LXXVI.

Oleum sanctum duplex, 63. XIII.

Oleum infirmorum, *ibid.*

Oleum sacerdotali benedictione virtutem divinam consequi, 63. XIV.

Oleum ad divina miracula adhiberi solitum quod, 63. XVI.

Olivetis mons adjacet Jerosolymis a plaga orientali, 33. XXXV. In eo contra Jerusalem primum castra posita, 34. VIII. Quantum distet ab Jerosolymis, 34. CCXVII. In eo Ecclesia aperto cacumine, 34. CCXXVII. Lampadibus plenus quando, 57. LXXVII.

Ollula Rhodiaca quæ, 34. XCVIII.

Olympas & Herodion martyres, 69. XLIV.

Onesimus Philemonis servus a Paulo commendatur, 60. XL. Eum gentilem fuisse, 60. XLI. post Timotheum Episcopus Ephesus, *ibid.*

Martyrio coronatus, *ibid.*

Onesiphorus Pauli hospes, 47. IV. Paulum Romæ invisit, 59. VIII.

Onion templum Judæorum in Ægypto ab Onia ædificatum, & qua occasione, 73. IX. Demolitum, *ibid.*

Onuphrius Panvinus erroris arguitur, 3. I. 44. LIV.

de Opificio manuum, 52. XIII.

Opificum exercebant discipuli Judæorum, 52. XVII.

Opificum apud quos ignobile, 52. XVII.

Opificum Pauli quod, 52. XVIII.

Opinio illa quod Petrus fundaverit Ecclesiam Romanam priusquam Antiochenam refellitur, 59. XII.

Opinio vulgata de mundi casu, 81. VI.

Opiniones de causa deperditæ Jesu, XII. IV.

Opinioni ab Ecclesia receptæ inhærendum, 32. XVII.

Opportunitate bene usi Christiani, 82. III.

Optatus Milevitanus, 31. XXVII. 60. L.

Optimates unde, 58. XXXIII.

Optimi viri titulus in Magistratibus constitutis impartiri solitus, 58. XXXIII.

Optimi cognomen quantæ olim excellentiæ, 58. XXXIII.

Oracula de urbis interitu tamquam falsa Tiberius redarguit, 19. II.

Oraculum seu logion, 17. II.

Orando pectus tundere unde tractum, & quid significet, 58. CXI.

Orans Dominus ab Angelo confortatur, 34. LXVI.

Orantes manus extollere & expandere solebant, 58. CX.

Orare ad Orientem Apostolica traditio est, 58. CV.

Orare genibus flexis quid significet, 58. CIX. CX.

Orare stantes solent Christiani, quando, & cur, 58. CIX.

Orare sedendo extra disciplinam est, 58. CX.

Orare detecto capite Apostolica institutio est, 58. CX.

Orare junctis manibus quid significet, 58. CX.

Oratio Herodis ad Judæos, 8. V.

Oratio Domini in horto, 34. LXVI.

Oratio Pauli in Areopago, 52. IV.

Oratio Gregorii Nysseni populi frequentia intermissa, 58. XCVI.

Oratio in Cathedræ Petri festivitate, ex ritualibus antiquis, 45. I.

Oratione legio Christiana victoriam reportavit, 58. CX.

Orationis horæ tres, 34. CCXLVI. Quinque & septem, 34. CCXLVII.

Orationis locus, 34. CCXLIX.

Oratorii Congregatio, 57. CLXIV.

Oratorium, *ibid.*

Oratorium in urbe erectum & ejus forma, *ibid.*

Oratorium S. Hieronymi, *ibid.*

Oratorium S. Crucis in Basilica S. Petri, 57. CXXXVII.

Oratorium S. Michaelis Archangeli nequaquam ab Hæreticis erectum, 60. XX.

Oratorium S. Michaelis Archangeli Colossis, 60. XXI.

Oratorum mox manus extendere & quomodo, 58. CLXIII.

Orbis institutione qua facta ea in ejusdem restitutione adimpleta, 1. I.

Ordinandi cur non bigami, 58. XXVIII.

Ordinatio & ordo quid, 44. LXXXVII.

Ordinationis mysterium, 34. CCLXXXVI.

Ordinatione Catholicis ab hæreticis discriminantur, 44. LXXXVII.

Ordinationes quales fieri solitæ ab Apostolis, 44. LXXXV.

Ordinationes ex prophetia veniebant, *ibid.*

Ordinationes apud Hæreticos quæ, 44. LXXXI.

Ordinationes non sine sacrificio & jejunio fiebant ab Apostolis, 44. LXXXIII.

Ordinationes Episcoporum ex Apostolorum traditione, 44. LXXXIV.

Ordinis ecclesiastici septem, 44. LXXX.

Ordines inferiores non habent jus in subjectos, 44. LXXX.

Ordines ecclesiasticos ab officiis distinctos, *ibid.*

Ordo Judæorum in Synagogis, 12. II.

Ordo servari solitus a Judæis in publico conventu, *ibid.*

Ordo clericorum in plures ordines distinctus, 44. LXXX. Omnes ab Apostolis instituti, 44. LXXXVIII. Quæ sint eorum nomina ex Ignatio, 44. LXXXVIII.

Ordo Sacer Sacramentum est, 44. LXXXII.

Ordo Romanus de cereorum accensorum significatione, 58. LXXXV.

Ordo personarum in Ecclesia, 57. XXXI.

Ordo locorum in Ecclesia, 57. XXXII.

Ordo in Eucharistia consuevenda, & distribuenda, 57. CXLVII.

Ordo in conviviis Judæorum, 33. X.

Ordo festivitatum, 58. XCI.

Oriens Christus appellatus, 58. CVII.

Oriens pars mundi ad orandum destinata cur, 58. CVI.

Orientales non quotidie communicare solitos, 57. CLVII.

Orientales sacra Apostolorum corpora surripere, attentarunt, 69. XII.

in Orientali Ecclesia monachos & clericos nunquam barba rasos, 58. CXL.

Orientalis Ecclesiæ usus de habitatione mulierum cum clericis prohibita, 58. XV. Ejus consuetudo in psallendo qualis, 60. XXXIII.

in Oriente positus Paradisus terrestris, 58. CVII.

Origenis sententia de Magis, 1. XXII. De traditionibus, 53. XX.

Or-

Ornamentum capitis summi Pontificis quale fuerit, 34. CCLXXXIX.
Ornatus capillorum quantum Deo displiceat in virgine, 57. XCIII.
Oronii error de tempore cladis Variaræ, 12. X. Eiusdem error de tempore Seiani, 33. XL-VIII.
Orthosia oppidum, 44. X.
Osculi genus duplex, 45. XXV.
Osculi usus apud Romanos, Tiberii lege prohibitus, 45. XXIII.
Osculi sancti usus in osculum tabellæ mutatus, 45. XXVI.
Osculum sanctum quale, 45. XXIII.
Osculum pacis, 45. XXIV.
Osus Cordubensis, 57. CXXI.
Ostorius de Cruce S. Thomæ apud Brachmanos, 57. CXV.
Ossa gigantum in Hebron, 34. CXI.
Ossa humana sparsa a Samaritis per porticus Salomonis, & per totum templum, 31. LII.
Ossorum hæresis, 74. VII.
Ostiensis porta, eadem tergemina dicta, ubi pauperes stipem accipere soliti erant, 69. IX.
Otho Imperium arripit, occiso Galba, 71. I. Sibi ipse mortem concivit, nonagesimoquinto sui Imperii die, *ibid.*
Otreius Episcopus Melitenis, 58. CXXVIII.
Ovis unde dicitur, 48. XXIII.
Ovem & hircum mactari non patiebantur Ægyptii, 42. XXIX.
Ovidii carmina de conflagratione mundi, 81. VI.

P

Pacianus antiquus Theologus, 51. XVII. Quo Imperatore claruit, 56. XXXVI.
Pachorus Parthorum Rex contra Romanorum exercitum quid, 64. XIV.
Palastina divisa in Tetrarchias, 8. XV. Ea & Ierosolyma Antiochiæ subiacebant, 39. X. Eius totius fines 34. XX.
Pallas Claudii libertus germanus Felicis Judææ Prædis, 56. XLII. A Nerone de medio tollitur, 64. XIV.
Palliatii atque togati convivæ accumbere soliti, 34. XXXIX.
Palliatii incedebant Christiani, 57. XCVIII.
Pallii nomen, 16. VI. Eo uti Romanis non vetitum, 16. VII. Eius usus inter Romanos a quo tempore, 57. XCV. Eius forma describitur, 57. XCVI. Eo non necessario Christiani utebantur, 57. XCVI. Illud, abjecta toga, Christiani inducebant, 57. XCV. A communi usui ad monachos cessasse, 57. XCVIII. Ab Apostolis accepisse Christianos potius quam a Græcis, 57. XCVI. Quatuor angulos habebat, *ibid.* A Græcis ad Romanos illapsum, 16. VII.
Palma quæ ad multa sæcula perduravit, 34. VII.
Palmarum Hieroglyphico Judæa expressa, 98. XIII.
Palmarum ramos ferendi mos, 34. V. VI.
Pamellius scholiastes, 1. XII.
Pan, & ejus mortis historia ab Eusebio ex Plutarcho recitata, 34. CXXV. Eum vel hominem fuisse, & jamdiu mortuum, vel dæmonem & mori non potuisse, 34. CXXVI. Eum quem colebant Gentiles ex Mercurio & Penelope natus, 34. CXXVI. Is mortuus, Christus Dominus a quibusdam intelligitur, 34. CXXVI.
Pancratius Tauromenii Episcopus venit cum Petro Romano, 44. XXVII.
Pandia, Diastia, Dionysia populari epulo celebrabantur, 44. LXXXVII.

Paneada Phœnicæ, Cæsaream Philippi dici voluit Philippus Tetrarcha, 16. XI. 31. LXXV. Illic a Syrophœnicæ Christi imago erecta, 51. LXXV. 57. CXIII.
Panis post consecrationem in Eucharistia efficitur corpus Christi, 34. LVI.
Panis frangendi mentio in Scripturis tantum, cur, 58. LXIV.
Panis decussatus quid, 58. LXV. Eius forma, *ibid.* Eius quadrifida incisio, 58. LXIV.
Pantæus philosophus Christianus, 44. XXXIV.
Paphnutius quomodo in Nicæno Concilio pro uxoris Episcopis intercesserit, 58. XXI.
Papias Joannis discipulus, 34. LXXV.
Parabolæ Jesu diversæ, 32. XXX. 33. XLII-XLIII. 34. IX.
Parabolæ de decem virginibus, & talentis distributis, 34. XII.
Parabolarum usus, 32. XIII.
Paradisus terrestris in Oriente positus, 58. CVII.
Paralyticus cur demissus per tegulas, 31. LXX.
Parasceve, licet Græca vox sit, ea tamen uti consueverunt Judæi, 34. CXLIX.
Parasceve quando desinebat, 34. XXVIII.
Parasceve dies, qui Pascha præcedit, dictus est coena pura, 34. CLIV.
Parasceve Paschæ, id est, Sabbati, quia cum Paschate incidit in die passionis Domini, 34. XXX. Quid esset, *ibid.*
Parasceven Christiani, Græci diem Veneris appellant, 34. CXLVIII.
Parthi locustis vescuntur, 31. XIII. Ii & Bassoræ a Joanne fide imbuti, 44. XXX. Eos adiit Joannes Apostolus, *ibid.*
Particulas, quas nos dicimus, buccellas dici solitas, 57. CLII.
Partitio Judæorum regni facta ab Augusto, 8. XV.
Pascha Christo ubi paratum, 34. XXII. Quando a Domino celebratum, 34. XXV.
Pascha & Azyma eadem die celebrata, 34. XXVI. Circa Christi tempora post æquinoctium agebantur, 34. XXVII. Id qua die mensis celebraretur, *ibid.* Id manducare quomodo extendebatur, 34. XXIX. Idem quod Phase, *ibid.* Singuli septem dies Azymorum dicebantur Pascha, 34. XXX. Id & parasceve Paschæ quomodo simul incidunt, 34. XXXIII. Id translatum tempore Ezechie Regis, 34. XXXIV. In sabbatum translatum, mere fictitium est, 34. XXV. Non nisi in plenilunio, 34. XXVII. A Domino celebratum cum aliis Judæis commune, 34. XXXV. Interdictum fuisse, falsum est, *ibid.* Primum a Joanne recensitum incidisse in annum Domini trigesimum primum, & quid inde sequatur, 34. CXXI. Die Dominico celebrandum. Petrus instituit, 58. LXXXII. Eius & Pentecostes nomina retinuit Ecclesia, *ibid.* Eius festum non agendum ut a Judæis, 58. LXXXI. In Paschali convivio Judæos bis lavari solitos, 34. XXXVIII.
Paschali tempore quisque hostiam mactabat, 34. XXVII.
Paschalis solemnitas diversa ab ea quæ est Azymorum, 34. XXVI.
Paschali tempore obsessa Ierosolyma, 71. I.
Paschali festo curialis homo impurus divinam unctionem expertus, 57. CXI.
Paschata quatuor post baptismum Christi per annos singulos devoluta, 34. CXLI.
Paschate solum epulari non licebat, 34. XXVII.
Paschate a nona hora usque ad undecimam mactabant hostias, *ibid.*
Paschata numeranda a primo post nuptias in Cana Galilæe celebrato quot, 32. III.

Pa.

Paschatis die Christus in cruce immolatur, 34. XXXV.
de Paschatis die a Domino celebrato sententiæ diversæ, 34. XXIII. & seqq.
Paschatis die hostiarum numerus & comedentium, 34. XXVII.
Paschatis dies certus apud Judæos, 34. XXXIII.
Paschatis celebrandi ritus, 34. XXVII.
Passio Theolæ qualis, 47. VIII. & seqq.
Passio Christi sacrificium, 34. LI.
de Passione Domini meditationes piæ, & revelationes, 34. CXXI.
Passionis Christi instrumenta, 34. CXXXIII.
Pastophorium quid significet, 57. CVI. Quem in ecclesia usum haberet, 57. CVI.
Pastores ad præsepe Domini quot, 49. XVI.
Pastoris nomine titulus erectus in Viminali, 59. XVIII.
Pastorum trium nomine ecclesia erecta, 1. XIV.
Pateram Maximus Imperator Martino ante se dari jubet, 57. XXXI.
Patibulo appensus, eodem die sepeliebatur apud Judæos, 54. XXXIII.
Patmos insulæ descriptio, 92. IV.
Patrocinium Judæorum susceptum a Petro, 51. XXXIX.
Patrum auctoritates de veritate corporis Christi in sacramento Eucharistia, 34. LII. & seqq.
Paulæ quadræ quæ, 58. LXIV.
Paulæ funus, 34. CCCVIII. Eius monasterium, 58. CIII.
Paulini carmen de amico Joannis Baptistæ, 31. XIII. Eius carmen de tribus miraculis in Epiphania, 31. XXXIV. Eius carmen de cantharo in atrio ecclesiæ Vaticanæ, 57. CVI. De martyrio Lucæ, 61. VII. Eius carmen de pastophorii ecclesiæ, 57. CVI.
Paulinus presbyter Barchinonensis, 57. CXXXII.
Paulino Tyriorum Episcopo nobile templum erectum, 57. CVII.
Paulus Apostolus Stephani partus, 34. CCCII. Eius natale solum, 36. VII. Eius conversio quando, 34. CCXCVI. 51. VIII. Eius nomen a quo inditum, quando, & cur, 36. XI. Eius cognomen Æmillorum familiæ, *ibid.* Eius raptus quo anno contigerit, 44. LXXXIX. Eius & Barnabæ contentio, 51. XLVIII. Eius peregrinatio, ubi solvit Corintho, 54. I. Eius peregrinationis comes quis dictus sit, 51. LXIII. Eius oratio in Areopago, 52. IV. Eius sudaria quid, & semicinctia, 55. VIII. Eius eloquentia qualis fuerit, 57. V. & seqq. Eius calibatus multis probatur, 57. LXVII. Eius penula quid, 58. LXVII. Eius admonitio de pace ad Philippenses, 60. III. Eius oratio ad majores natu ecclesiæ Ephesi, 58. CI. Eius oratio ad populum Ierosolymis, 58. CXLV. Eius nepos insidias detegit, 58. CLI. Eius gratia virtus Melitæ concessa, 58. CLXXXIII. Eius causa coram quibus acta Romæ, 59. V. Eius peregrinatio in Asia bis, 60. XIV. Eius cum Sila peregrinatio, 51. LVI. Eius sigillum quod, 60. LVI. Eius acta apocrypha quæ fuerint, 61. I. Eius res gestæ in Hispania obscuræ remanserunt, 61. IV. Eius fuga e carcere, 69. VII. Eius cervicæ abscissa lac pro sanguine fluxit, 69. XII. Eius ætas post conversionem, 36. III. Et ante conversionem, 36. V. Eius predicatio, 36. VI. Eius mors quo anno ejus vitæ acciderit, *ibid.* Eius nativitas quo anno fuerit, 36. VI. Eius visionis tempus, 36. IX. Eius predicatio Damasci, 36. XIII. Eius in Arabiam profectio, 36. XIII. Eius reditus Damascum, 37. I. Eius res gestæ Antiochiæ, 51. XXXI. Eius verba elucidata, cum ait: In faciem ei restiti, 51. XLIV. Eius & Silæ

preces nocturnæ, 51. LXVII. Eius & Silæ e carcere liberatio, 51. LXXXII. Eius pugna cum bestis, 55. V. Eius res gestæ Romæ, 59. V. Eius hospitium ubi Romæ fuerit, 59. V. Eius sepulcrum, 69. XXIV. Eius effigies & statua, 69. XIV. Ei creditum esse Evangelium præputii, sicut Petro circumfisionis quomodo intelligendum, 51. XVI. Non propterea limitata potestas, 51. XXVII. Ei donantur animæ omnes, quæ secum erant in navi, 58. CLXX. Quot numero, 58. CLXXI. Ei etiam dictum a Domino ferunt, Denuo debeo crucifigi, 69. VII. Ei ubi Christus apparuit locus Ecclesiæ nobilitatus, 36. XIII. Eum in Hispania profectum, quinam auctores testantur, multisque hæc firmatur opinio, 61. III. Ante conversionem quid, 36. II. Impugnator festæ Galilæorum, 1. LXI. Ierosolymam venit Damasco, 39. IV. Qua occasione commotus Petro restitit, 51. XLIII. Idem & Silas præcones legum ab Apostolis sanctarum, 51. LVI. Is & Silas virgibus cæsi, 51. LXVII. Ubi nascitur an Gischali, 36. VII. Mittitur ad Ananiam, 34. CCXIV. In Hebræo mirabilem sonat, 36. X. De se testatur, ante abiisse in Arabiam quam ad Apostolos Ierosolymam veniret, 39. IV. Per murum in sporta demittitur, 39. IV. Cur ab Aretæ Regis præposito ad mortem quæreretur, *ibid.* Ierosolymam ascendit videre Petrum honoris causa, 39. VI. Ascendit Ierosolymam, ut Evangelium cum Petro conferat, 39. VII. Is, Stephanus, & Barnabas Gamalielis discipuli, *ibid.* A Barnaba ad Apostolos introducit, *ibid.* Is & Barnabas legati missi Ierosolymam, 35. XI. Paulus a Saulo quando dictus, 47. XII. Contestatus Judæos transit ad gentes, 46. XIV. Is & Petrus simul in fundatione Romanæ Ecclesiæ nominantur, 41. XV. Una cum Petro Romanam Ecclesiam consecravit, *ibid.* In quo minor Petro, 34. CCIII. Cur se abortivum appellat, 44. LXXIV. Linguis omnium loquebatur, 45. XXXII. Joannem cognominatum Marcum, olim rejectum iterum secum assummit, 45. XLV. Is & Barnabas Sergium Paulum ad Fidem convertunt, 46. XI. Is & Barnabas pro diis habentur, 48. I. Lapidatur, 48. II. An interfuerit funeri Virginis Mariæ, 48. VII. Non solum Evangelii præco, sed & Apostolicarum sanctionum, 51. LVI. Is & Silas carceri mancipantur, custodem carceris ad fidem convertunt & baptizant cum omni domo ejus, 51. LXXII. Ephesum venit, 54. I. Athenas venit, 52. I. Manet cum Aquila, & Priscilla, 52. XV. Ubique manibus operatur, *ibid.* Convertitur ad gentes, 52. XXI. Crispum baptizat, *ibid.* An ex voto caput totonderit, 53. XXXV. Tribus annis Ephesi moratur & eorum ratio, 55. I. Ephesi quid 55. 1. & seqq. An Ephesi ad bestias damnatus, 55. V. An umbra mortuos suscitaverit, 55. XI. Quomodo sermone imperitus, 57. VI. Cur dictus Apostolus gentium, 51. XXX. Marco assumpto in Cyprum navigat, 51. L. Tertium jam annum Ephesi agens consilium inquit Romam veniendi, 57. I. Qualis in scribendo, 57. VI. Corinthiis comminatur, 58. XL. Quando raptus ad tertium cælum, 44. LXXXIX. Quam religionem Angelorum damnat, 60. XV. Ecclesiasticarum causarum cognitores instituit, 57. XXXIX. Se cœlibem aperte profitetur, 57. LX. LXIX. Habuit forem germanam, 57. LXIII. Recedit Epheso, 57. CLXXXVI. Abiit in Macedoniam, 57. CLXXXVIII. Ephesi Timotheum Episcopum relinquit, 57. CLXXXIX. In Macedonia quid, 57. CX. Ubi primam ad Timotheum scripserit Epistolam, *ibid.*

ibid. Prædicit Timotheo venturas hæreses, 57. CXCI. Apud Macedones de Corinthiis gloriatur, 58. XXXVII. Incestuosum excommunicat, 57. XI. Incestuosum indulgens absolvit, 58. XXXVIII. Quæ passus sit, 58. XL. Ter Corinthum venit, 58. XLIV. Corinthi quid, 52. XXI. Super alienum fundamentum non ædificavit, 58. XLV. Commendat Ecclesiam Thessalonicensem, 58. L. Cur in epistola ad Romanos non meminit Petri, 58. LI. Quos cognatos appellet, 58. LVII. Multos nominatim salutatur, 58. LV. Troade quid, 58. LXII. Penulam & libros Troade reliquit, 58. LXVII. Samum pervenit, inde Miletum, 58. LXXXIX. A suis vix divellitur, *ibid.* Trogliti commoratur, *ibid.* Cur tantopere festinaret Pentecostem Jerosolymis agere, 58. LXXX. Festa non abstulit, 58. LXXXIII. Coom, Rhodum & Pataram venit, 58. CI. Orat in litore, 58. CI. Abstemius fuisse probatur, 58. CXXI. Venit Jerusalem ante Pentecostem, 58. LXX. In Magno Concilio orat, 58. CXLIX. Senioribus morem gerit, 58. CXX. Nazæorum munus explet, 58. CXXI. Captus Jerosolymis, 58. CXLV. A Tribuno esse putatur Ægyptius magus, 58. CXLV. Se civem Romanum esse, non nisi cogente necessitate aperuit, 58. CXLVII. Ananiam iussu percussit, 58. CXLIX. Quomodo ignorare potuerit Ananiam esse Principem Sacerdotum, 58. CL. Inter Phariseos & Sadduceos misisset discordiam, 58. CLI. Infidiis Judæorum appetitur, *ibid.* Ad Felicem ducitur, 58. CLIV. Ad Gallionem ducitur, 53. XXXIV. Paulus in profundo maris, & ejus interpretatio, 58. LIII. Coram Felice agit, 58. CLV. Quo anno Romam missus, 58. CLIX. Quo anno Jerosolymam venit, 51. VII. Cæsarem appellat, 58. CLXI. Causam suam narrat, Agrippa & Berenice præsentibus, 58. CLXII. Erat Phariseus ante Apostolatam, 58. CLXIII. Quando electus Apostolus, 44. LXXIV. Romam navigat, 58. CLXVII. Tempestatem prædicit, 58. CLXVIII. A vipera invaditur, 58. CLXXII. Quamdiu Melitæ mansit, 58. CLXXIII. Publii patrem sanat, *ibid.* Publium ad fidem convertit & Episcopum Melitensis præfecit, 58. CLXXIII. E Melita insula Romam ductus, 59. I. Non suos sanat, sed externos, 59. I. Quo die urbem ingressus, quo anno Domini, 59. IV. Romæ Judæos alloquitur, *ibid.* Quid coram Nerone egerit, 59. VI. A suis derelictus, 59. VII. De ore Leonis liberatus, *ibid.* A Philippenfibus Romæ in vinculis invisitur, 59. VIII. Timotheum Romam vocat, 59. XII. An scripserit ad Laodicenses, 60. XIII. Onesimum Philemoni commendat, 60. XL. E carcere liberatur quo anno, 61. VI. Solutus a vinculis an in Hispanias profectus, & quo iverit, 61. II. Is sicut & Petrus docuit Occidentales, 61. V. Spondit Corinthiis suum adventum, sed videtur prohibitus, 61. I. Quantum supervixerit post liberationem a vinculis, 61. II. Qua ex causa post biennium liberatur, 61. VI. A Luciano describitur, 68. II. Capite truncatur, & quid in via, 69. XI. Tres milites ad fidem convertit, cum ad Martyrium ducitur, & quæ eorum nomina, 69. XI. Quot viros in sua passione ad fidem convertit, *ibid.* XIII. Quot annorum esset, cum Martyrium consummavit, 69. XIII. A Plautilla velum petit ad oculos obducendos, 69. X. Ejus & Petri clarissima memoria, 69. XXI. Ubi sepultus, 69. XXII. Pauliani qui, 57. IX. Paulus Episcopus Narbonensis comes Pauli, 61. IV.

Paulus Samofatenfis Hæresiarcha, 60. XXXIV. Pauperes animarum patroni, 57. CXL. Pauperes extra Ecclesiam mendicare & cur, 57. CXXXVIII. Ad mensam spirituales cum Rege vocantur, *ibid.* Eis post sacra parabatur communes, 57. CXXXIII. Eos extra portam Ostiensem agere consuevit, 69. IX. Pax indulgentia dicta, 58. XXXIX. Pax tecum signum catholicæ communionis, idemque legentibus epistolas Pauli dici consuevit, 60. LVIII. Paci Simulacrum positum, 1. XII. Paci eternæ inscriptio templi, & nummi, 1. XIII. Pacis templum commentum Deo refellitur, 1. XI. XII. Quando erectum, 1. XII. 77. I. Quando collapsum, 1. XII. Quando incendio consummavit, 1. XV. Id cur voluerit Vespasianus ædificare, 77. II. In eo reposita ornamenta templi Jerosolymitani 77. I. Pacis oculus. *Vide* Oculum. Peccata dimittendi potestatem suis Christus impertitur, 34. CXCIII. Peccata mortalia quæcumque purgatorio purgari posse falsum, 34. CCCCXVIII. Pecunie depositæ in fanis, 57. CLXXVIII. Pedes Sanctorum tangendi, 34. CCLXIII. Pedes convivarum lavari solitos, 34. XXXVIII. Pedum lotio post ingressum convivarum, 34. XXXVI. Pedum lotio in Coena facta quando, 34. XXXVIII. Pelagia penitens, 32. XXIV. Pellam incolere Christiani, Jerosolyma relicta, 68. XLVIII. Pentecostes dies, 34. CCCCXIV. In ea nec genua flectuntur, nec jejunium imperatur, 57. CCIV. 58. CII. In ea cur genua non flectimus, 58. CIX. Eam Jerosolymis agere cur Paulus festinaret, 58. LXXX. Ejus & Patriciæ nomina Ecclesia retinuit, 58. LXXXV. Ejus non nisi unum diem celebrem habebant Judæi, 58. CXLIII. Penula quid, 58. LXVII. Duplicis generis, *ibid.* Ea quæ Pauli quid, 58. LXVIII. Ea vestis sacra, 58. LXIX. Eam Paulus Troade reliquit, 58. LXVII. Eas oratorum usus cessasse, 58. LXVII. Ex Senibus Romæ concessæ, *ibid.* Peragorius Episcopus uxorem iussu canonum reliquerat, 58. XX. Perea civitas in regione Abilina, 56. XLII. Perge Pamphiliæ, 36. X. de Peregrino quæ Lucianus, 75. IX. & seq. Peregrinus Luciani Protheus dictus, & cur, 75. XII. Urbe pulsus, 85. Peristeria pientissima famina, 34. CCCCVII. Perpetua a Petro baptizata, 69. XLV. Perseæ Arboris fructus & folia qualia, 1. XLIII. Perse a popularibus suis appellati Magog & Magusæ, 1. XXIV. Perse Zoradæ leges conculcant, 44. XXIII. Perse a Septentrionali plaga contra Judæam positi, 1. XXVII. Eorum Reges olim Magi, 1. XXXIX. Eorum Principes nihil agebant, nisi de Magorum sententia, 1. XXIV. Eorum Reges esse non poterant qui Magorum disciplinam non percipissent, 1. XXIV. Persecutio Christianorum sub Nerone, 66. IX. Prima Christianorum an sub Nerone, *ibid.* Ea sub Nerone in Christianos propagata occasione incendi, 67. I. Persecutio secunda Domitiani contra Christianos, 93. III. Persecutio secunda Jerosolymis in Ecclesia excitata, occiso Jacobo, 44. XIV. Persecutiones in veteri Testamento contra San-

tos cur non litteris mandata, 60. LVIII. Persecutionis etiam tempore Ecclesia argenteis lucernis uti consuevit, 58. LXXV. Persecutionis tempora Christianos conventus celebrasse, 58. XCVI. Persecutores Christianorum quales, 93. III. Persecutores Christianorum Damascum missi alii præter Paulum a Judæis, 36. XIV. Perfidem Paulus salutatur, 58. LV. Perfidem Simon Apostolus petit, 44. XXXVIII. Perfis an ex Oriente Judæam spectet, 1. XXVII. Perfidis arbor illustrata adventu Christi in Ægyptum, 1. XLIII. Persona unde dicta, 31. LXXVII. Personarum ordo in Ecclesia, 57. XXXI. Personarum & locorum distinctio in Ecclesia, 57. CXXV. Personati tibicines caneant in funere, 31. LXXVI. Petra super quam Dominus oravit in horto, 34. LXVI. Petra Christus, 31. XXIV. Petronilla Petri filia, 60. XXXIII. Petronii Literæ ad Magistratus Dorensum, 43. IX. Petronia nobilis Romæ familia, 60. XXXII. Petronius a Caio Syria præfector post Vitellium, 41. XXI. Anceps consilii an Caio obediat, 41. XXIV. Ei in Syria Marcus subrogatus, 43. IX. Petri nomen unde, 31. XXVI. Ejus principatus exprimitur ex suo nomine, 31. XXVII. Ejus & Andree vocatio & filiorum Zebedæi, 31. XXII. Ejus naviculam ingreditur Jesus & cur, 31. LXII. Ejus insignis modestia, 41. XII. Ejus nomen Cephas, 31. XXII. Ejus cura familiaris ante conversionem, 31. XXIII. Ejus, Andree, & Philippi Apostolorum patria Bethsaida, 36. XI. Ejus primatus, 33. XIX. Ejus animosa promissio, 34. LXIV. Ejus Cathedra lignea, 45. XI. Ejus prima epistola quo anno scripta, & ubi, 45. XVI. Ejus secunda epistola ubi, & quando scripta, 68. III. Ejus vincula, 44. VII. Ubi custodia, 44. VIII. Ejus martyrii locus, 69. XI. Ejus Primatus multis probatur, 33. XIX. De ejus primatu versus Augustini decantari soliti, 33. XXV. Ejus primatus insinuat, 33. XXXII. Ejus confessio, 33. XIII. XVI. Ejus negatio, 34. LXXI. Ejus adventu ad Urbem Romanam multa felicia acciderunt, 44. LX. Ejus præfectura transfusa in Romanos Pontifices, 34. CCI. Ejus piscatio post resurrectionem Domini, 34. CXCVII. Ejus successor etiam si malus fuerit, non præjudicat Ecclesiæ, 34. CCIV. Ejus successores usque ad Anastasium recenset Augustinus, *ibid.* Ejus folius fuisse languentes umbra curare, 34. CCLXX. Ejus prædicatio qualis, 34. CCLXIII. Ejus potestas propagata ad posteros, 34. CCIV. Ejus gesta Cæsareæ prætermittit, 41. X. Ejus catenarum encomium, & inventio, 69. XXX. Ejus & Pauli contentio, in qua neuter errasse monstratur, 51. XXXV. Ejus oculi sanguinei præ lacrymis, 69. XXXI. Ejus uxor martyrio coronata, 69. XXXII. Ejus effigies & statua, 69. XXXI. Ejus prædicatio & laus, 34. CCXLIII. Ejus miraculis prædicatio adjuncta, 34. CCXLVI. Ejus umbra curati ægroti, 34. CCLXVIII. Ejus umbra sacrarum imaginum cultum expressit, 34. CCLXX. Ejus & Joannis nobilissima legatio, 35. X. Ejus & Pauli corpora Urbis munitio, 69. XXV. Ei primatus collatus, at non propter ætatem, 31. XXIV. Ei cur primatus inter Apostolos delatus, 32. VI. Ei & non Joanni primatus delatus, & cur, *ibid.* Ei cultus

tus exhibitus ab Imperatoribus, 69. XXIII. Ei quædam cum reliquis Apostolis communia, quædam sibi tantum propria, 34. CXCIX. Ei summam omnium potestatem collatam a Domino in posteros dimanasse, 34. CCIV. Ei cur dicatur creditum Evangelium Circumcisionis, Paulo Gentium, 51. XXIX. Ei Christus occurrit, 69. VI. Ei non ascribendus interitus Ananias, 34. CCLXIV. *πετρος* apud Græcos idem est quod *πέτρα*, 31. XXIV. Eum sibi prælatum non sunt indignati Apostoli, 34. XLII. Eum prius Romanam Ecclesiam fundasse quam Antiochenam, nova & inaudita res est, & falsa esse convincitur, 39. XIII. Eum sedisse Antiochiæ annis septem, Romæ annis viginti quinque, quomodo intelligendum, 39. XXV. Eum anno secundo Claudii Romam venisse, 44. XXV. Eum Romam venisse certissimum est, *ibid.* Eum videndi studio Paulus Jerosolymam petit, 39. VI. Et cur videre voluit, *ibid.* Eum Paulus Antiochiæ convenit, 39. XV. Eum aliis prælatum, quod senior esset, falsum, 31. XXIV. Eum Neapoli, atque Pisis fuisse antiqua traditio est, 44. XXVII. Eum Roma recedentem in Africam navigasse, 51. III. Eum etiam Byzantiis primum Episcopum dedisse, 44. XII. Eum & Paulum ex composito dissidium simulasse aliqui dixerunt, 51. XXXVII. A Domino Cephas vocatur, 31. XXIV. Non derivative a Petra, 31. XXIV. Apud nos idem quod Petra, *ibid.* Non a Petra, sed ipse Petra, *ibid.* Derivative a Petra Petrus dicendus esset, 31. XXV. Cur sic dictus, 31. XXV. Per Andream vocatus, 31. XXII. Ab aliis Apostolis quid differat, 24. CCL. In renuntiatione Andream præcessit, in confessione omnes, 31. XXIII. A Christo baptizatus, 31. XI. Ætate minor Andree, 31. XXIII. Is & Joannes septuaginta duos discipulos baptizant, 31. XL. Is & Joannes currunt ad monumentum, 34. CLX. XXII. Is & Joannes detrusi in carcerem, 34. CCLIX. Is & Joannes judicio sistantur, 34. CCLXI. Is & Joannes Samaritam missi, 35. IX. Opus difficillimum consummavit, 35. X. Roma Jerosolymam redit, 51. III. Ab omni culpa redditus immunis in contentione, quam habuit cum Paulo, 51. XXXIX. In carcerem truditur ab Herode Agrippa, 44. III. Liberatur ab Angelo, 44. IV. E. carcere liberatus suos invisit, 44. VI. Post liberationem ab Angelo quo se contulit, 44. VIII. Baptizat Andream & filios Zebedæi, 31. XI. Christum filium Dei esse profitetur, 33. XII. Tributum pendere iussus a Christo, 1. IX. Cur a Domino Satana appellatur, 33. XXVII. Primus lotus a Domino, 34. XLII. Promittit se Dominum secuturum, 34. XLIV. Quantumlibet Christum negasset, non propterea a primatu excidit, 34. CLXXVIII. Primum membrum sanctæ & universalis Ecclesiæ, 34. CCLIII. Malchum percussit, 34. LXVII. Bono unitatis omnibus, 34. CCL. Universi gregis Pastoris nomen est consecutus, 34. CCL. Eos potissimum qui ex circumcisione erant, erudendos suscepit, 34. CCLIII. Primum verbum Dei prædicat, 34. CCLXII. Sanat Æneam paralyticum, 40. XVII. Tabitham a mortuis revocat, 40. XVII. Primum omnium primum Gentilem hominem Cornelium Centurionem baptizat, 41. II. Piscator idemque venator, 41. VIII. Instituit, Antifitem non minus quam a tribus Episcopis consecrari, 34. CCLXXX. VI. Lupinis famem urgentem expellebat, 57. CXC. Quem mutatus a Judæis, 34. CCLV. Die Sabbati cum Simone Mago certaturus jejunat, 57. CCLVII. Antiochiæ Principi

Orientis civitati præponitur, 39. X. Ad urbem totius orbis caput missus, 44. XXVI. In Italiam navigans Siciliam appulit, 44. XXVII. Ubi missam celebravit, memoria Neapoli, 44. XXVIII. Liburnum indeque Pisas conscendit, 44. XXVIII. Episcopus urbis viginti-quinque annos perseverat, 44. XXV. Primum claudum sanat & quid significet, 34. CCLIX. Etiam in Judicaria potestate, quam exercuit contra Ananiam & Saphiram, primatum præferebat, 34. CCLXV. Ad cognoscendam causam Samaritanorum cum Joanne mittitur, 35. IX. Samaritanis & gentibus ecclesie ostium referat, 35. IX. Ad Samaritanos mittitur quo modo, 35. IX. Ecclesias visitat, quod sui muneris erat, 39. VIII. Antiochenam ecclesiam instituit & quo anno, 39. IX. Antiochenæ Ecclesie primus Episcopus, inde Romam translatus, 39. IX. 39. XXI. 39. XXIV. An calvitium haberet, 35. V. Quot annos sedet Antiochiæ, quot Romæ, 69. XXXIII. Quibus comitantibus Romam venerit, 44. XXVII. A Domino monitus in Occidentem venit, 44. II. A Pudente Senatore Romæ exceptus domi suæ quæ erat in Viminali, 44. LXI. Confirmat Evangelium Marci, 45. XXIX. Romæ prædicat Evangelium Cæsarianis equitibus, 45. XXX. Roma discipulos unde quaque mittit, quos & ad quos, 46. I. Reprehensione admonitus Paulo consentit, 51. XLVII. Etiam Galatis prædicavit, 54. II. Corinthiis etiam, sed post Paulum, 57. IV. Ad Britannos usque penetravit, 58. LVII. An fuerit Romæ cum Paulus scriberet ad Romanos, 58. LI. Ad expugnandum Simonem Magum Romam pergit, 44. XXV. 44. LIII. Pascha die Dominico celebravit, 58. LXXXII. In Coronam attonus, 58. CXXV. Is & Paulus iterum se Romam contulerunt, 68. I. Is & Paulus prædicant cladem Ierosolymitanam, 68. I. Simonem Magum de sublimi dejecit, 68. XVI. Is & Paulus cur a Nerone carceri mancipantur, 68. XXIII. XXV. Is & Paulus multos in carcerem ad fidem convertunt, & male habentes curant, 68. XXIV. Is & Paulus cur in carcere diutius detinentur, 68. XXIII. Fuga sibi suisque consulit, 69. VI. Mox ad carcerem revertitur, 69. VI. In regione Judæorum Romæ crucifixus qua parte, 69. IX. Is & Paulus quo Nerone anno martyrium subierunt, 69. III. Quo die & eodem uterque anno, 69. III. IV. Is & Paulus a Nerone cur & quando condemnati, 69. V. Processum & Martinianum baptizat, 68. XXIV. Is & Paulus ante martyrium cæsi verberibus, 69. VIII. Ad mortem ducti ab invicem separantur, 69. IX. Quomodo in Janiculo passus & in Vaticano ductus, 69. XVI. Cur inverso capite crucifigitur, 69. XIX. A Marcello Presbytero magnificentissime sepelitur in Vaticano, 69. XX. Gentiles ad gratiam quomodo admitteret, 34. CCXLVI. Ubi sepultus, 69. XV. &c.

Petrus Canisius de Domo Virginis in agro Laurentiano, 9. I.

Petrus Ciacconus de modo convivendi apud præfatos Romanos, 34. XXXVII.

Petri Damiani titulo homilia prænotata, 1. XI.

Petrus Fulco hæresiarca, 46. XI.

Petri Alexandrini Episcopi regulæ Ecclesiasticæ, 1. LII.

Petriani qui, 57. IX.

Phanus quidam rusticus Pontifex apud Hebræos forte delectus, 69. XLIX.

Pharicantari, 58. LXXV.

Pharao Sacerdotes absque tributo liberos agere voluit, 33. XXXII.

Pharisæis multa persequitur Herodis uxor Pherore, 2. I. Ab Herode occisi, *ibid.* Christum tentant & cur, 1. LXI. Anno primo prædicationis Christi non graviter contendunt, 31. I. XXVIII. Apostolos reprehendunt, quod spicas in sabbato vulsissent, 32. II. Dominum calumniantur de ejectione demonum, 32. XXIX. Bis in Sabbato jejunabant, quibus diebus, 57. CCIV. Eorum ad sex millia Herodi jurare noluerunt 1. I. Eorum invidiæ Christus cedens in Galilæam redit, 32. XLIII. Eorum vita qualis, 57. LXX. Eorum genus quale, 1. LXI. Eorum primæ cathedræ, 12. II. Eorum hæresis de transmigratione animarum propagata, 33. XVI. Eorum auctores qui, 53. VII.

Phasa idem quod Pascha, 34. XXIX. In Deteronomio quomodo præceptum, 34. XXIX.

Pherecrates comicus Musicam introduxit figura muliebri, totum corpus verberibus fæde multatam, 60. XXX.

Pherore fratris Herodis regis uxor, 1. I.

Phigellus (seu Philetus) & Hermogenes qui, 43. II. 59. XX.

Philemon nobilis Colossensis, 60. XL. Ad eum epistola Pauli quando & ubi scripta, *ibid.* Ejus domus in Ecclesiam conversa, *ibid.* Ejus servus Onesimus cur ab eo auferitur, *ibid.* Ejus uxor Appia, *ibid.*

Philetus (seu Phigellus) & Hermogenes qui, 43. II. 59. XX. Eorum conversio, 44. I.

Philippenses Paulo Romæ in vinculis subveniunt, 59. VIII. Unitatis & charitatis ab eo admonentur, 60. III. Eorum magistratum timor, quod Paulum & Silam cecidissent, 51. LXXII.

Philipporum Civitas colonia Romanorum, 51. LXIII.

Philippicus dux sub Mauritio Imp., 31. LXI.

Philippus Apostolus quibus verbis a Christo vocatus, 31. XXVIII. Nathanaelem ad Christum perduxit, *ibid.* Primus omnium post ascensionem Domini prædicat Evangelium Samaritanis, 35. VII. Et quæ regio ad prædicandum obtigerit, 44. XXXI. Asiam Evangelio excoluit, 44. XXXII. Galatis non Galis Evangelium prædicavit, 44. XXXII. Quo anno cruci affixus, & ubi, 54. III. An filias habuerit incertum, 58. CXIV.

Philippus diaconus Eunuchum Candacis Regine convertit, 35. XXVII. Samaritanum adiit, 35. VII. Cur dicitur Evangelista, 58. CXV. Crederentes baptizat, 35. XII. Simonem magum baptizavit, 35. VIII. Eius martyrium, 54. III. Eum Hierapoli quiescere, 58. CXVI. Eius quatuor filiarum virgines, 58. CXIII.

Philippus Herodis frater Simonis Pontificis filia natus, 31. XLIV. Laudatur a Josepho, 31. XLIX. Eius obitus, 37. III.

Philippus filius Herodis succedit in partem, 8. X. Is & Antipas alteram dimidiam regni partem ab Augusto consequuntur, 8. XV. Edificat Cæsaream, 16. XI.

Philippus Imp. exomologesin fecit, 56. XXII. A Fabiano Papa multatus, 57. XXXIII.

Philippus presbyter legatus in Concilio Ephesino, 16. IX.

Philippus Nerius auctor Oratorii in Urbe, 57. CLXIV.

Philisthæorum oblatio Deo Israel, 57. CLXXVII.

Philo mendacii arguitur, 28. II. Pro Judæis publica ad Caium legatione fungitur, 42. II. Quo anno, *ibid.* Quomodo a Caio exceptus, 42. III. XXX. Bis Romam legatus mittitur, primo ad Caium, secundo ad Claudium, 40. XII. 45. XV. Petri amicitiam ha-

habuit, 42. XXXVI. 45. XV. Germanus Alexandri Alabarchæ, 42. XXXVI. An fuerit Christianorum studiosus, *ibid.* Cur inter Ecclesiasticos auctores ponatur, 64. III. De Christianis sub nomine Essenorum, *ibid.*

Philosophi eo tempore quo Apostoli orbem docentes circumierunt, 75. VI. Urbe pulsi sub Nerone, 68. XXIX. Orbem terrarum circumeuntes quid, 75. VI. A Domitiano urbe pulsi quo abierunt, 83. Eorum temeritas damnatur, 75. IV. Eos adversarios passus sunt Christiani præter Judæorum Gentilium furor, 75. VII.

Philosophiæ Christianæ excellentia, 75. IV.

Philostrati liber de gestis Apollonii valde notus, 68. XXXI. Apollonii Tyanæ discipulus, *ibid.* De Apollonio mendacii arguitur *ibid.*

Phinees missus legatus, 35. XI.

Phlegon Hadriani libertus, 72. XXVII.

Phlegon Gentilis Chronographus antiquissimus, 16. II. Eius verba de eclipse facta, patiente Domino, 34. CXVI. Eius & Eusebii discordia conciliantur, 34. CXLVI.

Phoebe quam Paulus commendat, quæ, 58. LV.

Phenis portus Cretæ, 58. CLXIX.

Pholis Talentum vocatur & est duplex, 34. XIX.

Photius Eunuchus Episcopus Constantinopolitanus primus de barba rafa Latinis exprobravit, 58. CXLI.

Phriges quos Deos adorabant, 54. III. Eorum Theologia, *ibid.*

Picentes Romana civitate privati cur, 34. LXXXV. Ad quid damnati quod ad Annibalem defecissent, 34. LXXXV.

Pii primi & Urbani temporibus possessio ecclesiastica bonorum immobilium, 57. LXXXIII.

Pilati præfectura, 28. I. Eius Acta a Notario excepta in publicis tabulis 34. CCXXV. Eius acta commentitia, quæ, *ibid.* Eius epistola ad Imp. de Christo probatur, 34. CCXXIV. Eius scelus adversus Judæos, 28. III. Eius milites permixti populo sustibus utuntur, *ibid.* Eius delictum in leges Romanas, 34. XCII. Eius excusatio propter mortem Jesu, 34. CCXXIV. Eius varia delicta, 38. II. Eum de necesse Christi a Maria Magdalena Romæ judicio postulatum, ut commentum refellitur, 41. XX. Cur misit Galilæorum sanguinem cum eorum sacrificiis, 1. LXI. Valerii Grati successores, 28. I. De Ierosolymis aufert Imagines Cæsaris, 28. I. Corban expendit, 28. III. Judæos cædi jubet sustibus, *ibid.* Invitus damnat Christum, 34. LXXXIX. Contra Samaritanos prælium committit, 35. XXVI. Jesum ad Herodem amandat, 34. LXXXIX. Coram populo manus lavat, 34. LXXXIX. Christi mortem prorogare jure debuisset, 34. XCII. Patratæ cædis accusatus, 58. II. Quæ gesserit ex Philone, 28. II. Judæos vexat, *ibid.* In Provinciam uxorem secum duxit, 28. III. Legationem Judæorum impedit, 28. II. De Christo Tiberio nuntiavit, 34. CCXXIII. A Vitellio in ordinem redigitur, & in eum locum Marcellus mittitur, 38. II. Romam mittitur, a Vitellio ut coram Imperatore suam causam agat, *ibid.* Viennam relegatur, 41. XX. Sibi ipsi mortem conscivit Viennæ relegatus, *ibid.*

de Pificatione & venatione Apostolorum prophetia Jeremiæ, 41. VIII.

in Piscina Bethesda languens quando sanatus, 31. I.

L. Pituanus magiæ reus e saxo Tarpeio dejectus, 17. II. *Ann. Eccl. Tom. 1.*

Pisticum nardum unguentum quale, 52. XXVI.

Pius Papa Missam sacrificium appellat, 34. LIX.

Placentæ secta quadra quæ, 58. LXIV.

Placidus Magister equitum quid in Gadarenos, 70. VIII.

Plantum magnum factum esse in morte Stephani, 34. CCCII.

Plantum magnum funeris amplitudinem significare, 34. CCCIV.

Planeta vestis sacerdotalis unde dicta, 58. LXVII.

Platonis Respublica communes etiam uxores esse voluit, 43. XIV. Eius dialogi dramatici dicti cur, 60. XXXV.

Plauti locus de tessera hospitalitatis, 75. XVI.

Plautilla Paulo occurrit ad martyrium ducto, 69. X. Velum a Paulo recipit, 69. XII.

Plautilla Clementis soror Domitillæ mater, a Petro baptizata, quando moritur, 98. VI.

Plautius Lateranus, 67. IV.

Plurabi & animæ in purgatorio degentis similitudo, 34. CCCXV.

Plutarchus Judæos Bacchum colere falso existimavit, 34. CLII.

Pœnæ debitorum atrocissimæ, 33. XXXIV. Mitigatæ, *ibid.*

Pœnæ Ananiæ & Saphiræ ad salutem, 34. CCXLIV.

Pœna virginum Vestalium in crimine deprehensarum, 86. II.

Pœnitens non recipitur sine confessione satisfactoria, 56. XXII.

Pœnitentia publica a quibus sublata, 56. XXXIII. Prohibita quæ, 56. XXXV. Non iteranda quæ, *ibid.* Eius partes tres, 56. XV-III.

Pœnitentarii quando in Ecclesiis constituti, 56. XXIV. Eorum auctus numerus, 56. XXV.

Politicum statum Christus conservatum voluit, 57. XXXI. Sacerdotali subiectum, 57. XXXII.

Politianus Tribunus militum a Cestio mittitur Ierosolymam, 68. XLIV.

Polybius de miraculis deorum Gentilium quid, 71. IX.

Polycarpus Smyrnæ Episcopus, 53. XV. Apostolorum discipulus, *ibid.* Eius epistola ad Philippenses, 60. III. Eius festum, 58. XCIII. Eius reliquæ pretiosæ, *ibid.*

Polycrates Ephesorum Episcopus, 34. CCLXXXIX.

Polycrates usus lyra musica in annulo, 57. LIII.

Pompeii & Herculæ urbes cinere obrutæ, 81. IV.

Pompeius magnus donatam sibi vitem auream ab Aristobulo Rege Judæorum posuit in templo Jovis Capitolini, 34. CLIII. Arborem balsami in triumphum duxit, 73. VI. Ierosolymam capit observato jejunii die, 34. CL.

Pomponia Græcina nobilissima femina externæ religionis rea judicio viri permixtu, 59. XXIII.

Pontia insula exilio Domitillæ illustrata, 98. VI.

Pontifex fieri optavit Titus, & cur, 34. LXXVIII.

Pontifex maximus apud Romanos, 33. XVIII.

Pontifex summus quantum sibi apud Judæos vindicaret, 36. IV.

Pontifex Romanus, Gentilium tempore, corona aurea usus, 34. CCXCIII.

Pontifices instituit & abrogat Archelaus, 8. XVI.

Pontifices etiam apud Ethnicos a cæde hominum temperabant, 34. LXXVIII.

Pontifices Judæorum a Sacerdotibus dissident, *K k k k k a* 58.

58. LXI. Diruptis vestibus populum fedare conantur, 68. XLII. Occisi, & eorum corpora feris exposita, 69. L. Eis occidere quemquam non licebat, 44. LXXXVIII. Eorum auctoritas etiam apud ceteros Reges, 36. IV. Pontificum Gentilium ornatus, 34. CCXC. Pontificum Romanorum Germana successio, 69. XXXIX. Pontina palus, 59. III. Populi frequentia ad festa martyrum, 58. XC. VI. Populi iudicium falli in comprobandis sacerdotibus, 58. XIX. Populus cum clericis olim in Ecclesia laudes Deo canebat, 51. LXX. Populus olim in Ecclesia cum clericis canebat, cur, & a quo prohibitus, 60. XXVIII. Poppæa Sabina Neronis uxor velo utebatur, 57. LXXXV. Ejus honestas, 59. IX. Erat pro Judæis, 59. VI. A Paulo falutatur, 59. IX. A Nerone occiditur, 67. IV. Porcina ossa apposta in cœna pura, 34. CX. LIX. Porcius Festus Felicis successor, 58. CLVIII. Porcorum miraculum a Domino factum, ubi, & cur, 31. LXVII. Porcos Judæi animalia nefanda appellant, 1. L. Porphyrius martyr, 57. XCVII. Porphyrius hæreticus in Paulum invehitur, 51. XXXIII. Ejus stultitia convicta de morte Ananis & Saphiræ, 34. CCLXIV. Porta nomine S. Stephani appellata Jerosolymis, 34. CCXCIX. Porta Corinthia in templo, 12. III. Porta templi quot cubitorum fores habuit, *ibid.* Porta templi speciosa quæ, 34. CCLIV. Porta Orientalis, 1. XXXIX. Porta Trigemina, & Ostiensis eadem, 69. IX. Portarum templi Jerosolymitani descriptio ex Josepho, 12. III. 34. CCLX. Porticus Salomonis descriptio, 34. CCLII. Possessiones usque ad annum jubilai vendi solite apud Hebræos, 34. XVII. Posthumus obventa belli Latini victoria decimas perfolvit, 57. LXXV. Præcepta conjuncta cum præcepto de suffocato quæ, 51. XXIV. Prædicatio Apostolorum quantæ virtutis, 44. XXII. Prædicatio Petri Corinthi post Paulum, 57. IV. Prædicatio absque mercede, 52. XVI. Prædicatio Petri qualis, 34. CCXLIII. Prædicatio Pauli qualis, 57. V. Prædicationis Christi anni unde auspicandi, 31. XLIII. Ejus tempus, 34. CXXXI. De prædicationum ritibus antiquis, 58. CII. Prædicatio Domini adimpleta de adventu exercitus Romanorum, 68. I. Præfecturæ Moysis & Aaron similitudo in duobus Principibus Sacerdotum expressa, 31. X. Præputii superinductio ab Esau, 57. LXXI. Præputium attrahere quid, *ibid.* Superinducere quid, *ibid.* Prærogativæ Romanæ Ecclesiæ, 58. L. Præsepe Domini quomodo Lateritium appellatur, 1. V. Testum argento, *ibid.* Id Romæ possidet, 1. V. Ei asinum, & bovem alligatos fuisse, 1. III. Præsepium potius quam præsepe cur dixit Ambrosius, 57. CLXXV. Præsentationis festum, 1. XLI. Præsides Judææ optimos appellat Paulus, 58. XXXIII. Præsides provinciarum ad Imperatores res magni momenti scribere consuevisse, 34. CC. XXIV.

Præsidium Romanorum in Judæa jus in sacra, 17. I. Præstigiatores prope Gadara, 31. LXVIII. Præstigiæ Simonis magi, 68. XXII. Præstigiæ Tyanæi, 57. CLXXXVII. 71. VII. Præsumptio cæca in divinis Scripturis redarguitur, 34. CCXIV. Prætextatæ Romanæ fœminæ exemplum, 57. XCIII. Preces pro Petro effusæ, 44. III. Preces lucernariæ, 51. LXX. Preces nocturnæ Christianorum quæ, 51. LX. VIII. Preces ante discubium, 57. CXXXV. Presbyter coma abrasa designatus, 58. CXXXVIII. Presbyteria, diaconissa, & episcopa quæ dicuntur, 34. CCLXXXIII. Presbyteria senior fœmina dicta, 34. CCLXX. XIV. Presbyteria nomen sæpe repertum, 34. CCL. XXXIV. Presbyteri a Domino constituti in discipulis, 58. XII. Ejusmodi nomen commune & proprium, 58. X. Idem Episcopi appellati, 58. III. Non ordinant, 58. V. Cur Episcopi appellati, 58. VIII. Id nomen etiam Apostolis commune, 58. XI. Ab Apostolis distincti, 58. X. Seniores dicti, *ibid.* Loco discipulorum, *ibid.* Erant poenitentiarum, 56. XXIV. In Concilio cum Episcopis confidebant, 58. XI. Ab Episcopis iudicati etiam Apostolorum temporibus, *ibid.* Episcopis subiecti, 58. XII. Iis interdicta manuum impositio quæ, 58. VI. Iis Sacramenti Extremæ Unctionis administratio convenit, 63. XIV. Eorum, & Episcoporum, differentia, 58. XI. Eos æquales Episcopis faciebat Aërius, 58. V. Eos Missas in carceribus offerre solitos, 75. XIV. Prima Sabbati, quæ & una Sabbati dicebatur, nunc Dominicus dies est, 58. LXIII. Primum gerentes legati missi ad res maximi momenti, 35. IX. Primatus contentio inter Apostolos quando, 34. XLII. Primatus Petro & non Joanni delatus est, & cur, 32. VI. Infinitur in lotionem pedum, 32. V. Præcipuis Doctorum auctoritatibus comprobatur, 33. XX. Petro datur propter quid, 34. CCI. Primitiæ a Gentilibus solitæ Diis offerri, 44. LXXXVIII. Primitiæ martyrum quæ, 66. IX. Principatus tum in cœlo, tum in terra constituti a Deo, 33. XIX. Principes sacerdotum apud Judæos qui, 31. VIII. Principum secularium auxilium implorandum contra hostes Ecclesiæ, 58. CLXI. Prinus arbor, 31. XXVII. Priscillæ cœmeterium nuper refoffum, 57. CXIV. Priscillianistæ hæretici, 34. LXV. Solem adorabant, 58. CVIII. De privatis canticis, 60. XXXVIII. Processus, & Martinianus, 68. XXIII. Processionum usus antiquissimus, 58. CXII. Prochorus Nicomedie Episcopus creatus a Petro, 44. XI. Proconsulares Judices qui dicerentur, 57. CLXXXIV. Proculus Neronis pincerna ad fidem conversus, 68. XXV. Prodigia cladis Judaicæ, 68. XXXIV. Prodigia Neronis tempore, 69. XXVII. Prodigia a Domino prænuntiata, 68. XXXV. Prodigia ante Christum natum, 1. VII. Prodigiorum vana interpretatio, 62. II. Pro-

Prodigium Leonum in Samaria, 31. L. Prodigiis de aquilis militaribus solo affixis, 44. LX. Prodigiis Jerosolymitanæ cladis, 65. I. 68. XXXIV. Proditiorem suum bis nominat Jesus in cœna, 34. XLV. Proditio Judæa biduo ante Pascha, 34. XIV. Profana quomodo sancta fiant, 44. LXXXVII. Profanatio templi a Samaritis, 31. LII. Professionem Pauli in Hispanias multi testantur, 61. III. Professores litterarum opifices apud Judæos, 51. XVII. Profundum maris apud Paulum quid, 58. XLIII. Promontorium Cajetæ cissum tempore Passionis Domini, 34. CXXIV. Propheeta in sua patria honorem non habet, 31. LIV. Prophetare, & linguis loqui quid differant, 45. XXXV. Propheeta psalmi, In omnem terram, Pauli tempore impleta, 58. LII. Proseucha perditæ, 40. XII. Protagoræ libri ab Atheniensibus combusti, 52. V. Protericus Episcopus Alexandrinus, 58. LXXXII. Proverbium apud Lucam; Cantavimus vobis tibis, & non saltastis; lamentavimus, & non plorastis, 31. LXXVI. Providentia Salvatoris erga Petrum, 34. CC. XIV. Providentia Divina ostenditur, 66. I. Provincie inter Apostolos quomodo divisæ, 44. XXIX. Prudentia Petri, 51. XLII. Prudentiæ carmina, 35. XVI. Ejus carmen de stella Magorum, 1. XXXV. De Cassiano & Hippolyto, 57. CXXII. De Petri crucifixione, 25. III. 69. XIX. De consuetudine funeris, 34. CCCV. De exilio Judæorum, 72. XXIX. De imaginibus, 57. CXXII. De religione mutata in melius, 69. XXVIII. De carnificinis Christianorum, 98. III. Pallendi utilitas, 60. XXXIX. Psalmi lucernales qui, 51. LXX. Psalmista officium potius, quam ordo, 44. LXXX. Psalmodia in ecclesia qualis, & cur, 60. XXXIV. XXXI. Psalmodiæ diversitas, 60. XXXIII. Psalmus quid, 60. XXIX. Pseudo-Christi surgent, & dabunt signa: quando impletum, 62. XIII. Pseudo-Apostoli multi, 58. XXXI. Studentes lucro, 53. II. Quæ prædicent, 51. V. Pseudo-prophetæ paulo ante Christum, 34. CCLXXXIII. Pseudo-Evangelia multa, 44. XLVI. & seqq. Pseudo-historici Ecclesiastici, 44. XLIII. Pseudo-Alexander in ordinem remigum redactus, 8. XVI. Pseudo-martyres quid facerent, ut Christianorum obsequio fruerebantur, 75. XIII. Psychici Catholici nominati, 31. XLIX. Psychici hæretici, 57. CCXI. Ptolemæi Regis sententia pro Judæis in Samariis de templi primatu, 31. LI. Ptolemæi Menæi, 31. VI. Publicani a omnes Gentiles, 31. LXXI. Apud Judæos a magistratibus arcebantur, 31. LXXIII. Eorum origo, 31. LXXII. Eorum munus, *ibid.* Eorum dignitas, *ibid.* Eorum duplex ordo, *ibid.* Eorum laus, *ibid.* Eorum principes Hebraice Gabbe, 31. LXXIII. Eorum vita, *ibid.* Eorum nomen Hebraicis & Græcis odiosum, 31. LXXII. Eorum muneris functio ad ordinem equestrem pertinebat, 31. LXXII. Quidam provinciales, 31. LXXXIII. Eos penes

Judæos malæ existimationis fuisse, 31. LXXI. LXXXII. Eos Parifim, id est, latrones appellatos, 31. LXXXIII. Publii pater a Paulo sanatus, 58. CLXXXIII. A Paulo convertitur, & Episcopus Melitæ præficitur, *ibid.* Dionysio Athenarum Episcopo succedit, *ibid.* Martyrio coronatur, 58. CLXXXIII. Publius Marcius magiæ reus, 18. II. Pudens Senator, Petri discipulus, 44. LXI. Eius domus in ecclesiam mutata, 57. CL. Eiusdem filii, 59. XVIII. Puella Archifynagogi resuscitata, 31. LXXXVII. Puella spiritum Pythonem habens Paulo obviat, 51. LXXXVII. Puer Jesus ubi se a parentibus subduxerit, 12. V. Pueris quis locus in templo, 12. III. Pulsatio lignorum quod signum, 58. CIII. Pulvis sepulcri Christi in magno pretio habitus, 34. CXXV. Pulvis excutiendus de pedibus Apostolorum contra non recipientes Evangelium, 46. XV. Pulvis de sepulcris Sanctorum sublatus miracula facit, 55. XIII. Purgatoria pœna, baptisimus ignis appellatur, 34. CCXVI. Purgatorii fides, 34. CCCXIV. Ejus Augustinus fidelis assertor, ac defensor, XXXIV. CCCXVIII. Eius igne non purgari peccata mortalia, sed venialia, 34. CCCXVIII. Eius ignis durior quam ulla pœna hujus sæculi, *ibid.* Illud ponere necesse est, 34. CCC. XVI. Illud tam Latini quam Græci Patres pari consensione statuunt, 34. CCCXV. Id etiam Montanus posuit, *ibid.* Id qui negaverit, nullus inventus est auctor Orthodoxus, 34. CCCXVIII. Purificationis festum cur celebrari coeptum, & quando, 1. XLI. Purificatio apud Gentiles, 57. CIX. Et ante preces fieri solita, *ibid.* Purim jejunium apud Judæos, 34. CLI. Purpura indumentum regium, 34. LXXXIX. Purpura quæ nobilior, 34. LXXXIX. Purpuraria Lydia, 51. LXVI. Puteolis septem dies constitit Paulus, 59. IV. Puteum Jacob Ecclesia in medio amplectitur, 31. LIII. Is præsentia Domini illustratus, *ibid.* Quot cubitis altus, *ibid.* A Saracenis effossus in Ægypto, 1. XLVII. Pythonissa liberata, 51. LXVII.

Q

Quadra quid, 58. LXIV. Quadragesima Ambrosiana, 57. CCI. Quadragesima non jejunare, peccatum est, 57. CXCVIII. Eius tempore districtius jejunandum, 57. CXCIX. Eius Dominica prima festum erectionis sacrarum imaginum celebratum in Orientali Ecclesia, 57. CXIII. De ejus jejunio diversæ consuetudines, 57. CC. Eius jejunium probatur, 57. CXCVII. CXCVIII. Eius jejunium Apostolica institutio, 57. CXC. VII. Eius jejunium quasi decimatio totius anni, 57. CCX. Quadraginta & sex annis ædificatum est templum, quomodo intelligatur, 51. XXXVIII. Quadraginta martyrum festa dies, 58. XCVI. Quadraginta septem milites in carcere positi, ad fidem conversi a Petro & Paulo, martyrio coronantur, 68. XXIV. Quadratura prima quæ a Pythagora dicebatur, 57. LIII. Quadratus Atheniensium Episcopus, 58. XXIII. Quadrifida panis incisio quæ, 58. LXIV. Quæstio de resurrectione, 34. XI. Quæ-

Quæstio de Gentium acceptatione, 41. XL.
 Quarta & sexta feria jejuniū in Ecclesia decretum, 57. CCIV.
 Quartodecimani hæretici confictis Actis Pili ubi utebantur, 34. CCXXV.
 Quatuor diei partes apud Judæos quomodo distinguuntur, 34. CLVIII.
 Quatuor temporum jejuniū, 57. CCLX.
 Quatuor nominant Synodos Apostolorum, 58. CIX.
 Querelæ Samaritanorum apud Vinidium, 50. V.
 Quinquaginta tantum Apostolicos canones enumerat Dionysius Abbas Romanus, 51. XXIII.
 Quinquaginta millia Judæorum occisa Alexandria, 68. XLVI.
 Quinque Anani filii omnes Pontifices, 61. I.
 Quinquaginta millia hominum obtrita apud Fidenas, 29.
 Quinque millia Romanorum a Judæis cæsa sub Cestio præfide, 68. XLVII.
 Quinque millia hominum ad fidem conversa prædicatione Petri, 34. CCLIX.
 Quinquennale certamen quando & a quo institutum, 88. I. Triplex, *ibid.*
 Quinta feria non vacandum ab operibus, 58. XC.
 Quirini census occasione exortæ sectæ Galilæorum, 1. LVII.
 Triplex ejus in Syria præfectura, 3. IV. Moritur, 22. 23. II. Ejus res gestæ, 22. 23. II.
 Quotidie Eucharistiam sumere, 57. CLVI.
 Quotidie communicare non sunt soliti Orientales, 57. CLVII.

R

Rabbini Pharisei qua interpretatione legis uterentur, 32. XIII. Christum natum scientes & non venerantes merito poenis affecti, 8. VI. Manuale opificum laudantes discentibus sacram scripturam qui, 52. XVIII. Artes exercuerunt, 52. XVII.
 Racha vox non interpretata cur, 57. CLXXXIV. Quid significet, 32. XIII.
 Radix quædam dæmones expellens, 56. III.
 Roma civitas in forte Benjamin, 1. L.
 Roma in Arabia, *ibid.*
 Ramos portare non nisi in honorem Dei solebant Judæi, 34. V. Eos quando Judæi præcidebant, 34. VII. Iis palmarum diem solemnem constituit Judas Machabæus, *ibid.*
 Raptus Pauli quo anno contigerit, 44. LXXXIX.
 Rationale summorum Pontificum & miracula ex eo, 17. II.
 Rechabitarum traditiones probatæ, 64. VII. Eorum instituta quando cessaverunt, *ibid.* Diversi ab Essenis, 64. VIII.
 Recognitiones Clementis multa de Barnaba mentiuntur, 41. LII.
 Recognitionum libri apocryphi nomine Clementis, 41. X.
 Recumbere in sinu quid sit, 34. XL.
 Recutita sabbata quæ, 34. CL.
 Recutiti Judæi cur dicebantur, 34. CL. Sic diolos esse Judæos a Circumcisione, 57. LXII.
 Reditus Agrippæ in Judæam, 40. I.
 Reditus Domini ex Ægypto, 8. XIII.
 Reditus Domini ex Ægypto in Palestinam qua die, 8. XIII.
 Regale sacerdotium non tollit politicum regnum, 57. XXXII.
 Regina Saba ex Cæturæ filii oriunda, 1. XX-

VIII. Ea & Magi cur Israel Regem investigarint, *ibid.*
 Reginas Æthiopiæ Candaces appellatas eademque foeminas, 35. XXVII.
 Regii affines auream fibulam in veste gestabant, 34. LXXXI.
 Regium indumentum quale, 34. LXXX.
 Regium nomen qui sibi assumpserint apud Judæos, 8. XIV.
 Regia potestas a Christo in suos transmissa, 57. XXIX.
 Regnandi cupido quam cæca subinde & in fama, 1. L. Ejus insigne exemplum in Herode, *ibid.*
 Regni Judæorum divisio in Tetrarchias, 8. XV.
 Regni cum Sacerdotio in Christum translatio, 57. XXX.
 Regnum Judæorum multi ex Judæis affectant, 8. XIV.
 Regnum sacerdotio conjunctum, 57. XXVIII.
 Regnum Christi consequitur judicandi potestas, 57. XXXIX.
 Regnum Christi quale, 57. XXVIII.
 Regulæ Ecclesiasticæ S. Petri Alexandrini, 1. LII.
 Reguli filius, qui infirmabatur Capharnaum, 31. LIV. Ejus nomen quid importet, 31. LV.
 Reliquiæ Sanctorum in Rhodanum projectæ, 55. XVIII.
 Reliquiæ S. Polycarpi pretiosæ, 55. XVII.
 Reliquiæ S. Ignatii Antiochiam relatæ, *ibid.*
 Reliquiæ falsæ non diu latuere, 55. XIX.
 Reliquiæ Sanctorum cur divisæ, 55. XV. A majoribus probatæ, 55. XIX. Earum usus in Ecclesia, 55. IX. Earum cultus unde probetur, 55. XIX. Earum accurata disquisitio, 55. XX. Earum delectus, 55. XVIII. Earum impugnator Eunomius, 55. X. Eas Gentiles disjiciebant, 55. XVIII.
 Religio Angelorum quæ, 60. XV.
 Religio Christiana, *vide supra*, Fides, Ecclesia Christiana.
 Rei impietatis Christiani dicti, 94. I.
 Renuntiatio bonorum non omnibus Christianis necessaria, 34. CCLXVI.
 Renuntiatio bonorum facta apud Apostolos *ibid.*
 Reos solitos capillos demittere apud Romanos, 58. CXXXI.
 Reos extra portam percuti solitos, 69. IX.
 Reprehensiones Pauli, 51. XLVI.
 Responso Jesu ad Abagarum, 31. LIX.
 Resurrectio Domini quomodo facta tertia die, 34. CLXXXII.
 Resurrectionem mortuorum Paulus probat Corinthiis, 57. CLXVI.
 Resurrectionem mortuorum negavit Basilides, *ibid.*
 Resurrectionem Christi negavit Cerinthus, 57. CLXVII.
 Resurrectionis Domini dies Dominica ab Apostolis appellata, 34. CLXXVI.
 Resurrectionis hora, 34. CLXIX.
 de Resurrectione quæstio, 34. XI. De ea loca elucidata, 34. CLXXXIII.
 Resurrexisset Dominum ea ipsa nocte quæ lucefcit in prima sabbati, 34. CLXIV.
 Resurrexisset Dominum post mediam noctem, 34. CLXX.
 Resurrexisset Dominum in primo gallicinio, *ibid.*
 Resurrexisset Dominum Dominico die diluculo, Ecclesia profitetur, 34. CLXXXIII.
 Revelationes Petri, & Pauli a Cerintho confictæ, 44. XLVII. 97. XIII.
 Rex sacrificus apud Gentiles, 44. LXXXVIII.
 Rex sacrorum apud Romanos primum locum in mensa tenebat, 34. XL. Rex

Rex in Scriptura appellatur cujusque oppidi dominus, 1. XXX.
 Rex Christus, 57. XXVIII.
 Rex post Deum, & Episcopum honorandus, 57. XXXI.
 Reges Persarum non nisi sapientes, 1. XXIV.
 Reges Orientales Magi, 1. XXX.
 Reges Judæorum quomodo sacerdotibus subiecti, 57. XXXV.
 Reges piscatorum ostiarii, 69. XXIII.
 Regi presbyter a Martino prælatus, 57. XXXI.
 Rhégiū unum diem constitit Paulus, 59. IV.
 Rhodanenses scemina ad Ecclesiam redeunt, 56. XVI.
 Rhode puella, 44. VI.
 Rhodiaca ollulæ quæ, 33. XCVIII.
 Rhodii libertate privati a Claudio, 51. LXXII.
 Richa idem quod Racha, 32. XIII.
 Rituale Hebræorum quid de ritu servando in convivio Paschali, 34. XLI. De ritibus præcationum, 58. CII.
 Ritus institutionis Eucharistiæ, 58. XCVI.
 Ritus ferendæ sententiæ, 34. XCI.
 Ritus excutiendi pulveris, 46. XIV.
 Ritus oblationum pro defunctis, 53. XII.
 Ritus pristini signa tantum, 57. CLXXII.
 Ritus sacri in ordinatione exhibitii, 44. LXXXIII.
 Ritus sacros æmulatur diabolus, 44. LXXXV.
 Ritus multi communes Judæis, Christianis, & Gentilibus, 44. LXXXVIII.
 Robertus Bellarminus Politianus laudatus, 53. XXXII.
 Roffensis commentarius adversus Novatores, 32. XXXVIII.
 Roma quando condita, 45. XVI. Possidet præfepse Domini, 1. V. Sanguine & Sepulcris Apostolorum illustrata, 69. XXXV. XXIX.
 In quatuordecim regiones divisa, 66. II. Incendio confagravit, quo anno, 66. I. Ab Apostolis servata, 69. XXVI. Ea & Italia, philosophi abire cur jussi, 85. Illic Cælius mons confagravit, 29. Illic Fideles quotidie communicabant, 57. CXI. CLVI. Illic cathedra Petri lignea venerationi habita, 45. XI. Ejus incendium sub Nerone, 66. II. Ejus incendium sub Tito, 82. I. Eam Babylonis nomine significari, non Romanam Ecclesiam, 45. XVII. Ad eam usque pervenit cinis Vesuvii, 81. IV. Ad eam Petrus quando profectus, 39. XXI. Illic Petrus adventit, 44. XI. Illic pervenit fama infanticidii Herodis, 1. L. Romana Ecclesia Apostolica una, 45. III. Florentissima Pauli tempore, 58. XLVII. Cur inconcussa, 58. LV. Epistolam ad Hebræos constanter recipit, 60. L. Apostolicarum traditionum depositarium, 34. CXLIV. 58. CXXX. Suis cereorum indiculis demonstrat quo anno Christus sit passus, 34. CXLIII. Ejus consuetudo in psallendo qualis, 60. XXXIII. Ejus prerogativa, 58. L. Eam ante Antiochenam a Petro fundatam, est nova & falsa opinio, cujus rationes diluuntur, 39. XII.
 Romana fides eadem quæ Catholica, 58. XLIX.
 Annuntiatur in universo Orbe, 58. XLVIII. XLIX.
 Romanorum feminarum libido coercita a Tiberio, 21. I.
 Romani cives ne flagellentur, quæ leges prohibent, 58. CLIX. Romani multis bonis donati propter adventum Petri in Urbem, 44. LX. Ob contemptum veri Numinis quanta sunt passi, 35. XXIX. Non raro quini in mensa discumbent, 34. XL. Brutios destinant ad poenas inferendas, 34. LXXXV. Annulo ferreo utebantur, 57. LII. Testo capite Deos precabantur, Saturno & Honore exceptis, 58. CX. Tonfo capite & barba incedebant, 58.

CXXXI. Viderunt casum Simonis Magi, 68. XVII. Uti lingua Græca jussi, 16. VII. In signum iustus capillos & barbam promittere soliti, 58. CXXXI. Eorum quinquaginta millia obtrita apud Fidenas, 29. Eorum fides eminens, 58. XLVIII. Eorum odiorum prima germina contra Christianos, 34. CCXXIV. Eorum fastus, 58. LIV. Eorum clades in Britannia, 69. XLVII. Eos prius lotos accumbere consuevissent, 34. XXXVII. Eorum cives peccantes Claudius libertate privavit, 51. LXXII. Eos barbam radere consuevissent & numini dedicare, 58. CXXXIV. Eos fervorum capita radere consuevissent, 58. CXXXVI.
 Romani Imperatores sortiuntur nomen a victoriis, 36. X. Eorum muneribus templum locupletatum, 73. VI.
 Romani Pontifices præceperunt traditiones, 58. CXXVIII. Eorum Apostolica salutatio ex Apostolica traditione, 45. XXVII.
 Romanus Pontifex, *vide supra*, Papa, Pontifex.
 Romani milites adversus Judæos pugnant Sabini Procuratoris tempore, 8. XIV. A Judæis cæsi 68. XLVII. Exarmati occiduntur die Sabbati, 68. XLVI. Pro foribus templi ad stare solebant ad comprimendos tumultus, 68. XLIX. Capta Jerosolyma, præda satiat, 82. XV.
 Romani Imperii finis sub Tiberio prænuntiatus, 69. XXXVI.
 Romani magistratus in provincia assilua Latina, 16. VIII.
 Romanus exercitus cur abominatio appellatus, 68. XLVIII.
 Romanus exercitus quæ passus sit in Armenia, 69. XLVII.
 Romanus orbis & Catholicus idem, 45. X. 58. XLIX.
 Romphea ignea, 34. CCCXVII.
 Romulea ficus quamdiu superstes, 60. LIX. Quando aruit, & quid significaverit, *ibid.*
 Romuli tigurium diu conservatum, 1. V.
 Romulus legationibus admittendis præfectus apud Caium Imperatorem, 42. III.
 Rubellius Plancus ex gente Julia, 62. II.
 Rufina filia S. Paulæ, 57. CXL.
 Rufus unus ex septuaginta discipulis, 33. XLI. Caput factus Episcopus & cum Petro Romanus venit, 44. XXVII.
 Ruina templi a Domino prædicitur, 34. XI.
 Ruminalis arbor siccata quid significaret, 60. LIX.
 Rusticus Arulenus a Domitiano occiditur, cur, 85.

S

Saba provincia trans Arabiam, 1. XXV.
 Saba Regina cur Salomonem adierit, 1. XXVIII.
 Saban filius Jexan, 1. XXV.
 Sabæi & Madianitæ unde nominati, 1. XXV.
 Sabbaeus & Theodosius Samaritanorum patroni, 31. LI.
 Sabbatarios Judæos appellat Martialis, 34. CL.
 Sabbata recutita, 57. LXXII.
 Sabbati iter erat, bis mille passus ambulare, 34. CCXVII.
 Sabbati observatio, decedente Sole, cœpta, vel post meridiem, 34. XXVIII. Ejus jejuniū, cur Orientalis Ecclesia detestaretur, 51. LX. 57. CCV. Ejus jejuniū cur vetitum, 57. CCV. Ejus jejuniū unde institutum, 57. CCIV. In eo Judæi ad præstanda vadimonia non cogebantur, ex rescripto Augusti, 34. XXVII. In eo cur jejundet Ecclesia Occidentalis, 51. LX.

LX. 57. CCV. De eo violato querela Phari-
 ſæorum, 32. II. In eo cur jejunarent Mani-
 chæi, 57. CCI. In eo jejunare Judæis veti-
 tum, 34. CLI. Ejus violati pœna, 34. CCL-
 XV. In eo cur non æque feriarentur Ecclesia-
 ſici Occidentales, ac Orientales, 57. CCVIII.
 Illum diem æque ac Dominicum feriari prohi-
 bitum, 57. CCVI. Ejus translatio in Domini-
 cam, 57. CCVII.
 Sabbatum pro diebus ante Sabbatum apud Ju-
 dæos, 34. CLI.
 Sabbati magnus dies qui diceretur, 34. XXXI.
 Sabbatum dicebatur ſeptima Paſchatis, 32. II.
 Sabbatum ſecundo primum, vel Sabbatum ex
 Sabbato quid, & cur ſic dictum, 32. II.
 Sabbaticus fons in Palæſtina, 33. XXXVII.
 Sabbaticus fluvius, & Plinii error, 33. XXX-
 VII.
 Sabinus Veſpaſiani frater occiditur, 71. IV.
 Sabinus obſidetur a Judæis, 8. XIV.
 Sacerdotalis functio, 32. VIII. Ejus poteſtas a-
 pud omnes ſumma, 57. XXXIV. Ejus judi-
 candi poteſtas jure divino conceſſa, 57. XX-
 XVI. Ejus poteſtatis uſus, 57. XXXIII.
 Sacerdos Sacrificatus, 1. LIII.
 Sacerdotem ſummum nonniſi unum apud Judæos
 fuiſſe, 32. VIII.
 Sacerdotes in lege veteri denuo nubere prohi-
 bebantur, 58. XXVII. Nec caput nec barbam
 radebant, 58. CXXVII. Eis meretricem uxorem
 ducere prohibitum, 32. XXII. Iis vetitum ve-
 ſtes ſcindere, 34. LXXIII. Eorum aliqui oc-
 ciſi in templo, 72. XVI. Eorum principes
 qui, 32. VIII.
 Sacerdotes Apoſtoli a Domino facti ſunt, & quan-
 do, 34. XLV.
 Sacerdotes Chriſtiani corpus Chriſti conficiunt,
 34. LV. Iis debite ſunt decimæ, 57. LXX-
 IX. Poteſtatem habent dimittendi peccata, 34.
 CXCIII. & ſeqq. 57. XXIX. Ad ſolvenda peccata
 poteſtatem acceperunt, & quid inde ſequatur,
 34. CXCIV. & ſeqq. 57. XXIX. Regibus præ-
 ſtant, 57. XXXII. In quo Regibus æquiparen-
 tur, 57. LXXXV.
 Sacerdotes apud Romanos ex ærario ſumptus ac-
 cipi ebant, 57. LXXXV.
 Sacerdotes Dææ Syriæ barbam & capillos rade-
 bant, 58. CXXXVII.
 Sacerdotes pro locorum conſuetudine, vel bar-
 bati, vel attonſi barbæ incedebant, 58. CXL.
 Sacerdotes Gallos barba rafos fuiſſe, 58. CXLI.
 Eos judices fuiſſe, 57. XXXV.
 Sacerdotes in Æthiopia Regibus imperabant, 57.
 XXXIV.
 Sacerdotes Ægyptii iidem & Judices, 57. XXX-
 IV. Immunes a tributis apud Ægyptios, 33.
 XXXII.
 Sacerdotes in Perſide regnaſſe, 57. XXXIV.
 Sacerdotii vicaria præfectura nemini conceſſa,
 niſi urgente neceſſitate, 32. VIII.
 Sacerdotium Chriſti ad poſteros propagari, 34.
 LI.
 Sacerdotium omnium bonorum apex, 57. XXXI.
 Regno præſtat, 57. XXXII.
 Sacerdotium ſummum a Chriſto conſtitutum, 33.
 XVIII.
 Sacramenti virtus, 33. XVII.
 Sacramentum Baptiſmi, 34. CCVI. CCXLIII.
 Sacramentum Confirmationis, ſacrum Chriſma nun-
 cupatum, 34. CXCIII.
 Sacramentum Pœnitentiæ, 34. CXCIII. CXCIV.
 56. XIV. & ſeqq.
 Sacramentum Eucharitiæ, 34. XLV. & ſeqq. 57.
 CXCVII. & ſeq.
 Sacramentum Ordinis, 44. LXXXII.
 Sacramentum Extremæ Undionis, 63. XIII. Cur
 fic dictum, 63. XV.

Sacramentum Matrimonii, 57. XLVI.
 Sacrarum imaginum in eccleſia uſus, 57. CXIII.
 Sacrificio corporis Chriſti oblato vexatio ceſſa-
 vit, 34. LVII.
 Sacrificium paſſio Chriſti, 34. LI. A jejunis of-
 ferendum, 34. LXI. Soli Deo offerimus, 58.
 XCIX.
 de ſacro velo, 57. XC.
 Sacrum velum quale, *ibid.*
 Sadducæorum de reſurrectione opinio, 34. XI.
 Sadoch Phariſæus auctor ſectæ Galilæorum cum
 Juda, 1. LIX.
 Sal Apoſtolicum mundo neceſſarium, 58. XIV.
 Salamina Cypri Conſtantia diſta, 36. X.
 Salem dicta Jeruſalem, 32. XLII.
 Salem villa, 32. XLII.
 Salmanaſar Rex Affyriorum expugnavit Sama-
 riam, 31. L.
 Salmone, ſive Salmonium Cretæ promontorium
 58. CLVII.
 Salome ad monumentum Chriſti venit, 34. CL-
 XXXII.
 Salomen fororem Herodes interficit, 2. II. Eam
 nunc Herodis uxorem, nunc fororem appellat
 Joſephus, *ibid.* Ea ditata ab Herode, 8. II.
 Salomon Chriſti venturi typum gerebat, 1. XX-
 VIII. Ejus templum annis ſeptem ædificatum,
 32. XXXIX. Ejus porticus, 34. CCLII. Ejus
 templi quatuor porticum deſcriptio, 34. CC-
 LI. Ejus porticum integram remanſiſſe, 34.
 CCLII. De ejus porticu inſtitutio Chriſtiana,
 34. CCLXVIII. De exorcifmſis ſcripſit, 56.
 II.
 Saltatio ad modos muſicos enervat animos, 33.
 II.
 Saltatrices in conviviiſ adhiberi ſolitas, 33. II.
 Salvatorem dediſſe mandatum Apoſtoliſ, ne ad
 duodecim annos Jeruſolyms decederent, quo-
 modo intelligendum, 39. XXII.
 alvatoris ſententiã, Denuo deo crucifigi, u-
 bi habetur, & de quo intelligitur, 61. I.
 Salvianus Maſſilienſis Africanæ Eccleſiæ ſtatum
 deplorat, & cur, 58. CXXXII.
 Salutatio in oſculo ſancto, 45. XXIII.
 Salutatio Apoſtolica, 45. XXVII.
 Salutatio Hebræorum in pacis nomine, 50. L.
 VI.
 Salutis ſimulacrum, 1. X.
 Samariæ tributorum quarta pars remiſſa a Cæſa-
 re, 8. XV.
 Samariæ & Damafci ſpolia quando abſtulit Chri-
 ſtus, 1. XVI.
 Samaritanæ non appellabantur Gentiles, 35. VII.
 Spiritum ſanctum negabant, Gentiles ignora-
 bant, 35. IX. Eorum querela contra Judæos,
 32. L. Hæreſis, 35. IX. Eorum hæretici qui,
 74. IV. Credentes in Chriſtum, 35. VII. Ad-
 hæferunt Simoni mago, 35. XXVI. Jeruſoly-
 mitanum templum noctu profanant, 32. LII.
 Eorum pertinacia, *ibid.* Eorum & Judæorum
 diſſidium ſub Cumano, 50. IV. Ab iis prohi-
 betur hoſpitiu Chriſtus, 33. XXXV. Eos a
 Simone mago ſeducos Pilatus diſſecit, 35. X-
 XVI.
 Sammai & Hillel Rabbini paulo ante Chriſtum, 53.
 VII.
 Sanaballath a Dario Rege miſſus in Samariam,
 in monte Garizim templum ædificavit, 32. L.
 Sancta Sanctis, 57. CXLIX.
 Sancti Monachi tamquam germina producti in ſo-
 litudine Ægypti, per quam Jeſus tranſiit, 2.
 XLVII.
 de Sanctis antiquæ legis, 60. LVII.
 Sanctos nominatos eſſe Chriſtianos, 43. XV.
 Sanctiones Apoſtolicas Paulus obſervandas incul-
 cat, 52. LVI. LVIII.
 Sanctiones diverſæ Pauli pro diverſa occaſione,
 52. LVIII. a San-

a Sanguine abſtinere quid ſit, 52. XXII.
 a Sanguine, abſtinere fuiſſe olim in Eccleſia re-
 ceptum, 58. XXIX.
 Sanguis fluens ſpongia continetur, 34. CXXI.
 Sanguis Zachariæ indelebilis in lapide templi, 1.
 LV.
 Sanguis juſtorum a Deo vindictam expoſcit, 1.
 LIV.
 Sangum a Sancto diſtingtum eſſe, 44. LVI.
 Sanguis, ſive Saneus, Sabina lingua Hercules di-
 cebatur, 44. LVI.
 Sardonix lapis in Rationali, 17. II.
 Saron non eſt nomen oppidi, ſed regionis, 40.
 XVII.
 Sarraceni venerantur Chriſti cunabula in Ægypto,
 1. XLVII. Domum in Ægypto, quam habita-
 vit Deipara, venerantur, *ibid.*
 Satan adverſarium ſignificat, 33. XXVIII. Ei
 tradere quid ſit, 57. XI.
 Saturninus hæreticus matrimonium & cibos da-
 mnavit, 57. CXCI.
 Saturninus Fulviæ maritus, amicus Tiberii, 22. II.
 Saturnum colere exiſtimati Judæi, 34. CLIII.
 Satyrus frater S. Ambroſii, 57. CLIII.
 Sauli perſecutio, 35. VI. Ejus mutatio in Pau-
 lum cur facta, 36. X. Tarſenſis, 34. CXXVIII.
 Audivit verba Stephani dum oraret, 34. CC-
 CII. Adoleſcens dicitur non ætate, ſed auda-
 cia, & unde probetur, 36. V. Ad vexandos
 Chriſtianos Damafcum mittitur, 36. I. Con-
 vertitur, *ibid.* Is & Barnabas collectas pecunias
 Jeruſolymam deferunt, 44. LXVII. LXXIV.
 Is & Barnabas quo tempore ad prædicandum
 ordinati, 44. LXXIV. Quando dictus eſt Pau-
 lus, & quæ cauſa inditi nominis, 36. XI.
 Saxa aperiſa ſanguine Zachariæ, 1. LV.
 Scemahaia & Althalion Rabbini, 52. XVII.
 Scenofactoria ars, quæ, 52. XVIII.
 Scenopegia Judæorum, 34. VII.
 Scevæ Judæi filii exorcifæ, 56. I.
 Schinus arbor, 32. XXVII.
 Schiſma apud Judæos obortum, 32. L.
 Schiſma Corinthiorum, 57. III.
 Sciſſio veſtimentorum apud Hebræos quando, 34.
 LXXXIII.
 Scipio paſſio uſus in gymnaſio, 16. VII.
 Scribarum & Phariſæorum genus qui ſingulis an-
 ni diebus baptizarentur, 33. XIV.
 Scripta Chriſti nomine conſecta, 44. L.
 Scripta Petri nomine ſuppoſita, 44. XLVI.
 Scriptores excidii Jeruſolymitani qui, 72. XX-
 VII.
 Scripturæ divinæ intelligentia, 34. CXXII. In ea
 quedam aperta ſunt, quedam obſcura, 34.
 CCXI. Ejus difficultas, 34. CXXI. CXXII. Ab ea
 divina multa ſublata, 60. LVIII. Ejus latitu-
 do, ſublimitas, & profundum, 34. CXXI. In-
 telligitur tantum revelatione Spiritus ſancti,
 34. CXXII. Ejus intelligentia Apoſtoli� pec-
 culariter conceſſa, 34. CCIX.
 Scytharum mos de infodiendis hominibus vivis
 una cum mortuis, 44. XXIV.
 Scythopoli tredecim millia Judæorum occiduntur,
 68. LXVI.
 Scythopolis Tiberiade vicina civitas maxima,
 33. XV.
 Sebaste urbs ſub Archelao, 8. XV. Illic ſepul-
 tum corpus Joannis Baptiſtæ, 33. V.
 Sebaſteni puniri juſſi propter injurias illatas A-
 grippæ & ſiliabus, 46. VIII.
 Seceſſiones utiles quæ, 52. I.
 Secretarium in eccleſia quid, 58. CVI.
 Secta Galilæorum, 1. LIX.
 Secta Nazaræorum, 9. II.
 Sectæ Judæorum deſtructæ vel mutatæ, 74. III.
 Sectio & nex debitorum, 33. XXXIV.
 Secunda pedum ablutio, 34. XXXVIII.

Ann. Eccl. Tom. I.

Secundum ſignum Jeſu curatio filii Reguli, 32.
 LIV.
 Sedes primorum Epiſcoporum aſſervatæ, 45.
 XI.
 Sedes Epiſcoporum lin teatæ, ſeu velatæ, *ibid.*
 de Sede Antiochena, 39. XVI. & ſeqq.
 Sedes Pontificia quando Romæ erecta, 45. I.
 Sedes Antiochena quando fundata & quomodo,
 39. XV. & ſeqq. Eidem præſuit Petrus, 39.
 XVII. Ejus erectio certa, 39. XXIII.
 Seditio exorta Jeruſolyms ſub Cumano, 50.
 IV.
 Seditio Demetrii contra Paulum, 57. CLXX-
 VI.
 Seditioes Judæorum poſt mortem Herodis, 8.
 XII.
 de Seiani tempore, Oroſii & Eufebii error, 33.
 XLVIII. Ejus odium in Judæos & ejus cauſa,
ibid. Ejus felicitas immenſa, & obitus miſe-
 randus, 33. XLVII. Ei erectæ ſtatue, 33. X-
 LVIII. Toto orbe celeberrimus, 33. XLVII.
 Infernus Judæis, 33. XLVII. Impulſor & ad-
 miniſtrator Tiberii, 22. III.
 Seleucus Rex anchoram ſculpebat in annulo, 57.
 LIII.
 Semitonſum caput, 58. CXXV.
 Semmeum commune apud Ægyptios, in quod
 ſeptimo quoque die conveniebant, 57. CX-
 XV.
 Semones dii, 44. LVI.
 Senatores abortivi, qui dicerentur, 44. LXX-
 IV.
 Senatores Romæ a Tiberio interfecti, & cur, 35.
 XXIX.
 Senatus a Tiberio rogatus ut Chriſtus Deus ha-
 beretur, 33. XLVII.
 Senatus Judæorum oratio ad Petronium pro tem-
 plo, 42. VII.
 Seneca præceptor Neroni datus, 53. XXXIII.
 Numquam de Chriſtianiſ loquitur, ex Augu-
 ſtini ſententiã, 66. XII. Neronem laudat, 56.
 XLIII. Damnatus exilio a Meſſalina, 53. X.
 XXIII. Licentiam ſecedendi non obtinet, 66.
 XIII. Ejus epiſtolæ ad Paulum quales, 66. XI. De
 ejus litteris ad Paulum unde fluxit opinio,
 66. XIII. Ei mors eligenda proponitur, &
 cur, 67. IV.
 Senecionis obitus, 66. XIV. Ejus ſepulcralis la-
 pidis inſcriptio, *ibid.*
 Seniores idem qui præbyteri, 58. X. Eorum
 ſeptuaginta duorum primus, Princeps ſacerdo-
 tum dicebatur, 32. X. Eorum traditiones apud
 Hebræos, 53. VII.
 Sententiã Chriſti de perſolvendo didragmate, 33.
 XXX.
 Sententiã de Chriſto occidendo lata, 34. III.
 Sententiã de primatu templi unde vim habuit,
 32. XLIII.
 Sententiã damnatorum executio proroganda edi-
 cto Tiberii Imp. 22. I.
 Sententiã mortis executio ſacerdotibus interdita,
 34. LXXXVII.
 Sententiã diverſæ de reditu Domini ex Ægy-
 pto, 8. XIII.
 Sepeliendi mos apud Hebræos, 34. CXXXI.
 Sephori civitas cincta mœnibus, 16. XI.
 Septem Diaconi ex quibus electi, 33. XLI.
 Septem dies feriari in quibus feſtis ſolerent
 Judæi, 58. CXLIII.
 Septem dies comedebatur Paſcha, vel Phaſc, 34.
 XXX.
 Septem horis canonicis quidam addunt octavam,
 34. CXLVI. CLXVII.
 Septimi diei principium & finis quomodo ſignifi-
 cabatur, 34. XXXVII.
 Septuagintaduorum judicium Deus Moyſi inſti-
 tuendum mandavit, 32. XI.
 LIIII Se-

- Septuagintaduo discipuli designati, & bini missi, 33. XXXVIII.
- Septuagintaduo interpretes, 33. XXXIX. Missi ad Ptolemaum, *ibid.* Eorum editio in usu apud veteres tam nostros quam Judæos, 60. XLVI.
- Sepulcra Patriarcharum Cariatharbe, 48. XVIII.
- Sepulcra habere in speluncis excavata, moris fuisse Judæis, 34. CLXXXIII.
- Sepulcra tumbæ nuncupata, *ibid.*
- Sepulcra Apostolorum in honore habita, 69. X. XI.
- Sepulcri Christi descriptio, 34. CLXXXIII. CLXXXIV. Ejus lapidis color albo & rubicundo permixtus, 34. CLXXXIV. In petra excisum, cujus longitudinis, *ibid.* Ferro a Judæis obfirmatum, 34. CXXXII. Una tantum spelunca continebatur, 34. CLXXXIV.
- Sepulcrum David & Salomonis sponte corruit, ad quid significandum, 34. CCXL. In eo magnam vim auri a Salomone reclusam, *ibid.* Ab Herode apertum, 34. CCXLI.
- Sepulcrum Virginis quando repertum, 48. XVIII. Constantinopolim translatum ferunt, 48. X. IX.
- Sepulcrum Isaïæ apud Siloam positum, 33. XX. XVI.
- Sepulcrum Helenæ Adiabænorum Reginae & filii, 44. LXVI.
- Sepultura Gamalielis, 34. CCCIV.
- Sepultura ministerium non prohibitum Judæis die festo, 34. XXXIII.
- Serapidis monitu quidam cæcus lumen a Vespasiano percipit, 71. VI. Ejus templum demolitum, 53. XVIII.
- Sergius Paulus a Paulo ad fidem convertitur, & cur proconsul nominatus, 36. X. 46. XII.
- Sermo Apostolicus sublimis, 45. XXXVI.
- Sermonis interpretatio, 45. XXXIV.
- Serviliam Barcæ Sorani filiam Christianam fuisse suspicari possunt, 68. XXVIII.
- Seffonis primæ cathedræ, 12. II.
- Sethiani hæretici, & eorum signa, 1. XX. XV. Eorum de stella refellitur signum, *ibid.*
- Severi Cecinæ oratio, 28. III.
- Severus hæreticus abstulit columbas argenteas, 57. CLIV.
- Sexta Synodus nullos canones edidit, 58. X. XV.
- Sexta dies passionis Domini consecrata, & tota hebdomada pœnosa, 34. CLXI.
- Sexta sabbati appellata non est cœna pura, 34. CLIV.
- Sexti & Pyrrhones qui didi, 32. XVII.
- Sibyllæ carmen de universali judicio, 51. LX. VIII.
- Sibyllina carmina prædicebant affore Regem a quo tantum speranda salus esset, 1. X. Quo anno examinata, 34. CCXXVI.
- Sicarii unde dicti, 58. CLXV.
- Siccorum eduliorum usus, 34. CLXI.
- Sichem civitas, nunc Neapolis, 31. LIII.
- Sielus & quadrans idem, 33. XXX.
- Sidonii Apollinaris error corrigitur, 22. I.
- Sidonius episcopus datus a Petro, 44. X.
- Sigilli nomine quod sacramentum dicatur, 35. XIV.
- Sigillum Pauli in epistolis scribendis, quod, 60. XVI.
- Sigillum Domini dictum sacramentum Confirmationis, 35. XIV.
- Signa & prodigia per Apostolos facta, 34. CC. LXIX.
- Signa in annulis Christianorum quæ sculpenda, & quæ non, 57. LIII.
- Signa adventus sui cur simul a Domino explicata cum signis excidii Jerosolymitani, 68. X. XXV.
- Signare se cruce, Apostolica traditio, 53. XXV.
- Signaculi Sacramentum, 35. XIV.
- Signo crucis mulier liberata a dæmonis illusionem, 37. LXVIII.
- Signo Tau qui signati, 34. XCIII.
- Signum crucis quid significaret apud Ægyptios, 34. XCIII.
- Signum crucis salutis hieroglyphicum, 34. XC. III.
- Signum hieroglyphicum mutui foederis, 57. LIII.
- Signum fidei in annulis Christianorum, *ibid.*
- M. Silanus spontanea morte necatus, 40. XII.
- Silas peregrinationis Pauli comes, 51. LXXII. Is & Paulus carcere mancipati, 51. LXXII. Is & Paulus Berocæ demissi, 51. LXXIV. Is & Timotheus Athenas ad Paulum veniunt, 52. XIV. Ejus & Pauli coitio, 44. XXVII. Ei & Paulo quæ acciderunt Berocæ, 51. LXX. VI.
- Siloe fons precibus Isaïæ erupit ad radices montis Sion, 33. XXXVI.
- Siloe turris collapsa, 33. XLII.
- Sillanus dolo Agrippinæ interfectus, 57. CLX. XXIV.
- Silvanus cooperans Paulo in Evangelio, 52. X. XII.
- Silvester omnes dies feriæ nomine appellavit, sed non primus, 58. LXXXVII.
- Simeon justus, 1. XXXVIII. Inter prophetas, 1. XL. Sine honore humatus propter invidiam Sacerdotum, *ibid.* Ejus pia meditatio, *ibid.* Eum fuisse cæcum, falsum, *ibid.* Ei ut vita Maria in templo, 1. XXXVIII.
- Simeon Jacobo minori in Ecclesia Jerosolymitana successit, 63. II. Ex Cleopha genitus, 63. VI. Passus sub Traiano alius a Simone Cananæo, 68. VI. Cum aliis Christianis Jerosolymis discessit ante obsidionem Vespasiani, 68. LI. Centum & viginti annos natus cruci affixus, 76. I.
- Simon Boethi filius ab Agrippa Pontifex creatus, 43. VII.
- Simon recuperata Jerusalem cum ramis palmarum ingreditur arcem, 34. VII.
- Simon servus Herodis affectat regnum, 8. XIV.
- Simon cur Petrus dictus, 31. XXV.
- Simon Gallæus sectarius feriæ Judæ Galilæi, 16. V. Defectionis arguitur, *ibid.*
- Simon Camithi Pontifex, 18. I. Privatus, 19. I.
- Simon Gyrenæus crucem Christi portare cogitur, 34. XCV.
- Simon Cananæus, Zelotes dictus, 44. XXXV. III. Sponsus in nuptiis Canæ Galilææ, 31. XXXI.
- Is & Judas Jacobi, 68. VI. Unde confusi nomine, 68. VII. Alius est a Simeone fratre Jacobi, 44. XXXIX. Per quas provincias prædicavit Evangelium, 44. XXXVIII. Is & Judas martyrio in Perfide coronati, sed annus incertus, 68. V. Is & Judas unus & idem putatur a Sophronio, 68. VI.
- Simon Jerosolymita legis peritus, 46. VI.
- Simon qui vocabatur Niger, 44. LXXIV.
- Simon Gerasenus dux Judæorum in suos armatur, 71. II. Primæ Judæorum factionis dux, 71. X. Adversus Zelotas in Jerusalem recipitur, 71. II.
- Simon magus ubi natus, 35. XX. 44. II. Quid de se, & de sua foemina doceret, 35. XXI. Quid sit admiratus in Apostolis, 35. X. Samaritanorum seductor, 35. VIII. Primogenitus satanæ, 35. XXII. Primus hæresarcha, 35. X. XIII. Dicebat se esse Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, 35. XXIII. Primus omnium hæ-

- hæresarcha, a Petro damnatur, ad quid significandum, 35. XXV. Hæreticorum princeps & auctor, 35. XXIV. Romæ statua donatus, & adoratus, 35. XXI. In imagine Jovis adorabatur, 44. LIX. Offert pecuniam Petro ad Spiritum Sanctum emendum, 35. XX. In eo diaboli æmulatio, 35. XXII. Ejus insanæ opiniones, 35. XX. Ejus Helena, 35. XXI. Ejus discipuli, qui, 35. XXII. Ejus prima vox fuit, per gratiam tantum sine operibus salvari homines, 35. XXIV. 63. XI. Quid persecutionis tempore docuit suos, 67. II. Tonfuræ quoddam genus excogitavit, 58. CXXX. Quid de Angelis dixerit, 60. X. VII. Se in Neronis amicitiam insinuavit, 64. XIV. Pollicetur volatum, *ibid.* Ejus præfigiæ, 68. XXII. Ejus opera & præfigiæ quæ, *ibid.* Ejus scelera, 35. XXII. Ejus fabula, 35. XX. XXI. Ejus volatus & casus, 68. XVI.
- Simoniaci hæretici, 35. XXII.
- Simulacra sponte collapsa, Christo Ægyptum intrante, 1. XLIV.
- Simulacra collocari Jerosolymis nefas, 28. I.
- Simulatio Petri, 51. XXXIII.
- Simulatio venenum molestum & infaustum in Ecclesia, 34. CCXIV.
- Sindon vestis cœnatoria, 34. XXXIX.
- Sindon, qua involutum est corpus Domini in sepulcro, asservatur in ecclesia Taurinensi, 34. CXXXIII.
- Sindonem abiecit adolescens, id est vestem cœnatorium, 34. LXXII.
- Sinope Ponti oppidum, 44. XI.
- Sion Davidis civitas, 34. CCXL.
- Sion omnium ecclesiarum maxima, 34. CCXX. XI.
- Siretus Cardinalis Bibliothecarius, 45. XLII.
- Sisara, Barach vincente, prostratus ubi, 35. XX. IX.
- Situs Bethlehem, 1. II.
- Situs Ecclesiarum ad Orientem, 57. CIV.
- Sixti martyris corpus incertum, 55. XX.
- Smaragdus lapis in Rationali, 17. II.
- Socrates a Melio accusatus, 52. V. Cur morte damnatus, *ibid.*
- Socrates historicus Novatianus fuisse ostenditur, 56. XXVII. De abrogata poenitentia mentitur, 56. XXIX. Erroris arguitur de Quadragesima Ecclesiæ Romanæ, 57. CCI. Et de junio sabbati, 57. CCVII. Is & Sozomenus in Historia de Paphnutio quomodo a mendacio liberentur, 58. XXI. Ejus & Sozomeni assertio de presbyteris poenitentiaris, 56. X. XIV. Ejus error de die Paschatis, 58. LXX. XII.
- Socrus Simonis Petri curata, 31. LXVI.
- Solaria in domibus Judæorum, qualia, 31. L. XX.
- Sol arcu caelesti circumdatus, 1. IX. De eo obscurato, cum Jesus est cruci affixus, & de magnis terræ tunc motibus factis, scripsit Phlegon auctor Gentilis, 34. CXX. Eum obscuratum tempore passionis Domini in universo Orbe, *ibid.* Eum in plenilunio non posse naturaliter deficere, 34. CXXIII. Eum ignitum lapidem dicebat Anaxagoras, 52. V. Eum adorabant Priscillianistæ, 58. CVIII. Eum adorari a Christianis cur dicerent Gentiles, 58. CVI. Ei nascenti inclinare, Christianis vetitum, 58. CVIII.
- Soles decem sine cibo transigere Christianos, 57. CXCVI.
- Soleis Christiani utebantur, 57. XCVII.
- Solemmitas anniversaria in cujusque Episcopi præfectura exordio, 45. I.
- Solitudo ex transitu Domini benedictionem suscepit, 1. XLVII.
- Ann, Eccl, Tom. I.
- Sophonii historia de S. Joanne Baptista, 31. XI.
- Sorores appellabant Judæi gentis suæ foeminas, 57. LXI.
- Sors quæ cecidit super Mathiam, 34. CCX. XXII.
- Sors divina quid sit, 34. CCXXXIII.
- Sortem mittere quibus conditionibus liceat, 34. CCXXXIII.
- Sortes Apostolorum liber sic dictus, rejectus, *ibid.*
- Sospiter comes Pauli, 58. LXI. I.
- Sosthenes unus ex septuaginta discipulis, 33. XLI.
- Sosthenes Synagogæ princeps, 53. XXXIV.
- Spathephori, Alexandrini lictores, 40. VIII.
- Speciosa porta quæ, 34. CCXLIV.
- Spectacula ferarum, & gladiatorum, lege prohibita, 59. XXII.
- Speculo uti nequaquam solebant Christianæ mulieres, 57. LXXXIX.
- Speculo sæpe uti, in viris reprehensum, *ibid.*
- Spelunca in qua Christus nascitur, ubi posita, celebris etiam apud infideles, 1. II. In ea fluxit e petra aqua inficiens, 1. IV. Mirifico opere excavatur, 1. V. Sanctæ Mariæ ecclesiam continebat, 1. IV.
- Spelunca illustris Magorum hospitio, 1. XXX. IV.
- Spelunca Joannis Baptista a Domino visitata, 31. XI.
- Spicarum manipulus quando & quomodo a Judæis offerretur, 31. XLIII.
- Spinæ coronæ Jesu, & alia passionis instrumenta diligenter asservata, 34. CXXXIII.
- Spinæ corona coronatur Jesus ad quid innuendum, 34. LXXXVII.
- Spinæ coronæ Domini fentes revirescere, *ibid.*
- Spirituale nubendi genus, 57. XCI.
- Spiritus Sanctum Jesus suis impertitur, 34. C. XCIII. Datum esse Apostolis die Dominico, 34. CCXXXIII. In Samaritanis descendisse, magis mirum, quam in Gentiles, 35. VII. Ejus & Ecclesiæ mira confessio, 45. II. Cur Petri opera in Samaritanis descendit, 35. X. Ejus gratia in Gentes effusa, 41. IX. Ejus dona eadem absque miraculis, 35. XIX.
- Spolia Damasci quando abstulit Christus, 1. XXXVI.
- Spolia Judæorum in triumpho Titi, 73. III.
- Spongia Domini Romæ in basilica Lateranensi asservatur & cujus coloris, 34. CXXII.
- Spongia veteres conglutinabant vulnera, 34. CXXI.
- Spongiæ vulnerato gladiatori ministrabantur ad siccandum sanguinem, *ibid.*
- Spongia admota Adonidi vulnerato, *ibid.*
- Sponsa Christi dicitur virgo Deo dicata, & cur, 57. XCII.
- Sponsa velatur in desponsatione, 57. XLVIII.
- Sponsas Christi nigra veste indui solitas, 57. XCI.
- Sponsi dexteram jungunt ad quid, 57. XLVIII.
- Sponsus ad sponsam annulum ferreum mittebat apud Romanos, 57. LII.
- Sponsus & sponsa benedicendi, 57. XLVIII.
- Sponsalis annulus, 57. LII. Quo signo apud Christianos sculperetur, 57. LIII.
- Sportulantes clerici, 57. LXXXIV.
- Stachys Episcopus ordinatur ab Andrea, 44. XXXI.
- Stagna Neronis ubi, 69. XVIII.
- Stantes aliquando oramus, aliquando genuflexi, & cur, 58. CIX.
- Stater quid sit, 33. XXX. Eum impendi pro se & Petro cur voluit Christus, 33. XXXII. L IIII 2. Sta.

- Statio jejuniis appellari solitum, 57. CCI.
Statua Salvatoris, & mulieres ab eo liberatae, 31. LXXV.
Statua Simoni mago Romae erecta cum titulo, Simoni Deo sancto, 44. LI.
Statua Alexandri Alabarchae Romae, 48. XXX.
Statua Apollonii Tyanæi operatione demonum dabat responso, 68. XXXII.
Statua Caji locanda in templo, 41. XXI.
Statua Aegyptiorum adventante Christo concessa, 1. XLIII.
Statua in profuchis dicatae Caio in Aegypto, 40. XII.
Statua Caji Imperatoris dedicatio apud Hebraeos, 41. XXII. Ejus in templo ponendae dilationis praetextus, 42. X.
Statuam Dianæ & Vestæ non pati pluviam, puerile, 71. XI.
Statuas de Jerofolymis auferri iussit Pilatus, 28. I.
Statuas vel aras erigere non nisi ex S. C. licitum erat, 44. LVII.
Statuas Christi & Sanctorum a Constantino factas, 57. CXVIII.
Status in Ecclesia triplex, 57. LIV.
Status virginalis viduali & conjugali praerogatur, *ibid.*
Stella oriatur ex Jacob, & exurget ex Israels prophetia etiam apud Magos, 1. XXII.
Stella Magis visa quæ qualisve, *ibid.* Cujus substantia, 1. XXXV. Eam Angelum fuisse, *ibid.* De ejus eximio fulgore Ignatius & Prudentius, *ibid.*
Stella Lucifer Vesperugo appellata, 34. CLXVII.
Stephanus domus baptizata a Paulo, 52. XXI.
Stephanus B. Jacobo ministrabat, 34. CCLXXXI. Primitivus diaconus, & archidiaconus appellatus, 34. CCLXXXV. Ejus martyrium quo anno, quove die acciderit, 34. CCXCVI. Ubi lapidatus, 34. CCXCIX. Ejus necis occasio, 34. CCXCVIII. Pro lapidantibus orat, 34. CCCII. Ejus diem natalem inter Christianorum ferias adnumerari, 34. CCCI. Ejus partus Paulus, 34. CCCII. De ejus sepultura ex relatione Gamalielis, 34. CCCIII. Ejus memoria, 34. CCI. Ejus corporis inventio, 34. CCCVIII. Ejus funus, 34. CCCIII. Si non orasset, Ecclesia Paulum non haberet, 34. CCCII. Non ea die sepultus, qua necatus est, 34. CCCIII. Ubi sepultus, 34. CCCIV.
Stephanus Papa cognoscit historiam de imagine Domini ad Abagarum missa, 31. LXI. Traditionum custos, 53. XXI.
Stephanus procurator Flavie Domitillæ Domitianum occidit, 98. IX.
Stephanus Domitiani occisor, libertus Clementis, 98. IX.
Stipendia clericorum, 57. LXXIII.
Stirps Apostolorum, 32. VII.
Stoici & Epicurei cum Paulo disputant, 52. II.
Stola Pontificia Judæis a Vitellio restituta, 37. II. Ea in potestatem Judææ Præsidum redacta, 17. I. Ea Pontifex induebatur jejuniis tempore, *ibid.* Ea servata in turri Antonia, *ibid.* 58. LXX. Pontifici exhibebatur a Præfecto castelli, 37. II. Ejus causa Judæis negotium factum, 48. XXVII.
Stola Sacerdotalis super dexteram nubentium, 57. XLVIII.
Strages exercitus Herodis ab Areta illata, 31. XLV.
Stratonis turris, urbs sub Archelao, 8. XV.
Stratos in terra orare interdum Fideles consueverunt, 58. CX.
Structura templi ab Herode erecti firmissima, 34. XII. Penitus demolita, 72. XX.
Studium Judæorum contra Christum, 34. LXXVII.
Studium Pauli erga Corinthios, 57. IX.
Suaria ars apud Hebræos illicita, 31. LXXIX.
Suariis multa concessa privilegia a Romanis, *ibid.*
Sues ali in Palæstina consueverunt, *ibid.*
Subductio Jesu, 12. V.
Successionis vis magna, 31. LV.
Successor Petri in sede Antiochena quis fuerit, 45. XII.
Sudaria Pauli mira operantur, 55. VIII.
Sudarium Veronicæ, 34. CXXXIII.
Sudarium quo caput Domini est involutum, ab incendio remansit illæsum, *ibid.*
Sudarium Plautillæ, 69. XIII.
Sues Judæi proprio nomine non appellant, 31. LXIX.
Suetonii locus declaratus de Christo impulfore, 51. I.
Suffocata quæ sint, 51. XVIII. Ab iis abstinere, non fuisse omnibus & semper ab Apostolis præceptum, quidam affirmant, 51. XVII. Ab iis abstinere quæ Concilia jubent, 51. XXIV.
Suffragia pro defunctis exhibere, ab Apostolicarum traditionum fontibus manare multis auctoritatibus comprobatur, 34. CCCIX.
Sulphurata vitro rupto jam olim permutate soliti Judæi, 94. VI.
Sulpitius Galba Catos vicit, 44. LX.
Sulpitii Galli severitas, 57. LXXXV.
Sulpitius Severus de vestigiis Domini, 34. CCXXVIII.
Summa triginta argenteorum Judæi, 34. XVI.
Summa rerum poenes Sacerdotes apud Hebræos, 51. XXXVI.
Summi Pontificis corona, 34. CCXCII.
Summum sacerdotem non nisi unum apud Judæos fuisse, 31. IX.
Summum sacerdotem in omni religione semper fuisse, 31. XVIII.
Summus Pontifex virginem tantum ducere poterat in lege veteri, 58. XXVII.
Superliminare templi collapsum terræmotu, qui in morte Domini factus est, 34. CXXIV.
Superfitiones Gentiliticæ in religionem Christianam conversæ, sanctificatæ, 44. XXIII.
Supplicium capitis truncationis an esset apud Hebræos, 34. CX.
Sufanna Christum sequitur, 32. XXXI.
Sufanna historia cur a Judæis suppressa, 60. LVIII.
Suspendi patibulo ante occasum solis sepeliuntur & crurifragio necantur, 54. CXXVIII.
Suspendio, censura Ecclesiastica, 57. XXII.
Syllæus propinquioris Judææ Arabiæ Rex, 1. XXX.
Symbolum Apostolorum quando editum, & quâ occasione, 44. XV. Quid significet, *ibid.* Collatio, 44. XVII. Singulorum Apostolorum sententia compactum, 44. XVI. Quotidie recitandum, 44. XIX. Romæ semper sincere & illibate servatum, 44. XVIII.
Symmachus interpres secundo circumcensus, 57. LXXII.
Symmachus Papa fecit oratorium S. Crucis, 57. CXXXVII.
Synagoga Judæorum a Caio violata, 43. IV.
Synagoga conventus ordo, 12. II.
Synaxim ante communem mensam celebrari solitam tempore Apostolorum, 57. CXXXII.

- Synaxim sacram fecit Paulus Troade, 58. LX. III.
Synaxes etiam in persecutionibus frequentari solitas, 57. CXXX. Etiam in carceribus habitas, *ibid.*
Synedrin apud Judæos collegium quale, 31. X. Sublatum ab Herode & ex novis hominibus suffectum, *ibid.* Legationem mittit ad Joannem Baptistam, 31. XXI.
Synesius Episcopus Ptolemaidis, 57. XL. Damnat magistratus, 57. XXI. Andronicum excommunicat, *ibid.*
Synodica acta Concilii Apostolorum, 51. XII.
Synodos Apostolorum quatuor fuisse, 58. CXXVIII.
Synodus sexta nullos canones edidit, unde impostura quorundam episcoporum detegitur, 58. XXV.
Synodus Turonensis secunda contra clericos incontinentes, 58. XXVI.
Synodus Laodicensis cultum Angelorum non imminuit, 60. XX.
Syracus tres dies constitit Paulus, 59. IV.
Syri & Judæi per totam Palæstinam digladiantur, 68. XLVI.
Syria Damasci, Arabia nominata, 1. XXVI.
Syria citerior, & alia cognominata Coele, 32. VIII.
Syriace locutus est Dominus, cum ait, Tu es Cephas, id est Petra, 31. XXIV.
Syriacas legiones nullam Seiani imaginem inter signa coluisse, 33. XLVIII.
Syriscus Papa nuptiis celebrandis & virginibus sacrandis interfuit, 57. L.
Syrjam totam fama Jesu pervasit, 31. LVII.
Syriam Deam circumferentes phanaticæ multa jactabant, 31. XVI. Ejus templum antiquissimum, 58. CXXXVII. Ejus Sacerdos mytra usus, 34. CCXCI.
Syria præfex Cuspius Fadus, 46. VIII. Ejus Præfides Antiochia agebant, 39. X. Ejus præfectura nobilitas, *ibid.* Ei contributa Archelai ditio, 16. I.
Syrphoenissa Cananæa appellata, 35. XV.
Syros uti solitos A pro I. 32. XIII.
- T**
- T littera fures notari soliti, & cur, 34. XLIII.
Tabellarii usus, 60. X.
Tabellarii Episcoporum, qui, *ibid.*
Tabellas pidas pro voto suspendere solebant Gentiles, 57. CLXXVII.
Tabellæ pictæ pro veto a Christianis appentæ, 58. XCVIII.
Taberna meritoria, ex qua oleum fluxit, 1. IX.
Tabernæ tres ubi positæ, 59. III.
Tabitha a Petro suscitatur, 40. XVIII.
Tabor mons Itabyrion a Josepho dictus, 33. XIX. Ejus situs & figura, *ibid.* Quantum distet a Diocæsarea, Naim, & Nazareth, *ibid.* Invisitur a Christianis religionis gratia, *ibid.* Planitiem habet in vertice, in qua tres sunt Ecclesiæ fabricatæ, *ibid.* In ea facta existimatur apparatus pluraquam quingentis fratribus, 34. CCVI.
Tacitus Judæos Bacchum colere calumniatur, in Christianos odio flagrans, mendax in historia reperitur, 66. VI. Mendaciorum loquacissimus appellatur, 72. XXVII.
Taprobana, insula Æthiopiæ, 35. XXVIII. Eam petit Thomas, 44. XXXIII.
Tarchea civitas a Vespasiano expugnata, 56. XLII. Tarsenses rerum philosophicarum studiosissimi, 58. CXLVIII.
- Tarsus Ciliciæ Metropolis, 58. CXLVIII. Illuc Saulum cum parentibus commigrasse, falsum, 36. VII. Jus municipale a Romanis fuerat consecuta, & qua ratione, 58. CXLVIII. Cæsarianis partibus & Octavio favit, *ibid.* Julio-polis dicta, & cur, *ibid.*
Tatianus & Ammonius de concordia Evangelistarum, 31. III.
Taurinus Ebroicensis Episcopus, 95. II.
Telestinus consul favet Tyanæo, 68. XXX.
Tempestat Pauli prope Melitam, 58. CLXXII.
Templa quæ dicerentur, 1. XII.
Templi & Memoriarum differentia, 57. CXXIX.
Templi Dianæ Ephesæ magnificentia, 57. CLXXVIII.
Templum Jerofolymitanum sub Zerobabel instar prioris restitutum, 31. XXXVIII. Ejus situs, & ordo ingredientium, 12. III. Ejus structura facta ab Herode firmissima, 34. XII. Ejus portæ majoris descriptio, 34. CCLVIII. Ejus portæ descriptio, 34. CCLIII. Ejus porta major quæ, 12. III. Ejus ruina prædicitur, 34. XI. Ejus in interiora mulieribus nefas ingredi apud Hebræos, 34. CCLV. Ejus descriptio & portarum ejus, 34. CCLI. Ejus magnitudo unde probatur, *ibid.* Ejus profanatio a Samaritanis facta, 31. LII. Ejus superliminare collapsum tempore mortis Domini, 34. CXXIV. Ejus atrium sanguine inundavit, 71. X. Ejus thesaurus qualis, 73. IV. Ejus confagratio quo die, 72. X. Ejus structura funditus demolita, 72. XX. Ejus deprædatio a Crasso, 73. V. Ejus velum quale, 34. CXXIII. Ejus vasa in templum pacis translata, 73. III. Ejus divitiæ, 73. IV. Quoties ædificatum, 34. CCL. Orientem versus spectabat, 57. CIV.
Templum primum quod, 34. CCLII. Exuritur, 72. XI.
Templum Pacis corruisse nocte qua natus est Dominus, falsum, 1. XII. Nondum erectum, Christi tempore, *ibid.* A quibus constructum, *ibid.* Quo tempore conflagravit, 1. XIII. Quo anno ædificatum, 77. I. Id Vespasianus ædificavit, & cur, 77. II. In eo ornamenta templi Jerofolymitani deposita, 77. I.
Templum legitimum unde dignoscitur, 31. LII.
Templum Dianæ Ephesæ, 57. CLXXVIII.
Inter septem Orbis miracula, *ibid.* Spoliatum & incensum, 57. CLXXXIX. Sæpe restitutum, 57. CLXXXVIII.
Templum Deæ Syriæ antiquissimum, 58. CXXVI.
Templum Judæorum in Aegypto, 73. X.
Templum sibi extrui non passus Tiberius, 16. XI.
Temporalium rerum usus minime vetitus, 57. LXXXIV.
Temporum indagatio ad Scripturæ interpretationem quantum conferat, 58. XLII. Eorum veritas per Consules exquirenda, 69. XXXVI. Eorum errores per Consules deprehendi, 69. XXXVII. Eorum ratio quantum valeat in rebus pervestigandis, 70. III.
Tempora quatuor jejuniis decreta, 57. CCX.
Tempus quo Christus Pascha celebravit, 34. XXIII.
Tempus prædicationis Christi, 34. CXXXIX.
Tempus diei judicii occultum relictum, 72. XXVI.
Terentius Varro se in Publicanorum societatem contulit, 31. LXXII.
Terentius & Socii martyres, 47. IX.
Terra quæ Domini adiacet sepulcro, virtutem hausit, 34. CXXXV.
Terra sancta de Sepulcro Domini allata venerationi habita, 34. CXXXV. Ex ea, aqua ad-

admixta formari consuevisse tortulas, *ibid.*
 Terræmotu duodecim civitates excisæ in Asia sub Tiberio, 34. CXXIV. Eo Laodicea profertur, & finitimæ civitates, 62. III.
 Terræmotus factus, Spiritu sancto super Apostolos veniente, 34. CCLXII.
 Terræmotus tempore passionis, 34. CXXIV.
 Tertia die, non post tres dies, se Dominus resurrectionem prædixit, 34. CLXXVI.
 Tertia, Sexta, & Nona hora potissimum observata, 34. CCXLVI.
 Tertius Pauli discipulus, Episcopus Iconii, 58. LVII. Ejus opinio, quo anno suæ ætatis passus sit Christus, 34. CXXXVIII. Ejus error de Publicanis, 31. LXXI. Ejus error de epistola Pauli ad Hebræos, 51. LV. Ejus locus explicatus de clandestinis nuptiis, 57. L. Sub quibus Coss. Christum passum asserit, & ejus error, 34. CXXXVIII. Epistolam ad Hebræos Barnabæ tribuit, 60. XLVII. Cypriani magister dicitur, 60. LI.
 Tertullus pro Judæis contra Paulum, 58. CLIII.
 Testera Christianitatis, Symbolum Apostolorum, 44. XVI.
 Testera hospitalitatis inter Christianos & Gentiles, 75. XVI.
 Testamenti novi ministri, 31. II.
 Testamentum Herodis, 8. II.
 Testificatio SS. Patrum de traditionibus, 53. XIII.
 Testimonia contra Jesum non convenientia, 34. LXXII.
 Tetragrammaton Dei nomen quid posset, 56. II.
 Terrarcha, non Rex, instituitur Archelaus, 8. XV.
 Terrarchiarum Palæstinæ divisio, 31. V.
 Terrarchiæ vocis significatio, *ibid.*
 Tetrarchia regnorum instar, 31. VII. De iis Josephus Evangelistis consentit, 31. V.
 Thaddæo Apostolo quæ regio ad prædicandum obtigerit, 44. XL.
 Thaddæos duos fuisse, *ibid.*
 Thaddæus unus ex septuaginta ad Abagarum missus, 43. XVIII. Ejus cum Abagaro collocutio, 43. XIX. Ejus miracula, 43. XX. Curat Abagarum, *ibid.* Apostolus a Hieronymo creditus, 44. XI.
 Thalaſſa civitas, 58. CLXVIII.
 Thamar a Juda anulum petiit pro arrhabone, 57. LII.
 Thau signo qui signati, 34. XCIII.
 Thaumaturgus Gregorius jus dicit, 57. XXXVII.
 Thecla sponsam relinquens, adhæret Christo, 47. V. Protomartyr dicta, 47. XII. Superat ignem, 47. VIII. Leones superat, 47. IX. Pauli cupida, 47. X. Distrahit gemmas, 47. VI. An martyrio defuncta, 47. XIII. Ejus Acta, 47. II. Ejus & Pauli acta apocrypha quæ, *ibid.* Ejus acta germana, 47. III. Ejus passio, 47. VII. Ei pugnanti Angelum adituisse imagine Pauli, 47. IX. Ejus passione obtestatio fieri solita, *ibid.* Ejus nomen insigne, 47. XIII. Ejus in memoriam primaria ecclesia Mediolani erecta, 47. XIII. Ejus cultor studiosissimus S. Ambrosius, *ibid.* Eam prohibet Paulus secum pergere, 47. X.
 Theodas seductor quando, 1. LVII. Ejus facinus, & mors, 1. LVIII. Ei viri circiter quadringenti consentiunt, 34. CCLXXII. Ejus caput abscessum, 1. LVIII.
 Theodora Augusta Imagines sacras restauravit, 57. CXIII.
 Theodoretus bene sentit de Angelorum cultu, 60. XXIII. Ejus expositio in epistolam ad Colossenses de religione Angelorum improbat, 60. XX.
 Theodorus Studita meminit de epistola Abagari ad Jesum, 31. LX.
 Theodorus ab Ethnicis supplicio affectus, quod clericos tonderet, 58. CXXXVIII.

Theodorus contra Latinos, qui a sanguine non abstinere, 51. XXII. Ejus Penitentiarium manuscriptum, 31. XXIV.
 Theodosius Magnus Imp. urceum unguenti, quo Christus inunctus fuit, in foro Constantinopolitano a Constantino depositum, inde sublatum honestiori loco recondidit, 32. XXIX. Ab Ambrosio mulctatus, 57. XXXIII. Ejus lex de proroganda morte damnatorum, 22. 23. I.
 Theodosius coenobiarcha, 1. XXXVII.
 Theophilum Anani filium a summo Sacerdotio summovit Agrippa, & Simonem substituit, 43. VII.
 Theophilus pontificatum a Jonatha accipit per Vitellium, 39. II.
 Theophilus suffectus Zachæo in Episcopatu Ecclesiæ Cæsariensis in Palæstina, 58. XXXII. Civis Antiochenus, *ibid.*
 Theophilus Ecclesiæ Antiochenæ Episcopus Evangelia in unum compegit, 31. III.
 Theophilus Imperator præcipuus Iconomachorum fautor, 57. LXIII.
 Theophilus, ad quem Lucas scribit, quis fuerit, 58. XXXI.
 Theophorus homo, Christus dicitur, 48. XXII. Theophoræ magistratus Athenis, 52. II.
 Theſſalonicæ quid egit Paulus, 51. LXXIII.
 Theſſalonicenses alacriter a Paulo verbum suscipiunt, & quæ passi, *ibid.* Eorum tribulatio qualis, 51. LXXIV.
 Thomæ Apostolo quæ regio ad prædicandum obtigerit, 44. XXXIII. Ejus crux in ecclesia sculpta, 57. CXV. Eum nequitiam fuisse expertem Spiritus Sancti, licet præsens non fuerit, cum Dominus insufflavisset in discipulos, 34. CXCV. Vidit Jesum resuscitatum, *ibid.* Ad Parthos profectus, ad Indos penetravit, 44. XXXIII. Taprobanam insulam petiit, *ibid.*
 Thramnus Aegyptius a Tiberio aceratus, 34. CXXVI. Ejus historia, 34. CXXV.
 Thraſeas Pætus a Nerone interficitur, 68. XXVI.
 Thraſillo mago utebatur Tiberius, 18. I.
 Tjara ex quibus olim confecta. *Vide supra*, Corona.
 Tiberenorum mos de præcipitandis senibus, 44. XXIV.
 Tiberiadis lacus, 16. X. Genezareth appellatus, 31. XIV.
 Tiberias edificata, 16. X. In lacu Genezareth, 31. LXVII.
 Tiberius Nero ab Augusto adoptatur, & quando, 6. I. Julii Augusti filius, 16. X. Ejus Imperium, *ibid.* Ejus laus, 16. XI. Ejus primordia felicia, *ibid.* Judæos ritus compeſcunt, 21. I. Judæos Urbe pellit, *ibid.* Res Judæorum restituit, 21. III. Coercet libidinem feminarum Romanarum, 21. I. In deterius mutatus, 21. IV. Ferme biennio usus pallio, 16. VII. Sermones Græco abstulit, 16. VIII. Magiæ intentus, 18. I. Coercet Pilatum, 28. II. Oblatos respuit honores, 16. XI. Ejus studium erga Judæos, 42. XIX. Ejus litteræ pro Judæis, 42. XX. Ejus editio magi profligati, 18. I. Per eum usus sericorum ablati, *ibid.* Ejus lex adversus histriones, 22. 23. I. Ejus lex de poena damnatorum proroganda, *ibid.* Ejus comminatio accusatoribus Christianorum, 34. CCXXIV. Ejus annus quintusdecimus, annus placabilis, 31. I. Ejus crudelitas, 21. IV. Ejus crudelitas in Senatores, 35. XXIX. De Christi divinitate ad senatum obtulit, 34. CCXIV. Quo anno suæ ætatis obiit, 39. I.
 Tiberius Alexander Alabarcha ditissimus, 48. XXIX.
 Tiberius Alexander Fadi successor, Alabarchæ filius, *ibid.* Desertor paternæ religionis, 34. CCLX.

Ti-

Tibicines ad luctum adhibebantur, 31. LXXXVI.
 Timon unus ex septuaginta discipulis, 33. XLI.
 Timor discipulorum, viso Paulo, quid arguit, 39. V.
 Timotheus presbyter Jerosolymitanus, 1. XL.
 Timotheus prius Gentilis homo circumcisus a Paulo, 51. XLI. Theſſalonicam missus, 52. X-IV. Ejus & Pauli nomine scriptæ epistolæ, quæ, 59. XXII. Ejus genus, 52. XLII. Cur a Paulo circumcisus, 51. XLI. Quibus parentibus genitus, 51. XLII. A Paulo sacris initiatus, & Ephesorum Ecclesiæ præfectus, 57. CLXXXIX. Vino temperabat, 57. CXCV. Is & Linus Paulo ministrabant, 34. CCLXXXI. Is & Titus virgines permanserunt, 93. VIII.
 Tintinnabula primum ab Augusto in editorii loco posita, 58. CIV. Etiam apud Syros in facris adhibita, *ibid.* Iis usi præfedi excubiarum, & cur, *ibid.* Eorum usus in Ecclesia, *ibid.*
 Tirathebam vicum infederunt Samaritæ, 35. X- XVI.
 Titia lege quid cautum, 51. XVI.
 Tituli argento ornati in ecclesiis, 58. XCVIII. In Titulis impartendis Catholici copiosi, 58. II.
 Titulis debitis hæretici Pontificem non honorant, *ibid.*
 Titulus crucis Christi quo ordine scriptus, 16. IX. 34. CXIV.
 Titulus Pastoris, 44. LXI. 57. CI.
 Titulus honoris primus in Ecclesia Apostolatus, 58. II.
 Titulus & statua Simonis magi, 44. LV.
 Titulus optimi viri magistratum gerentibus dari solitus, 58. XXXIII.
 Titus Pauli interpres, 45. XXXII. Cretensis Episcopus, 58. I.
 Titus Imp. optavit fieri Pontifex, & cur, 34. LX- XVIII. In Judæam a Patre mittitur, 70. VIII. Jerosolymam obsidet, qua die, qua parte, 72. I. Judæos captos ante urbem cruci affigi jubet, *ibid.* Jerosolymam aggeribus cingit, 72. V. Jerosolymam muro cingit juxta prædicationem Domini, *ibid.* Evicerantes Judæos propter aurum cohibet, 72. VI. Ad deditionem Judæos miseratus frustra invitatur, 72. IX. Antoniam turrim expugnat, 72. X. Templum oppugnat, *ibid.* Templo parere statuit, *ibid.* Frustra templum ab incendio liberare conatur, 72. XI. Sacerdotes in templo latentes ad supplicium duci jubet, 72. XVI. Dat licentiam militibus inflammandi civitatem, *ibid.* Sion oppugnat, & capit, 72. XVIII. In templo more gentium immolavit, non tamen hæc intelligi potest abominatio a Domino prædicta, 72. XV. Alexandriam se conferit, 72. XXXIV. Quo anno triumphat, 72. I. A Daniele præmonstratus, 72. XXXIV. Arborem balsami in triumphum duxit, 72. VI. Solus imperat, 81. II. Quando obiit, 83. I. Sexies Consul, 79. I. Ejus numisma quale, 73. 1. Ejus modestia, 72. XXXIII. Mansuetudo, 80. II. Clementia, *ibid.* Beneficentia, 81. II. Arcus Triumphalis, 73. II. Obitus, 83. I.
 Tobia accubitus, 34. XXXVII.
 Toga ad pallium, proverbium, 57. XCVI.
 Tonſura clericalis quid significet, 58. CXXIII. Ex Apostolica traditione in Ecclesiam derivata, 58. CXXII. Eam Petrus gestabat, 58. CX- XV. Prima antiquitus etiam initiabantur Clerici, 58. CXXVIII. Puerorum, *ibid.* Majori, qui majoribus ordinibus initiabantur, *ibid.* Ejus usus unde ortus, 58. CXXI. CXXII. Monachalis, & Clericalis differentia, 58. CXXII. Monasticam deridentes severissime puniit, 58. CXXXIII.

Tonſuram barbæ non probat Hieronymus, 58. CXXXV.
 Tormenta Christianorum, 66. IV.
 Torpetes de domo Cæsaris a Paulo conversus, 59. IX. Martyrio coronatus sub Nerone, *ibid.*
 Tortulæ ex terra sepulcri Domini, & aqua admixta formata, 34. CXXXVI.
 Trabem ex auro solidam Cræſus a templo abſtulit, 73. V.
 Trachonitica regio, 8. X.
 Traditio quid, 53. III. Scripturæ præstat, 53. IX. Antiquior scriptura, *ibid.* Scripturarum fundamentum, 53. XI. Ex ea ritus Ecclesiæ, 53. XII.
 Traditio Apostolica orare ad Orientem, 58. CV.
 Traditiones & scripta ab Ecclesia probantur, 53. XI. Esse Apostolicum depositum, 53. III. Improbata quæ, *ibid.* Rechabitarum, 53. VIII. Apostolorum, 53. III. Multæ numerantur, 53. XIV. Citra scriptum ab Apostolis relicta propter quid, 35. XVIII. Scriptæ ab Ignatio, 53. XII. De obitu Mariæ Virginis, 48. XIV. Eas servandas, ut a majoribus traditæ sunt, 57. CLVI. Sub Eleutherio illibata, 58. CXXX. Plusquam scripta esse æstimatas, 97. IX. De iis, 53. III. Earum defensores, 53. XXXII.
 Tragediæ inſcriptæ, Christus patiens, quis auctor, 34. XXII.
 Traianus adoptatus a Nerva, 90. XIII.
 Transammana regio quæ, 31. LXX. Eam, & ducenta talenta consequitur Antipas, 8. XV.
 Transjordanenses copias Judæorum, 41. XXV.
 Transfiguratio Domini, 33. XXIX.
 Translatio corporis S. Ignatii Martyris Antiochiam, 55. XVII.
 Translatio corporum S. Petri & Pauli, 55. X- VII.
 Transiberim habitabant Judæi, 1. XVI.
 Transubstantiatio in Eucharistia, 34. XLV.
 Tres dies fuit Dominus in ventre terræ, 34. CLXXXIII. Post tres dies resurgere Dominum, quomodo intelligatur, 34. CLXXXV.
 Tres horas, tertiam scilicet, sextam & nonam solemniores fuisse in orationibus divinis, 34. CCXLVI. Propter mysterium Trinitatis, *ibid.*
 Tres Tabernæ quantum ab urbe distarent, 59. III.
 Tres Virgines Vestales a Domitiano puniunt, 86. II. Quæ earum nomina, *ibid.*
 Tribunalia Judicum tria apud Hebræos, 32. XI.
 Tribus singulæ in ædificationem templi pacis pecuniam contulerant, 1. XIII.
 Tributa Sacerdotibus alacriter pendebantur, non ita Regibus, 57. LXXXVI.
 Tributa sacerdotibus pendenda, perinde ac Regibus, 57. LXXXVI.
 Tributi numisma quale, 34. X.
 Tributum Reges a filiis exigere non solent, 33. XXXII.
 a Tributo qui sint liberi, *ibid.*
 Tributum non dandum Romanis, Judæ Galilæi decretum, 1. LVII.
 Tributum Judæorum Romanis dari solitum, 72. XXVIII.
 Tributum Augusti pro restituendo Palatio, 34. X.
 Triclinii nomen apud Judæos, 34. XXXVII.
 Triephon Pauli discipulum se nominat, 68. II.
 Trigemina porta, quæ & Oſienſis, quid ibi, 69. IX.
 Trinitas trium horarum mysterio declarata, 34. CCXLVI.
 Tripolis oppidum, 44. X.
 Trium miraculorum memoria in Epiphania, licet non eodem die facta, 31. XXXIV.
 Trium

Trium fontium locus celeberrimus, 69. XIII. Unde ibi tres fontes, *ibid.*
 Triumphus Titi, 73. I.
 Troas civitas nobilissima, 57. CLXXXVIII. Illic Paulus quid, 58. LXII.
 Troadis Asson, 58. LXXXIX.
 Trogyllium, quid, *ibid.* Illic commoratur Paulus, *ibid.*
 Trophimus Pauli discipulus, 59. I. Melitæ infirmus a Paulo relinquitur, an Miletii, *ibid.*
 Unus an plures, 58. CXLIV. Jerosolymis cum Paulo, *ibid.*
 Tryphena a Paulo salutatur, 58. LV.
 Tryphosa a Paulo salutata, *ibid.*
 Tuba dies festi denuntiabantur apud Hebræos, 34. XXVII.
 Tuba significabatur septimi diei principium, & finis, *ibid.*
 Tubæ sonitu certæ horæ Hebræis significatæ, 58. CIV.
 Tugurium Romuli ad multa sæcula conservatum, I. V.
 Tullianus carcer cui comparandus, 58. XLIII.
 Tumulus Ephesini propter templum Dianæ, 57. CLXXXIX.
 Tundere pectus in oratione quid significet, 58. CXI.
 Tunica inconsutilis Christi desuper contexta, qua arte a matre facta, 34. CXIII. Eam a Christianis redemptam & conservatam, 34. CXXXIII. In Galatia repositam, *ibid.*
 Turres quædam, eversa Jerosolyma, relictae, cur, 72. XX.
 Turrim ædificaverunt Noe filii ab alterutrum discedentes, 44. XVI.
 Turris quarta supra verticem Pastophoriorum condita Jerosolymis, 34. XXVII.
 Turris erecta Jerosolymis ad delinquentes coercendos, 44. V.
 Turris Stratonis Cæsareæ, 73. VIII.
 Turris Ader, id est, gregis, I. XVI. Juxta quam pavit Jacob greges suos, *ibid.* Et juxta quam pastores audierunt, Gloria in excelsis Deo: de qua locutus est Micheas, *ibid.* In qua est Ecclesia trium pastorum, *ibid.* Mille passus distans a Bethlechem, *ibid.*
 Turris nebulosa, *ibid.*
 Turris Antonia dicta, 17. I.
 Turris in Siloe collapsa, 33. XLII.
 Tyana oppidum Cappadociæ, 44. XI.
 Tychicus Pauli tabellarius, 59. XV. XIX. XXII. 60. IX.
 Typhonicus ventus, qui & Euroaquilo, 58. CLXX.
 Typus Concilii celebrandi a Domino monstratur, 33. XVII.
 Typus decimarum, 57. LXXVII.
 Typus Ecclesiæ, 41. VII.
 Tyranni Sophistæ scholam Paulus adiit, 55. III.
 Tyridates magus, 68. XIII.
 Tyrus & Sidonis iratus Agrippa, 44. IX.

V

VÆ, væ Jerosolymis, vox Jesu filii Anani, 65. I.
 Valens Imperator Epiphaniæ festo interfuit, I. XXXVI.
 Valentinus hæresiarca, 34. CXXXVIII. Ejus commenta de Infantia Salvatoris, 12. VI.
 Valentiniani hæretici opobalsamo ungebant baptizatum, 35. XVIII.
 Valeriani Imperatoris testimonium de Ecclesia Christianorum, 57. CIII.
 Valerii Grati præfectura in Judæa, 16. X. Ejus præfecturæ finis, 28. I.

Vandali quot annos Africam devastarunt, 58. CXXXII.
 Varus Præfes Syriæ, 8. XIV. Jerosolymam contendit, *ibid.* Ex Syria evocatur, *ibid.* In Palæstinam ad comprimendos Judæos mittitur, *ibid.* Judæos agit in crucem, *ibid.* Ad administrandam Germaniam amandatur, 11. 12. II. Germanos aspere tractans ad defectionem impulit, *ibid.* Sibi ipse mortem conscivit, *ibid.* Syriam pauperem reliquit, 12. X.
 Variana clades in Germania, *ibid.*
 Vasa myrrhina in magno pretio olim habita, 34. XCVI. Unde materiam habent, *ibid.* Vide, Myrrhina vasa.
 Vasa templi in templum Pacis translata, 72. III.
 Vaticana basilica fontem habuit in atrio, 57. X. VIII.
 in Vaticano Petrus sepelitur, 69. XVIII.
 Vaticanum locus pauperum, 69. X.
 Vaticanum Janiculi pars dicta, 69. XVI.
 Vaticinia Domini impleta, 72. IX.
 Vaticanum de piscatione Apostolorum, 41. VIII.
 Vestigal fructuum venalium remissum Judæis a Vitellio, 37. II.
 Vestigal & tributum Principibus pendendum, 57. XXXI.
 Vela admota reliquit sanctorum, 55. XII.
 Velamen mulierum quale esse debeat, 57. LX. XXV.
 Velamen sacrarum virginum a Sacerdotibus benedictum, 57. XC.
 Velandi oculos capite truncandorum mos, 69. X. de Velandis mulieribus Pauli consilium, 57. L. XXXV.
 Velatae mulieres Judææ, *ibid.*
 Velatae mulieres Lacænae, *ibid.*
 Velatio improbata quæ, *ibid.*
 Velationis virginum apophoretica, 57. XC.
 Velationis celebritas Deo dicandæ virginis, *ibid.*
 Velo Poppæ Sabina utebatur, 57. LXXXV.
 Velum Sacrum quale, 57. XC.
 Velum scissum in morte Domini quod, 34. CX. XIII.
 Velum templi duplex, interius, & exterius, *ibid.*
 Velum templi quale esset temporibus Josephi, *ibid.*
 Velum virginitatis insigne, 57. LV.
 Velum mulierum quale reprehenditur, 57. LX. XXV.
 Venantius Fortunatus gratiam consecutus ex oleo lampadis, 55. XIV. Ejus carmen de sepulcris Apostolorum, 69. XXV.
 Venditionis Judaicæ typus in Zacharia expressus, 34. XIX.
 Veneri & Adonidi templum erectum ab Adriano Imp. ad abolendam præsepis memoriam, I. V.
 Veneris fanum Corinthi, 57. XLIII.
 Ventidius Cumanus Tiberii Alexandri successor, 50. I.
 Verba consecrationis quam efficacia, 34. LVIII.
 Verba aliquot Domini Jesu ab Evangelistis non scripta, 34. CCXX.
 Veritas non labefactatur, si hæreticus eam te- neat, 34. CCCXV.
 Veritas Catholica de S. Maria, 48. XII.
 Veronica Berenice dicta, 34. CXXXIII. Ejus Sudarium, *ibid.*
 Vespasianus a Nerone adversus Judæos missus, 69. XLVIII. Quot & quales clades Judæis intulerit, *ibid.* Galilæam debellat quando, *ibid.* Titum ad Galbam novum Imp. legat, 70. VIII. Tribus exceptis castellis, & Jerosolyma omnia loca Judææ subiecit, 71. II. Ab exercitu Imperator acclamatur, 71. III. A mul-

tis creditus Christus, 71. VIII. Ei cur tributa sint ea, quæ de Christo prænuntiata fuerant, 71. VI. Ei competere non possunt quæ de regno Messæ dicta sunt a Prophetis, 71. VIII. Ei ex S. C. decretum Imperium, 71. V. Alexandria solvens Romam venit, *ibid.* Ejus miracula ex impostura Tyanæ 71. VI. Cæcum & manu ægrotum sanat Alexandriæ, *ibid.* Omnes ex familia David necat, 73. XI. Capitolium concrematum restituit, 72. XII. Cæsarienses colonos fecit, 73. VIII. Philosophos præter Musoniam Urbe expulit, quâ occasione, 75. II. Christus haberi affectavit, 77. II. Ejus iustitia, 80. II. Ejus mors, 81. I. Ejus Imperii anni varie numerati, & cur, *ibid.*
 Vesper stella, 34. CLXVII.
 Vespere pro sero accipitur, 34. CLXVI.
 Vespera quid significet, 34. CLXV.
 Vespertinæ Missæ, 34. LXI.
 Vesperugo stella, 34. CLXVI.
 Vestæ Statuam non pati pluviam, commentum, 71. XI.
 Vestales virgines incisos sibi capillos ad arborem suspendebant, 57. XCIII. In eas Domitianus animadvertit, 83. III. 86. II. Earum crimine damnatarum poena, 94. VII.
 Vestigia pedum Domini, 34. LXVI.
 Vestigia Domini Jesu in monte Oliveti impressa, dum in cælum ipse ascenderet, 34. CCXX. VII.
 per Vestigia vestra, summissio animo dici, vel scribi solitum a Christianis sacerdotes obtestantibus, 34. CCLXIII.
 de Vestigiis Domini terræ impressis, & de excussis solo respuente marmoribus, quæ manus adornandi studio tentasset apponere, & de calcati pulveris directione, qui auctores meminerint, 34. CCXXIX.
 Vestigia Romanæ imudicitia, 21. I.
 Vestimenta Christi ubi servata, dum baptizaretur, 31. XIX.
 Vestimenta sua recepit Jesus in coena, 34. XXXIX.
 Vestis Christi inconsutilis, nequaquam pretiosa, 34. CXIII.
 Vestis nuptialis quæ, 34. XXXIX.
 Vestis Regis affinium qualis, 34. LXXXI.
 Vestis qua Jesus delusus, 34. LXXXII.
 Vestis cenatoria quæ, 34. XXXIX.
 Veste nigra indui solitas virgines Deo sacratas, 57. XCII.
 Vestes sacerdotales, 17. I.
 Vestes hominum in Oriente a feminis confici solitæ, 34. CXIII.
 Vestes scindere, sacerdotibus vetitum, 34. L. XXIII.
 Vestes scidit Jonathas sacerdos, non sacerdotales, sed militares, quibus dux indutus erat, ob turpam militum fugam, *ibid.*
 Vestes scidit Josue ob cladem bello acceptam, *ibid.*
 Vestes scindendi causæ, blasphemia potissimum & luctus, *ibid.*
 Vestes & ornatus mulierum qualis, 57. L. XXXVIII.
 de Vestitu mulierum, 57. LXXXV.
 Vestivii montis eruptio, 81. III.
 Vettius Marcellus equestris ordinis, 69. XXVII.
 Victor Episcopus Capuanus, 31. III.
 Victorini Pidalviensis carmen de Golgotha, 34. CXII.
 Victorium in bello Deus prænuntiare solebat per duodecim gemmas, infitas in rationali summi sacerdotis, 17. II.
 Vidua in Ecclesiæ ministerium cujus ætatis eligenda, 58. XXXIX.
Ann. Eccl. Tom. I.

Vidua offerens duo minuta a Domino laudatur, 34. XI.
 Viduæ Naim filius a mortuis revocatur, 32. XV.
 Viduarum collegia antiquissima, 57. LVI.
 Viduis septem discipuli præfecti, & eorum nomina, 33. XLI.
 Viennæ Paulus Crescentem relinquit, 61. IV.
 Viennam Gallicæ in exilium mittitur Archelaus, 16. I.
 Vigilantius Hispanus, vere Dormitantius, 57. CXXXIII. Contra cultum sacrarum reliquiarum, 55. X.
 Vigiliarum nocturnarum usus & modus, 51. LXXI. Ab Ambrosio auctus, non ablatus, *ibid.*
 Vigiliæ anniversariæ, 44. LXXXVIII. De Vigiliis christianorum etiam Ethnici scribunt, 51. LXXI.
 de Vigiliis nocte Dominicæ celebrandis, 58. LXX. XIX.
 Vincentius Bonardus, Magistri Sacri Palatii collega, 58. LXXVI.
 Vincentius Lirinensis, 53. XXXI.
 Victimæ Paschales quo tempore cædi inciperent, 34. XXVII.
 Vincula ferrea in sepulcro Domini imposita, 34. CXXXII.
 Vincula Petri in honore habita, 69. XXX. Eorum præconia, 44. VII.
 Vindicta in quosdam Herodis amicos ab Archelao petita, 8. XII.
 Vindicta in fumentes indigne Eucharistiam, 57. CLX.
 Vinidius Quadratus Syriæ Præfes, 50. V.
 Vini myrrhati natura, 34. XCIX.
 Vinum aqua mixtum in sacrificio offerendum, 57. CXLVI.
 Vinum felle mixtum gustasse Dominum, 34. XCVI. Cur gustaverit, 34. CVI. Id noluit bibere, *ibid.*
 Vinum myrrhatum, 34. XCVI. Vide, Myrrhatum vinum.
 Vina quæ permittitur mulieribus Romanis, 34. CVI.
 Viri a mulieribus separati in templo, 12. III.
 Viri Galilæi cur dicti Apostoli ab Angelo, 32. VII.
 Viros pios interdum a daemonibus vexatos, 32. XXIV.
 Virga ferrea, 57. XVI.
 Virga lupos arceat, & oves dirigit, 57. XX. VIII.
 Virgæ directionis usus duplex, *ibid.*
 Virgines pretiosa Christi monilia, 51. LV.
 Virgines suas Corinthii velabant, 57. LXX. XV.
 Virgines Lacænae aperta facie prodibant, *ibid.*
 Virgines Vestales supplicio damnatae, 86. II.
 Virgines Deo dicatas nigra veste indui solitas, 57. XCII.
 Virgines ut plurimum ad sacerdotium assumptos, 58. XX.
 Virginibus crines amputari diversis ex causis, 57. XCIII.
 Virginum locus in ecclesia antiquus, 57. C. XXV.
 Virginum collegia antiquissima, 57. LVI.
 Virginum Vestalium in crimine deprehensarum poena, 94. VII.
 Virgo Deo dicata, sponsa Christi cur dicta, 57. XCII.
 Virginis Deo sacratæ mater, focus Dei vocata, *ibid.*
 Virgo est Mariæ epithetum antiquissimum, I. VI.
 Virginitas Mariæ illibata, *ibid.*
 M m m m m Vit-

Virginitas per Christum exaltata, 2. I. Semper
& ab omnibus commendata, *ibid.* Etiam apud
Gentiles in pretio habita, 57. LIX. Ab
Augusto privilegiis ornata, 2. I. Ejus cultores
Corinthii, 57. LV. Eam perpetuam qui
coluerunt, 93. VIII. Ejus insigne, velum,
57. LV. Ejus assertores 57. LVII. Ejus impug-
natores, 57. LVIII. Ejus & continentiae
servandae consilium Pauli, 57. LIV. Ejus lau-
des, 2. I. 57. LIX.
Virginus Rufus a legionibus Romanis Impera-
tor nominatur, 99. I. Laudatur a Plinio,
ibid.
Visibile caput in Ecclesia statuendum, 33. X-
VIII.
Visto Petri, 41. VI.
Visitare omnes Ecclesias, Petri munus, 39.
XXVI.
Vita longæva aliquot exempla in primo Chri-
sti sæculo, 76. II.
Vitellius Præses Pilato successit, 31. VIII. Pro-
consul in Syriam mittitur, 37. II. Sacerdo-
tibus Judæorum cum ornato pontificio sto-
lam restituit, *ibid.* Judæorum populum in
fidem Cæsi novi Principis sacramento adigit,
36. II. Eum principes Judæorum quid de-
precati, *ibid.* A Syriæ præfectura amovetur,
41. XXI. Bellum Arabicum adversus Aretam
Regem parat, 39. II. Per Judæam exercitum
non ducit, cur, 68. XLIX.
Vitellius L. Vitellii filius ad Imperium proventus,
71. I. Turpissime imperat, 71. III. Imperat
mensis octo, dies quinque, 71. IV. Occidi-
tur, *ibid.* De ejus Imperii tempore opinio-
nes diversæ conciliatæ, 71. V.
Vitis magnitudo in superliminari portæ templi,
34. CLIII.
Vitis aurea in templo, *ibid.*
Vitro rupto sulphurata permutare soliti Judæi,
94. VI.
Ulpianus Christianorum hostis, 56. XI.
Ultio divina in Herodem, 7.
Ultio divina in Agrippam, 46. V.
Umbra Petri languores curante, cultus imagi-
nam & vis miraculorum præfiguratur, 34.
CCLXX.
Umbra Pauli an mortuos suscitaverit, 55. XI.
Una fuerit, an plures Magdalene, fusc dispu-
tatur, 32. XVII.
Una sabbati appellatus dies qui nunc Domini-
cus, 58. LXIII.
Uncia quid, 33. XXX.
Unctio pedum cur fieret, 32. XXVI.
Unctio Jesu a Magdalena ter iteratur, *ibid.*
Unctionem pedum M. Otho Neronem docuit,
ibid.
Unctio capitis biduo ante Pascha facta, 34. XIV.
Unctio extrema cur sic dicta, 63. XIV. Sacra-
mentum, 63. XV.
Unctio cadaverum cur iteraretur, 34. CLXIV.
Unctionis duplex genus, 63. XIII.
Unctionis mysterium, qua presbyteri recenter
baptizatos inungunt, aliud est a Sacramento
Confirmationis, 35. XIX.
Unguenta offerri solita ad sepulcra martyrum,
58. XCVIII.
Unguento pedes ungere, res inusitata, 32. XXVI.
Unguento pedes virgines Athenis ungebant, *ibid.*
Unguentum Nardi pistici quale, *ibid.*
Unguenti alabastrum, regale donum, 32. XXIX.
de Unitate Ecclesiæ assertio firma, 45. IV.
Unius uxoris vir in Episcopum cooptandus quo-
modo, 58. XXVIII.
Unum visibile caput in Ecclesia statuendum, 33.
XVIII.
Vocatio Petri, & Andreae, & filiorum Zebe-
dæi, 31. LVII.

Volatus magici a Luciano descripti, 68. XV.
Volatus Simonis magi quo tempore, 68. XV.
De eo Patrum assertio, 68. XIII.
Volatus Icarus sub Nerone exhibitus, 44. LIV.
Vologeses Parthorum Rex Neronis memoriam
honorat, 70. V.
Volsella chirurgicum instrumentum, 58. CXL.
Volusianum a Pilato Romam missum, falso tra-
ditum, 34. CCXXV.
Vox sanguinis Abel, & omnium iustorum cla-
mat de terra, 1. LIIII.
Vox in templo audita; Migremus hinc, 68.
XXXIV.
Voces cultiores non curandæ, 57. LXXXV.
Voces quædam Hebraicæ cur in Ecclesia reten-
tæ, 57. LXXXIV.
Voces novas in sacris non facile admittendas,
17. XXXIV.
Voces plurium linguarum communes interpretan-
di consuetudo probata, 31. XXVII.
Urbanus Episcopus in Macedonia, 58. LVI.
in Urbe quot ecclesiæ tempore Cornelii Papæ,
57. CI.
Urbicus Episcopus Arvernensis, 58. XXVI.
Urbis Romæ conditæ annus haud satis explora-
tus, 45. XVI. Ejus incendium tempore Ne-
ronis, 66. I. Quo die, *ibid.* Unde incæperit,
ibid. Quam diu duraverit, 66. II. Jussum fuisse
creditur, 66. III. Per novem dies arsit
Neronis temporibus, 66. VIII. Ejus protectio
a Petro Apostolo, 69. XXV.
Urbs Roma diversa ab Ecclesia Romana, 45.
XVIII.
Urbs Romana improbatur, Ecclesia laudatur, *ibid.*
Urceus unguenti, quo Christus inunctus, ubi de-
positus, 32. XXIX.
Ursini presbyteri castitas, & cautela, 58. XXVI.
Ursia unde dicatur, 48. XXIII.
Ursuardus & Ado Assumptionem Virginis dormi-
tionem appellant, & cur, 48. XV.
Ursuardi Martyrologium, 59. IV.
Uusus flagellorum duplex apud Romanos, 34.
LXXXIII.
Uusus truncandi capita damnatorum non fuit apud
Hebræos, 34. CX. Secus apud Romanos, *ibid.*
Uusus dandi annulum in nuptiis unde, 57. LII.
Uusus annuli sponsalis apud Romanos, *ibid.*
Utilitas ex dispersione discipulorum quæ facta
est sub Stephano, 35. I.
Vvithichindus Saxo monachus, nobilis historicus,
47. XI.
Vulcano litatur propter Urbis incendium, 66. VIII.
Uxor Pilatum monet, 34. LXXXII.
Uxor in profluviis & diebus solemnibus non co-
gnoscenda, 57. XLV.
Uxor semper in digito annulum habet, & cuius
gratia, 57. LII.
Uxor Sulpitii Galli dimissa propter apertum ca-
put, 57. LXXXV.
Uxorati tantum ab hæreticis ad sacros ordines
olim promoti, 58. XX.
Uxorem ducere quid sit, 31. XXXI.
Uxores Apostolos habuisse non reperitur, exce-
pto Petro, 57. LXVII.
Uxores post Ordines retinere nec Græcis olim
permissum, 58. XXVI.

X

X Antippe & Polyxena a Paulo in Hispania
ad fidem conversæ dicuntur, 61. IIII.
Xerophagia erat coena pura, 34. CXLIX.
Xerophagias, id est, siccorum edulcorum usum,
ab Apostolorum temporibus coepisse, 34. CLXI.
Xystus affirmat epistolam ad Hebræos, Tertullia-
no a quibusdam attributam, 60. XLVII.

ZA-

Z

Zabulon terra & Nephtholim a Domino illu-
strata, 31. LVI.
Zacharias pater Joannis mutus redditus, 1. LII.
Fuit filius Barachæ, 1. LV. Moriens quæ dixit,
1. LIIII. Eum occisum inter templum & alta-
re, patrem Joannis esse monstratur, 1. LII.
Ejus nece sententia confirmatur, 1. LIIII. De
ejus sanguine codex manuscriptus in bibliothe-
ca Vaticana, 1. LV. De ejus nece meminit
Valentinianus Imp. *ibid.*
Zacharias Joiadæ filius, 1. LIIII. A Joas Rege
interfectus, *ibid.*
Zacharias filius Baruch in templo occisus, 1. LVI.
Zacharias Papa de quibusdam animalibus non co-
medendis statuit, 51. XXIV.
Zachariæ Prophetæ corpus repertum, 34. CXXX.

Zarada Persis leges iniquas dedit, 44. XXXIII.
Zebedæi filiorum mater pro filiis rogat, 34. III.
Zelotarum Hebræorum custodiis arcata Jerusa-
lem, 68. L. In interiorem templi partem se
recipiunt, 69. XLIX. Jerosolymam exagitant,
ibid. Summum sacerdotem forte deligunt, *ibid.*
Contra cives dimicant, 69. LI. In plebem
grassantur, *ibid.* Omnes in templo a Joanne
occiduntur, 72. III.
Zeno Episcopus Veronensis quæ ex apocryphis
mutuatus, 1. VI.
Zeno cum decem millibus militum obruncatus
ad Aquas Salvias, 69. XI.
Zenodori domus quid esset, 8. XV.
Zephyrinus Papa quid de tempore martyrii Pe-
tri & Pauli, 69. II.
de Zeuzippi tyrannide apertum mendacium, 44.
XXXI.
Zona Eliæ & Joannis Baptistæ pellicea, 31. XIII.
Zosimus Cilix Babylonis in Ægypto Episcopus,
45. XVII.

INDEX

SCRIPTURARUM SACRARUM,

Quæ in hoc primo Annalium Tomo citatæ
elucidantur.

GENESIS.

Cap. 1. **D**ixit Deus: fiat lux, 1. I.
25. Peperit ei Cætura Madian, 1.
XXVI.

EXODI.

Cap. 8. Abominations Ægyptiorum immolabi-
mus, 42. XXIX.
12. Quartadecima mensis hujus ad vesperam.
Phasë Domini est, 34. XXVI.
28. Stringebatur rationale annulis suis, 34.
LXXXI.

LEVITICI.

Cap. 19. Neque in rotundum attondebitis co-
mam, 58. CXXXVI.
20. Separate ergo vos jumentum mundum ab
immundo, 41. VIII.
21. Non radent caput nec barbam, 58. CX-
XXVI.
21. Vestimenta non scindet, 34. LXXIV.
23. Mense primo quartadecima die ad Vespere-
ram Phasë Domini, 34. XXVI.

DEUTERONOMII.

Cap. 17. Nec adorent Solem, Lunam, & om-
nem militiam cœli, 60. XVI.
23. Non sit meretrix in Israel, 31. XXII.
23. Non erit vestigial pendens in filiis Israel,
65. LVIII.

JOSUE.

Cap. 14. Adam maximus ibi inter Enacim se-
pultus est, 34. CXI.

REGUM III.

Cap. 10. Regina Saba audita fama Salomonis,
1. XXVIII.
IV. 23. Adolebant incensum Baal, Soli, Lunæ,
duodecim signis, & omni militiæ cœ-
li, 60. XVI.

ESDRÆ II.

Cap. 3. Excussi sinum meum, 46. XV.

PSALMORUM.

Psal. 44. Pro patribus tuis nati sunt tibi filiis,
57. XXX.
57. Manus suas lavabit in sanguine peccato-
ris, 34. XC.
58. Disperge illos in virtute tua, 72. XXX.
65. Transivimus per ignem, & aquam, 34.
CCCXVII.

67. Principes Juda duces eorum, 31. VII.
68. Sustinui qui simul contristaretur & non
fuit, 34. XCVI.
80. Manus ejus in Cophino fervierunt, 94. IV.
109. Tu es Sacerdos in æternum secundum
ordinem Melchisedech, 34. L.
132. Sicut unguentum in capite quod descen-
dit in barbam, 55. VIII.

ISAIAE.

Cap. 8. Accipiet spolia Damasci, 1. XXVI.
9. Secundum LXX. Hoc primum bibe ter-
ra Zabulon, 31. XXXII.
21. Delectabitur infans ab ubere in foramine
aspidis, 1. XVIII.
22. Vocavit Dominus ad calvitium, 58. CX-
XXI.
28. Alitis linguis, & labiis loquar populo,
huic, 45. XXXV.
35. Germinans germinabit sicut lilium, 1.
XLVII.
60. Dromedarii Madian & Ephraim, 1. XXV.
XXXIV.
60. Surge, illuminare Jerusalem, 1. XXV.
61. Ut prædicarem annum acceptabilem Do-
mino, 31. I.
62. Vocabitur Tibi nomen novum, 43. XI.

JEREMIÆ.

Cap. 16. Mittam venatores, 41. VIII.
31. Vox in Rama audita est, 1. L.

EZECHIELIS.

Cap. 4. Non radent caput, neque barbam, 58.
CXXXVI.

DANIELIS.

Cap. 9. Civitatem, & Sanctuarium dissipabit po-
pulus cum duce venturo, 72. XXXIV.
9. Fuit in templo abominatio desolationis,
68. LIII.
9. In finem perseverabit desolatio, 72. XX-
VIII.

MICHÆÆ.

Cap. 1. Decalvare, & tondere, 58. CXXXI.
4. Et tu turris gregis nebulosa, 1. XVI.

ZACHARIÆ.

Cap. 11. Projice illud ad statuarium, pretium
decorum, 34. XIX.
14. Stabunt pedes ejus supra montem Oli-
veti, 34. CCXXVII.

MACHABÆORUM I.

Cap. 1. Fecerunt sibi præputia, 57. LXXI.

MATHÆI.

Cap. 2. Ecce magi ab oriente venerunt Jerosoly-
mam, 1. XIX. & segg.
2. Vidimus Stellam ejus in Oriente, 1. XIX.
exponitur, 1. XXXV.
2. Per aliam viam reversi sunt in regionem
suam, 1. XXXVII.
2. Accipe puerum, & fuge in Ægyptum,
1. XLII.
2. Occidit omnes pueros qui erant in Beth-
lehem a binatu & infra, 1. XLVIII.
2. Habitavit in Civitate quæ vocatur Naza-
reth, 9. I.
3. Habebat vestimentum ex pilis Camelorum,
31. XI.
3. Esca autem ejus erat locustæ & mel sil-
vestre, 31. XI.
3. Venit a Galilæa in Jordanem, ut bapti-
zaretur ab eo, 31. XVI.
4. Ductus est in desertum a Spiritu, 31. XX.
4. Abiit opinia per totam Syriam, 31. LVIII.
5. Qui dixerit fratri suo Racha, 31. X.
8. Occurrerunt ei duo habentes dæmonia de
monumtis exeuntes, 31. LXVI.
8. Exeuntes abierunt in porcos, 31. LX-
VI.
9. Cum vidisset tibicines & turbam, 31.
LXXVI.
10. Nolite possidere aurum, 34. CCLVIII.
13. Quadraginta & sex annis ædificatum est
templum hoc, 31. XXXVIII.
14. Herodes enim tenuit Joannem, 31. XL-
IV.
14. Saltavit filia Herodiadis, 33. I.
16. Quem dicunt homines esse filium homi-
nis, 33. XVI.
16. Tu es Petrus, & super hanc petram æ-
dificabo Ecclesiam meam, 33. XX.
XXII.
16. Vade post me satana, 33. XXVIII.
17. Solve pro me & pro te, 1. LXI.
17. Ducit illos in montem excelsum seorsum,
33. XXIX.
17. Accesserunt qui didragma peterent, 33.
XXX.
17. Ergo liberi sunt filii, 33. XXXI.
18. Tradidit eum tortoribus, 33. XXXIII.
21. Arefacta est continuo scilicet, 34. IX.
21. Cujus est hæc imago, & superscriptio,
34. IX.
23. Implete mensuram patrum vestrorum,
60. LVII.
23. A sanguine Abel iusti usque ad sangui-
nem Zachariæ, 1. LIV.
24. Cum videritis abominationem desolatio-
nis, 68. XLVIII. & segg.
24. Ecce in deserto est, nolite exire, 72. X-
III.
26. Vespere autem facta discumbebat cum
duodecim, 34. XXXVI.
26. Cœnantibus illis, accepit Jesus panem,
34. XLIV. & segg.
26. Et hymno dicto, 34. LXIV.
26. Quid vultis mihi dare, & ego eum vo-
bis tradam, 34. XIV.
26. In villam quæ dicitur Gethsemani, 34. L-
XVI.
27. Abiens laqueo se suspendit, 34. LXXV.
27. Chlamidem coccineam circumdederunt ei,
34. LXXXVI.
27. Accepta aqua lavit manus, 34. LXXXIX.

27. Acceptam spongiam implevit aceto, 34.
CXX.
27. Terremotus factus est magnus, & petrae
scissæ sunt, 34. CXXIV.
27. Quod exciderat in petra, 34. CXXX.
27. Recordati fumus, quod seductor ille, 56.
XI.
27. Illi abentes munierunt sepulcrum, 34.
CXXXII.
28. Vespere autem sabbati, quæ lucefcit in
prima sabbati, 34. CLXV.

MARCII.

Cap. 2. Nudaverunt tectum ejus, 31. LXX.
3. Erat ibi homo habens manum aridam,
32. IV.
5. Mulier quæ erat in profluvio sanguinis,
31. LXXXIV.
6. Cum introisset filia Herodiadis, & saltas-
set, 33. I.
6. Audivit Herodes opera quæ faciebat Chri-
stus, 33. VII.
6. Præcepit illis ut accumberent per contu-
bernia, 33. IX.
7. Nisi crebro laverint manus, non mandu-
cant, 33. XIV.
8. Post tres dies resurgere, 34. CLXXVI.
9. Assumpsit Jesus Petrum, & Jacobum, &
Joannem, 33. XXIX.
9. Abi, lava in natatoria Siloe, 33. XX-
XV.
10. Camelus per foramen acus, 33. XLV.
14. Vespere autem facta, venit cum duo-
decim discipulis, & discumbentibus,
& manducantibus, 34. XXXVI.
14. Manducantibus illis, accepit Jesus panem,
34. XLIV.
14. Et hymno dicto, 34. LXIV.
14. Amictus sindone super nudo, 34. LXVIII.
14. Summus sacerdos sciendens vestimenta
sua, 34. LXXXII.
15. Maria Jacobi Minoris, 21. LXV.
15. Magis Barabbam dimitteret, 34. LXXXII.
15. Dederunt ei bibere myrrhatum vinum,
34. XCV.
15. Tenebræ factæ sunt super universam fa-
ciem terræ, 34. CXX.
15. Implens spongiam aceto, circumponens
calamo, 34. CXXII.
15. Velum templi scissum est in duo, 34. C-
XXIII.
15. Erat autem hora tertia, & crucifixerunt
eum, 34. CLVII.
16. Cum transisset sabbatum, Maria Magda-
lene, & Maria Jacobi emerunt aroma-
ta, 34. CLXIV.
16. Valde mane una sabbatorum venerunt ad
monumentum orto jam Sole, 34. CLXIV.
16. Dicite discipulis ejus, & Petro, 34. CL-
XXXVIII.
16. Signa autem eos qui crediderunt hæc se-
quentur, 34. CCVIII.
16. Illi autem profecti prædicaverunt ubique
44. XIII.

LUCÆ.

Cap. 1. Tibi scribere optime Theophile, 58.
XXXIII.
2. Peperit filium suum primogenitum, &
pannis eum involvit, 1. II.
2. Pastores erant in regione eadem, 1. XVI.
2. Postquam consummati sunt dies octo, 1.
XVIII.
2. Postquam impleti sunt dies purgationis Ma-
riæ, 1. XXXVIII.

2. Remansit puer Jesus in Jerusalem, 12. LIV.
2. Erat subditus illis, 12. VI.
3. Anno quintodecimo Imperii, 31. IV.
3. Sub Principibus sacerdotum Anna & Caipha, 31. IV.
5. Ascendens in unam navem quæ erat Simonis, 31. LXII.
5. Vidit Publicanum nomine Levi, 31. LXXI.
6. Factum est in Sabbato secundo primo, 32. IV.
6. Elegit duodecim, quos Apostolos nominavit, 22. V.
6. Judam Iscariotem, 32. VI.
7. Ecce mulier quæ erat in civitate peccatrix, 32. XVII. & *segg.*
7. Attulit alabastrum, 32. XXVIII.
9. Tertia die resurgere, 34. CLXXVIII.
10. Designavit Dominus & alios LXXII. 33. XXXVIII.
11. Ficus, cui maledixisti, aruit, 34. IX.
12. Sicut Jonas fuit in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, 34. CLXXII. & *segg.*
13. Quorum sanguinem Pilatus miscuit cum sacrificiis eorum, 1. LXI.
16. Erat quidam mendicus nomine Lazarus, 33. XIV.
19. De Zachæo Publicanorum principe, 31. LXXI.
19. Videns civitatem, flevit super eam, 34. VIII. 72. I.
19. Circumdabunt te inimici tui vallo, 72. V.
19. Ad terram prosternent te, 72. V.
21. Non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant, 72. XXV.
21. Cum audieris prælia & seditiones, 69. LI.
21. Dicentes Quia ego sum, 72. XIV.
22. Euntes parate nobis Pascha, 34. XXI. & *segg.*
22. Facta hora discubuit cum duodecim, 34. XXXVI.
22. Accepto calice gratias egit, 34. XLIV.
23. Illusit indutum veste alba, 34. LXXIX.
23. Super vos ipsas flete, & super filios vestros, quia veniunt dies, 34. XCV. 72. IX.
23. Venerunt ad locum qui vocatur Calvarie, 34. CXII.
23. Scripsit super eum litteris Græcis & Latinis, & Hebraicis, 16. IX. 34. CXV.
23. Obscuratus est Sol, 34. CXVI.
23. Velum templi scissum est medium, 34. CXXIII.
23. Erat autem hora fere sexta, 34. CLVII.
23. Erat autem parasceve, & sabbatum il-lucefc-bat, 34. CLXV.
24. Vna autem sabbati valde diluculo, 34. CLVI.
24. Petrus procumbens vidit linteamina, 34. CLXXXV.
24. Duo ex illis ibant ipsa die in castellum, 34. CLXXXIX.
24. Aperuit illis sensum, ut intelligerent Scripturas, 34. CCXVI. & *segg.*

JOANNIS.

- Cap. 1. Tu es qui venturus es, 31. XXI.
1. Vocavit Andream, 31. XXII.
 1. Vocaberis Cephas, 31. XXV.
 1. Invenit Philippus Nathanael, 31. XXVIII.
 2. Nuptie factæ sunt in Cana Galilææ, 31. XXIX. & *segg.*
 2. Solve te lumen hoc, & in tribus diebus, 34. CLXX. I.
 2. Erat Joannes baptizans in Ennon juxta Sam, 31. XXI.

4. Erat quidam Regulus, 31. LIV.
6. Ad quem ibimus? verba vite æternæ habes, 33. XII.
12. Clamantes, Hofanna, 34. V.
13. Aspice quales lapides, & structura templi, 34. XII.
13. Ante diem festum Paschæ, 34. XXIV. XXVIII.
13. Surgit a cœna, & ponit vestimenta sua, 34. XXXVIII.
13. Quidam enim putabant, quia oculos habebat Judas quod dixisset ei Jesus: Eme, 34. XXIV.
13. Erat recumbens unus ex discipulis in sinu Jesu, 34. XL.
18. Erat mane, & ipsi non introierunt in prætorium, 34. XXIV.
19. Tunica inconsutilis, 34. CXIII.
19. In eum qui dicitur Calvarie locum, 34. CVII.
19. Erat scriptum Hebraice, Græce, & Latine, 16. IX.
19. Erat autem parasceve Paschæ, 34. XXIV.
19. Erat quippe magnus dies ille sabbati, 34. XXX.
19. Illi autem spongiam aceto plenam hyssopo circumponentes, 34. CXX.
19. Sicut mos est Judæis sepelire, 34. CXXX.
19. Parasceve Paschæ Hora quasi sexta, 34. CLVII. CLXI.
20. Venit mane, cum adhuc tenebræ essent, ad monumentum, 34. CLXV.
20. Inclinavit se, & vidit linteamina, 34. CLXXXII. CLXXXV.
20. Thomas unus de duodecim non erat cum eis, 34. CXCIV.
20. Et cum hæc dixisset, insufflavit, & dixit, 34. CXCIII.
21. Pasce oves meas, pasce agnos meos, 34. CXCIV.
21. Nec ipsum mundum arbitror posse capere eos, qui scribendi sunt, libros, 34. CCXIX. CCXX.

ACTORUM

- Cap. 2. Dum complerentur dies Pentecostes, 34. CCXXXIV.
2. Cæperunt loqui variis linguis, 34. CCXXV.
 2. Cum sit hora diei tertia, 34. CCXXXVIII.
 2. Sepulcrum ejus est apud nos usque in hodiernum diem, 34. CCXL.
 2. Baptizetur unusquisque vestrum in nomine Jesu Christi, 34. CCXLII.
 2. Frangentes circa domos panem, 34. CCXLV.
 3. Petrus, & Joannes ascenderunt ad horam orationis nonam, 34. CCXLV.
 3. Quem ponebant quotidie ad portam, 57. CXXVIII.
 3. Ad portam templi, quæ dicitur speciosa, 34. CCL. & *segg.*
 3. Consolidatæ sunt bases ejus, 34. CCLVIII.
 4. Annas princeps Sacerdotum, & Caiphas, 34. CCLX.
 4. Inter alios Barnabas Cyprius genere, 34. CCLXII.
 4. Ponebant ad pedes Apostolorum, 34. CC-LXIII.
 5. Vir quidam nomine Ananias, 34. CCLXIV.
 5. Ut veniente Petro, saltem umbra illius obumbraret, 34. CCLXVIII.
 5. Ante hos dies exiit Theodas, 34. CC-LXXII.
 6. Factum est murmur Græcorum, 34. CC-LXXVI.
 6. Eo quod viduæ eorum despicerentur in an-ni.

6. Non est æquum nos relinquere verbum Dei, & ministrare mensis: considerate viros, 34. CCLXXVIII.
6. Stephanus autem plenus gratia, & fortitudine, 34. CCXCV. & *segg.*
7. Deposuerunt vestimenta secus pedes adolescentis, 36. V.
7. Domine ne statuas illis hoc peccatum, 34. CCCII.
8. Curaverunt autem Stephanum viri timorati, 34. CCCIII.
8. Facta est persecutio magna in Ecclesia, 34. CCCXIX.
8. Omnes dispersi sunt per regiones, 35. I. IV.
8. Saulus devastabat Ecclesiam, 35. VI.
8. Miserunt ad eos Petrum & Joannem, 35. IX.
8. Imponebant manus super ipsos, & accipiebant Spiritum Sanctum, 35. XII.
8. Pecunia tua sit tecum in perditione, 35. XX.
8. Non erit tibi fors in sermone isto, 44. LXXVII.
8. Vir Ethiopos, Eunuchus Candacis Reginae Ethiopum, 35. XXVII.
9. Audivi a multis de viro hoc, 36. IV.
9. Omnes timebant eum, non credentes quod esset discipulus, 39. V.
9. Petrus dum transiret universos, 39. VIII. & *segg.*
10. Cornelius Centurio cohortis, quæ dicitur Italica, 41. II.
10. Ascendit ad superiora, ut oraret, circa horam sextam, 34. CCXXXIX.
10. Vidit cælum apertum, & descendens vas quoddam velut linteum magnum, 41. V. XI.
11. Quare introitis ad viros præputium habentes, 41. XI.
11. Ita ut cognominarentur primum Antiochiæ discipuli Christiani, 43. X.
11. Agabus nuntiavit famem magnam, 44. LXII.
11. Postulerunt singuli in ministerium mittere habitantibus in Judæa, 44. LXVII.
11. Status post Pascha producere eum populo, 44. III.
12. Venerunt ad portam ferream, 44. V.
12. Erat autem iratus Tyriis & Sidoniis, 44. IX.
12. Statuto die Herodes vestitus veste regia, 46. III. & *segg.*
12. Assumpto Joanne, qui cognominatus est Marcus, 45. XLIII.
12. Et ministrantibus illis, dixit Spiritus Sanctus: Segregate mihi Saulum & Barnabam, 44. XX. 51. XXVI.
13. Invenerunt quemdam virum magum, pseudopropheta, 46. XII.
13. Saulus qui & Paulus, 36. X. XII.
13. Viri fratres, si quis in vobis est sermo exhortationis ad plebem, dicitis, 46. XIII. 57. CLXI.
13. Illi excusso pulvere pedum, 46. XV.
14. Multo autem tempore commorati sunt, fiducialiter agentes, 47. I.
15. Nisi circumcidamini secundum legem Moysi, non potestis salvari, 51. IV.
15. Convenerunt Apostoli & Seniores audire de verbo hoc, 51. IX.
15. Ut abstineatis ab immolatis simulacrorum, & sanguine, & suffocato, & fornicatione, 51. XV. XVII.
15. Facta est contentio inter Paulum & Barnabam, 51. XLVIII.
15. Præcipiens custodire præcepta Apostolorum, 51. LVI.
15. Vivum est Spiritui sancto & nobis, 51. LVII.

16. Assumens circumcidit eum propter Judæos, 51. LXI.
16. Recto cursu venimus Samothraciam, 51. LXIII.
16. Ubi videbatur esse oratio, 51. LXVI.
16. Prima partis Macedoniae civitas colonia, 51. LXVIII.
16. Media autem nocte Paulus & Silas orantes, 51. LXVII.
17. Venerunt Thessalonicam, 51. LXXIII.
17. Ad Areopagum duxerunt, 52. I.
17. Ara in qua scriptum erat, Ignoto Deo, 52. IV.
17. In quibus Dionysius Areopagita, & mulier nomine Damaris, 52. X.
18. Quia ejusdem erat artis, manebat apud eos, & operabatur: erant autem scenofactoriæ artis, 52. XV. & *segg.*
18. Gallione autem Proconsule Achaïæ, 53. XXXIV.
18. Qui sibi totonderat in Cenchreis, 53. XXXV.
18. Et discedens, Cæsarem ascendit, 52. I.
18. Judæus quidam Apollo nomine, 57. III. & *segg.*
19. Disputans in schola Tyranni, 55. III.
19. Ita ut etiam super languidos deferrentur a corpore ejus sudaria & femicinctia, 55. VIII. XI.
19. Tentaverunt quidam de circumeuntibus Judæis exorcistis, 56. I.
19. Multique credentium veniebant confidentes & annuntiantes actus suos, 56. XV. & *segg.*
19. Multi ex his, qui fuerant curiosa sectati, contulerunt libros, 56. XL.
19. Faciens aedes argenteas, 57. CCXXVI.
19. Per horas duas clamantium: Magna Diana Ephesorum, 57. CLXXX.
19. Conventus forenses aguntur, 57. CLXXII.
20. Locutus esset usque ad diluculum, 58. LXIII.
20. Erant autem lampades copiosæ in cœnaculo, 58. LXX. & *segg.*
20. Ut diem Pentecostes faceret Jerosolymis, 58. LXXX. & *segg.*
20. Quos Spiritus Sanctus posuit Episcopos, 58. III. & *segg.*
21. Positis genibus in littore, oravimus, 58. CL.
21. Intrantes domum Philippi Evangelistæ, 58. CX. CXV.
21. Omnes collecti sunt seniores, 58. CXVIII.
21. His assumptis, sanctifica te cum illis, *ibid.*
21. Et impende in illis ut radant capita, 58. CXXI. & *segg.*
21. Cum autem septem dies consummarentur, 58. CXLIV.
21. Viderant Trophimum Ephesum, *ibid.*
22. Ego sum vir Judæus, natus Tarso Ciliciae, 36. VIII.
23. Nesciebam, fratres, quia Princeps es sacerdotum, 58. CXLIX.
24. Tremefactus Felix respondit, 58. CLIV.
24. Auctorem seditionis sectæ Nazænorum, 43. XVI.
24. Expleto autem biennio, successorem accepit Felix Porcium Festum, 58. CLVIII.
25. Cæsarem appello, 58. CLX.
26. Tunc Paulus extenta manu cepit rationem reddere, 58. CLXIII.
26. Exsurrexit Rex & Præcis, & Berenice, 58. CLXIII.
27. Incipientes navigare circa Asie loca, 58. CLXVII.
27. Venimus Lystram, quæ est Lyciæ, 58. CLXVII. 27.

27. Cum non esset tuta navigatio, eo quod jejunium præterisset, 58. CLXVIII.
27. Cum sustulissent de Afon, 58. CLXIX.
27. Cum incidisset in dithalassum, 58. CLXXI.
28. Excitans bestiam, nihil est passus, 58. CLXXII.
28. Accurrerunt nobis ad Appii Forum, & Tres Tabernas, 59. III.

EPIST. AD ROM.

- Cap.1. Gratias ago Deo meo per Jesum Christum pro omnibus vobis, quia fides vestra annuntiat in universo mundo, 58. XLVII.
14. Alius judicat inter diem & diem, 58. LXXXVI.
15. Per vos proficiscar in Hispaniam, 61. I. & segg.
16. Obedientia enim vestra in omnem locum divulgata est, 58. XLVII.
16. Phœben sororem nostram, quæ est in ministerio ecclesiæ quæ est in Cenchrus, 58. LV.
16. Salutate Andronicum & Juniam cognatos meos, 58. LVI.
16. Salutate eos qui sunt ex Narcissi domo, 58. LVI.

EPIST. I. AD CORINTH.

- Cap.1. Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cepha, ego Christi, 57. II.
2. Cum venissem ad vos, non veni in sublimitate sermonis, 57. V.
5. Tradere hujusmodi Satanæ in interitum carnis, 57. X. & segg.
6. Contemptibiles qui sunt in Ecclesia, hujusmodi constituite ad judicandum, 57. XXIV. & segg.
7. Iterum revertimini in idipsum, ne tentet vos satanas propter incontinentiam vestram, 57. XLII.
7. His autem qui in matrimonio sunt, præcipio uxorem a viro non discedere, 57. XLVI.
7. Volo omnes homines esse sicut me ipsum, 57. LIV. & segg.
7. De virginibus præceptum Domini non habeo, consultum autem deo, 57. LIV. & segg.
7. Circumcisus est? non inducat præputium, 57. LXXI.
9. Ita Dominus ordinavit his qui Evangelium annuntiant, de Evangelio vivere, 57. LXXXIII. & segg.
9. An non habemus potestatem circumducendi mulierem sororem nostram? 57. LXI.
11. Omnis mulier orans, aut prophetans non velato capite, deturpat caput suum, 57. LXXXV.
11. Vir quidem non debet velare caput, *ibid.*
11. Convenientibus vobis in Ecclesiam, 57. XCIX. & segg.
11. Jam non est Dominicam coenam, manducare, 57. CXXXI.
11. Probet autem se ipsum homo, 56. XXIII.
11. Cetera cum venero, disponam, 57. CXLV.
14. Cum convenitis, unusquisque vestrum psalmum habet, doctrinam habet, &c. 57. CLXI. & segg.
14. Quomodo dicit, Amen, 57. CLXV.
15. Novissime autem omnium tamquam abortivo, 44. LXXV.

15. Quid facient qui baptizantur pro mortuis, si mortui non resurgunt, 57. CLXVI.
15. Ad bestias pugnavi Ephesi, 55. IV. & segg.
16. De collectis quæ sunt in sanctos, 57. CLXIX.
16. Sit anathema, maranatha, 57. CLXXII. & segg.

EPIST. II. AD CORINTH.

- Cap.1. Hac confidentia volui prius venire ad vos, 58. XXXVI.
2. Si quid donavi, propter vos in persona Christi, 58. XXXVIII.
2. Non habui requiem spiritui meo, eo quod non invenissem Titum, 45. XXXII.
8. Misimus cum illo fratrem nostrum, cui laus est in Evangelio per omnes Ecclesias, 51. LXIV.
10. Epistolæ graves sunt & fortes, præsentia autem corporis infirma, 69. XIV.
11. A Judæis quinquies quadragenas, &c. 58. XLI.
11. Ter naufragium feci, *ibid.*
11. Noctæ & die in profundo maris fui, *ibid.*
11. Semel lapidatus sum, *ibid.*
11. Scio hominem ante annos quatuordecim, 36. IX. 44. LXXXIX.
12. Ecce tertio paratus sum venire ad vos, 58. XLIV.

AD GALATAS.

- Cap.1. Abii in Arabiam & iterum reversus sum Damascum, deinde post annos tres reversus sum Jerusalem, 37. I.
1. Veni Jerusalem videre Petrum, 39. IV.
2. Ascendi secundum revelationem, 51. X.
2. Creditum est mihi Evangelium præputii, sicut Petro circumcissionis, 51. XVII. & segg.
2. Reprehendi eum, quia reprehensibilis erat, 51. XXXI. & segg.
4. Dies observatis & mensis, 58. LXXXIII.

AD EPHESIOS.

- Cap.6. Nota vobis faciet Tychicus, 59. XIX. 60. X.

AD PHILIPPENSES.

- Cap.1. Vincula mea manifesta fierent in omnî prætorio, 59. VII.
2. Mortem autem crucis, 60. V.
3. Videte canes, videte malos operarios, videte concissionem, 60. IV.
4. Etiam rogo & te germane compar, 57. LXIV.
4. Qui de domo Cæsaris sunt, 59. IX.

AD COLOSSENSIS.

- Cap.2. Nemo vos judicet in cibo aut potu, aut in parte diei festi, 58. LXXXII.
2. Nemo seducat vos volens in humilitate & religione Angelorum, &c. 60. XV. & segg.
3. Docentes & communes vosmetipsos psalmis, hymnis, & canticis spirituales, 60. XXIV. & segg.
4. Et eam quæ Laodicensem est, vos legatis, 60. X. & segg.

I. AD

I. AD THESSALON.

- Cap.1. Ipsi scitis, fratres, introitum nostrum ad vos, 51. LXXIII.
2. Memores enim estis, fratres laboris nostri, & fatigationis, nocte & die operantes, &c. 52. XV. & segg.
3. Nunc autem veniente Timotheo ad nos a vobis, 52. XXII.

II. AD THESSALON.

- Cap.2. Itaque state & tenete traditiones, quas didicistis, 53. III. & segg.
2. Mysterium jam operatur iniquitatis, 70. III.
3. Salutatio mea manu Pauli: quod est signum in omni epistola: Gratia Domini, 60. LVI.

I. AD TIMOTHEUM.

- Cap.4. Spiritus manifeste dicit, quia in novissimis temporibus, &c. 57. CXCI.
4. Quia omnis creatura Dei bona est, 57. CXCI. & segg.
5. Quæ data est tibi per prophetiam, 44. LXXV.

II. AD TIMOTHEUM.

- Cap.1. Ex quibus est Phigelus, & Hermogenes, 59. VI. XX.
2. Des misericordiam Dominus Onesiphori domui, 59. VIII.
3. Quales mihi factæ sunt Antiochiæ, Iconii & Lystris, 47. I.
4. Ego enim jam delibor, 59. XIII.
4. Demas me reliquit diligens hoc sæculum, 59. X.
4. Crescens in Galatiam, *ibid.*
4. Penulam quam reliqui Troade apud Carpum, veniens affer tecum & libros, 58. LXVII.
4. Marcum assume, & adhuc tecum, 59. XII.
4. Salutat te Eubulus, & Pudens, & Linus, 59. XVIII.

AD TITUM.

- Cap.1. Si quis sine crimine est, unius uxoris vir filios habens fideles non in accusatione luxuriæ, 58. III. & segg.
2. Sunt multi inobedientes, vaniloqui, & seductores, maxime qui de circumcissione sunt, 58. XXXI.

AD PHILEMONEM.

- Paulus senex, nunc autem vincus Jesu Christi, 36. VI.
Quanto magis tibi & in carne, & in Domino, 60. XLI.
Simul autem & para mihi hospitium, 61. I.

AD HEBRÆOS.

- Cap.1. Tanto Angelis excellentior effectus, 60. XIX.
11. Lapidati sunt, secti sunt, &c. 60. LVII.
13. Cognoscite fratrem nostrum Timotheum dimissum, 60. XLII.

JACOBI.

- Cap.2. Si introierit in conventum vestrum vir aureum anulum habens in veste candida, 34. LXXX.
5. Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros Ecclesiæ, 63. XIII.

I. PETRI.

- Cap.2. Regale Sacerdotium, 34. CCLXXXVII.
5. Salutat vos Ecclesia quæ est in Babylone, 45. XVI. & segg.
5. Marcus filius meus, 45. XXIX.
5. Salutate invicem in osculo sancto, 45. XXIII. & segg.
5. Gratia vobis omnibus, 45. XXVII.

II. PETRI.

- Cap.1. Velox est depositio tabernaculi mei, 68. III.

I. JOANNIS.

- Cap.3. Charissime, fideliter facis quicquid operaris in fratres, & hoc in peregrinos, &c. 75. XV.

JUDÆ.

- Prophetavit autem de his septimus ab Adam Enoch, dicens, &c. 68. V.
Similiter & hi carnem quidem maculant, &c. 68. VIII. & segg.

APOCALYPSIS.

- Cap.3. Angelo Ecclesiæ Laodicæ scribe: Hæc dicit Amen, &c. 62. III.

I N D E X

C R I T I C Æ

HISTORICO-CHRONOLOGICÆ

P. ANTONII PAGII

QUÆ IN HOC TOMO CONTINETUR.

A

Acta Martyrum, licet primis Ecclesie saculis feliciter scripta, in Diocletiana tamen persecutione perire, 64. III.
 Agabus Propheta famem Ierosolymitanam prænuntiat, 46. III.
 Agbarus Edessenorum Rex a S. Thaddæo conversus sanatur, 29. VIII.
 Agrippa Herodis Agrippæ filius Romæ apud Claudium educatus, 44. II. Fit Rex Chalcidie & quo anno, 48. II. Ejus regnum augetur, *ibid.* III.
 Albinus in Judæam pergit, 60. IV. Ejus adventus a suo tempore male remotus, *ibid.*
 Alexandri Pontificis Romani Acta mendosa, 67. XV. Si non mendosa male tamen intellecta, *ibid.* XVI.
 Anacletus Cleto Papæ substituitur, 83. V. 91. III. Mortalitatem exiit, 95. VI.
 Anni urbis conditæ quo mense inchoati, 39. I.
 Antiochena Era triplex, 67. XXX.
 Antiochenum Concilium, quod Apostolorum tempore factum creditur, commentitium, 56. III. Erroris contrarii fundamentum evertitur, *ibid.*
 Antiochia tribus intra annos circiter triginta. Eris utitur, 67. XXX.
 Antiochus Rex Comagenes apud Vespasianum. defectio accusatus Romam victus mittitur, 69. XII.
 Arcani disciplinæ usus apud veteres Christianos, 32. II.
 Archelaus Herodis magni filius exilio mulctatur, 7. II. 14. II. Viennam Gallie amandatur, 14. II.
 Acetæ non Monachi a S. Marco Alexandria in-stituti, 62. IV. Unde hoc nomen desumpserint, *ibid.* Illorum a Monachis differentia quæ sit, exprimitur, *ibid.*
 Augustus decimumquartum Consulatum non suscepit Anno Christi 1. I. Censum inchoat, 12. III. Imperium in decennium recipit, 13. II. Tria lustra fecit, 14. V. Paulo post ultimum moritur, *ibid.* Mors ejus ab Eusebio male consignata, *ibid.* VI.

B

Bachonus Anglus Ordinis S. Francisci Christum passum die tertia Aprilis sentit, 32. VI. Ideoque de errore suspectus habetur, *ibid.* VIII.
 Barba ætatis anno XXII. Inchoato a Romanis posita, 56. II. Hic tamen mos primum mutatus ab Hadriano Imperatore, *ibid.*
 Bithynia ante Hadrianum Imperatorem fuit provincia populi, 69. X.

C

Cæsar, nomen familiæ, non dignitatis ante Neronis interitum fuit, 15. II. 69. IV. Cæsarea Philippi, mutato nomine, Nerodiana, in Neronis honorem ab Agrippa Rege appellatur, 60. IV. Hæc nova nuncupatio Decennalium Neronis occasione facta, *ibid.*
 Cæsarea & Augustea dignitates semper inter se distinctæ, 97. VIII. Contra sentientes redarguantur, *ibid.* IX.
 Cæsares quinquennalia, & Decennalia, extincta in Nerone Julia familia, exhibent, 14. VII. Id non faciunt nisi Tribunicia potestate vel imperio Proconsulari exornati, 14. VII.
 Cæsennius Petus a Vespasiano Præses in Syriam mittitur, 69. XII. Antiochum Comagenes Regem defectio accusat, vincit, victumque Romam mittit, *ibid.*
 Cælius Cæsar Consul anno Christi primo absens gerit Consulatum, 1. I. Expeditionem adversus Parthos suscipit, 1. IV. Item adversus Arabes 1. V. Artageram in Armenia obdicens vulneratur, 4. II. In Italiam revertens in Lycia moritur, *ibid.*
 Cælius Caligula alio in loco genitus, alio in loco natus, 12. III. Imperator dicitur, sed non nisi post Tiberii interitum, 33. II. Secundus, ad quem antea privatus a Tiberio fuerat designatus, Consulatum

Jatum init, 39. I. Tertium Consul solus procedit & quare, 40. I. Quartum fastis dat nomen, 41. I. Occiditur, 41. II.
 Canones Concilii, ut vulgo dicunt, Antiocheni Apostolorum temporibus celebrati falsa plurima & absurda continent, quibus hoc supposititium ostenditur, 56. III.
 Cassiodorus post Socratem errat circa observationem jejunii Romæ die sabbati, per tempus quadragesimale, 55. VII. & seqq.
 Catalogos Romanorum Pontificum a diversis exaratos, certo nomine, ut vitetur confusio, Auctor insignit, 67. XII.
 Catti adversus Domitianum Aug. rebellant, 84. II. De illis Domitianus triumphat, 85. II.
 Censum sub Claudio quo anno inchoatus, 48. IV. Item quo anno sub Vespasiano, 74. II. Certamen Quinquennale a Domitiano Aug. institutum & quo anno, 86. V. & seqq.
 Cestius Syria Præses, 66. II. Ierosolymorum. obfidionem solvit, *ibid.* Moritur, 67. XXX.
 Christiani ante Julianum Apostatam vocati Galilæi, 56. III. A Nerone & subsequentibus Imperatoribus male non habiti nisi criminum prætextu, 64. V.
 Christus quanto tempore in Ægypto manserit incertum, 6. V. Quo anno baptizatus sit, inquiritur, 25. III. & 29. III. Antiquorum circa Christi baptismum sententiæ diversæ adducuntur, 29. IV. Christi baptismum ab Orientalibus renovari solitum, 29. VII. Antiquorum de anno Passionis Christi opinio 32. III. & seqq. Eusebii de illo sententiæ male a Petavio explicata, 32. IV. Dies & mensis ejusdem passionis secundum Christianorum antiquam traditionem, 32. VI. Ex Historiæ profanæ cognitione potest detegi, 32. VII. Ex traditione tamen potius quam ex Astronomia innotescit, 32. VIII.
 Chronicon quod sub Damasi nomine circumfertur, ubi de Pii Papæ vicariatu loquitur, corruptum, 67. XXI. Hujus in Romanorum Pontificum morte & successorum electione recensenda modus explicatur, 67. XIII. Diversimode illud intelligentes multis refelluntur, 67. XIV.
 Claudius Augustus Caligulæ patruus, ab hoc Consul designatur, 39. I. & 42. I. Caligulæ in Imperio succedit, 41. II. Secundum. Consul procedit, 42. I. Antea Consulatum. suffectum gesserat, *ibid.* Ut Romanis famem patientibus optuletur, portum Ostiæ extruit, *ibid.* VII. Tertium init Consulatum, 43. I. De Britannis agit triumphum, 44. III. Pontificiam stolam Judæis restituit, *ibid.* Quinquennalia exhibet, 46. II. Quarto festis nomen dat, 47. I. Ludos seculares quarto & sexagesimo anno post quintos ab Augusto editos celebrat, *ibid.* II. Eisdem ludos centenariis urbis annis primus illigat, *ibid.* Quintum assumit Consulatum, 51. I. Imperii Decennalia edit, *ibid.* II. Horum occasione & Senatus adulationibus victus Neronem Principem Juventutis appellat, Consulem designat, eique Imperium Proconsulare largitur, *ibid.* Moritur, 54. II. Quanto tempore imperaverit, declaratur, *ibid.*
 Clemens Lino Pontifici Romano subrogatur, 67. XXVIII. & 78. III. Hujus Sancti epistola prima ad Corinthios fere integra perferat, secundæ vero quædam solum supersunt fragmenta, 93. III.
 Clemens T. Flavius Consulatu decoratur, 95. I. A Domitiano Augusto morti traditur, 96. II. Cletus post Clementem Romæ sedet, 77. II. E vivis excedit, 83. V. & 91. II. Quot annis sederit, insinuat, 91. II. Formula litterarum, *Ann. Eccl. Tom. 1.*

rum Apostolicarum, in qua habetur *Salvatorum* & Apostolicam benedictionem falso illi attribuitur, *ibid.* III.
 M. Cocceius Nerva annum aperit, 72. I. Secundum Consul procedit, 90. I. Quo anno in exilium missus, *ibid.* IV. Tertium gerit Consulatum post adeptum imperium, 97. I. Traianum adoptat, Cæsarem & Imperii Collegam dicit, imperioque Proconsulari exornat, *ibid.* II. & XI. Imperium non abdicat, *ibid.* III. & seqq. Opinio contraria refellitur, *ibid.* IV. & seqq. Quartum fastis dat nomen, 98. I. Moritur, *ibid.* II. Imperii ejus duratio indicatur, *ibid.*
 Collegæ imperii quo die nuncupari soliti, 71. V. Collegas imperii duplicis generis esse ostenditur, 72. I.
 Collegarum Imperii anni in Actis quidem publicis non memorati, in nummis tamen antiquis inculpti, 81. III. & seqq.
 Coloniae in municipia, & e contra, commutari solitæ, 60. II.
 Consulares viri plerumque Consules appellati, 96. II.
 Consulatus suffecti aliquando in Fastis memorati, 73. II. Aliquando etiam omitti, 83. II. & IV. 95. III. In nummis item sæpe prætermitti, 83. III.
 Consulatum Cæsareorum Regulæ contra censores illarum vindicantur, 81. II.

C O N S U L E S .

Cæsar, & L. Æmilius Paulus Anno Christi 1.
 P. Vinicius & P. Alfenus, 2.
 L. Aelius Lamia & M. Servilius, 3.
 Sex. Aelius Carus & C. Sestius Saturninus, 4.
 L. Valerius Messalla Volusus & Cn. Cornelius Cinna Magnus, 5.
 M. Æmilius Lepidus & L. Arruntius, 6.
 A. Licinius Nerva Silianus & Q. Cæcilius Metellus Creticus Silanus, 7.
 Furius Camillus & Sex. Nonius Quintilianus, 8.
 Q. Sulpicius Camerinus & C. Poppæus Sabinus, 9.
 P. Cornelius Dolabella & C. Junius Silanus, 10.
 M. Æmilius Lepidus & T. Statilius Taurus, 11.
 Germanicus Cæsar & C. Fonteius Capito, 12.
 C. Silius & Munacius Plancus, 13.
 Sex. Pompejus & Sex. Appulejus, 14.
 Drusus Cæsar & C. Norbanus Flaccus, 15.
 T. Statilius Sifenna Taurus & L. Scribonius Libo, 16.
 C. Cælius Rufus & L. Pomponius Flaccus, 17.
 Tiberius Aug. III. & Germanicus II., 18.
 M. Julius Silanus & C. Norbanus Balbus, 19.
 M. Aurelius Messala & M. Aurelius Cotta, 20.
 Tiberius Aug. IV. & Drusus Cæsar II., 21.
 C. Sulpicius Galba & D. Haterius Agrippa, 22.
 C. Asinius Pollio & C. Antistius Vetus, 23.
 Cornelius Cethegus & L. Vifellius Varro, 24.
 M. Asinius Agrippa & Cosius Cornelius Lentulus, 25.
 Lentulus Getulicus & C. Calvisius, 26.
 M. Licinius Crassus & L. Calpurnius Piso, 27.
 Ap. Junius Silanus & P. Silius Nerva, 28.
 C. Fufius Geminus & L. Rubellius Geminus, 29.
 L. Cassius Longinus, & M. Vinicius, 30.
 Tiberius Aug. V. & L. Aelius Sejanus, 31.
 Cn. Domitius Ahenobarbus & M. Furius Camillus Scribonianus, 32.
 Ser. Sulpicius Galba & L. Sulla Felix, 33.
 Paulus Fabius Persicus & L. Vitellius, 34.
 C. Cestius Gallus & M. Servilius Nonianus, 35.
 Sex. Papinius Alenius & Q. Plantius, 36.
 Cn. Accronius Proculus & C. Pontius Nigrinus, 37.
 M. Aquillius Julianus & P. Nonius Ann. Eccl. Tom. 1. Nunnus 2. spic-

Sprehās, 38.
 Caius Aug. II. & L. Apronius Cæsius, 38.
 Caius Aug. III. Solus, 40.
 Caius Aug. IV. & Cn. Sentius Saturninus, 41.
 Claudius Aug. II. & C. Cassina Largus, 42.
 Claudius Aug. III. & L. Vitellius II., 43.
 L. Quinctius Crispinus II. & M. Statilius Taurus, 44.
 M. Vinicius II. & Taurus Statilius Corvinus, 45.
 Valerius Afaticus II. & M. Julius Silanus, 46.
 Claudius Aug. IV. & L. Vitellius III., 47.
 A. Paulus Vitellius & L. Vipsanius, 48.
 C. Pompeius Gallus & Q. Veranius, 49.
 C. Antistius Vetus & M. Sullius Nervilianus, 50.
 Claudius Aug. V. & Ser. Cornelius Otfitus, 51.
 Faustus Sulla & Salvius Otho, 52.
 D. Junius & Q. Haterius, 53.
 M. Asinius Marcellus & M. Acilius Aviola, 54.
 Nero Aug. & L. Antistius Vetus, 55.
 Q. Volusius Saturninus & P. Cornelius Scipio, 56.
 Nero Aug. II. & L. Piso, 57.
 Nero Aug. III. & Valerius Messala, 58.
 C. Vipsianus Apronianus & L. Fonteius Capito, 59.
 Nero Aug. IV. & Cossus Corneilius, 60.
 Cæsonius Pætus & P. Petronius Turpilianus, 61.
 P. Marius Celsus & L. Asinius, 62.
 C. Memmius Regulus & L. Verginius Rufus, 63.
 C. Lecanius Bassus & M. Licinius Crassus, 64.
 A. Licinius Nerva Silianus & M. Vestinus Atticus, 65.
 C. Lucius, Telephus & G. Suetonius Paulinus, 66.
 L. Fonteius Capito & C. Julius Rufus, 67.
 C. Silius Italicus & M. Galerius Trachalus, 68.
 Servius Sulpicius Galba Aug. & T. Vinus Rufinus, 69.
 Fl. Vespasianus Aug. II. & Titus Cæsar I. Vespasianus Aug. III. & M. Cocceius Nerva, 70.
 Vespasianus Aug. IV. & Titus Cæsar II. Domitianus Cæsar II. & M. Valerius Messalinus, 71.
 Vespasianus Aug. V. & Titus Cæsar III., 72.
 Vespasianus Aug. VI. & Titus Cæsar IV., 73.
 Vespasianus Aug. VII. & Titus Cæsar V., 74.
 Vespasianus Aug. VIII. & Titus Cæsar VI. L. Ceionius Commodus & D. Novius Priscus, 75.
 Vespasianus Aug. IX. & Titus Cæsar VII., 76.
 Titus Aug. VIII. & Domitianus Cæsar VII. Sex. Annus Silvanus & T. Verus Pollio, 77.
 Domitianus Aug. VIII. & T. Flavius Sabinus, 78.
 Domitianus Aug. IX. & Q. Petilius Rufus II., 79.
 Domitianus Aug. X. & Appius Sabinus, 80.
 Domitianus Aug. XI. & T. Aurelius Fulvus, 81.
 Domitianus Aug. XII. & Ser. Cornelius Dolabella, 82.
 Domitianus Aug. XIII. & A. Volusius Saturninus, 83.
 Domitianus Aug. XIV. & L. Minucius Rufus, 84.
 T. Aurelius Fulvus II. & A. Sempronius Atratinus, 85.
 Domitianus Aug. XV. & M. Cocceius Nerva II., 86.

M. Ulpius Traianus & M. Acilius Glabrio, 91.
 Domitianus Aug. XVI. & Q. Volusius Saturninus, 92.
 Pompeius Collèga & Cornelius Priscus, 93.
 L. Nonius Asprenas & M. Aretinus Clemens, 94.
 Domitianus Aug. XVII. & T. Flavius Clemens, 95.
 C. Fulvius Valens & C. Antistius Vetus, 96.
 Nerva Aug. III. & L. Verginius Rufus III., 97.
 Corbulō succedit Quadrato in Præfectura Syriæ, 60. III.

D

Dacicum bellum primum a Domitiano susceptum, 84. II. Confectum, 85. II.
 Dacicum bellum secundum ab eodem Domitiano initum, 86. II. Quamdiu duraverit, *ibid.* IV.
 Dalmatia ad Romanos redit, 8. II.
 Damasi liber de Romanis Pontificibus, in triplicem priorum sæculorum & initii quarti Chronologia Pontificia digerenda cæteris quibuscumque præferendus, 67. VII. A pluribus vitis doctis rejicitur & ab aliis commendatur, *ibid.* VIII. & *segg.*
 Damasi opus non est, *ibid.* XII.
 Decebalus apud Dacos regnum obtinens, gravius diu populo Romano adversarius contra Domitiani legatos pugnat, 86. IV.
 Dies quibus Sancti Pontifices, alique coluntur, nihil præterquam cum die obitus, aut illorum sepulchræ communitate habent, 67. XXII.
 Idem dicendum de Christi, Desparæ aliorumque Sanctorum festis, *ibid.* XXIII.
 Dioceses Imperii Romani quot; & a quo tempore sic appellata, 37. IV. & *segg.* Harum cuilibet multa provinciæ sunt subiectæ, *ibid.*
 Dionysius Areopagita, an relicta Atheniensis Ecclesia Parisiensem rexit, 96. IV.
 Domitia Domitiani uxor, Augusta salutatur, a marito repudiatur; iterumque reducitur, 83. II.
 Domitianus Præfecturam quidem, sed non Consulatum recipit eodem anno, quo Vespasiano & Tito hic magistratus decretus, 60. IX.
 Domitiani Consulatus Imperium explicatur, *ibid.* Domitianus Cæsareo Imperio præditus fuit, *ibid.* XI. In quo ejus hoc Imperium situm sit, expenditur, *ibid.* Primum Consulatum inquit, 71. II. Consul secundum creatur, 73. I. & *segg.* Quinquennalia Imperii Cæsareæ exhibet; eadem Titus fratre Consulatum & Quinquennalia propria differente, *ibid.* Tertium Consulatus præcedit, 74. I. Quartum etiam susceptus, 75. I. Suffectus dehuo, 76. I. Iterum susceptus Decennalia exhibet, 77. I. Consul septimum, ordinarius tamen, 80. I. Octavo Fastis dat nomen, 82. I. Nonum inquit Consulatum, 83. I. Cæsareæ Imperii Quinquennalia anno uno dilata celebrat, *ibid.* I. I. Domitiani uxorem; a qua filium tulerat, augustam relinquat, *ibid.* Eam repudiat, iterumque reducitur, *ibid.* Decimum Consul præcedit, 84. I. Adversus Catos bellum suscipit, *ibid.* II. Consulatum de novo inquit, ut triumphum, tam de Catis; quam de Dacis exhibeat, 85. I. Ejusmodi triumphus numeris probatur, *ibid.* II. & 90. IX. Duodecimum se Consulatum designat, 86. I. Imperii Augustei Quinquennalia edit, *ibid.* II. Bellum secundum cum Dacis per legatos inquit, *ibid.* Primum omnium Quinquennale certamen instituit & Romæ agi curat, 86. V. Quo anno tale certamen instituit.

F

Fames Romæ oritur secundo Claudii Imperatoris anno & sæpe grassatur, 42. VII.
 Fæstorum ordo in Ecclesiis Cappadociæ, 67. XXIV. & *segg.*
 Fides secundo tantum post Christum sæculo in Africa disseminatur, 42. V.
 Flavia Domitilla Clementis Consulibus neptis, in insulam Pontiam jussu Domitiani deportatur, 95. II. & 96. II.

G

G Alba Servius Sulpicius dictus Consulatum inquit, 33. I. Servius, non Lucius in Fastis vocandus, *ibid.* In Hispaniis Proconsul rebellat, & Imperium a vindice oblatum arripit, 68. I. Neroni mortuo succedit, *ibid.* III. Consul præcedit, 69. I. Occiditur, *ibid.* II. Dies mortis & imperii duratio recensentur, *ibid.*
 Galileorum nomen Christianis impositum ante Juliani Apostatæ tempora, 56. III.
 Germanicus Quæsturam gerens, in Pannoniam ab Augusto mittitur, & Dalmatas aliquot damnis afficit, 7. III. In Germania cum Tiberio bellum gerit, 11. XIII. At non tanquam Proconsul, *ibid.* XV. Romam revertitur Consulque creatur, 12. II. Consul secundum præcedit, 18. I. In Orientem legatur ut motus componat, 17. III. Pisonis arte extinguitur, 19. III.
 Gessius Florus, Judææ Procurator, contra Judæos sævitiam & rapinam exercet, atque ab his pugna vincitur, 66a. IV.

E

Ecclesia per respectum ad Imperium ordinata, 37. IV.
 Ecclesia Africana ab Apostolis non instituta, 42. V.
 Ecclesiæ Romanæ Fasti, seu, ut vocant, kalendarium omnium vetustissimum, 64. VI.
 Ecclesiæ Orientalis undecimo post Christum sæculo status, 37. X. & *segg.* Eclipsis Christo moriente visa explicatur, 32. XI. A Phlegonte recte memorata, *ibid.* Annus quo ea accidit in Auctoribus corruptus, *ibid.* XIV.
 Edeffensis quo anno Evangelium prædicatum, 41. III.
 Epiphaniæ festum in Oriente alio die a Christi natali celebratum, 67. XXV.
 Episcopi olim per Presbyteros significati, 37. VIII.
 Epochæ prior Antiochena quo anno cœperit, 35. III.
 Epochæ anni novi faci, quare sic cognominata, 81. III. Unde defumenda, *ibid.* Sub quibus Imperatoribus & in quibus regionibus usurpata, *ibid.* III. & *segg.*
 Equites non raro Senatores creati, 94. II.
 Era Christiana Consulatu Cæsaris inchoanda, 1. III. A Dionysio Exiguo in occidentem inducta, 1. IV. Varia sortitur initia, *ibid.*
 Esseni non iidem qui Therapeutæ, 62. III. Divisi in Practicos & Theoreticos, *ibid.* Quas regiones incolerent, designatur, *ibid.*
 Evangelium etiam in America annuntiatum, 42. II.
 Evaristus post Anacleum Pontifex Romanus eligitur, 95. VI.
 Eusebius Cæsariensis in Chronologia Pontificia cæcutit, 67. XI.

H

Helena Adiabænorum regina Judæis fame oppressis opitulatur, 42. VII. & 46. III.
 Herodes Agrippa e vivis excedit, 44. II. Ei supersunt tres filiae, & filius Agrippa dictus, *ibid.*
 Herodes Chalcidis moritur, 48. II.
 Herodes interit, 6. II.
 S. Hieronymus Martyrologii, quod vulgo Hieronymianum vocatur, Auctor dicitur, 67. XXII.

I

Iacobus Apostolus cognomento Justus quo anno morte affectus, 60. IV.
 Ieiunium in Quadragesima etiam sabbato Romæ observatum, 55. VII. & *segg.*
 Ierosolyma a Tito capitur, 70. II.
 Ierosolymitanum Concilium Apostolorum temporibus celebratum pro Ecclesiæ Antiochenæ causa, ejusque rogatu habitum, 56. III.
 Illiberitanum Concilium non est supposititium ut a multis creditum, 55. V. Quasvisque imagines & picturas non prohibet, sed Dei solius & Sanctissimæ Trinitatis, *ibid.*
 Imaginum usus quatuor primis Christianæ Religionis sæculis non adeo frequens, 55. III. & V. Crevit aliquantulum, quando nullum idololatricæ fuit periculum, *ibid.* IV. Sed hoc non eodem tempore, at alibi citius, alibi tardius, *ibid.* Quinto demum sæculo talis usus invaluit, *ibid.*
 Imperatores Quinquennalium & id genus solemnium occasione, filios Cæsares renuntiant, aut
 N n n n a 3 in

in confortium Imperii Augustei acciscunt, 51. II. Mors hujus origo, *ibid.* Persecutiones etiam eodem tempore in Christianos excitare, vel sedare solent, 64. II.
Imperatores, qui post Neronem & Domitianum fideles exterminare voluerunt, nova ad id raro emisserunt Edicta, sed ea Neronis & Domitiani vim habere præceperunt, 64. VI.
Inter pontificia quorundam Pontificum certo definire multum difficile, 67. XXVII.
S. Joannes Apostolus numquam in Asiam cum Beatissima Virgine migravit, 42. III.
Josephus Judæorum historiam recte scripsit, 14. III. Ejusdem de Christo testimonium nullo modo supposititium, 32. XV. Libros Antiquitatum Judaicarum quo anno publicaverit, ostenditur, 94. IV.
Irenæi de anno baptismi & mortis Christi sententia adducitur, 32. V.
Judæi a Romanis deficiunt propter rapinas & seditiam Gessii Flori, 66. II. & *seqq.*
Judaicum bellum sub Nerone cui anno assignandum, 66. II. & *seqq.*

K

Kalendaria Martyrologiis antiquiora, & fide digna, 64. VI. A Martyrologiis diversa, *ibid.* Unde hæc differentia petenda sit, *ibid.* A nobilioribus Ecclesiis, Romana præsertim, composita, *ibid.*

L

Latinis potius quam Græcis circa Romanorum Pontificum tam seriem, quam durationis tempus, fides adhibenda, 67. VI. S. Leo Papa non favet Socrati jejuniis sabbato in Quadragesima Romæ observatum neganti, 55. VII. & *seqq.*
Linus, qui Sancti Petri per aliquot annos Vicarius fuerat, ipsi succedit, 65. II. 67. XXVIII. & 78. III. Mortis ejus annus statuitur, 78. III. Livia, Augusti uxor moritur, 29. IX.
Longinus gerit Consulatum, 30. I. A Claudio Augusto in Syriam Præses mittitur, 42. VIII. Ejus præfectura brevis fuit, *ibid.*
Lucianus Proculus Senator ex urbe egredi cum Domitiano cogitur, 89. III.
Lucius Antonius Germanicus Præses contra Domitianum Augustum rebellans a Lucio Maximo vincitur & capitur, 89. III.
Lucius Cæsar Massiliæ decedit, 2. II. Hunc Tiberius simulat decessit, *ibid.*
Lucius Maximus Domitiani Legatus rebellans in Germania domat, 89. III.
Lustra a quo primum instituta, 14. VI. Quo tempore fieri solita, *ibid.*
Lustrum LXXXIV. a Claudio Imp. conditum, 48. IV.
Lustrum LXXXV. a Vespasiano Imp. conditum, 74. III.

M

Magdalena cum Lazaro Ephesi non agit, neque ibidem quiescit, 42. IV.
Martyres plures passi sunt sub Nerone, quam a quibusdam creditum, 64. III. Multorum in hac persecutione occisorum nomina perire, *ibid.* V.
Martyrologia Kalendaris posteriora, illis tamen fides non deneganda, 64. VI.
Martyrologos, aut Chronicorum Pontificiorum

Scriptores in Pontificum morte assignanda uno tantum die dissidentes conciliandi expedita methodus traditur, 67. XXVI. Ubi autem hæc posset differere, alia subministratur, *ibid.* XXVII.
Monachi ab Ascetis diversi; illorumque nomen serius coeptum, 62. IV.
Mucianus Syriæ Præses constituitur, 67. XXX. Adversus Vitellium Romam a Vespasiano mittitur, 69. XII.

N

Natalis Christi, ejusdemque Epiphaniæ festum diversis diebus in oriente celebratum, 67. XXIV. & *seqq.*
Nepos: Hæc vox non cognomentum Consulatum, sed horum ab avis originem plerumque indicat, 2. I.
Nero Imperio Proconsulari donatur, 57. I. Annos natus septem decem Claudio Imperatori succedit, 54. II. Consulatum init, 55. I. Imperii Proconsularis Quinquennalia celebrat, *ibid.* II. Secundum Consul procegit, 57. I. Tertium gerit Consulatum, 58. I. Imperii Augustei Quinquennalia exhibet, eorumque occasione macellum dedicat, *ibid.* II. Janum primo claudit, 71. VII. Quinquatrum Minervæ die festo Agrippinam matrem occidit, primam barbam ponit, pilosque Jovi Capitolino consecrat, 59. II. Ludos Juvenales instituit, 58. II. & 59. II. Annum quarto aperit, 60. I. Decennalia Imperii Proconsularis edit, *ibid.* II. Quinquennali ludicro ad morem Græci certaminis dat initium, *ibid.* Auguſtei Imperii Decennalia agit, eoque tempore persecutionem in Christianos excitat, 64. II. Ab iis Antichristus in fine mundi venturus creditur, *ibid.* VI. Imperii Proconsularis dat quinquennalia, & persecutionem continuat, 65. II. Petrum & Paulum Apostolos interfici jubet, *ibid.* & 67. III. Quo anno, quoque die id mandaverit, certo demonstratur, 67. III. & *seqq.* Janum iterum claudit, 71. VII. In Orientem proficiscitur, 67. II. Redux Romam intrat eo, quo Augustus olim triumphaverat, curru, *ibid.* Roma Neapolim petit, ubi Galliarum & Hispaniarum defectionem accipiens, Romam iterum præterpidus redit, 68. I. Privatis ante tempus magistratu Consulibus, solus Quintum init Consulatum, & quare, *ibid.* II. Occiditur, *ibid.* III. Imperii ejus tempus, diesque mortis assignantur, *ibid.*
Nerva Augustus. Vide, Coccejus Nerva.
Nilus Doxo Patrius Tractatum de quinque Thronis Patriarchalibus scribit, 37. X.
Novitates in Imperio quibus annis inducæ, 87. II.

O

Olympiadas supputandi modus peculiaris, 32. XII. Olympiades mendose in Eusebio & Africano expressæ, *ibid.* XIII.
Ordinationes Pontificum tam Romanorum, quam aliorum, ante pacem Ecclesiæ per Constantinum redditam quocumque die indiscriminatum peractæ, 67. XVIII. Quo tempore Romanorum Antistitum & aliorum ordinationes diebus Dominicis vel festis solemnioribus fieri cæperint, indigitatur, *ibid.* XX.
Otho Imperator numquam a Nerone quaestor in Hispaniam missus, sed Proprætor solum Lusitaniam administrat, 69. VI. Galbæ Augusto succedit, *ibid.* Se ipsum interimit, *ibid.* Quanto tempore imperarit, quoque die mortuus fuerit explicatur, *ibid.* PAN-

P

Pannonia in Romanorum deditionem venit, 8. II.
Patres septimæ Synodi in factorum librorum Critica parum versati, multas apocryphorum quisquillas probant, 56. III.
Patriarcha Constantinopolitanus multa a Romano injuste avellit, 37. X.
Patriarcha Jerosolymitanus quamplurima contra Apostolicæ sedis judicium usurpat, 37. X.
Patriarchæ Antiocheno Metropoliton & sedium Episcopaliū subiectarum numerus, 37. XI. Alexandrino, *ibid.* XII. Jerosolymitano, *ibid.* XIII. Constantinopolitano, *ibid.* XIV.
Patriarchatus Jerosolymitanus ab Antiocheni potestate avulsus, 37. XIII.
Patriarchatum institutio, quando & quibus in locis facta, 37. IX.
Paulus Apostolus quibus anno & die martyrium passus, 65. II. 67. III. & *seq.*
Persecutio in Christianos sub Nerone, 64. II. Non solum contra fideles Romæ versantes edicta, sed & contra omnes ubique per Romanum Imperium degentes, *ibid.* IV.
Persecutio sub Domitiano cruenta, 90. VI. Quandonam inchoata, *ibid.* V. & 91. IV. Quando item & qua occasione aucta, 95. II. In nummo Isaco non expressa, *ibid.* V.
Petronius Vitellio in præfectura Syriæ succedit, 39. II. Ab aliis tribus ejusdem nominis diversus, *ibid.*
Petrus Apostolus Romam non venit sub Claudio Imperatore, 43. II. Sed sub Nerone tantum, *ibid.* III. & 54. III. Qui sub Claudio venisse contendunt absurda comminisci coguntur, 43. II. & *seq.* Unde orta opinio, Petrum Romæ annis viginti quinque sedisse, *ibid.* Petrus a Nerone necatur, 65. II. 67. III. & *seq.*
Philippus Herodis Acalonitæ filius & Antipæ frater moritur, 34. III. & 37. III.
Phlegon Hadriani libertus solis deliquit. Christo moriente visum memorat, 32. XI.
Pidoræ Deum & Trinitatem representantes alias vetitæ, 55. V. Hæc prohibitio occasione Catechumenorum & Gentilium facta, *ibid.* Hujus prohibitionis ratio insinuat, *ibid.*
Piso constituitur Syriæ Præses post Creticum. Silanum, 17. III.
Piso dictus Licinianus a Galba adoptatus Cæsar renuntiat, sed intra sextum adoptionis diem perit, 69. II.
Pomponius Flaccus Proprætor Syriæ destinatus hujus dignitatis possessionem non init, 11. V. Consulatum gerit, 17. 1. Urbis præturam obtinet, 11. V. Syriæ tandem Præses constituitur, 22. III. Moritur, 33. III.
Pontificum Romanorum duratio, non ab electione, sed ab Episcopali ordinatione numeranda, 67. XVII. Eorum emortalis dies sæpe diversus ab eo, quo coluntur, sæpe etiam cum eorumdem translatione similive festivitate confusus, *ibid.* XXII.
Præfeti Prætorio non semper assumpti ex ordine equestri, 94. II. Aliquando tamen consules creati, *ibid.* III.
Præfeti Prætorio, qui Romani Imperii Diocæsibus præessent, quot, & a quo instituti, 37. IV.
Præfeto Orientis, quot, & quæ Provinciæ subiectæ, 37. V. Illyrici, *ibid.* VI. Italicæ, *ibid.* Galliarum, *ibid.* VII.
Provinciarum Romani Imperii quinque ejusdem Diocæsibus constituentium numerus assignatur, 37. IV. & *seq.*

Q

Quadratus C. Ummidius Durmius Cassio Longino succedit in Syriæ Præfecturam, 42. VIII. Moritur, 60. III.
Quinquatrum Minervæ dies festus, quo mense & die celebratus, 68. II.
Quinquennale certamen a Domitiano institutum, & quo anno, 86. V. & *seq.*
Quinquennale ludicrum a Nerone Aug. institutum quovis anno quinto exacto agi solitum, 60. II.

R

Regulæ quædam ad Chronologiam Pontificiam restituendam stabiliuntur, 67. V. & *seqq.*

S

Sabbatum in Quadragesima etiam Romæ jejuniis consecratum 55. VII. & *seqq.* Diversæ super hoc jejuniis sententiæ explicantur & refelluntur, *ibid.*
Sabbatum secundo-primum quid sit, 30. III. Sanctorum Patrum circa illud discrepantes adducuntur opiniones, *ibid.*
Sancti alio sæpius, quam quo mortui, die coluntur, 67. XXIII. Dies eorum mortis non raro cum Translatione, Reliquiarum Elevatione, vel Templi in illorum honorem constructione confusus, *ibid.*
Sanguis apud Sabinos Deus, qui & Fidius dicitur, pactis & foederibus præest, 42. VI. Unde sic appellatus, *ibid.*
Saturninus Cn. Sentius Cn. Sentii Saturnini filius post Pisonem Syriæ præficitur, 19. III. Ab ea removetur, 22. III.
Saculares Ludi qua anni tempestate edi soliti, 88. III. Aliquando privatis, aliquando ipsi Imperatoribus Consulatum gerentibus, exhibitos fuisse ostenditur, 47. II.
Sedis ut loquimur, vacantis tempus a morte unius Pontificis ad successoris ordinationem supputandum, 67. XVII.
Seianus astu & dolo Tiberii Aug. interit, 31. III.
Servius Tullius Romanorum Rex, Iustrum primum instituit, 14. IV. Quo ritu, *ibid.*
Silanus Q. Cæcilius Metellus Creticus Fassis dat nomen, 7. 1. In Præfectura Syriæ Quirinio succedit, 14. IV.
Simon magus a Romanis numquam consecratus, 42. VI. Error multorum circa statum Romæ effosam, Simoni sacram existimantium, detegitur, *ibid.*
Socratis error circa jejuniis observantiam Romæ, in Quadragesima detegitur, 55. VII. & *seqq.*
Statuarum usus in Christianorum Templis non inducitur, nisi tempore septimæ Synodi generalis, 56. III.
Stephanus post Zachariam ad sedem Romanam evehitur, numquam tamen consecratus, ideoque unanimiter in catalogis omissus, 67. XVII.
Stola Pontificia Judæis, a Claudio Imperatore restituitur, 44. III.

T

Thaddæus ad Agbarum Regem missus, ut eum sanet & convertat, 29. VIII.
 Therapeutæ Christiani non erant, 62. III. Distincti ab Essenis, *ibid.* Illorum habitatio & Metropolis, *ibid.*
 Tiberius Claudius Nero Rhodo Romam redit, 3. II. Ab Augusto adoptatur & Tribunitiam potestatem accipit, 4. III. Germanos vincit, 5. I. Dicitur Imperii Collega, 11. II. & X. Quinquennalia & Decennalia in morem inducit, 14. VI. Et ut Imperatores in Quinquennalibus & id genus solenniis Consulatum sumerent, *ibid.* Imperii proconsularis Quinquennalia edit, 26. II. Consul tertium procedit, 28. I. Imperii Cæsarei Quinquennalia exhibet, *ibid.* II. Augustei Quinquennalia dat, 19. II. Consul quartum Proconsularis Imperii; Decennalia edit, 21. I. & *segg.* Tum Cæsarei Vicennalia, 22. II. Item Augustei Decennalia, 24. II. Proconsularis Quinquennalia, 25. II. Cæsarei quinta Quinquennalia, 26. II. Augustei Quinquennalia celebrat, 29. II. Huius Imperatoris annus decimus quintus a Luca memoratus, a qua epocha deducendus sit, examinatur, 29. V. Tiberius imperii Cæsarei Tricennalia edit, 30. II. Consul quintum Imperii Proconsularis Vicennalia exhibet, 31. I. & *segg.* Imperii Augustei dat Vicennalia, 34. II. Proconsularis quinta Quinquennalia, 35. II. Cæsarei septima Quinquennalia, 36. II. Moritur, 37. II.
 Tiberius Claudius Censor, Viennæ Procurator & Proquæstor, diversus a Tiberio Augusto, 2. XIII.
 Tiberius Alexander, Ægypti Præfectus primus in verba Vespasiani legiones adigit, 69. VII.
 Titus Vespasiani filius annum aperit, 70. I. Jerusalemam capit, *ibid.* II. Quo die adversus eam castra posuerit, stabilitur, *ibid.* Romam redit, & quo tempore, *ibid.* III. Imperio Proconsulari exornatur, 71. IV. Imperii collega renuntiatur, *ibid.* III. Ubi, & quo die Collega nuncupatus, 71. VI. Huius Imperatoris triumphus propter captam Judæam nummis representatus, *ibid.* Janum cum Patre Vespasiano claudit, *ibid.* VII. Consul iterum procedit, ob imperium nempe Proconsulare, quo anno præcedenti donatus fuerat, 72. I. Tertium assumit Consulatum collega Vespasiano, 74. I. Quinquennalia Imperii Cæsarei exhibet, *ibid.* II. Quartum Consul creatur, 75. 1. Quintum init Consulatum, & imperii Proconsularis dat Quinquennalia, 76. I. & *segg.* Sexto dat factis nomen, 77. I. Imperii Cæsarei Decennalia celebrat, 78. II. Septimo Consulatus magistratum suscipit, 79. I. Vespasiano patri in imperio succedit, *ibid.* II. Octavo annum aperit ob initum nempe Augusteum imperium, & Proconsularis imperii edit Decennalia, 80. I. & *segg.* Moritur, 81. II. Quanto tempore vixerit, atque vel solus, vel cum patre imperarit, indicatur, *ibid.* II. & *segg.*
 Tostatus novam opinionem de Christi morte & passione inducit, 32. VIII. & *segg.* De religione suspectus, pro se Apologiam scribit, *ibid.*
 Translatio Sanctorum nomine depositionis saepe ab Antiquis expressa, quod multis errandi occasio fuit, 67. IV. Facta saepe saepius iis-

dem diebus, qui natalis erant Sanctorum; *ibid.*
 Transubstantiatio & realis Christi præsentia in Eucharistia ex arcani disciplina antiquitas occultata, 32. II.

V

Variana clades Romanis luctuosa, quo anno, & quo loco acciderit, 10. II.
 Vespasianus Gadacensium civitatem capit & vastat, dein Jotapatam, 67. XXIX. Totam Galliam subicit, *ibid.* & 68. IV. & 69. XIII.
 A Tiberio Alexandro Ægypti Præfecto, primum Imperator salutatur, 69. VII. Imperii eius epocha duplex, *ibid.* Mucianum Romam adversus Vitellium mittit, *ibid.* XII. Consul secundum procedit, 70. I. Tertium assumit Consulatum, 61. I. Titum filium imperii Collegam dicit, *ibid.* III. & V. Proconsulari dignitate eum ornat, *ibid.* IV. Cum eo de Judæa capta triumphat, *ibid.* VI. Fanum claudit, *ibid.* VII. Quartum, non tertium, ut vult Baronius, Tito II. Collega factis dat nomen, 72. I. Error Baronii circa hunc Consulatum detegitur, *ibid.* Quintum Consulatum assumit, 74. I. Lustrum cum Tito filio condit, *ibid.* III. Sexto annum aperit, 75. I. Quinquennalia Augustei Imperii celebrat, *ibid.* II. Septimo Consulatu fungitur, 76. I. Annum cum Tito non cum Domitiano octavo aperit, 77. I. Nonum Consulatum init, 79. I. E vivis excedit, *ibid.* II. Imperii eius duratio exhibetur, *ibid.*
 Vibius Marus post Petronium Syria præest, 42. VIII. Ab ea præfectura removetur a Claudio Aug. post mortem Agrippæ Senioris, *ibid.*
 Vicarii Romanorum Pontificum nulli per tria priora Ecclesiæ sæcula, si Linum & forte Cletum & Clementem excipias, 67. XXI.
 Vicarius olim idem quod successor, 67. XXI.
 Victoriæ ab Imperatoribus annis præcedentibus relatæ in Quinquennalibus, & id genus festis subsequentibus saepius memoratæ, 80. II.
 Victorius Aquitanus Periodum DXXXII. annorum inchoat, 28. II. Hæc in tota fere Gallia communis & diutius admittitur, *ibid.*
 Vindex Proprætor in Galliis contra Neronem, rebellans Galbæ imperium offert, 68. I.
 Vitæ Anagogicæ nomen nec Apostolis, nec quibusvis scriptoribus solenne, 56. III.
 Vitellius post Neronem arripit imperium, 69. V. Germaniam ingreditur, ubi ab exercitu imagines Galbæ distrumpente Imperator salutatur, *ibid.* VI. Interit, *ibid.* VIII. Dies ejus natalis & emortualis, ipsiusque imperii tempus assignantur, *ibid.*
 M. Ulpius Traianus annum aperit, 91. I. A Nerua adoptatur, Cæsar & Imperii Collega dicitur, & Imperio Proconsulari exornatur, 97. II. Ante mensem Novembrem adoptatur, *ibid.* XI. Imperator quidem, Nerua vivente, sed non Augustus appellatus, 97. VII.
 Unctionis extremæ usus antiquus ab hodierno diversus, si quasdam Ecclesias excipias, 61. II. Unctio extrema ante Viaticum olim dari solita, *ibid.* Mos tamen ille mutatus, quo tempore & qua de causa, *ibid.* III. Quandonam extrema dici ceperit, indicatur, *ibid.* IV.

INDEX

CHRONOLOGICUS CONSULUM

Prout in Notis digeruntur, illustrantur, suppleuntur.

Asteriscus indicat novas in Pagium emendationes.

C. Julius Cæsar Aug. F. & L. Æmilius Paulus,	1.	Ap. Junius Silanus, & P. Silius Nerva,	28.
* P. Vinucius, & P. Alfinius Varus,	2.	C. Fufius Geminus, & L. Rubellius Geminus,	29.
L. Ælius Lamia, & M. Servilius, Sex. Ælius Catus, & C. Sentius Saturninus,	3.	Suff. Q. Pomponius Secundus, & M. Sanguinius Maximus,	30.
* L. Valerius Messala Volesus, & Cn. Cornelius Cinna Magnus,	4.	L. Cassius Longinus, & M. Vinicius, Suff. C. Cassius Longinus, & L. Nævius Sardinus,	31.
M. Æmilius Lepidus, & L. Aruntius, Suff. C. Ateius Capito, & C. Vibius Pansa,	5.	Cl. Tiberius Nero Aug. V. & L. Ælius Sejanus,	32.
* A. Licinius Nerva Silanus, & Q. Cæcilius Metellus Creticus Silanus, Suff. P. Cornelius Lentulus Scipio, & T. Quinctius Crispinus Valerianus,	6.	Suff. Faustus Cornelius Sulla, Sex. Teidius Catull. L. Fulcinius Trio, & P. Memmius Regulus,	33.
* M. Furius Camillus, & Sex. Nonius Quinctianus, Suff. L. Apronius, & A. Vibius Habitus,	7.	Cn. Domitius Enobarbus, & M. Furius Camillus Scribonianus, Suff. A. Vitellius,	34.
Q. Sulpicius Camerinus, & C. Poppæus Sabinus,	8.	* Lucius, dein Servius Sulpicius Galba, & L. Sulla Felix, Suff. L. Salvius Otho,	35.
P. Cornelius Dolabella, & C. Junius Silanus,	9.	Paulus Fabius Persicus, & L. Vitellius, C. Cestius Gallus, & M. Servilius Nonianus,	36.
Suff. Ser. Cornelius Lentulus Maluginensis,	10.	Sex. Papinius Allianus, & Q. Plautius, * Cn. Accronius Proculus, & C. Petronius Pontius Nigrinus,	37.
* Manius Æmilius Lepidus, & T. Statilius Taurus, Germanicus Cæsar, & C. Fonteius Capito, Suff. C. Vitellius Varo,	11.	Suff. Cæsar Cæsar, & Tib. Claudius, M. Aquillius Julianus & P. Nonius Aspronius,	38.
C. Silius, & L. Munatius Plancus, Sex. Pompeius, & Sex. Appuleius, Drusus Cæsar, & C. Norbanus Flaccus, T. Statilius Sisenna Taurus, & L. Scribonius Libo,	12.	Cæsar Aug. II. & L. Apronius Cæsanus, Suff. Sanguinius Maximus, Domitius Afer,	39.
C. Cælius Rufus, & L. Pomponius Flaccus,	13.	Cæsar Aug. III. solus,	40.
Cl. Tiberius Nero, Aug. III. & Germanicus Cæsar II. Suff. L. Seius Tiberio, & C. Rubellius Blandus,	14.	Suff. L. Gellius Publicola, M. Cocceius Nerva, Sex. Junius Cæsar, & Sex. Nonius Quinctianus,	41.
* M. Junius Silanus, & L. Norbanus Balbus,	15.	Cæsar Aug. IV. & Cn. Sentius Saturninus, Suff. Q. Pomponius Secundus,	42.
* M. Valerius Messala, & M. Aurelius Cotta,	16.	Tib. Claudius Aug. II. & C. Cæcina Longus,	43.
Cl. Tiberius Nero Aug. IV. & Tib. Claudius Drusus Cæsar II. C. Sulpicius Galba, & D. Haterius Agrippa, Suff. C. Vibius Rufinus, & M. Cocceius Nerva,	17.	Tib. Claudius Aug. III. & L. Vitellius II. Suff. Cn. Hossidius Geta, & L. Vagellius,	44.
C. Asinius Pollio, & C. Antistius Vetus, Ser. Cornelius Cethegus, & L. Vitellius Varo,	18.	L. Quinctius Crispinus II. & M. Statilius Taurus,	45.
M. Asinius Agrippa, & Cossus Cornelius Agrippa,	19.	M. Vinicius II. & Taurus Statilius Corvinus,	46.
Cn. Cornelius Lentulus Genulicus, & C. Calvisius Sabinus, Suff. Q. Marcius Barea, & T. Rufius Nummus Gallus,	20.	Suff. M. Cluvius Rufus, & Pompejus Silvianus,	47.
M. Licinius Crassus, & L. Calpurnius Piso,	21.	* Valerius Asiaticus II. & M. Junius Silanus,	48.
	22.	Tib. Claudius Aug. IV. & L. Vitellius III. A. Vitellius, & L. Vipsianus,	49.
	23.	* Q. Veranius, & A. Pompeius Gallus, Suff. L. Memmius Pollio, & Q. Allius Maximus,	50.
	24.	* C. Antistius Vetus, & M. Suillius Nervilianus,	51.
	25.	Tib. Claudius Aug. V. & Servius Cornelius Orfitus,	52.
	26.	Suff. C. Minucius Fundanus, C. Vettennius Severus, & T. Flavius Vespasianus,	53.
	27.		

- * P. Cornelius Sulla *Faufus*, & L. Salvius *Otho Titianus*,
Suff. Servilius *Barea Soranus*, M. Licinius *Craffus Mucianus*, L. Cornelius *Sulla*, Flavius *Sabinus Vespasianus*. 52.
- * D. Junius *Silanus*, & Q. Haterius *Antoninus*,
M. Afnius *Marcellus*, & M. Acilius *Aviola*,
Suff. L. Annæus, five Junius *Gallio*. 53.
- Nero *Claudius Aug.* & L. Antistius *Vetus*,
Q. Volufius *Saturninus*, & P. Cornelius *Scipio*. 55.
- * Nero *Claudius Aug. II.* & L. Calpurnius *Pifo*,
Suff. L. Cæfius *Martialis*. 57.
- * Nero *Claudius Aug. III.* & Vale-
rius *Mefalla Corvinus*. 58.
- * C. Vipftanus *Apronianus*, & Fonte-
ius *Capito*. 59.
- * Nero *Claudius Aug. IV.* & Cofius Corne-
lius *Lentulus Coffi F.* 60.
- * Cæfonius *Patus*, & Petronius
Turpilianus,
Suff. forte P. Calvifius *Rufo*, & L. Cæ-
fennius *Patus*. 61.
- P. Marius *Celfus*, & L. Afnius *Gallus*,
Suff. Junius *Marullus*. 62.
- * C. Memmius *Regulus*, & L. Verginius
Rufus. 63.
- * C. Læcanius *Baffus*, & M. Licinius *Craf-
fus Frugi*. 64.
- * A. Licinius *Nerva Silianus*, feu *Silanus*,
& M. Vefinus *Atticus*,
Suff. Plaufius *Lateranus*, & Anicius
Cerealis. 65.
- C. Lucius *Telefinus*, & C. Suetonius *Pau-
linus*. 66.
- L. Fontelius *Capito*, & C. Julius *Rufus*. 67.
- * Ti. Cælius *Silius Italicus*, & Galé-
rius *Trachalus*. 68.
- Item Nero *Claudius Aug. V.* & Ga-
lerius *Trachalus*.
Suff. C. Bellicus *Natalis*, P. Cornelius
Scipio Afaticus. 68.
- * Servius *Sulpicius Galba Aug. II.* & T.
Vinius. 69.
- Item . M. Salvius *Otho Aug.* & L. Sal-
vius *Otho Titianus II.*
Mox. T. Virginius *Rufus*, & Vopifcus
Pompeius Silvanus Cælius Sabinus,
& T. Flavius *Sabinus*. T. Arrius
Antoninus, & P. Marius *Celfus*. C.
Fabius Valens, C. Quingius *Atticus*
Cn. Cæcilius *Simplex*, A. Licinius
Cæcina, & Roffius *Regulus*.
A. Vitellius *Imp.*
- * T. Flavius *Vespafianus Aug. II.* & T. Fla-
vius *Vespafianus Cæfar*. 70.
- T. Flavius *Vespafianus Aug. III.* & M.
Cocceius Nerva,
Suff. *Domitianus Cæfar*. 71.
- T. Flavius *Vespafianus Aug. IV.* & T.
Flavius *Vespafianus Cæfar II.* 72.
- Domitianus Cæfar II.* & M. Valerius *Mef-
salinus*. 73.
- T. Flavius *Vespafianus Aug. V.* & T. Fla-
vius *Vespafianus Cæfar. III.* 74.
- Suff. *Domitianus Cæfar III.*
- T. Flavius *Vespafianus Aug. VI.* & T.
Flavius *Vespafianus Cæfar IV.* 75.
- Suff. *Domitianus Cæfar IV.* & M. Li-
cinius *Craffus Mucianus III.*
- T. Flavius *Vespafianus Aug. VII.* & T.
Flavius *Vespafianus Cæfar V.* 76.
- Suff. *Domitianus Cæfar V.* & T. Plau-
tius *Silvanus Elianus II.*
- T. Flavius *Vespafianus Aug. VIII.* & T.
Flavius *Vespafianus Cæfar VI.* 77.
- L. Cejonius *Commodus*, & D. Nonius
Prifcus. 78.
- T. Flavius *Vespafianus Aug. IX.* & Tit.
Flavius *Vespafianus Cæfar*, dein *Aug.*
VII. 79.
- Suff. Flavius *Domitianus VI.*
- T. Flavius *Vespafianus Aug. VIII.* & Fl.
Domitianus Cæfar. VII. 80.
- * L. Flavius *Silva Nonius Baffus*, & A-
finius *Pollio Verrucofus*. 81.
- Fl. *Domitianus Aug. VIII.* & T. Flavius
Sabinus. 82.
- Fl. *Domitianus Aug. IX.* & Q. Petilius
Rufus II. 83.
- * Fl. *Domitianus Aug. X.* & Sabi-
nus. 84.
- Fl. *Domitianus Aug. XI.* & T. Aurelius
Fulvus. 85.
- Fl. *Domitianus Aug. II.* & Ser. Cornelius
Dolabella. 86.
- Fl. *Domitianus Aug. XIII.* & A. Volufus,
feu *Volufus Saturninus*. 87.
- Fl. *Domitianus Aug. XIV.* & L. Minucius
Rufus. 88.
- T. Aurelius *Fulvius II.* & A. Sempronius
Atatinus. 89.
- Fl. *Domitianus Aug. XV.* & M. Cocceius
Nerva II. 90.
- M. Ulpius *Traianus*, & M. Acilius *Gla-
brius*. 91.
- Fl. *Domitianus Aug. XVI.* & Q. Volufius
Saturninus. 92.
- * Pompeius, feu Sex. Pompeius *Col-
lega*, & Cornelius *Prifcus*,
Suff. M. Lollius *Paulinus*, Valerius A-
faticus *Saturninus*, C. Antius *Julius*
Quadratus. 93.
- * Torquatus *Asprenas*, & M. Arri-
cinus *Clemens*, feu L. Sergius *Paul-
lus*,
Suff. Sextilius *Lateranus*, & Silius *Ita-
licus*. 94.
- * Fl. *Domitianus Aug. XVII.* & Flavius *Clé-
mens*. 95.
- * C. Manlius *Valeus*, & C. Antistius *Vetus*,
Suff. T. Flavius *Sabinus*, & T. Arrius
Antoninus. 96.
- Imp. Nerva Aug. III.* & L. feu T. Ver-
ginus *Rufus III.* 97.
- Suff. C. Cornelius *Tacitus Domitius*
Apollinavis, M. Cornelius *Fronto*,
Q. Fabius *Posthumus*, C. Publicius
Cærtus, Sex. Pompeius *Collega II.* &
Vettius Proculus.